Quantum ad secunduȝ articulum sit ista distinctio. quod notitiarum complexarum de aliqua re: quedam dicitur perfecta simpliciter: ⁊ quedam dicitur perfecta in genere: tunc enim aliqua res cognoscitur perfecte simpliciter: dum cognoscitur quo ad omnia predicata de ipsa scibilia: sed aliqua res cognoscitur notitia perfecta in genere: quando cognoscitur quo ad aliqua predicata de ipsa scibilia: et cognoscitur quod vtraq̧ illa predicata sunt de ipsa scibilia et cognoscibilia in genere. ¶ Tunc sit hec prima conclusio: ad perfectam cognitionē rei incōplexā: nō oportet oēs cās illius cognoscere. probatur. perfectū conceptū specificū possum habere in intellectu: ⁊ mediante isto cognoscere hominē absq̧ hoc quod cognoscam omnes eius causas. ¶ Secunda conclusio: q̄d ad perfectā cognitionē cōplexā in genere alicuius rei: nō oportet oēs causas illius rei cognoscere: patet: nā perfecte possum cognoscere quod triangulus habet tres angulos equales ⁊c. absq̧ hoc quod cognoscā omnes eius causas: similiter possum cognoscere perfecte saltem tali cognitione: quali nature humane possibile est. scilicet ꝙ sortes est homo vel ꝙ sortes est animal absq̧ hoc ꝙ cognoscam omnes eius causas. ¶ Tertia cōclusio. ꝙ ad cognitionē complexā alicuius rei perfectā simpliciter oportet oēs causas illius rei cognoscere scilicet propinquas ⁊ remotas: ꝓbatur. Nā perfecta notitia rei simpliciter excludit oēm dubitationē possibilē fieri de ipsa re: ergo talis non potest perfecte cognosci simpliciter nisi oēs cause eius cognoscant. ¶ Quarta conclusio. cognitio alicuius rei perfecta simpliciter non est a nobis possibilis ꝓbatur. quia nō est possibile quod aliquā rem tātū cognoscamus: quātū a nobis est cognoscibilis sicut dictū est in primo articulo questionis. vnde nō est possibile: quod de aliqua re cognoscamus omnia predicata de ipsa scibilia. Ex quo sequitur quod minimā rem mundi non possumus cognoscere simpliciter perfecte. ¶ Quinta conclusio. cognitio perfecta alicuius rei in genere bene est nobis possibilis. probatur. quia bene est possibile ꝙ de triangulo vel de aliqua alia re perfecte cognoscamus aliquod predicatum: puta habere tres angulos vel aliqua huiusmodi: ex quibus patet responsio.

Ad rationes principales. Ad primā quando dicebatur oportet infinita cognoscere concedo q̄d hoc oportet ad cognitionem alicuꝰ rei perfectā simpliciter: nihilominꝰ hoc non oportet ad cognitionē perfectā in gñe. ¶ Ad secundā similiter cōcedo ꝙ ad perfectam cognitionem rei simpliciter oportet cognoscere deū hoc tamen nō requiritur ad cognitionem perfectam in genere alicuius rei. ¶ Ad tertiā et ad eius cōfirmationē respondet ꝙ bn̄ probant ꝙ ad perfectā notitiā alicuius rei incomplexam: vel perfectam cognitionem rei in genere non oportet oēs causas illius rei cognoscere: attamē oportet ad cognitionē ꝑfectā simpliciter. ¶ Ad quartā dico: ꝙ si primū principiū cōsyderat tanq̄ res causata: tunc per aliquē terminū est significabile: de quo plura predicata sunt quesibilia et dubitabilia et inuestigabilia: et sic de primo principio potest esse scientia et sic pōt esse dubitatio et secundū alias et alias dubitationes ꝓpositiones de ipso formabiles. et sic primi principij est causa. Si autem primuȝ principium

consyderetur

consyderetur quo ad sic esse sicut per ipsum significatur: sic primi principij non est causa: nec etiam sic dubitatur: sed statim cognoscitur quum intellectui proponitur. ¶ Ad quintā et sextā bene concedo q huiusmodi scientie sunt perfecte notitie in genere ipsarū sed nō perfecte simpliciter. ¶ Ad septimā dico q demonstratio propter quid bene facit perfecte scire in genere ꝛ hoc est ad aliquod predicatum rem significans per subiectum q̄stionis demōstrātem. ¶ Ad octauā patet quia dictum est quod questio debet intelligi de reb⁹ habentib⁹ causas qualis non est de⁹.

Questio quarta.

Queritur vtrum eadem sint nobis notiora et nature. Et arguit primo q sic: nam eadem sunt notiora ꝛ anime nostre. ergo questio vera: cōsequentia tenet ex eo q aīa nr̄a est natura: q2 est forma: oīs autē forma est natura. antecedens pbatur: nihil est nobis noti⁹ q̄n sit noti⁹ aīe nr̄e et ecōuerso. ¶ Scdo. cause sunt notiores nature effectib⁹ et eedē sunt etiā notiores nobis: ergo idē est noti⁹ nobis et nature. antecedēs quo ad ei⁹ primā ptē patet p Aristotelem qui vult q cause sint notiores nature suis effectibus: sed quo ad secūdā partē patet: nā color est causa speciei multiplicate in animo. Color aūt est nobis notior q̄ sit ipsa species: ergo. Similiter magnes est nobis notior q̄ suus effect⁹: scʒ qualitas spiritualis multiplicata p mediū ab ipso. ergo. ¶ Tertio ad idē cause sunt notiores nobis suis effectib⁹: et eedē sunt notiores nature. ergo. cōsequētia clara et antecedēs patet: q2 a cognitione causarū venim⁹ in cognitionē suorū effectuū: ꝛ hoc nō esset nisi cause essent nobis notiores suis effectibus: nam a minus notis nō deuenim⁹ in notitiā magis noti. q aūt a notitia causarū veniam⁹ in cognitionē effectuum patet per demonstrationē propter quid. ¶ Quarto quū dicitur per Aristotelē q nō sunt eadē notiora nobis ꝛ nature: vel per naturā intelligim⁹ naturā cognoscētē vel nō cognoscentem: si primo modo: tunc talis est deus: tūc nō oīa sunt nobis nota et nature: nec tunc sunt aliq̄ notiora nature: et aliq̄ minus nota: q2 nature cognoscenti. s. deo oīa sunt notissima. Si scdo modo: tūc illi nature nihil est noti⁹ q̄ nobis: cū illi nature nihil sit notū. ¶ Quinto composita sunt nobis notiora q̄ cause et illa sunt etiā notiora nature. probatur: nā ista q̄ sunt maioris perfectiōis et entitatis: sunt notiora nature: sed cōposita in cōparatiōe ad dicta sūt huiusmodi: ergo. maior est nota: q2 Aristo. in scdo metaphysice dicit q illa q̄ sunt pfectioris entitatis sunt manifestissima nature: sicut sunt celi et intelligētie: vnde dicit ibidē: q intellectus noster se habet ad manifestissima nature: sicut se habet oculus noctue ad lumē diei. ¶ Sexto ad idē: per Cōmentatorē sup phemio physicorū: qui dicit quod in mathematicis eadem sunt notiora nobis et simpliciter idest nature. ergo questio vera.

In oppositū est Aristoteles in litera: non eadē sunt nobis notiora et nature. ¶ In ista questiōe primo videndū est q̄d sit esse noti⁹ nature et similiter nobis. ¶ Secundo videndū est quid sit natura: cui aliquid dicitur esse noti⁹ q̄ nobis: ꝛ aliud noti⁹ nobis q̄ illi. ¶ Tertio videndū an hoc quod dicitur noti⁹ nature: dicatur notius simplr. ¶ Quarto vidēdū est an demōstratio ppt q̄d: magis faciat scire: q̄ demōstratio q2 est. q̄ q̄dē demonstratio pp q̄d pcedit a notiorib⁹ nature ad notiora nobis. demōstratio āt q2 est: a notiorib⁹ nobis ad notiora nature. Quātū ad primū sciēdū est q aliquid dicitur noti⁹ nature tripliciter. ¶ Primo modo noti⁹ secundū naturā dicitur q̄d scdm suā naturā est magis cognoscibile: et sic ista que sunt pfectioris entitatis sunt notiora scdm naturā. ꝛ sic capitur noti⁹ scdm naturā: quū dicitur intellect⁹ noster se habet ad manifestissima nature: sicut ocul⁹ noctue ad lumē diei: et sic nō accipitur in pposito noti⁹ secūdū naturā. ¶ Scdo modo aliquid dicitur noti⁹ secundū naturā: q2 pōt cognosci sine alio et nō ecōuerso. et sic loquitur philosoph⁹ de priori secūdū naturā in. v. metaphysice vocans hoc pri⁹ secūdū naturā alio: q̄d pōt esse sine eo: sed nō econuerso. iterū sic non accipitur in proposito noti⁹ secūdum naturā. ¶ Tertio modo aliq̄d dicitur noti⁹ scdm naturā vel noti⁹ nature a quo natura incipit operari: vnde siue sit natura cognoscens siue nō: notius illud nature dicitur a quo primo incipit operari. id enim primo sibi occurrit: q2 quia si ipa natura operans cognosceret ipa primo cognosceret id ⁊c. ꝛ ita accipitur notius nature in proposito. Noti⁹ aūt nobis dicitur q̄d magis est sensibile et magis facile ex sensibus deducibile. ¶ Ex q̄b⁹ pʒ ista cōclusio q aliq̄ eadē sunt notiora nobis ꝛ nature. pʒ: q2 ex quo totius nature est a quo natura incipit operari sequitur semp causas esse notiores effectibus: q2 a causis natura incipit operari. ¶ Ex quo sequitur q color cum sit causa speciei in medio q color est notior nature q̄ sit eius species in medio: et cū color etiā nobis sit notior q̄ species ei⁹: cum sit a nobis sensibilis: species aūt eius non: sequitur idem. s. colorē esse notiorē nobis et nature. ¶ Ex his sequitur secūda cōclusio: q ppositio Aristotelis nō est vniuersaliter vera dicēs: nō eni eadē sunt nobis notiora et nature: sed bene est vera indefinite: nam vt plurium. q̄uis enim effectus sint nobis notiores suis causis: q2 sunt a nobis sensibiles: cause eorum non: sicut patet de entib⁹ naturalib⁹ q̄ sunt a nobis sensibiles: cause autē eorū non: sicut natura et forma. ¶ Ex isto primo articulo patet responsio ad quesitum: et est pars affirmatiua questionis ⁊c.

Quantum ad secūdū dicunt aliqui quod ista natura cui aliqua dicuntur notiora q̄ nobis sit deus: et vlterius dicunt quod isti nature cause sunt notiores q̄ causata: quia causata dependent ab ipso: sed cause dependēt ab eo immediate: ergo prius cognoscit causas: q̄ causata. ¶ Sed breuiter hoc nō valet q2 in deo nulla est prioritas nec posterioritas in cognitione ex eo q ipsemet est sua cognitio: et ab eterno oīa intellexit: igitur nō pri⁹ intellexit causas q̄ causata: nec cause sunt notiores sibi q̄ effect⁹ ex eo q omnia sunt sibi perfectissime nota: et p cōsequēs effectus sunt sibi noti sicut ꝛ cause. ¶ Aliter dicitur q p naturā intelligitur q̄dcūq; agens naturale: siue cognoscēs siue nō: ꝛ Arist. autoritas nō dʒ intelligi cathegorice: sed hypothetice cōditionaliter scilicet q aliqua sunt que sunt notiora nature. i. essent: si naturale agens cognosceret: q2 talia primo occurrunt in ei⁹ actione: et p consequēs si est virt⁹ cognitiua: tūc illa primo cognosceret si esset virtus cognitiua. ¶ Aliter adhuc potest dici q aliqua dicuntur notiora nature sicut sunt cause propter hoc q̄d in processu ratiocinatiuo seruam⁹ eundē ordinē: sicut in demonstratione propter quid: quē seruat et tenet natura in suis operationib⁹: que quidem demonstratio facit scire rē simpliciter. vnde demōstratio propter quid magis facit scire: q̄ demōstratio q2 est: et ideo dicimus demonstrationē propter quid facere scire simpliciter. ppterea notiora nature dicuntur notiora simpliciter: quia sicut in demonstratione propter quid in qua seruatur pcessus nature: pmisse sunt note simpliciter scilicet tam nobis q̄ nature: ita etiā debet dici de notioribus nature q sunt notiora simpliciter. ¶ Ex hoc patet ad tertiū argumentū: videlicet quod notiora nature dicuntur notiora simpliciter: vnde breuiter: q2 processus nature est similis processui demonstrationis propter quid vbi proceditur a notioribus simpliciter: videlicet tam nobis: q̄ nature: inde est q notiora nature dicuntur notiora simpliciter ⁊c.

Quantum ad quartū dictum est q demōstratio propter quid magis faciat scire q̄ demonstratio q2 est. Cōtra. sic sequeretur q cōclusio scita per demonstrationem ppter quid magis sciretur q̄ conclusio scita per demonstrationē q2 cōsequens falsum: falsitas patet: nā tunc sequeretur q scientie cōclusionis scite per demonstrationē quia: esset aliq̄d formidinis admixtū: sed hoc est falsum: falsitas patet: nā tūc non esset scientia cū scientia dicatur assensus firm⁹ sine formidine ad oppositū: sed cōsequētia probatur: q2 sicut minus albū dicitur cui plus est de nigredine admixtū: ita etiā dicitur q̄d sciētia dicatur minus scita alia vel min⁹ sciētia: cui plus est de formidine admixtū. ¶ Rūdetur q vna scientia nō dicitur remissior alia: q2 pl⁹ est sibi de formidine admixtū: sed forte ideo q2 nō est ita firma in anima ꝛ citi⁹ obliuiscibilis est q̄ alia recte: sicut dicitur vnū

lumē remissius alio:nō qꝛ plꝰ de tenebra sit sibi admixtū:
sed:qꝛ forte habet pauciores gradus luminis.¶ Ex hoc
patet ad rationē.¶ Adhuc circa demonstrationē ꝓpter
quid in qua seruatꝛ ꝓcessus nature:dubitatꝛ q̄re dicatꝛ pro=
pter qd.¶ Ad qđ respōdetꝛ ꝙ ipsa nō dicitꝛ ꝓpter qd ex eo
qđ premisse sint cause cōclusionis.ꝓbatꝛ:qꝛ cōclusio potest
esse ꝓmissis nō existētibꝰ:sicut clarū est de se.¶ Secundo
dicitꝛ ꝙ nec ꝓpter qd dicitꝛ ex eo ꝙ scia ꝓmissarū sit causa
sciētie cōclusionis:qꝛ q̄buscūqꝫ ꝓmissis datis:scientia ea=
rū nō est adequata causa scientie cōclusiōis:⁊ hoc patet:
qꝛ quibuscūqꝫ datis sine illis pōt cōclusio sciri ꝑ alias pre
missas:et tūc sequitꝛ ꝙ oīs demōstratio esset demōstratio
ꝓpter quid:qꝛ in oī demōstratione scientia premissarū est
cā scientie cōclusionis.lꝫ nō adequate.dicit enī Linconiē
sis sup primo posteriorū ꝙ sciētia ꝓmissarū gignit sciētiā
cōclusiōis:ergo.¶ Tertio dico ꝙ demōstratio ꝓpter qd:
dicitꝛ ex eo qꝛ sic esse sicut significatꝛ ꝑ ꝓmissas est cā sic esse
sicut significatꝛ ꝑ ꝯclusionē:pꝫ:qꝛ nō primis duobꝰ modis
dicitꝛ propter qd sicut dictū est ergo videtꝛ ꝙ isto modo qꝛ
nō dicitꝛ alio modo.¶ Ex isto sequitꝛ demōstrationes ma=
thematicas nō esse demōstratiōes ꝓpter qd:qꝛ sic esse si=
cut significatꝛ ꝑ ꝓmissas:nō est causa sic esse secundū ꝙ si=
gnificatꝛ ꝑ cōclusionē:pꝫ:qꝛ sic esse sicut significatꝛ per con
clusionē:pōt esse absqꝫ hoc ꝙ sic sit sicut significatꝛ per pre=
missas:pꝫ:nā triāgulū hr̄e tres angulos ⁊c.pōt esse absqꝫ
hoc ꝙ angulū extrinsecū triāguli esse equalē duobꝰ rectis
intrinsecis triāguli sibi oppositis sit.nā posito ꝙ nullꝰ an
gulꝰ extrīsecꝰ triāguli sit:adhuc est hr̄e triangulū tres ⁊c.
sic aūt nō esset si angulū extrīsecū triāguli esse eq̄lē duobꝰ
rectis sibi oppositis esset causa illiꝰ triāgulū habere tres
angulos:sed ꝑ ꝓmissas demōstratꝛ seu significatꝛ angulum
extrinsecū esse eq̄lē ⁊c.pꝫ ergo ꝓprie loquēdo demōstratio
nes mathematicas nō esse demōstratiōes ꝓp qd:nihilo=
minꝰ dicuntur ꝓp qd ex eo ꝙ ꝓcedūt ex notioribꝰ simplici
ter vñ in mathematicis sicut dicit Cōmētator eadē sunt
notiora nobis et nature.⁊ per ꝯñs notiora simpliciter.

Ad rationes principales.Ad primā quā=

do dicebatꝛ eadē sunt notiora nobis ⁊ anime nostre:conce
do:sed nō notiꝰ nature accipiendo ꝓut accipitur in ꝓpo=
sito:patet ex dictis.Ad secūdā dico ꝙ bene probatꝛ ꝙ ea=
dē sunt notiora nobis ⁊ nature.⁊ hoc bñ cōceditꝛ:vñ dictū
est ꝙ ꝓpositio Arist.nō erat vniuersaliter vera sed indefi
nite.¶ Ad tertiā dico ꝙ ista bene ꝓbat qđ cause sunt no
tiores ꝓp quid q̄ꝫ sit effectus:nihilominꝰ effectꝰ quo ad qꝛ
est:est nobis notior causis.¶ Ad quintā dico quod com=
posita sunt nobis notiora secundum naturam accipien=
do notius secundum naturam alia acceptione q̄ꝫ accipi=
tur in ꝓposito.s.primo modo:verūtñ accipiendo notius
secundū naturā a quo natura incipit operari scilicet ter=
tio modo:cōposita nō sunt nobis notiora secūdū naturā.
¶ Ad quartā ⁊ sextā patet ex dictis in questione ⁊c.

Questio quinta.



Onsequēter queritur vtrū
vniuersalia sint priora singularibꝰ vel
minus vniuersalibꝰ in cognitiōe.Et ar
guitꝛ prio:ꝙ neqꝫ sunt priora neqꝫ poste=
riora:nā cū video sortē ita cito cogno=
sco ꝙ est hō:sicut ꝙ est animal vel qđ
est corpꝰ aīatū.ergo ita cito ⁊ nō prius
neqꝫ posteriꝰ cōcipio eū conceptu minus vniuersali sicut
cōceptu magis vli.¶ Scđo probatꝛ ꝙ minus vniuersalia
sunt priora in cognitione magis vniuersalibꝰ:nā posito ꝙ
sortes esset ꝓpe me ⁊ cōtinue elōgaretꝛ a me:tūc primo cō=
ciperē ipsum esse hominē:deīn aīal:deinde corpꝰ aīatū.⁊
sic vlteriꝰ.ergo sequitꝛ ꝙ priꝰ cōciperē eū cōceptu minꝰ vli
deinde conceptu magis vli.ergo videtꝛ ꝙ magis vlia sint
posteriora minꝰ vlibꝰ in cognitione.¶ Tertio conceptus
vlis causatꝛ in nobis ꝑ abstractionē a fantasmatibꝰ:ergo
videtꝛ ꝙ in nobis prius sit cōceptꝰ minꝰ vniuersalis:q̄ꝫ cō
ceptꝰ magis vniuersalis.et per consequens non videntur
magis vniuersalia esse priora minus vniuersalibus in co
gnoscendo.¶ Quarto quod prius sentitur prius intelli=
gitur:sed sic est de minus vniuersalibus:ergo.maior est
nota ex eo quod nihil est in intellectu quin prius fuerit in
sensu.minor patet ex eo quod illud quod prius obijcitur
sensui est singulare.ergo.

In oppositū est Aristoteles in prohemio

huius:volens magis vlia esse magis nota ⁊ esse priora in
cognitiōe minus vlibus.¶ Secundo q̄ sunt priora alijs
in essendo sunt priora alijs in cognoscendo:sed magis vni
uersalia sunt priora in essendo minus vniuersalibus:ergo
in cognoscendo.maior nota est ex eo:ꝙ eadem sunt princi=
cipia essendi ⁊ congnoscendi.Sed minor pꝫ:nā minus vni
uersalia sicut species cōponuntur ex magis vniuersalibus
sicut ex generibus ⁊ differentijs.dicitur enī:differētia ad=
ueniens generi constituit speciē.Tertio ad idē per vniuer
salia fiūt demonstrationes ⁊ diffinitiones:ergo magis vni
uersalia sunt priora in cognoscendo minus vniuersalibus
ꝯñia tenet:ex eo ꝙ per diffinitiones ⁊ demonstrationes de
uenimus in cognitionem ⁊ noticiam ignotorum maior pa
tet per Aristotelē primo posteriorum dicentem demonstra
tionē fieri ex vniuersalibus.⁊ de diffinitionibus etiam pa
tet:nā omnis diffinitio cōponitur ex generibus ⁊ differen
tijs ⁊ per ꝯñs ex vniuersalibus.¶ Quarto perpetua sunt
priora nō perpetuis:sed vniuersalia sunt perpetua:singu=
laria autē sunt nō perpetua:sed corruptibilia:ergo ⁊c.ma
ior est nota:sed minor patet primo posteriorum.¶ Quin=
to.nam si quis videt sor. a longe prius cognoscit ꝙ est cor=
pus q̄ꝫ ꝙ est corpꝰ animatū:et priꝰ cognoscit quod est cor=
pus animatum q̄ꝫ aīal:⁊ sic vlterius.ergo videtur ꝙ ma=
gis vniuersalia sunt priora minus vniuersalibus in cogno
scendo.¶ In ista questione primo videndum est de diuer
sis intellectibus quos questio potest habere.¶ Secundo
retineo vnum istorū intellectuū in questione prosequēdo.
¶ Quantum ad primum sciendū ꝙ vno modo potest ima
ginari vniuersale separatū a singularibꝰ sicut imaginabatꝛ
plato:imaginabatꝛ enī vnū hominē vniuersalē esse ꝑpetuū
quem ponebat esse similitudinem ⁊ exemplar omnium ho
minū.ita imaginabatur vnum equum ⁊ vnum asinum et
sic de alijs speciebus:⁊ tale vniuersale potest esse prius sin
gularibus ex eo ꝙ illud vniuersale est perpetuum singula
ria autem eius sunt corruptibilia.¶ Contra illud vniuer
sale arguit philosophus in proemio de anima:dicens aīal
vniuersale nihil est:aut posterius est.⁊ similiter contra il=
lud vniuersale loquitur in septimo metaphysice.¶ Secū
do potest intelligi de vniuersali in causalitate sicut est de=
us:deus enim est causa omnium entium.⁊ de tali vniuersa=
li loquitur philosophus in procmio metaphysice dicens
vniuersalia esse difficillima ad cognoscendum et tale vni=
uersale est bene prius quibuscunqꝫ alijs vniuersalibus et
singularibus in essendo ⁊ non in cognoscendo.¶ Tertio
per vniuersale potest intelligi propositio vniuersalis:⁊ tūc
est sensus.Vtrum propositio vniuersalis sit notior ⁊ prior
in cognitione suis singularibus.⁊ quantum ad hoc dico ꝙ
in scientijs acq̄sitis per principia innata:vt sunt scientie
mathematice:tūc propositio vniuersalis est notior suis sin
gularibus.patet hoc:nam prius notum est:ꝙ omnis duali
tas est par q̄ꝫ ꝙ vna dualitas est par ⁊c.¶ Scđo dico ꝙ
in scientijs acquisitis per principia acquisita per experien
tiā sicut sunt sciētie naturales/ꝓpōnes singulares sūt no=
tiores.patet:qꝛ experiētia est circa singularia:vt patet per
Arist.in.vj.ethicorū:⁊ in talibꝰ principia vniuersalia acq̄=
rūtur ꝑ inductionē vnde hoc principiū oīs ignis est calefa
ctiuus acq̄ritur per inductionē singularibus.s.iste ignis
est calefactiuus ⁊ iste:⁊ sic de singulis:⁊ nō est inuēta instā
tia de aliquo:ergo omnis ignis est calefactiuꝰ.¶ Tertio
dico ꝙ in istis alique singulares sunt posterius note vni=
uersalibus.patet:qꝛ ad concludēdū vniuersalē:nō opꝫ in=
ducere in oībꝰ singularibꝰ.ꝗ postq̄ꝫ vlis est notitia ꝑ noti=
tiā eiꝰ pñt fieri note aliq̄ singulares.pꝫ ꝑ experientiā:nam
postq̄ꝫ cognosco ꝙ oīs ignis est calefactiuus.cognosco ꝙ
ille ignis est calefactiuꝰ ⁊ ille ⁊c.demonstrato igne quē vi=
deo.¶ Quarto pōt intelligi ꝙ vle dicatur de propositioni
bus:scꝫ cōpositis ⁊ terminis vniuersalibus:ita ꝙ esset sen
sus vtrū ꝓpositio cōposita ex terminis magis vlibus sit
prior in cognitiōe q̄ꝫ propō cōposita ex terminis minꝰ vli=
bus.verbi gratia.an ista ꝓpositio sit priꝰ nota:aīal est sen
sibile q̄ꝫ ista hō est sensibilis:⁊ pōt dici ꝙ sic:nā ꝓp hoc pre

seno liber

sens liber physicorū est prior inter alios libros scientie naturalis: qꝛ propositiones hui⁹ libri formantur ex terminis magis vlibus. ❡ Quinto pōt intelligi q̄stio de vlib⁹ que sunt predicabilia. s. an magis vle. s. cōi⁹ p̄dicabile sit pri⁹ minus cōmuni p̄dicabili. ꝛ quātū ad hoc est dicendū qꝺ aliquando est prius: ꝛ aliquando est posterius: fm quod est in voluntate hominis qui vult prius: aut posterius formare terminum vniuersalem q̄nam singularem. ❡ Sexto pōt intelligi questio vtrum vniuersale sit prius singulari: id est an res prius cōcipiatur conceptu magis vniuersali q̄ꝫ conceptu minus vniuersali. ꝛ quantum ad istum intellectū ꝓsequendo in questione: primo videndum est de natura ꝛ diuersitate talium cōceptuū. secundo ponēde sunt conclusiones ad istum intellectum.

Quantum ad secundum sit prima distinctio: qꝺ quidam est conceptus quo res concipitur cum aliqua circunstantia singulari: videlicet qꝺ res sit in tali loco: aut ꝙ sit talis figure: aut talis coloris. Alius est conceptus quo res ꝯcipitur nude: idest sine aliqua circunstātia istud pꝫ ꝑ expiētiā. ꝛ ꝑ Arist. iij. de aīa. Primum ꝯceptum voco conceptū singularē: scōm vero conceptū vlem. veruꝫ est tn̄ ꝙ inter primos conceptus: quidam est cōceptus magis indifferens ꝛ quidā minus indifferens: verbi gratia: sicut conceptus quo concipio sortē a longe venientem esse hoc aīal: est magis indifferens: q̄ꝫ conceptus quo cōcipio sortē esse hunc hominē: quādo sortes est mihi magis ꝓpe. Et tunc dico qꝺ conceptus primo modo dictus: quo concipitur res cum aliqua circunstantia singulari: q̄uis vnus eorum sit magis indifferens alio: tamen quilibet debet dici conceptus singularis: ꝛ ratio huius est quia per talem cōceptū ꝯcipit ꝙ aliquid est hoc animal ꝛc. Et qꝺ vnus eorū sit magis indifferēs alio: patet: nam conceptus quo cōcipio aliquem esse hoc animal: ita bene representat hominem sicut asinū ꝛ econuerso: sed ita non est de cōceptu quo concipio aliqueꝫ esse hunc hominem. ❡ Secundo dico qꝺ talium cōceptuū vnus est magis differens: ꝛ alius minus: fm ꝙ plurib⁹ vel paucioribus circūstātijs determinatur: vt patet in exemplo quando video sor. a longe venientem. ❡ Tertio dico qꝺ nullus istoꝝ cōceptuū potest tantū esse determinatus qui adhuc magis posit esse determinatus. patet: quia nō pn̄t fieri tot articulationes quin possint fieri plures: sicut pꝫ de duobus ouis oīno silibus. ꝛ iō vnus cōceptus pōt representare alium. ❡ Quarto dico qꝺ talis cōceptus est quodā mō cōplexus. pꝫ qꝛ cū tali circunstantia nō solū cōcipio rem esse: sed etiā esse talis figure vel talis coloris. ❡ Quinto dico ꝙ talis cōcept⁹ pōt esse in animalib⁹ brutis. verbi gratia: canis pōt videre aliq̄d a longe ꝛ nescit an sit panis vel lapis: vn̄ bn̄ habet cōceptū indifferentem: representantē conceptum panis vel lapidis. ❡ Sexto dico ꝙ talis cōcept⁹ nō est in virtute cognoscitiua nisi actualiter respiciēdo ad fantasmata: ꝓꝑ hoc ꝙ tali cōceptu cōcipit res cū singulari circūstātia. ꝛ hoc de cōceptu pmō mō dicto: scilicet de ꝯceptu singulari. ❡ De cōceptu vniuersali. s. quo cōcipit res sine aliq̄ circunstantia singulari. primo dico ꝙ est incōplex⁹ licet ex eo formentur cōplexa: sicut ꝓpositiones ꝛ hmōi. ❡ Secūdo dico quod talis cōceptus vlis solū est in intellectu. pꝫ: qꝛ per sensum semꝑ cognoscit cū aliqua circūstātia singulari. ergo bn̄ dr̄ tertio de aīa ꝙ sensus est singularū. ❡ Tertio dico ꝙ talis cōcept⁹ depēdete singularib⁹ causatiue: sed nō est cum fantasmatib⁹: ita ꝙ intellect⁹ intelligēdo ꝑ istū ꝯceptū nō respicit ad fantasmata: ergo dicitur tertio de anima ꝙ intellect⁹ intelligit vniuersale per se. i. sine actuali cognitione fantasmatum. ❡ Quarto dico ꝙ ipsorū conceptuū vn⁹ est alio cōmunior ꝛ vniuersalior: sicut concept⁹ correspondens huic termino aīal: est cōior ꝛ pluriū representatiu⁹: q̄ꝫ cōcept⁹ correspōdēs huic termino homo. ❡ Quinto dico ꝙ vni⁹ speciei specialissime est solūmō vnus conceptus talis in vno homine. Et ex hoc sequit ꝙ null⁹ talis conceptus est ꝓprius vni⁹ indiuidui sed indifferens est omnibus indiuiduis illi⁹ speciei: vnde vnū indiuiduū distinguitur ab alio indiuiduo eiusdē speciei per circūstantias singulares. ❡ Sexto dico ꝙ nullus talis conceptus est in brutis: patet quia bruta concipiunt cum aliqua circūstantia singulari seu cum fantasmatibus. ❡ Septimo dico qꝺ talis conceptus dependet causatiue ex conceptibus primo modo dictis. Unde prius concipitur hoc cum talibus circūstantijs q̄ꝫ sine talibus: et secundum hoc si cōceptus primo modo dictus dicitur singulare: et conceptus secundo modo dictus dicitur vniuersale: tunc singularia sunt priora vniuersalibus in cognitionibus. ergo sequitur propositum ꝛc.

Quantum ad tertium sit: prima cōclusio quod in ordine conceptuum singularium conceptus magis indifferens est prius q̄ꝫ conceptus minus indifferens seu indeterminatus: hoc est res obiecta intellectui prius concipitur conceptu singulari magis indeterminato q̄ꝫ concipiatur minus indeterminato: nam quum video sor. prius concipio quod est hoc corpus q̄ꝫ quod est hoc animal: et prius quod est hoc animal q̄ꝫ quod est hic homo: ꝛ patet hoc per Aristotelem in secundo perspectiue sue dicentem quod quum videmus albedinem: prius videmus quod est hic color q̄ꝫ quod est hec albedo: sed propter paruitatem temporis non percipimus talem prioritatem nec posterioritatem. ❡ Secunda conclusio. conceptuum vniuersalium conceptus magis vniuersales sunt priores conceptibus minus vniuersalibus. patet: nam quum video sortem prius concipio quod est corp⁹ q̄ꝫ quod est animal: et prius quod est animal q̄ꝫ quod est homo: licet aliquando talis prioritas propter paruitatem temporis non possit a nobis percipi. ❡ Unde pro maiori intelligentia isti⁹ est imaginandum quod duplex est ordo: vnus ordo conceptuum singularium quibus res concipitur cum circunstātijs singularibus et sic illi conceptus qui sunt magis indifferentes sunt priores minus indifferentibus. ❡ Alius ordo conceptuum vniuersalium quibus res cognoscitur sine circunstantijs singularibus et nude: inter quos conceptus magis vniuersales sunt priores minus vniuersalibus. ❡ Tertia conclusio ꝙ quilibet cōceptus de secundo ordine aliquo cōceptu de primo ordine est posterior ex eo ꝙ conceptus de secūdo ordine sint in nobis de conceptib⁹ de primo ordine. ❡ Et notanter dico aliquo conceptu de primo ordine est posterior: ꝛ non dico posterior aliquo conceptu de primo ordine. nam prima est vera ꝛ secunda falsa ex eo ꝙ ly posterior ꝯfundit terminū sequētē se mobiliter.

Ad rationes in oppositum. Ad primam dico quod sor. existente prope me non ita cito cognosco eum esse animal. sed primo concipio eum esse animal q̄ꝫ hominem. licet propter paruitatem temporis talis prioritas aut posterioritas non posset a nobis percipi. ❡ Ad secundam dico quod quum sor. elongatur a me: verum est quod diutius concipio euꝫ conceptu magis vniuersali q̄ꝫ minus vniuersali. non tamen propter hoc sequitur quod conceptus minus vniuersalis sit prior. vnde quando erat apud me: prius concepi eum conceptu magis vniuersali q̄ꝫ minus vniuersali intelligendo de cōceptibus eiusdem ordinis: q̄uis tamen conciperem prius conceptu singulari q̄ꝫ vniuersali: qui conceptus sunt distinctorum ordinū. ❡ Ad tertiam dico quod ratio bene probat quod conceptus magis vniuersalis de secundo ordine aliquo conceptu singulari de primo ordine est posterior. et hoc bene cōceditur sicut dixit tertia conclusio: sed tamen non probat quod conceptus magis vniuersales: conceptibus minus vniuersalibus eiusdem ordinis sunt posteriores. ❡ Similiter ad quartam. ❡ Ad autoritatē Aristo. in oppositum dicentis dico quod ipse non vult aliud nisi ꝙ magis vniuersalia de secundo ordine minus vniuersalibus de eodē ordine sunt priora. ꝛ hoc est verū scōm quod dicit secunda conclusio. ❡ Ad aliam: illa que sunt priora alijs in essendo ꝛc. cōcedo: nego tamē ꝙ magis vniuersalia sunt priora minus vniuersalib⁹ in essendo: ꝛ vlteri⁹ dico ꝙ species nō cōponit ex genere ꝛ differētia: sed diffinitio speciei. ❡ Ad aliam dico ꝙ ratio bene probat pro secunda conclusione. ❡ Ad aliam bene concedo quod vniuersalia sunt perpetua ad istum intellectum de terminis vniuersalibus verificatur esse ꝛ existere: aliter non concedo. ❡ Ad vltimam: patet ex dictis in questione.

Questio sexta.



Queritur sexto vtrum omnis res extensa sit q̃titas: et arguitur primo quod non: nam sic sequeretur quod albedo in lacte esset quantitas ⁊ sic dulcedo in lacte et similiter forma lactis et similiter materia lactis: consequens est falsum et consequentia probatur: nam quodlibet istorum est res extensa: tam secũdum latum q̃ secundum longum: ac etiam secundum profundum. Sed falsitas consequentis probatur: nam si quodlibet istorum esset quãtitas: sequeretur quod quantitates penetrarent se: sed hoc est falsum et contra Aristotelem in quarto huius: qui dicit quod impossibile est duo corpora esse in eodem loco adequato: modo cum albedo et dulcedo sint extense secundum trinam dimensionem sequitur ipsa esse corpora: ⁊ cum sint in eodem loco primo sequitur penetratio corporum. ¶ Secundo si questio esset vera sequeretur quod lumẽ esset q̃titas: ⁊ cum sit extensum per mediũ secundum latum longum ⁊ profundum sequitur lumen esse corpus: quod est contra Aristo. secundo de anima vbi probatur contra antiquos: lumẽ non esse corpus: dicit enim: si sic sequeretur quod plura corpora essent simul in eodem loco: et simul penetrarent se lumẽ ⁊ ipsum mediũ. ¶ Tercio si questio esset vera sequeret̃ ꝙ color esset sensibile commune sed hoc est falsum. falsitas patet q: est sensibile proprium: sed sensibile propriũ nõ est sensibile commune per Aristo. secũdo de anima. ꝓbat̃ consequẽtia: nã color cum sit res extensa: tunc color est quantitas et magnitudo: sed per Aristo. secũdo de anima magnitudo est sensibile commune. ergo. ¶ Quarto sequeret̃ quod transmutatio substantialis esset res extensa et augmentatio: sed hoc est falsum et contra Aristo. in quinto huius: ⁊ cõsequentia probat̃: quia omnis transmutatio ad q̃titatẽ est augmentatio: modo cum forma substantialis sit res extensa. et cum omnis res extensa sit quantitas et cum transmutatio substantialis sit ad formam substantialem sequitur transmutationem substantialem esse augmentationem. ¶ Quinto sequeretur quod alteratio proprie dicta esset augmentatio: quod est contra Aristo. quinto huius: consequentia probatur: quia alteratio ꝓprie dicta est ad qualitates extensas: et cum omnis res extensa sit quãtitas: et omnis motus ad quãtitatem sit augmentatio: sequitur motum alterationis proprie dictum esse motum augmentationis. ¶ Sexto arguunt ipsi sic: si sit vna vesica plena aeris tunc comprimenti ipsam vesicam aliquid in ipsa vesica resist. t: sed hoc non est materia aeris nec forma aeris: ergo videtur quod sit quantitas aeris: ergo quantitas aeris est distincta ab his. et per consequens ista talia non sunt quantitas: et cum ista sunt extensa sequitur non omnem rem extensam esse quãtitatem. Quod autem materia aeris non resistat patet: q: materie aeris nõ repugnat stare sub minori quãtitate: ex eo qd̓ ipsa non determinat sibi aliquã certã extẽsionẽ. Nec etiã forma aeris resistit. q: similiter forme aeris non repugnat stare sub minori extensione: q: sub multo minori extẽsione saluaret̃ forma aeris. et nec etiam qualitas aeris sicut est humiditas vel caliditas resistit: q: similiter sibi nõ repugnat sub minori extensione esse q̃ sit. ¶ Septimo arguunt isti ad idẽ: nã posito ꝙ aliqd̓ pedale omni extrinseco annihilato rarefiat: ⁊ fiat bipedale: tũc ipso sic rarefacto ipsũ se habet aliter q̃ prius se habuit ⁊ nõ ꝑ habitudinẽ nec cõparationẽ alicuius termini ad aliquod extrinsecum: ex quo quodlibet ponit̃ annihilatũ. ergo videt̃ qd̓ intrinsece se habeat aliter q̃ prius se habuit: sed non potest intrinsece aliter se habere q̃ prius nisi aliqua res esset de nouo ei superaddita: sed ista in casu non videtur esse alia q̃ noua q̃titas ⁊ extensio. ergo videtur quod quãtitas sit vna res noua superaddita rei extẽse. ¶ Octauo si questio esset vera: sequeretur quod oĩs qualitas extẽsa esset quãtitas: consequens est falsum. falsitas ꝓbat̃. q: qualitati aliquid est contrarium; quãtitati autem nihil: vt patet per Arist. in predicamẽtis: ergo sequitur qualitatẽ nõ esse q̃titatẽ. Scd̓o patet idẽ ꝙ qualitas non sit quãtitas: q: qualitas suscepit magis et minus: sed quãtitas nõ: vt patet per Aristotelem ibidem. ergo qualitas nõ est quãtitas. Tertio qualitas et quãtitas sunt predicamenta distincta: sed si vnum esset reliquum: tunc non essent predicamẽta distincta. ergo. sed ꝯsequẽtia patet de se. ¶ Nono si questio esset vera sequeret̃ qd̓ oĩs substantia extensa esset quantitas: sed hoc est falsum. ergo. sed consequentia tenet. quia sequeretur ꝙ ista ꝓpositio est falsa: quam Aristo. ponit contra antiquos: si substantia ⁊ quantitas sunt tunc multa sunt que sunt: consequentia tenet: q: si substantia: et quantitas essent vnum ens: tunc ad positionem substantie ⁊ quantitatis non sequeretur multitudo entium. sicut Aristo. posuit Secundo quia quantitas est finita vel infinita per se: substantia autem per accidẽs. vt patet per Ari. in litera. ergo videtur substantiam non esse eandem rem cum quantitate. ¶ Tertio ad idem quãtitas accidit substantie: sed substantia non accidit substãtie: quia idem non accidit sibiipsi. ergo substantia ⁊ quantitas non sunt idem. ¶ Quarto substantia manente quãtitas corrumpitur. ergo substantia non est eadẽ quãtitati. cõsequẽtia tenet: antecedẽs probat̃: q: sumatur aliqua quãtitas bipedalis et condenset̃: ita ꝙ fiat pedalis: tunc quantitas prima corrumpitur: cũ remaneat semꝑ eadem substantia: ergo ⁊c.

In oppositũ vult Aristo. in quarto physic. dicens si remoueantur termini et passiones substãtie: nihil remanet nisi materia: sed quũ adhuc remaneret q̃titas et extensio videtur quod materia extensa sit sua extensio seu sua q̃titas. ¶ Secundo: nam dicit Aristot. in predicamentis quod albedo est quantitas per accidens et sic sequitur albedinem esse q̃titatem: ⁊ non minori ratiõe quelibet alia res extensa est q̃titas. ¶ Tertio nam dicit commentator de substantia orbis: quod dimẽsiones sunt eterne in materia: et cũ nihil distinctũ a materia sit eternum in materia sequitur dimensiones materie esse materiam. ¶ Quarto: nã dicit̃ ꝙ proprie proprium sit substãtie secundũ sui mutationẽ esse susceptibilem contrariorum: sed q: ista proprietas cõuenit quãtitati: sequitur quãtitatem esse substantiam: q: superficies ponit̃ esse quãtitas: ⁊ secundũ sui mutationẽ est susceptibilis contrariorũ: scilicet albedinis ⁊ nigredinis. ¶ In q̃stiõe primo tractabo vnã opinionẽ: secũdo ponã cõclusiones ex quibus patebit improbatio opinionis ⁊c. ¶ Quantũ ad primũ sciendum est quod opinio multorum modernorum et plurium antiquorũ erat ꝙ quantitas sit vna res distincta a re quanta et extensa directe sicut albedo: que est distincta a re habẽte albedinem: et isti rationes sextam ⁊ septimam multũ putãt esse pro opinione illa.

Quãtum ad secundũ: pono primo istã cõclusionem cõtrariã isti opinioni. ꝙ oĩs res extẽsa est quãtitas. probatur: nam pono quod aliqua res sit extẽsa: que sit a.b.c. tunc probatur ꝙ ista res sit quantitas: nam si nõ: tunc sequitur quod dicit opinio cõtraria: ꝙ quantitas sit res distincta ab ipsa re extensa: tunc sic quamlibet rem distinctam ab alia deus potest separare ab alia sine motu locali: separet ergo deus quantitatẽ ab a.b.c. extensa: tunc illa re separata a quantitate adhuc pars a. est extra b. et pars b. est extra c. ex quo talis separatio posita erit absq; motu locali: ergo a.b.c. est res extensa: ex quo adhuc vna pars eius est extra aliam: ergo res de se circũscripta quãtitate tanq̃ aliqua re sibi superaddita potest esse extẽsa: sequitur quod frustra ponitur talem quãtitatem esse rem distinctam superadditam rei extense. ergo videtur quod ponendum sit omnem rem extẽsam esse suam quantitatẽ et suam extensionẽ. ¶ Secundo peccatum est fieri per plura qd̓ põt fieri ꝑ pauciora: sed ita est quod omnia possunt fieri per pauciora equaliter si ponimus quantitatem non esse rem distinctã a re extensa: sicut si poneremus eam esse rem distinctã ab ipsa re quãta. ergo ⁊c. maior patet et minor patebit in solutione rationum in contrarium. ¶ Secunda cõclusio. omnis quantitas est substantia vel qualitas. hoc ꝓbatur sic: omnis res extensa est substantia vel qualitas: omnis quantitas est res extẽsa ergo omnis quãtitas est substantia vel qualitas.

Ad rationes in oppositum. ad primã dico ꝙ corpora vel quãtitates sunt duplices. q̃dã sunt quantũ

vna

vna informat aliam vel que informant simul vnam tertiã. Quedam sunt quarum vna non informat aliam nec ambe informant vnam aliam tertiam. Tunc dico ad propositũ quod corpora: vel quantitates primo modo facte vel dicte possunt simul esse ĩ eodem loco: ⁊ possunt se penetrare: imo hoc est necessarium si vna debet informare aliam vel ambe vnam tertiam: vnde forma non potest informare materiam: nisi sit secum in eodem loco: nec albedo et dulcedo possent simul informare lac: nisi essent simul in eodem loco cum lacte. De corporibus autem secũdo modo dictis impossibile est quod sint simul in eodem loco vel quod penetrent se: ⁊ de illis intellexit Aristote. quarto huius. ¶ Iuxta istam solutionem infero correlarie quod a. ⁊ b. partes ipsius c. si essent ab inuicem separate: quelibet illarum occuparet tantum locum sicut c. ⁊ quodlibet eorum tantum sicut aliud: ⁊ tamen sine rarefactione: ⁊ cõdensatione quacunqꝫ si iungantur simul sic quod vnum informet aliud: tãtum locum occupabunt: ⁊ non plus sicut faciebant diuisi vel sicut occupabat vnum illorum ⁊ non plus neqꝫ minus nam si materia equi ⁊ forma separentur abinuicem ꝑ imaginationem: materia occuparet tantum locum sicut prius occupabat equus: ⁊ similiter forma equi tantum: et tamen quum sunt simul occupant precise tantum locum sicut occupabat prius vnum eorum solum: quum erant abinuicem separata. ¶ Ad secundam dico quod lumen est corpus: sꝫ non corpus quod sit substantia composita sicut voluerunt antiqui contra quos loquitur philosophus in secundo de anima. ¶ Ad tertiam dico quod non est impossibile quod sensibile proprium sit sensibile commune significabile per aliquem terminum, de quo significatiue accepto verificatur hoc predicatum sensibile commune. Unde de isto termino magnitudo non verificatur hoc predicatum sensibile commune propter hoc quod significat vnam rem perceptibilẽ pluribus sensibus: sed pp hoc quod significat res quarum alique sunt perceptibiles sensu visus: sicut color: alique sensu tactus sicut caliditas ⁊ frigiditas: durũ ⁊ molle: sicut diffusius dictũ est in secũdo de anima. ¶ Ad quartam quũ dicitur: sequeret ꝙ transmutatio substãtialis ⁊c. negat cõsequẽtia. quũ ꝓbat qꝛ omnis motus ad quantitatem est augmentatio negatur. vnde nõ propter hoc aliqua mutatio dicitur motus augmentationis qꝛ est ad q̄ꝫtitatẽ vel quia per eam acquiritur quantitas: sed quia per eam fit quod mutatur responsio per terminos de predicamento quãtitatis. Unde ad interrogationẽ factam per quantum de pronomine demonstrante rem que mouet tali motu: verbi gratia: si aliquid esset nunc pedale et per aliquẽ motũ fieret tripedale: talis motus diceretur augmentatio quia ꝑ talem motũ fit qꝺ mutatur responsio per interrogationẽ factã per quãtũ de ipsa re: nã quum prius querebat quantũ est tale: conuenienter respondebatur pedale: sed modo per talem motum non conuenienter respondetur pedale: sed tripedale. ideo finaliter quamuis per generationem alicuius forme substantialis acquiratur q̄ꝫtitas tamẽ qꝛ per talẽ mutationem nõ fit variatio ad interrogationem factã per quantũ de ipsa re sed mutatur responsio ad iterrogationẽ factã per quid ꝑ terminos de predicamẽto substantie: nõ dicitur augmẽtatio: sed transmutatio substantialis. ¶ Similiter ad quintam de alteratione ꝓpt̃e dicta quãuis acq̃ratur q̄ꝫtitas: tamẽ quia nõ mutat responsio ad interrogationem factã per quantũ: sed per quale talis motus dicitur alteratio ⁊ nõ augmentatio. ¶ Ad sextam de vesica: dico quod nec materia resistit nec forma absolute: sed forma existens in tanta massa materie: vnde bene verum est quod forma aeris potest esse sub minori q̄ꝫtitate quãdo nõ esset in tanta massa materie: cum tamen est in tanta massa materie: tunc non potest stare in materia quantumcũqꝫ densa: ipsa est illud quod resistit comprimẽti. ¶ Ad aliam dico quod si aliquod corpus pedale omni extrinseco annihilato sic rarefiat: quod fiat bipedale dico quod q̄ꝫuis ad nullum extrinsecum se habeat aliter q̄ꝫ prius tamen adhuc quelibet pars illius ad aliaꝫ se habet aliter q̄ꝫ prius: quia magis distat ab ea q̄ꝫ prius distabat: ⁊ non per acquisitionem alicuius rei noue ꝑ motũ localẽ. ¶ Ad octauam concedo qꝺ ois qualitas extensa est quãtitas. et quũ dicitur qꝺ qualitati aliqꝺ est contrarium: quantitati autem nihil: dico quod iste propositiones sunt indefinite: ⁊ bene ex eis sequitur qꝺ aliqua qualitas extensa aliqua q̄ꝫtitas non est. ¶ Uel aliter dico qꝺ predicte ꝓpositiones debent intelligi de terminis et non de rebus significatis ꝑ terminos: sicut terminis de predicamento quãtitatis non sunt alij termini cõtrarij: sed bene terminis de predicamẽto qualitatis: nec ex hoc concluditur: quod qualitas non sit quantitas. ¶ Ad secundam probationem quando dicitur quantitas non suscipit magis ⁊ minus: dico quod hoc debet intelligi de terminis sic. s. qꝺ termini de predicamento quãtitatis nõ sũt verificabiles de aliquo cũ hoc aduerbio magis: vel cũ hoc aduerbio minus: sꝫ nõ est sic de terminis de predicamẽto qualitatis: nec ex hoc sequit qualitatẽ extẽsam non esse quãtitatẽ. ¶ Ad aliã confirmationẽ dico ꝙ q̄ꝫuis q̄ꝫtitas ⁊ qualitas sint ꝑdicamenta distincta cum hoc tamen stat ꝙ eadẽ res est significata per vnũ illorum terminorum: ⁊ per alium: nam ad distinctionẽ predicamentorum non requiritur res esse distinctas: sed modos eorũ esse distinctos. ¶ Ad nonam concedo ꝙ omnis substantia extensa est q̄ꝫtitas: ⁊ vlterius dico ꝙ hec ꝯsequẽtia nõ ꝓpter hoc est bona: substãtia ⁊ q̄ꝫtitas sũt ergo multa sunt q̄ sunt: ex eo ꝙ q̄ꝫtitas sit distincta a substãtia sꝫ ꝓpter hoc: quia si iste terminus: q̄ꝫtitas: est verificabilis de substantia: substantia est q̄ꝫta: ⁊ tunc vltra: si substãtia est quãta oportet qꝺ habeat partes: ⁊ si habet partes multa sunt que sunt. ¶ Ad confirmationem dico quod ꝑ illã auctoritatem Aristo. nõ vult nisi ꝙ hec est per se quãtitas est finita: sed hec nõ est per se substãtia est finita: qꝛ nõ omnis substãtia est quãta. vñ deus ⁊ intelligẽtie sũt substantie: ⁊ tñ nõ sunt quãte. ¶ Ad aliã cõfirmationem dico qꝺ quũ aliquid est tripedale ⁊ fit bipedale nihil ibi corrũpitur licet bene aliquis terminus de predicamento quãtitatis desinat de illa re verificari: ⁊ incipit vnus alius terminus de ipso verificari. ¶ Ad vltimã cõfirmationẽ quãtitas accidit substãtie: dico ꝙ hoc nõ debet intelligi modo quo albedo accidit parieti: ita ꝙ nõ accidit ei ꝑ realem inherentiã sed per ꝑdicationem. i. diuersi termini de ꝑdicamẽto quãtitatis sunt accidẽtaliter verificabiles de pronomine demonstrante substantiam ⁊c.

Questio.VII



Utrum totum sit sue partes. Arguitur ꝙ nõ: quia sequeretur quod quelibet pars: esset sue ꝑtes. cõsequentia tenet per ly totũ qꝺ totum valet sicut quelibet pars. sed falsitas cõsequẽtis patet: anima intellectiua est aliqua pars hominis: ⁊ tamen ipsa non est sue partes: cum non habeat partes. ¶ Secundo si questio eẽt vera sequeretur quod totum non esset notius suis partibus: consequens est contra Aristo. in prohemio vbi ponit totum esse notius suis partibus. patet hoc: nam cum videmus partem alicuius totius sicut vnam medietatem solis vel lune tunc dicimus videre nos illud totum: ⁊ tamen non quamlibet partem videmus. consequentia patet quia idem non est notius seipso. ¶ Tertio sequeretur qꝺ idem componeret ⁊ diuideret seipsum: sed hoc est falsum: et consequentia probatur quia demonstratis omnibus partibꝰ alicuius totius verum est dicere iste partes componunt hoc totum ⁊ iste partes sunt hoc totum. ergo idem componit seipsum. ¶ Quarto sic. partes sunt minores toto: ergo non sunt totum: consequentia tenet quia idem non est minus seipso: antecedens patet quia omne totum est maius sua parte. ¶ Quinto partes sunt priores toto ergo partes non sunt totũ. consequentia tenet: qꝛ idem nõ est prius seipso. antecedens patet quia partes sunt cause totiꝰ: mõ causa est prius causato. ¶ Sexto sequeret ꝙ idem esset in seipso: sed hoc est falsum: ꝓbatur consequentia qꝛ demonstratis partibus alicuius totius verum est dicere iste partes sunt in isto toto: ergo si iste partes sunt istud totum sequitur ꝙ hoc totũ sit in isto toto ⁊ sic idẽ esset in seipso. ¶ Septimo sequeret ꝙ materia ⁊ forma essent homo: sed hoc est falsũ ⁊ ꝯsequẽtia ꝓbat: qꝛ materia ⁊ forma sũt par

tes hominis tanq̃ sui totius: falsitas consequentis proba tur: quia si materia ⁊ forma essent homo: tunc materia esset homo ⁊ forma esset homo: sed hoc est falsum: consequentia videtur tenere a simili quia bene sequitur Sor. et Plato currunt ergo sor. currit ⁊c. Sexto sequeretur quod a. ⁊ b. essent duo homines: et tamen nec a. esset homo nec b. esset homo: sed hoc est inconueniens. ⁊ probatur consequentia quia ponatur quod duo capita duorum hominum sint a. ⁊ residuum sit b. tunc clarum est quod a. non est homo: q2 duo capita duorum hominum non sunt homo: nec etiam b. est homo: quia duo residua preter capita non sunt homo ⁊ tamen a. ⁊ b. sunt duo homines si totum est sue partes.

¶ Nono sequeretur quod homo esset eternus hoc est falsum: consequentia probatur expositorie sic. ista materia ⁊ forma sunt eterna demonstrata materia ⁊ anima intellectiua hominis: sed ista eadem materia ⁊ forma sunt homo p questionem ergo homo est eternus. ¶ Decimo sequeretur quod vnus homo esset infiniti homines: sed hoc est falsuz cum vnus homo sit solus vnus homo. consequentia probatur quia signato aliquo homine scilicet sorte capiatur totum eius residuum preter digitum ⁊ vocetur a. ⁊ deinde capiatur totum residuum cum digiti medietate ⁊ vocetur b. ⁊ deinde capiatur totum residuum preter digitũ cuz medietate digiti ⁊ etiam cum medietate residue medietatis ⁊ vocetur c. ⁊ sic vltra in infinitum secundum partes proportionales residue medietatis ipsius digiti: tunc arguo sic a. est homo. b. est homo ⁊ c. ẽ homo et sic de infinitis alijs ergo sor. est infiniti homines. quod autez a. sit homo patet quia digito sor. abscisso adhuc residuum quod manet est homo: similiter quod b. sit homo patet similiter ⁊ c. ⁊ sic de alijs ⁊ ex hoc sequitur quod sor. est infiniti homines. Sequitur etiam quod hic terminus sor. non sit terminus singularis sed communis: quia a. hominem ⁊ b. hominẽ ⁊ sic de alijs significat ⁊c. ¶ Undecimo sequeretur quod hec esset concedenda: materia ⁊ forma sortis vident: posito q̇ sor. videret. pbat̃ hoc sor. videt: sortes est sua materia ⁊ sua forma: ergo materia ⁊ forma sortis vident: et vltra. ergo eius materia videt: consequẽtia videtur tenere a simili nã bene sequitur sor. ⁊ plato currũt ergo sor. currit. ¶ Duodecimo sequeretur quod a. et. b. augmentarentur. et tamen b. diminueretur: hoc est falsum. consequentia probatur posito q̇ a. ⁊ b. sint due medietates alicuius totius et quod a. augmentetur ⁊ b. diminuatur. ⁊ sint medietates alicuius totius quod sit c. ⁊ volo quod a. plus augeatur quã b. diminuatur: tunc sic c. augetur ⁊ c. per questionem est a. ⁊ b. ex quo totum est sue partes ergo a. ⁊ b. augentur: sed quod b. non augeatur patet ex casu. ¶ Decimotertio sequeretur quod idem esset album ⁊ nõ album: sed hoc videtur esse inconueniens probatur consequentia: nam sit vnum corpus: cuius vna medietas sit alba ⁊ alia sit non alba tunc arguitur sic: iste sue medietates sunt albe: ⁊ non albe ⁊ iste sue medietates sunt hoc totum: ergo idem est album ⁊ non album. ¶ Decimoquarto si questio esset vera sequeretur quod a. ⁊ b. essent quadrata ⁊ tamen nullum eorum eorum esset quadratum: sed hoc est falsum: consequentia probat̃ nam sunt. c. d. duo quadrata coniuncta adinuicem: diuidatur totum aggregatum ex his per longum ⁊ sit vna pars diuisa. a ⁊ alia b. tunc clarum est quod a. non est quadratũ sed quadrangulus similiter nec b. sed quod a. ⁊ b. sint quadrata. patet quia a. b. sunt c. d. si totum est sue partes: sed c. d. sunt quadrata per casum ergo a. ⁊ b. sunt quadrata.

¶ Quintodecimo si questio esset vera sequeretur quod a. ⁊. b. essent equalia ⁊ tamen a. non esset equale b. sed hoc videtur esse inconueniens probatur consequentia nam sit aliquod totum cuius vna medietas sit c. ⁊ alia sit d. et sit vnum tertium ipsius totius a et sint alie tertie ipsius totius b. tunc per questionem c. ⁊ d. sunt homo totum ⁊ similiter a. ⁊ b. sunt homo totum; ergo a. b. sunt. c. d. sed c. et d. sunt equalia: quia due medietates totius: ergo a ⁊ b sunt equalia: sed quod a. nõ sit equale b. p3 q2 tertia nõ est equalis duabus tertijs. ¶ Decimosexto si questio esset vera sequeret̃ q̇ paria essent imparia: sed hoc est falsum: pbatur consequentia quia capio aliquẽ numerum vt senenarium: ⁊ arguo sic: hic numerus est paria quia est duo ⁊ duo: ⁊ idez est imparia patet quia tria ⁊ tria. ergo. ¶ Decimoseptimo sequeretur q̇ magnitudo finita esset magnitudo infinita sed hoc est falsum et probat consequentia et signo aliquaz magnitudinem finitam: tunc in ipsa sunt infinite partes proportionales. si q̃stio esset vera ipsa esset multitudo partium infinita: cuz numerus non ponatur alia res a rebus numeratis superaddita tunc arguitur sic multitudo est infinita. demonstrata multitudine omnium partium proportionabilium continui. tunc vltra si ista multitudo est ista magnitudo: ergo ista magnitudo est infinita. ¶ Decimooctauo sequeret̃ q̇ quantitas continua esset quantitas discreta sed hoc est falsum ⁊ contra Aristote. in predicamẽtis: probatur consequentia quia capio aliquod continuuz ⁊ signo duas eius medietates. tũc sic iste due medietates sunt quãtitates discrete: quia numerus: ⁊ sunt quãtitas continua quia hoc totum: ergo quãtitas discreta est quãtitas continua ⁊ econuerso. ¶ Nonodecimo sequeretur quod sor. videret a. ⁊. b. ⁊ tamen non videret b. consequẽs falsum: et probatur consequentia: nam sit medietas lune versus nos a. ⁊ medietas posterior b. tũc sor. videt a. ⁊ b. q2 videt lunam que est a. ⁊ b. ⁊ tamen non videt b. propter interpositionem inter visum sor. ⁊ b. ergo. ¶ Deinde confirmatur auctoritatibus: quia Aristote. ⁊ commentator dicunt in secundo de anima quod substantia composita distinguitur contra materiam ⁊ formam que sunt eius partes: sed hoc non esset verum si totum esset sue partes.

¶ Secundo auctoritate Aristote. in quinto ⁊ sexto metaphysice qui dicit quod bis tria non sunt sex sed semel sex sunt sex: sed hoc non esset: si totũ esset sue partes. ¶ Tertio auctoritate Arist. septimo metaphysice dicentis quod ista syllaba ba. distinguitur ab a. ⁊ b. quia manentibus a. et. b. corrumpitur ba. et hoc non esset si totum esset sue partes: et nisi ista syllaba ba. aliquid superadderet istis literis b. et a. ¶ Quarto auctoritate Aristote. in octauo metaphysice dicentis: que nõ sunt vnum sicut aceruus: oportet ponere aliam causam. ac si velit innuere totum est aliqua entitas superaddita suis partibus. ¶ Quinto auctoritate Aristote. in isto primo dicentis quod non sequitur si infinitum est immobile secundum partem et hoc non esset verum si totum esset sue partes: ergo sequitur quod questio est falsa.

In oppositum arguitur. Primo rationibus: secundo auctoritatibus. primo sic si totum esset aliquid superadditum suis partibus sequeretur quod ab aliquibus posset separari pondus vnius libre: et tamen illa ponderarent postea tantum sicut prius absq̧ additiõe alicuius alterius. consequens falsum probatur consequẽtia: nam sit pondus vnius libre a ⁊ eius meditates sint b. ⁊ c. tunc si a. esset vna entitas distincta a b. c. per separationez b. a c. corrumpitur a. ⁊ remouetur pondus vnius libre. s. a. tunc b. ⁊ c. equaliter post ea ponderarent: quia due dimidie tantum ponderarent sicut vna libra. ¶ Secundo si totum esset entitas distincta a suis partibus: sequeretur q̇ nulla materia esset perpetua: sed hoc est contra Aristo. in isto primo. et consequentia probatur: quia quacunq̧ materia data ipsa est diuisibilis: sed si totum esse entitas superaddita suis partibus: illa per diuisionem totius corrũperetur: ⁊ per consequens quelibet materia esset corruptibilis cum sit diuisibilis si totum sit distinctum a suis partibus. ¶ Tertio sequeretur quod esset processus in infinitum in totis: sed hoc est falsum: probatur consequentia: q2 si totum esset vna entitas tertia resultans ex partibus suis tunc ex isto toto ⁊ suis partibus resultabit quarta entitas ⁊ ex illa cum suis partibus resultabit quinta ⁊ sic in infinitum. ¶ Quarto illud non debet fieri per plura: quod potest fieri per pauciora: ergo. Deinde in contrariũ arguitur auctoritatibus: ⁊ primo videtur esse commentator: primo huius commen. xvij. vbi dicit: quod partes simul sumpte: nõ sunt aliud a toto: licet quelibet pars sit aliud a toto.

¶ Secundo in contrarium videtur esse Aristo. in isto primo vbi dicit q̇ totum est sue partes: ⁊ in quarto vbi dicit q̇ totum non est aliud a partibus: ⁊ in quinto metaphysice vbi dicit quod aliqua sunt vnũ: q2 sũt ꝯtinua sicut due medietates lꝯtinuo nõ sũt aliud vnũ q̃z illud ꝯtinuũ totũ Et Arist. in scdo de aia vbi dicit q̇ sicut ocul⁹ ⁊ pupilla sũt

vnum

vnum ita corpus ꝛ anima sunt vnum totū. In ista q̄stione primo ponam distinctiones. secundo conclusiones. tertio soluam rationes.

Quantum ad primum sit prima distictio· hic terminus totum potest dupliciter accipi: vno modo cathegorematice: alio modo syncathegorematice. Syncathegorematice valet tantum quantum hec oratio: quelibet pars secundum hoc solet concedi quod totus sortes est minor sorte. Unde vlterius solet concedi quod quando tenetur syncathegorematice tunc terminus discretus in oratione cui equiualet distribuitur solum pro partibus integralibus ꝛ non pro partibus essentialibus. aliter enim hec esset falsa totus sortes est minor sor. quia non quelibet pars essentialis sortis est minor sorte: quia materia sortis non est minor sorte: nec etiam forma eius: cum illa non sit quanta nec diuisibilis: modo non quantum ꝛ indiuisibile quāto ꝛ diuisibili nec dicitur maius nec minus. Alio modo accipitur hoc nomen totum cathegorematice. ꝛ tunc equiualet huic orationi ens habens partes: ꝛ secundum hoc solet concedi quod in oculo meo est totum quod est in mundo: posito quod in oculo meo sit vna festuca: que est vnum totum quod est in mundo: cum sit ens habens partes.

¶ Alia distinctio est quod quando hoc nomen totum ponit a parte subiecti tenetur syncathegorematice: ꝛ quando ponitur a parte predicati tunc tenetur cathegorematice: ꝛ secundum hoc solet concedi ista: in oculo meo est totū quod est in mundo: ꝛ negatur ista: totum quod est in mundo est in oculo meo. ¶ Tertia distinctio: quod capiendo totum cathegorematice: Duplex est totum: quoddam enim est cuius omnes partes sunt diuisibiles sicut equus lapis vel lignum ꝛ sic de singulis. Aliud est totum cuius nō omnes partes sunt diuisibiles sicut homo: quia aliqua pars hominis non est diuisibilis sicut anima intellectiua.

¶ Quarta distinctio quod termini pluralis numeri sicut sunt hic terminus: partes: vel consimiles aliquando possunt teneri diuisiue aliquando collectiue. Primo modo quādo propositio in qua ponitur: exponitur per vnam copulatiuam. sicut hec. omnes homines currunt: exponitur sic. homo currit ꝛ homo currit: vel si dicatur partes sunt totum. i. pars est totum et pars est totum. ¶ Secundo modo quādo propositio in qua ponitur: exponitur per cathegoricam de extremo copulato. Verbi gratia: isti ferūt lapidē posito q̄ neuter istorū demonstratorum se solo sufficiat portare lapidem: sed bene cū alio ꝛ tunc ista exponitur p istā iste ꝛ iste ferunt lapidem: que est de subiecto copulato. ¶ Quinta distinctio q̄ ly omnes aliquando tenetur collectiue aliquando distributiue.

Quantum ad secundum sit prima conclusio quod totalitas non est aliqua tertia entitas superaddita suis partibus: probatur: quia si sic vel esset substātia vel accidens: non primo modo: quia vel esset substātia corporea vel incorporea: non corporea quia tunc sequeret plura corpora quorum vnum non esset informatiuum alterius. nec informarent vnum tertium esse in eodem loco: quod est contra Aristotelem quarto physicorum. nec potest dici quod sit substantia incorporea quia tunc totum: sicut lignum vel lapis: esset substantia incorporea quod est falsum. Nec potest dici secundum scilicet quod totalitas sit quoddam accidens: quia tunc sequeretur quod si vna gutta poneretur in mari: quod in qualibet parte generaretur aliquod nouum: hoc autem est falsum quia gutta aque potest addi mari absq; hoc quod fiat aliqua alteratio vel mutatio in partibus ipsius maris distantibus ab illa gutta apposita per .c. leucas: consequentia probatur quia per appositionem vnius gutte ad mare resultat vnū aliud totum: et per consequens vna alia totalitas: que si ponatur accidens superadditum ipsis partibus inherens: sequitur quod dictum est. ¶ Secunda conclusio. totum est sue partes: probatur. nam quelibet pars totius est sue partes: ergo totum est sue partes: consequentia tenet q2 totum a parte subiecti positum: valet idem quod quelibet pars. sicut dictum est in primo articulo. ¶ Tertia conclusio de quolibet toto verum est dicere hoc totum est sue partes. probatur quia si non hoc maxime videretur de homine vt aliqui dicunt: qđ est falsum: hoc totum est sue partes probant quia sequeretur qđ quelibet pars hominis esset sue ptes: sed hoc est falsum quia anima intellectiua nō est sue partes: cum non habeat partes. sed hoc non valet quia sicut dictum est: ly totum tentum syncathegorematice distribuit solum terminum sequentem pro partibus integralibus: ꝛ non pro partibus essentialibus: sicut est anima intellectiua respectu hominis. dico ergo quod nō sequitur. totus homo est sue partes: ergo quelibet pars hominis est sue partes: sed bene sequitur totus homo est sue partes: ergo quelibet pars integralis hominis est sue partes. vnde ly totum distribuit pro partibus integralibus: ꝛ non p partibus essentialibus patet: quia aliter non concederetur hoc sophisma: quod tamen communiter conceditur: totus sortes est minor sorte: nam si distribueretur pro partibus essentialibus sophisma esset falsum ex eo quod materia sortis non est minor sorte. similiter nec forma. ergo.

¶ Quarta conclusio tenendo terminum pluralis numeri collectiue concedendum est quod partes sunt suum totum patet per conclusionem: quia totum non superaddit aliquam entitatem tertiam superadditam partibus simul sumptis. ergo. ¶ Quinta conclusio tenendo terminū pluralis numeri diuisiue non est concedendum quod partes sunt suum totum: patet quia signatis duabus partibꝰ alicuius totius sequitur iste partes sunt hoc totum: si ly iste partes teneretur diuisiue. ergo hec pars est hoc totum et ista: ꝛ sic de singulis: sꝫ hoc ē falsū: quia aliter materia hominis esset homo. ¶ Sexta Conclusio accipiendo ly omnes collectiue: hec est concedenda. omnes partes sunt totum. patet: quia demonstrato aliquo toto ꝛ omnibus partibus suis: que sint. b. c. d. tunc arguitur sic. b. c. d. sunt hoc totum. ergo omnes partes istius sunt hoc totū tenendo ly omnes collectiue. antecedens patet per primā conclusionem: ꝛ cōsequentia patet q2 quādo ly omnes tenetur collectiue facit terminum stare pro omnibus suis suppositis copulatum: ergo. ¶ Septima Conclusio. tenendo ly omnes diuisiue: hec non est concedenda omnes partes sunt suum totum.

Ad rationes principales. Ad primam negatur consequentia propter hoc quod ly totum non distribuitur indifferenter pro qualibet parte: sed solum pro partibus integralibus. ergo bene sequitur totum est sue partes. ergo quelibet pars integralis est sue partes: et nō valet instantia de anima: quia non habet locum ibi. ¶ Ad secundam sequeretur quod totum non esset notius ꝛc. dico quod si ly partes teneretur diuisiue nego ꝛc. ꝛ sic non est idem suis partibus: sed si tenetur collectiue tunc concedo quod totum non sit notius partibus: nam quāuis notius sit vna eius medietate tamen non est notius. a. ꝛ. b. medietatibus. quia hoc lignum est a. b. medietates. ¶ Ad tertiam rationem sequeretur quod idem ꝛc. negatur consequentia. partes totius componunt totum: concedo si ly partes tenetur diuisiue: si autem collectiue nego vel aliter adhuc nego cōsequentiam qđ ergo idem sit componens se ipsum: et si arguitur: demonstratis duabus medietatibus alicuius totius: ille medietates sunt componentes hoc totum: ꝛ iste medietates sunt hoc totum: ergo hoc totum est componens hoc totum: dico quod talis non debet inferri conclusio: sed ista hoc totum est componentia hoc totum ꝛ illam concedo. ¶ Ad quartam ex simili radice concedo q̄ totum demonstrato aliquo toto non est minus ꝛ sed bene minor a se. ¶ Ad quintam simili modo quod totum nō est prius sed bene prior a se. ¶ Ad sextam sequeretur quod idem esset in seipso: negatur consequentia ꝛ quum dicitur partes sunt in toto: concedo si ly partes tenetur diuisiue: nec sic partes sunt ipsum totum: sed si ly partes tenetur collectiue: tunc dico quod partes sunt ipsum totum ꝛ nō sunt in toto. vel aliter dico quod totum non est in seipso. sed bene est aliqua quorum quodlibet est in seipso. ¶ Ad aliam sequeretur quod hec esset concedenda: materia ꝛ forma sunt homo: concedo: ꝛ quum dicitur: ergo materia est homo [illegible] ꝛ diuisionis: quia arguitur a sensu composito vero [illegible] esset sensus diuisus: ꝛ cum dicitur tamen bene sequit sor. ꝛ plato currunt: ergo sor. currit ꝛc. nam aliter dico que [illegible]

verum est gratia materie: non autem gratia forme. ¶ Ad octauam sequeretur quod a. ⁊ b. ⁊c. concedo consequentiā tamen nec a. esset homo nec b. esset homo. concedo cōclusionem. ¶ Ad nonam sequeretur quod homo esset ⁊c. nego consequentiam: ⁊ quum dicitur ista materia et ista forma sunt eterna: ⁊ illa materia et forma sunt homo: ergo homo est eternus. dico quod male infertur: debet enim inferri: ergo homo est eterna: ⁊ istam conclusionem concedo quia vera est. ¶ Ad decimam patebit solutio in questiōe sequēti. ¶ Ad vndecimam concedo quod materia ⁊ forma vident. nego consequentiam vt prius: ergo materia videt. ¶ Ad duodecimam concedo conclusionem quia vera est. ¶ Ad decimam tertiam concedo consequentiam et consequens. quia totum verum est. ¶ Ad decimam quartam sequeretur quod a. ⁊ b. essent duo ⁊c. dico quod si per ly quorum refertur quadrata: tunc est inconueniens a. ⁊ b. esse duo quadrata quorum quadratorum neutrum est quadratum. quia hoc implicat: sed si per ly quorum refertur a. ⁊ b. tunc bene concedo quia nec a. est quadratum nec b. ¶ Ad decimamquintam concedo conclusionem: quia vera est. ¶ Ad decimamsextam sequeretur quod eadem essent paria ⁊c. Concedo quāuis secundum aliā rationē dicant paria et secundum aliam imparia. ¶ Ad decimamseptimā dico quod si ly infinita sit pluralis numeri bene cōcedo ꝙ magnitudo finita est infinita: sed si sit singularis numeri: tunc nego quod magnitudo finita: sit infinita. Sed bene concedo quod magnitudo finita est multitudo infinita. ¶ Ad decimamoctauam negatur consequentia. et quum probatur signato aliquo continuo ipsum est quantitas cōtinua: concedo: ⁊ etiam est quantitas discreta: nego tamen si proprie accipitur quātitas discreta: quia proprie accipiēdo quantitatem discretam non dicitur nisi de actu separatis abinuicem non facientibus actu vnum continuum: ergo due medietates alicuius totius nō proprie sunt numerus: sed bene improprie. ¶ Ad decimamnonam concedo conclusionem. ¶ Deinde respondeo ad auctoritates: Ad primam dico quod non vult plus nisi quod substantia cōposita distinguitur a materia seorsum assumpta ⁊ similiter bene distinguitur a forma seorsum assumpta ⁊ tamen non distinguitur a materia ⁊ forme simul sumptis. ¶ Ad secūdam auctoritatem: bis tria non sunt sex: dico quod hec auctoritas de virtute sermonis est falsa: nihilominus de bonitate intellectus: potest concedi ad istum intellectum: quod non secundum eandem rationem numeralem aliqua dicūtur bis tria per ductum duorum in tria ⁊ sex. ¶ Ad tertiā bene concedo ꝙ ista syllaba ba. nō est b. nec etiā a: tamē cū hoc stat quod sit b. ⁊ a. ¶ Ad quartam dico ꝙ per hoc Aristo. vult ꝙ in illo quod est per se vnum: sicut est homo lignum vel lapis ⁊c. est aliquid ratione forme cuius dicitur vnum sed sic nō est in cumulo aliquorū lapidū aggregatorū: nam talis nō dicit vnū per se: sed per aggregationem. ¶ Ad quintam dico ꝙ per istam nō potest plus haberi nisi quod partes accipiendo diuisiue non sunt suum totum: et sic patet de questione.

Questio. VIII.



Queritur octauo: vtrum ex additione alicuius totius ad aliquod totū fiat aliud totum et similiter ex remotione alicuius totius ab aliquo toto fiat aliud totum. Et arguitur primo quod nō quia sic sequeretur quod musca posset generare aliū mūdum: hoc autem est impossibile: probatur consequentia quia musca potest corrumpere vnam particulam mundi nunc existentem: si ergo ex corruptione alicuius partis alicuius totius fiat aliud totum: sequitur quod ista particula corrupta a musca fiet alius mundus. ¶ Secundo sequeretur quod in augmentatione non esset idē ante ⁊ post sed consequens est falsum et cōtra Arist. primo de generatione: et probatur consequentia: quia esset aliud totum post augmentationem quam ante ex eo quod in augmentatiōe fit additio preexistenti alicuius partis nōne. ¶ Tertio sequeretur quod augmentatio non esset motus vnus: cōsequēs falsum. probatur consequentia nam ad vnitatem motus requiritur quod idem mobile maneat sub vtroque termino illius motus. modo si per additionem alicuius partis fieret aliud totum: tunc in augmentatione mobile nō maneret vnum. ¶ Quarto sequeretur quod nullus nostrū esset baptizatus: sed hoc est falsum. et consequentia probatur: quia multe particule sunt nobis addite: ideo quia sumus maiores quā dum baptizati sumus: si ergo per additionem alicuius partis ad totum fiat aliud totum tunc sequitur ꝙ nullus nostrum sit idem totū quod in iuuentute erat et per consequens nullus nostrū est illud quod baptizabatur. ¶ Quinto. simili ratione sequeretur quod nullus nostrū esset ille qui fuit natus de matre sua sicut Christus nō fuisset idem homo qui fuit in cruce suspensus ⁊ qui fuit natus de purissima virgine. ¶ Sexto sequeretur quod periret actio iniuriarum: consequens est falsum: ⁊ consequentia probatur: nam si aliquis faceret alicui nunc iniuriam: et quū immediate post hoc quilibet erit alius quam prius erat cum quilibet augeatur vel diminuatur: sequitur quod nullus habet agere contra alium: quia non est iste qui patitur iniuriam nec ille qui intulit iniuriam. ¶ Septimo sequeretur: quod nullus vestrum prius vidisset me: cōsequens est falsum: quia heri vidistis me: probatur consequentia: nam ex quo alique particule sunt mihi addite vel amote modo que prius non erant sequitur me non esse illum qui prius eram: ⁊ per consequens vos videtis me modo alium hominem quā heri vidistis ⁊c. ¶ Octauo sequeretur: quod in qualibet die generarentur infiniti homines: consequēs falsum. ⁊ probatur consequentia nam in quolibet instanti cuilibet homini est aliqua particula addita vel deperdita: cum nunquam homo in eodem statu permaneat. ex quo sequitur quemlibet hominem in quolibet instanti esse aliū quā prius fuit si questio esset vera et per consequens in fine diei verum est dicere quod sortes fuit infiniti homines in ista die. ¶ Nono sequeretur: quod hic terminus sortes esset terminus communis: consequens contra grammaticos ⁊ logicos: probatur consequentia: nam significat plures homines non solū successiue verum etiam simul: ex eo quod partes sortis simul sumpte sunt sor. ⁊ similiter totum residuum preter digitum est sor. sicut tangebatur in vno argumento precedentis questionis quod ibi promittebatur solui in ista questione. ¶ Decimo sequeretur quod nō cōtingeret eundem hominem bis intrare fluuium sicut dicit Heraclitus: ⁊ per consequens Aristo. male reprehendisset eum in hac parte in primo de generatione et corruptione.

In oppositum questionis arguitur auctoritate Senece ad Lucillum dicentis: non idem sumus in iuuentute ⁊ senectute: nec de mane nec de vespere: imo rapimur ⁊ mutamur more fluuiorum. ¶ Secūdo in precedēti questione dictum est totum esse suas partes. cum ergo ita sit sequitur quod per additionem alicuius partis ad totum vel per ablationem alicuius partis ab aliquo toto fiat aliud totum ex quo est alia multitudo partium: que est ipsum totum. ¶ Tertio ad idem nisi questio esset vera sequeretur quod nihil generaretur successiue: consequēs falsum: falsitas patet: quia ignis aer aqua ⁊ terra generātur successiue: sed consequentia probatur: nā sit aliquis ignis cui continue fiat additio: tunc si per additionem non fit alius ignis: sed continue manet idem ignis: sequitur quod nihil generatur successiue et ita de aere: aqua ⁊c. ¶ Quarto si questio non esset vera sequeretur quod posset manere idem totum per aliquod tempus ⁊ tamē in fine illud totum nullam haberet partē de illis partibus: quas habuit in principio: sed hoc videtur esse inconueniens: propter hoc ꝙ totum non est aliud quam sue partes. ⁊ probatur cōsequētia: nam sit vna nauis: de qua in primo anno auferatur vnus paries ⁊ reparetur de aliis lignis: tunc adhuc per aduersariū manet eadem nauis: deinde in secundo anno: auferatur alius paries ⁊ iterum reparetur ⁊ de aliis lignis de nouo: tunc iterū per aduersariū manebit eadem nauis: deinde in

tertio

tertio anno auferatur fundus: ⁊ iterum reparetur de aliis lignis: tunc adhuc per aduersariũ esset eadem nauis: que fuit primo anno ⁊ in secundo: ⁊ tamen nunc in ista naui nihil est quod prius erat in ea: antequam eius paries esset destructus ⁊ reparatus: quod fuit probandũ. Similiter posito quod esset vnum doliũ plenũ vino: et inferius esset vnum foramen: per quod istud vinum guttatim exiret: et superius vinũ aliud: per quod tantum infundatur de vino sicut inferius guttatim exit: sic quod cõtinue doliũ maneat plenũ: tunc tandem totũ vinum quod prius fuit in vase exiuit: et si continue maneat idem vinũ sequitur quod continue aliquid manet idem per horam: quod tamen in fine hore nihil habebit de hoc quod habuit in principio. consimiliter potest argui de equo vel de asino sed non de homine propter animam intellectiuam. ¶ Quinto ad idem nisi questio esset vera sequeretur quod corruptibile posset perpetuari: consequens falsum et contra Aristote. primo celi dicentem: quod omne corruptibile aliquando corrumpetur. consequentia patet ex exemplo deducto de naui ⁊c. ¶ In ista questione dicam secundum vnam distinctionem identitatis numeralis positam in quinto metaphysice ⁊c.

Quantum ad hoc est sciendum quod aliquid dicitur idem numero tribus modis: vno modo, proprie cuius omnes partes manent: ⁊ idem non acquirit nec deperdit aliquas partes: ⁊ sic celum dicitur idẽ numero quod erat ante mille annos. ¶ Secũdo modo aliquid dicitur idẽ numero nõ totaliter sed partialiter ⁊ minus proprie s. cuius principalior pars manet idem numero. vnde sepe denominamus totum denominatione partium: nã dicimus hominẽ crispũ qui habet caput crispũ: et similiter dicimus hominẽ simũ: qui habet nasum simũ similiter possumus dicere totũ idem numero ab identitate partis eius principalis. et isto modo dicimus hominem esse idem numero: modo ⁊ ante decem annos. ¶ Tertio modo aliquid dicitur idem numero esse: bene improprie propter continuam successionem partium adinuicem propter quã continuam successionem manet consimilis figura ⁊ consimilis dispositio ⁊ forma: ⁊ sic dicimus sequanã esse eundem fluuium qui fuit iam sunt centũ anni quãuis modo sint alie eius partes quã erant ⁊c. ¶ His premissis: sit prima conclusio loquendo de identitate numerali: primo modo nulla res corruptibilis manet idem nisi per instans: vel nulla res manet eadem corruptibilis per tempus: semper intelligendo de identitate primo modo dicta. probatur conclusio: nam signata aliqua re corruptibili que per aduersariũ potest manere eadem numero per tempus: ⁊ sit illud tempus a.b. tunc quero an in fine illius temporis illa res sit tante virtutis precise sicut in principio: vel maioris vel minoris. Si secundũ sequitur illam rem habere aliquas partes: quas prius non habuit: vel carere aliquibus: quibus prius non caruit: sed quodcunque istorum detur: sequitur illam rẽ non esse idem numero quod prius erat: loquendo de identitate primo modo dicta. Si dicatur quod sit precise tante virtutis sicut in principio sequitur per illam virtutem adhuc posse durare per tantum tempus: tunc sit illud tempus. d.e. ⁊ sit tante virtutis secundũ quod erat in fine temporis a. ⁊ b. et sic etiam per tantum tempus: et sic in infinitum. quod est impossibile: quod tunc aliqua res corruptibilis posset perpetuari. ¶ Secunda conclusio responsalis ad quesitũ. quod per ablationem vel additionẽ alicuius partis non manet idem totum identitate numerali primo modo dicta: hoc patet ex descriptione identitatis numeralis primo modo dicte. ¶ Tertia conclusio loquendo de identitate numerali secundo modo dicta manet idem homo a principio vite sue vsque ad finẽ hoc probatur: quia principalior pars manet eadẽ. s. aĩa intellectiua: et secundũ hunc modum loquendi bene dicimus eundẽ hominem esse in celo qui prius fuit in terra: sicut de sancto Petro quẽ dicimus esse in celo: quod quilibet non habet dubitare. Quia eius anima que est principalior pars est in celo. ¶ Quarta conclusio loquendo de ista identitate nõ est idẽ equus numero a principio ⁊ in finem: quia sicut nõ manet eadem materia sic non manet eadem forma. vtrunque enim augetur: sed sic non est de forma hominis s. de anima intellectiua. ¶ Quinta conclusio loquendo de identitate tertio modo dicta bene est idem equus numero a principio vite vsque in finem ⁊ idẽ sequana ⁊ idem fluuius nũc qui fuit ante mille annos: probatur: nam propter cõtinuã successionem partium adinuicem manet consimilis forma ⁊ dispositio: propter quã aliquid potest dici idem numero sicut patet ex descriptione identitatis tertio modo dicte. ¶ Sexta conclusio. propter ablationem vel additionem alicuius partis non tollitur identitas numeralis tertio modo dicta vel secundo modo: et secundum has cõclusiones rationes facte vadunt viis suis preterquam penultima que erat: sequeretur quod hoc nomen sor. esset nomen commune: negatur consequentia: quia sufficit vt maneat idẽ identitate numerali secundo modo vel tertio modo dicta. Et sic est in proposito. ⁊ quum probatur quod non solum significat plures homines successiue: verumetiam simul hoc negatur: ⁊ quum probatur signetur residuum preter digitum sortis: tunc hoc est sor. negatur. imo ad hoc quod aliquid sit sor. vel homo: requiritur quod ipsum sit per se seorsum existens ⁊ non existens pars alterius. ergo dicto digito nõ absciso ⁊ residuo per imaginationem capto non est sor. quamuis fiat sor. nam quũ digitus absciditur fit vna substantia per se: seorsum existens: non existens pars alicuius alterius substantie: nec alicuius quod est per se vnum: quamuis bene sit pars mundi: tamen mundus non dicitur per se vnũ. Et si diceretur omne compositum ex materia ⁊ forma ⁊ anima intellectiua est homo: sed tale. s. residuum preter digitum est huiusmodi: ergo. dicitur negando maiorem. Sed oportet addere quod non sit pars alicuius: quod est per se vnum tamen dicitur concedendo quod sor. preter digitum sit sor. ⁊ homo. nec propter hoc sor. est nomen cõmune. vnde ad hoc quod esset nomen cõmune requireret ipsum significare plura opposito modo ad secundũ vel tertium modũ identitatis.

Questio.IX.



Trum sit dare minimam materiã: de cuius potentia possit educi forma naturalis. ⁊ arguitur primo quod non: nam sit a. minima materia: de cuius potentia potest educi forma asini: tunc sic. a materia est minima: de cuius potentia potest educi forma asini: ergo de medietate non potest educi: consequens est falsum: consequentia clara est de se: sed falsitas consequentis probatur: nã sequitur quod medietas materie non potest recipere quamlibet formã. consequens est falsum ⁊ cõtra cõmentatorẽ primo physicorum. Ubi dicit quod proprium est materie quamlibet formã suscipere. ¶ Secundo ad idem si questio esset vera tunc esset dare minimã carnem: consequens falsum. probatur consequentia nam ista caro esset minima: cuius materia esset minima: in qua posset forma carnis induci: sed falsitas consequentis probatur: nã quacunque carne data: si applicaretur sibi aliquod agens corrũpens: prius corrumperet partem propinquam quã remotam: sit ergo a. medietas minime carnis propinqua ⁊ b. remotior corrupta: ergo a medietate carnis remoueatur agens tunc adhuc manebit b. caro minor carne data: et per consequens data caro non erat minima: nec adhuc minima potens seorsum existere: sicut quidam volunt dicere: ex quo b. est minor pars potens seorsum per se existere. ¶ Tertio data aliqua materia: quam tu dicis esse minimam: de cuius potentia potest educi forma aeris: tunc cũ forma aeris sit educta de illa materia: tunc etiã forma aeris, est educta de medietate ipsius materie: et similiter de quarta parte: ⁊ similiter de octaua ⁊ sic in infinitum. ita quod non est ita parua materia de qua educta est forma aeris quin adhuc de minori possit educi. ¶ Quarto nam in secundo de generatione dicitur ex vno minimo aque generantur decem minima aeris ⁊ sic econuerso ex vno minimo

aeris generatur decima pars vnius minime aque: et sic tunc capiatur vnum minimum aeris ⁊ sit a. tunc vel ex illo potest generari aqua vel non: non potest dici quod nõ quia ex quolibet elemẽto generatur aliud. si dicatur quod sic tunc ex ipso non generatur nisi decima pars minimi aque et per consequens de decima parte minime materie ipsius aque: que sic vocatur minima: educitur forma aque vt iam dictum est: et econuerso. ¶ Quinto sequeretur q̃d esset dare minimam aquã que posset durare per aliquod tempus in aliquo medio sine tendentia ad corruptionem consequens est falsum: probatur consequentia: quia sit illa a. in medio. b. sibi equali vel minori actiuitate: tunc sit similiter b. aqua minor in alio medio habente se in eadem proportione ad b. aquam: in qua se habet medium in a. aquã ad a. aquam: tunc potest durare sine tendentia ad corruptionem. ergo a. non erat minima que poterat durare ĩ aliquo medio sine tendentia ad corruptionem: ⁊ sic probatum est q̃ nec est dare minimã materiã de cuius potentia potest educi forma substantialis: nec est dare minimã materiam: sub qua põt manere.

In oppositum est Arist. in isto primo tractu capitulo secundo scilicet necesse est autem. vbi dicit quod est dare minimam Carnem et confirmatur ratione quod sit dare minimam materiam de cuius potentia potest educi aliqua forma: nam si non: sequeretur q̃d non esset dare hominem ita paruum quin adhuc esset dare minorem: et quod sub quacunq̃ quantitate quantumcunq̃ parua posset esse homo. consequens est falsum quia talis homo non posset [illegible] operationes hominis. ¶ In ista questione primo sciendum est: quod aliud est querere vtrũ sit dare minimam materiam: in qua de nouo potest generari aliqua forma et vtrum sit dare minimam materiam: in qua potest permanere aliqua forma: sic quod nõ in minori postq̃ ipsa generata est. ⁊ de vtroq̃ istorum videndum est in questione ista. Et primo quantum ad formam heterogeneorum. secũdo quãtum ad formam homogeneorum sicut sunt caro ⁊ os: ignis ⁊ aqua. ¶ Et adhuc primo videndum est de forma hominis que ponitur indiuisibilis: secundo quantum ad formam aliorum heterogeneorũ sicut asinus ⁊ capra. vnde primo videndum de expositione istorum terminorum: minimum: maximum: minimum quod non maximum quod non: vnde minimam materiã voco: sub qua potest aliqua forma generari: ⁊ sub nulla minori: et maximam in quã sic voco: in quam potest ⁊ in nullam maiorem. Et minimã in quã non: voco illam in quam non potest sed qualibet minori data datur maior: in quã potest: et maximã in quã non voco illam in quam non: sed qualibet maiori data datur minor in quã sit: et sic sequit articulus.

Quantum ergo ad primum sit prima suppositio: anima intellectiua ex quo est indiuisibilis ipsa fit subito ex quo sequitur quod est dare primum instans sui esse. ¶ Secunda suppositio: anima intellectiua nõ informat in generatione hominis prius vnam partem materie hominis in esse: et demum aliam: sed simul incipit omnes informare. ¶ Tertia suppositio: anima intellectiua non potest incipere informare materiam quantumcunq̃ paruam: hoc patet: quia q̃cito anima intellectiua incipit informare aliquam materiam tam cito incipit esse aliquis homo. Sed ex quo homo non potest esse sub quantacunq̃ parua quantitate: sequitur animam intellectiuam nõ posse informare materiam quantũcunq̃ paruam. ¶ Ex his suppositionibus pono aliquas conclusiones prima est hec quod est dare minimam materiam in qua anima intellectiua potest generari: patet per primam suppositionem quia non in qualibet materia potest generari anima intellectiua: sit ergo a materia in qua nõ potest generari anima intellectiua propter eius paruitatẽ: ⁊ augeatur a materia continue: tũc clarum est quod in eius augmentatione tantum ista materia fit magna: quod in ea potest generari anima intellectiua: vel ergo est dare primum instãs in quo est ita magna quod in eo potest generari anima intellectiua: vel vltimum in quo non. si dicatur primum: sequitur quod ista materia in hoc instanti est minima materia in qua potest ⁊c. propter hoc quod in eã potest ⁊ in nulla minori. si dicatur secundum tunc sequitur quod non sit dare primum instans anime intellectiue sed vltimum instans non esse: cuius oppositum dixit vna suppositio. consequentia probatur: nam illud instans in quo esset verum dicere a. materiam non esse ita magnam quod in ea posset generari anima intellectiua: sed immediate post illud instans: esset illud instans in quo esset verum dicere animã intellectiuam non esse: sed immediate post illud instans animam intellectiuã esse. ¶ Sed diceres contra sit a. materia minima: in qua tu dicis animam intellectiuam posse generari: ergo medietas nõ esset minima in qua posset generari: consequẽs falsum: quia medietas a materie prius sufficienter erat disposita ad capiendum animam quã a. materia tota: ergo anima prius informabat medietatẽ a. materie quã a. materiam totam. ergo a. materia non est minima materia: quam potest prius informare anima intellectiua. ¶ Respondetur quod imo. ⁊ quum dicitur medietas a materie prius erat disposita: conceditur quod bene qualitatiue: sed non quantitatiue: quia non prius informabat anima intellectiua medietatem a. materie: quã a. materiam totam: nec postq̃ omnes partes materie a: sunt sufficienter disposite qualitatiue: sufficit ad hoc quod informetur ab anima intellectiua: et in hoc est dissimilitudo de forma hominis et de forma asini: quia forma asini est diuisibilis ⁊ extensa: propter quod si vna pars materie est sufficienter disposita qualitatiue: statim de eius potentia educitur pars forme asini licet non forma totalis asini.

¶ Sed adhuc dices in generatione hominis quando vna pars materie est sufficienter disposita: ex qua tamen: propter eius paruitatem non potest generari forma hominis qua ergo anima ista pars materie informatur: donec materia sit sufficiẽter disposita: quod anima intellectiua possit ipsam incipere informare. ¶ Respondetur quod interim informatur forma preexistenti: quia nondum est sufficienter disposita quãtitatiue ⁊ qualitatiue simul sic quod anima intellectiua possit generari. Vel aliter potest dici quod in generatione hominis in semine est vnum agens intrinsecum presens cuilibet parti: quod non prius disponit vnam partem materie quã aliam: sed simul omnes et eque sufficienter disposite sunt: vt informentur ab anima intellectiua. ¶ Adhuc dices. videtur quod quantumcũq̃ materiam paruam hominis anima intellectiua possit informare: quia anima intellectiua est tota in toto: ⁊ tota in qualibet parte et per consequens in qualibet parte materie est ipsa anima intellectiua. ¶ Respondeo ⁊ dico quod postq̃ incipit informare aliquam materiã bene informat materiam quantumcunq̃ paruam: sed dicitur animam intellectiuam non posse informare quantumcunq̃ materiã paruam solam: sic quod istam informet ⁊ nullam aliam cũ ista. ¶ Secunda cõclusio quod non est dare minimam materiam in qua anima intellectiua potest manere postq̃ est in ea: probatur: nam sic sequeretur quod esset dare vltimũ instans rei permanentis in esse. consequens est falsum et contra Aristote. in octauo physicorum. probatur cõsequẽtia: nam sit materia minima per aduersarium in qua potest manere anima intellectiua. a. et incipiat diminui ĩ aliquo instanti ⁊ sit hoc instãs presens: tunc immediate post hoc anima intellectiua non informabit a materiam propter hoc quia. a. ante diminutionem posita erat minima: sub qua poterat manere anima intellectiua: ergo immediate post hoc homo qui modo est: non erit: et per consequens nunc vltimo est: ⁊ per consequens a. instans est vltimum instans hominis: qui ponitur res permanens.

¶ Secundo ad idem: si esset dare minimam materiã: sub qua possit manere anima intellectiua: sit ergo ista a. sicut prius: tunc sequitur quod possibile est aliquam rem permanentem non diutius durare quam per instans: consequens est falsum: et contra naturam rei permanentis. consequentia probatur: nam sit aliqua materia: que incipiat augeri continue donec sit minima ex qua possit generari homo ⁊ quando est [illegible] tunc econuerso diminuatur [illegible] in illo instanti: q̃d est finis augmentatiõis talis materie: est homo ⁊ immediate ante hoc nõ fuit hõ: nec immediate post hoc erit homo. ex quo illa materia ĩmediate post hoc erit minor cũ in illo instãti ponatur minima: sub qua potest manere

test manere anima intellectiua. et per consequens homo ille non durabit nisi per instans: si est dare minimã materiã sub qua põt manere aĩa intellectiua. ¶ Ex his duab⁹ conclusionibus sequitur correlarie hominem sub minori quãtitate posse esse seu manere quã generari: qr si modo predicto aliqua materia augeretur donec prius posset generari homo: ⁊ immediate post illud instans generatiõis hominis econuerso diminueretur: tũc adhuc maneret homo. aliter enim eam dare minimã materiam in qua possit manere anima intellectiua. cuius oppositum dicit secũda conclusio ex quo patet correlariũ. ¶ Sed forte dices: quãdo in casu predicto materia econuerso diminuitur: et anima intellectiua adhuc eam informat: talis materia est sufficienter disposita qualitatiue: ⁊ quantitatiue: adhuc anima intellectiua ipsam informat: ergo videtur quod simili modo sicut in augmentatione eius deueniebat ad istaz dispositionem: quod simili modo anima intellectiua potuisset eam informare ⁊ ex ea generari. ¶ Respondetur negando consequẽtiam: ⁊ huius ratio est: quia maior requiritur dispositio sub qua potest res generari: quã sub qua potest res manere: istud patet: quia non in frigore ita intenso puer potest generari sicut in quanto possit permanere postq̃ generatus est: nec aqua ex natura ita calida posset generari: sicut potest manere postq̃ generata est. ¶ Tertia conclusio est dare maximam materiaz: sub qua non potest manere anima intellectiua. probatur nã est dare aliquam sub qua non potest manere: et qualibet maiori datur minor: sub qua potest manere: ⁊ istam materiam inueniemus in primo instanti non esse hominis: quando homo corrumpitur ex continua diminutione sue materie. ¶ Ex his tribus conclusionibus patet: quod est dare minimam quantitatem sub qua potest generari homo: ⁊ tamen non est dare minimam quantitatem sub qua potest manere: sed bene maximam: sub qua non potest manere homo.


Quantum ad secundum sit prima suppositio quod nihil alterat seipsum ab intrinseco primo. patet: quia tũc aliquid se disponeret ab intrinseco ad sui corruptionem: quod est falsum ex eo quod quodlibet ens diligit se permanere. et etiam quia dispositio alicuius ad sui corruptionem est sibi violenta: ⁊ per consequens est sibi ab extrinseco. Et notanter dico primo: quia heterogenea bene habent in se principium sue alterationis: sed nõ primo: quia vna pars bene alterat aliam: secundum quod vna est calidior alia: vnde in generatione animalis ex semine: vna pars bene alterat aliam: ⁊ propter hoc in generatione animalis requiritur semen viri ⁊ semen mulieris: quorum vnum est actiuum ⁊ aliud passiuum. ¶ Secũda suppositio quod agens naturale prius agit in ꝓpinquuz q̃ in remotum. ¶ Tertia suppositio quod forme heterogeneorum aliorum ab homine sunt diuisibiles et extense ad extensionem materie. ¶ Tunc sit prima conclusio: q͛ forma asini vel alicuius alterius heterogenei ab homine generatur successiue: hoc probatur: quia est diuisibile: vt patet per vnam suppositionẽ. Et etiam quia materia ex qua generatur alteratur ab extrinseco: vt patet per primã suppositionem: ⁊ vna eius pars. s. que est propinquior agenti primo erit sufficienter disposita q̃ alia: vt patet per secundam suppositionem: ⁊ per consequens de ea prius educitur forma asini quã de alia. ⁊ consimiliter sic esset de forma hominis si poneretur esse diuisibilis: ⁊ tamẽ si pars forme asini prius educatur de vna parte materie sequitur formam generari successiue. Sicut probatum est de forma asini: sic posset probari de forma capre vel alicuius alterius heterogenei ab homine. Sed diceret aliquis si generatio forme asini esset successiua sequeretur quod non esset generatio simplex: nec generatio substantialis: sed hoc falsum probatur consequentia quia generatio accidentalis vel secundum quid fit successiue sed generatio substantialis fit in instanti. ¶ Respondetur quod aliquam generationem fieri successiue potest intelligi dupliciter vno modo quo ad partes quantitatiuas subiecti: alio modo gradualiter: quo ad partes graduales: tunc dico quod generatio substantie non fit successiue quo ad partes graduales: ex quo substantia non est intensibilis nec remissibilis sed bene gñatio substãtie fit successiue quo ad partes quãtitatiuas subiecti vt dictum est de generatione forme asini cuius vna pars generatur post aliam. ¶ Secũda conclusio. non est dare minimam materiam de cuius potẽtia potest educi pars forme asini vel equi. ꝓbatur. nã ex quo forma asini generatur successiue per partem post partem sequitur quod non est ita modica materia de cuius potẽtia non educatur pars forme asini: quin sit minor de cuius potẽtia educatur minor pars forme. ¶ Tertia cõclusio. q͛ est dare minimam materiam: de cuius potentia põt educi forma substantialis asini seu forma sufficiens ad hoc q͛ compositum ex materia ⁊ forma dicatur asinus. probatur ⁊ primo supponitur quod non sub quantumcunq̃ modica quantitate possit esse asinus: sub quantitate enim grani milij non posset exercere operationes debitas asini. ¶ Secundo supponitur quod in generatione asini sit dare primum instans in quo est verum dicere asinus est de asina generat⁹. Istis suppositis capiatur materia ita modica: quod ex ea non possit esse asinus: ⁊ sit verbi gratia illa materia. a. quatitatis grani milij: augeatur ista materia continue donec possit ex ea generari asinus: Tunc: tunc ex quo per secundam suppositionem est dare primum instans esse asini: sequitur quantitatem materie: quam habet in illo instanti esse minimam quantitatem asini: nam si ex minori potuisset generari asinus: instans datum non fuisset primum instans esse asini: tunc sic est dare minimã materiam: ex qua potest generari asinus ⁊ non ex minori potest educi forma asini sufficiens: ad hoc quod compositum ex ea et materia dicatur asinus: ergo est dare minimam materiam: ex qua potest generari forma asini sufficiens ad hoc quod compositum ex ea ⁊ materia dicat᷑ asinus. Dices: nonne quodlibet compositum ex materia ⁊ parte forme asini dicitur asinus? dicitur quod nõ: imo nõ omne compositum ex materia ⁊ anima intellectiua dicit᷑ homo: patet de digito capto in forte: ⁊ similiter est in asino. ¶ Sed diceres tu: quodlibet tale est animal: sed nõ videtur quod sit aliud animal q̃ asinus: ⁊ hoc de pede eius vel capite asini: nec caput hominis si est animal: est aliud quã homo aliquis: patet quia cuilibet competit diffinitio animalis: cum quodlibet illorum sit substantia animata sensibilis. Respondetur negando quod quodlibet illorum sit animal: quãuis bene sit pars animalis: ⁊ cum dicitur q͛ cuilibet eorum competit diffinitio animalis: nego: ⁊ quando dicitur: diffinitio animalis est substantia sensibilis ⁊c. dico quod non est ita intelligenda: sed est substantia animata sensibilis totalis non existens pars alicuius alterius: quod sit vnum per se: modo hoc non conuenit dictis partibus. ¶ Quarta conclusio. non est dare minimã materiam in qua potest manere forma asini sufficiens ad denominationem asini: seu quod compositum ex ea et materia dicatur asinus. probatur quia aliter esset dare vltimũ instans rei permanentis: quod est falsum ⁊ contra Aristotelem octauo huius. ⁊ probatur ratione: quia data aliqua re corrumpenda: certum est quod resistentia sua qua resistit suo contrario habet latitudinem: seu est diuisibilis: et successiue corruptibilis: anteq̃ ergo illa res corrumpatur illa res permanet: ergo quocunq̃ instanti dato: in quo illa res est adhuc post illud instans illa res erit: ⁊ per consequens nullum est instans rei permanentis: in quo illa vltimo sit: quãuis bene sit primum instans: in quo ipsa res primo non est: prima consequentia probatur: nam data aliqua materia quam tu dicis minimam: sub qua potest manere forma asini sufficiẽs ad denominationem asini: ⁊ incipiat illa materia asini diminui in presenti instanti: tunc si immediate post hoc instans adhuc manet asinus sequitur materiam datam non esse minimam: sub cuius quantitate asinus potest manere. Si autem dicatur: quod immediate post hoc instans asinus non erit sequitur instãs presens esse vltimum instans asini: quod fuit probandum ⁊ sicut arguitur de vna materia quam aduersarij dicerẽt esse minimam sub cuius quãtitate põt manere forma asini: ita põt argui de quacunq̃ alia: quam dicerent esse minimam. ¶ Quinta conclusio est dare maximam materiam: sub cuius quantitate non potest manere asinus: seu forma asini sufficiens ad denominationez asini: probatur quia est dare vnam materiam de qua verum est dicere q͛

sub eius q̄titate non potest esse asinus ꝛ qualibet maiori illa datur minor: sub cuius quātitate potest manere: ergo illa materia ē maxia sub qua nō pōt esse aut manere asin⁹: consequentia tenet per quid nominis: maxima ꝙ nō: positum in principio questionis: post oppositum: ꝛ illam materiam inueniemus: cum ex diuisione materie peruenitur ad instans: in quo primo asinus non est: inuenitur quanti tas materie que est maxima sub qua nō pōt manere.

Quantum ad tertium est vidēdum de homogeneis sicut ē os caro ꝛc. ꝛ sit prima cōclusio q̄d nō est dare minimā materiā de cuius potentia potest educi forma carnis: hoc patet ex quo forma carnis est diuisibilis: et generatur successiue per partem post partem: sequitur quod non de ita modica materia educatur: quin de minori educatur minor forma carnis: ꝛ p cōsequēs per q̄d nominis minimū nō est dare minimā materiā: ex quo sequit ꝙ non est dare minimā quātitatem sub qua pōt generari caro. ¶ Scda conclusio: non est dare minimā materiā de cuius potentia potest educi forma carnis sufficiēs ad hoc ꝙ cōpositū ex ea ꝛ materia dicatur caro. hoc probať: quia quacunqꝫ data que est sufficiens: adhuc minor illa est sufficiens qꝛ quelibet est adhuc sufficiens: eo q̄d caro est vnū homogeneū cuiusq̄libet pars nominať nomine totius: nā q̄libet pars carnis est caro: ꝛ in hoc differunt homogenea ab heterogeneis. ¶ Tertia conclusio q̄d est dare minimā carnem nō tendentem ad corruptionem in medio specialiter ad hoc circunstantiato: patet: quia posito q̄d sit aliqua caro in potentia sicut secundo et sit in medio sibi contrario sicut secundo: tunc ista caro est in isto medio: ꝛ manet in eo non tendens ad corruptionē: ex quo tanta est ei⁹ resistentia sicut est actiuitas medij circunstantis per casum: sed quacunqꝫ carne data minori ipsa nō maner et in isto medio sine tendentia ad corruptionem: ex quo excederet a medio: ergo caro prior data erat minima potēs manere in medio tali: nisi tunc alia concurrerent ad eius corruptionem: sine tendentia ad corruptionem. ¶ Quarta conclusio non est dare minimam carnem non tendentē ad corruptionem existentem in aliquo medio: loquendo de medio absolute: et non circunstantiato probatur. nam data aliqua carne non tendente ad aliquā corruptionē in aliquo medio: est dare carnem minorē in vno alio medio etiā minus actiuo non tendente ad corruptionem sit enim caro vt duo in medio sicut duo: non tendit ad corruptionem nec caro sicut vnum in medio sicut vnum non tendit ad corruptionem. ¶ Quinta conclusio: non est dare minimā carnem tendentem ad corruptionem: patet quia quacūqꝫ carne data tendente ad corruptionem est dare minorē puta eius medietatem tendentem ad corruptionē: ergo quādo Aristote. dicit: quod est dare minimam carnem: tunc loquitur secundum Anaxago. vel secundum quod est dare minimam carnem non tendentem ad corruptionem in medio ad hoc specialiter circunstantiato: vt superius declaratum est.

Ad ratiōes principales. Ad primā cuius vis erat in hoc: sequeretur quod non quecunqꝫ materia esset receptiua cuiuslibet forme educibilis de potentia materie vel partis eius: modo aliqua materia posset esse ita parua quod quāuis non posset recipere formam totalem asini: tamē potest recipere partem forme asini. et dico educibilis de potentia materie propter animam intellectiuā que est indiuisibilis: nec est educibilis de potentia materie: ergo bene concedo: non quamlibet materiam esse ipsius receptiuam: vnde aliqua materia posset esse ita parua: vt dicebatur in primo articulo: quod non esset receptiua anime intellectiue: nec etiam partis eius: cum ipsa sit indiuisibilis. ¶ Ad secundam et ad tertiam patet quid sit dicendum ex conclusionibus positis in secundo articulo. ¶ Ad quartam dico: quod ipsa bene probat: quod ex minimo sensibili aque gn̄ať decē sensibilia aeris: ꝛ ꝙ ex vno sensibili aeris generetur decima pars minimi sensibilis ipsius aque: nec ratio arguit de minimo simpliciter: sꝫ de minimo sensibili bene. ¶ Ad quintam dico quod bene probat quod non est dare minimā aquam tendentem ad corruptionem in aliquo medio: loquendo absolute: cū hoc tamē stat quod est dare minimam aquā nō tendentē ad corruptionem in medio specialiter circunstantiato.

Questio. X.



Decimo queritur vtrū cuiuslibet speciei sit dare maximā materiā sub qua potest esse aliquod indiuiduū illius speciei: ꝛ arguitur ꝙ non: nam quantuscunqꝫ sit aliquis homo: adhuc iste homo potest nutriri et augeri ꝛ maior fieri ꝙ sub quacūqꝫ q̄titate est aliq̄s hō adhuc sub maiori potest esse: ꝛ per ꝯsequēs non est dare maximā quātitatem sub qua potest esse aliquis homo: ꝛ sic simili modo arguitur de asino et de equo ꝛ sic de singulis. ¶ Secūdo: nam si esset dare maximam quantitatem: sub qua potest esse homo: sit igitur sor. sub illa quantitate: tunc sic sor. pōt verberari et ledi sic quod tumescat: absqꝫ hoc quod moriatur sed quum tumescit fit maior. ergo quantitas data non erat maxima sub qua poterat esse homo. ¶ Tertio sequeretur q̄d esset dare vltimum instans rei permanētis. consequens est contra Aristotelem in octauo huius. ꝛ probatur consequētia: quia sit sor. sub maxima quātitate sub qua potest esse homo et incipiat tumescere propter verbera: vel aliquod huiusmodi: tunc instans in quo incipit tumescere est vltimū instans esse sor. ex eo q̄d post illud instans materia sor. erit sub maiori quantitate quā sit maxima quantitas sub qua potest esse sor. vel homo. ¶ Quarto non est dare maximā quantitatem: sub qua potest esse forma ignis: ergo questio falsa. consequentia tenet: antecedens probatur per Commentatorem secundo de anima dicentem quod ignis augmentaretur in infinitum: si combustibile apponeretur. ¶ Quinto mundus est indiuiduū alicuius speciei: et non est dare maximam quantitatem sub qua potest esse: ergo questio falsa: consequentia tenet: antecedens patet quo ad primam eius partem de se: sed quo ad secundam partem probatur. quia quacunqꝫ materia data vel dabili: adhuc sub maiori posset esse mūdus si deo placeret: ergo videtur ꝙ nulla sit maxima.

In oppositum videtur esse. Aristoteles capitulo secundo huius tractatus: Necesse est autē. ꝛ Cōmentator super primo huius commenti vigesimooctauo dicens quod res naturales sunt terminate in magnitudine et paruitate. Similiter Aristote. secundo de anima: dicens omnium natura cōstantium est terminus ꝛ ratio magnitudinis et augmenti. Ex quibus dictis videtur quod de intentione Aristotelis ꝛ Commenta. fuerit: res naturales esse determinatas: maxima quantitate: et minima sub qua possunt existere. ¶ In ista questione: primo presupposito quid nominis maximi ꝛ minimi: ex precedente questione primo ponam conclusiones de heterogeneis: sicut sunt homo: leo: capra. secundo de homogeneis: sicut sunt ignis aqua ꝛc. ¶ Quantum ad primum primo ponā suppositiones: deinde conclusiones. Prima suppositio ꝙ non sub quantitate quantuncunqꝫ magna potest manere homo aut generari. similiter dico de asino et de alijs: ista suppositio videtur esse de intentione Aristo. ꝛ Commen. iij. celi: vbi ponit differentiam inter mixta ꝛ elementa dicens: quod mixta ratione formarum suarum determināt sibi certas figuras: vnde homo potest esse spherice figure omnino: sed elementa ratione suarum formarum non determinant sibi huiusmodi certas figuras: ꝛ per cōsequens heterogenea determināt sibi certas quantitates: et magnitudines: ꝛ per consequens non sub quantacunqꝫ posset esse homo: et hoc est quod supponitur. ¶ Secunda suppositio quod est heterogeneorum est dare primum instans in quo est: ꝛ nunqꝫ ante illud ipsum erat: ꝛ similiter ꝛ generatiōe asini ꝛ aliorꝫ cōsimiliū. ¶ Tertia suppositio est q̄d nullius rei permanentis est dare vltimum instans sui esse sed bene primū ꝛ non esse. ista suppositio aliqualiter patet ex precedenti. ¶ Tunc sit prima conclusio quod est dare maximā quantitatem: sub qua potest generari homo: patet: nam p primā suppositionem: nō sub quātitate quātacūqꝫ magna pt eē hō: ꝛ p ꝯñs nec generari: capiať ergo vna


materia

materia: ex qua propter eius magnitudinē non pōt gñari homo: ꝛ sit a. ꝛ diminuatur cōtinue donec ex ea possit gñari hō: tūc est dare primum instans esse hoīs ꝑ scđam suppositionē: sequit̄ ꝙ quantitas illius materie: quā hȝ pro illo instanti est maxima q̄titas: sub qua potest gñari homo qꝛ sub illa ꝛ sub nulla maiori: qꝛ si sub maiori: tunc hō prius fuisset gñatus: q̄ȝ in illo instāti dato: ꝛ per ꝯñs instans datum non fuisset primum instans hoīs: qđ est cōtra positū. ¶ Scđa cōclusio: ꝙ non est dare maximā materiā: vel q̄titatē sub qua pōt manere hō: hoc ꝓbatur: quia quacūqȝ data sub qua est homo: adhuc sub maiori potest manere hō: quia si non: sequeretur ꝙ esset dare vltimū instans esse hominis. quod est contra tertiam suppositionē. ꝯña probat̄: nam si sit sor. sub maxima quantitate sub qua potest manere: ꝛ incipiat intumescere in instāti p̄nti. sequit̄ ꝙ imediate post hoc instans non erit: ꝛ sic in instanti p̄nti vltimo est: vel ꝙ manebit sub maiori quantitate data: quam tu dixisti esse maximam: sub qua potest manere homo. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ est dare minimam quantitatem sub qua non potest manere homo: propter eius magnitudinem: hoc est inter omnes quantitates: sub quibus non potest esse nec manere homo: propter earum magnitudines est dare minimam: ꝛ illam inueniemus in primo instanti non esse hominis: quum corrumpitur propter eius nimiā augmentationem sue materie: verbi gratia: posito ꝙ sor. continue augeatur tandiu ꝙ propter eius nimiam magnitudinem corrumpatur: tunc cum non sit dare vltimum instans esse fortis: oportet dare primum instans non esse fortis: tunc quātitas: quam habent materia pro illo instanti: est minima quantitas: sub qua non potest esse sor. nec aliquis homo: propter eius magnitudinem: quia sub illa non potest esse: ꝛ qualibet minori data datur maior: sub qua potuit esse: ergo per expositionē: minimi ꝙ non: ista est minima: sub qua non potest esse homo: similiter inter omnes quantitates sub quibus non potest esse aliquis homo: ista est minima. Unde imaginandi sunt duo termini sub quibus non potest esse homo. Unus ergo est versus summum gradum extensionis qui sit b. ꝛ alius terminus versus non gradum extensionis qui sit a. ꝛ sit verbi gratia b. quantitas decem pedum: ꝛ a. quantitas vnius pedis: sic ꝙ sub b. quantitate non possit esse aliquis homo propter eius magnitudinem sed sub qualibet quantitate minori b. que est inter b. ꝛ a. ꝛ similiter sub nulla quantitate minori a possit esse homo: propter paruitatem eius: sed sub qualibet maiori a. que est inter b et a. ¶ Ista imaginatione stante potest poni quarta conclusio que est beneutilis: ꝙ quantitas media que est inter a ꝛ b. media quidem proportionaliter arithmetice vel geometrice est conueniens quantitas ꝛ statura ipsius hominis: ita ꝙ si aliquis homo in etate pfecta esset talis quātitatis: ipse haberet quantitatem conuenientissimam speciei humane: sed qui recedunt ab illa quantitate secundū excessum dicūtur gigantes: qui vero minus propter defectum dicuntur nani. credo tamen ꝙ melius sit recedere ab isto medio secundum excessum q̄ȝ secundum defectum. Et est sciendum ꝙ in alijs ꝛ alijs regionibus: in alijs et alijs partibus: homines aliquando magis aliquando minus recedunt ab isto medio: aliquando magis secundum abūdantiam aliquando minus secundum defectum. ¶ Nota consimili modo possunt poni conclusiones de equo: leone ꝛc. ꝛ probari cōsimili modo: sicut probate sunt de homine.

Quantum ad secundum sit prima conclusio: ꝙ non sub quacunqȝ quantitate potest esse ignis nec q̄ȝtamcunqȝ quantitatem attingere per eius augmentationem. Et ad probandum istam conclusionem suppono primo latera celi non plus distare possunt quā nunc distant. ¶ Secundo suppono ꝙ ignis non posset stare sub tanta densitate quāta est densitas aeris vel aque. ¶ Tertio suppono ꝙ ex vno pugillo aeris generantur decem ignis. His suppositionibus stantibus arguitur sic: quia sub tanta quantitate quanta est quantitas totius masse existentis in concauo orbis lune: non potest stare ignis: nec illam per eius augmentationem attingere potest. ergo conclusio vera. consequentia bona: antecedēs probatur: nam sic sequeretur ꝙ forma ignis posset informare totam massam materie prime que nunc secundum aliquam eius partem informatur forma terre: secūdum aliam forma aque: consequēs falsum: consequentia tenet de se: sed falsitas consequentis probatur: nam dato ꝙ forma ignis informaret totaleȝ massam materie prime: tunc ex vno pugillo aeris sunt decem pugilli ignis per vnam suppositionem: sequitur ignem occupare tunc maiorem locum in multo q̄ȝ nunc occupat tota massa generabilium ꝛ corruptibilium: ꝛ quum nunc occupat totum quod est infra concauum orbis lune sequitur si ignis occupat maiorem locum: ꝙ tunc latera celi magis recederent ab inuicem: quod est contra vnam suppositionem. Si aūt dicatur ꝙ tunc ignis non occupat maiorem locum q̄ȝ nunc occupat tota massa generabilium ꝛ corruptibilium: sequitur ꝙ tunc ignis habebit omnem densitatem quam modo habent mixta ꝛ alia elementa ab igne: ꝛ tunc per consequens ignis staret sub maiori densitate q̄ȝ modo stat aer vel aqua: quod est iterum contra vnam suppositionem. ¶ Iuxta istam conclusionem potest inferri ꝙ ignis in tantum potest augeri ꝙ non sufficit agere in stupam: ꝛ quo latera celi non possunt magis distare. seqtur ꝙ ex nimia eius augmentatione ignis condensaretur: ergo quāto plus augetur: tanto plus condensatur: et quanto plus condensatur: tanto plus violentatur: ꝛ quanto plus violentatur: tanto plus debilitatur: ꝛ tandem ex nimia eius augmentatione fieret ita debilis ꝙ non ageret in stupa si sibi approximaretur. Simili modo posset probari ꝙ terra non posset stare sub tanta quantitate: quanta est quantitas totius masse materie prime inter concauum orbis lune: nam tunc oporteret ꝙ terra haberet omnem raritatem quā habēt nunc alia elementa ꝛ mixta: nam etiam forma terre potest informare totam massam materie prime. nam tūc oporteret ꝙ derelinqueretur vacuum infra concauum orbis lune: vel ꝙ terra staret sub tanta raritate: sicut est raritas aeris: vel aque: vel ꝙ latera celi mouerentur versus inuicem sicut latera vnius burse. ¶ Secunda conclusio: ꝙ non sub quacunqȝ quantitate potest manere ignis. patet per precedentem conclusionem. ¶ Tertia conclusio ꝙ non sub quacunqȝ quātitate potest generari: patet ex eadem. ¶ Quarta conclusio ꝙ non est dare maximam quantitatē sub qua potest manere ignis: patet quia tūc esset dare vltimum rei permanentis in esse sicut prius. ¶ Quinta cōclusio: est dare minimā quantitatem sub qua non potest manere ignis propter eius magnitudinem ꝛ illam inuenimus in primo instanti non esse ignis cum ex nimia eius augmentatione corrumpuntur secūdum modum imaginandi prius dictuȝ sicut dictū est de igne ita dicatur ꝛ de alijs homogeneis.

Ad rationes principales respondetur ꝙ prime quatuor probant verum: in quarta tamen assumit̄ ꝙ ignis potest augeri in infinitū per appositionem cōbustibilium: quod est contra dicta: dico ꝙ hoc debet intelligi: ꝙ igni non repugnaret si esset locus receptiuus sufficiens in quo libere posset dilatari: quin per appositionem combustibiliū posset augeri in infinitum: ꝛ tamen bene repugnat heterogeneis. Sed quia est defectus loci recipientis ignis non est augmentabilis in infinitum per appositionem cōbustibilium. ¶ Ad quintam dico ꝙ si placet deo: faceret illud quod vellet: sed hoc non esset naturaliter. ¶ De auctoritatibus adductis in oppositum dico ꝙ ex eis non habet̄ ꝙ res terminātur ad maximā quantitatē: sub qua possint manere: sȝ bene ex eis habetur ꝙ sint terminata ad magnitudinem ꝛ paruitatem: ꝛ hoc vel maxima sub qua possint esse vel maxima sub qua non: vel minima sub qua sic vel minima sub qua non ꝛc.

Questio.XI.



Queritur vtrū cuiuslibet trāsmutationis naturalis sint principia cōtraria. Et arguitur ꝙ non: qꝛ illuminatio medii est transmutatio naturalis et tamen illuminationis ꝑncipia nō sunt contraria: ad illuminationem enim sufficit medium ꝛ presentia corporis luminosi: ergo. ¶ Secundo augmentatio est transmutatio naturalis: ꝛ tamen principia eius non sunt contraria. quod probatur. quia si sic hoc maxime videretur esse magnum ꝛ paruum: ꝛ hoc non: quia magnuȝ ꝛ paruū sunt in predica

mento quãtitatis cui nihil videtur esse contrarium: vt habetur in predicamentis. ¶ Tertio descensus grauis est transmutatio et non est de contrario in contrarium quod tamen oporteret si principia talis transmutationis essent contraria. antecedens probatur: quia est sursum ad deorsum. modo sursum et deorsum non adinuicem contrariantur quia non sunt adinuicem actiua et passiua. ¶ Quarto transmutatio: qua aliquid transmutatur de albedine in nigredinem: potest esse transmutatio naturalis: et tamen principia eius non sunt contraria: nam si sic hoc maxime esset ex eo quod talis transmutatio esset de albedine in nigredinem tanq̃ de contrario in contrarium: sed probo quod non: quia albedo et nigredo non sunt contraria: quia non sunt actiua et passiua adinuicem. ¶ Quarto cõtraria sunt: que eidez susceptibili vicissim insunt sed quaslibet albedine data vel nigredine: de eis falsum est dicere quod eidem susceptibili vicissim insunt propter hoc quod accidentia non possunt transmigrare de subiecto in subiectum. ergo. ¶ Quinto probatur quod transmutationis substantialis principia non sunt contraria. nam transmutationis substantialis principia sunt substãtie ex eo quod substantia non componitur ex non substantijs: sed substãtie nihil est contrarium: per Aristotelem in predicamentis. ergo principia transmutationis naturalis nõ sunt cõtraria. ¶ Sexto per Aristotelem in litera principia transmutationis oportet manere simul post transmutationem: sed contraria non possunt simul manere ex eo quod mutuo se expellunt. ergo nulla contraria sunt principia: ex quo nulla contraria possunt simul manere: et per consequens nulla principia sunt contraria. ¶ Septimo proprietas principiorum est quod non fiant ex alterutris: sed contraria fiunt ex alterutris: vt ex albo fit nigrum: et econuerso. ¶ Octauo proprietas principiorum est quod non fiant ex alijs sed alia ex ipsis: sed hoc non conuenit contrarijs: quia contraria fiunt ex substantijs: ergo non potest dici q̧ aliqua contraria sint principia ⁊ econuerso. ergo videtur quod questio sit falsa.

In oppositum est Aristot. cap. primo huius tractatus. omnes ergo. vbi probat tam per testimonium antiquorum q̃ per rationem cuiuslibet transmutationis naturalis esse principia contraria: et hoc patet: nã quandocunq̧ aliquid fit de nouo oportet aliquid prefuisse quod prius aliquo caruit: et quod modo habet: cum nihil fiat nec capiat esse de nouo ex nihilo. Et similiter quum aliquid fit de nouo aliquale: oportet quod sit aliquale: et quod prius non fuit tale: q: si sic: tunc de nouo non fieret tale. ¶ In ista questione primo ponaz aliquas distinctiones secundo conclusiones. ¶ Quantum ad primũ sit prima distinctio. Duplex est transmutatio naturalis. Quedã est substantialis: et quedam accidentalis. transmutatio substantialis est per quam fit responsio p nomina de predicamento substantie ad interrogationem factam de aliquo: vt si iam fieret interrogatio de aliquo: ad qđ fieret conuenienter responsio per nomen de predicamento substantie: et postea fieret interrogatio de eodem ⁊ conueniẽter fieret responsio per aliud nomen de predicamẽto substantie q̃ prius erat. Verbi gratia. si demonstrato aliquo queratur quid est hoc: et demonstrato forte conuenienter respondetur homo: et postea queratur quid est hoc: conuenienter respondetur cadauer: signum est q̧ tunc facta est transmutatio substãtialis puta corruptio. Et nota quod in proposito de eodem seruo istum modum loquendi quo solemus vti communiter dicendo rex Frãcie est hic sepultus. ¶ Trãsmutatio autem accidentalis dicitur esse illa per quam fit quod mutatur responsio ad interrogationẽ factam de eodem per nomina de predicamento q̃titatis qualitatis vel vbi. Si per nomina quantitatis: tunc vocatur augmentatio vel diminutio. Si per nomina de predicamento qualitatis; vocatur alteratio. Si per nomina de predicamento vbi: vocatur motus localis: exempla patent intuenti et ita potest intelligi hoc quod dicitur quod ad quãtitatem et ad qualitatẽ et ad vbi est motus. ¶ Secunda distinctio. Transmutatio substantialis: vel est generatio vel corruptio. Si est generatio: tunc est acquisitio forme substantialis. Si corruptio: tunc est deperditio forme substantialis. ¶ Tertia distinctio: omnis transmutatio accidentalis: vel est diminutio: vel augmentatio: vel alteratio: vel loci mutatio. ¶ Quarta distinctio: quod principia intrinseca generationi dicũtur materia subiecta generationi: et forma que acquiritur per generationẽ. Principium autem extrinsecum potest dici forma que abicitur. Sed principia intrinseca corruptionis possunt dici materia et forma que deperditur: et similiter augmentationis intrinsecum potest dici illud quod augetur: et quãtitas que ei acquiritur: sed principium extrinsecũ est quãtitas que ei deperdit: seu qua illud quod augetur nõ amplius denominatur. ¶ Alterationis autem principia intrinseca dicũtur illud quod alteratur: ⁊ illud quod per alterationem acquiritur. Sed principium extrinsecum est quod p alterationẽ deperditur. similiter est de motu locali: ita quod cuiuslibet transmutatiõis: qua aliquid acquiritur: principia intrinseca dicuntur subiectum et terminus ad quem illius transmutationis. Cuiuslibet autem transmutatiõis: qua aliquid deperditur: principia intrinseca dicunt subiectũ: ⁊ terminus a quo: ⁊ principiũ extrinsecum terminus ad quem: ⁊ econuerso: in transmutatione acquisitiua terminus a quo dicitur principiũ extrinsecũ. ¶ Quinta distinctio quod contrarietas dicitur quatuor modis: vno modo prout est inter qualitates actiuas et passiuas: vel inter qualitates non potentes simul inesse eidẽ subiecto. propter hoc quod resultãt ex alia et alia actione qualitatũ contrariarũ adinuicem et sic soluz est cõtrarietas inter entia positiua. Et sic caliditas et frigiditas: et albedo et nigredo dicuntur contraria. ¶ Secundo modo capitur contrarietas prout est inter propositiones contrarias quando dicimus propositionem vniuersalem affirmatiuam propositioni vniuersali negatiue esse contrariã: et sic vtrũq̧ extremũ talis contrarietatis oportet esse ens positiuum. ¶ Tertio modo capitur contrarietas: prout est inter terminos significantes formas contrarias contrarietate primo modo dicta: et tali modo isti termini album et nigrum dicuntur contrarij: simili modo calidum et frigidum. ex eo quod significant formas contrarias nõ potentes simul existere in eodem subiecto: licet bene successiue: ideo predicti termini non sunt simul de eodem verificabiles: sed bene successiue. ¶ Quarto modo dicitur contrarietas prout est inter terminos quoscunq̧: siue significent formas contrarias adinuicem: contrarietate primo modo dicta siue non: dummodo non sint simul: sed successiue verificabiles de eodem subiecto: et sic cecus ⁊ videns dicuntur contraria quia non possunt simul: sed bene successiue de eodem verificari.

Quantum ad secundum sit prima conclusio quod cuiuslibet generationis principia intrinseca: non sunt contraria: probatur: quia principia generationis nõ sunt nisi materia et forma: que materie acquiritur: sed illa non sunt contraria: ergo. prima pars antecedentis patet: sed secunda probatur: quia materie nihil est contrarium: cum ipsa sit subiectum contrariorum hec cõclusio est vera qualitercunq̧ sumatur contrarietas. ¶ Secunda conclusio quod cuiuslibet corruptionis principia intrinseca non sunt contraria: hoc patet quia ipsa sunt materia et forma: que secundum prius dicta non sunt contraria. ¶ Tertia conclusio quod nullius transmutationis substãtialis simplicis principia intrinseca sunt contraria. hoc patet per vnam distinctionem: quod omnis transmutatio substantialis: vel est generatio vel corruptio. Sed per primã conclusionem generationis principia intrinseca non sunt contraria nec principia intrinseca corruptionis: ergo. Et notanter dico transmutationis simplicis substãtialis: quia si sumatur transmutatio pro duplici transmutatione scilicet pro generatione et corruptione: tunc principia intrinseca illius totalis transmutationis bene possunt esse contraria: eo modo quo terminꝰ a quo: et terminus ad quem dicuntur contrarij. Quia tunc totalis transmutatio includeret terminum a quo: et terminum ad quem: tanq̃ principia intrinseca illi totali transmutationi. ratione enim corruptionis terminus a quo esset intrinsecus: sed ratione generationis terminus ad quem esset ei intrinsecus: vt potest patere ex primo articulo. ¶ Quarta cõclusio quod

nullus

nulli⁹ tr̃ãsmutationis simplicis accñtalis ꝑncipia intrinseca sunt contraria aliquo dictorum modorum. hoc patet quia cuiuslibet transmutatiõis principia intrinseca sunt subiectum: et terminus ad quem talis transmutationis. Sed subiecto nihil est contrarium: ex quo est receptiuum contrariorum: et vnum contrariorum non est receptiuum alterius. ¶ Quinta conclusio nullius transmutationis simplicis principia intrinseca sunt contraria: hoc probatur per primam distinctionem cum adiutorio tertie et quarte conclusionis. ¶ Sexta conclusio ad quamlibet transmutationẽ requiritur quod de subiecto quod subijcitur transmutationi sint verificabiles successiue termini contrarij contrarietate tertio et quarto modo dicta. hoc patet in transmutatione substantiali et accidẽtali: quum enim de nouo generatur aliquis homo: oportet quod de materia subiecta illi generationi primo sit verificabile hoc predicatum non informatum a . ⁊ sit a forma generanda hominis: et postea de eadem materia sit verificabile hoc predicatum informatum. a. tunc clarum est quod nõ informatum a: forma: et informatum a forma sunt termini contrarij contrarietate quarto modo dicta: et hoc intelligit Aristo. quum dicit quod in omni generatione requiritur priuatio et forma: et sic hic terminus: non informatum a forma: est nomen priuationis: reliquus autem nomen forme. Ex quo sequitur principio intrinseco generationis aliquid esse contrarium. ¶ Quia priuatio dicitur terminus a quo generationis: et forma terminus ad quem. modo priuatio et forma: sunt contraria: hoc est nomen priuationis: et nomen forme sunt contraria. et priuatio ad hunc intellectum dicitur terminus a quo generationis: non quod sit entitas positiua a qua tanq̃ a termino a quo incipit generatio. Sed ad hunc intellectum anteq̃ de materia sit verificabile esse informatum a forma: de ipsa prius verificabatur: vel poterat verificari non informatum a forma. Hoc etiam declaratur in transmutatione accidentali: quia cum aliquid de nouo fit bipedale requiritur de eo quod prius fuerit verificabile non bipedale quam bipedale: modo non bipedale et bipedale sunt contraria quarto modo dicta. hoc etiam patet in alteratione: quia si aliquid de nouo fit album: oportet quod prius de eo fuerit verificabile non album: quam album: vel quando de nouo fit de non musico musicus: oportet quod prius fuerit verificabile non musicus quam musicus. hoc etiã patet in motu locali: quia ad hoc quod aliquid per motum localẽ de nouo sit in ista domo: oportet quod de eo prius fuerit verificabile non existens in ista domo: et postea existens in ista domo. Sic ergo debet intelligi quod cuiuslibet transmutatiõis siue substantialis: siue accidentalis: principia sunt cõtraria: idest principium extrinsecum: quod est terminus a quo principio intrinseco quod est terminus ad quem: sit contrarium. ⁊ hoc si sit acquisitiua: si autem sit deperditiua tũc terminus ad quem: qui est principium extrinsecum termino a quo: qui est principium intrinsecum: est contrarius: hoc est ad omnem transmutationem faciendam requiritur ꝙ de eodem successiue: ⁊ non simul sint termini contrarij verificabiles: ⁊ hoc de cõtrarietate: quarto modo dicta. ex his patet qualiter ipsius transmutationis principia non sunt contraria: scʒ intrinseca ⁊ principia sunt contraria scʒ vnum intrinsecum alij principio extrinseco ⁊c.

Ad rationes principales: ad primam secundam: ⁊ tertiam dico ꝙ bene ꝓbant: ꝙ transmutationis ꝑncipia intrinseca nõ sunt cõtraria: ⁊ hoc est verũ: sed cum hoc stat ꝙ principia eorũ: quorũ vnum est intrinsecũ: ⁊ aliud extrinsecum: sint ꝯtraria ad intellectũ predictum: ⁊ hoc aliqua contrarietate dictorum modorũ. ¶ Ad quartã: in qua probatur ꝙ albedo: ⁊ nigredo non sunt contraria quia nõ sunt actiua ⁊ passiua: dico ꝙ non oportet omnia contraria esse actiua ⁊ passiua adinuicem imo aliqua dicuntur contraria q: resultãt ex actione qualitatũ primarũ alia ⁊ alia i q̃ alia ⁊ alia aliud ⁊ aliud ꝯriorum obtinet super aliud vnde in actione qualitatum contrariarũ: ex qua resultabat albedo: aliud contrariorum actiuorũ obtinet aliud ⁊ aliud in actione ex qua resultabat nigredo. ¶ Ad confirmationem: in qua dicebatur: signata vna albedine ⁊c. bene concedo: ꝙ quacunq̃ albedine signata in aliquo subiecto illa nigredo signata in alio nõ possunt succedere: sed bene vna alia de nouo generanda eiusdem speciei cum ista nigredine ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ talis albedo ⁊ talis nigredo sint contraria. ¶ Ad quintam et sextam dico ꝙ bene probant principia intrinseca nõ esse contraria ⁊ hoc bene conceditur. ¶ Ad aliã: cum dicitur proprietas principiorum ⁊c. dico ꝙ debet intelligi intrinsece ⁊ substantialiter: quia quodlibet principiorum est substantialiter simplex: nihilominus tamen fiunt ex alterutris: prout ly ex dicit ordinem vel circũstantiam subiecti: vnde ex priuatione bene fit forma. i. post q̃ materia nõ est informata a forma ipa fit informata a forma. ⁊ sic ex albo bene fit nigrum ⁊ econuerso. ¶ Ad vltimã concedo ꝙ principia non fiunt ex alterutris intrinsece: tamen possunt bene fieri ex alijs. prout ex. dicit circunstantiã ordinis vel subiecti: ⁊ sic patet.

Questio.XII.



Duodecimo queritur vtrũ rerum naturalium sint tantũ duo vel tria principia: ⁊ arguitur ꝙ non: q: sunt duo et non plura: ergo non sunt tria: consequentia tenet: ⁊ antecedens probatur: q: principia rerum naturalium sũt duo ⁊ vnum: sed vnum est ⁊ non plura: ergo. ¶ Secundo hec est impossibilis: tantum sunt tria principia: ergo falsum est principia rerum naturalium esse tantũ tria: consequentia tenet: antecedens probatur: quia sequitur tantum tria sunt principia: ergo sunt tria ⁊ non alia a tribus. Sed hoc est falsum. si sunt tria tunc etiam duo sunt ⁊ si duo: tũc alia a tribus. ex quo duo nõ sũt tria. ¶ Tertio materia ⁊ priuatio sunt vnum numero. vt videtur in litera ergo non videtur ꝙ sint plura principia q̃ duo: scʒ forma ⁊ materia. ⁊ per consequens non sunt tria. ¶ Quarto vna proprietas principiorum est ꝙ maneant in generato. Dicit Aristo. in litera oportet principia manere: sed in generato non manet nisi forma ⁊ materia: ergo videtur ꝙ non sint alia principia q̃ materia ⁊ forma. ¶ Quinto. nã dicit Aristo. in litera: ꝙ solum alterum contrariorum: scilʒ materia cum forma sufficiunt facere trãsmutationem: quantum ad eius presentiam ⁊ absentiam. ¶ Sexto nunq̃ sunt tria principia rerum naturalium: ergo questio falsa: consequentia tenet: ⁊ antecedens probatur: quia quãdo priuatio est: seu quando materia est priuata a forma nondum forma est: ergo nunq̃ est simul forma et eius priuatio: ergo videtur ꝙ nunq̃ sunt tria principia. ¶ Secundo probatur: ꝙ principia nãlia sunt pl'a tribus. ⁊ hoc primo sic. Sortis ⁊ Platonis sunt plura principia tribus: quia quatuor: scʒ due materie ⁊ due forme. Sed principia sortis ⁊ platonis sunt ꝑncipia rerum naturalium: q: sortes ⁊ plato sunt res naturales. ¶ Secundo principium ⁊ principiatum dicuntur relatiue adinuicem: sed principiata sunt plura q̃ tria: ergo ꝑncipia sunt q̃ plura tria. Totũ antecedẽs patet: ⁊ consequentia tenet: q: multiplicato vno multiplicatur et reliquum. ¶ Tertio si nominantur principia naturalia: vel dicuntur esse tria: vel hoc intelligitur solum de principijs itrinsecis vel solum de principijs extrinsecis: vel de extrinsecis et intrinsecis simul. Si primo modo: illa sunt solum duo: materia ⁊ forma ⁊ non tria. Si secundo modo. illa sunt etiã duo ⁊ non plura: scʒ efficiens ⁊ finale. Si tertio modo dicatur: hoc non valet: quia non sunt solum tria: sed quatuor: scilʒ materia ⁊ forma: efficiens: ⁊ finale. ¶ Quarto infinite sunt materie ⁊ forme: ergo sunt plura principia q̃ tria: consequentia tenet ⁊ antecedens probatur: quia infinite sunt partes proportionales forme: quarum quelibet est forma: ergo. ¶ Quinto si principia rerum naturalium sunt tria: ⁊ cum principia sint res naturales: habent enim esse naturaliter videtur ꝙ principiorum naturaliũ sunt tria principia: ⁊ sic vlterius in infinitum. ¶ Sexto cum dicitur rerum naturalium esse tria principia: vel solum nominantur nomina: vel res significate. Si secundum: tunc duo solum: scʒ materia ⁊ forma: ex quo priuatio non distinguitur ab ipsa materia Si primum: hoc non valet: quia illa nomina signifi[illegible] principiorum rerum naturalium nõ sunt tantum t[illegible]. imo

possunt esse infinita ergo sunt plura q̃ꝫ tria: ergo ⁊c.

In oppositum determinat Aristo. in secūdo capitulo huius tractatus. omnes ergo principia cōtraria ⁊c. In ista questione: primo videndum est vtrum cuiusqꝫ rei naturalis sint tantum tria principia ⁊ non plura. Secūdo an cuiuslibet transmutationis naturalis sint tria principia ⁊ non plura. De primo ponam distinctiones. de secūdo conclusiones. ¶ Quantum ad primuꝫ sit prima distinctio: ꝙ ens naturale potest capi dupliciter. large ⁊ stricte. Primo modo accipiendo: non solum compositum ex materia ⁊ forma dicitur ens naturale: sed etiam materia ⁊ forma ex quibus componitur: ita ꝙ large accipiēdo extendit se etiā ad naturam. Secundo modo solum compositum ex materia ⁊ forma dicitur ens naturale: sicut est mixtum vel elemētum. ¶ Secunda distinctio: ꝙ rerum naturalium quedam sunt principia intrinseca: sicut sunt illa que intrant compositionem ⁊ a quibus dependet ipsum compositum ⁊ quelibet eius pars: sicut materia ⁊ forma. de illis dixit Aristoteles oportet principia manere. Quedam autem dicūtur principia extrinseca: que non intrant compositionem: sic ꝙ ab eis depēdeat compositūꝫ cū hoc quelibet eius pars: sicut efficiens ⁊ finis. ⁊ secūdum ꝙ etiam partes integrales possunt dici principia extrinseca sui totius: quia q̃uis intrant compositū: non tamen sic intrant: ꝙ ab eis dependeat quelibet pars totius: ergo ⁊c.

Quantum ad secundum articulum sit prima conclusio: nullius materie sunt principia intrinseca: ratio est: quia cum principia intrinseca sint materia ⁊ forma: sequeretur ꝙ materie esset materia: ⁊ sic in infinitum. Confirmatur: quia materie non sunt aliqua principia componentia materiam: sic ꝙ ab eis dependeat materia: ⁊ quelibet pars eius vnde q̃uis partes integrales ipsius materie intrāt compositionem ipsius materie: tamen ab eis nō dependet quelibet pars materie: vna enim medietas materie non dependet ex alia: ⁊ per consequens nulla partiū integralium materie dicitur principiū intrinsecuꝫ materie sicut in proposito accipitur principium intrinsecum. ¶ Secunda conclusio: nullius forme est principium intrinsecum hoc probatur: sicut probatum est de materia. Ex his sequitur materiam ⁊ formam esse simplicia: simplicitate: que opponitur compositioni ex principijs intrinsecis. videlicet ex materia ⁊ forma q̃uis quodlibet eorum possit esse compositum ex partibus integralibus. Et est sciēdum ꝙ principia intrinseca solent dici principia essentialia ⁊ compositio ex eis solet dici compositio essentialis. ¶ Tertia conclusio: ꝙ non cuiuslibet entis naturalis: accipiēdo ens naturale large: sunt tria principia intrinseca. hoc patet per conclusiones precedentes: nec materie: nec forme que dicūtur entia naturalia large: sunt principia intrinseca ⁊ per consequēs non tria. ¶ Sed dices imo videtur ꝙ alicuius forme sint principia intrinseca: scilicet anime intellectiue. Quia per Commentatorem tertio de anima: qui dicit ꝙ ipsa componitur ex intellectu possibili: ⁊ intellectu agente. Dico ꝙ Cōmentator fuit illius opinionis: ⁊ non est peccatum negare eum. Veruntamen potest dici: ꝙ anima intellectiua componitur ex intellectu agente et possibili secundum denominationem: sic ꝙ eadem substantia: secundum ꝙ est receptiua specierū intelligibilium dicitur intellectus possibilis. Secundum autem ꝙ est productiua actuum intelligendi: dicitur intellectus agens. ¶ Quarta conclusio: ꝙ accipiendo ens naturale stricte cuiuslibet entis naturalis sūt duo principia intrinseca: ⁊ non plura: probatur: qꝛ solū materia ⁊ forma sunt que manent in ipso post eius generationem. ¶ Secundo nam quodlibet ens naturale est genituꝫ ergo ex aliquo manente sub vtroqꝫ termino transmutationis naturalis. ⁊ hoc est materia: que nec est generata nec facta de nouo: nec esset transmutatio nisi aliquid esset factum de nouo: ⁊ hoc est ipsa forma: ⁊ ista duo sufficiunt ad compositionem compositi. Sic ergo patet ꝙ omne compositum est ex aliquo eterno scilicet ex materia: ⁊ ex aliquo de nouo facto: scilicet forma. ¶ Tertio sicut est in artificialibus sic proportionaliter est in naturalibus: sed ita est ꝙ ad constitutionem rei artificialis sicut statue: sufficit materia scꝫ es ⁊ forma artificialis scꝫ dispositio talis vel talis ipsius eris: sic ergo debet esse de re naturali. ¶ Sed dices imo videtur ꝙ entis naturalis sint plura principia q̃ꝫ tria: probatur: quia ipsius mixti elementa sunt principia intrinseca que sunt quatuor. ¶ Respondetur vno modo negando ꝙ elementa sint principia intrinseca entis naturalis: quia elementa non manent formaliter in mixto. ¶ Aliter potest dici: bene elementa esse principia intrīseca mixti: sed non prima. Sed cōclusio intelligebat de principijs intrinsecis primis: vnde nota ꝙ elementa se habent in mixtis: sicut se habent syllabe in dictione: ⁊ materia ⁊ forma se habēt in eodem sicuti litere in dictione: modo sic litere ⁊ non syllabe sunt prius in dictione: sicut materia ⁊ forma in mixto: et sicut ex literis componuntur syllabe: ita elementa que ponuntur in mixto: componuntur ex materia ⁊ forma. ¶ Sꝫ diceres sic: tunc elementa nō essent simplicia. Respondeo concedendo ꝙ non sunt simplicia: simplicitate q̄ opponitur compositioni ex materia ⁊ forma. Sūt tamen bene simplicia simplicitate que opponitur compositioni ex elementis ⁊ hoc intrinsece. ¶ Quinta conclusio: principia rerum naturalium sunt centum. probatur: quia capiantur. l. res naturales: tunc per quartam conclusionem cuiuslibet harum sunt duo principia: ergo illarum rerum sunt centum principia: sed qꝛ ille sunt res naturales sequitur rerum naturalium esse centuꝫ principia: ⁊ sic posset probari ꝙ essent mille. ¶ Sexta conclusio. si ly omnia tenetur distributiue: hec est falsa: omnium reruꝫ naturalium principia sūt tria. ¶ Similiter omnia principia rerum naturalium sunt quatuor: hoc patet quia quatuor sunt principia rerum naturalium: sex sunt principia rerum naturalium: ⁊ sic vltra vt dicit precedens conclusio ergo falsum est: omnia principia rerum naturalium esse quatuor vel sex: vel in aliquo alio numero determinato nobis cognito. ¶ Septima conclusio ꝙ si ly omnia tenetur collectiue: dubium est in quo numero sint omnia principia rerum naturalium: hoc patet: qꝛ dubium est de numero rerum naturalium simul sumptarum. ¶ Pro secundo principali est sciendum: ꝙ omnis conceptus qui includitur in diffinitione alicuius potest dici illi conceptui intrinsecus: vnde dicimus conceptum generis esse intrinsecum conceptui diffinitionis speciei. Similiter conceptum differentie quia cōceptus diffinitionis speciei integratur ex conceptu generis ⁊ ex conceptu differentie: ⁊ ex hoc dicimus genus esse principium intrinsecum diffinitionis speciei: similiter ⁊ differentiam sic etiam dicimus conceptum substantie esse intrinsecum conceptui diffinitionis sui proprij accidentis. ¶ Hoc notato sit prima conclusio responsalis ad quesitum ꝙ cuiuslibet transmutationis sunt tria principia intrinseca: ⁊ non requiruntur plura nec sufficiunt pauciora: scilꝫ materia ⁊ forma ⁊ priuatio ad istum intellectum: ꝙ in quolibet conceptu diffinitiuo alicuius transmutationis includuntur tres conceptus: scilicet conceptus quo concipitur materia ⁊ conceptus quo concipitur forma: ⁊ conceptus quo concipitur priuatio. i. materia priuata: ⁊ ita debet intelligi dictum Aristo. probatur: nam concipiendo trāsmutationem necesse est cōcipere terminum a quo est transmutatio: ⁊ terminum ad quē est trāsmutatio: ⁊ subiectum quod est sub vtroqꝫ termino: ex quo patet subiectum transmutationis includere conceptū duorum terminorum: scꝫ conceptum transmutationis materie ⁊ forme. assumptū patet: tam in transmutatione substātiali q̃ꝫ accidentali. Si enim concipio parietem transmutari de albedine in nigredinem: oportet me concipere parieteꝫ ⁊ cum hoc concipere parietem carere nigredine: ⁊ cuꝫ hoc parietem de nouo post hoc habere nigredinem: patet hoc in transmutatione substantiali: nam si ego concipio aliq̄d generari oportet me concipere materiam: ⁊ cum hoc materiam carere forma generanda: etiam postea habere formā generandam: patet ergo ꝙ conceptus trāsmutationis nō potest esse sine conceptu materie et priuationis et forme. ¶ Et nota ꝙ conceptus priuationis dicitur conceptus: q̄ concipio materiam carere forma: ⁊ ideo q̃uis conceptus priuationis ⁊ conceptus materie sint distincti: quia conceptus priuationis est complexus: conceptus auteꝫ materie est incomplexus: notauit. Arist. cum dixit materiam ⁊ priuationem esse vnum in numero: differre autem inuicem ratione. ergo aliter respondendum est: si queratur vtrum cuiuslibet rei naturalis principia intrinseca sint tantū tria. Vnde respondendum est ꝙ non: quia solum duo: scilicet

materia

materia et forma. Si queratur vtrum principia rerum naturalium sint tantum tria: iterum aliter respōdendum est s. ꝙ non: sed plura: dicimus enim rerum naturalium sunt quatuor principia intrinseca: quia in minori numero non possunt esse res naturales: q̄ in numero binario: et sic tūc illarum rerū sunt quatuor principia intrinseca: ex quo cuiuslibet illarum sunt duo. Si autē queratur vtrum cuiuslibet transmutationis naturalis principia intrinseca sunt tantum tria: aliter respondendum est. s. est dicendū ꝙ sunt tria ad intellectum questionis posite. Sed diceres transmutatio cum non sit aliquod accidens superadditum rebus permanentibus: est vel materia: vel forma: vel compositum vt quodcunq̄ istorum datur non sequitur transmutationis esse tria principia. ¶ Respondetur siue transmutatio ponatur esse materia siue forma vel compositum: tamen nullum concipitur esse transmutatio: nisi concipiatur materia: forma: et materiam esse priuatam forma generanda: nunq̄ enim conciperem materiam transmutari: nisi cōciperem eam ab aliquo ad aliquid transmutari vel conciperem eam primo aliquo carere ⁊ conciperem eam postea habere hoc.

Ad rationes principales. Ad primā quā

do dicitur: principia sunt duo ⁊ non plura: concedo: et nego consequentiam: ergo nō sunt plura duobus: nam in antecedente illa negatio non tenetur infinite: ⁊ ob hoc antecedens potest esse verum. In consequente autem tenetur negatiue: vnde accipiēdo antecedens inquantum est vna cathegorica de copulato extremo: ⁊ similiter ista negatione non tenta infinite antecedens est concedendum. ¶ Ad secūdam hec ē impossibilis ⁊c. cōcedo: cum hoc tamen stat ꝙ tantum tria sint principia transmutationis naturalis: ad intellectum predictum: quibus omnia alia equiualent in significando et hoc exponendo ly tantum: ratione pluritatis: et non gratia alietatis. ¶ Ad tertiam ⁊ quartam dico ꝙ bene probant ꝙ cuiuslibet rei naturalis sunt duo principia intrinseca ⁊ hoc bene conceditur ⁊c. ¶ Ad quintam dico ꝙ bene probat: ꝙ in transmutatione non sunt nisi duo principia s. materia et forma: et cum hoc tamen stat ꝙ in conceptu diffinitiuo transmutationis includuntur tres conceptus s. materie et forme et priuationis intelligēdo per priuationem materiam priuatam s. forma generanda que non est alia res a materia. ¶ Ad sextam dico ꝙ bene probat ꝙ nullius rei naturalis sunt plura principia q̄ duo: non tamen probat quin possint esse plura transmutationis naturalis. ¶ Deinde ad alias quibus probabatur ꝙ essent plura principia q̄ tria quia principiata sunt plura q̄ tria ergo sunt plura princi[illegible]ia q̄ tria dico ꝙ c[illegible] quētia non valet quia possunt esse plura principiata q̄ tria: tamen adhuc non essent plura principia q̄ tria secundum equiualentiam. Et quādo dicebatur multiplicato vno ⁊c. Dico ꝙ hoc debet intelligi q̄tum ad significationem ⁊ nō q̄tum ad significata: vnde hoc patet quia q̄uis pater ⁊ filius dicantur adinuicem relatiue: tamen possunt esse plures filij q̄ patres. ¶ Ad secundam dico ꝙ nominantur solum intrinseca: q̄uis cuiuslibet rei naturalis sint solum duo principia: tamen transmutationis sunt tria ad intellectum questionis. ¶ Ad tertiam infinite sunt materie: dico ꝙ partes ipsius materie Aristo. non distinguit quo ad esse principium intrinsecum contra materiam et etiam sicut dicebatur in primo articulo partes materie non dicuntur principia intrinseca compositi: sed materia totalis; propter hoc ꝙ a partibus materie non dependet totum compositum: ei quelibet eius pars inesse. et similiter dicatur de partibus ipsius forme. ¶ Ad quartam principiorū ⁊c. nego. ⁊ quando dicebatur principia rerum naturaliū sunt entia naturalia: nego: ⁊ hoc patet per Arist. secūdo huius; vbi solum entia composita ex materia ⁊ forma vocat entia naturalia/principia autem: sicut sunt materia et forma: vocat naturas. ¶ Ad aliam: vel solum nominantur nomina ⁊c. dico ꝙ principia transmutationis naturalis quum nominantur solum nominantur nomina ⁊ q̄uis illa sint plura q̄ tria secundum numerum: sunt tamen tria secundum equiualentiam: sed cum nominantur principia rei naturalis: tunc nominantur res que non sunt signa: ⁊ ille sunt tantum due. Similiter quum nominant principia rerum naturalium similiter nominantur res: et iste ad minus sunt quatuor sicut patet ex questione: et possunt esse in maiori numero q̄ quatuor vt patet: sequitur ergo.

Questio.XIII.



Trū sit possibile aliquid fieri de nouo nullo subiecto presupposito: et arguitur primo ꝙ sic nam si non maxime esset propter hoc quia ex nihilo nihil fit: sed hoc est falsum et consequentia probatur: nam ex aliquo nihil fit: ergo falsum est ꝙ ex nihilo nihil fit: consequentia tenet per legem cōtradictoriorum: antecedēs patet quia ex deo nihil fit qui est aliquid tanq̄ ex parte integrante intrinsece. ¶ Secundo aliquid fit de nouo ex nihilo: ergo possibile est aliquid fieri nullo subiecto presupposito: consequentia tenet: antecedens probatur de anima intellectiua: que ex quo non educitur de potentia materie ipsa fit ex nihilo: non enim indiget ad factionem eius aliquo subiecto presupposito. ¶ Tertio consimili mō potest argui de formis educibilibus de potentia materie: nam vel ipsarum aliquid preexistit: et aliquid non: vel tote preexistunt in materia. si dicatur secundum: tunc non de nouo fiunt. Si primum tunc ad minus idem quod nō preexistit in materia: capit esse ex nihilo. ¶ Quarto omne quod fit: fit ex ente: vel ex non ente. si dicatur secūdum: tunc fit ex nihilo. Si dicatur primum contra: nam sicut ex animali non fit animal tanq̄ ex subiecto presupposito: nec ex albo fit album: ita etiam videtur ꝙ ex ente nō fiat ens: etiā ens esset anteq̄ esset. ¶ Quinto materia fit ⁊ nō fit ex aliquo subiecto presupposito: ergo questio falsa: consequētia tenet. ¶ Sed prima pars antecedentis conceditur ab Aristotele primo huius: ⁊ secunda pars probatur: nā si materia fieret ex subiecto presupposito: sequeretur ꝙ esset processus in infinitum in materijs. ¶ Sexto per diffinitionem generationis positam ab Aristo. in predicamentis. scz generatio est processus a non esse ad esse: ergo videtur ꝙ illud quod capit esse per generationē capiat esse ex nihilo. ¶ Septimo deus potest facere aliqd de nouo nullo subiecto presupposito: ergo questio falsa. Consequentia tenet: ⁊ antecedens probatur: nam q̄uis sit infinita distantia: inter non esse ⁊ esse: tamen deus est infinite virtutis ⁊ potētie: potest reducere aliqd de non eē ad esse ex nihilo. ¶ Octauo deus est omnipotens: sed si nō posset aliquid facere ex nihilo nō esset omnipotens: eo ꝙ omnipotens dicitur ꝙ omnia pōt. ¶ Nono quanto aliquod agens est perfectius: tanto minus presupponit in eius actiōe. ex quo deus est perfectissimus ⁊ multo perfectius sine proportione q̄ sit agens naturale: sequitur ꝙ minus presupponit in eius actione q̄ agēs naturale. Cum ergo agens naturale in eius actione puta ī generatione presupponat ens in potentia sed non possumus minus presupponere q̄ nihil: ergo sequitur ꝙ deus in eius actione nihil presupponat. ¶ Decimo sicut se habet agens actuale ad artificiale: ita se videtur habere agens supernaturale ad agens naturale: sed agēs naturale in eius factione minus presupponit q̄ artificiale: quia naturale presupponit ens in potentia. Artificiale autem ens in actu: ergo ⁊c. ¶ Si ergo supernaturale presupponit minus q̄ naturale: sequitur ꝙ non possit minus presupponere q̄ nihil: ex quo agens naturale presupponit ens in pura potentia.

In oppositum est Aristote. in isto tracta

tu. omnes. ergo contraria ⁊c. et capitulo tertio eiusdem. et est prima conclusio eiusdem capituli: ꝙ in omni transmutatione oportet aliquid subijci. Si ergo omnis factio est transmutatio sequitur ꝙ in omni factione aliquid presupponatur. ⁊ per cōsequens non est possibile aliquid fieri de nouo nullo subiecto. [illegible] dendum est quid est dicendum secundum Aristotelem. ¶ Tertio videndum est quod est dicendum secūdum veritatem. ¶ Quantum ad primum sciendum est iuxta [illegible]

materiam. vt dicit Commentator tres fuerunt opiniones nam aliqui dixerunt ꝙ aliquid bene fit de nouo: et similiter quodlibet quod fiebat: fiebat ex nihilo. ¶ Alij autē dixerunt: nihil fieri de nouo simpliciter ⁊ nihil fieri ex nihilo sed ex aliquo presupposito: ita ꝙ in omni factione alicuius de nouo preexistebat aliquid: ⁊ aliquid de nouo acquirebatur. Clarius videndo de prima opinione videndum est quid illi antiqui opinabantur: quia ipsi opinabātur: ꝙ nihil esset compositum ex partibus essentialibus: sed solum ex partibus quantitatiuis: ⁊ quando aliquid fiebat de nouo: nihil ipsius preexistebat: sed secundum se totum caperet eē ex nihilo. ¶ Sed dices quomō posset hoc esse: cū tamen Aristoteles dicit: omnes antiquos cōcessisse nihil capere esse ex nihilo. Respondetur ꝙ verum est: prout ly ex denotat materiam: vel prout denotat ordinem: modo q̄uis antiqui dixerunt aliquid fieri ex nihilo: prout ly ex denotat materiam: tamen bene dixerunt quodlibet fieri ex aliquo: prout ly ex denotat ordinem: vnde dixissent quando cadauer fit ex homine: hoc est ex corruptione hominis: sic ꝙ nihil quod est in cadauere prefuisset. Sed cadauer secūdum se totum caperet esse ex nihilo prout ly ex denotat materiam existentem in ipso: et que prefuit in corrupto. Sed forte diceret aliquis. Si soluʒ concessissent aliquid fieri ex aliquo: prout ly ex denotat ordinem: non oportuisset eos concessisse generationem vnius esse corruptionē alterius. ¶ Respondetur ꝙ imo: vnde quum cadauer generatur oportet aliquid corrumpi. non propter hoc ꝙ aliquid in generato sit quod prefuit in corrupto: sed ideo vt cadauer de nouo generatum habeat locum: propter nihil aliud posuerunt generationem vnius esse corruptionem alterius: nisi quia corruptio preexistentis faceret locum illi quod de nouo fit. ¶ Adhuc diceres: possibile est ꝙ aliquid in tantum condensetur ꝙ illud quod fieret de nouo haberet locum absq̄ corruptione cuiuscunq̄ preexistentis. ¶ Responderent antiqui: ꝙ non quia tandem fieret tāta condensatio: ꝙ non possent manere entia naturalia nec exercere operationes sibi debitas. ¶ De sexta secunda. Qui posuerunt nihil fieri de nouo simpliciter ⁊ ꝙ nihil fieret ex nihilo. et primo presupponebant ꝙ nunq̄ aliquid dicitur fieri simpliciter: nisi quādo aliquid capit esse postq̄ nō fuit. ¶ Secundo supponebant ꝙ materia potest se habere aliter nūc q̄ prius. sicut patet de cera. que nunc est imago hominis: et postea est imago equi. ¶ Tertio supponebant. ꝙ istud aliter se habere illius materie esse posset: absq̄ hoc ꝙ aliqua res sit noua in materia: que prius non erat in ea: sicut patet de cera. Cera enim solum per motum localem suarū partium est imago equi: et postea imago hois. ¶ Quarto supponebant ꝙ omne quod fit: fit de nouo ex aliquo presupposito: ⁊ ipsi imaginantur ꝙ nihil fit: de nouo simpliciter: nam q̄uis materia se habeat nunc aliter q̄ prius: tamen quia illud aliter se habere non est aliqua res superaddita materie per vnam suppositionem: ergo non propter hoc oportet esse aliquod generatum simpliciter. Naʒ per vnam suppositionem nunq̄ aliquid fit simpliciter: nisi quum aliqua res de nouo est: que prius non erat. Alterius dicebāt ꝙ quodlibet fieri non esset aliud q̄ materiā aliter se habere q̄ prius se habebat: ⁊ sm̄ istam opinionē dicerent ꝙ tota substantia rerum naturalium esset materia. ¶ Secundo dicerent totum quod est infra concauum orbis lune esse vnum continuum. s. vnam materiam continuam: que tamen sm̄ alias eius partes aliter se habet: propter quod secundum vnam eius partem vocatur aqua: et secundum aliam ignis. et secundum aliam terra. et secundum aliam homo ⁊c. sicut vnus paries continuus secundum vnam partem dicitur albus: ⁊ secūdum aliam niger. ¶ Tertio secundum istam opinionem concederent ꝙ nihil esset compositum ex partibus essentialibus: sed solum ex partibus quantitatiuis. ¶ Quarto cōcederent omnia intra concauum orbis lune esse vnum. ¶ Quinto concederent hoc esse immobile: ⁊ quum Aristo. arguebat hic habere partes: concedebant: ⁊ vltra: quando arguebatur: ergo intra concauum orbis lune sunt multa: Respondebant ꝙ verum est: sed non seorsum existentia. Et non est dubium: quin hoc bene concessissent antiqui: ꝙ sic essent multa: q̄uis posuerunt vnum ens seorsum existens: et sic ꝙ illud non erat pars alterius: et sic patet qualiter potuissent soluisse rōnem Aristo. cōtra eos. Quapropter ex multitudine partium multa essent: vnde non fuerunt ita fatui ꝙ posuissent omnia vnum indiuisibile. Sic ergo vise sunt due vie iuxta materiam questionis.

Quantum ad secundum restat videre opinionem Aristo. que tenet medium. ¶ Pro quo est sciendū ꝙ fieri dicitur pluribus modis. Aliquando enim fieri attribuitur precedentibus factionem: vt quum dicimus homo fit musicus: vel quum dicimus materia fit formata tali vel tali forma. Et quod sic fit patet ꝙ non fit ex aliquo: nam materia sic fit ⁊ non fit ex aliquo. ¶ Secundo fieri accipitur prout attribuitur sequentibus factionem de his. q̄ primo modo fiunt. ¶ Secundo notandum ꝙ quum dicimus aliquid fieri ex aliquo diuersimode ista dictione ex vtimur. ¶ Aliquando enim vtimur ea prout notat agens vt quum dicimus filium fieri ex patre. Et sic accipiendo ly ex non est dubiū quin omne quod fit: fit ex aliquo agente. ¶ Aliquando vtimur ista dictione ex prout denotat terminū a quo distinctū a subiecto. ⁊ sic accipiendo ly ex non q̄dlibet quod fit: fit ex aliquo: patet: nā lumen quod fit de nouo in aliquo medio: non fit ex aliquo distincto ab aere ⁊c. ¶ Aliquando vtimur hac dictione ex: prout partem integrantem notat. Et sic iterum non quodlibet quod fit: fit ex aliquo: nam forma fit: ⁊ non fit ex aliquo integrante ipsam ex eo ꝙ est essentia simplex: et hoc patet maxime de anima intellectiua que ponitur indiuisibilis. ¶ Aliquando vtimur hac dictione ex prout denotat subiectum presuppositum: ex quo vel in quo fit illud. Et sic accipiendo ly ex: ponitur ista conclusio sm̄ Aristo. Necesse est ꝙ omne quod fit fiat ex aliquo. patet: nam omne quod fit est substantia vel accidens. Si accidens: cum accidens non possit esse sine substantia: sequitur ꝙ ipsum fit ex aliquo presupposito: capiendo ly ex quarto modo. Si autem est substantia: tūc iterum pʒ per inductionem ꝙ omne quod fit: fit ex aliquo. pʒ tā de simplicibus q̄ de mixtis. Si em̄ fit aqua vel fit ex aere: vel igne: vel terra: vel ex aliquo alio. Si aūt est substantia mixta: tunc iterum fit ex aliquo: sicut pʒ de plantis: ⁊ de animalibus que fiunt ex semine: ⁊ nunq̄ visum est ꝙ alia substantia esset que non esset vel fieret ex aliquo presupposito. ⁊ semper visum est de his que fiebant: ꝙ ex aliquo presupposito fiebant. ergo concedendum est omnem substantiam que fit ⁊ omne quod fit sm̄ Aristo. fieri ex subiecto presupposito: ⁊ ita arguendo sufficit in scientia naturali: nam simili modo ⁊ non aliter possumus probare omnem ignem esse calidum: vt sic arguendo. Iste ignis quem sentio est calidus: ⁊ omnis ignis: quem vnq̄ sensi erat calidus: nec vnq̄ experiebar oppositum: cōcludo ergo ꝙ omnis ignis est calidus: vnde in probando conclusiones in scientia naturali que capiuntur per experientiam oportet sic arguere. Sic ergo concederet Aristo. ꝙ omne quod fit: fit ex aliquo presupposito ⁊ nō est dicendum aliquid fieri nisi ex aliquo presupposito.


Quantum ad tertium suppono primo ꝙ factio extendat se ad creationem: ⁊ ad generationē. ¶ Secunda suppositio: ꝙ differentia sit inter gn̄ationem et creationem similiter inter annihilationem ⁊ corruptionem: vnde tunc aliquid dicitur creari: quando secundū se totum ⁊ quodlibet sui incipit esse de nouo. Et tunc dicitur aliquid annihilari quādo desinit esse sm̄ se: ⁊ quodlibet sui: nec aliquid manet: quod fuit eius pars: vel in quo fuit. Et tunc aliquid dicitur corrumpi: quando aliquid derelinquitur: quod fuit pars illius quod corrumpitur: vel subiectū eius ita ꝙ breuiter in descriptione quid nominis illius termini creatio ⁊ etiam annihilatio non includitur nomen materie presupposite. Sed in descriptione generationis vel corruptionis: bene includitur. ¶ Tunc sit prima cōclusio: ꝙ aliquid potest fieri nullo subiecto presupposito. probatur: nā aliquid potest creari: ergo aliquid potest fieri nullo subiecto presupposito: consequentia tenet ex quo fieri extendit se ad creari. Antecedens patet: nam deus: cum sit absq̄ proportione potentior agente naturali: potest facere aliquid ex nihilo. ex quo aliquod agens naturale potest facere aliquid ex aliquo. ¶ Secundo. nam deus potest aliquid annihilare: ergo potest aliqd creare: consequentia tenet: añs probatur:

probatur: nam in prima parte proportionabili alicuius hore pōt aerem aliquē rarefacere ad duplum ⁊ in scda parte proportionabili illius hore ad quadruplum: ⁊ sic vltra vsq̧ ad finem illius hore: ille aer erit annihilatus: ꝙ per talem rarefactionem factum est vacuum. Et pro ista conclusione possunt adduci rationes posite ante oppositum: quibus probatur. Deum posse facere aliquid ex nihilo. ¶ Secunda conclusio. ꝙ nihil potest generari ex nihilo: probat ex quid nominis generationis. Implicat enim contradictionē: nā est sensus: aliqd gñaṫ ex nihilo. i. aliqd gñaṫ ex aliq̄ ⁊ a nullo pōt fieri: quod implicat cōtradictionē: ergo ⁊c. consequentia tenet: secunda pars antecedentis cōmuniter conceditur. ⁊ prima pars patet ex suppositione vna. ¶ Secundo. impossibile est fieri transmutationem aliquam nisi aliquid presupponatur: sed omnis generatio est transmutatio: ergo ⁊c. maior est nota: nam si est transmutatio: tunc ex quid nominis trāsmutationis: aliquid trāsmutatur manens sub vtroq̧ termino: ergo illud quod est: presupponitur: vt patet de se. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ nihil potest corrumpi: nisi aliquid remaneat: hoc patz similiter ex quid nominis corruptionis simpliciter. ¶ Quarta conclusio ꝙ deus non potest angelum ab eo creatum corrumpere: probatur: nam angelus est indiuisibilis: ergo si desinit esse nihil eius manet: ⁊ per consequens non corrumpitur: q2 oporteret aliquid manere ⁊ aliquid dimitti. s. materiam. ¶ Quinta conclusio ꝙ deus angelum ab eo creatum potest annihilare patet: quia potest eum facere non esse simpliciter sicut fecit ipsum.

Ad rationes principales.

Ad primam cōceditur ꝙ ista est falsa. ex nihilo nihil fit. sicut probatur. sz conceditur ad istum intellectum ab Aristo. ⁊ ab alijs: ꝙ nihil id est nullum ens fit ex nihilo. ¶ Ad secundam de anima intellectiua dico ꝙ ista bene probat aliquid fieri ex nihilo ab agente supernaturali: non tamen ab agente naturali. ¶ Ad tertiam de alijs formis: dico ꝙ omnes fiunt ex aliquo prout ex denotat materiā: in qua vel ex qua aliquid fit cum hoc tamen bene stat ꝙ fiant ex nihilo: saltem alique earum prout ex denotat terminum a quo distinctum a materia: de quo postea diffusius dicetur. ¶ Ad quartum dico ꝙ fit ex ente: ⁊ quando dicebatur: ens esset anteq̄ʒ fieret: cōceditur: ꝙ bene est ens antea: sed nō illud ens: quod de nouo fit. ⁊ quando dicebatur ex animali nō fit animal: tanq̄ʒ ex subiecto presupposito: ergo nec ex ente: non valet consequentia. ¶ Ad quintam materia fit: quid sit dicendum: pz ex questione. ¶ Ad sextam dico ꝙ bene probat ꝙ aliquid fit: ex nihilo terminatiue: cū quo tñ stat ꝙ omne quod fit: fit ex aliquo presupposito alie ratio [illegible] patent.

Questio.XIIII.



Queritur vtrū cuiuslibet trāsmutationis materia sit principium. Et arguitur ꝙ non: quia illud quod nō est: non est principiū alicuius. Sz materia non est ergo. maior est nota: ⁊ minor probatur: q2 materia nec est quid: nec quale nec quantum. per Aristo. vij. metaphy. Sz omne qđ est: est aliquid aliquod istoꝝ: ergo. ¶ Confirmatur illud: quod taliter est qualiter antichristus non est: sed materia est hmōi: ergo. maior ē nota: eo ꝙ antichristus non est: minor patet: q2 materia est ens in potentia: sicut antichristus: ergo. ¶ Confirmaṫ tertio q2 si materia esset ens sequeretur ꝙ ex ente per se fieret ens: consequens falsum: ⁊ ꝯsequentia tenet: ex eo ꝙ ex materia per se: fit aliquid: falsitas cōsequentis probatur: q2 si ex ente per se fieret ens: tūc hec esset per se vera: ex ente fit ens: ⁊ cum per se dicat de ol tunc ex omni ente fieret ens: ꝯñs falsum: ex eo ꝙ ex deo nō fit aliquid. licet bene ab eo fiat aliquid. ¶ Confirmatur q̄rto: nam illud: qđ est mediū: inter esse: ⁊ non esse: nō est ens: ex eo ꝙ esse: ⁊ non esse contradicunt: cōtradictio autem est cuius sm se non est dare medium. Sed materia sm Cōmētato. est medium inter esse ⁊ non esse: ergo ⁊c. ¶ Secundo ad principale arguitur sic: nam secundum Commentato. primo huius: principia rerum naturaliū debent esse cōmunia omnibus rebus generalibus ⁊ corruptibilibus: sed sic non est de materia: q2 nō est eadē materia oīm generabiliū ⁊ corruptibilium. Alia enim est materia mea ⁊ alia materia tua. ¶ Tertio. materia est generabilis: ergo materia non est princ piū: saltem subiectiuum talis trāsmutationis: qua ipsa generatur: illud enim quod fit generatur: sicut forma: vel compositum non est subiectiuū principium talis gñationis ⁊ factionis. añs pz per Aristo. primo hui9 dicentem: in omni trāsmutatione opz aliquid subijci qđ fit ⁊ ecōuerso. Et Cōmenta. sup illo dicit ꝙ materia est illud: qđ in rei veritate gñatur. ¶ Quarto. materia non est principiū motus localis: ergo questio falsa: ꝯñtia tenet añs probatur: nā celū mouetur localiter in quo tamen nō est materia: ex eo ꝙ celum est ingenerabile ⁊ incorruptibile: vt habetur secundo de celo ⁊ mundo. ¶ Quinto nam transmutationis accidētalis sicut est albefactio ⁊ calefactio materia non est principiū: ergo non cuiuslibet transmutationis ⁊c. ꝯñtia tenet. añs probatur: nam materia nō est illud qđ albefit. vel frigefit: sed compositum: ergo. ¶ Sexto. si q̄stio esset vera: seq̄retur ꝙ cognitio transmutationis depēderet ex cognitione materie: sed hoc non: q2 materia nō est per se cognoscibilis. Dicit enim Aristo. ꝙ cognoscitur per analogiam ad formam: hoc est in cōparatione ad formam: ⁊ per ꝯñs nō est principiū cognoscēdi trāsmutationis: ꝯña tenet ex eo ꝙ cognitio principiatorum dependet ex cognitione principiorum. ergo ⁊c.

In oppositum est Aristote. tractatu penultimo istius libri. ¶ In ista questione primo videndum est vtrum materia sit ens: de quo tangebatur in primo argumento. ¶ Secundo videndum est vtrum sit vna materia omniū generabiliuz ⁊ corruptibiliū: de quo tangebatur in secundo. Tertio. vtrum materia sit generabilis: de quo tāgebatur in tertio. ¶ Quarto videndum est de quesito: de quo tāgebatur in quarto ⁊ quinto argumento. ¶ Deinde in alia questione videbitur vtrū materia sit per se cognoscibilis: de quo tangebatur in vltimo argumento principali. ⁊ sic consequenter sequitur ⁊c.

Quātū ad primū sit prima distinctio quod esse in actu intelligitur dupliciter. vno mō esse in actu formali. Alio modo in actu presentie. i. quod presentialiter sit. ¶ Secunda distinctio: quod aliquid dicitur esse in potētia tripliciter. Uno mō nō ꝙ est: sed potest esse: et isto modo dr antichristus in potentia ⁊ similiter forma generanda: ⁊ hoc vocatur in potentia obiectiua secundum antiquos. ¶ Secundo modo dicitur aliquid in potentia receptiua alicui9 ex quo vna cum ipso componitur aliquid: quod est hoc aliquid in actu: ⁊ ista vocatur potentia subiectiua: ⁊ isto modo dicimus materiā esse in potentia. ¶ Tertio modo aliqd dicitur esse in potentia: quia est pars alicuius quod est ꝑ se hoc aliquid: ⁊ per separationem ab illo potest fieri hoc aliquid: ⁊ isto modo partes quātitatiue dicūtur esse in potentia hoc aliquid: nā quādiu sunt in ꝯtinuo nō sūt hoc aliquid: sed per separationem earum abinuicem: quelibet earum fit hoc aliquid in actu: quia fit seorsum existens: ⁊ quādo est seorsum existens: ⁊ non existens pars alicuius alterius tunc dicitur hoc aliquid. Unde notandum quod de nullo proprie dicimus quod sit hoc aliquid: nisi de hoc qđ est seorsum existens: ⁊ est substantia: ⁊ sic est existens quod non est pars alterius: quod sit per se vnum sicut est sortes vel plato. vnde sortes est sic existens quod non est pars alicuius alterius: quod sit per se vnum. Et notanter dixi qđ non est per se vnū: nam sortes quamuis dicatur seorsuz existere: est tñ pars vniuersi seu mundi: quod quidem vniuersum nō dicitur ꝑ se vnū: sed ens aggregatum. Ex hoc patet ꝙ nihil ꝙ est pars alicuius: qđ est ꝑ se vnuz: est hoc aliquid in actu q̄uis aliqua taliū bene sint hoc aliquid in potentia: sicut sunt partes quantitatiue continui: aliqua autem non sūt hoc aliquid in actu nec in potētia: nec possunt esse naturaliter. sicut materia ⁊ forma. ¶ Tūc sit prima conclusio. materia est ens: probatur: nam aliquod ens componitur intrinsece ex materia ⁊ forma modo nullum ens intrinsece componitur ex non ente. ¶ Secunda conclusio. materia non est hoc aliquid: probatur: nam quelibet materia est pars alicuius quod est per se vnum. ergo materia non est hoc aliquid: ꝯñtia tenet ꝑ descriptionem de hoc aliquid ⁊ añs ꝓbaṫ: q2 nulla materia pōt esse sine forma. Sed quā

docꝫ materia est cū forma ex eis ꝯponit̄ vnum quod est hoc aliquid: cuius materia est pars: pꝫ per Aristo. volentem materiam nunꝗ̄ esse sine forma. ¶ Tertia conclusio: materia nō pōt esse hoc aliquid naturaliter: pꝫ quia naturaliter materia non pōt esse nisi sit pars alicuius totalis substantie ⁊ per se seorsum existentis. Sed ꝗ̄diu sic se habꝫ ipsa non est hoc aliquid: pꝫ per descriptionē de hoc aliqd. ¶ Quarta conclusio. si per imaginationē possibilē vel impossibilem materia esset sine forma: ipsa esset hoc aliquid: pꝫ: nam ipsa esset tunc sic ꝙ non esset pars alicuius alterius. vnde si per imaginationē a totali materia possent oēs separate omnes forme totales: materia prima q̄ est in concauo orbis lune esset hoc aliquid ⁊ esset vnum continuū: naꝫ tunc ipsa esset vnuꝫ ens: qḋ nō esset pars alicuiꝰ qḋ est ꝑ se vnum: ⁊ esset figure circularis: quā q̄dē nō haberet a se sed haberet a cōtinēte: ⁊ nisi hoc esset ꝙ natura abhorreret vacuū: ipsa posset sic cōprimi ⁊ cōdensari: nō ad tam paruam quantitatē quin minorē sine aliqua resistētia ꝓpter hoc ꝙ ipsa est infinite passibilitatis correspondens primo agenti quod est infinite actiuitatis ⁊ cum cuilibet potentie actiue corespondet potētia passiua. Iuxta istam imaginationē pōt inferri ꝙ quantū est ex pte materie: oīa existētia infra concauū orbis lune essent continuū. ¶ Ulterius vltra istam imaginationem posset dubitari: posito ꝙ tota materia esset nuda: ⁊ repleret totum: qḋ est infra concauū orbis lune ⁊ poneretur vlterius ꝙ sursum traheretur ⁊ causaret̄ vnū graue simplex: vtrum descenderet tanta velocitate: sicut in vacuo. ¶ Ad hoc pōt responderi ꝙ sic: ꝓpter hoc q: ex quo materia est infinite passiuitatis: ipsa nullo mō resisteret: ⁊ per ꝯñs illud graue descenderet ita velociter per illud mediū sicut per vacuum. ¶ Quinta ꝯclusio: ꝙ nulla forma generabilis ⁊ corruptibilis est hoc aliquid: nec pōt esse hoc aliquid naturaliter: probatur: nam nulla forma generabilis: siue corruptibilis: siue sit substantialis: siue accidentalis: est sine materia: nec potest esse sine materia: ergo nunꝗ̄ est nec potest esse hoc aliquid. antecedens concederet Aristo. ⁊ ꝯñtia tenet per descriptionē de hoc aliquid. ¶ Sexta conclusio. materia non est ens in actu formali de se. probatur: nam materia quantū est de se: idifferēs est ad omnē formā: ergo quantū est de se non plus est in actu formali ꝑ vnā formam: ꝗ̄ ꝑ aliam: ⁊ ipsam esse in actu formali est ipsam esse partem alicuius cōpositi: qḋ est de vna determinata specie substantie: mō hoc non habet ex se: sꝫ habet ex forma. ¶ Septima conclusio: ꝙ materia est ens in actu presentie: patet: nam materia presentialiter est: ex quo est ens: ergo conclusio vera. ¶ Octaua conclusio: materia non est ens in potentia obiectiua eo modo quo antichristꝰ dicitur esse in potentia: vel forma generāda: nam materia est ꝑpetua sm philosophum. Sed si esset sic in potētia non esset ꝑpetua: ergo conclusio vera. ¶ Nona conclusio: materia est ens in potētia receptiua forme gñande: pꝫ, nā pōt recipere formā generandam ex qua vna cum materia fit substantia cōposita. Qḋ aūt quācūꝗ̄ formā generandā possit recipere: pꝫ: q: si non: tūc sua passiuitas esset terminata: ⁊ non esset infinita: quod est contra dicta prius: ipsa enim cuiuscūꝗ̄ forme est receptiua: cuius prima cā est productiua. ¶ Decima conclusio: materia est ens in potentia capiendo ens in potentia tertio modo: scꝫ qḋ est ⁊ pōt esse pars alicuius compositi: ita ꝙ materia dicatur in potentia respectu forme: capiendo tamen in potentia vt sit pars compositi. ¶ Notandū tamen: ꝙ materia sic non dicitur in potentia sicut partes quantitatiue: cum sint ptes: nā ille ꝗ̄uis non sint hoc aliquid in actu: possunt tñ esse hoc aliquid ī actu ⁊ sic nō est de materia: q: materia nō pōt esse hoc aliqd naturaliter vt dicebatur: sed ipsa bene sic dicitur ens in potētia: vt sit pars compositi: ⁊ oēs iste responsiones deberent intelligi de materia proprie dicta: ⁊ hoc de primo.

Quantum ad secundum sit prima conclusio:

ꝙ materia nō est vna omnium generabiliū ⁊ corruptibiliū: pꝫ: nā materia mea nō est materia tua: ⁊ nos sumus res naturales ⁊ corruptibiles: ⁊ aliquando gñabiles. ergo. ¶ Secunda cōclusio: oīm q̄ successiue gñant̄ vnū ex alio. materia est vna. patet. nā si ex igne fit aqua: tunc eadē materia: que prius erat ipsius ignis postea est ipsius aq̄. ⁊ sic vltra. Si ex aqua fiat terra: vel aliquid aliud. Sed dices cōtra. nam tunc esset possibile ꝙ materia aliqua eadē esset successiue plurium hominum: nam primo posset esse materia primo hominis quo corrupto e[...]t materia cadaueris: quo corrupto forte fieret materia alicuius herbe: que comederetur ab homine: qua corrupta: fieret materia cineris: q̄ corrupto fieret iterum materia hominis. Sed falsitas probatur: q: tunc in nouissimo die. s. in resurrectione mortuorum: cum quilibet homo haberet materiā suaꝫ ⁊ reciperet eā: plures homines haberent eādem materiam: modo hoc est impossibile: q: quorūlibet plurium hominū sunt plures materie. Breuiter de hoc philosophus se expediret negando resurrectionē mortuoꝝ. Sed quid de hoc dicerent theologi: de hoc me non intromitto. ¶ Tertia conclusio est sm istum modum loquendi quo dicimus nos tangere parietē quum tangimus aliquam eius partē: potest concedi ꝙ materia est vna in omnibus: patet: nā sm talem modū loquēdi totalis massa materie est in me: q: sm aliquā eius partē ⁊ totalis in te: q: sm aliam eius partē: ⁊ est consimilis modus loquendi sicut si sortes sit pro medietate in aqua: ⁊ ꝓ medietate in aere: diceremus sortem esse in aqua: similiter diceremus ipsum esse in aere.

Quantum ad tertium sciendum est ꝙ aliquid

dicitur fieri vel generari tripliciter: vno modo: q: est ⁊ ante non fuit. ¶ Scḋo modo: q: fit alicuius pars de nouo cuius prius non erat. ¶ Tertio mō: q: nunc est aliqua eiꝰ pars de nouo ꝗ̄uis antea fuerit ab eterno. ¶ Tūc sit ꝑma conclusio: ꝙ materia non est gñabilis nec factibilis primo modo: pꝫ: q: materia est eterna: ⁊ ex alio: q: illḋ quod fit: fit ex materia presupposita per ꝑcedentem conclusionē. mō si materia fieret ex materia ꝑsupposita seq̄ret̄ ꝓcessus in infinitū in materiis. ¶ Secunda conclusio. materia bene fit et generatur scḋo mō. pꝫ: q: ipsa de nouo fit pars alicuius cōpositi: cuius prius nō erat pars. ¶ Tertia conclusio. materia nō gñatur tertio modo: pꝫ: q: nihil generatur nisi substātia composita ex materia preexistēti eternaliter: ⁊ ex forma de nouo gñata seu genita. Iste tres conclusiones solēt poni sub his verbis. materia non est gñabilis terminatiue materia est gñabilis subiectiue. materia non est gñabilis. cōpletiue. vnde generari terminatiue attribuitur forme. generari subiectiue materie, generari autem completiue toti composito ⁊c.

Quantum ad quartum: sciendū est ꝙ hoc


nomen materia capitur dupliciter: proprie et improprie: proprie capitur materia: de qua dictū est ꝑ totum diem: improprie materia dicitur q̄ est subiectum motus localis. isto modo celum potest dici materia. ¶ Scḋa distinctio: subiectū transmutationis dicitur illud quod manet sub vtroꝗ̄ termino transmutationis: ⁊ quoddā dicitur mediatum: et quoddam immediatū. ¶ Tūc sit prima conclusio: ꝙ nulla materia est subiectum cuiuslibet transmutationis: patet: q: que est Parisius nō est subiectum illiꝰ que est rome. nec ꝯconuerso. ꝗ̄. ¶ Scḋa conclusio: nō cuiuslibet transmutationis accipiendo materiam proprie materia est subiectum immediatū: pꝫ: q: nec motus localis ipsius celi: nec etiam motus localis ipsius sor. materia est subiectū immediatū. ¶ Tertia conclusio. nec materia cuiuslibet transmutationis est subiectum immediatum: patet ex eo: q: non est motus localis ipsius celi ⁊c. ¶ Quarta conclusio. ꝙ materia proprie accipiendo materiam cuiuslibet motus localis alterius a celo ipsa est principium subiectiuū mediatum: pꝫ ex eo ꝙ quodlibet aliud: quod mouetur localiter hꝫ materiam proprie dictam. ¶ Quinta cōclusio. ꝙ cuiuslibet trāsmutationis substantialis: materia ꝑmo dicta est subiectuꝫ immediatū. patet: q: ipsa est illud quod manet immediate sub vtroꝗ̄ termino transmutationis. secundo: quia in conceptu diffinitiuo transmutationis substantialis conceptꝰ materie proprie dicte includitur de quo prius dicebatur. ¶ Sexta conclusio accipiendo materiam large cuiuslibet transmutationis mundi: materia est principium: seu subiectum: patet: nam omnis transmutatio naturalis vel est generatio vel corruptio: vel augmentatio: vel diminutio: vel alteratio: vel loci mutatio. modo cuiuslibet transmutationis istorum materia est subiectum accipiendo materiā large: prout non solum extendit se ad materiam proprie dictā

verūctiā

verũetiam materiaꝫ seu ad subiectũ motus localis. ex hoc patet intelligendo de principio passiuo ⁊ subiectiuo ipius transmutationis vel passionis ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primã quando dicitur materia nõ est ens: negatur. ⁊ quando dicit̃ nec est quid: nec quale: nec quantũ. dico ꝙ debet intelligi ꝙ materia non est hoc aliquid: nec de se q talis: nec de se quanta hoc est ꝙ non determinat sibiꝗ sit talis: vel talis: neqꝫ sit tãta ⁊ cetera: sed taliter a forma determinatur: que recipitur in ea: vnde materie quantum est de se nõ repugnat nõ esse calidã vel frigidam: vel pedalem: vel bipedalem: hmõi tñ hec sibi repugnat rõne forme substantialis que recipit certã dispositionẽ in qualitatibus ⁊ certã magnitudinẽ et paruitatem. sicut dicebatur in questione de maximo ⁊ minimo. ita ꝙ materia: nec est quid nec qualis ⁊c. i. non determinat sibi aliquam formam substantialẽ: nec aliquã formam accidentalẽ: sed ad quamlibet: quãtum ex parte sui est: ipa est indifferens: cum hoc tamẽ stat ꝙ ipsa sit ens. ¶ Ad secũdam confirmationẽ: illud qđ est in pura potẽtia: illud non est: verũ est: qđ est in potẽtia obiectiua: sed tamen quod est in potentia receptiua bene est sicut materia: de qua dictuꝫ est in questione. ¶ Ad tertiam confirmationem: tunc ex ente per se fieret ens: concedo: ⁊ quãdo dicebatur: tũc hec eẽt per se vera ex ente fit ens: negatur ꝗuis bene sequeretur: si concederetur ex ente fit ens per se. vnde prima est in sensu diuiso. secunda est in sensu composito. Unde ꝗuis ex albo per se fiat musicum. per se: tamen falsum est ꝙ ex albo per se fiat musicum. Et ꝙ prima sit vera patet. quia ex musico fit per se musicum. ⁊ si illud idem musicum est album: tunc ex albo per se fit musicum. ¶ Ad quartam confirmationem dico: ꝙ cum Cõmenta. dicit materiam esse medium inter ens ⁊ non ens: intelligit materiam esse inter nõ ens simpliciter ⁊ ens ĩ actu: q: materia: nec est nõ ens simpłr. nec ens ĩ actu hoc aliquid. ¶ Ad scđam principalem quid sit dicendum: pꝫ ex scđo articulo. ¶ Ad tertiam pꝫ quid sit dicendum ex tertio articulo. ¶ Ad quartam ⁊ ad quintam patet quid sit dicendum ex quarto articulo. ¶ Ad sextam patebit solutio in sequenti questione.

Questio. XV.



Queritur quintodecimo vtrũ materia prima sit per se cognoscibilis: ⁊ arguitur primo ꝙ sic q: si non: tunc videretur esse propter hoc ꝙ non esset tante actiuitatis: quod posset mouere ⁊ agere in intellectu in tantum: ꝙ intellectus eam intelligeret: consequens est falsum consequentia tenet: q: cõmuniter dicitur materiam nõ esse per se intelligibilem propter hoc: q: tũc moueret intellectũ ⁊ sic esset actiua: quod etiam reputatur falsum. Sed falsitas consequentis probatur: nam si materia prima non esset alicuius actiuitatis: sed passiuitatis infinite: sequeretur ꝙ possibile esset: eandem materiam simul ⁊ semel esse in diuersis locis. Sed hoc est contra Aristotelem in quarto huius ⁊ probatur consequentia q: esse loco est pati ⁊ similiter esse in duobus locis est pati. Si ergo est passiuitatis infinite: tunc quodlibet posset pati: quod esset in duob⁹ locis simul ⁊ semel. ⁊ similiter tunc eadem posset esse materia sortis existentis Parisius: ⁊ platonis existentis Rome. ¶ Secundo si materia non esset per se cognoscibilis: esset per formam: vt dicit Aristo. in litera. Sed hoc est falsum: quod probat̃. nam materia est magis ens ꝙ forma ⁊ per consequens videtur esse maioris actiuitatis ꝗ forma: sic videtur: ꝙ magis forma cognoscatur per materiam ꝙ econuerso: assumptum patet: quia quacunqꝫ forma data in materia: potest esse sine ea. sed tamen illa forma non potest esse sine materia. Et cõfirmatur ꝙ materia non sit cognoscibilis per formam: quia materia est potentia: ⁊ forma est actus: modo potentia et actus sunt opposita: sed vnum oppositorum non cognoscitur per reliquum: ergo. ¶ Tertio. illud quod non est: est ꝑ se intelligibile. ergo magis illud quod est: sed quia materia presentialiter est: videtur ꝙ sit per se intelligibilis. antecedens probatur: quia antichristus est per se intelligibilis. sed antichristus non est. ergo quod non est: est per se intelligibile. assumptum probatur: q: aliquando erit verum dicere antichristus intelligitur per se: scꝫ quando antichristus est. ergo ab eterno: hec propositio fuisset vera: si fuisset formata: antichristus est per se intelligibilis. ¶ Quarto de materia prima est scientia: ergo videtur ꝙ ista sit per se intelligibilis. antecedẽs est Arist. in isto primo: ꝯsequẽtia tenet: quia de nullo est scientia quin sit per se intelligibile. ¶ Quinto aliquis potest habere in intellectu suo conceptum rep̄sentatiuum ipsius materie: ⁊ actualiter ꝺm illum conceptum intelligere: qui conceptus est causatus in intellectu tali sine discursu. ergo materia est per se itelligibilis consequentia tenet: q: omne qđ intelligitur per conceptuꝫ causatum sine discursu: per se intelligit̃: añs ꝓbatur: quia aliqs põt habere in intellectu conceptũ entis causatum in sine discursu. Sed conceptus entis. siue conceptus cui subordinatur ista vox ens in significando est representatiuus indifferenter cuiuslibet entis; ⁊ cum materia sit ens sicut dictum est in precedentibus: sequitur conceptum entis esse representatiuum materie prime. ¶ Sexto. intellectus fit ratione similitudinis: sed materia est maxime similis intellectui: q: vtrunqꝫ est in pura potẽtia: nam dicitur in isto primo: ꝙ materia est pura potentia: ⁊ in tertio de anima dicitur ꝙ intellectus possibilis est pura potentia. ¶ Septimo. sicut est in arte sic est in natura; cum ars imitetur naturam quantum potest: sed materia artificialium est per se cognoscibilis: ergo similiter materia rerum naturalium. ⁊ hoc est materia prima. ¶ Octauo. materia est principium: vt patet ex dictis: ⁊ cum principia debeant esse notiora p̄ncipiatis: ⁊ cum aliqua principiata: quorum materia est p̄ncipium: sint per se cognoscibilia: sequitur etiam materiam per se esse cognoscibilem: ergo questio vera.

In oppositum est Aristoteles in primo capitulo vltimi tractatus huius primi. vbi dicit quod materia non est cognoscibilis nisi per analogiam ad formam: ⁊ auctores sic exponunt ꝙ materia non est per se cognoscibilis sed per formam. In ista questione primo videndum est. vtrum materia prima sit passiuitatis infinite de quo tãgebatur in primo argumento. secundo videndum est an materia sit magis ens quam forma. tertio vidẽdum est de quesito ⁊c.

Quantum ad primum suppono primo: ꝙ cuilibet potentie actiue correspondet potentia passiua id est quantum aliqua potentia potest agere: tãtum vna alia potentia potest pati: seu recipere. ¶ Secũdo suppono vnã potentiã esse actiuam immobilem: ⁊ nullo modo esse passibilem: nec alicuius de nouo esse receptibilẽ: que est sic actiua: quod nullo modo passiua. ⁊ hoc est de mẽte Arist. octauo huius: ⁊ xij. metaphysice. ¶ Tertio suppono: quod omnia que sunt inter materiam primam: et primum agens immobile: sunt aliquo modo actiua: et aliquo modo passiua. ¶ Tunc sit prima conclusio: quod materia prima est passiuitatis infinite: et est sic passiua quod nullo modo actiua. hoc probatur. nam vna est potentia actiua: que nullo modo est passiua: vt patet per vnã suppositionem: sed cuilibet potentie actiue correspondet vna potentia passiua: que tãtum potest recipere: quantũ illa potẽtia actiua potest agere: vt patet per primam suppositionẽ: sed potentia passiua correspondens potentie actiue est materia prima: ergo. assumptum probatur: nam per tertiam suppositionẽ: quodlibet quod est inter potentiam primam actiuam: et primã materiam: aliquo modo est actiuum: ⁊ aliquo modo passiuum. et nullum est pure passiuum: quia nullum eorum correspondet potentie prime actiue: sed potẽtia actiua est actiuitatis infinite: et est sic actiua quod nullo modo est passiua: ergo similiter materia prima est potentia pure passiua: et nullo modo actiua: et cuiuslibet receptiua: cuius prima causa est productiua; ⁊ per consequens est passiuitatis infinite: sicut prima causa est actiuitatis infinite. Et ex hoc sequitur quod si prima causa actiua posset facere idem corpus simul et semel esse in diuersis locis: quod materia prima posset hoc pati: et hoc patet: quia cuiuslibet materia est receptiua cuius prima causa est productiua. ¶ Secundo sequitur ꝙ si prima causa faceret eandem materiam sortis esse Rome: et materiam platonis esse Parisius: quod non posset annihilare sortem: nisi destrueret platonẽ: vel face-

ret non esse platonem: hoc p3: ꝗ si annihilaretur sor. tūc destrueretur quelibet eius pars cum annihilatio alicuius sit destructio illius ſm se ⁊ quodlibet sui. Sed cum materia sortis posita est esse materia platonis; sequitur ꝙ cum destrueret materiā sor. annihilando ipsum: etiam destrueret materiā platonis: ⁊ per consequēs faceret platonē nō esse: ꝗ plato non potest esse sine sua materia. Sed dices. ꝙ cōsimiliter posset probari ꝙ cōpositum esset passiuitatis infinite sicut sortes vel plato: quia cuiuscūq3 prima causa est productiua: illius sor. est receptiuus. nego hoc: quia non est receptiuus forme asini: imo sibi impossibile est: nec causa prima posset facere ꝙ eadem cera simul: ſm se totam esset primo figurata diuersis figuris: ita impossibile est ꝙ idē homo esset homo ⁊ asinus. imo implicat contradictionē: vocādo hominē qui habet formam ⁊ figuram hominis: ⁊ vocando asinum qui habet figuram ⁊ staturam asini. Quare dico ꝙ sor. non cuiuslibet est receptiuus cuius prima causa est productiua ꝗ non est receptiuus forme asini. sed ꝗ materie prime non repugnat ꝙ sit receptiua forme asini: ⁊ cuiuslibet alterius cuius prima causa est productiua. ⁊ sic sequitur materiam esse infinite passiuitatis.

Quantum ad secundum videtur primo:

ꝙ materia sit magis ens q̄ forma: quod ꝓbatur: quod magis accedit ad primū ens: est magis ens q̄ illud quod minus. Sed materia prima magis accedit ad primū ens: cum ipsa sit incorruptibilis ⁊ eterna: sicut ipsum primum: ⁊ forma substantialis minus: cum sit corruptibilis ergo. ¶ Secundo illud quod magis distat a non esse: siue a non gradu entis; est magis ens q̄ illud quod minus: sed materia prima magis distat a non esse q̄ forma: quia materia eternaliter manet ens, sed forma solum temporaliter. ergo minor est nota. Sed maior probatur a simili: quia sicut albedo dicitur intēsior: quia plus distat a nō gradu albedinis ⁊ illa remissior quia minus distat. sic etiam videtur ꝙ illud dicatur magis ens: quod plus distat a nō gradu entis: q̄ illud quod minus. ¶ In contrarium illud est magis ens: quod est ens in actu: q̄ illud quod est ens in potentia: sed forma est ens in actu: ⁊ materia ens in potentia. g͛ videtur formam magis esse ens q̄ materiam. ¶ Secundo illud est magis ens quod dat ipsi composito esse determinatum in tali vel ī tali specie: sed hoc est forma: ergo forma est magis ens q̄ materia. ¶ Respondetur ponendo vnam destructionē: iuxta quam argumenta vadūt vijs suis. ⁊ est ista: ꝙ aliquid dicitur magis ens dupliciter: vno modo in sui natura: ⁊ non ſm ꝙ comparatur alteri: ita ꝙ non ratione alterius entis dicatur magis ens: ⁊ sic incorruptibilia dicuntur magis entia q̄ corruptibilia: ꝗ impossibile est incorruptibilia non esse: sed necesse est aliquando corruptibilia non esse et sic materia prima absq3 ꝓportione est magis ens q̄ forma. ¶ Alio modo dicitur aliquid esse magis ens ratione alterius: quia vni alteri dat magis tale vel tale eē; sicut de forma substantiali: que magis dat esse composito tale vel tale q̄ ipsa materia. quia forma substantialis facit ꝙ compositum est in tali vel in tali specie: quia forma separat et distinguit: sed non facit materia sic: forma bene est magis ens q̄ materia: q̄uis materia in sui natura sit incorruptibilis: ⁊ magis ens: ⁊ ſm hoc patet ad rationes.

Quantum ad tertium est sciendum quod

per se cognoscibile potest dici tam de complexo q̄ de incomplexo vnde dicimus: ꝙ primū principium: scilz non contingit idē simul esse ⁊ non esse: est per se cognoscibile: ⁊ sic per se cognoscibile non sumitur in proposito: sed per se cognoscibile sumitur in proposito solum. prout dicitur de incomplexo. ¶ Secunda distinctio ꝙ aliquid dicitur ꝑ se cognoscibile: ⁊ aliquid per accidēs: primū est quod potest cognosci sine discursu ⁊ causare speciē in intellectu mediante sensu: vt sunt ista que sūt sensibilia per se: sed secundum est qđ non potest cognosci sine discursu precedente. ¶ Tertia distinctio: ꝙ aliquid dicitur cognoscibile vel conceptu proprio: vel conceptu communi. Proprio quidem quando cognosco sortem conceptu distincto a cōceptu quo cognosco platonem: sed conceptus cōmunis quando cognosco sortē conceptu qui est indifferens ad representandum sortem: vel platonem. Sed est sciendum: ꝙ in cōceptibus cōmunibus sunt gradus: quorum quidam sunt magis cōmunes: ⁊ quidam minus communes. conceptus enim indifferens sor. ⁊ brunello est magis cōmunis: q̄ conceptus qui est solum indifferens sorti: ⁊ platoni: ⁊ alijs hominibus. ¶ Tūc sit prima conclusio: illud quod non est: est ꝑ se intelligibile: hoc patet: quia aliquid quod non est aliquando per se intelligitur in futurum: ergo nunc est verum dicere: ꝙ illud est ꝑ se intelligibile. intelligibile enim dicitur quod potest intelligi. ¶ Secunda conclusio: materia est per se intelligibilis hoc patet: ꝗ hec propositio est per se vera: materia est intelligibilis per se ꝗ est necessaria. ¶ Secundo. omne ens est intelligibile per se: sed materia est ens: ergo ⁊c. maior patz ꝗ omne ens per se intelligitur per me quum intelligo hāc omne ens est ens: ꝗ quodlibet ens est significabile per subiectū illius propositionis: ergo habēdo in mente mea similitudinem cuiuslibet entis: est verum ꝙ habeo generalem: sed non propriam. Ex hoc sequitur ꝙ intelligendo ⁊ sciendo hāc propositionem: omne ens est ens: intelligo ⁊ cognosco illud: quod nunq̄ vidi: ⁊ illud: qđ nūq̄ audiui. ¶ Tertia ɔ̄clo ꝙ materia nō est per se cognoscibilis ɔceptu ꝓprio hoc probatur quia materia non potest cognosci sine discursu: eo ꝙ non potest agere speciem suam in sensu: patet hoc quia non est sensibilis. ¶ Secundo. tunc ipsa esset actiua: ⁊ ageret in intellectum: ⁊ hoc est falsum: ꝗ vt dictum est in primo articulo materia nullius est actiuitatis. ¶ Quarta conclusio est ꝙ materia est per accidens cognoscibilis. hoc p3 quia ipsa est cognoscibilis discursu precedente: ⁊ non est cognoscibilis sine discursu: ⁊ hoc notauit Aristo. quum dixit ꝙ ipsa est cognoscibilis per analogiam ad formam: ⁊ ꝓbatur: ꝗ arguendo: intellectus venit in cognitionē materie: ⁊ aliter non. sic arguendo: sicut est in arte: ita est in natura: sed notum est nobis per sensum in transmutatione artificiali idem manere sub diuersis figuris successiue: vt eadem terra: aut aliquid huiusmodi. ergo similiter erit in transmutatione naturali. ꝙ idem manet sub diuersis formis successiue. Et cum notum sit: ꝙ diuersa nomina substātialia verificantur de aliquo successiue: quare ideo arguimus ꝙ diuerse forme substantiales succedant sibi inuicem successiue in eodem subiecto: ⁊ illud subiectum dicimus eē subiectum transmutationis naturalis: sicut vnum aliquid dicimus esse subiectum trāsmutatiōis artificialis. Et isto modo per argumentationem: ⁊ discursum intelligimus: seu intellectus venit in cognitionem materie: ⁊ forme: ⁊ tali argumentatione facta intellectus electiue causat in seipsam speciem: ⁊ conceptum incomplexum proprium ipsius materie: sed quia ille non potest causari in intellectu sine discursu primo: ideo materia non dicitur per se cognoscibilis sed per accidens.


Ad rationes principales. Ad primam di

ctum est in primo articulo. ¶ Ad secundam patet in secundo articulo. ¶ Ad tertiam quum dicitur illud quod nō est ⁊c. concedo: ergo magis quod est. nego consequentiam: ꝗ aliquod quod non est: aliquando erit per se in intellectu: sed materia nunq̄ erit per se intellecta saltem per eius cōceptum proprium: nam q̄uis aliquando intelligatur per discursum conceptu proprio: tamen illum conceptum non causat materia in intellectu: sed alia ex quorum cognitione deuentum est in cognitionem materie. Ad quartam dico: ꝙ illa bene probat: ꝙ est per accidens cognoscibilis: vnde non oportet ꝙ omne de quo est scientia sit per se cognoscibile. vnde de deo ⁊ de multis alijs est scientia: que non sunt ꝑ se intelligibilia ⁊c. ¶ Ad quintam dico ꝙ illa bene probat ꝙ ipsa est per se cognoscibilis conceptu communi: quia secundū ɔceptū cōez materie ⁊ aliorum. ⁊ hoc bene cōceditur. non tamen est per se intelligibile secundum conceptum eius proprium: sed per accidens. ¶ Ad sextam quūz dicitur intellectus sit ⁊c. dico ꝙ hoc debet intelligi: ꝙ vt intellectus intelligat aliquam rem requiritur ꝙ in intellectu sit aliqua species: ⁊ similitudo talis rei. ex quo patet ad argumentum. ¶ Ad septimam bene concedo: ꝙ aliquo modo: sed non totaliter: ⁊ quum dicitur materia transmutationis artificialis est per se cognoscibilis: g͛ materia transmutationis naturalis: nego consequentiam: ista enim non est per se sensibilis: nam si oīs forma substātialis vel accidētalis separaretur a materia non plus sentiretur quā deus.

Ad octauam

¶ Ad octauā dico: ꝙ sufficit ꝙ sit per accidens cognoscibilis: ⁊ postq̄ꝫ sic est cognita mediante tali cognitione possumus de principiato siue de cōposito ex eo habere cognitionem propter quid: ⁊ non est impossibile ꝙ in diuersis generibus cognitionum: principium sit notius minus q̄ꝫ principiatum: quia non est impossibile ꝙ principiatum sit noti⁹ materia: ⁊ econuerso. vnde cognitione quia est: principiatū est notius: ⁊ cognitione propter quid est: econuerso ⁊c. patꝫ ad questionem.

Questio.XVI.



Queritur decimo sexto vtrum priuatio sit res distincta a materia: ⁊ arguitur ꝙ sic: nam manet materia: quando priuatio corrūpitur: ergo ꝓuatio nō est materia. ꝯña tenet aña probatur: qr forma adueniente: qua prius caruit materia: priuatio corrūpitur: materia autē manet. Secundo. si nō: sequeretur ꝙ nō essent tria principia transmutationis naturalis: qḋ est cōtra prius dicta: sꝫ probatur ꝯña. qr solum essent duo principia: scꝫ materia et for. ¶ Tertio. priuatio opponitur forme: sed materia non opponitur forme: ergo materia nō est priuatio: ꝯsequentia tenet prima pars antecedētis pꝫ per Aristotelē in isto primo dicentem principia quodāmodo esse contraria: ⁊ quodāmodo nō: nam forma ⁊ priuatio sunt contraria: materia autē nulli est contrarium: sed est subiectum vtriusqꝫ. Sed secunda pars añcedentis probatur: qr materia ⁊ forma manēt in composito. modo si materia opponeretur forme hoc non posset esse: quia tunc opposita essent simul. ¶ Quarto cecum ⁊ cecitas non sunt idem: sed diuersa: ergo esse priuatū ⁊ priuatio sunt diuersa: ⁊ per ꝯñs quū materiā dicimus esse priuatā sequitur materiā ⁊ priuationem esse distincta. assumptum ptꝫ ꝑ Aristo. in post predicamētis: vbi dicit nō esse idē cecum: ⁊ cecitas qr aliter de quocunqꝫ ꝑdicaretur vere hoc nomen cecus: de hoc vere ꝑdicaretur hoc nomen cecitas: sed hoc est falsum: qr de homine possumus vere dicere: ꝙ homo est cecus sic non possumus vere dicere quod homo sit cecitas. ¶ Quinto. illud quod accidit materie est res distincta a materia. aliter enim aliquid accideret sibiipsi: sed priuatio accidit materie vt patet per Arist. in isto primo ¶ Sexto. ad minus probatur ꝙ priuatio non sit materia: quia priuatio nihil est: sed materia aliquid est: ergo priuatio non est materia: ꝯsequētia tenet de se: ⁊ secūda pars antecedētis patet ex dictis: sꝫ prima probatur sic: qr priuatio est materia carens forma: quam apta nata est habere: sed materiam carere forma nihil est: quia nulla res est nec enim substantia nec accidens sed quoddam significabile complexe ergo ⁊c.

In oppositum arguitur sic: materia ⁊ priuatio sunt vnum numero: ergo priuatio non est res distincta. consequentia tenet. añs est Aristo. in primo huius: dicentis ꝙ materia ⁊ priuatio sunt vnum numero: sed differunt ratione. In ista questione primo ponam vnum modum dicendi. secundo ponam alium modum: tertio ponam dubia contra illa ⁊ soluam ea.

Quantum ad primum posset dici ꝙ priuatio non esset aliqua res incomplexa: que esset substantia vł accidens: sed est aliquod significabile complexe seu quidā modus rei. s. ipsius materie. Et sic requiruntur tria principia rerum naturalium: quorum duo essent vere res incomplexe. s. materia ⁊ forma. tertium vero est quidam modus. sic se habendi ipsius materie: seu quoddā significabile cōplexe: ⁊ ita etiam posset dici de potentia materie. ⁊ quum Aristo. dicit materiam ⁊ priuationē esse idem numero: intellexit ꝙ materia ⁊ priuatio non differunt numero: tanq̄ꝫ due res incomplexe: quarum queilbet est substantia vel accidēs: ⁊ hoc est verum: nihilominus cum hoc stat ꝙ priuatio siue modus se habendi materie non sit materia: ⁊ ita diceretur de ceco: ⁊ cecitate: ⁊ isto modo loquendi posset glosari dictum Aristo. in post predicamētis quod iam allegatum est. ⁊ simili modo posset dici de appetitu materie: quo appetit formam: ꝙ est quidam motus materie seu quoddā significabile complexe: ⁊ ꝙ sic eiusdem rei complexe essent plures modi: sed iste modus dicendi est valde antiquus: vt potest apparere in dictis ātiquorum expositorum: tamē nunc ab aliquibus receptus. nec potest bene demonstratiue improbari: nec etiam hoc pertinet ad philosophum: sed magis ad metaphysicum: propter hoc ꝙ ad philosophum non pertinet considerare distinctiones vel identitates rerum: sed hoc metaphysicus debet presupponere ⁊ inuestigare: ⁊ ꝯm istum modum loquēdi respondetur ad questionē: scilicet priuationē non esse rem distinctam a materia: sꝫ bñ esse modum ipsius materie seu significabile complexe.


Quantum ad secundum suppono quod omne quod est substantia vel accidens: ⁊ nihil dicatur modus rei. siue significabile complexe: nisi sit substantia vł accidēs. ¶ Tunc ponitur ista cōclusio: ꝙ priuatio nō est aliquod accidēs supadditum materie hoc probatur: qr illud quod manet: quocunqꝫ extrinseco a materia circunscripto non est accidēs materie: sed sic est de priuatione: ergo ⁊c. maior: ptꝫ: minor probatur: quocunqꝫ extrinseco a materia circunscripto adhuc materia esset priuata forma: quam apta nata est habere: ⁊ non sine priuatione: ergo adhuc esset priuatio: ergo cum quodlibet accidens materie sit circunscriptum: sequitur priuationem non esse accidēs materie. ¶ Secundo. si esset accidēs materie superadditum: sequeretur ꝙ infinite res distincte essent in materia quarūꝫ nulla esset pars materie. Sed hoc est falsum ⁊ impossibile. Sꝫ probatur ꝯsequētia: quia infinite priuationes infinitarum formarum generandarum sunt in materia: quarum quelibet ponitur res siue accidens supadditum materie. ¶ Tertio sequeretur ꝙ aliquid esset perpetuum a parte ante qḋ non esset perpetuum a parte post: quod est contra Aristo. primo celi: consequētia probatur: qr ponamus ꝙ in a. materia generetur b. forma: tunc ab eterno fuisset ista res in materia: scilicet priuatio seu carentia: quia ista res caruit b. forma que quidē res corrumpitur introducta b. forma. ¶ Secunda conclusio ꝙ hec est ꝯcedenda: priuatio est materia: probatur: qr priuatio nō est forma quum opponitur forme ꝓuatiue ⁊ etiā nō est aliqḋ accidēs supadditum materie: per conclusionem precedentem: ⁊ est aliquid: ergo sequitur ꝙ sit materia. ⁊ ꝙ sit aliquid: probatur: nam aliter hec non esset concedenda priuatio est principium: nec ista priuatio est priuatio: quam concedit Aristo. cōsequentia probatur qr oīs ꝓpositio affirmatiua est negando cuius subiectū pro nullo supponit. quū ergo dr̄ priuatio est aliquid cū hic terminus priuatio supponat pro aliquo: ⁊ non supponat pro forma nec pro cōposito: nec pro accidente materie: pro quo tamen magis videtur: relinquitur quod supponat pro materia. Et pro ista cōclusione est Arist. in isto primo: dicēs: ꝙ materia et priuatio sunt vnum numero: ⁊ differunt ꝯm rationē: ⁊ isti duo termini vocales distinctis cōceptibus subordinantur in significando: vel secūdū rōnes i. secūdū diffinitiones exprimentes quid nominis. ¶ Et ē sciēdū ꝙ si sortes legeret scriberet ⁊ videret: tunc essent idē numero sor. scribēs legens ⁊ vidēs: ⁊ tñ isti termini differūt secundum rationes vt expositū est: vñ nihil prohibet diuersa noīa in cōnotatione differentia significare vnam ⁊ eandem rem numero. vnde hic termin⁹ priuatio significat istā rem cōnotando eam carere aliqua forma quam apta nata est habere in futurū: sed hic terminus materia non connotat hoc quamuis bene eandem rem significet. ⁊ sic potest intelligi ꝙ ad transmutationē naturalem requiritur forma ⁊ materia. et requiritur ꝙ materia sit carens forma quaꝫ apta nata est habere ꝑ generationē: qr si non careret illa forma non fieret transmutatio nec gñatio ad illam. ⁊ pro ista conclusione est alia litera Aristo. que dicit quod materia ⁊ priuatio differunt ratione ⁊c.

Quantum ad tertium dubitatur. quia si hoc nomen vocale vel scriptum priuatio significat materiam carere forma: quam apta nata est habere: tunc ita significaret formam: sicut materiam: ⁊ ꝑ ꝯñs ita deberet concedi forma est priuatio sicut materia est priuatio. ¶ Respondetur negando consequentiam: quia hoc nomen priuatio significat formā in obliquo: ⁊ materiam in recto: qḋ pꝫ per

diffinitionē exprimentē quid noīs huius termini priuatio ⁋ Secundo dubitatur si materia esset priuatio: tunc idem esset priuatum ⁊ priuatio. ⁋ Respondetur cōcedendo: sed statim dubitatur vtrum idem sit esse priuatū: ⁊ priuatum. Et videtur ꝙ nō: qꝛ Aristo. in septimo metaphysice dicit ꝙ in dictis sm̄ accidēs non est idē ipsum: ⁊ ipso esse: vt nō est idē esse albū ⁊ albū: musicū ⁊ esse musicum. Respondeo ꝙ Aristo. nihil aliud vult nisi ꝙ abstractū significat vnam rē distinctā ab illa ꝓ qua supponit concretuꝫ ⁊ ad hoc vadunt exempla de albo ⁊ esse albū: ⁊ de musico ⁊ esse musicum: qꝛ albedo significat rem distinctaꝫ a re pro qua supponit hic terminus album: sed sic nō est in proposito de ly priuatū: ⁊ esse priuatū qꝛ hic terminus priuatio non significat in abstracto vel in cōcreto rem distinctam a re ꝓ qua supponit hic terminus priuatū. Sed dices. cecū ⁊ esse cecum non sunt idē. ergo similiter priuatū ⁊ esse priuatū non sunt idē: ꝯsequentia tenet a simili: aīs ꝓbatur. qꝛ ponatur ꝙ aliquis amicꝰ meus de nouo sit factus cecus. ⁊ sit ille cathaldus. Tunc sic: hic cecus diligitur a me: hunc esse cecum non diligitur a me: ergo hunc esse cecū non est iste cecus. Item hunc esse cecum nunc primo est. Sed hunc esse cecū est iste cecus: ergo iste cecus nunc primo est: conclusio est falsa. quia iste cecus prius erat: et discursus est bonus: ergo aliqua premissarum: non maior: ergo minor. ⁋ Rndet ad primā: quū dicit hic cecus diligit a me: cōcedit: ⁊ quum dicitur: hūc esse cecū nō diligitur a me negatur: qꝛ aliquid quod est hunc esse cecū diligitur a me. s. ille diligitur a me. Sed dices hunc esse cecum diligitur a te: ergo diligitur a te hunc esse cecum: qđ est falsum: qꝛ amicū tuū non diligis esse cecum. Respondeo: nego consequentiā: ꝯñs bene sequitur dilectū a me est hunc esse cecum: ⁊ hoc est bene verū: qꝛ iste demōstrando amicū meū est hunc esse cecum: ⁊ iste diligitur a me. ⁋ Ad secūdam: nego maiorem. s. hunc esse cecū nunc primo est: sed bene concedo nunc primo est hunc esse cecum. ⁊ est simile de isto: ⁊ de illo quod dicitur: venienteꝫ cognosco: sed nō cognosco venientem: vt cōiter cōceditur.

Ad rationes principales. Ad primam materia manet ⁊ priuatio corrumpitur nego secundam partē Sed bene conceditur ꝙ corrūpitur priuatio. i. materia desinit esse priuata forma: generata qua prius caruit. ⁋ Ad secundam tunc non essent tria principia: negatur cōsequētia. imo adhuc sunt tria principia transmutationis naturalis secundum ꝙ prius est declaratum. ⁋ Ad tertiam. priuatio opponitur forme: dico ꝙ si in ista propositione termini supponunt personaliter: ipa est falsa: sed si materialiter propositio est vera: ⁊ tunc esset sensus ꝙ hoc nomen priuatio: et hoc nomen forma; sunt priuatiue opposita. ⁋ Ad quartam quum dicitur Aristo. ⁊c. dico ꝙ non oportet omnia concedere que Aristo. dixit in predicamētis: nā plura dixit sm̄ ꝙ tunc famosum erat sic dicere ⁊ consuetum: naꝫ multa que ibi dixit correxit alibi. ⁊ quū ꝓbabatur ꝙ si idē esset cecum ⁊ cecitas: tunc de quocūꝗ diceretur cecus ⁊c. dico ꝙ ita bene potest dici homo est cecitas: sicut homo est cecus: licet non sit ita consueta predicatio ⁊c. ⁋ Ad quintam quuꝫ dicitur priuatio accidit materie dico ꝙ per hoc Aristo. ⁊ Commentatoꝛ volunt: non ꝙ priuatio sit vnū accidens superadditum materie. sed volunt ꝙ hoc nomen priuatio sit ꝑdicabile de materia in propositione vera per accidēs vnde hec est per accidens vera materia est priuata a forma: nam postꝗ̄ materia habebit a. formam hec erit falsa materia est priuata a. forma: ⁊ propter hoc erat prius vera per accidens. ⁋ Ad sextam dico ꝙ imo priuatio est aliquid: et quum dicitur ꝙ non est aliquid ⁊c. nego: imo est materia: ⁊ si vellemus primum modum tenere: deberemus dicere: ꝙ ꝯ̄uis priuatio non est aliquid: tamen est aliqualiter se habere puta taliter esse: qualiter est. s. materiaꝫ carere forma: quam apta nata est habere ⁊c.

Questio. XVII.



Queritur vtrum cuiuslibet transmutationis forma sit principium intrinsecum: ⁊ arguitur primo ꝙ non: qꝛ alique sunt transmutationes quibus non acquiritur forma substantialis nec accidentalis: nec etiam deperditur forma: ergo talium nulla forma est principium intrinsecū: consequentia tenet ex hoc: ꝙ ad hoc ꝙ alicuius trāsmutationis forma sit principiū intrinsecum: requiritur ꝙ per ipsam aliqua forma acquiratur: vel aliqua deperdatur. aīs probatur: nam ꝑ rarefactionem ⁊ similiter per motuꝫ localem nec forma acquiritur ipsi mobili nec deperditur. ergo ⁊c. ⁋ Secūdo in transmutatione alicuius medij a lumine ad tenebras non acquiritur aliqua forma: ergo talis transmutationis nulla forma est principium intrinsecum: ꝯsequētia tenet: ⁊ antecedens probatur: nam non potest dici ꝙ forma. s. lumen quod abijcitur sit principium intrinsecum talis transmutationis: ex eo ꝙ oportet principia intrinseca manere: sed illud lumen non manet: ergo. nec potest dici ꝙ sit aliqua alia forma: que sit principium intrinsecum talis transmutatiōis: quia nulla forma acquiritur per talem transmutationem. ⁋ Tertio in illuminatione lune a sole non est nisi sol ⁊ lumen: sed nulla illarū formarum est principium intrinsecuꝫ: ergo in illa transmutatiōe nihil est: cuiꝰ forma est principiū intrinsecū: ⁊ per ꝯsequēs alicuius transmutationis forma: non videtur esse principium intrinsecum. ⁋ Quarto. formamet est ipsa transmutatio: ergo non cuiuslibet transmutationis forma est principium ⁊c. ꝯsequētia tenet: quia forma forme non est principiū intrinsecū: antecedens ꝓbatur per Aristotelē in quinto huius: vbi dicit motū esse de eodē gn̄e cum termino ad quem. ⁊ Commentatoꝛ ibidem. ꝙ ire ad caloꝛem est caloꝛ modo forma est terminus ad quem transmutationis. ergo videtur ꝙ transmutatio sit ipsamet forma. ⁋ Quinto. si alicuius transmutationis forma esset principium intrinsecum: vel ergo accipiendo transmutationem pro materia vel pro forma vel pro quodam accidente successiuo seu fluxu a quodam [illegible]. Non potest dici primum qꝛ materia est simplex omni simplicitate q̄ opponit cōpositioni cōpositi ex materia: ⁊ per ꝯsequens nō est ꝑncipium intrinsecum transmutationis: accipiendo transmutationē pro materia. Nec potest dici sm̄: qꝛ forma simili modo est simplex. Nec potest dici tertium: qꝛ posito ꝙ transmutatio esset talis fluxus: siue tale accidens successiuum: forma nō diceretur eius principium intrinsecuꝫ: qꝛ aliter includeret in se formā: tanꝗ̄ partē eius constituentē ipsum essentialiter. Sed dices. [illegible] ꝙ transmutationis: accipiendo transmutationē pro cōposito ex materia ⁊ forma: forma est principium intrinsecum: hoc nō valet: ostendo ꝙ transmutatio non debet sumi pro composito: qꝛ cuiuslibet transmutationis materia est principium subiectiuuꝫ: sed materia nō est principium subiectiuum cōpositi: ex eo ꝙ compositum est per se existēs nulli inherens tanꝗ̄ subiecto: ergo transmutatio non est compositum nec econtra. ⁋ Sexto. illud qđ est principiatū non debet esse principiū sed forma dicitur principiatū: ergo. minoꝛ patet: qꝛ forma hꝫ principium: scꝫ materiā: ergo debet dici principiatū. ⁋ Septimo. illud qđ est vltimo acquisitū non debet dici principium: ꝫ sic est de forma: ergo. maioꝛ est nota: minoꝛ pꝫ: quia forma est terminus transmutationis. ⁋ Octauo. quando forma est transmutatio nō est: ⁊ quū transmutatio est forma nondum est: ergo. ꝯñia tenet: ⁊ aīs probatur: nam formis ⁊ habitibus existentibus in materia cessat motus: ergo.

In oppositum est Aristoteles ⁊ Commentatoꝛ in primo huius. In hac questione primo distinguendum est de forma. secūdo de natura forme. tertio rn̄denduꝫ est ad quesitum.

Quantum ad primum sciendum est quod forma est duplex. substantialis ⁊ accidētalis. Iterum substantialis forma est duplex. quedam indiuisibilis ⁊ incorruptibilis: ⁊ immutabilis; vt est deus: et intelligentie celestes: ⁊ quedam diuisibilis et mutabilis ⁊ eterna: sicut celum: qꝛ celū nō informat materiaꝫ: nec intrinsece hꝫ materiam; quod quidē celū est corporeum: ⁊ diuisibile nō tn̄ ꝑ separationem partis a parte: sed per signationem partis a parte: ⁊ est eternum ꝑ Aristo. primo celi. ⁋ Quedam autē est forma: que est substantia indiuisibilis ⁊ incorruptibilis ⁊ materialis; non ꝙ sit educta de potentia materie sed qꝛ informat

informat materiã: cum sit creata in materia: sicut est anima intellectiua. Quedã autem est forma diuisibilis ⁊ extensa corruptibilis ⁊ materialis: q꞉ est educta de potentia materie: per agens naturale. sic ergo distinctũ sit de forma substantiali: siue de forma que est substantia. ¶ De forma aũt accidentali sit ista distinctio: ꝙ vno modo dicitur forma accidentalis res inherens subiecto nõ mutans nomen essentiale: nec diffinitionem: vt est albedo vel nigredo vel substantia vel aliquid huiusmodi. ¶ Secundo modo potest capi forma accidentalis pro modo se habẽdi aliter ꝙ prius ⁊ sic sortem scribere: vel sortem esse in b. loco: potest dici forma accidentalis ex eo ꝙ correspondet vni conceptui cõplexo: cui subordinatur vnus terminus vocalis vel scriptus contingenter vel accidentaliter verificabilis de pronomine demonstrante illam rẽ que sic se habet aliter ꝙ prius se habuit. Et vtrum modus sic se habendi sit illa res que sic se habet aliter: vel non: potest dici ꝙ sic: ⁊ potest dici ꝙ nõ vt dictũ fuit in precedenti questione. Sic ergo patet qualiter hoc nomen forma dicitur equiuoce de forma substãtiali: ⁊ accidentali: ⁊ sic patet articulus primus.

Quantum ad secundum est sciẽdum ꝙ de

natura forme substantialis educte de potentia materie: et similiter forme accidentalis: est ꝙ neutra earum potest existere sine subiecto: ⁊ ꝙ eius separatio a subiecto est eiꝰ corruptio: licꝫ alique sint forme substantiales: sicut est anima tellectiua: ⁊ sicut est celum: ⁊ sicut est deus ⁊ intelligentie: que seorsum possunt existere ⁊ sine subiecto. Quãuis ergo anima intellectiua per tempus in subiecto sit: tamen post mortẽ est sine subiecto. Est tamen sciendũ ꝙ forme corruptibiles se habent sicut litere consonantes: forme autem incorruptibiles se habent sicut litere vocales: vnde sicut consonantes non possunt sonare sine aliis: ⁊ vocales possunt: ita forme corruptibiles non esse sine materia: forme autem incorruptibiles possunt. ¶ Secunda proprietas forme substantialis educta de potentia materie est ꝙ compositũ capit ab ea nomen specificũ ⁊ essentiale: ⁊ in hoc differt a forma accidentali: q꞉ ab ipsa forma accidentali compositũ nõ capit nisi nomen accidentale. vnde per albedinẽ sortes nõ dicitur homo nec animal: sed bene dicitur albus: sed p formã eius substantialẽ dicitur homo: ⁊ ideo dicimus acquisitionẽ forme substantialis esse transmutationẽ substantialẽ: ⁊ ex mutatione nominis substantialis arguimus esse factã transmutationẽ substantialẽ per mutationẽ vero factã nominis accidẽtalis arguimus transmutationẽ esse factã accidentalẽ. ¶ Tertia proprietas est ꝙ forme substãtiales educte de potentia materie multiplicantur ad multiplicationem portionum materie: ita ꝙ sicut non potest esse aliqua portio cere quin aliquam figuram habeat: ⁊ sicut non potest habere simul plures figuras sm se totam: ita etiam quelibet portio materie prime habet aliquã formam: ⁊ non plures simul. ⁊ sm hoc etiam forme substantiales differunt ab accidentali: q꞉ bene plures forme accidentales possunt simul esse in eadeꝫ materia: sicut albedo ⁊ dulcedo in lacte non tamen est possibile ꝙ in eadem portione materie sm se totam primo sint plures forme substãtiales: ⁊ ratio est: nã sicut forme substantiales sunt diuerse sic alias ⁊ alias requirunt dispositiones materie: quia non simul ⁊ semel materia potest sic aliter ⁊ aliter esse disposita in qualitatibus primis: sequitur ipsam non posse habere simul plures formas substantiales: quarum quelibet sit educta de potẽtia materie: quãuis forte possit habere plures formas: quarũ vna esset educta de potentia materie ⁊ alia non: vt dicunt quidam de homine ꝙ homo habeat vnam formam nõ eductam de potentia materie: vt animam intellectiuam: aliam vero eductam de potentia materie. sicut sensitiuam. Est tamen sciendum ꝙ quãuis in eadem portione materie non possunt simul esse plures forme: tamen possibile est ꝙ in vna portione materie secundũ partes sint plures: vt in illa parte vna: ⁊ i alia alia: ⁊ sic de singulis: vt patet de cera que sm vnam partem in tali figura est figurata: ⁊ sm aliam partẽ alia figura. ¶ Quarta proprietas forme substantialis educte de potentia materie est ꝙ ipsa sit terminꝰ generatiõis: siue transmutationis substantialis: ⁊ proprietas forme accidentalis est quod ipsa sit terminus transmutationis accidentalis ⁊c.

Quantũ ad tertium articuluꝫ ponuntur


conclusiones: ⁊ primo de forma substãtiali. scdo de forma accidẽtali. tertio de significabili cõplexe qui est qdã modus se habẽdi. De primo. sit prima cõclusio: ꝙ in cõceptu cuiuslibet trãsmutatiõis substãtialis: forma substãtialis est principiũ intrinsecũ: hoc pbat꞉ q꞉ in cuiuslibet trãsmutatiõis substãtialis cõceptu: includit꞉ cõceptꝰ forme substãtialis: ⁊ patet: q꞉ nõ possumus cõcipere ꝙ aliquid trãsmutet꞉ substantialiter: nisi qd acquirat formã substãtialẽ: quã prius non habuit: vel deperdat formã substantialem quã prius habuit: vt patet ex dictis: ⁊ qualitercũqꝫ accipiat꞉ trãsmutatio substãtialis oportet semp cõcipere formã substantialẽ. ¶ Secunda conclusio est. ꝙ si hic terminus trãsmutatio supponat pro materia: nõ est concedẽdũ quod trãsmutatiõis substãtialis principiũ intrinsecum ⁊ essentiale sit forma. hoc patet: q꞉ materia caret principio essentiali: nihilominꝰ tñ cũ hoc stat ꝙ nõ possumꝰ cõcipere transmutationis materiã nisi cõcipiemꝰ formã. ¶ Tertia cõclusio. ꝙ si trãsmutatio capit꞉ p forma: nõ est concedẽdũ ꝙ transmutationis forma sit principiũ intrinsecum. hoc patet: q꞉ forma caret principio intrinseco: cũ hoc tamẽ stat ꝙ non possumꝰ cõcipere formã esse transmutationem: quin in tali cõceptu includatur forma vel conceptꝰ forme in obliquo: ⁊ cũ hoc stat ꝙ in eo includitur conceptus forme in recto. ¶ Quarta cõclusio est ꝙ accipiẽdo transmutationẽ pro cõposito cõcedendũ est ꝙ trãsmutatiõis principiũ intrinsecũ est forma: hoc patet: q꞉ principiũ intrinsecũ cõpositi est forma ⁊ cũ hoc etiã cõcipiẽdo cõpositũ esse transmutationẽ oportet cõcipere formã. ergo siue hoc nomen trãsmutatio supponat simpliciter: siue materialiter: siue personaliter pro cõposito: principiũ intrinsecũ esse cõceptus forme vel forma ⁊c. ¶ De secundo possunt poni cõclusiones. et prima: ꝙ cuiuslibet cõceptꝰ trãsmutatiõis accidentalis quo acq̃rit꞉ forma accidẽtalis: q̃ est vera res: cõceptus illiꝰ forme accidẽtalis est principiũ intrinsecũ: pꝫ: q꞉ nõ possumꝰ cõcipere talẽ transmutationẽ: nisi concipiẽdo formã a qua vadit vel ad quã vadit. ¶ Secunda conclusio. ꝙ si hoc nomẽ transmutatio accidentalis supponat personaliter pro subiecto: quod transmutatur negandum est quod forma accidentalis: que per illam transmutationẽ acquiritur vel deperditur: sit principiũ intrinsecũ illiꝰ trãsmutationis. hoc patet: q꞉ illud subiectũ est substãtia et illa forma accidẽtalis est accidens: modo substãtia nõ cõponitur intrinsece ex accidẽte. ¶ Tertia conclusio est. si hoc nomẽ transmutatio accidẽtalis supponat personaliter p forma accidẽtali: non est cõcedendũ ꝙ trãsmutationis accidẽtalis: forma accidẽtalis sit principiũ intrinsecũ: hoc patet: q꞉ forma accidẽtalis nõ cõponitur ex forma accidentali. ¶ Quarta cõclusio. si hoc nomen accidẽtalis trãsmutatio: supponat personaliter pro aggregato ex subiecto ⁊ forma accidentali: concedendũ est: ꝙ forma accidẽtalis illius transmutationis est principiũ intrinsecũ: hoc patet: q꞉ si albefactio supponat pro aggregato ex subiecto et albedine constat quod albefactionis albedo est principium intrinsecum: q꞉ aggregati ex subiecto et albedine albedo est altera pars. Cuꝫ omnibꝰ istis stat ꝙ nihil possumus cõcipere esse trãsmutationem accidẽtalẽ acquisitiuã vl' depditiuã alicuiꝰ forme accidẽtalis: q̃ est ꝟa res: et non modꝰ se habendi: sicut alteratio proprie dicta: quin oporteat concipere formã accidentalẽ. ¶ De tertio sit ista conclusio: accipiendo hoc nomen transmutatio prout supponit simpliciter cuiuslibet transmutationis accidentalis acquisitiue vel deperditiue forme accidẽtalis tertio modo dicte conceptus talis forme est principium intrinsecum: hoc patet: quia in conceptu transmutationis talis implicatur talis forma accidentalis: vt patet de cõceptu motus localis rarefactionis ⁊ augmentationis: ⁊ diminutiõis. ¶ Et proportionaliter possunt poni adhuc tres conclusiones vt posite sunt de forma accidentali prio mõ dicta vt patebit.

Ad rationes principales. Ad primam et

ad alias oẽs patet solutio ex dictis prout hic terminꝰ trãsmutatio supponit simpliciter p forma: hoc est cõceptus forme est principiũ intrinsecum ⁊ hoc vel forme substantialis vel accidentalis: primo vl' scdo modo dicte. Sed si sumat

hoc nomen transmutatio prout supponit personaliter pro subiecto transmutationis vel ꝓ forma q̄ ꝑ illã transmutationẽ acquiritur: vel deperditur: siue sit forma substantialis siue accidẽtalis: primo vel secũdo modo dicta: tũc nullius transmutationis forma: a ꝗ quam est trãsmutatio: est ꝑncipium intrinsecũ: q2 si transmutatio est substantialis tunc eius subiectum est materia: cuius principium intrinsecum nõ est forma substantialis: que per illam transmutationem substantialẽ acquirit: vel deperditur. Siliter si est transmutatio forme accidentalis: tũc iterum subiecti illius trãsmutatiõis: qḋ est substãtia ꝯposita: forma acidẽtalis: q̄ ꝑ illã trãsmutationẽ acquirit vel deꝑditur: nõ est ꝑncipiũ intrinsecũ: sed si transmutatio supponat ꝑsonaliter ꝓ aggregato: siue composito ex subiecto talis transmutatiõis ꝛ forma que per illã transmutationẽ acquiritur: tũc talis transmutationis forma que per illam acquiritur est principium intrinsecum: ꝛ sic de singulis.

Questio. XVIII.



Ueritur vtrum forme generande ante eius generationẽ aliquid eius preexistat in materia. ꝛ arguitur primo ꝙ sic: q2 si nõ tũc ante eius generationem nihil esset: quod esset possibile fieri: sed hoc est falsum: cõsequentis falsitas probatur: nam si hoc esset verum ante generationem forme seq̄retur ꝙ nihil fieret: ꝛ per consequens nunq̄ aliqua forma generaretur: q2 ex quo tũc qḋ fit possibile est fieri: sequitur ꝙ si nihil est possibile fieri ꝙ nihil erit: vł fiet ꝯña prima ꝓbatur: q2 materia nõ fit/nec est quod possibile est fieri vt gñari simpliciter: si ergo forma ãteq̄ generetur nullo modo sit: sequitur ꝙ nihil est quod possibile est fieri. ¶ Secundo ad idẽ. forma est que nunc in actu est: ꝛ prius erat in potentia. ergo ad minus forma generanda añ eius generationem habebat eẽ potentiale in materia. ¶ Tertio si forma generanda nullum haberet esse ante eius gñationẽ: seq̄retur ꝙ eadẽ forma post eius corruptionẽ iteruz potest generari: sicut ante generabatur: sed consequens est falsum: q2 impossibile est corruptum ideʒ numero reuerti: consequentia ꝓbatur: q2 tunc forma nõ plus haberet esse in materia ante generationẽ q̄ post corruptionẽ: sicut ergo ante generationẽ poterat generari: sic post eius corruptionẽ poterit: q2 nõ videtur maior ratio de vno q̄ de alio postq̄ vtrobiq̄ nulluʒ haberet esse in materia. ¶ Quarto si forma substantialis ante eius generationem non haberet aliquod esse in materia sequeretur ꝙ non esset differentia inter inceptionẽ forme substantialis corruptibilis: ꝛ inter inceptionẽ anime intellectiue: sed hoc est falsum: quia anima intellectiua introducitur: ꝛ incipit esse per creationem: sed forma substantialis corruptibilis educitur de potentia materie ꝛ incipit esse per generationẽ: consequẽtia tenet: quia vtrũq̄ caperet esse per generationem. ergo nec valet dicere ꝙ talis est differentia. quia forma substantialis corruptibilis presupponit subiectũ: de cuius potentia educitur: sed materia intellectiua non. ¶ Quinto. Aristo. in septimo metaphysice ponit ꝙ forma nõ fit: nam sic dicit ꝙ nec res fit nec figura fit: sed figura certa fit. modo cũ fieri sit modo esse: ꝛ prius non fuisse: sequitur ꝙ si forma ante generationem nullũ haberet esse: ꝙ sibi attribueretur fieri. modo hoc est contra Aristo. ergo. ¶ Sexto. arguitur auctoritatibus: ꝛ primo Cõmentatoris in octauo metaphysice dicentis agens non largitur multitudinẽ: sed perfectionem: mõ hoc nõ esset si formam scḋm se totam caperet esse de nouo q2 tunc ipsum agens generans largiretur multitudinem. ¶ Septimo. auctoritate Commentatoris. xij. metaphysice dicentis: ꝙ generans ꝑm Aristo. non aggregat inter diuersa ac si forma nõ esset aliquid nouũ superadditum materie per gñationem. ¶ Octauo. auctoritate Cõmentatoris primo huius dicentis ꝙ generans non facit formã ex quo videtur ꝙ forma substãtialis corruptibilis ante eius generationẽ habeat esse: sed non nisi in materia: postq̄ generans non facit eam: sed extrahit eam de potentia materie. ¶ Nono. auctoritate Cõmentatoris. v. huius dicentis ꝙ [illegible] in vno quoq̄ predicamento est eiusdem generis cum illa re ad quam est potentia cum ergo materia sit in potentia ad formã generandaʒ oportet ponere in materia aliã eiusdem generis: sed nullum tale videtur esse: nisi ponamus formã generandam habere aliquod esse ante eius generationem. ergo ꝛc.

In oppositum arguitur sic. nam si forme generãde aliq̄d ꝑexisteret in materia añ eius gñationẽ: vel hoc fuisset: q2 ꝑfuisset in materia ab eterno: vel nõ. si sic sequereť ꝙ forma materialis vel aliquid eius esset ꝑpetuum qḋ est cõtra Aristo. si secũdũ. ergo aliqñ incepit esse: sic ꝙ nihil eius preexistebat in materia: ꝛ eadem rõne forma q̄ [illegible] existebat in materia. ¶ Scḋo illud preexistẽs: vel est eiusdem rõnis cũ illo qḋ gñatur: vel alterius. si dicať ꝙ sit eiusdeʒ rõnis: tũc sicut illud qḋ de nouo gñať incipit esse in materia sic ꝙ nihil eius preexistebat: ita forma aggregata ex illo qḋ ꝑm se totũ de nouo additť illi/potest incipere esse: et generari absq̄ hoc ꝙ aliq̄d ꝑexistebat in materia. et si dicatur scḋʒ ꝙ preexistens ꝛ illud qḋ de nouo ei additť sint diuersarũ rationũ: hoc nõ valet: quia tunc forma aque de nouo addita siue genita esset forma hetero genea: quia cõponeretur ex preexistente ꝛ addito: que sunt diuersarum rationum. ¶ In ista questione sunt quatuor opiniones: quarum quartam credo esse veriorem aliis ꝛc. ¶ Prima opinio est Anaxagore. s. ꝙ quando generatur asinus tunc antea erat forma asini in materia. sed erat diuisa per minutas partes inter quas mediabant particule aliarum formarum Et ideo ante nõ apparuit asinus: sed quando particule forme asini erant segregate: ꝛ cõgregate ab aliis particulis aliarum formarũ. tunc apparebat: ꝛ isti de ista opinione negant generationẽ simpliciter: vnde nõ ponũt generationem esse aliud q̄ aggregationẽ partiũ eiusdem forme. ꝛ separationẽ earundẽ partiũ a partibus aliarum formarum. Et corruptionem non ponunt aliud q̄ segregationem partium eiusdem forme abinuicem: ꝛ cõmixtionem earundem cum partibus aliarũ formarum: ꝛ ꝑm hãc opinionem poneretur etiam quodlibet esse in quolibet ꝑm speciem. ¶ Contra istam opinionem arguit Aristo in tex. quinq̄ rationibus: ꝛ adhuc potest argui contra eam sic: q2 oporteret ipsum ponere: ꝙ totus ignis qui generaretur ex aliquo ligno preexisteret in ipso ligno. Sed non est verisimile ꝙ si tantus ignis prefuisset in aliquo ligno sicut ex eo generatur ꝙ illud lignum non prius calefaceret. ¶ Secũdo. sequeretur ꝙ post generationẽ ignis ex aliquo ligno residuũ magis deberet apparere lignum q̄ ante: quia ab eo esset segregatus ignis: nam post segregationem tale residuum est magis purum propter minorem admixtionem impuri siue illius quod est alterius speciei ab ipso: sʒ hoc non videmus: quia post generationem ignis ex ligno: relinquuntur cineres qui non apparent aliquo modo esse lignum. ¶ Secunda opinio erat ista: ꝙ in qualibet portiõe materie: quelibet forma preexisteret quidditatiue ante generationem: sed non eodem modo: quia ante illam generationem: illa eadem entitas habet esse potentiale: et per generationem capit esse in actu: ita quod isti voluerunt dicere: quod per generationem non acquiritur nisi modus essendi in actu ipsius forme. Iterum ista opinio non valet: nam si valeret sequeretur ꝙ hoc lignum quidditatiue esset aer: et quidditatiue esset aqua: et sic de aliis modo quod est quidditatiue forma aque est aqua: ergo ꝛc. ¶ Secundo. tunc secundum istaʒ opinionem non oportet ponere materiam concurrere ad transmutationem substantialem: hoc est contra Aristotelem in litera: quia diceremus formam esse illud: quod transmutatur de modo essendi in potentia/ad modum essendi in actu: ita quod in generatione diceremus istum modum essendi in potentia esse terminum a quo: et modum essendi in actu esse terminum ad quem: et formam diceremus esse illud: quod transmutatur: et manet sub vtroq̄ termino: vel quod primo fuit sub vno: et postea sub alio recte: sicut dicimus de materia: et sic in conceptu diffinitiuo transmutationis non implicatur conceptus materie: quod est contra prius dicta: totum enim saluatur per formam. ¶ Tertio. nam capiatur modus essendi in actu ipsius forme: et queratur. vtrum talis modus essendi sit ipsa forma: vel aliq̄d aliud a forma. Si primum: tunc talis modus essendi in actu non de nouo capit esse: sic quod nihil eius preexistebat. Sic etiã videtur esse dicendum de forma ex quo videtur

omnino

omnino esse idem ipsi forme. Si secundū vel est substantia
vel accidens. si dicatur ꝙ sit accidens: sequitur ꝙ trāsmu
tatio ad ipsum nō est trāsmutatio substantialis sed acci-
dentalis. Si dicatur qꝺ sit substātia subiecta opꝫ ꝙ sit ma
teria vł cōpositum ex quo nō est forma: sꝫ mā: qꝛ mā nō po-
test esse terminus generationis nec cōpositū: qꝛ substātia
cōposita nō est modus essendi ipsius forme in actu existē-
tis. ¶ Quarto capiatur adhuc iste modus essendi in actu
ipsius forme: ⁊ queratur an preexistat in materia ante ge-
nerationē vel nō. nō potest dici qꝺ sic: quia tunc forma ha
buisset esse ante generationeꝫ in actu; si nō: tūc eadē ratio
ne ego dicam de forma: qꝺ ipsa de nouo capit esse in mate
ria ꝑ generationem: sic qꝺ nec ipsa nec aliqꝺ ipsius preexi
stebat in materia ante eius generationē: ⁊ quecūqꝫ rationes
fierent cōtra me: eedē possent fieri cōtra eos qui posuerūt
in modum essendi in actu ipsius forme: nō preexistere an-
te eius generationē: vel aliqꝺ eius. ¶ Tertia opinio fuit
Alberti magni: qꝺ ante generationem forme forma habe-
ret esse in materia diminute ⁊ incōplete: sed per generatio
nem caperet esse perfectū ⁊ cōpletū: vnde imaginabaᷓ qꝺ
ante generationem quū generans agit: illa forma pro eius
generatione agit in materia coagens illi agenti ad habē-
dum esse cōpletū ⁊ perfectū: ⁊ illā formā que sic habet esse
in materia ante generationē dixit esse priuationē ⁊ moue
batur ex hoc: qꝛ principiū intrinsecū trāsmutationis natu-
ralis opꝫ esse ens positiuū sicut priuatio sit principiū intrin
secū trāsmutationis naturalis: ⁊ nō sit materia nec forma
cōpleta: vt dixit: qꝛ aliter nō essent tria principia transmu
tationis naturalis opꝫ ponere priuationē ante formā ge-
nerandā qꝺ haberet esse diminutū ⁊ imperfectū in mate-
ria quā qꝺē formā habentē sic esse dixit esse priuationem.
¶ Aliud motiuū eius erat qꝺ nisi in materia poneretᷓ for-
ma incōpleta q̄ coageret ad eius cōpletionē: sequeretur ꝙ
generatio forme substātialis esset trāsmutatio violenta:
hoc autē est falsum: cōsequentia probatᷓ: qꝛ omnino esset a
principio extrinseco si nō poneretᷓ forma incōpleta in ma-
teria coagens agenti extrinseco ad eiꝰ cōpletionē. nec suf-
ficit dicere ꝙ esset naturalis: qꝛ fieret a pricipio intrinseco
passiuo: qꝛ ꝯsimili modo oīs trāsmutatio esset naturalis:
qꝛ quelibet ꝑsupponit subiectū: qꝺ est principiū passiuum
intrinsecū talis trāsmutationis. ¶ Iterū ista opinio nō va
let: qꝛ hac generatiōe facta qrꝛ: si illud ꝙ preexistebat ma
neat vel nō. si dicatᷓ ꝙ maneat: ⁊ cū Albertꝰ hoc preexistēs
ponat priuationē: sequitᷓ ꝙ priuatio manet in generatione
qꝺ est ꝯ Aristotelē. qꝛ ꝑ hoc materia ⁊ forma differūt a pri
uatiōe: qꝛ in generatione manet materia cū forma: sed non
manet priuatio. Et si dicatᷓ ꝙ illud ꝑexistēs corrūpatur: et
etiā cū ꝑ Albertum coagebat agēti: sequitᷓ qꝺ agebat ad
corruptionē sui ipsius ꝙ est falsum: qꝛ nihil ꝑ se primo intē
dit corruptionē sui ipsius: cū quodlibet ens diligat se ꝑma
nere. ¶ Quarta opinio est: ⁊ est vera: ꝙ ante generationeꝫ
forme substantialis: nec ipa nec aliqꝺ eiꝰ ꝑexistebat in mā
⁊ hoc ꝓbatᷓ: qꝛ si aliqꝺ ꝑexisteret in materia: hoc videtᷓ esse
ꝭm aliquē modū triū alioꝝ opinionū. sed hoc nō: vt ꝓba-
tū est. ergo. ¶ Ad rōnes ꝓbātes opinionem Alberti: nega
tur illud qꝺ assumpsit. s. ꝙ priuatio sit aliquod ens distin-
ctū a materia: quū dicitᷓ aliter nō essent tria principia: qua
liter est dicendū patet ex dictis. ¶ Ad scđam sequeretᷓ qꝺ
oīs transmutatio ⁊c. negatᷓ cōsequētia ⁊ qū dicitᷓ nō esset a
principio intrinseco: negatᷓ. imo est a principio intrinseco
passiuo habente naturalē inclinationē ⁊ appetitū ad for-
mā generādā: qꝺ qꝺē pricipiū intrinsecum est materia pri
ma. ⁊ quū dicebatᷓ: cōsimili modo oīs trāsmutatio esset na
turalis: negatᷓ: ratio est: qꝛ ꝗuis cuiuslibet trāsmutationis
principiū: sit aliqꝺ intrinsecū passiuū: non tamē ꝑꝑ hoc hꝫ
inclinationē naturalem ad illud: qꝺ per illā trāsmutatio-
nem acquiritur. ⁊ ideo illa trāsmutatio dicitᷓ violenta. ver
bi gratia: sicut cū leue mouetᷓ deorsum: ꝗuis illud leue sit
principium intrinsecū passiuum talis motus: tamen quia
non habet naturalem inclinationem ⁊ appetitum essendi
deorsum: ideo talis motus illi dꝛ violētus ⁊ nō nālis: ꝗ ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primam cō-
cedo ꝙ ante generationem nihil est qꝺ possibile est ꝓduci
vt probabatᷓ: nā nec materia: nec forma corrumpenda: nec
generans. ⁊ cū dicitur: qꝺ nunꝗ̄ aliqua forma generaret:
negatur. vnde ꝗuis ante generationē nihil sit quod possi
bile sit ꝓduci tamen ante generationē bene aliquid pos-
sibile est ꝓduci. vnde ꝓpter ampliationē ille multū diffe-
rūt: nihil est qꝺ possibile est ꝓduci: ⁊ nihil possibile est pro
duci. ¶ Ad secundam id quod nunc est in actu prius erat
in potentia: concedo ad hunc intellectum: quod de illo de
quo nunc est verum dicere quod ipsum est: prius erat verū
dicere quod ipsum potest esse: nec ex hoc sequitur formam
generandam ante eius generationeꝫ habere aliquod esse
in materia. ¶ Ad tertiam sequeretur quod eadē forma ⁊c.
nego consequentiam: nam ꝗuis ante generationē ita mo-
dicum forme generāde sit in materia: sicut post corruptio-
nē tū ante generationem potest generare ⁊ post corruptio
nem nunꝗ̄: quia postea celum quod est causa generationis
horum inferiorum non se habet eodem modo secundū nu-
merum: sicut ante: quo ad eius influentiam. ¶ Ad quar-
tam sequitur quod nō esset differentia ⁊c. negatur conse-
quentia. quia anima intellectiua incipit esse: sic quod prio
creatur: ⁊ postea ponitur ab extrinseco in materiam: sic ꝙ
anima intellectiua est prius tempore vel natura: quā sit in
materia: ⁊ sic non est de forma substantiali corruptibili: qꝛ
primo agens alterat ⁊ disponit materiam ⁊ agit in ipsam:
et sic materia disposita: forma substantialis incipit esse in
ipsa: et absqꝫ hoc quod prius tempore vel natura sit anteꝗ̄
sit in materia. ⁊ in hoc est differētia inter generationem ⁊
creationem: quo ad formam substantialem corporalem: et
animam intellectiuam. ⁊ propter hoc dicimus quod ani-
ma intellectiua inducitur in materiam: forma vero substā
tialis corporalis educitur de materia. ⁊ hoc intelligebat
Commentator per penultimam autoritatem positaꝫ ante
oppositum questionis. ¶ Ad quintam dico quod Aristo.
in septimo metaphysice: quum dicit formā non fieri: intel-
ligit eam non fieri tanꝗ̄ quoddam ens: quod est per se exi
stens seorsum post generationem: nam sic fieri: debetur cō
posito solum: nihilominus tamen bene fit accipiendo fieri
pro habere nunc esse ⁊ prius non esse. ¶ Ad auctoritates:
ad primam quum dicitur agens ⁊c. dico ꝙ Commentator
per hoc solum voluit et intellexit formam non ponere nu-
merum contra materiam tanꝗ̄ aliquod ens seorsum exi-
stens: seu qꝺ est aliqꝺ in actu: talē eīn multitudinē nō lar
gitᷓ agens ꝑ eius gñationē in qua gñrat formā: nihilominꝰ
bene largitᷓ multitudinē ꝓut multitudo est rex differētiū
secundum essentiam: qualiter est de multitudine forme et
materie. ¶ Cōsimili modo ad auctoritatem quinti meta
physice patet. ¶ Ad vltimam quum dicitur potentia rei
dico quod per hanc auctoritatem Commentator intelle-
xit quod eiusdem generis est terminus qui predicatur de
aliquo mediante hoc verbo est: et qui predicatur de eo-
dem mediante hoc verbo potest. verbi gratia. Sortes pōt
esse homo: ⁊ sortes est homo. Sic ergo patet de ꝑdicamēto
substantie et similiter hoc patet de predicamento quanti-
tatis. vt dicēdo sortes potest esse bicubitus: ⁊ sortes est bi
cubitus ⁊ sic de aliis.

Questio.XIX.



Ltimo queritur vtrū
quodlibet ens diligat se per
manere. ⁊ arguitur quod nō
quia sic sequeretur: ꝙ ignis
nunꝗ̄ descenderet ad locuꝫ
sue corruptionis. sed hoc est
falsum ⁊ contra Aristotelē.
⁊ probatur etiam ratione: nā
si semper maneret sursum:
tunc nunꝗ̄ corrumperetur:
sed hoc est falsum: quia nul-
lum compositum ex materia et forma est perpetuum: con-
sequentia prima probatur: quia ex quo sursum est locus
conseruatiuus ignis in esse: et si quodlibet ens appete-
ret se permanere: semper ignis permaneret sursum: et sic
nunꝗ̄ descenderet: vel saltem nunꝗ̄ appeteret descende
re. ¶ Secundo. nam sit aliquod lignum sursum et sub
eo sit ignis non obstante adhuc descenderet ⁊ caderet in
ignē: ⁊ in locum sue corruptionis. nō si qꝺlibet ens appe-
teret se permanere: nullū ens appeteret moueri ad locum

sue corruptiõis: qḋ ē falsum: vt iam dictuȝ est. ❡ Tertio sequeretur ꝙ nullum ens instinctu sue nature se ipsum corrumperet: sed hoc est falsum. qꝛ sicut legitur de naturis animaliũ de phenice: ꝙ cũ diu vixerit aggregat ligna sicca: quibus congregatis facit cũ alis suis motũ ꝛ ligna illa incenduntur: quibus accensis volat in ignẽ: ꝛ comburit se. ꝯñtia tenet de se. ❡ Quarto sic sequeretur ꝙ nullũ ens haberet tediũ de suo viuere: seu de suo esse: sed hoc est falsuȝ: de quibusdã vetulis: que dicũt se hr̃e tediũ de carũ vita: ꝯñtia tenet de se. ❡ Quinto per Lincomẽsem in tractatu suo de reflexionibus radiorũ. vbi narrat ꝙ circa vnũ polũ sunt quidã mõtes: sup quos fit ita vniformis regulatio: ꝛ reflexio radiorum solis: ꝙ ibi est tanta tẽperies ꝙ hoĩes ibi existentes viuunt tandiu ꝙ tandẽ habent tediũ de vita sua: ꝛ saltant in quendã fluuiũ fluentẽ sub illis montibus: ꝛ submergũtur: qḋ nõ esset: si appeterẽt se permanere. ❡ Sexto aliqui homines desparati suspẽdunt seipsos. qḋ nõ esset si appeterẽt se permanere. ❡ Septimo. nam quidã appetunt disponentia ad eius corruptionem. vt pꝫ de appetentibus nimiam abundantiã cibi: vel potus: vel coitus: vel hmõi. ❡ Octauo. nã multi sunt hoĩes ita virtuosi ꝙ libenter vellẽt mori pro defensiõe reipublice: ergo. ❡ Nono. materia prima nõ appetit se permanere: ꝛ tamen large loquẽdo materia prima dr̃ ens naturale. ergo non quodlibet ens ꝛc. ꝯñtia tenet: añs pbatur: qꝛ appetere est agere: mõ materia prima nullo mõ agit cũ ipsa nulli⁹ sit actiuitatis: sꝫ passiuitatis infinite. vt prius dicebatur. ❡ Decimo. si materia prima appeteret aliquid: vel ergo appeteret hoc qḋ habet: vel illud quod non hꝫ: nõ primũ ex eo ꝙ appetitus fit rõne carẽtie: nec scḋm: qꝛ hoc quod appeteret maxime esset forma gñanda: sꝫ qꝛ forma gñanda nihil est: sequitur ꝙ appeteret ipsam ꝙ nihil appeteret: ꝛ appetẽdo appeteret: quod implicat contradictionẽ. ❡ Undecimo. nõ quodlibet ens cognoscit ergo nõ quodlibet appetit: ꝛ per ꝯñs non quodlibet ens appetit se permanere: ꝯñtia tenet: qꝛ appetitus fit cum cognitione: ꝛ est opatio virtutis cognitiue. ergo. ❡ Duodecimo. calor naturalis corrũpẽs humidũ radicale agit ad suipsius corruptionẽ ergo ꝯñtia tenet: añs probatur: qꝛ calor nãlis ꝯseruatur in [illegible] radicali tanq̃ in subiecto proprio ergo illo corrupto corrũpitur calor naturalis: ꝛ per ꝯñs si calor naturalis agit pro corruptione humidi sequitur ꝙ p corruptiõe suipsius. ❡ Decimotertio sequitur ꝙ nunq̃ ꝯtrariũ ageret in suum contrariũ. hoc aũt est falsum: qꝛ tũc ageret ad corruptionẽ suipsius: cũ nõ fiat actio ꝯtrarij in ꝯtrariũ nisi fiat reactio ꝛ hoc oĩbus ꝯditionibus ad hoc requisitis seruatis: vt dꝫ videri primo de gñatiõe ꝛc. ❡ Decimoquarto. sequitur ꝙ nulla esset corruptio naturalis: sꝫ hoc est falsum: qꝛ in primo celi dr̃ ꝙ aliq̃ est violẽta: ꝛ aliq̃ naturalis: ꝯñtia pbatur: qꝛ quelibet esset ab extrinseco ꝛ contra inclinationeȝ naturalem ipsius passi. ❡ Decimoquinto. si questio esset vera: vel ergo appeteret se pmanere p tẽpus finitũ vel infinitũ: non secundo modo: qꝛ ex quo nõ põt manere per tempus infinitum: sequitur talem appetitum esse frustra. vt patet primo celi. Nec primo modo: quia postq̃ȝ maneret per illud tempus non amplius appeteret se permanere: ꝛ per cõsequẽs non quodlibet ens ꝛc.

In oppositum sunt Aristoteles ꝛ Cõmentator in fine huius primi libri dicentes ꝙ nihil appetit sui ipsius coruptionem: sed quodlibet diligit se permanere. In ista questione primo videndum est de appetitu aliqualiter diffinitiue: ꝛ diuisiue. ❡ Secundo ponende sũt quedaȝ conclusiones de quesito. ❡ Tertio descendaȝ ad materiã de qua tangebatur ante oppositum.

Quantum ad primũ sciendũ est ꝙ appetitus dr̃ esse inclinatio alicuius ad aliqd: vel ad aliqualiter esse: verbi grã: quũ aliq̃ virga est aliq̃liter incuruata per reflexionẽ: tũc dicimus ipsam appetere rectitudinem: ex eo ꝙ inclinatur ad esse rectã. ❡ Tũc sit prima distinctio ꝙ appetitus quidã dr̃ naturalis: ꝛ quidã aĩalis: naturalis est qui fit sine cognitiõe illi⁹ qḋ sic inclinatur ad aliqd vel ad aliqualiter esse: sicut est de appetitu virge ad rectitudinẽ: vel appetitus grauis deorsum vel leuis sursum: sed appetit⁹ aĩalis est qui fit cũ cognitiõe ipi⁹ appetit⁹: vt est appetitus hoĩs quo appetit taliter vel taliter esse. Et posset vlteri⁹ distingui ꝙ duplex est animalis appetitus: quidam sensitiuus: quidam intellectiuus: primus est qui fit cũ cognitione sensus secundus est qui fit cum cognitione intellectus ꝛc. ❡ Secunda distinctio. ꝙ sicut distinguitur duplex potentia: scꝫ actiua ꝛ passiua: ꝛ scḋm hoc duplex est appetitus: scꝫ actiu⁹ ꝛ passiuus: actiuus qui inclinat: passiuus qui inclinatur. Est tamen sciendum ꝙ satis improprie ꝛ metaphorice: appetitus passiuus dicitur appetitus.

Quantum ad secundũ ponuntur conclusiones. Prima. nullũ ens cõpositũ ex materia ꝛ forma põt manere ppetuo. hoc pbatur: qꝛ quodlibet tale est cõpositũ ex contrarijs vel saltẽ in ipso est aliquid qḋ requiritur ad suũ esse: cui aliqd est contrariũ: ergo quodlibet tale aliqñ corrũpitur [illegible]: oẽ hñs contrariũ est corruptibile: sed oẽ corruptibile aliquãdo corrũpitur: añs pꝫ: qꝛ in quolibet cõposito ex materia ꝛ forma sunt qualitates prime: vel eis siles: q̃ requiruntur ad esse talis compositi. ❡ Scḋa cõclusio. non esset decor vniuersi ꝙ quodlibet ppetue maneret: hoc pbatur a simili in picturis: qꝛ si parietes huius schole oẽs essent per totũ colorati colore albo nõ esset tanta pulchritudo huius schole: sicut si esset colorata colore albo et viridi: ꝛ sic de singulis. Et simili modo est in vniuerso: quia si omnia semper manerẽt nõ eẽt tanta pulchritudo in vniuerso: sicut est modo: quũ corrũpũtur aliq̃ ꝛ gñantur aliq̃. Hoc idẽ põt declarari in sonis: qꝛ si plures vociferarent eque alte: non esset tanta delectatio in audiendo: sicut si vnus cantaret alte: ꝛ alius basse: ꝛ sic de singulis. ❡ Tertia ꝯclusio. ꝙ nullum corruptibile appetit se pmanere per [illegible] hoc scḋm indiuiduũ: hoc pbatur: quia hoc est impos[illegible] vt patet p primã conclusionẽ: modo entia naturalia appetitu naturali nõ appetunt impossibile: quia talis appetitus esset frustra: modo deus ꝛ natura nihil agunt frustra. Scḋo. entia naturalia non appetunt appetitu naturali: nisi illud quod vniuersum decorat ꝛ manet pulchrum: sꝫ corruptibilia manere non decorat vniuersum: vt patet per secundam conclusionem: ergo. maior patet: qꝛ deus ꝛ intelligẽtie que sunt rectores ꝛ gubernatores vniuersi: nõ inclinant naturalia: nisi ad illa que sunt pro decore vniuersi: sꝫ entia naturalia nihil appetunt naturaliter nisi ad quod inclinantur a deo: ꝛ ab intelligentijs. ❡ Quarta cõclusio. ꝙ corruptibilia non possunt manere per tempus infinitum: hoc patet per experientiam. ❡ Quinta conclusio. ꝙ entia naturalia corruptibilia naturaliter appetunt se permanere scḋm indiuiduum per tempus finitum: hoc patet: quia videmus entia naturalia manere p tẽpus finitum. Si ergo [illegible] non appeterent se pmanere [illegible] sequitur ꝙ ipsa pmanere p illud tẽpus esset cõtra inclinationẽ naturaleȝ eorum: quod videtur inconueniens. Scḋo. nam videmus ꝙ etiam naturalia entia: quũ sunt extra loca ppria in quibus possunt conseruari: mouẽtur ad ea si nihil sit phibẽs sed hoc nõ esset: si non essent inclinata ad essendum in illis locis propter eorũ conseruationem temporalẽ: p ꝯsequens hoc videtur esse signũ ꝙ appetunt se permanere p tẽpus. Tertio permanere est bonum ꝛ possibile entibus naturalibus: ergo naturaliter hoc appetunt entia naturalia: ꝯñtia tenet: qꝛ oĩa bonũ appetunt: añs pꝫ: qꝛ eẽ ꝛ permanere conueniunt [illegible] quarto naturalia entia naturaliter appetunt: p qḋ pñt assimilari primo ꝛ optimo. sꝫ manere p tẽpus aliq̃r assimilatur primo ꝛ optimo qḋ manet ppetue. ergo. ❡ Sexta conclusio ꝙ q̃uis etiã naturalia appetũt se pmanere p tps scḋm indiuiduũ: ꝛ nõ ppetue: tñ ppetue appetunt se pmanere scḋm speciẽ. hoc pꝫ: qꝛ hoc est bonum ꝛ eis possibile: ergo hoc appetunt: ꝯñtia tenet vt prius: ꝛ prima ps maioris pꝫ: p hoc assimilatur primo ꝛ optimo. ꝛ scḋa pars etiã pꝫ: quia q̃uis iste homo non posit manere ppetue: tamen ppetue põt manere homo: qꝛ hoc nõ impedit aliqua ꝯtrietas: nec p hoc indecoratur vniuersum: imo magis ornatur per ppetuo manere hominẽ scḋm speciẽ. ꝛ hoc dicit Cõmentator scḋo de aĩa. s. ꝙ natura diuina vidit entia naturalia non posse ppetuari scḋm indiuiduum: miserta est dãdo eis virtutem talem: qua possunt generare sibi sile: ꝛ sic scḋm speciem perpetuari ꝛc. patet.

Quãtum ad tertium articulum sit prima conclusio: ꝙ materia appetit formã: pbatur: qꝛ si nõ sequeretur ꝙ quelibet gñatio eẽt violẽta: sꝫ hoc ẽ falsum: ꝛ ꝯtra Arist. primo celi: ꝯñtia pbatur: qꝛ eẽt a principio extrĩseco. ad saluandaȝ

ergo gñationẽ


ergo generationē naturalē opʒ eā esse a principio intrinseco passiuo inclinato ad habendū formā generandā. ¶ Scd̄o. nā ex quo materia nō pōt esse sine forma: ſm p̄dicta: ꝛ quod entia naturalia nō possunt manere ppetue ſm indiuiduū: vt dictū est in secundo articulo: sed aliq̄n corrumpunt᷑ sequitur tunc formā eoꝝ corrūpi in materia: ꝛ p̄ consequens sequitur materiā habere inclinationē ad aliā formā: postq̄ȝ non pōt esse sine forma. ¶ Scd̄a cōclusio. q̄ꝺ materia nō appetit formā appetitu animali; pbat᷑: q: nō cognoscit. ¶ Tertia cōclusio. materia appetit formā appetitu naturali. hoc pbatur q: habet inclinationē naturalem ad formā absq̄ȝ cognitione eius: ꝛ confirmat᷑: q: vnūq̄ꝺq̄ȝ imperfectibile appetit suā pfectionē appetitu naturali: sed materia est perfectibilis: ꝛ forma est perfectio eius. ergo. ¶ Quarta cōclusio. materia appetit formā: quā hȝ per modū cōplacētie: probatur: q: illud q̄ꝺ ab aliquo appetitur postq̄ȝ illō habet: placet sibi hoc habere: sed m̄a ante q̄ȝ habuit formā: quā mō hȝ: appetebat eā ergo: postq̄ȝ eā habet appetit eam appetitu cōplacentie metaphorice dicte. ¶ Quinta conclusio. q̄ꝺ materia appetit formā generandā p̄ modū desyderij. hoc probatur: q: q̄n aliq̄s nō habet adhuc aliquā rem [illegible] appetit eā habere dicim᷑ talē desyderare illā: ꝛ sic in p̄posito materia appetit formā quā nō hȝ: sed apta nata est habere per modū desyderij appetit eā. ¶ Sed dices q̄ñ est ex quo materia est pure passiua ꝙ appetit formā: cū appetere sit agere. Respōdeo q̄ꝺ nō appetit eā appetitu actiuo: qui est inclinare. sed passiuo solum: qui est inclinari: ꝛ taliter inclinat᷑ a celo ꝛ intelligētijs ꝛ a deo. ¶ Secundo dico q̄ꝺ materia q̄n est informata vna forma perfecta ꝛ sit ita perfecta q̄ꝺ nō possit habere pfectiorem: nō est satiata illa: sed adhuc est inclinata ad habēdum vnā aliā: que est imperfectior. et dico ꝙ hoc est p̄pter decorē ꝛ pulchritudinē vniuersi vt dictū fuit. ¶ Sed dices que res est appetitus materie: vel est materia: vel aliq̄d superadditum materie: dico ꝛ est sexta cōclusio: ꝙ appetitus materie nō est aliqua res materie superaddita: hoc probat᷑: q: sic vel esset forma substantialis: vel accidētalis. ſȝ quecūq̄ȝ dat᷑: vel materia appeteret illud quod est appetitū vel tanq̄ȝ habitū vel aliq̄d habēdū: ꝛ tunc de illo appetitu quo appeteret illū appetitū quererē an esset materia: vel res superaddita materie. si dicat᷑ primū standū erat in primo: si secundū erit p̄cessus in infinitū. ¶ Septima cōclusio est: q̄ꝺ q̄ȝuis hic terminus materia ꝛ iste termin᷒ appetitus supponant p̄ eadē re. s. p̄ materia: differunt tñ in cōnotatione: vt patet in diffinitionibus exprimētibus q̄d nominis hoꝝ terminoꝝ: et iō solet dici: quod materia ꝛ appetitus sunt idem realiter: differunt tamen ratione ꝛc.

Ad rationes principales. Ad primam sequeretur ꝙ ignis ꝛc. negatur cōsequētia: q: ad hoc inclinat᷑ a celo cū ignis non possit perpetue manere: ꝛ si maneret ī loco suo naturali nō corrūperet᷑. ¶ Ad secundā dico q̄ꝺ si aliq̄ꝺ lignū descenderet tūc naturaliter appetit esse deorsū: ſȝ si cadit ad ignem: hoc est a casu. ¶ Ad tertiam de phenice dico quod q̄ȝdiu phenix est: tādiu appetit se permanere: ex quo nō datur vltimū instans esse phenicis. sed q̄n sentit ex quodā instinctu nature se nō posse manere: preparat ꝛ disponit ad hoc vt sic fiat: vt possit ad minus permanere ſȝ speciē: ꝛ tūc aggregat ligna ꝛ ea incēdit: ꝛ cōburitur. ꝛ forte si non cōbureretur nō diutius viueret: nec tunc alia phenix ex ea generaretur. ¶ Ad quartā de vetula: dico ꝙ q̄ȝuis ipsa dicat ore se habere tediū de vita sua: hoc tñ corde nō optat. ¶ Ad q̄ntā auctoritatē Linconiensis: dico ꝙ illi homines in illa terra tantū viuūt q̄ꝺ forte incipiūt habere miserias ꝛ dolores: ꝛ membra reddunt᷑ tandē ita dura ꝛ inepta quod nihil boni possunt facere: ꝛ tunc appetētes eoꝝ miseriā nō esse cadunt ad fluuios ꝛ se submergunt. ¶ Ad sextā cōsimiliter dico de illis q̄ suspēdūt se: q̄ꝺ nō appetunt se nō esse: sed eoꝝ miseriā nō esse: ꝛ sic faciunt seipsos non esse: vnde si aliquo modo possent facere eoꝝ miseriā nō esse sine hoc ꝙ facerent se nō esse: facerent imo libētissime. Uel pōt dici: q̄ꝺ bene aliqui appetūt se nō esse: nō appetitu naturali: sed appetitu vili ꝛ corruptiuo sensuali ꝛ intellectuali. ¶ Ad septimam dico q̄ꝺ bene aliqui appetunt aliqua: q̄ disponunt ad eoꝝ corruptionē ꝛ ad que sequitur eoꝝ corruptio. vnde bene est possibile ꝙ aliq̄s appetat antecedens alicui᷒ cōsequētie: ꝛ tamē nō appetat cōsequens: q: nō appetit ꝯsequētiā esse bonam. vnde aliq̄ bñ appetunt multū potare q̄ tñ nō appetunt mori: quod tamen sequitur ad multū potare: nec appetūt consequētiā esse bonā. s. illā: multū potat ergo moritur. ¶ Ad octauam dico q̄ꝺ homines: qui pugnant p̄ defensione reipublice vsq̄ȝ ad mortē nō appetunt mori: sed appetunt defensionē reipublice ita q̄ꝺ etiā appetunt antecedens alicuius ꝯñtie: ꝛ tamē nō appetunt ꝯñs. Ad nonā: q̄ñ dicit᷑ appetere est agere: dico ꝙ patet solutio ex dictis in q̄stione. ¶ Ad decimā vel appeteret ꝛc. dico q̄ꝺ vtrūq̄ȝ tenet nō eodē modo: vt dictū est in questione. ꝛ q̄ñ dicebatur nō illā quā hȝ: q: appetitus est ratione carentie: cōcedo de appetitu qui est per modū desyderij: ſȝ nō de illo q̄ est p̄ modū cōplacētie. et q̄ñ vlterius dicebat᷑: nō appetit formā generādā: q: illa nihil est. cōcedo. ergo appetens formā generandā nihil appetit: nego cōsequētiā. Sed bñ cōcedo q̄ꝺ appetēs formā generandā nihil q̄ꝺ est appetit: saltē illo mō quo appetit formā generandā. cū quo adhuc stat q̄ꝺ appetens formā generādā appetat aliq̄d: q: hoc verbū appetit ampliat ad supponēdū p̄ eo q̄ꝺ est: vel q̄ꝺ potest esse. ¶ Ad vndecimā dico q̄ꝺ bene pbat q̄ꝺ nō quodlibet ens appetit pmanere appetitu aīali sed nō naturali. ¶ Ad duodecimā dico q̄ꝺ calor corrūpens humidū radicale principaliter intendit suū augmentū ſȝ ad corruptionem humidi radicalis sequitur corruptio caloris naturalis etiā ȝ calor naturalis appetit antecedens alicui᷒ ꝯsequētie: nō tñ ꝯsequēs: q: nō appetit ꝯsequētiā esse bonā. ¶ Ad decimā tertiā q̄ñ dicit᷑ ꝯ̄riū nō agit in ꝯ̄riū: negatur nō appetit repati a cōtrario in q̄ꝺ agit: ſȝ appetit illud corrūpere ꝛ sibi assimilare: siue generare sibi simile. ¶ Ad decimā quartā sequeretur ꝙ nulla esset corruptio: negat᷑. imo est naturalis adhuc ex p̄te materie vel ex parte forme generande q̄ȝuis sit violenta ex parte forme corrupte vel corrumpende. ¶ Ad decimāquintā dico q̄ꝺ appetit se pmanere p̄ tp̄s finitū: ꝛ q̄ñ dicit᷑ ergo illo elapso nō appetit se permanere: concedit᷑: q: tunc nō est: nihilominus tñ in quolibet instanti intrinseco illius hore in qua manet appetit se vlterius permanere: quia non datur vltimum instans esse eius. ꝛ sic est finis huius primi libri.

¶ Finis Primi libri Physicorum.

¶ Questiones super scd̄o Physicoꝝ eiusdē magistri Alberti de Saxonia incipiunt.

Questio prima



Circa secundum librū physicoꝝ queritur. Utrū q̄ꝺlibet ens naturale habeat ī se principiū actiuum ꝛ passiuum sui motus ꝛ quietis naturalis ꝛ arguitur primo quod nō: q: celum est ens naturale: ꝛ tamē nō habet in se principium sui motus actiuū: q: principium actiuū motus celi est ipsa intelligentia separata: que non est in celo: ꝛ similiter nō habet principiū sui motus: q: nihil dicit᷑ habere seipsum: ꝛ cū celū sit met principiū passiuū sui motus ꝛc. ¶ Secūdo. materia prima est ens naturale ꝛ non habet in se principiū actiuū sui motus vel quietis: ergo questio falsa: cōsequētia tenet: ꝛ prima pars antecedētis pȝ: q: materia prima nō est ens artificiale: modo de numero eoꝝ que sunt quodlibet est artificiale aut naturale. secūda pars antecedētis patet ex eo: ꝙ materia in sui natura est simplex omni principio essentiali carens: saltē q̄ꝺ sit principiū essentiale sui. ¶ Tertio pōt argui de aīa intellectiua ꝛ de intelligentijs ꝛ de alijs formis substātialibus ꝛ accidētalib᷒: que omnia cū sint simplicia: non habent in se principia actiua ꝛ passiua sui motus ꝛ quietis: ꝛ q̄ñq̄ȝ vocant᷑ res naturales. ¶ Quarto motus grauis deorsum est res naturalis: q: non artificialis: ꝛ tamē nō hȝ in se principiū motus ꝛ q̄etis: quia aliter motus esset motus: ꝛ ad motū esset mutatio: q̄ꝺ est ꝯ̄ Aristo. v. huius. ¶ Quinto. celū ꝛ ignis in sphera sua sunt entia naturalia: ꝛ tamē nō habent in se principiū sue q̄etis: patet q: nūq̄ȝ quiescunt sed cōtinue mouent᷑: ergo eorum nō

est quies: ⁊ p cõsequēs nullū est pricipiū quietis: qꝛ eius qđ nõ est: nullū est principiū. ¶ Sexto. totalis terra semp quiescit in medio celi: ⁊ nunq̄ mouet̄: cū ergo eius nõ est motus sequit̄ nullū esse principiū sui motus: ⁊ tamē est ens naturale: ergo nõ quodlibet ens naturale hꝫ in se pricipiū sui mot⁹ ⁊ q̇etis. ¶ Septimo descendat aliqđ graue tunc interim qđ descendit non habet in se pricipiū q̇etis qꝛ tunc eius quies nõ est: qꝛ illius qđ nõ est nullū est principiū: ⁊ p ɔsequēs nõ est principiū q̇etis: ergo q̄stio falsa: cū sit ens naturale: ⁊ simil̄r cū aliqđ ens nāle q̇escit: tūc ei⁹ nõ est pricipiū sui mot⁹ qꝛ ei⁹ mot⁹ nõ est. ergo ⁊c. ¶ Octauo. mot⁹ rei naturalis ⁊ simil̄r q̇es nõ sunt aliud nisi ipsa res mota naturalis: mõ qꝛ nulla res naturalis hꝫ in se principiū actiuū ⁊ passiuū sui ipsius sequitur nullā habere principiū motus ⁊ quietis. ¶ Nono. idem nõ habet in se principiū oppositorū. Sed motus et quies sunt opposita ergo ⁊c.

In oppositum arguitur: ⁊ est Aristo. in primo tractatu huius secundi: ponēs differentiā inter naturalia: ⁊ artificialia: dicēs: qđ ens naturale inquantū naturale hꝫ in se principiū actiuū ⁊ passiuum sui motus ⁊ q̇etis. s; artificialia inquātū artificialia nõ hñt in se principiū sui motus ⁊c. modo cū dictio reduplicatiua reduplicet de oī specie: sequit̄ q̧ hec est vera omne ens naturale hꝫ in se pricipiū motus ⁊ quietis. ¶ In ista questiõe primo ponēde sunt diuisiones. secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit hec prima distinctio quod ens naturale capit̄ dupliciter: stricte ⁊ large: stricte solum ens naturale dicit̄ per se seorsuz existens: vt est homo vel lapis vel aliquod hmõi: ⁊ isto mõ nec materia nec forma nec accidens dicunt̄ entia naturalia q̄uis bene dicant̄ natura: siue entia fm naturā. Ens naturale large dicit̄ put extēdit se nõ solū ad substātiā p se seorsum existētē: sed etiā ad pricipia eius: ⁊ causas ⁊ accidētia ⁊ opatiões naturales eius: ⁊ isto mõ bñ dicim⁹ materiā ⁊ formā esse ens naturale s; hoc improprie. mõ in titulo questionis capitur ens naturale stricte: ⁊ p hoc soluitur ratio facta de aīa: ⁊ de materia: ⁊ de alijs nõ p se subsistētib⁹: qꝛ illa stricte nõ sunt entia naturalia. ¶ Scđa distinctio qđ principiū passiuū motus ⁊ q̇etis: đr tripliciter. Uno mõ. p illo qđ noīat̄ moueri vel q̇escere. Ubi gratia: vt est hõ vel lapis: dū mouet̄ vel q̇escit. ¶ Scđo mõ dicit̄ illud q̧ subijcit̄ motui vel quieti: ⁊ sic dicimus māz esse pricipiū passiuū tale. ¶ Tertio mõ tale pricipiū passiuū qđ resistit motui: verbi gratia si esset aliquod mixtū descendens qđ haberet in se duos gradus leuitatis ⁊ quatuor grauitatis. tunc illi duo gradus leuitatis possunt dici pricipiū intrinsecū passiuū talis motus: ⁊ accipiendo sic pricipiū passiuū/quoddā est intrinsecū: vt iam exēplificatū est: ⁊ qđdaz est extrinsecū sicut est mediū: nam hoc etiam resistit ascēdēti ⁊ descēdenti: ⁊ sic accipitur principiū passiuū quū dicit̄ velocitatē motus attendi penes pportionez agentis ad passiuū vel principiū passiuum. ¶ Tertia distinctio q̧ principiū actiuuz dupliciter accipitur. vno modo p forma substātiali inclinante ad motū: vel ad quietē. scđo modo p forma accidētali. que est tanq̄ instrumentū mediante quo forma substantialis agit talē motū vel quietē: ⁊ fm hoc solet distingui qđ duplex est principiū actiuū motus ⁊ quietis: quoddā est pricipale vt est forma substātialis: quoddā vero instrumētale: vt est forma accidētalis verbi gratia: fm q̧ principiū actiuū principale descensus ipsius grauis est forma substantialis illius grauis: sed instrumētale est ipsa grauitas: ⁊ simil̄r principiū actiuū pricipale augmētationis vel nutritiõis est ipsa anima. principiū aūt instrumētale est ipse calor naturalis.

¶ Quarta distinctio. q̧ motuū q̇dā est naturalis: q̇dā violētus: ⁊ quidā p̄ter naturā: motus naturalis alicuius dicitur esse ad quē tale mobile inclinat̄ p suā naturā propter salutē ⁊ pfectionē talis rei: vnde nutritio est pp̄ter salutē ⁊ ɔseruationē illius qđ nutritur. Augmentatio vero pp̄ter pfectionem: descēsus grauis: ⁊ ascēsus leuis pp̄ter ɔseruationē: nā p talē motū entia naturalia veniunt ad loca sua naturalia in q̇bus cõseruant̄: sed motus violentus dicitur q̇ est contra naturalē inclinationē ipsius mobilis: sicut est ascensus grauis: ⁊ descensus leuis. ⁊ pportionabiliter dicatur de quiete. motus autē qui inest alicui ⁊ nec est naturalis nec violētus dicitur illi inesse preter naturā. vt est mot⁹ circularis ignis in sua sphera. hoc patet ex deductione philosophi in primo de celo. ¶ Quinta distinctio. q̧ celū põt sumi dupliciter: vel cum inclusione motoris vel cū exclusione motoris. ⁊ sic de distinctionibus.

Quantum ad secundum: sit prima cõclusio accipiēdo ens naturale large: nõ quodlibet ens naturale hꝫ in se principium sui motus ⁊ quietis: hoc patet de anima intellectiua: de materia: de intelligētijs ⁊ hmõi. ¶ Secunda conclusio. accipiēdo celum excludendo motorem nõ habet in se principium actiuū nec passiuum sui motus: hoc probat̄: qꝛ nõ actiuum: qꝛ tale est motor: ⁊ talis mõ est exclusus: nec passiuum: qꝛ hoc est ipsummet: nihil aūt habet seipsum. ¶ Tertia conclusio accipiendo celum cū inclusione motoris: ipm habet in se principiū actiuū principale: ⁊ principiū passiuuz sui motus: hoc patet: qꝛ sic aggregat in se ista duo. s. motorē: ⁊ subiectuz motus illius. s. istā substantiā simplicē q̄ mouetur. ¶ Quarta conclusio. qđ ipsum celum sic accipiendo non habet in se principiū instrumētale actiuū nec passiuum tertio modo sumptum. s. p eo qđ resistit mouenti: patet hoc: qꝛ intelligentia nõ mouet celum mediante aliquo instrumēto sed immediate: sed sic non est de forma substantiali grauis quia illa mouet graue grauitate: ⁊ similiter in celo nihil resistit mouenti: qꝛ mouetur absq̄ omni resistentia: vnde quantum esset ex parte potentie ⁊ resistentie: vna potentia: quanta esset potentia vnius musce: posset mouere celum circulariter. ¶ Quinta conclusio. elementa simplicia tam substātialiter q̄ qualitatiue nõ habent in se principium passiuum capiendo principiū passiuum pro illo qđ resistit mouenti: hoc patet: quia aliter nõ essent simplicia qualitatiue. Cum hoc tamen stat q̧ in eoꝝ motu naturali bene est principiū passiuum extrinsecū sic accipiendo principium passiuum. patet: nam hoc est ipsummet mediū verūtamē si ascenderet: vel descenderet in vacuo: nõ esset ibi principiū passiuum intrinsecum nec extrinsecū: accipiendo principiū passiuū modo predicto. ¶ Sexta ɔclusio. quodlibet ens naturale habet in se principiū actiuū ⁊ passiuum sui motus ⁊ quietis naturalis. vel ipsummet est ipsum principiū passiuum siue moueat̄ siue quiescat. Multum refert dicere hoc habet in se pricipiuz motus ⁊ dicere hoc habet in se principium actiuū motus: qꝛ posito q̧ a. mobile nõ moueatur tunc adhuc habet in se principium actiuū sui motus: qꝛ habet aliquid in se qđ ipsuz potest mouere. Ly motus ampliatur ab illo termino actiuum nõ aūt a ly principiū: ⁊ ita nõ sequitur habet in se principiū actiuū motus: ergo habet in se principiū motus. Simili modo dicatur de principio passiuo ipsum dicitur q̧ põt pati vt moueatur vel quiescat. Ista conclusio pbat̄ sic: omnis motus naturalis est sursum: vel deorsum: vel circularis: vt patet p Aristo. primo celi: sed quodcunq̄ ens naturale qđ mouetur aliquo istoruz motuū naturaliter: habet in se aliquid quod subijcitur illi motui. s. illud qđ mouetur ⁊ illud qđ facit illū motū: ⁊ hoc patet tam de mixtis q̄ de elementis simplicibus q̄ de celo accipiendo celum cum inclusione motoris. sed accipiendo celum sine inclusione motoris: tūc ipsummet est principium passiuum sui motus. pp̄ter quod notanter dixi in cõclusione vel ipsummet. Sicut ergo dictum est de motu pportionaliter dicam de quiete. vnde p maiori intelligentia sciendum est quod q̄uis forte iam totalis terra quiescat: tamen habet in se principiū actiuum motus: qꝛ habet in se formā substantialem: que q̄uis de facto nõ moueat ipsam: tamen potest ipsam mouere: quia potest esse extra locum suum secundum se totā: vel secundū aliquā eius partē: ⁊ tunc forma moueret ipsam: ⁊ p consequens erat ante verū dicere illā formā posse mouere ipsam. Similiter q̄uis aliqđ graue iam descendat ⁊ non quiescat: tamen habet in se principium passiuum: vel est illudmet quod potest pati quod quiescat. ¶ Septima conclusio. qđ quodlibet ens naturale: qđ nutritur vel augetur: habet in se principium actiuū vel passiuum nutritionis ⁊ augmentationis: ⁊ adhuc si nõ actu nutriretur: vel augeretur haberet in se principiuz quod posset facere nutritionem vel augmentationē: ⁊ similiter principiū qđ potest hoc pati. de motu vero alterationis videbitur in questione sequenti.

Ad rationes principales. Ad primā ⁊ ad alias vsq̄ ad octauam inclusiue apparet solutio in secūdo

articulo

articulo. ¶ Ad octauã cõcedo quod motus et quies non distinguũtur a rebus naturalibus. et igitur bene concedo hãc esse falsam: motus vel quies est principiũ actiuũ vel passiuũ nam quũ aliquod mobile diu fuit: et tunc mouetur vel quescit falsum est quod illius motus vel quietis sit principiũ actiuum vel passiuũ: nihilominus tamẽ est cõcedendũ: quod aliquod est principiũ actiuũ talis motus vel quietis: et similiter passiuũ et ratio huius est: nã quãuis forma substãtialis talis entis nõ sit principiũ actiuũ eiusdẽ: tamen facit et agit quod illud ens taliter se habet: vel quod mouetur: vel quiescit et c. ¶ Ad nouam dico quod quies naturalis nõ opponitur motui naturali eiusdem motui sed bene quies violenta opponitur motui naturali pp quod forma substãtialis que est principiũ actiuum quietis vel motus naturalis: nõ est principiũ quietis et motus violenti quia quies est terminus a quo/motus naturalis: et quies naturalis est terminus ad quã eiusdẽ motus.

Questio .II.



Queritur secundo vtrum aliquod corpus mixtum vel simplex habeat in se principium intrinsecum sue alterationis: et arguitur primo quod nõ: per verbũ dictum Cõmentatoris circa principiũ huius secundi libri: vbi dicit quod elemẽta nõ habent in se principia sue alterationis: sed bene habent in se principia sui motus localis: sed mixta bene habent in se principium sue alterationis et sui motus localis. ¶ Secundo videtur quod nullũ mixtũ habeat in se principium actiuum sui motus: quia sic sequeretur: quod aliquod ageret in seipsum: et simul esset in actu et in potentia. Sed hoc est impossibile: ergo. consequentia probatur: quia motis nobis mouentur omnia que in nobis sunt: et sic si in aliquo corpore esset aliquid quod moueret ipsum corpus: tunc hoc moueret seipsum: et esset in actu in quantũ mouens: et in potẽtia inquantum motum: et respectu sui ipsius: et sic idem ageret in seipsum. ¶ Tertio. si aliquid haberet in se principium sue alterationis: sequeretur quod haberet in se principium actiuum sue generationis vel corruptionis. Sed hoc est falsum nõ enim principium sue generationis. patet: quia postquam aliquid est semel generatum amplius generari non potest. quod etiam non habeat principium sue corruptionis: patet: quia quodlibet ens diligit se permanere: vt prius dictum est: quod nõ esset si haberet in se principium sue corruptionis actiuum. cõsequentia probatur: quia quelibet alteratio ordinatur in generationem: vel corruptionem. Dicit Aristoteles in primo de generatione: quod si generatio est impossibilis: alteratio est impossibilis: ergo si non habet in se principium sue generationis nec corruptionis: tunc etiam non habet in se principium sue alterationis. ¶ Quarto sequeretur quod aliquid haberet in se contraria. Sed hoc est falsum: et contra diffinitionem contrariorum: quia non insunt eidem nisi vicissim: consequentia tenet: quia alteratio non est inter contraria. ¶ Quinto. si questio esset vera maxima de aqua calefacta que per se ipsam alteratur a caliditate in frigiditatem: sed hoc non est verum quia tunc sequeretur quod a proportiõe minoris inequalitatis prouenirent actio: sed hoc est falsum: et probatur consequentia: quia aqua potest esse tantum calida quod illius multo plus est de caliditate quam de frigiditate: modo si ab aliquo intrinseco reduceretur ad frigiditatem hoc non videretur nisi a frigiditate: quam adhuc habet: que corrumpit illam caliditatem: et cum illa sit minoris potentie: quam caliditas: sequitur consequens illatum. ¶ Sexto si aqua reduceretur ab intrinseco ad frigiditatem: sequeretur, quod aliquid ageret vltra gradum proprium: sed hoc est falsum: et cõsequentia probatur: quia frigiditas ibi manens post calefactionem aque ageret intentiorẽ frigiditatẽ in illã aquã: quam ipsamet esset.

In oppositum arguitur. Primo de mixto clarum est quod in mixto sunt alique partes que sunt calidiores: et alique minus calide: sicut in homine cor est magis calidũ quam cerebrũ: et quia magis calidum agit in minus calidũ intendens ipsum assimilare sibi: nam ista est lex et natura actiuorum et passiuorum: ex quo sequitur mixta habere in se principia actiua et passiua sue alterationis. de simplicibus probatur etiã: quia videmus quod aqua calefacta amota a caliditate redit ad eius frigiditatem: et nõ põt dici quod hoc faciat cõtinens: ex eo quod redit ad frigiditatẽ intensiorẽ quam sit frigiditas cõtinentis: cum ergo nihil agat intensiorem gradum: quam ipsummet habeat: sequitur quod continens nõ reducat aquã ad intensiorem frigiditatem quam ipsummet habeat. Pro ista questiõe primo ponẽde sunt alique distinctiones. secundo alique conclusiões tertio quedam dubia.

Quantum ad primum sit ista prima distinctio: quod omne corpus mixtum vel simplex: vel est homogeneũ vel heterogeneum. ¶ Secũda distinctio quod corporum homogeneorũ quedã sunt homogenea ratione similitudinis figure suarum partiũ vel ratione similitudinis suarum qualitatum in gradu: vel ratione vtriusque simul. Verbi gratia: sicut est de aqua vel de igne puro: nam ignis purus vel aqua pura: dicitur homogeneũ: quia nulla pars eorũ determinat sibi distinctam figurã a figura alterius partis: et similiter quelibet pars eius habet qualitates. s. caliditatem: et frigiditatẽ ita intensam sicut alia pars. et hec est homogeneitas tam ratione similitudinis figure partiũ: quam etiã ratione qualitatũ. ¶ Tertia distinctio. quod corporum heterogeneorum quedã sunt talia ratione dissimilitudinis qualitatũ primarũ suarũ partiũ: et quedã pro ratione dissimilitudinis figure earũ: et quedam ratione vtriusque simul. verbi gratia. posito quod esset aliquod animal: quod per totum vniformiter esset calidũ. illud diceretur heterogeneũ ratione dissimilitudinis figure suarum partiũ: sed nõ ratione qualitatum in gradu. Exemplũ secundi: sicut si esset vna aqua: cuius medietas esset calida et alia frigida: tunc illa aqua diceretur heterogenea ratione dissimilitudinis qualitatum: sed non ratione dissimilitudinis figure suarum partium. Exemplum tertij. sicut homo vel aliud animal quod est heterogeneũ tam ratione dissimilitudinis figure suarum partiũ: quam ratione dissimilitudinis qualitatum suarũ: quia omnes eius partes nõ sunt similis figure: cũ caput sit alterius figure quam pes: et similiter non omnes partes sunt cõsimiles in qualitate: quia cor est calidius quam sit cerebrũ: vel quam aliquod aliud mẽbrũ. sic ergo patet quomodo homogenea vel heterogenea possunt attendi vel penes figurã partium, vel penes qualitates. Nota tamẽ quod in ista questione volo vti homogeneis prout attenduntur ex parte qualitatũ: et nõ ex parte figurarũ. ¶ Quarta distinctio quod aliquod mixtum potest dici dupliciter: substantialiter: vel accidẽtaliter siue qualitatiue. Substantialiter: sicut in quo sunt quatuor elementa: vel qualitates similes quatuor elemẽtorũ ad inuicẽ: sicut homo vel aliquod aliud mixtũ simile. Mixtũ autẽ qualitate dicitur elementũ remissum in suis qualitatibus actiuis et passiuis. verbi gratia. vt si frigiditas aque remitteretur, tunc aqua diceretur mixta qualitatiue: quamuis esset simplex substantialiter simplicitate. que opponitur mixtioni substãtiali. ¶ Quinta distinctio quod aliquid põt dici habere in se principiũ sue alterationis dupliciter: de per se primo: et de per se nõ primo. Primũ dicitur tale: cuius quelibet pars alterat quãlibet partem illius: et quelibet pars alteratur. ¶ Secũdo modo dicitur illud cuius vna pars alterat aliã: sed nõ quãlibet: sicut est in mixto perfecto. vt in homine: cuius vna pars alterat bene aliã nõ tamẽ quelibet quãlibet: cor enim non alterat seipsum. vel si esset vna aqua. cuius vna medietas esset calida et alia frigida. vna alteraret aliã. nõ tamẽ quelibet quãlibet: quia medietas frigida non alteraret seipsam: et tale voco habere in se principiũ actiuum sue alterationis per se non primo. si autẽ est aliquid cuius nulla pars alterat aliã nec aliquid est in ipso quod alteret eas: nec dicitur habere in se principiũ actiuũ sue alterationis per se primo: nec per se nõ primo. sicut patet ex superius declaratis et c.

Quantum ad secundum premitto quasdã suppositiones: prima est quod quelibet res naturalis determinat sibi vnã dispositionẽ que est sibi optima: et cũ in ista est: optime est sibi: hoc est ita bene sicut põt sibi esse quãtum est ex parte capacitatis sue nature: sed quũ recedit ab ipsa dispositiõe sibi naturalissima male est sibi et incipit infirmari et tendere ad corruptionem. verbi gratia. Cum ignis habet caliditatem in summo: et siccitatem in gradu debito igni. tunc ignis est in optima sui dispositione. sed quũ eius caliditas remittitur: tunc declinat ab illa dispositiõe et incipit in-

firmari ⁊ tendere ad corruptionē. vnde elementa possunt dici infirma sicut mixta animata: ⁊ possunt medicari p̱ ɔtrarij remotionem. ⁊ similiter sicut est de elementis: ita est de mixtis. s. ꝙ determinant sibi vnam dispositionem eis naturalissimã: ⁊ quum sunt in ea sunt optime. quū aūt recedūt ab illa incipiunt infirmari: ⁊ tandē corrumpi. Et est sciendū qḋ nō est eadem dispositio naturalis oibus mixtis: imo illa que est naturalis homini non est naturalis equo: nec econuerso.

¶ Secunda suppositio ꝙ quodlibet ens naturale appetit se permanere naturaliter in sua naturali dispositiōe quū est ī ea: hoc patet: quia oē ens naturale: naturaliter appetit se p̱manere: vt prius dicebatur: cū ergo in ista dispositione sibi optime est: sequitur ergo. ¶ Tertia suppositio qḋ quodlibet ens resistit trahēti ipm extra ei⁹ dispositionē nālē: vt pꝫ qꝛ qḋlibet tale habet inclinationē naturalē manendi in illa vnde lapis hꝫ naturalem inclinationē essendi deorsuꝫ: ⁊ resistit volenti ipsum trahere sursum. ¶ His premissis sit prima conclusio. qḋ nullum ens naturale habet in se principiū actiuum sui motus alterationis per se primo a sua naturali dispositione. hoc probatur: quia quodlibet ens naturale determinat sibi vnã dispositionem naturalem: vt patet p̱ primaꝫ suppositionem sub qua appetit manere per secūdã: ⁊ resistit cuilibet volenti ipsum trahere ab illa dispositione: vt patet per tertiam suppositionem. ergo quodlibet trahens ipsum ab illa naturali dispositione violenter traheret ipsum: ⁊ per consequens non est sibi intrinsecam. ¶ Secundo nos videdemus ꝙ graue quum est in loco suo naturali: ⁊ similiter leue: nunꝙ̄ mouent se ab illo loco. ergo similiter quum corpus mixtum: vel simplex est in sua naturali dispositiōe: nūꝙ̄ mouet se ab illa: ⁊ per consequens nō habet in se principiū alterandi se ab illa dispositione. ¶ Secunda conclusio ꝙ quodlibet ens naturale: quū est extra suam naturalem dispositionem habet in se principium alterationis ad illam dispositionem naturalem. hoc probatur primo: quia quodlibet ens habet naturalem inclinationem permanere: ⁊ cum in illa dispositione maxime possit manere: ergo alterat se ad illam: si est extra illam. ¶ Secundo nos videmus quū lapis ponit̄ sursum a principio intrinseco mouetur ad locum sibi naturalē ita consimili modo quodlibet ens si est extra suam naturalē dispositionem: mouet se ipsum ad illam si remouetur impedimentū extrinsecum. ¶ Tertio si aliqua virga incuruatur que habet naturalem inclinationē ad rectitudinem seipsaꝫ mouet. ergo similiter in proposito videtur esse. ¶ Quarto hoc apparet de aqua calefacta: quod si impedimentū extrinsecum remouetur econuerso redit ad frigiditatem ⁊ nō nisi ab intrinseco propter hoc quod aliquando redit ad frigiditatem intensioreꝫ: multo plus ꝙ̄ sit frigiditas cuiuslibet extrinseci circunstantis. ¶ Tertia conclusio ꝙ quodlibet naturale heterogeneū ratione qualitatis suarum partium habet in se principium sue alterationis per se non primo: patet: nam propter hoc ꝙ vna pars est alterius qualitatis ab alia agit in eam: nam homo vel aliquod aliud mixtū habet bene in se principium actiuum alterandi se a sua dispositione naturali ⁊ hoc per se nō primo quia ex quo vnū membrū est calidi⁹ alio agit in aliud: ⁊ p̱ cōsequēs trahit a sua naturali dispositione: nã ꝙ̄ cito aliqḋ mēbrū hominis nō est in sua dispositione naturali: tã cito nec est hō. ¶ Quarta ɔclusio: ꝙ nullū ens naturale homogeneū put homogeneitas attendit̄ penes qualitatē: hꝫ in se principiū actiuū sue alterationis a sua dispositiōe naturali nec p̱ se primo: nec p̱ se non primo. ꝙ nō p̱ se primo patet ex prima ɔclusione: ꝙ nec per se nō primo: etiam patet ex quo quelibet ps ei⁹ est similis qualitatis in gradu cum alia: sequitur quod neutra alterat aliã. ergo. Ex his sequitur qḋ heterogeneum potest corrūpi dupliciter: vno modo ab intrinseco. s. per se nō primo. alio modo ab extrinseco. Secundo sequitur qḋ homogeneuꝫ potest corrumpi solum vno modo. s. ab extrinseco. tertio sequitur quod aliquod homogeneum prout dixi in principio si poneretur in vacuo permaneret perpetue ibi: nam tunc nullum corrumpens esset sibi applicatum: quia nullum corrumpens habet intrinsecum sed sic non esset de heterogeneis qꝛ adhuc posset corrumpi ab intrinseco: licet hoc non sit per se primo: ergo ⁊c.

Quantum ad tertium dubitandum est primo: quia dictum est quod quodlibet ens naturale: quum est positum extra naturalem dispositionem suam sibi ⁊c. Peto vtrum quodlibet moueret se econuerso ad illam: si extrinsecum contrarium sibi remoueretur. ¶ Secundo dubitatur ex quo aqua calefacta naturaliter redit ad frigiditatē: vtrū reducat se vltra gradum frigiditatis: quam primo habuit: ⁊ videtur quod sic: quia talis est motus naturalis ꝙ̄ in fine est velocior quã in principio videt̄. ergo se mouere vltra gradum prioris frigiditatis eius: recte: sicut si terra esset perforata: ⁊ lapis descenderet versus centrum: tunc ex quo in lapide sic descendente acquiritur quidam impetus moueret se vltra centrum tamdiu quousq; impetus sit corruptus: et tunc lapis redit econuerso versus centrum. vbi etiam acquiritur vnus paruus impetus: quo iterum mouet se vltra centrum: sed non tantum quantum prius: ⁊ sic quasi titubãdo tandem quiescit. sic similiter videtur esse de aqua calefacta cum redit ad frigiditatem pristinam. ¶ Tertio quid in tali reductione aque ad frigiditatem sit agens: ⁊ quid patiens. ¶ Quarto si celum poneretur extra naturalem sui dispositionem vtrum reduceret se ad dispositionem priorem sibi naturalem. ¶ Respondeo ad primum ⁊ dico quod homogeneuꝫ sicut est elementum quantumcunq; deducatur a sui dispositione naturali: dum tamen maneat: ⁊ impedimentum extrinsecum remoueatur: reducit se ad dispositionem naturalem suam. sic autem non est dicendum de heterogeneis: sicut est de homine vel de equo: imo illud tantum potest trahi a sua dispositione naturali sibi quod quantumcunq; impedimenta extrinseca remouerentur: nunꝙ̄ reduceret se ad pristinaꝫ dispositionem: ⁊ hoc quia partes in se quodammodo sunt contrariarum dispositionum. Dicunt ergo aliqui medici ꝙ posito quod sor. esset in dispositione sibi conuenientissima ⁊ naturalissima si fieret infirmus: quod nunꝙ̄ amplius reduceretur vel rediret ad dispositionem sibi naturalem talem: qualem primo habuit. ¶ Respondeo ad secundum: ⁊ dico ꝙ si ponatur aqua esse frigida in summo quū est in naturalissima dispositione: tunc dico quod cum aqua reducit se ad frigiditatē nō transcendit gradū summe frigiditatis: ⁊ vlteri⁹ dico quod in motu alterationis non acquiritur talis impetus: qualis acquiritur in motu locali: verūtamen si poneremus aquã non habere frigiditatem summã cū esset in summa sua dispositione cōuenientissima possemus dicere quod in motu alterationis aque acquirit̄ impetus: quo aqua trãscendit ad frigiditatem summã: ⁊ iterū redit naturaliter ad illã que est sibi naturalis recte sicut diceretur de graui.

¶ Ad tertiū dico quod agens in tali alteratione aque a caliditate ad frigiditatem: est frigiditas virtualis aque: vnde ꝙ̄uis in aqua calefacta non sit frigiditas actualis que sentitur: tamē ibi est frigiditas virtualis que non sentitur: vnde ꝙ̄uis piper non sentiatur actualiter calidum: tamen est virtualiter ⁊c. principale ergo agens est forma substantialis ⁊ passiuum receptiuum subiectū forme. ¶ Ad quartū dico qḋ si celum moueretur extra suam naturalē dispositionem nō rediret et esset defectus ex parte materie: quia celum nō habet materiam: modo cum idem nō possit esse agens ⁊ patiēs respectu sui: ipsius celum non posset reducere se ad dispositionem sibi conuenientem: et igitur conclusiones prius posite debent intelligi de corporibus compositis ex materia ⁊ forma.

Ad rationes principales. Ad primã quū dixit Cōmentator elementa non habere ⁊c. conceditur a dispositione naturali eorum: nihilominus tamen bene habent principium intrinsecum actiuum sue alterationis ad dispositionem eorum naturalem: quū sunt posita extra illam: ⁊ de mixtis dico quod intelligit quod habent in se principiū sue alterationis a dispositione eorum naturali: per se nō primo sed non per se primo. ¶ Ad secundam sequeretur quod idē esset in actu ⁊ in potentia: dico quod hoc non est incōueniēs respectu diuersorum: quod idem compositum respectu forme potest esse agens et respectu materie patiens. ¶ Ad tertiam dico quod illa bene probat: nullū corpus habere principium in se actiuum sue alteratiōis a dispositione eius naturali per se primo: et hoc bene conceditur: potest tamen habere principium sue alterationis a dispositione eius naturali per se non primo: vt dictum est. ¶ Ad quartam bene concedo quod idem bene potest habere in se aliquo modo contraria: nam mixta habent in se partes diuersarum qualitatum: ⁊

tum: et similiter aqua calefacta habet caliditatem actualē: et frigiditatem virtualem que aliquo modo possunt dici contraria: quia frigiditas virtualis est pductiua frigiditatis actualis. que est contraria actuali caliditati. ¶ Ad q̄ntā nego q a propositione minoris inequalitatis pueniret motus qz quantūcunq aqua sit calida dū tñ maneat frigiditas virtualis est maioris potentie quā sit ista caliditas actualis. ¶ Ad sextā nego quod aliqd agat vltra gradum proprium: quia adhuc manet ibi frigiditas virtualis tanti gradus sicut prius: ergo etc.

Questio. III.



Queritur tertio vtrum figura sit res distincta a re figurata: verbi gratia vtrum es et eius figura sint res distincte: et arguitur primo quod sic: quia albedo distinguitur ab albo et anima ab animato. ergo figura a figurato. consequētia tenet: qz isti duo termini figura et figuratum: habent se sicut abstractum et concretū. sicut etiam isti termini albedo et album: ergo sicut albedo et album significant et supponunt pro diuersis: sic etiam figura et figuratū. ¶ Secundo figuratū est substantia et figura est accidens: ergo sunt res distincte. consequentia tenet prima pars antecedentis probatur: nā es est substantia: et idem est figuratū: ergo figuratum est substantia: sed q̄d figura sit accidens patet: quia nomina figurarū sicut status: lect⁹ etc. sunt de quarta specie qualitatis ergo res significate per ipsa videntur esse qualitates siue accidentia: vt patet. ergo. ¶ Tertio figuratum sicut est statua cōponitur ex ere et figura: sed figura non sic componitur. ergo. ¶ Quarto si figura non esset aliqua res superaddita figurato: sequeretur quod statue factor vel domificator nullam rem nouā faceret superadditam rebus figuratis: sed hoc est falsum: quia tunc nō esset memorandus: consequentia tenet postq̄ figura non est res superaddita figurato. ¶ Quinto sequeretur q̄d hec eēt concedenda sigillū regis est rustici: posito q vnus rusticus haberet aliquam ceram in qua fuisset impressum sigillum regis. consequentia probatur postq̄ talis figura et dispositio nō est res distincta ab illa cera: et cum illa sit sigillū regis: sequeretur hanc esse concedendā. sigillū regis est rustici: postq̄ illa cera est rustici. ¶ Sexto si figura et figuratū essent idē sequeret q homo posset nutriri de triangulis et quadrāgulis: sed hoc est falsum: et consequentia tenet: quia carnes et panes figurati sunt figure triangularis et quadrangularis etc. et p te sunt idem: ergo.

In oppositū arguitur sic. quicqd est illud quod termino vel terminis clauditur est figura: sz quelibet res figurata termino vel terminis clauditur. ergo. maior est nota: quia diffinitio figure data a mathematico est ista. figura est que termino etc. et prius quomodo de quocunq predicat diffinitio et diffinitum minor patet ex eo q̄d nō est aliqua res figurata: quin claudatur terminis. ¶ In ista questione primo premittuntur quedam suppositiones. secundo ponende sunt conclusiones. tertio notandum est vnum dubium: et soluendum.

Quantū ad primū sit ista suppositio: quod quotienscunq contingit quod de aliquo pōt verificari aliquis terminus pter solū motū localem factū in ipso vel in alio: qui quidē terminus nō poterat prius verificari de ipso tunc talis terminus nō significat aliquā rem distinctā vel superadditā illi: de quo est de nouo verificabilis. verbi gratia. si sor. qui mihi prius erat a dextris vadat ad sinistrā: tunc hec est vera sor. est mihi sinister. ideo sinistrum nō significat aliquā rem superadditam ab ipso: quando aūt aliquod predicatū nō est de aliquo verificabile de nouo pter solum motum localem factū in ipso vel in alio: sed pter motū alterationis pprie dicte vel generationis: vel corruptionis: tunc talis terminus sic de nouo verificabilis de aliquo significat vnā dispositionē de nouo superadditā illi de quo est de nouo verificabilis: verbi gratia: hic terminus album nō potest propter solum motum localem factum de nouo verificari de aliquo: sz vt debeat de nouo de aliquo verificari: requirit q precesserit alius motus q̄z solus mot⁹ localis: et ideo iste terminus dicit significare aliquā rē de noua superadditā illi rei que significatur per illū terminū de quo de nouo hic terminus album vel calidum verificatur.

Quantum ad secundum sit prima conclusio: quod nomina figurarum non significant res distinctas a substantia. hoc probat: quia nomina figurarū possunt de nouo verificari de substātia pter solū motū localē factū: ergo non significant res distinctas a substantia: consequentia tenet per suppositionē: antecedens arguitur: quia de eadē cera potest modo verificari q̄d est spherica et pter solū motum localem et aliū situm partium potest verificari quod sit triāgularis: et per consequens sphericitas et triāgularitas: non sunt res superaddite cere successiue. Ex ista conclusiōe sequitur figuram non esse rem superadditam figurato: preter eo q̄d sphericitas non est res superaddita cere spherice: nec triangularitas cere triangulari. hoc etiam aliter probat: qz figura non videtur esse aliud q̄z superficies: qz res figurata non dicitur aliter et aliter figurata nisi secundū quod ei⁹ superficies aliter et aliter disponitur. Sed superficies non est aliqua res superaddita figurato: quod probatur quia superficies est terminus de pdicamento quantitatis. sed prius dictū est tales terminos non significare rem distinctam a substantia et quantitate: cum ergo omne figuratū est substātia vel quantitas: sequitur superficiem non esse rem distinctā a figurato: ergo. ¶ Item si figura esset res distincta a figurato: sequeretur quod quecūq figura posset annihilari manēte figurato: sed hoc est falsum: nā tunc esset vel esse posset figuratum absq hoc quod esset aliqua figura: sed hoc videtur implicare contradictionem quod aliquod corpus sit figuratum absq figura: consequentia principalis probatur: nam quascunq res distinctas abinuicem: quarū vna non est pars alterius: vnam earum deus potest conseruare: et aliam annihilare: quia vnam illarū esse sine alia non implicat cōtradictionem: modo si figura ponatur res superaddita figurato: quecunq figura potest annihilari figurato tamen manente. ¶ Secunda conclusio: esse sphericū vel esse triangulare: vel esse figuratū et sic de alijs non omnino nihil est. hoc pbatur: qz si sic tūc hec est falsa esse sphericū est esse figuratū: et sic de alijs: sed hoc est falsū: falsitas patet: quia hec est predicatio quidditatiua. consequētia tenet: quia omnis propositio est falsa cuius subiectum pro nullo supponit: modo si esse sphericum omnino nihil est: tunc subiectū illius ppositiōis: esse sphericum est esse figuratū: pro nullo supponeret: et sic predicta propositio esset falsa: et sic non potest dici q esse sphericū supponat p ista ppositiōe sphericū est: et esse figuratū supponat p illa: figuratū est: qz tunc etiā illa esset falsa esse sphericum est figuratū: quia significaret quod hec propositio sphericum est: esset ista propositio figuratum est: sed hoc est falsum: ergo etc.

Quantum ad tertium: quia dictū est quod figura non est aliud q̄z figuratum: dubitatur: vtrum figuratum et esse figuratum sint idem numero: et videtur quod nō per Aristotelem in septimo metaphysice qui dicit q̄d in dictis secundum accidens non est idem ipsum et ipsum esse: ex quo videtur quod non sit idem figuratum et esse figuratum: sphericum et esse sphericum. ¶ Respondetur quod figuratū et esse figuratum non sunt res distincte tanq̄ substātia et accidens: q̄zuis bene possit sustineri quod distinguuntur sicut res et modus rei: quem quidem modum rei nunc tēporis vocamus significabile complexe. Et qn̄ dicebatur in dictis secundum accidens etc. bene concedo in dictis secundum accidens vbi abstractum significat rem superadditam illi pro quo supponit concretum sed vbi in dictis secundum accidens abstractū non significat rem superadditam illi rei p qua supponit concretum nō oportet ipsum et ipsum esse distingui realiter: verbi gratia. albedo significat rem superadditam rei pro qua supponit hic terminus album: sequit q̄d non est idem album et esse album: quod patet: quia forte album est sor. vel plato. sed esse album est sor. et eius albedo et aliquod tale: sed quia figura nō significat rem superadditā figurato: vt dictum est: ideo figuratum et esse figuratum nō

distinguunt abinuicē. ¶ Et ex hoc potest poni vna ꝯclusio ꝙ figura ꝛ esse figuratū nō distinguunt: hoc probatur: quia illud idē quod est figuratum est esse figuratum: vt iā dictū est: ergo figura ꝛ figuratum nō distinguuntur realiter: ergo conclusio vera.

Ad rationes principales. Ad primā negatur cōsequētia. ꝛ ratio est qꝛ albedo significat rem distinctā ab albo sed nō sic figura a figurato: qꝛ nomina figurarū possunt successiue verificari de aliquo propter solum motum localem factum: sed albedo ꝛ esse album non. ¶ Ad secundā dico qꝺ non obstat ꝙ aliqui termini significant eandē rem: quorū vnus est in pdicamento vno: ꝛ alius in alio: propter hoc quia vnus forte est connotatiuus ꝛ alius non: vel forte ambo sunt connotatiui: sed nō eadem connotatione. ¶ Ad tertiam dico ꝙ est falsa de virtute sermonis statua componitur ex ere ꝛ figura: sed ad hunc intellectum concedit ꝙ in cōceptu diffinitiuo statue includitur conceptus cui subordinat hoc nomē es: ꝛ sic cui subordinat hoc nomen figura.

¶ Ad quartā dico ꝙ domificator ppter hoc non est primi dus quia aliqd de nouo pducit: sed quia disponit ipsam rē taliter qualiter nō erat prius disposita. ¶ Ad quintā dico talem esse cōcedendā: nego tamē illā esse cōcedendā sigillū regis est sigillum rustici: ꝯuis sigillum regis fit rustici: non tamen est sigillum rustici: sed bene cera rustici. ¶ Ad sextā concedo qꝺ trianguli ꝛ quadrāguli possunt nutrire hominem sed nō possunt nutrire secundū illā rationē: scḋm q̄ ista dicunt trianguli ꝛ quadrāguli: sed secundū illā secundū quā dicuntur posse restaurare deperditum: ergo ꝛc.

Questio. IIII.



Queritur vtrum res artificiales distinguantur a rebus naturalibus. ꝛ arguitur primo ꝙ sic: quia domꝰ est res artificialis: ꝛ nō est res naturalis: ergo distinguitur a re naturali: consequētia est clara. Sed secunda pars antecedentis patet: qꝛ nulla res naturalis est domus ergo per conuersionē simplicem nulla domus est res naturalis. antecedens patet. qꝛ quodlibet ens naturale est vnū: sed nulla domus est vnum sed plura. s. lapides ꝛ ligna. ¶ Secūdo statua est res artificialis ꝛ nō naturalis: ergo consequētia tenet: prima pars antecedentis patet ꝛ secūda pars probatur: nam si statua esset ens naturale: tunc ipsa esset es vel aliquod huiusmodi. sed hoc est falsum: quod probo: qꝛ bene dicimus ꝙ statua est erea: sed nō dicimus es est ereum: quia nihil predicatur de seipso denominatiue: nam falsum est dicere qꝺ albedo est alba. quare igitur de statua est verificabile aliquod predicatum: quod nō est verificabile de ere: ideo videtur qꝺ es ꝛ statua nō sunt idē. ¶ Tertio secare est motus artificialis ꝛ nō naturalis motus: ꝛ cū motus naturalis sit res nālis: si ergo secare nō est motꝰ nālis: vꝫ qꝺ nō sit res naturalis: ꝛ p ꝯsequēs aliquod artificiale nō est naturale.

¶ Quarto faber faciens cultellū: facit aliquid aliter se habere ꝙ prius se habuit: sed aliter se habere nunc q̄ priꝰ nō potest esse sine diuersitate entis. ergo videtur quod cū faber facit cultellum facit aliqꝺ diuersum ab ente qꝺ prius erat: sed hoc quod faber facit dicitur res artificialis: ꝛ preexistens dicitur res naturalis: ergo videt ꝙ res artificialis sit distincta a re naturali. ¶ Quinto illud qꝺ de nouo fit nō est idem cū illo qꝺ prius erat. Sed res artificialis vt est cultellus de nouo fit: ergo videtur non esse idem cum ferro qꝺ prius erat ergo. ¶ Sexto illa differunt abinuicem: que sic se habent. ꝙ aliqua eorum seu que sunt ab vna parte: habent in se principium motus ꝛ quietis: alia autem que sunt ab alia parte nō habent sed sic est de rebus naturalibus quod habent in se principium sui motus ꝛ quietis artificialia autē nō vt patet per Aristo. in litera. ¶ Septimo auctoritate Aristo. in litera dicentis quod eorum que sunt: alia sunt a natura: alia vero pp alias causas: et dicit Cōmentator qꝺ p causas intellexit intellectum ꝛ voluntatē ꝛ artē ꝛ similiter auctoritate cōmētatoris dicētis ꝙ forme artificiales sunt accidētia substātijs naturalibus modo accidentia distinguūtur ab illis: quorū sunt accidentia.

In oppositum arguitur. nā multe res artificiales sunt per solum motum localem. s. per ablationem aliquarum partium: vel per aliam situationem partium: ergo tales res artificiales non sunt distincte a rebus naturalibus: antecedēs patet de se: consequentia patet per precedētem questionem: nam ibi dicebatur qꝺ per solum motū localem aliqua sunt artificialia: ꝛ per talem situationem nihil superadditur rei naturali preexistenti ꝛ per cōsequens res naturalis post illam factionem est res artificialis. ¶ Secūdo arguitur expositorie. s. demonstrando hanc statuam: hec res est naturalis: quia lapis vel es: ꝛ hoc idem est res artificialis qꝛ statua: ergo res naturalis est res artificialis. ¶ Tertio auctoritate Aristo. qui concedit istam: naturalia inquātum sunt artificialia non habere in se principium sui motus ꝛ quietis: modo in ista implicatur naturalia esse artificialia ꝛ in ista artificialia inquātū naturalia bene habēt in se principium sui motus implicatur artificialia esse naturalia. Et similiter Aristo. bene concedit istas: arca est lignum: statua est es: ex quo sequitur concedere res artificiales esse naturales cum arca ꝛ statua dicant res artificiales. ¶ In ista questione primo ponā conclusiones: deinde respondebo ꝛc.

Quantum ad primum sit prima conclusio. quod nō quelibet res artificialis est res naturalis hoc pbatur: quia domus est res artificialis: ꝛ non est res naturalis: quia nullum ens naturale est domus: sed plura entia nālia sūt domꝰ. Sꝫ dices domꝰ ē res artificialis: seqtur ꝙ qꝺ domꝰ est. si conceditur domus est: ergo domus est ens. ergo substātia vel accidens nō accidens: vt patet: quia est per se seorsū existens per aggregationem plurium entiū: ergo est substātia. si est substantia: vel ergo materia: vel forma: vel compositum: sed quodcunq istorum datur ad minus domus est natura: vel ens naturale. ¶ Respondetur quod non sequitur domus est: ergo domus est ens: ꝯuis bene sequatur domus est: ergo domus est ens vel entia. ¶ Ex quo sequit correlarie quod ista a. est non debet conuerti in istam ens est a. sed in istam: ens vel entia est a vel sunt a. ¶ Sed dices quomodo est quod concedis istam domus est ens artificiale et negas istam domus est ens: dico quod hoc nomē ens est equocum ꝛ de aliquibus est verificabile simpliciter: hoc est sine additione: sicut de illis que sunt substantie: verbi gratia: homo est ens: sed de aliquibus non est verificabile simpliciter sed cum additione. ꝛ tunc dicitur verificari de terminis secundum quid: sicut de terminis accidentalibus significatiue sumptis: et hoc est quod notat Aristoteles. septimo metaphysice: quum dicit quod accidentia non sunt entia sed entis. i. de pluribus terminis accidentalibus significatiue sumptis non verificatur hoc nomen ens sine addito: sed bene cum addito: et ideo si arguitur: domus est ens artificiale ergo domus est ens: neganda est consequentia: quia arguitur a secundum quid ad simpliciter. ex quo infero qꝺ domus nihil est: eo quod nullum ens est domus: cū quo bene stat quod domus sit ens artificiale. ¶ Secunda cōclusio quod quelibet res artificialis est ens naturale vel entia naturalia. hec probatur sic. pro cuius tamen probatione: suppono primo quod rerum artificialium quedam fiunt per cōiunctionem plurium rerum naturalium vt est domus: quedam vero per ablationem aliquarum partiū sicut sunt sculpture ꝛ imagines. ꝛ quedam per solam transpositionē siue aliam situationem partium sicut figura cere per impressionem sigilli. Tunc probatur conclusio de illis que fiunt per coniunctionem partium plurium rerum naturalium: nam in factione talium nulla res de nouo generatur: ergo tales res artificiales non distinguuntur a rebus naturalibus: cōsequentia tenet ꝛ antecedens probatur: quia in factione domus: si aliqua res de nouo produceretur: aut esset forma artificialis: aut accidentalis rebus naturalibus: ꝛ hoc secundum ponentes res artificiales differre a rebus naturalibꝰ. Sed hoc non quia talis est figura que per precedentē questionē non ponitur res distincta a rebus figuratis. Item probatur: nam talis forma artificialis: sicut est figura vel

domus: vel esset tota in toto cuius est et tota in qualibet parte: vel tota in toto: et pars in parte. non potest dici primum: ex eo quod nulla forma materialis et extensa potest esse tota in toto: et tota in qualibet parte: nec potest dici secundum: scilicet quod in parte domus sit pars figure domus: seu talis forme superaddite: nam vel in ista parte domus ante factionem fuisset ista pars forme: vel non. si prefuisset tunc in factione domus: non de nouo fieret et haberetur propositum: si dicatur quod antequam domus sit in parte domus non est pars forme domus: sed quando domus primo est tunc primo in qualibet parte domus est pars forme domus: non valet: nam mirabile est: si lapidi existenti in fundo domus: qui est pars: deberet de nouo acquiri aliqua res inexistens ei: eo quod tectum poneretur supra parietes. Deinde iterum probatur conclusio de rebus que sunt solum per motum localem: nam sicut prius dicebatur: termini significantes dispositiones artificiales factas per solum motum localem non significant nec supponunt pro rebus distinctis a rebus naturalibus. ex ista conclusione sequitur: quod eadem res est es et statua: similiter eedem res ut lapides et ligna que sunt res naturales: sunt unum artificium vel ens artificiale. ¶ Tertia conclusio isti termini es et statua et similiter de alijs qui habent diuersas diffinitiones exprimentes quid nominis: subordinantur distinctis conceptibus in significando. hoc patet quia hoc nomen es de predicamento substantie est: sed hoc nomen statua de predicamento qualitatis et in quarta specie sicut sunt quecunque nomina figure et connotantia taliter esse res figuratas: ut sunt ista nomina domus/sphericum: et huiusmodi. et ex hoc sequitur quod si ab aliquo queritur quid est hoc demonstrando sphericum: male respondetur scamnum quia hic terminus scamnum: cum sit de predicamento accidentis non est predicabilis in quid de substantia sed in quale. et sic dicatur proportionabiliter de hoc nomine statua et alijs similibus.

Ad rationes principales. Ad primam concedo illud quod probat quia est pro vna conclusione. ¶ Ad secundam dico quod statua erea non est aliud quam es: ergo ita hec est concedenda es est ereum sicut statua est erea concedo: licet non sit ita propria. et quum dicitur nihil debet predicari de seipso denominatiue: dico quod quando concretum et abstractum significant distincta res et supponunt pro distinctis rebus: tunc concretum non potest vere predicari de abstracto. nec econuerso. ideo hec est falsa: albedo est alba: et etiam hec album est albedo: eo quod iste terminus albedo significat vnam rem superadditam rei habenti albedinem: sed quando concretum et abstractum non sic se habent: vnum illorum bene et vere potest predicari de alio: sicut est hec: homo est humanitas: et humanitas est homo: et quia sic in proposito est: quod ly es et ly ereum eandem rem significant: et pro eodem supponunt: ideo sequitur ipsa posse de seinuicem predicari vel verificari. ¶ Ad tertiam: secare non est motus naturalis: concedo: et quum dicitur motus naturalis est res naturalis: negatur. etiam supposito quod concederetur: non valeret consequentia: secare non est motus naturalis: ergo secare non est res naturalis: propter hoc quod arguitur ab inferiori ad superius negatiue. sicut non sequitur tu non es asinus: ergo tu non es animal. ¶ Ad quartam de cultello dico quod faber faciendo cultellum: facit aliquid scilicet ferrum aliter se habere quam prius se habuit: et quum dicitur: ergo est ibi diuersitas que prius non erat: concedo: et vlterius dico quod illa est inter partes ferri: que aliter se habeant ad inuicem quo ad situm et distantiam quam prius se habebant: tamen non est imaginandum: quod illa diuersitas sit aliquid de nouo factum. ¶ Ad quintam ens artificiale de nouo fit: dico quod hec de virtute sermonis est falsa: ens artificiale de nouo fit: sed tamen ad bonum intellectum concedi debet scilicet ad hunc sensum: quod aliquando aliquis terminus connotans dispositionem artificialem de nouo est verificabilis de pronomine demonstrante aliquam rem: quando tamen terminus significans illam rem sub ratione qua est naturalis: non de nouo est verificabilis de pronomine demonstrante eandem rem verbi gratia: demonstrato aliquo ligno potest de nouo verificari hoc nomen statua: quando non est de eo de nouo verificabile hoc nomen lignum. ¶ Ad sextam dico quod imo ista artificialia habent in se principium sui motus et quietis naturalis sicut naturalia: nec Aristo. dicit oppositum sed bene concedit illam reduplicatiuam: naturalia inquantum naturalia habent in se principium sui motus et quietis: artificialia vero inquantum artificialia non id est in conceptu quo concipio aliquam rem esse naturalem: includitur conceptus principij intrinseci motus: et quietis: sed in conceptu: quo concipio res artificiales: non includitur conceptus principij motus et quietis: quia non possem concipere ipsam habere in se principium sui motus et quietis: nihilominus tamen possem concipere aliquam rem esse artificialem: absque hoc quod concipiam ipsam habere in se principium sui motus et quietis. ¶ Ad aliam dico: quod per hoc Aristo. voluit intelligere tantum: quod rerum naturalium quedam habent suas figuras ab arte sicut es: quum facta est statua: et lapides et ligna que sunt facta domus. ¶ Ad autoritatem commentatoris dico quod per hoc ipse vult quod propositiones in quibus ponuntur termini connotantes dispositiones artificiales sunt vere per accidens: vnde hec aliquando est vera: es est statua: et aliquando falsa: adhuc ere remanente: ergo etc.

Questio.v.



Queritur vtrum diffinitio nature posita ab Aristot. in isto secundo sit bona. s. natura est principium et causa mouendi et quiescendi eius in quo est primo per se et non secundum accidens. Et arguitur primo quod non: oratio nugatoria non est bona diffinitio: sed sic est de predicta diffinitione. ergo. maior patet minor probatur: quia omne principium est per se: quum ergo dicitur principium frustra ponitur per se: et similiter per se et non secundum accidens sunt idem: ergo et similiter causa et principium idem sunt ergo sufficeret dicere solum principium vel solum causa: quum vero dicitur principium et causa videtur esse nugatio: ergo sic videtur quod triplici de causa predicta oratio sit nugatoria. ¶ Secundo predicta diffinitio non est proprie propria nature: ergo non est bona: consequentia tenet: quia bona diffinitio alicuius debet esse conuertibilis cum diffinito: et proprie propria diffinitio. antecedens probatur: quia predicta diffinitio non conuenit omni nature: nec conuenit soli nature: nec conuenit ei semper: ergo non est proprie propria nature consequentia tenet per descriptionem proprie proprij positam a Porphyrione. prima pars antecedentis probatur: quia non conuenit nature celi. quia quamuis natura celi sit principium mouendi non est tamen principium quiescendi: quia celum nunquam quiescit nec est aptum natum quiescere: et similiter non conuenit nature terre totalis: que quamuis sit principium quiescendi non tamen est principium mouendi: quia nunquam totalis terra totaliter mouetur: sed semper quiescit: cum sit in medio mundi. Secunda pars antecedentis probatur quod non conueniat soli nature quia conuenit etiam calori naturali: et similiter grauitati et leuitati: sed ista non sunt nature: quia ille non sunt substantie: oportet autem naturam esse substantiam per aristo. in isto secundo. et assumptum probatur: quia grauitas est principium mouendi graue deorsum in quo est: et similiter leuitas est principium mouendi sursum eius in quo est. et similiter calor naturalis: qui est intrinsecus animato: est principium nutritionis et augmentationis: que quidem sunt motus naturales: et similiter ars cantandi que est in habentibus artem est principium talis motus: qui est cantus: et talis fractionis notarum. similiter ars saltandi: est principium motus. s. saltus: et est intrinsecum saltanti: tamen nec ars saltandi: nec ars cantandi sunt nature: propter hoc: quia sunt accidentia. Tertia pars antecedentis probatur: quod predicta diffinitio non conueniat semper nature: nam quando lapis proijcitur sursum: tunc nec natura lapidis est principium mouendi: nec quiescendi: nam tunc ille lapis non quiescit: nec mouetur: nam talis motus sicut est motus sursum qualem tunc habet lapis: natura lapidis non est principium propter hoc quod talis motus lapidis sic est violentus. ¶ Tertio substantia non debet diffiniri per accidens: nam per Aristote. septimo metaphysice diffinitiones substantiarum non debent dari per additamentum: sed motus et quies sunt accidentia natu

tia: nature autem substantia ergo diffinitio nature non debet dari per motum: et quietem: et per consequens cum precta diffinitio sit data per huiusmodi; sequitur ⁊c. ¶ Quarto nullum absolutum debet diffiniri per respectiuum; sed natura est quid absolutum: et principium est quoddam respectiuum; ergo, maior est vera ex eo quod respectiuum nec est genus nec differentia ⁊ essentiale absoluti: sed quod natura sit absolutum patet; quia omnis natura est substātia: ⁊ hoc est quoddam absolutū: principium autem dicitur relatiue ad principiatum; ergo. ¶ Quinto nullum positiuum debet diffiniri per priuatiuum: sed natura est quoddam positiuum: quies autem priuatiuum; est enim priuatio motus; ergo natura non debet diffiniri per quietem. maior est nota ex eo q̄d diffinitio debet dari per notiora sexto topic. sed priuatio nō est notior positione: quia habitus non cognoscitur per priuationem; sed econuerso; priuatio per habitum cognoscitur. ¶ Sexto nullum idem est principium oppositorum: q̄: idem inquantum idem semper natum est facere idem: sed quies et motus sunt opposita. ergo natura existens eadem non est principium motus et quietis. Et confirmatur: nam impossibile est quod idem inquātum idem moueatur et quiescat: ergo impossibile est quod natura simul sit principium mouendi et quiescendi ⁊c. ¶ Septimo illud quod est finis non est principium; natura enim est forma: que est finis generationis: et per consequens non est principium mouēdi ⁊ quiescendi; cuius oppositū dicitur in diffinitiōe nature. ¶ Octauo quies nihil est; ergo nihil est principium, eius, nec per cōsequens aliquid est principium quiescendi: cuius oppositū iam dictum est in diffinitione nature. ergo ⁊c.

In oppositum est Aristo. in secundo: tractatu primo.

In questione primo videndum est de expositione diffinitionis nature. Secundo videndum est quomodo predicta diffinitio conueniat nature celesti ⁊ secundum hoc erunt duo articuli ⁊c.

Quantum ad primum sciēdum: quamuis

hoc nomen natura supponat pro substantia scilicet pro materia ⁊ forma: non tamen est in predicamento substātie: quia non significat substantiam absolute sed in ordine et in respectu ad motum: et quietem naturalem: cuius talis substantia est principium actiuum et passiuum: et propter hoc natura est in predicamento ad aliquid sicut est hoc nomen pater. Ex quo sequitur quod si per imaginationem forma lapidis conseruaretur separata a lapide: quod ipsa desineret esse natura; q̄uis non desineret esse propter hoc quia desineret esse principium intrinsecum actiuum et passiuum quiescendi et mouendi; veruntamen accipiendo hoc nomen natura large prout natura alicuius dicitur essentia eius: tunc illa forma separata bene diceretur natura: eo modo quo dicerem⁹ deum esse naturam: sed hoc est large accipiendo hoc nomen natura. Isto dicto accedamus ad expositionem et declarationem predicte diffinitionis: pro quo est sciendum quod in predicta diffinitione dicitur principium et causa: et ratio potest assignari dupliciter: et primo quia q̄uis ista duo nomina idem significent: tamen quia forte significatio vnius est notior significatione alterius ipse ponit ista duo nomina ac si vellet vnum exponere per reliquum: et ex hoc patet qualiter sine nugatione ponitur principium et causa. ¶ Alia ratio potest esse quod per ista nomina Aristo. vult nobis exprimere duplicem naturam scilicet materiam et formam ita quod per principium vult exprimere materiam: et per causam formam; et si dicatur: quod nulla natura sit materia et forma: nec oportet exponere per et: sed per vel: ita quod dicatur natura est principium vel causa: et cum omne principiū vel causa sit actiua vel passiua: bonum est exprimere ly actiuum et ly passiuum; ita quod dicatur natura est principium passiuum vel causa actiua mouendi ⁊ quiescendi. et hoc bene notatur per ista participia mouendi et quiescendi futuri temporis. Ex hoc saluentur tunc alique instantie: que fierent quum lapis proiicitur sursum: natura lapidis est principium mouendi ⁊ quiescendi: ex eo quod potest mouere lapidem naturaliter ⁊ facere quiescere lapidē naturaliter. Et vlterius sciendum quod in predicta diffinitione ponitur ly eius in quo est: ad differentiā mouentium extrinsecorum: sicut est proiiciēs lapidem sursum: nam q̄uis tale sit principium motus istius lapidis: non tamen propter hoc est natura lapidis: quia nō est in lapide seu in illo quod mouetur: sed est extrinsecum eius. Similiter quū dicitur: per se: hoc dicitur ad differentiam causarum per accidēs motus naturalis vel quietis: et quum dicitur: primo: ponitur ad differētiam qualitatum motiuarum: sicut sunt grauitas: et leuitas: que quāuis sint cause per se mouendi et quiescendi eius in quo sunt: non tamen sunt cause prime nec principales: sed instrumentales: causa autem principalis est ipsa natura: puta forma substantialis vel materia ipsius grauis: vel leuis: ita quod ly primum contrahit ly per se. deinde ponitur: non secundū accidens quod debet esse determinatio illius quod est per se: et ponitur ad differentiam quarundam artium: que q̄uis sint principium motus illius: in quo sunt: tamen quia sunt in illo secundum accidens ideo non dicuntur nature illius: sicut ars medicinalis aliquis enim habens medicinaz potest per illam seipsum sanare: sed quia ars medicine est illi secundum accidens: q̄uis sit causa illius sanationis: non tamen est natura illius: quia non inest ei per se: quod tamen requireretur ad hoc quod diceretur natura. Sic igitur exposita diffinitione nature: potest sic exponi explicite: natura est principium per se et principium actiuum et passiuum mouēdi et quiescendi eius in quo est per se: et non secundum accidens. Quia diffinitione sic declarata: patet quod nō est nugatoria: quia illa membra que videntur in dicta diffinitione facere nugationem non referūtur ad idem: sed ad diuersa: vt declaratum est. ¶ Tunc sit prima conclusio: ista predicta diffinitio nature est conueniēter data: per genus scilicet per ly principium: et per differentias scilicet per alia posita in diffinitione nature: que sufficienter naturā distinguunt a quocunq̄ alio: cum quo dicitur conuenire. cōfirmatur nam predicta diffinitio explicat totum conceptum nature: et per consequens est bona.

Quantum ad secundū sciendū est quod tri

pliciter capitur naturale: vno modo prout distinguitur contra supernaturale: et sic non accipitur in proposito. ¶ Secūdo modo accipitur prout distinguitur contra voluntariū: ⁊ sic iterum non accipitur in proposito. ¶ Tertio modo capitur prout distinguitur contra violentum: et non cōtra illud quod inest alicui preter naturā. sicut motus circularis inest igni preter naturam in sphera sua. ¶ Secundo nota quod celum sumitur dupliciter; vno modo excludendo motorem: alio modo cum inclusione motoris. ¶ Tunc sit prima cōclusio: q̄ accipiendo celum secundo modo motus celi est naturalis accipiendo naturale tertio modo: ⁊ cum hac conclusione patet predictam diffinitionē vere competere nature celi propter hoc q̄ eius motus est naturalis: sed non esset naturalis nisi esset a natura que est principium mouendi et quiescendi per se primo: eius in quo est: non secundum accidens hoc igitur probatur: quia motus celi est actiue a motore intrinseco celi accipiendo celum cum inclusione motoris: cuius principium passiuū est ipsum celum: accipiendo celum cum exclusione motoris. Est tamē sciendū quod natura motiua celi non solum est principium mouendi celum circulariter: sed etiam est principium quiescendi celum in loco suo: in quo est: ⁊ nunq̄ recedit: vnde celum totale semper manet in eodem loco q̄uis secundū eius partes mutet locum. ¶ Secundo probatur conclusio, motus celi est perpetuus: ergo non est violentus: quia nullū violentum perpetuum primo celi: ergo est naturalis: prout naturale distinguitur contra violentum. ¶ Tertio motus celi principaliter intenditur a natura: sed in istis inferioribus non intenditur principaliter motus: sed principaliter intenditur quies: ⁊ motus propter quietē; ergo motus celi est maxime naturalis accipiendo naturale predicto modo. Sz dices. sic sequeretur q̄ in fine deberet esse velocior q̄ in principio: negatur consequētia: q̄: motū naturalē velocitari in fine solū conuenit motibus naturalibus rectis: sicut sunt motus sursum ⁊ motus deorsuz: sed non in naturalibus circularibus: sicut est celi.

Ad rationes. Ad primam patet ex questio

ne solutio: quū ostendebatur predictā diffinitionē non esse nugatoriam. ¶ Ad secundā negatur antecedens: et quū probatur: quod nō competit nature: imo dicitur quod sic. sicut iam dicebatur natura celi non est soluz causa mouendi: sed

quiescendi

quiescendi in loco in quo mouetur circulariter a quo nunq̄
recedit et quum dicebatur de natura terre totali: dico quod
natura eius est principium actiuum sui motus: et non soluz
quietis. et quum dicebatur semper quiescit: nego: vnde ma=
gis credo quod semper moueatur: vnde imaginor: quod cū
medietas terre sit eque grauis vt est altera et cum vni earū
fit ablatio: quod tunc vna earum fit grauior: et mouebitur
pellendo aliam tam diu quod centrum totius grauitatis
fiat medium mundi: quia alique partes terre cū fluuijs cur=
rentibus ad mare fluūt et portant de terra ex vna parte ad
mare: tūc terra ex vna parte fit grauior tantū: quod semper
alia ⁊ alia pars terre est in medio mundi: et pellitur versus
nos: in tantum ꝙ aliquando terra que erat in centro: nunc
est in superficie et econuerso. ¶ Ad probationē secunde par
tis: dico quod non conuenit grauitati: nec leuitati: nec calo=
ri naturali. q̄muis hec omnia sint principium intrinsecū mo=
tus et quietis: non tamen sunt principia principalia: sed in=
strumentalia: et hoc notabatur per ly primum: in diffinitio=
ne nature. de arte vero cantandi ⁊ saltandi dico quod non
sunt principia motuum sed bene sunt principia talis modi
mouēdi: vnde principium principale est forma: sed talis mo
di cantandi: ⁊ talis modi saltandi principium: bene est ars.
¶ Et tunc ad probationem tertie partis: dico quod q̄muis
natura non sit semper principium motus: et quietis: est ta=
men semper principium actiuum et passiuum motus ⁊ quie
tis: et hoc notauit per ly mouendi et quiescendi: que parti=
cule sunt participia futuri temporis. ¶ Ad tertiam conce=
do substantiam non debere diffiniri per accidentia: et cum
dicitur omnis natura est substantia: cōcedo. tamen stat hoc
nomē natura esse de predicamento accidentis: quia est no=
men connotatiuum vt prius dicebatur: et ideo eius diffini=
tio potest dari per nomina de predicamento accidentium.
¶ Ad quartam cōcedo quod nullum absolutum debet dif=
finiri per respectiuum: et tunc dico quod hoc nomē natura
non est absolutum: sed respectiuum: q̄muis bene supponat p
re que est significabilis per nomen absolutum. ¶ Ad quin=
tam dico quod nomen priuatiuum non est prius notum q̄
cui priuatiue opponitur: nihilominus tamen potest esse no=
tius positiuo: cui tamen priuatiue opponitur. ⁊ sic est in pro
posito de quiete: et natura quia quies: q̄muis sit minus nota
motu cui priuatiue opponitur: est tamē notior nature cui nō
priuatiue opponitur. ¶ Ad sextam dico quod motus alicu=
ius: et quies naturalis eiusdem non sunt opposita: quorum
natura est principium: q̄muis bene quieti naturali mot⁹ vio=
lentus opponatur: et quieti violēte motus naturalis. ¶ Et
ad confirmationem dico: quod q̄muis non sit possibile: idem
secundum se totum simul moueri et quiescere: tamen in eo
potest esse principium actiuum et passiuum motus secundū
suas partes: et quietis secundum se totum: sicut dictum est
de celo. ¶ Ad septimam dico: quod q̄muis natura sit finis
vnius mutationis: tamen potest esse principium alterius: se
cundum quod est de forma. ¶ Ad octauam dico: quod quic
quid dicatur de quiete: vtrum sit aliquid: vel nihil: saltem
natura est principium et causa eius quod aliquid quiescat
in suo loco naturali.

Questio.VI.



Queritur nunc sexto vtrum na
tura bene diuidatur in materiam et for=
mam. et arguitur primo quod non: quia
nulla natura diuiditur in materiaz ⁊ for=
mam ergo questio falsa: consequentia te=
net: antecedens probatur: quia nec mate=
ria diuiditur in materiam ⁊ formam: nec
forma: sed omnis natura est materia: vel forma: ergo. ¶ Se=
cundo. compositum diuiditur in materiam: et formam: sed
compositum non est natura. ergo. consequentia tenet: quia
nihil aliud a composito: est diuisibile in materiam et formā
cum nihil aliud a composito: sit compositum ex materia et
forma: nihil autem est in aliquo diuisibile quin ex illo com=
ponatur antecedens patet de se quo ad vtranq̄ partem.
¶ Tertio si sic tunc illa diuisio non videretur esse alia q̄ se
cundum diuisionem vocis in sua significata: sed hoc non est
quia tunc videretur quod hoc nomen natura esset equiuo=
cum: sed hoc est falsum: quia significat materiam et formam
sub eadem ratione scilicet quod vtrunq̄ eorum est princi=
pium mouendi et quiescendi eius in quo est per se et non se=
cundum accidens. ¶ Quarto nec materia: nec forma est na
tura: ergo questio falsa. antecedens probatur: quia natura
dicitur quasi nascentia rerum: siue generatio rerum: ergo.
¶ Quinto: si natura diuideretur in materiam et formam:
hoc esset in materiam substantialem: et formam substantia=
lem: sed hoc est falsum: quia forma substantialis non magis
videtur esse res distincta a materia: q̄ forma artificialis: vn
de sicut forma artificialis est tota substantia artificialium:
ita videtur quod materia naturalium sit totalis substantia
naturalium: quod aliter ⁊ aliter est formata: absq̄ hoc quod
in ipsa materia generetur aliqua res noua. multo magis vi
detur quod agens naturale possit materiam facere diuersi=
mode esse figuratam absq̄ productione alicuius rei de no=
uo: puta forma substantialis.

In oppositum est Aristoteles in isto secun
do capitulo huius tractatus. ¶ In ista questione primo po
no aliquas propositiones: secundo mouebo aliqua dubia ⁊
soluam.

Quantum ad primum sit ista conclusio pri
ma: quod materia est natura: que probatur sic: materie com
petit diffinitio nature: ergo. consequentia tenet: antecedēs
probatur: quia materia est cui competit principium intrin=
secum passiuum sui motus et quietis eius in quo est per se
primo et non secundum accidens quia ens naturale moue=
tur et quiescit ratione materie que est subiectum motus vel
quietis. ¶ Secunda conclusio quod forma substātialis est
natura: hoc probatur quia est principium mouendi et quie=
scendi primo eius in quo est per se et non secundū accidens:
ergo conclusio vera: consequentia tenet per diffinitionē na=
ture. Sed dices videtur quod forma non sit natura: quia si
sic hoc videtur propter hoc quia ipsa est principale actiuuz
motus et quietis illi⁹ cuius est. sed hoc est falsum: quia prin
cipale principium cuiuslibet motus est ipse deus. Respōdeo
quod forma est natura non propter hoc quod est principale
actiuum motus ⁊ quietis: modo q̄muis prim⁹ motor sit prin=
cipale principium cuiuslibet motus: et quietis: non tamē est
principium intrinsecum: sed extrinsecum: nam primus mo=
tor cuiuslibet quod mouetur vel quiescit est principiū extrin
secum. ¶ Tertia conclusio: nihil aliud a materia: et a forma
est natura: hoc probatur quia nihil aliud est principium in=
trinsecum mouendi ⁊ quiescēdi eius in quo est primo ⁊ per
se: et non secundum accidens: ergo nihil aliud est natura: et
semper intelligendo de forma substantiali. ¶ Iste cōclusio=
nes sunt de mente Aristo. in isto secundo capitulo predicto:
in quo ostendit de quo dicitur hoc nomen natura: vbi soluz
materiam ⁊ formam vocat naturam: sed cōposita vocat na=
turalia vel habentia naturam: ⁊ accidentia vocat entia se=
cundum naturam. Ex hoc sequitur quod natura bene ⁊ suf=
ficienter diuiditur in materiam ⁊ formam non intelligendo
de diuisiōe reali sed logicali. ¶ Ex predictis sequitur: quod
nullum accidens est natura: nam nullum accidens est sub=
stantia vt dictum est: ergo nullum accidēs est natura. ¶ Se
cundo nullum accidens est pars essentialis alicuius entis:
ergo nullum accidens est natura. ¶ Tertio qua ratiōe vnū
accidēs esset natura: eadem ratione quodlibet aliud: ⁊ per
consequens sequeretur ꝙ forma artificialis esset natura. et
per consequens artificialia inquantum artificialia haberēt
in se principium motus et quietis quod est contra Aristote=
lem in isto secundo. Ulterius sequitur quod nullū accidens
est principium intrinsecum principale passiuū nec actiuum
motus et quietis: patet quia nullum accidens est natura. se
quitur. vlterius quod nullū accidens est principale produ=
ctiuum alicuius effectus: neq̄ forme substantialis: neq̄ acci
dentalis: nam sic tunc esset principium principale actiuum
alicuius motus: cuius oppositum dictum est. sequitur vlte=
rius quod caliditas non est principale productiuum calo
ris nec frigiditas frigiditatis.

Quantum ad secundum sit prima dubita=
tio: nā videt̄ ꝙ accidens possit esse principale actiuū alicui⁹
mot⁹: nam si caliditas esset separata per imaginationē: ad
huc ageret: ⁊ cum non videt̄ esse aliud principale principiū

actiuū preter agentia superiora q̄ȝ caliditas: modo qua ratione tunc esset principale agens: eadem ratione nunc quando erat in subiecto: ergo. ¶ Secundo videtur ꝙ esset principale subiectū motus: nam posito per imaginationem quod grauitas esset separata a subiecto: ⁊ poneretur sursum: ipsa descenderet vt videtur: et talis descensus non videtur esse aliud subiectū q̄ȝ illa grauitas: ergo ⁊c. ¶ Tertio lumen est productiuum caloris: sed lumen est accidens: ergo accidēs est productiuū alicuius. ¶ Quarto albedo est accidens: et est principale agens speciei visibilis in oculo: ergo. ¶ Quinto: nam dicitur quod ignis inquātum calidus calefacit: modo hoc non esset verum: vt videtur: nisi caliditas esset principale agens calefactionis: ergo. ¶ Sexto: nam dicit Arist. in secundo de generatione: quod qualitatū primarum quedam sunt actiue: ⁊ quedam passiue: modo hoc non videtur esse verum nisi accidentia essent principalia agentia alicuius actionis. ¶ Septimo sic. illud est principale agens alicuius effectus cui tales effectus assimilantur: sed sic est de aliquibus accidentibus: quod patet: quia quum ignis agit caliditatem in aquam: caliditas aque assimilatur caliditati ignis et non igni: ergo. ¶ Octauo sic illud est principale alicuius actionis: ad cuius augmentationem intēditur velocitas actionis: sed sic est de quibusdam accidētibus: quia ad augmentationem caliditatis alicuius agentis intenditur velocitas ipsius actionis: ergo. ¶ Nono illud est principale agens in aliqua actione penes cuius proportionem ad resistentiam attenditur velocitas actionis: sed sic est de accidentibus. quod patet: quia si aliquid calidum agit in aliquod frigidum velocitas talis actionis attenditur penes proportionem caliditatis ad frigiditatem. ¶ Decimo si sic non esset sequeretur quod idem simul frigefaceret ⁊ calefaceret: consequentia patet de forma substantiali aque. illa enī calefacit: ex quo caliditas inducte caliditatis non est agēs principale. et illa ita frigefacit: quia reducit aquam calefactam ad frigiditatem ⁊c. ¶ Ad ista respōdetur. pro quo notandum quod solet distingui duplex agens: principale ⁊ instrumentale: modo in omni actione principale agēs est substantia: instrumentale autem potest esse aliqua res superaddita substantie sicut est caliditas in actione ipsius ignis: vel potest esse quidam modus se habendi ipsius substantie. sicut est acuties ipsius cultelli: dicimus enim quod cultellus incidit in quantum acutus: si enim non esset acutus nō scinderet: vel saltem non bene. ¶ Isto notato dico quod ad primum argumētum quod impossibile est naturaliter quod talis grauitas separaretur a substantia: sed cum hoc contingat miraculose: tunc talia non sunt accidentia: quia ex quid nominis accidentis implicat contradictionem accidēs esse sine subiecto: sed tunc illa habent se ad modum substantie: et tunc separans ea a substantia suppleret vicem substantie: que deberet esse principale principium actiuum: vel passiuum talis motus: vel quietis ex hoc patet quid sit dicendum ad primam et secundam rationem. ¶ Ad tertiam de lumine dico quod non est agens principale sed instrumentale caloris. ¶ Ad quartam similiter dico quod albedo non est principium adhuc productiuum speciei: sed substantia mediante albedine tanq̄ȝ mediante instrumento. ¶ Ad quintam et sextam dico similiter ⁊c. ¶ Ad septimam dico quod non omne illud est agens principale: cui similatur effectus. vnde aliquando effectus fabri assimilatur instrumēto sicut quando cum malleo fabricat malleum. ¶ Ad octauam dico quod non oportet omne hoc esse agens principale ad cuius augmentationem velocitatur actio: sed sufficit quod sit instrumentale: vnde cum acuties cultelli intenditur melius scindit: non propter hoc acuties est agens principale. ¶ Ad nonam dico quod non oportet hoc esse agens principale penes cuius proportionem ad resistentiam attēditur velocitas: sed sufficit quod sit agens instrumentale. ¶ Ad vltimam dico quod non est inconueniens idem frigefacere vnum: et calefacere reliquum ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primam concedo quod nulla natura diuiditur in materiam: et formam: cum hoc tamen stat quod illa que significantur per hoc nomen natura coniunctum: significantur per ista duo nomina diuisim scilicet materia et forma: et ita debet intelligi quum dicitur: quod natura diuiditur in materiam et formam. ⁊ ex hoc patet ad secundam rationem. ¶ Ad tertiam dico quod non propter hoc: hoc nomē natura est equiuocum: nam hoc nomen animal: q̄ȝuis diuidatur in asinum et hominem tamē est vniuocum. ¶ Ad quartam dico: quod tam materia: q̄ȝ forma est rerum nascentia: nam quodlibet eorū est generatio. dictum est in primo huius: quod generatio aliquādo accipitur pro materia: aliquādo pro forma. ¶ Ad quintam dico quod non est simile de forma cultelli artificialiū: ⁊ de forma naturaliū: nam propter mutationem forme artificialis: non mutatur interrogatio seu responsio facta ad questionē per quid: sicut bene mutatur ad mutationem forme substantialis. et quando dicitur agens artificiale potest disponere materiam sic quod omnino appareat alia q̄ȝ prius absq̧ productione alicuius de nouo: concedo: ergo hoc potest facere agens naturale: concedo: sed tamen non hoc facit: vnde non potest rem disponere taliter ꝙ mutetur responsio facta ad interrogationem per quid nisi producat aliquam rem de nouo in materia puta formam substantialem ⁊c.

Questio. VII.



Queritur consequēter vtrum differentia quam assignat Aristo. inter scientiam naturalem: et mathematicam sit bene assignata scilicet quod sciētia naturalis diffinit per motum: mathematica autem non. Et primo arguitur sic: mathematica non differt a scientia naturali: probatur: nam omnis scientia: saltem humana est a natura puta ab intellectu: et confirmatur: nam mathematica est de magnitudine naturali: ergo est scientia naturalis. consequentia tenet: nam hoc videtur sufficere ad hoc quod sit naturalis: antecedens probatur: nam omnis magnitudo est naturalis: ex eo quod secundum quod dictum est primo: huius magnitudo non distinguitur: seu non ponitur res distincta a re magna: deinde probatur: supposito quod scientia naturalis et mathematica essent scientie distincte quod adhuc mathematicus non differret a naturali: nam posito quod esset idem homo qui haberet scientiam naturalem: et mathematicam: tunc ille homo esset mathematicus: et non differret a naturali: ex eo quod etiā est naturalis quia habet sciētiam naturalem. ¶ Et confirmatur: omnis homo est naturalis: mathematicus est homo: ergo est naturalis: ergo non differt a naturali. discursus est bonus: premisse sunt vere: de minori notum est de se: sed de maiori probatur: nam omnis homo est compositus ex materia: et forma: et per consequēs omnis homo est naturalis. ¶ Deinde probatur quod mathematicus diffiniat per motum: nam mathematicus diffiniēs circulum: dicit quod circulus est figura plana in cuius medio est punctus: a quo omnes linee ducte ad circunferentiā sunt equales. ecce qualiter in ista diffinitione ponitur hic terminus ducte qui est terminus connotās motum. Deinde probatur quod non semper naturalis diffinit per motū: nam naturalis consyderat aliqua immobilia: sicut primum motorem: qui est omnino immutabilis: ergo non debet diffinire ipsum per motum. similiter naturalis primam materiā consyderat: que nullum motum sibi determinat: ergo diffiniens ipsam non debet eam diffinire per motum. similiter naturalis consyderat de substantiis naturalibus: cum ergo motus sit accidens: et substantie non debeant diffiniri per accidentia: sequitur naturalem non semper diffinire per motum.

In oppositum vult Aristo. in isto secundo tractatu. capitulo primo. ¶ In ista questione primo ponam aliquas propositiones pro expositione terminorū. secundo ponam aliquas conclusiones ex quibus patebit responsio.

Quantum ad primum supponēdum est ꝙ non est impossibile de eadem re habere distinctas notitias. istud clare patet: nam de eodem posset haberi notitia: quod sit librarius et ignorare quod sit scriptor: ita de eodem posset haberi notitia: quod sit scriptor: ⁊ ignorare q̄d sit librarius. Isto supposito dico primo quod ad hoc quod aliqua scientia dicatur naturalis: non sufficit ꝙ sit a natura: patet hoc nā si hoc sufficeret: tunc oīs humana sciētia esset naturalis.

ralis. ¶ Secūdo dico ad hoc ꝙ aliqua sciētia dicatur naturalis: non sufficit ꝙ ɔsyderet de rebus naturalibus nā si sic tunc scientia mathematica deberet dici naturalis. Sed hoc est falsum: consequentia tenet ex eo ꝙ scientia mathematica consyderat pro omnibus rebus mūdi: consyderat enim terminos pro omnibus rebus mundi supponentibus. ¶ Tertio dico ꝙ ad hoc ꝙ aliqua sciētia dicat̄ naturalis: requirit̄ ⁊ sufficit: ꝙ de illis de quibus consyderat cōsyderet aliqua quorū natura est principium sicut motus ⁊ operationes naturales. i. ꝙ cōsyderet de terminis supponētibus pro rebus naturalibus ⁊ inuestiget terminos connotātes motū ⁊ operationes naturales: ⁊ hoc est cōsyderare de rebus naturalibus: secundum ꝙ sunt naturales: ⁊ ex hoc sequit̄ ꝙ oēs illi termini dicunt̄ termini naturales: qui cōnotant motum vel in cuius conceptu includitur conceptus ipsius motus. Illi aūt termini dicunt̄ mathematici qui non cōnotant motum sed connotant magnitudinem ⁊ mensuram.

Quantū ad secundum sit prima conclusio ꝙ omnis terminus pertinens ad scientiam naturalē: si perfecte debet diffiniri opꝫ ꝙ in eius diffinitione exprimēte q̄d nominis ponat̄ aliquis terminus exprimens motus vel mutationes: ꝓbatur: nā sicut iā dictū est: omnis terminus naturalis vel pertinens ad consyderationē sciētie naturalis est connotatiuus motus: ⁊ q̄ sic est sequit̄ ꝙ nunq̄ eius significatio exprimitur nisi in eius diffinitione exprimēte quid nominis ponatur terminus significans motum vel mutationem: sed cōtra hoc instatur sic. Primus motor est de cōsyderatione scientie naturalis: ⁊ tū in eius diffinitione nō ponit̄ ille terminus motus: quia est omnino immobilis: sequit̄ q̄d in eius diffinitione non debet exprimi aliquis termin⁹ connotans motū vel mutationē. ¶ Respōdet̄ ꝙ q̄uis primus motor sit immobilis: tū q̄ mouet opꝫ ꝙ in eius diffinitione exprimēte quid nominis exprimat̄ motus: ⁊ hoc patet: nam naturalis volens describere istū terminū: primus motor: describit eum sic: primus motor est principium mouens immobile. Et nota ꝙ si aliqui termini absoluti consyderant̄ a philosopho naturali: illi nō cōsyderant̄ absolute: sed respectiue ad motum et ad operationes naturales: et propter hoc etiā naturalis diffiniens terminos non diffinit eos per predicata quidditatiua. Sed hoc pertinet ad metaphysicum: sed ꝑ predicata connotantia: vnde diffiniens hominem non diffinit eū sic: homo est animal rationale mortale: sed sic: homo est quoddā compositū: ex anima ⁊ corpore: sed si mathematicus deberet diffinire eundē: hoc esset per predicata connotantia extensionem: seu magnitudinē: ⁊ ideo q̄uis idem terminus a pluribus artib⁹ posset describi: tamē hoc esset per terminos alterius: et alterius connotationis recte a simili: sicut si diceretur prius: quod de eodem homine habeo notitiam quod sit librarius ⁊c. volens ergo describere eum secūdū officiū quod pertinet ad librarios: vel scriptores. ¶ Secunda conclusio. Termini mathematici ad hoc ꝙ perfecte describantur: non oportet ꝙ in eorum diffinitionibus exprimantur termini connotantes motū: et operationes naturales: imo nō debent per huiusmodi terminos describi: patet: nam sicut dictum est termini mathematici: non connotant motum: et ideo quia in eorum conceptu non includitur conceptus motus: sequitur quod nec in diffinitionibus debet exprimi terminus significans motum: vel aliquid in ordine ad motum. ¶ Tertia conclusio. si termini mathematici deberent perfecte describi oporteret quod in eorum diffinitionibus exprimerentur termini significantes magnitudinem: vel mensuram: hoc patet: nam in eorum conceptibus includuntur termini significatiui figure: vel magnitudinis: propter quod si in eorum diffinitionib⁹ huiusmodi termini nō exprimerentur tunc eorum diffinitiones essent imperfecte ⁊ diminute. ¶ Quarta conclusio scientia mathematica ⁊ sciētia naturalis non sunt distincte propter hoc ꝙ consyderant de distinctis rebus: patet hoc: nam ex quo quelibet earum de omnibus rebus cōsyderat: sicut iam dictum est sequitur ipsas non propter hoc esse distinctas. ¶ Quinta conclusio: nec propter hoc sunt eedem: quia de eisdem rebus consyderant: patet hoc nam de eadem re bene possunt haberi notitie distincte sicut prius dicebatur. ¶ Sexta conclusio. sciētia mathematica: et scientia naturalis distinguuntur: quia naturalis consyderat terminos connotantes motum ⁊ operationes naturales: vel aliqua in ordine ad motum mathematica vero consyderat terminos non connotantes motū. et sic est declaratum. ¶ Septima conclusio. q̄uis idem homo sit mathematicus: ⁊ naturalis tamen isti termini mathematicus: ⁊ naturalis habēt diuersas diffinitiones exprimētes quid nominis: patet quia in diffinitione huius termini naturalis: exprimitur hic terminus scientiam significās naturalem: et nō scientiam mathematicam Sed in descriptione huius termini mathematicus est econuerso: et hoc est q̄d solet dici sub his verbis: licet isti termini mathematicus: et naturalis supponant pro eadem re habent tamen diuersas diffinitiones quid nominis ⁊c.

Ad rōnes principales. Ad primam patet ꝙ nō propterea dicit̄ sciā naturalis: q̄ sit a natura: vt dictū est. ¶ Ad scd̄am patet ex dictis. ¶ Ad aliā de differētia inter mathematicā ⁊ naturalē: pꝫ sicut in conclusionib⁹. ¶ Ad aliā qua arguebat̄ mathematicus ⁊c. dico ꝙ nō diffinit per motū ꝓprie sicut naturalis: sed solū imaginarie. Vñ mathematicus nō curat vtrū de centro circulari vere sint ducte linee vel non: sed sufficit sibi ꝙ imaginat̄. ¶ Ad aliā qua probatur ꝙ naturalis cōsyderat de primo motore: de hoc dictū est in q̄stiōe. Sꝫ de materia pria dico ꝙ q̄uis ipsa sit indifferens ad quēlibet motū: tū naturalis de ipa ɔsyderans: non cōsyderat de ea s̄m ꝙ est taliter inde terminata: hoc pertinet ad metaphysicum: sed de ea consyderat s̄m ꝙ principiū passiuū motus et quietis naturalis: accipiendo motū large prout se extendit nō solū ad mutationē successiuā: verū etiā subitā. Sic ergo patet: qualr̄ naturalis consyderat materiā in ordine ad motū: ⁊ similiter alia: mathematic⁹ vero nō. Et hoc notauit Arist. scd̄o huius: quū dicit mathematicus abstrahit a motu: naturalis autem non.

Questio. VIII.



Queritur octauo vtrū scientie medie inter mathematicas puras ⁊ naturales puras magis sint naturales q̄ mathematice. Et arguitur primo quod non sunt alique sciētie medie: inter predictas scientias: quia si sic vel essent medie per abnegationem: vel essent medie per participationē: nō pōt dici ꝙ ꝑ abnegationē: nam cū scientie medie ponantur speculatiue: sequit̄ ꝙ Arist. in sexto metaphysice non sufficiēter diuisisset sciētiā speculatiuā in mathematicā et naturalē postq̄ sciētie medie dicunt̄ medie per abnegationē inter sciētiā naturalē ⁊ mathematicā. nec sunt medie ꝑ participationē: nā tūc haberēt ptim de vna: ⁊ partim de alia: sed hoc est falsum: ex quo quelibet earū ponit̄ esse habitus simplex. ¶ Scd̄o termini mediarū scientiarū vel connotant motū vel nō. si sic tunc sunt pure naturales: ⁊ tūc nō debent dici medie: si nō: tunc dicuntur mathematice pure ⁊ tūc etiā nō sunt medie. ¶ Tertio ꝓbat̄: ꝙ sint magis mathematice: q̄ naturales: nam enumerant̄ inter mathematicas: quū eīm numerant̄ mathematice: numerant̄ iste. s. Arythmetica Geometria: Musica: ꝑspectiua: Astrologia. ecce qualiter vltime tres: que dicunt̄ medie numerant̄ cū scientiis mathematicis sicut prime due. ¶ Quarto scientie medie subordinant̄ scientiis pure mathematicis: ergo videntur esse magis mathematice q̄ naturales: ɔn̄tia tenet ex eo ꝙ scientie subordinate dicunt̄ esse eiusdē gn̄is: antecedens ꝓbatur: nā scientie medie vtunt̄ eisdē principiis scientiarū pure mathematicarū: q̄d nō facerent nisi eis subordinarent̄. ¶ Quinto scientie medie capiunt certitudinem a principiis scientiarum pure mathematicarum ergo etiā videt̄ ꝙ denominationē: ⁊ per consequens magis debēt dici mathematice: q̄ naturales: antecedens ꝓbat̄: q̄ scientie medie vtuntur principiis scientiarum pure mathematicarum: ergo ⁊c.

In oppositū vult Aristo. in isto secūdo tractatu capitulo primo vbi videt̄ dicere sciētias medias esse magis naturales q̄ mathematicas. ¶ In questione primo ponende sunt alique distinctiones. secundo quedā conclusiones. tertio respondetur ad quesitum.

Quantū ad primum sciendū est ꝙ propositionum quedam sunt cōposite ex terminis naturalibus in

quibus non ponuntur termini mathematici et ille propositiones dicunt̄ pure naturales: sicut est ista compositum ex materia ꝛ forma: est corpꝰ. Quedam vero propositiones cōposite sunt ex terminis mathematicis: in quibus non ponitur aliquis terminus naturalis et ille propositiones dicuntur pure mathematice sicut ista triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. Alie sunt propositiones: que sic se habent: quod componuntur ex vno termino naturali ꝛ alio mathematico: sicut est ista celum est sphericum: ꝛ tales propositiones dicuntur medie inter propositiones pure naturales: ꝛ pure mathematicas. vnde ille scientie quarum subiecta adequata includunt vnum terminum mathematicum ꝛ alium naturalem dicuntur scientie medie sicut est de perspectiua. vnde subiectum adequatum scientie perspectiue dicitur linea visualis. Subiectum autem adequatū musice: dicitur numerus sonorus. Ecce qualiter subiecta illarum scientiarum: sunt composita ex vno termino mathematico: et alio naturali. ¶ Secunda distinctio q̄ꝺ propositionū quedā dicūtur principia quedam conclusiones. ¶ Tertia distinctio quod principiorum quedam sunt innata. itaꝙ statim intellectus cognoscens, significationes terminorum assentit eis sicut est hoc principium: non contingit idem simul esse et non esse: ꝛ similiter sicut sunt principia pure mathematicalia: sicut est hec si ab equalibus equalia demas: que remanent sunt equalia. ¶ Quedam sunt principia que non sunt innata: sed habentur per experientiam; sicut sunt principia scientie naturalis: sicut est hoc principium: omnis ignis est calefactiuus. Et sicut est hoc: omne cōpositū ex materia et forma est corruptibile. Et est sciendum ꝙ talia sunt principia scientiarū mediarū. verbi gratia. est enim principiū in perspectiua ꝙ omnis radius multiplicat̄ secundum rectū: ꝛ notitia huiꝰ nō potest probari nisi experientia: similiter ꝙ diapason cōsistit in dupla proportione non pōt haberi: nisi experientia.

Quantum ad secundam sit prima conclusio. cōclusio pure naturalis nō pōt demōstrari nisi per principia pure naturalia: pꝫ exemplariter nā ille lapis sursum positus descendit deorsum: nō pōt probari ꝑ aliqua principia mathematicalia: ꝛ simlr̄ patet cōclusio intuenti philosophiā naturalē: qualiter eius cōclusiōes nō deducunt̄ nisi ex principiis pure naturalibꝰ. ¶ Secūda cōclusio: cōclusiones pure mathematice nō pn̄t demonstrari nisi ꝑ principia pure mathematicalia: patet exēplariter de illa cōclusione. Triangulꝰ habet tres angulos ꝛc. Similiter patet intuēti sciētiā pure mathematicā. Et de talibꝰ intendit Aristote. in primo posteriorū dicens: demonstrantē nō contingit descēdere de genere in genꝰ: hoc est demonstrantē conclusionē pure naturalē non contingit eādē demonstrare per alia principia: ꝙ̄ principia pure naturalia similiter demōstrātē pure cōclusionē pure mathematicalē: nō cōtingit eā demōstrare ꝑ alia principia ꝙ̄ ꝑ principia pure mathematicalia. ¶ Tertia cōclusio: conclusio media potest demōstrari per principia seu ꝑmissas: quarū q̄libet est naturalis: pꝫ hoc: nā ista celū est sphericū pōt sic demōstrari: nobilior figura debetur nobiliori corpori: sed inter oīa corpora celū est nobiliꝰ corpus: ꝛ inter omnes figuras: figura spherica est nobilior: ergo figura spherica debetur celo: ꝛ per cōsequēs celum est sphericū: q̄libet illarū non est mathematica; ex eo ꝙ mathematicus non considerat de nobilitate: vel ignobilitate: de bonitate vel malitia corporis vel figurarū ꝓpter hoc quod mathematici nō est bonū: nec finis; hoc est mathematicꝰ nō diffinit ꝑ terminos cōnotantes bonū vel finē. Et sic̄ q̄uis ista ꝓpositio: figura spherica est nobilior: ꝯponatur ex vno termino mathematico: q̄ tamē ille ponit̄ a parte subiecti: ꝛ nō a parte p̄dicati: illa propositio dicitur naturalis: et non mathematica: ex eo ꝙ nō capit denominationē q̄tū ad hoc nisi a predicato vt vocet media: ꝛ hoc q̄n terminus mathematicus a parte p̄dicati ponitur. ¶ Quarta conclusio est. conclusio media: pōt demonstrari per premissas quarū vna est mathematica ꝛ alia media solū capiēs euidentiā per experientiā: verbi gratia: celum est sphericum sic: omne illud est sphericum; in cuius medio est punctus a quo oēs linee ducte ad circunferentiā sunt equales: sed celū est h̄moi: ergo, maior est pure mathematica: ꝛ minor est media. ¶ Quinta conclusio: conclusiones medie non possunt demonstrari per principia pure mathematicalia: istud patet inductiue inspicienti scientias mathematicas: que semper ad probandum aliquas suarum conclusionum assumunt sibi aliquod principium: cuius euidentia capit̄ per experientiam: vnde semper in probando suas conclusiones assumunt maiorem pure mathematicam et minorem mediam. Que quidem minor media secundum predicta solum habet euidentiam per experientiam: ergo ꝛc.

Quātum ad tertiū: primo suppono quod scientia debet capere denominationē quo ad certitudinē a suis principiis: patet hoc q̄ capit euidētiā ab eisdē. ¶ Secunda suppositio q̄ꝺ cōclusio deducta ex antecedēte nō maiorē potest capere euidētiā ꝙ̄ sit euidēs illud antecedens. ¶ Tertia suppositio ꝙ copulatiua non potest esse euidentior ꝙ̄ sit eius pars. hoc patet nā si esset vna copulatiua q̄ haberet mille partes euidētissimas: et vnā dubiā: ipsa esset dubia: et igit̄ si haberet plures partes euidētissimas: ꝛ vnā minꝰ euidētē: ipsa nō esset euidētior ꝙ̄ sit illa pars minus euidens. ¶ Quarta suppositio. ꝙ in aliquo syllogismo totale antecedens est copulatiua cōposita ex maiori et minori. consequēs est cōclusio. Tunc sit prima cōclusio quod nulle ꝓpositiones medie possunt esse magis certe ꝙ̄ naturales probat̄: nam in demonstratione taliū cōclusionū oportet ad minus assumere vnā minorē. Cuiꝰ euidentia non habetur nisi per experientiā: secundū ꝙ dicebat̄ in secūdo articulo. Cū ergo cōclusio capiat euidentiā ex suis principiis ꝑ vnā suppositionē: ꝛ cū cōsequēs nō possit euidentius esse antecedente per vnā aliā suppositionē: sequit̄ copulatiuā q̄ antecedens totale ad cōclusionē mediā demonstrādā nō esse euidētiorē ꝙ̄ sit minor ꝑmissa ad p̄dictā cōclusionē cū illa sit minus euidēs maiore: propter hoc ꝙ maior est innata: minor vero capta ꝑ experientiā. Ex quo sequitur vlterius cōclusionē mediā nō posse habere maiorē euidentiā nec certiorē ꝙ̄ habeat minor: ex qua syllogisat̄: ꝛ per cōsequens sequitur ipsam cōclusionē non posse habere maiorē euidētiā ꝙ̄ pōt habere ꝑ experientiā et tantā posse habere conclusiones naturales: quibus cōclusiones medie sunt equales in certitudine et euidētia. Ex quo sequitur quarta conclusio et responsalis: ꝙ sciētie medie debēt dici naturales magis ꝙ̄ mathematice. patet q̄ scientie medie non sunt equaliter certe cū scientiis mathematicis: et secundū certitudinē maiorē vel minorē: sciētie debēt capere denominationem.

Ad rationes principales. Ad primaꝫ dico ꝙ dicuntur medie quia carū ꝓpositiones sunt cōposite ex vno termino naturali et alio mathematico. ¶ Ad secundā dico quod aliqui termini scientiarū mediarū connotāt motum: et aliq̄ nō: sed cōnotant magnitudinē: et mensuram: ꝛ propter hoc nō dicunt̄ pure mathematice: nec pure naturales: sed medie. ¶ Ad tertiā dico ꝙ enumerant̄ īter sciētias mathematicas: nō ꝙ sint magis mathematice ꝙ̄ naturales sed q̄ antiquitus consueuerāt eas addiscere cū sciētiis pure mathematicis ante sciētias naturales. ¶ Ad quartā dico ꝙ nō opꝫ sciētias subalternatas esse eiusdē gn̄is. nam sic oēs sciētie mathematice essent eiusdē generis ꝓpter hoc ꝙ scientie mathematice quodā modo subalternātur. ¶ Ad vltimā dico ꝙ bene verū est ꝙ scientie medie vtunt̄ principiis gn̄alibꝰ sciētiarū pure mathematicarū: sed principia specialia mediarū sunt similia in certitudine principiis sciētie naturalis: ꝓpter q̄ꝺ sciētie medie magis dicunt̄ capere denominationē a principiis earum specialibus ꝙ̄ generalibus.

Questio. XI.

Queritur nono cōsequēter vtrū cuiuslibet rei naturalis sint quatuor cause ꝛ nō plures neq̄ pauciores. ꝛ arguitur primo ꝙ sint plures ꝙ̄ quatuor: nā alicuiꝰ effectus naturalis possunt esse infinite cause. Causa enim quare fuisti natus: fuit prima celū pater: mater voluntas patris: ergo nō tantum quatuor cause ꝛc. ¶ Secundo materia ꝛ forma sunt res naturales: non enim sunt artificiales: ꝛ tamen materie non est materia: vel forme forma. ergo ꝛc. ¶ Tertio: nam celum dicitur ens naturale: ꝛ tamen eius nō sunt quatuor cause: nō enim habet formam: ex quo enim ipsummet est forma:

nec habet

nec habet materiam: quia tunc esset corruptibile. ¶ Quarto: accidentia sicut sunt caliditas ⁊ frigiditas sunt res naturales: ⁊ tamen talia nõ habent materiam ex qua fiũt ꝑpter hoc ꝙ accidentia carent materia ex qua: cum sint forme simplices: q̃uis bene habent materiam in qua. ¶ Quinto materia non est causa alicuius: ex hoc enim ꝙ aliqua res naturalis cõponatur ex materia non debet dici ꝙ habeat causaꝫ materialẽ: consequentia tenet: antecedens probatur: q͛ materia nihil causat: propter hoc ꝙ causare est agere: materia autem nihil agit. ergo. ¶ Sexto frustra fit per plura: quod potest fieri per pauciora: ergo cum vna causa sicut deus se sola posit producere quẽlibet effectum producendũ: sequitur ꝙ frustra ponitur plures cause. ¶ Septio nulla res est causa alterius: ergo consequentia tenet: antecedens probatur: nulla res dependet ab alia cuius oppositũ tamen oporteret si aliqua res esset causa alterius: propter hoc ꝙ effectus dependet in esse a suis causis: añs probatꝛ: nã quibuscunq̄ rebus distinctis datis vna põt esse sine alia: quod nõ esset si depẽderet ab alia in esse. assumptum probatꝛ: quia non implicat cõtradictionem quarumcunq̄ rerũ distinctarũ vnaꝫ esse sine alia.

In oppositũ vult Aristo. in isto secũdo capitulo primo tertij tractatus.

¶ In questione primo videndũ de causis in generali: ⁊ postea de aliquibus in speciali. ¶ Quantũ ad primũ videndũ est quid sit causa. secundo videndũ est de nũero earũ. tertio de cõditionib⁹ ipsarũ. quarto respondendũ ad quesitum.

Quantum ad primum sciendum est ꝙ hoc nomen causa est vnum nomen relatiuum cuius correlatiuũ est hoc nomen effectus: ⁊ significat rem cõnotando ad ipsam sequi aliud: propter quod eius descriptio est ista. causa est ad cuius esse sequitur aliquid: scꝫ esse effectus. ¶ Tunc sit conclusio: ꝙ aliquid est causa alterius: patet q͛ aliquid est ad cuius esse sequitur aliud: ergo aliquid est causa alterius consequentia tenet per descriptionem cause: antecedens cõmuniter conceditur.

Quantũ ad secũdum sit conclusio: quatuor sunt genera causarum: ad istũ intellectum quatuor sunt termini generici non coincidentes in significando secundum rationes omnes causas significantes: scꝫ causa materialis: formalis: efficiens: ⁊ finalis: probatur interrogationes quibus querimus de causis sunt quatuor: scilicet ex quo res est per quid: a quo: ⁊ propter quid nam ex quo querit de materia. per quid querit de forma. a quo querit de efficiente. propter quid querit de fine. ergo non sunt plures interrogationes nec questiones q̃ꝫ ille quatuor: ad que conuenientẽr possit responderi per nomen significans causam. ¶ Secundo omnis causa vel est intrinseca vel extrinseca: si intrinseca vł est potentia: sic est materia: vł est actus: sic est forma: si est extrinseca vel precedit effectum: sic est efficiẽs: vel sequitur sic est finis. Ex ista conclusione sequitur ꝙ si essent infinite cause alicuius rei quelibet illarum reduceretur ad aliquã istarum causarum: id est nominaretur aliquo istorum nominuꝫ scilicet materia: forma: efficiens: finis. ex hoc patet solutio primi argumenti.

Quãtum ad tertium articulum sit ista prima conclusio: ꝙ aliqui cause sunt bene sibi inuicẽ cause: patet: nam materia est causa forme: ⁊ econuerso ⁊ forma causa materie. Materia enim est causa subiectiua: determinatiua ipsius forme: forma autem est causa perfectiua ipsius materie: similiter efficiens est causa finis: ⁊ ecõuerso finis est causa efficientis: non tamen quo ad esse: sed quo ad agere. finis enim est causa ꝙ agens agit: nam aliquis ambulat propter sanitatem sanitas enim est causa ambulationis: ex quo propter eam fit ambulatio ⁊ econuerso ambulatio est causa sanitatis. Sed diceret aliquis. Si hoc esset veruꝫ sequeretur ꝙ idem esset causa sui ipsius: sed hoc est falsum. ꝯñtia probatur: q͛ quicquid est causa cause: est causa causati: si ergo forma est causa materie ⁊ econuerso materia est causa forme: sequitur formã esse causam sui ipsius. ¶ Secũdo sequeretur ꝙ demonstratio circularis esset possibilis et adhuc propter quid quod est contra philosophum primo posteriorum. consequentia probatur: q͛ postq̃ꝫ cause sunt sibi inuicem cause: vna potest demonstrari per aliam: ⁊ vtraq̄ est demõstratio propter quid per causam: ergo ⁊c. ¶ Respondetur ad primũ negando ꝙ sequitur: idem esset causa sui ipsius: ⁊ quando dicebatur quicquid est causa cause est causa causati: dico ꝙ hoc debet intelligi in eodeꝫ genere cause. modo cause q̃uis possint esse sibi inuicem cause: tamen hoc non est in eodẽ genere cause. ¶ Ad aliud argumentũ dico ꝙ demõstratio propter quid circularis non est impossibilis in diuersis generibus: q̃uis sic non debeat fieri per idem genus cause: et ita intellexit Arist. in primo posteriorum. ¶ Secũda conclusio alique cause coincidunt: ⁊ alique non. patet nã finis ⁊ agẽs coincidunt idem enim est finis sicut forma substantialis et efficiens operationum sequentium. similiter causa prima ẽ finis ⁊ agens: agit enim propter se. ¶ Secundo similiter forma ⁊ agens coincidunt: eadem enim est forma ⁊ mouens lapidem deorsum. ¶ Tertio similiter forma ⁊ finis coincidũt respectu diuersorum: idem enim est forma compositi: ⁊ finis generationis; sed ꝙ alique cause non coincidũt declaratur nam capiendo materiam proprie nunquã coincidit cum forma: ex quo materia est passiua: forma vero actiua: verũtamẽ accipiendo materiam improprie pro subiecto alicuius accidentis: bene materia et forma coincidunt: patet: nam idem puta anima sortis est forma sortis: ⁊ materia scientie sortis. ¶ Secundo similiter materia ⁊ efficiens non coincidunt accipiendo materiam proprie: propter hoc ꝙ materia est nullius actiuitatis. verũtamen accipiendo materiam improprie coincidunt. ¶ Tertio similiter materia ⁊ finis non coincidunt semper accipiendo materiam proprie: patet q͛ materia prima non est finis alicuius: ergo ⁊c.

Quantum ad quartum dico ꝙ accipiendo naturalem rem proprie pro composito ex materia et forma: ad cuiuscunq̄ rei naturalis productionem concurrunt quatuor cause ⁊ non plures neq̄ pauciores: id est ad cuiuscunq̄ rei naturalis productionem concurrunt aliqua de quibus verificantur isti termini materia: forma: finis: efficiens: ⁊ nihil concurrit ad productionem alicuius rei naturalis quin de ipso verificetur aliquod nomen predictorum. ¶ Ex hoc patet q̃uis infinite cause vel infinite res concurrunt ad productionem alicuius rei: verum est tamen dicere ꝙ ad cuiuscunq̄ rei productionem non concurrunt nisi quatuor cause. ¶ Secunda conclusio si causa efficiens capitur pro efficiente producente non cuiuslibet rei naturalis est causa efficiẽs patet: quia non quelibet res naturalis producitur: imo multe sunt que diu erant producte: modo postq̃ꝫ semel producte sunt amplius non producuntur. ¶ Tertia cõclusio accipiẽdo efficiens pro efficiente conseruante cuiuslibet rei naturalis siue cuiuscunq̄ alterius a prima causa est causa efficiẽs patet: quia quelibet res alia a prima conseruatur ab ipsa sicut lumen in medio conseruatur per presentiam corporis luminosi. ¶ Quarta conclusio: sic accipiendo causam efficientem cuiusq̄ rei naturalis sunt quatuor cause sicut patet clare ex dictis.

Ad ratiões principales. Prima soluta est.

¶ Ad secundam dico ꝙ materia ⁊ forma non dicuntur proprie res naturales sed nature. ¶ Ad tertiam de celo dico: ꝙ si celum accipitur excludendo motorem: tunc celum non est ens naturale: sed natura. Si autem capitur cum inclusione motoris potest dici ens naturale. tũc eius sunt quatuor cause: sicut aliarum rerum naturalium. ¶ Ad quartam dico ꝙ accidentia non sunt res naturales: sed entia secundum naturam. ¶ Ad quintam dico ꝙ materia dicitur causa: ⁊ quũ dicitur omnis causa causat: nego capiendo causare pro agere. vnde dico ꝙ causa nõ dicitur a causare: nec diffinitio q̄d nominis cause debet exprimi per causare: sed causa dicitur ad cuius esse sequitur aliud. ¶ Ad sextam dico ꝙ Arist. negaret ꝙ quamlibet rem: quã prima causa producit mediante secunda: posset facere se sola: veruntamen hoc concedendo dr̃ ꝙ q̃uis prima causa hoc posit: non tñ eo modo quo ꝑducitur a causa scd̃a: sepe eñ a causa scd̃a fit aliq̄d male: ⁊ tñ a prima causa nihil potest fieri male. ¶ Ad vltimã rõnẽ dico ꝙ nõ quecũq̄ res potest esse sine alia: nã aliq̄ sunt due res: quarũ vnã esse sine alia implicat contradictionem: implicat eñ aliq̄d totũ esse sine eius medietate vł sine ei⁹ pte.

Questio .X.



Utrum omne efficiens sit causa illius cuius est efficiēs ⁊ arguitur primo ꝙ non: causa ⁊ effectus sunt simul: et non semper sunt sed sic non est semper de efficiente ergo non semper efficiēs est causa illius cuius dicitur efficiens: consequētia tenet: prima pars antecedētis est Aristo. ⁊ secunda pars declaratur: nam pater est efficiens respectu filii: ⁊ filius effectus: ⁊ tamen non semper pater ⁊ filius simul sunt: aliquando pater moritur anteꝗ̄ filius generet. ¶ Secūdo si efficiens est causa sui effectus: vel quādo agit: vel quando non agit: non potest dici ꝙ quando nō agit: nā tunc non causat: ⁊ per consequens tunc non est causa: quando enim domificator non agit: non est causa domus. Nec potest dici ꝙ quando agit: nam quando agit effectus non est: sed agitur: ⁊ per consequens tunc efficiens nō dicitur causa efficiens: nam si sic tunc relatiue diceret ad ipsum: et sic sequeret ꝙ ista cōsequētia esset bona efficiens est ergo effectꝰ est: sed hoc est falsū: ꝓpter hoc ꝙ qñ efficiens agit nondū est effectus. ¶ Tertio si oē efficiēs est cā illiꝰ cuius dicitur efficiens seq̄ret ꝙ oē efficiēs eēt nobiliꝰ suo effectu: sed hoc est falsum: consequentia tenet: quia omnis causa est nobilior suo causato: falsitas consequentis patet dupliciter: primo in generatione vniuoca vbi producens et productū sunt eiusdem speciei. ¶ Similiter in generatione equiuoca: vbi producens ⁊ productum non sunt eiusdem speciei: sicut in generatione vermis ex aliquo per putrefactionem: vbi producens sicut calor vel aliquod huiusmodi est vilius: ⁊ ignobilius q̄ʒ productum: eo ꝙ productum est animatum: producens vero inanimatum: quare ⁊c.

In oppositum vult Aristo. in isto secundo tractatu. In questione primo videndū est de diffinitione q̄d nois efficientis: ⁊ cum hoc est si est aliquod efficiens: quo viso apparebit rñsio ad quesitum. scđo videndum est de quibusdā nominibus efficientis in alia questione. tertio declarande sunt alique diuisiones.

Quantum ad primum dico ꝙ efficiens dicitur a quo alterum est. Unde Aristo. dicit efficiens est vnde est motus. Tūc sit vna suppositio ꝙ qñq; est aliq̄d de nouo: vñ euidens est nobis saltē euidētia que sufficit in scientia naturali: ꝙ aliquando fiūt gñationes: ⁊ corruptiones: ⁊ aliqñ aliquid est q̄d prius nō erat: q̄ʒuis hoc forte non sit nobis euidēs euidētia summa: nā q̄ʒuis nobis aliquo mō appareat esse de nouo: nō tamen hoc esset nobis euidens euidētia summa ꝙ hoc de nouo sit: q̄r forte prius fuit: q̄ʒuis nobis appareat tali euidentia que sufficit in sciētia naturali. ¶ Secunda suppositio: ꝙ nihil producitur de nouo a seipso in esse. ¶ Tūc sit prima conclusio: aliquid est efficiens alterius: probatur: nam aliquid est de nouo: per primā supponē ⁊ nihil est a seipso per secundā. ergo ab altero: ergo ex quid nominis efficientis illud alterum est efficiens eius. ¶ Et cū omne efficiens sit causa sequitur illud esse causam illius: et non est maior ratio de vno efficiente respectu sui effectus: q̄ʒ de alio. ergo quodlibet efficiēs est causa sui effectus: ex quo patet responsio ad quesitum. ¶ Secunda conclusio de aliq̄ effectu bene est nobis euidens euidētia naturali ꝙ eius est aliquod efficiens non tamen est nobis euidens quid sit illō patet quia si aliquid inciperet moueri de nouo cuius causā ignoramus: sciremus ꝙ illius motus esset aliquod efficiens ⁊ tamen nesciremus quid illud esset vtrum homo vel asinꝰ. ¶ Tertia conclusio de aliquo effectu est nobis euidens euidentia naturali ꝙ eius est aliqua causa efficiens. ⁊ cum hoc est nobis euidens euidentia naturali que sit illa patet: quia si aliquis calefacit se ad ignem scimus ꝙ illius effectus est aliquod efficiens ⁊ non nisi ignis. ergo. ¶ Istas conclusiones pono propter hoc ꝙ aliqui dicunt nullius effectus causam efficientem esse nobis notam.

Quantum ad secundum sciēdum est ꝙ dupliciter dicitur efficiens: producens ⁊ non cōseruans. vt carpentarius potest dici causa efficiens domus: non tamen cōseruans: sicut est corpus luminosum respectu luminis ꝓducti in medio ab eo. ¶ De efficiente conseruante nota ꝙ capitur tribus modis. quorum duo primi sunt improprii: tertius vero proprius vnde primo modo dicitur aliquod cōseruās non ꝙ aliquid agat in conseruatum. sed conseruatum in eo diutius durat: propter quod ibi existens est magis elongatum a suis contrariis corruptibilibus. Isto modo locus dicitur conseruans: ⁊ hoc est dum est locus naturalis locati. ¶ Secundo modo dicitur conseruans alicuius: quod prohibet corruptiua illius: ⁊ ministrat cōuenientia istius. ⁊ isto modo gubernator nauis dicitur cōseruans nauem. ¶ Tertio modo accipiendo proprie conseruans dicitur esse illud a quo effectus dependet in esse: ⁊ continue influit ad eius effectus conseruationem in tantum: ꝙ illo conseruante amoto: vel illa influentia attracta effectus ille desinit esse. Isto mō luminosum videtur conseruās respectu luminis acti in medio ab eo: ita prima causa dicitur conseruans respectu aliorum omnium ab ipso. Unde sciendum est ꝙ producens ⁊ nō conseruans: ⁊ producens ⁊ conseruans: sic differunt. ꝙ causa producēs non conseruans producit effectum suum successiue: vt patere potest de quolibet tali disponit eñ primo materiam: ⁊ postea producit effectum: causa autem producens conseruās producit suum effectum absq; huiusmodi successione quantum est de se: vnde corpus luminosum: non agit successiue lumen in medio: sic ꝙ primo disponat medium: et postea agat lumen. Sciendum tamen ꝙ cum agens conseruans producit aliquem effectum cum agēte producente nō conseruante: tunc bene agit successiue: sicut quando prima causa cum domificatore agit domum. ¶ Alia est differentia quia producens ⁊ efficiens non conseruans precedit suum effectum in tempore: hoc tamen non oportet in agēte conseruante: si enim aliquod corpus luminosum de nouo crearet in aliquo medio tunc ita cito sicut ipsum esset ita cito lumen esset productum in medio existente prope ipsum. ista differentia patet ex prima differentia: q̄r agens producens nō cōseruans: agit effectum suum cum motu: ⁊ successiue: agens autem conseruans non. ¶ Tertia differentia est ꝙ agens cōseruans potest quantum est de se producere effectum eternū sed agens producens non conseruans: non. patet ex secūda differentia: nam ex quo agens conseruans non precedit effectum tempore: sequitur ꝙ possit esse effectus eternus: si esset aliquod agens conseruans eternum: sed causa efficiens producens non conseruans precedit suum effectum tempore: sequitur effectum eius non posse esse eternum: propter hoc ꝙ illud quod producitur ab aliquo in tempore non est eternū. ¶ Quarta differentia ꝙ semper agens producens non conseruans: quando agit: tunc agit in virtute alterius agentis puta conseruantis: sic autem non est de agente conseruante q̄r agens conseruans potest producere aliquem effectū: absq; hoc ꝙ ad talis effectus productionem concurrat agēs in productione non conseruante. ¶ Quinta differentia ꝙ effectus potest manere corrupto agente producente nō conseruante: sed nō potest manere agente ipsum cōseruante corrupto: patet: quia filius potest manere corrupto patre: secundum ꝙ patet: sed lumen non potest manere in medio corrupto corpore luminoso ⁊c.

Quātum ad tertium sit prima diuisio. causarum efficiētum: quedā dicitur efficiēs principalis: ⁊ quedam minus principalis: ⁊ hoc causarum essentialiter ordinatarum: ⁊ vocātur cause efficiētes essentialiter ordinate: inter quas est vna prima: virtute cuius alie agūt: ⁊ qua cessante: agere: alie cessant agere: sed nō econuerso. modo illa que est prima inter illas dicitur causa efficiens principalis ⁊c. Alie dicuntur cause efficientes minus principales: ⁊ posset adhuc exemplificari: sicut si essent decem rote se adinuicem concludentes: sic ꝙ mota prima: moueretur secunda ⁊ mota secunda moueretur tertia: ⁊ sic vltra: ⁊ secunda non mota adhuc posset prima moueri: sicut se habent iste rote: quantū ad mouere ⁊ moueri ita imaginandum est se habere causas essentialiter ordīatas. similiter posset exemplificari sicut si anima moueret manum: ⁊ manus moueret lapidem. ⁊ lapis moueret aerem. ¶ Secunda diuisio: causarum agentium: quedam sic se habent: ꝙ cuiuslibet earum virtus concurrit ⁊ attingit ad effectum: ⁊ omnes iste solent vocari cause agētes principales: q̄ʒuis tamen secundum magis ⁊ minus: ita ꝙ vna earum vocatur magis principalis: alia vero minus:

verbi gratia:

verbi gratia in descensu grauis: forma substantialis ipsius grauis ⁊ super celestia dicuntur cause principales: super celestia dicūtur cause magis principales: forma vero substātialis dicitur causa minus principalis. Alie sunt cause agētes: quarum virtus nō concurrit: nec attingit ad effectum: sicut instrumētum. Isto modo dicimus ꝙ cultellus est causa efficiens similiter instrumentalis: est enim instrumentum: mediante quo causa: vel agentia principalia agunt. Et sic duplex est instrumentum: scꝫ separatum: sicut cultellus: ⁊ coniunctum sicut acuties eius: ⁊ similiter grauitas ipsius grauis. ¶ Sciēdum ꝙ inter causas essentialiter ordinatas: omnes cause agentes preter primam dicūtur quodammodo instrumentales: dicūtur tamen principales respectu agentiuꝫ mere instrumentalium: verbi gratia: ꝗuis anima dicatur causa efficiens instrumentalis quodammodo respectu cause prime dicitur tamen causa efficiens principalis respectu caloris naturalis qui est causa efficiens mere instrumentalis ipsius digestionis. ¶ Tunc sit prima conclusio: inter omnes causas vniuersi prima causa est causa efficiens conseruationis in fieri ⁊ in facto esse tam causarum ꝗ effectuum. probatur. nam aliter: non omnia alia dependerent ab ea: quod est contra Commentatorē primo celi. ⁊ similiter contra Aristo. qui dicit ꝙ a primo quidem ente omnia deriuata sunt: esse ⁊ viuere: his quidem clarius: his quidem obscurius ⁊c. ¶ Secunda conclusio: prima causa aliquem effectuꝫ potest agere sine alijs: alie non possunt sine ea: patet: quia agit primum motum absqꝫ hoc ꝙ ad hoc alie cause concurrant: alie autem cause nihil agūt: nec agere possunt sine prima causa. ¶ Ex predictis sequitur ꝙ inter omnes causas essentialiter ordinatas quanto aliqua est propinquior prime: tāto est nobilior: propter hoc ꝙ non agit in virtute causarum sequentium: sed cause sequentes agunt in virtute illius. Sequitur vlterius ꝙ inter omnes causas de istis causis inferioribus voluntas humana est causa nobilior: patet quia immediate dependet a prima causa: ⁊ non est subiecta corporibus supercelestibus sicut sunt alie cause inferiores. Sequitur vlterius licet quandoqꝫ causa principalis non potest agere cessante instrumentali: propter hoc tamen non dependet ab ea. Nec oportet semper effectum assimilari cause principali sꝫ vt plurimuꝫ assimilatur cause minus principali. similiter effectus aliquando assimilatur cause instrumentali que est mere instrumentalis: sicut quando ignis producit caliditatem: tūc effectus nō assimilatur igni: sed caliditati ignis: que dicitur effectus mere instrumentalis. ¶ Tertia diuisio. Causarum efficientium aliqua est vniuersalis: alia particularis. Causa autem efficiens dicitur vniuersalis: quia est productiua plurium effectuum indifferenter: sed ꝙ producit vnum effectuꝫ ⁊ non alium: ad hoc determinatur per vnam aliam causam. Verbi gratia: ꝙ celestia corpore produxerīt te in esse: ad hoc determinabantur per partem tuum: qui te genuit ⁊c. Cause autem efficientes particulares dicuntur per quas fit huiusmodi determinatio. Ex isto sequitur aliquam esse causam vniuersalem ⁊ particularem respectu diuersorū. Verbi gratia: sicut intelligentia aliqua citra primam dicitur causa vniuersalis respectu istorum inferiorum ⁊ dicitur particularis respectu motus sui orbis. ¶ Tunc restat talis diuisio. quedam dicūtur cause efficientes immediate alicuius effectus ⁊ quedam mediate. Immediate dicuntur: inter quas ⁊ effectum non est aliqua causa efficiens media: seu que inter omnes causas efficientes alicuius effectus incipiendo a prima causa: est vltima: sicut lux dicitur causa efficiens immediata luminis: quia post lucem nō sequitur alia causa efficiēs productiua luminis: sed cause efficientes mediate dicuntur tripliciter. vno modo: quia nō est localiter coniuncta effectui. ¶ Secundo quia de se est indeterminata ad productionem talis effectus sed determinatur ad hoc per vnā aliā causam. ¶ Tertio quia eius actiuitas nō attingit vsqꝫ ad effectum: sed mouet aliam causam: ⁊ post alia mouet aliam: nec tamen in virtute illius. ¶ Tunc sit conclusio ꝙ celum ⁊ intelligentie sunt cause efficientes istorum inferiorum mediate: primo et secundo modo. patet quia non sunt coniuncte istis inferioribus. sed determinantur per alias causas particulares. dicūtur tamē istorum inferiorum cause immediate opposito modo ad tertiam acceptionem. patet: quia virtus ⁊ actiuitas istorum attingit vsqꝫ ad ista inferiora. Alique tamen sunt cause efficientes mediate. accipiendo mediate tertio modo patet quia talis est causa efficiens ignem applicans ⁊ ponens ligna ad ignem: ⁊ talia dicuntur entia nō influentia in effectum. Diuisionem cause efficientis in toto ⁊ partialem relinquo notam ex terminis.

Ad rationes principales respondetur. Ad primam quum dicebatur causa ⁊ effectus sunt simul et non semper sunt: hoc intelligitur de causa efficiente conseruante ⁊ de effectu immediato ipsius efficientis. modo filius nō est effectus immediatus ipsius patris: nec pater est efficiens conseruatiuus filij: vnde pater multos facit motus ⁊ actiones mediantibus quibus fit dispositio ad generationem filij. Quorum motuū pater magis fuit immediata causa ꝗ filij. ¶ Ad secundam dico ꝙ causa efficiens est quando effectus non est ⁊ quando illud efficiens adhuc agit. Et quando dicebatur ꝙ causa ⁊ effectus dicūtur adinuicem correlatiue: sequitur ꝙ quando causa est: ⁊ effectus est: nego: sed bene est vel erit. ⁊ hoc sufficit ad hoc vt dicātur correlatiua adinuicem. ¶ Ad tertiam quum dicebatur ꝙ efficiens debet esse nobilius effectu: hoc debet intelligi de efficieutibus principalibus: secundum ꝙ sunt celum ⁊c.

Questio.XI.



Queritur vndecimo vtrum consimilis sit proportio effectuum adinuicem qualis est proportio causarū agentium adinuicem. ¶ Et arguitur primo ꝙ non: nam si sic: tunc si a. ignis esset duplex ad b. tunc etiam effectus a. esset duplus ad effectum b. Sed hoc est falsuꝫ: quia possibile est ꝙ a. agens sit duplum ad b. agens: absqꝫ hoc ꝙ effectus a. agentis: sit duplus ad effectum b. agentis. probatur: quia proportio velocitatum que quidem velocitates sunt effectus agentium: non sequitur proportionem agentium adinuicem: sed magis proportionem agentium ad suas resistentias: vt habet videri septimo huius. vnde sit agens a. vt sex: ⁊ b. agens vt tria: ⁊ vtriusqꝫ resistentia sit vt vnum: tunc a. est duplum ad b. ⁊ tamen velocitas qua a. agit in c. resistentiam: non est dupla ad velocitatem qua agit b. in consimilem resistentiā: propter hoc quod proportio a. agentis ad c. resistentiam nō est dupla ad proportionem b. agentis ad consimilem: sed minor quam dupla. quod patet: quia proportio sex ad vnum: componitur ex proportione sex ad tria: ⁊ trium ad vnum: modo quia proportio sex ad tria est minor quam sit proportio trium ad vnum quia prima est dupla: secunda tripla: ergo proportio sex ad vnum est minor quam dupla: ad proportionem trium ad vnum: quia quandocunqꝫ aliquod totum cōponitur ex duabus partibus: quarum vna est minor ⁊ alia maior: tunc illud totum ad partem minorem est plus quam duplum: ⁊ ad partem maiorem minus quā duplum. Ex quo finaliter concluditur proportionem sex ad vnum nō esse duplam: ad proportionem trium ad vnum: sed minus quā duplam: ⁊ per consequens velocitatem qua sex agunt in vnum non esse duplam ad velocitatem qua tria agunt in vnum: et per consequens non esse consimilem proportionem effectuum inter se: qualis est proportio causarum inter se. ergo ⁊c.

In oppositum arguitur sic: ignis duplus ad aliquod calidum subduple caliditatis assimilando sibi effectum: producit duplum effectum: ad effectum quem producit calidū subduple caliditatis assimilando sibi effectuꝫ: ergo precise est tanta proportio effectuum productorū: quanta est proportio causarum ageutium. ¶ In questione primo ponam aliquas distinctiones. secundo conclusiones.

Quantum ad primum est sciendum ꝙ agētia possunt adinuicem comparari: vel penes eorum intensionem: vel penes eorum extensionē: vnde possunt habere vnā proportionem adinuicem penes intēsionem: ⁊ aliam penes extensionem. ⁊ similiter est dicendum de effectibus: ⁊ secundum hoc questio potest intelligi vno modo vtrum sit consimilis proportio effectuum in intēsione: qualis est proportio agentium in intensione. Secundo potest intelligi vtrum sit consimilis proportio effectuum in extensione: sicut est propor-

tio agentium in extensione: ⁊ de vtroq; videndum est in que
stione. ¶ Est distinctio: ꝙ effect⁹ potest sumi dupliciter: vno
modo pro actione vel modo producendi: quo formaliter ipsũ
agens agit rem aliquam. ⁊ sic velocitas ipsius motus dici-
tur effectus illius agentis. ¶ Secundo modo potest capi ef
fectus pro re que per illum effectum producitur: ⁊ sic dicim⁹
ꝙ caliditas est effect⁹ illi⁹ calidi: ⁊ de vtroq; istoꝝ ponũtur
cõclusiones. ¶ Est tertia distinctio ꝙ tripliciter possumus
imaginari fieri actionem: vno modo omnino sine resistẽtia:
sicut forte est actio celi: qua influit in ista inferiora: vnde nõ
potest dici ꝙ tali influentie resistat densitas: quia si sic: talis
influentia non multiplicaretur vsq; ad interiora terre ita in
profundum sicut multiplicatur. ¶ Secũdo modo potest
imaginari actio cum resistentia: que tamen nõ corrumpitur
per hanc actionem: sicut est illuminatio medij: nam dẽsitas
talis medij in ista actione est resistentia ⁊ non corrumpitur
per talem actionem: nisi hoc sit accidentaliter seu consecuti
ue: sicut forte lumen producit calorem cuius est rarefacere:
vnde si aliquod lumen produceretur in aliquo medio absq;
hoc ꝙ illud lumen causaret calorem: tunc illud medium nõ
fieret minus densum: propter hoc ꝙ in ipso produceret̃ hoc
lumen. ¶ Tertio modo potest imaginari fieri actio cum re-
sistentia que corrumpitur: verbi gratia: si aliquod agens ca
lidum ageret in aliquod frigidum: tunc in tali actione illa
frigiditas resisteret: ⁊ per hanc actionem illa frigiditas cor-
rumpetur.

Quantum ad secundũ pono conclusiones
primo de intensione: secundo de extensione. Est prima con-
clusio: ꝙ in actione agentium: que omnino fit sine resistentia
consimilis est proportio effectuum in intensione: qualis est
proportio causarum agentium in intensione: hoc patet: quia
si aliquod calidum vt quatuor ageret in aliquod passum si
ne resistentia nõ ageret plusq̄ caliditatem vt quatuor eo ꝙ
non ageret vltra gradum propriũ: ⁊ ita quodlibet aliud tali
ter agens produceret effectum sub equali gradu secum agi-
tur. ¶ Secũda cõclusio: ꝙ in actione vbi est resistentia: que
tollitur ⁊ corrumpitur in tali actione non est eadem propor-
tio effectuum: loquẽdo de effectu primo modo dicto qualis
est proportio causarum agentium: hoc patet vt deductum
fuit in argumento principali. ¶ Tertia conclusio est ꝙ etiã
loquendo de effectu primo modo dicto: sicut est actio vel ve
locitas in actione vbi est resistentia: que non corrumpitur:
sicut est in illuminatione medij: non semper consimilis est
proportio effectuum: sicut est proportio causarum agentium
hoc patet quia semper in tali actione effectus sunt equales
patet quia ex quo talis actio fit subito: vna est ita velox sicut
alia: sed non semper agentia sunt equalia: seu equaliter sunt
intensa: vnde q̄uis vnum luminosum sit in duplo intensius
reliquo: tamen ita cito luminosum subduplum producit suũ
effectum sicut duplum: ex quo quodlibet illorum agit suum
effectum subito: vt nunc supponitur. ¶ Quarta conclusio ꝙ
proprie loquendo de effectu secundo modo in actione cũ resi
stentia: siue in tali actione resistentia tollatur: siue non: non
semper est consimilis proportio effectuum in intẽsione: sicut
est proportio agentiũ in intensione: hoc patet primo in actio
ne cum resistentia vbi resistentia tollitur: quia si sex agerent
in vnum ⁊ etiam tria agerent in vnum non esset consimilis
proportio effectuum sicut causarum: ⁊ hoc patet quia si age
rent sine resistentia: sic esset cõsimilis proportio: ergo si agũt
cum resistentia vtrobiq; equali tunc non esset consimilis ꝓ-
portio effectuum. Et consimiliter hoc idem patet in actione
que fit cum resistentia que tamen non tollitur. Quia sint a.
⁊ b corpora luminosa: ⁊ sit a duplum ad b. in intensione: et
agant in duo media vniformia ⁊ equalia que vniformiter in
tendantur in densitate cõtinue tunc prius q̄ a. designat age
re lumen in medio c. b. desinit agere lumen in medio d. pro-
pter huiusmodi intensionem dẽsitatum illorum mediorum:
modo si continue per horam talis intẽsionis dẽsitatum me-
diorum lumen ipsius a. fuisset duplum ad lumen ipsius b. si
cut agentia tunc ita cito per huiusmodi intensionem et re-
missionem luminis a. desinit agere sicut b. quod tamen est
falsum: cõsequentia tenet: quia si sint duo quanta vnum du
plum ad aliud: ⁊ incipiant descendere versus non quãtum
in prima parte proportionabili alicuius hore: quodlibet ad
subduplum ⁊ in secunda similiter: ⁊ sic vltra: illa eque cito
incipiunt esse non quanta: ⁊ non vnum prius q̄ aliud: vt pa
tet intuenti: ⁊ sic similiter: si lumen ab a. actum per horã con
tinue remissionis esset duplum ad lumen actum a. b. ita cito
a desiuisset agere sicut b. ¶ Tunc pono aliquas conclusio-
nes de extensione: ⁊ prima est ꝙ quo ad extensionem non est
consimilis proportio effectuum: vt est proportio causarũ agẽ
tium: hoc patet: quia si aliqua superficies circularis potest
videri ad aliqua distantia oportet ꝙ illa que videtur a du-
plo maiori distantia habeat sub equali angulo in duplo ma
iorem diametrum. ⁊ si sic sequitur ꝙ ipsa esset quadrupla in
extensione ad primam: ⁊ per consequens non est eadem pro
portio effectuum in extensione sicut est causarum agentium
ex quo proportio effectuum est dupla in extensione: ⁊ propor
tio causarum est quadrupla. Quod autem oporteat superfi
ciem circularem esse quadruplam ad aliam: cuius diameter
est in duplo minor: patet per vnam propositionem duodeci-
mi geometrie que dicit: ꝙ que vel qualis est proportio dia-
metrorum: talis est proportio circulorum duplicata. Et est
sciendum ꝙ quum dixi effectum esse duplum in extensione
ad aliud: intelligo lineam mensurantem extẽsionem ipsius
effectus: sicut est diameter totius effectus acti per vnũ agẽs
esse duplam ad lineam mensurantem extensionem alterius
effectus. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ possibile est. ꝙ a. ⁊ b.
sint duo agentia: ⁊ a. sit duplum ad b. in intensione: ⁊ ꝙ a.
agat ad duplam distantiam ad quam agit b. hoc patet: quia
sit a. vnum corpus luminosum sphericum: cuius diameter
sit bipedalis quantitas: ⁊ sit duplum in intensione ad b. cor
pus luminosum: ⁊ non curo cuius quantitatis sit b. tunc pa
tet ꝙ b. tantum potest diminui in extensione: non tamen in
qualitate ꝙ a. agens agat in duplo remotius q̄ agat b. pos
set enim tantum diminui ꝙ vix ageret ad tãtam distantiã
quanta est distantia vnius grani milij. ¶ Tertia conclusio
est: ꝙ si a. agit ad duplam distantiam: ad quam agit b. quod
tunc effectus a. est octuplus ad effectum b. hoc patet: quia tunc
a. agit vnum effectum sphericum cuius diameter est duplus
ad diametrũ effectus acti ab ipso b. ergo effectus a. est octu
plus ad effectum b. consequentia tenet: quia qualis est pro
portio diametroꝝ talis ẽ proportio spheraꝝ illaꝝ diametroꝝ
triplicata: q̄ est octupla sicut tripla duple: q̄ componit̃ precise ex
tribus duplis: sequit̃ proportionẽ taliũ effectuum esse octu-
plam: postq̄ proportio diametrorum est proportio dupla ⁊c.
Ex his conclusionibus sequitur ꝙ possibile est ꝙ a. agens
sit duplũ intensiue ad b. agens: ⁊ effectus a. agentis sit octu
plus in extensione ad effectum b. agentis: de quo alias erit
sermo. Sed dices tu bene cõcederem si effectus talium agẽ
tium essent spherici: sed si sunt orbiculares: tunc nõ conclu-
deres aliquid. placet mihi. sed modo possibile est ꝙ effectus
talium agentium sint spherici ⁊ non solũ orbiculares: quod
declaratur sic: capiatur vnum corpus transparens sicut est
cristallus: tale non solum agit orbem imo spheram: ⁊ patet
ex hoc: quia talis corporis inter te ⁊ me ego video partes que
sunt versus te sicut partes versus me. et tu similiter vides
partes propinquiores mihi: sicut illas que sunt propinquio
res tibi. ¶ Ex quo sequitur partes illius corporis non solũ
multiplicare suas species circa illud corpus: verũetiam in
illo corpore: ⁊ per illud corpus: quare totalis effectus sicut
totalis species acta ab ipso corpore esset vna sphera et non
solum orbis: ⁊ per consequens aliqua agentia sunt agentia:
non solum effectus orbiculares: verũetiam sunt aliqua que
agunt effectus sphericales: ⁊ vos bene scitis: suppono differẽ
tiam inter spheram et orbem: rationes vadunt vijs suis.

Questio .xii.




Utrum finis sit causa.
arguitur ꝙ nõ quia si esset cau
sa tunc esset causa actiõis que
fit propter finem: sed hoc non:
quia quando illa actio est nõ-
dum finis est: ⁊ per consequẽs
non est causa illius actionis:
nec est causa eius: quando il-
la actio non est: quia quod
non est: eius non est causa. Se
cundo si sic vel hoc esset finis
qui est

qui est in re extra: vel qui est in intentione. nõ primum: quia finis qui est in re extra: nondum est cum fit actio: nec secundo modo: quia actio non fit propter hoc quod est in mente. ¶ Tertio sic. nulla res potest esse sine causa eius principali. sed multe res sunt sine fine earum: ergo finis non est causa principalis rei. patz maior. quia nulla res potest esse sine sua materia: ꝛ similiter sine sua forma: quia tales sunt cause principales rei. minor probatur. quia multe sunt res que non attingunt fines suos: sicut multi sunt homines qui non attingunt felicitatem. ¶ Quarto sic: omnis causa debet esse principium: sed finis non est principium: quia finis est vltimum: vltimum autem non potest esse principium: ergo finis nõ est causa. ¶ Quinto sic: causa debet esse prior causato: sed finis non est prior causato imo posterior: quod probatur: quia sanitas est finis ambulationis: ꝛ propter quod fit ambulatio: modo patet ꝙ ambulatio precedit sanitatem: que per ambulationem acquiritur. ¶ Sexto sic: causa debet esse nobilior suo effectu: sed finis sepe nõ est nobilior suo effectu: quia aliquando finis est accidens: ꝛ res cuius ille finis est: est substãtia: modo accidens non est nobilius substantia.

In oppositum arguitur sic secundum Aristo. qui dicit finem esse causam causarum. De questione non est dubium quin communiter omnes concedant finem fore causam: sed difficultas stat in hoc quomodo illud quod nõ est dicatur causa alicuius. ¶ Ad solutionẽ quesiti est primo sciendum: ꝙ vno modo aliquid dicitur esse causa alterius a quo dependet in esse: ꝛ sine quo illud non potest esse: ꝛ sic corpus luminosum dicitur causa luminis ꝛ subiectum causa accidentis: ꝛ materia causa forme. ꝛ non ecõuerso: qꝛ lumen dependet a corpore luminoso ꝛ non potest esse sine eo: ꝛ similiter accidens non potest esse sine subiecto: ꝛ forma sine materia. ¶ Secundo modo aliquid dicitur causa alicuius: nõ qꝛ illud dependeat ab illo in esse: sed in esse tali aut tãto: vel in aliquo modo se habendi: ꝛ sic forma est causa materie: nam ꝙ materia sit taliter informata: vel taliter extensa: hoc habz a forma: ꝛ similiter albedo est causa parietis quo ad esse album: quia albedo est causa quare formaliter paries est alb⁹. ¶ Tertio modo aliqd dicitur esse causa alterius non a quo res dependeat in esse: nec in tali esse: sed a quo res depẽdeat in fieri. ꝛ sic dicimus de domo non solum quãdo fit: sed etiã quando est: ꝙ eius causa est domificator. ¶ Quarto modo aliquid dicitur esse causa alterius: scꝫ a. est causa c. non quia c. dependet in esse: vel in fieri ab a. sed quia c. dependebat in fieri a b. ꝛ vlterius b. dependebat in fieri ab a. ꝛ sic dicimus patrem esse causam filij non quia filius in fieri depẽdeat immediate a patre: quia forte cũ filius generabatur: pater poterat esse mortuus: nam postꝙ statim semen a patre est decisum: potuisset esse interfectus: sed filius in fieri dependebat a semine: ꝛ vlterius semen dependebat a patre: sic ergo patz qualiter aliquando de aliquo termino significatiue sumpto verificatur hoc nomẽ causa alicuius. qui quidem terminus nullam rem que est significat. sed bene rem que fuit. ¶ Est sciendum ꝛ videndum quomodo ista questio habeat veritatem: ꝙ finis sumitur multipliciter. vno modo ꝓ termino alicuius rei sicut dicimus punctum esse finem linee. ꝛ sic dicimus aliqua sepe habere finem bonum: ꝛ aliqua finem malũ ꝛ sic non semper finis est optimus. ¶ Secundo modo: sumitur finis pro illo termino propter quem fit actio: et qui mouet ipsum agens ad taliter agendum. Et de isto fine est vlterius distinguendum: quia aliquando sumitur finis pro illo quod producitur per actionem siue quod est terminus illius actionis que fit propter finem. ¶ Secundo modo sumitur finis non pro illo quod est terminus illius actionis: sed pro illo propter quod finaliter et vltimate producitur hoc. verbi gratia. Medicus quum agit sanando infirmum agit vno modo propter finem primo modo dictum: ꝛ hoc est sanitas que producitur in illo qui infirmabatur: sed nõ agit istã sanitatem propter se ipsam: sed ipsam propter se ipsum: vel propter aliquid aliud: quod precessit eius actionem: ꝛ direxit ꝛ mouit ipsum ad taliter agendum. Et hec distinctio finis solet poni sub his verbis: finis quidam est quo: quidam est gratia cuius: vt innuit Commentator secundo celi vbi dicit quod quidam est finis dictus primaria intentione: ꝛ quidam secundaria. ꝛ exemplificat: sicut intelligentie mouẽt corpora celestia propter duplicem finem: quorum vnus est finis vltimatus: ꝛ principalissimus. propter quem primaria intentione mouent: scilicet primum principium vt deus. Alter est finis propter quem mouet secundaria intentione. et hec sunt ista inferiora: vnde sicut domificator agit propter domum: sic intelligentie mouent orbes propter ista inferiora: ꝛ sicut domificator non solum agit propter domum: sed propter domum vt defendat nos ab imbribus ꝛ coruscationibus: sic etiam intelligentie mouent propter ista inferiora: dirigendo vltimate actionem eorum in primum principium tanꝙ in finem principaliter intentum. ¶ Prima conclusio qȝ finis dictus a secundaria intentione proprie loquendo: non est causa ipsius agentis: hoc probatur: quia sic sequitur ꝙ ista inferiora essent cause intelligentiarum: sed hoc nõ est concedendum: quia ista inferiora non sunt priora: sed posteriora superioribus: modo si essent cause intelligentiarum deberent esse priores eis: quia causa debet esse prior illo cuius est causa. ¶ Secũda conclusio est ꝙ quadam denominatione extrinseca per modum cuiusdam attributionis: nos solemus dicere ꝙ dici potest ꝙ finis dictus secundaria intentione est causa recte: sicut solemus dicere ꝙ vrina est sana: quia est animalis habentis in se sanitatem: ꝛ sic finis dictus secũdaria intentione dicitur causa qꝛ est illud ad quod producẽdum finis superior ꝛ vltimatus determinat sibi agens ad taliter vel taliter agendum. ¶ Tertia conclusio est. ꝙ finis dictus primaria intẽtione omnium est primaria causa: hoc patet: quia illa quodlibet agens dirigit et secum concurrit in eius actione: vel ad eius effectus productionẽ: sed quia vulgus nõ percipit talem directionem: vel talem motionem cuiuslibet agentis per ipsum principium non dicit principium esse finem omnium: sed magis illud ad cuius productionem dirigitur actio ipsius agentis: ꝛ de isto fine principali est verum quod est causa causarum ꝛ ꝙ est nobilius causato: ꝛ ꝙ precedit causam ꝛ multe alie conditiones. Et per predicta patet ad rationes.

Questio.XIII.



Queritur vtrum diffinitio fortune data ab Aristo. sit bona: scilicet. Fortuna est causa per accidẽs extra semper ꝛ frequenter ẜm propositum eorum que propter hoc sunt. Et arguitur primo ꝙ fortuna nõ debeat diffiniri. nam illud de quo non est scientia nec potest esse/ nõ debet diffiniri. Sed fortuna est huiusmodi: ergo maior est nota. minor probatur: quia fortuna est ens per accidens: ꝛ de tali non est scientia. per Aristotelem in vj. Metaphysice. ¶ Secundo probatur: ꝙ fortuna non potest diffiniri: qꝛ illud quod est ignotuz ꝛ incertum non debet diffiniri. Sed fortuna est huiusmodi. ergo maior patet: minor est Aristo. in litera. ¶ Tertio probatur. ꝙ predicta diffinitio nõ sit bona: quia nulla oratio nugatoria est diffinitio bona: sed sic est de predicta diffinitione: que ponitur esse diffinitio fortune: ergo maior patet: minor probatur: quia in predicta diffinitione ponitur ly per accidens: sed cum per accidens sit: quod fit extra semper et frequenter: ideo frustra ponitur ly extra semper ꝛ frequenter. ¶ Quarto sic nulla oratio implicatiua oppositorum est bona diffinitio: sed sic est de predicta oratione que ponitur esse diffinitio fortune: ergo maior patet: minor probatur: quia in predicta diffinitione dicitur ꝙ fortuna est causa per accidẽs ꝛ cum hoc dicitur ẜm propositum eorum que ꝓpter hoc sunt modo ista videntur repugnare: scilicet ꝙ fortuna sit causa ꝑ accidens effectus fortuiti: ꝙ fortuna sit cã agens ẜm propositũ effect⁹ fortuiti: ꝛ si fortuna est agens effectũ fortuitũ ẜm ꝓpositũ: tũc effect⁹ fortuitus est intẽtus a fortuna agẽte: ꝛ ꝑ consequens fortuna non est eius causa per accidens: sꝫ causa per se. Et similiter si effectus fortuitus est de numero eorum que propter hoc sunt: videtur quod propter effectũ fortuitum agens agat tanꝙ propter intentum ab agent[illegible] etiam agens fortuitum non est per accidens causa effe[illegible] fortuiti. sic ergo videtur ꝙ ista membra repugnent: [illegible]

causa per accidens ex vna parte ⁊ ly secundum propositum eorum que propter hoc sunt: ex alia parte. ¶ Quinta diffinitio competit alijs a fortuna: ergo non est bona diffinitio fortune: consequentia tenet: quia diffinitio non debet competere alijs a diffinito: antecedēs probatur: posito ꝙ sit aliqs domificator: qui sit musicus: si intendat facere domum ⁊ faciat eam: tunc musicus est causa per accidens illius domus extra semper ⁊ frequenter scd̄m propositum eorum que propter hoc sunt: et tamen musicus non est fortuna: nec domus facta a musico in isto casu est effectus fortuitus. ¶ Sexto ꝓbatur ꝙ fortuna non sit causa per accidens: nam fortuna est natura per Aristo. in litera: quia est intellectus: qui est natura: sed natura est causa per se suorum effectuum. ergo. ¶ Et confirmatur: nam hec est per se: fortuna est causa effectus fortuiti: ergo videtur quod fortuna sit causa per se ⁊ nō per accidens. ergo ⁊c.

In oppositum vult Aristoteles in isto secūdo: tractatu quarto: vbi ponit predictam diffinitionem fortune tanq̄ bonam. ⁊ non oportet amouere nisi ly scd̄m propositum: ⁊ tunc est diffinitio casus ita ꝙ diffinitio fortune super diffinitionem casus addit ly ꝫm propositum. ¶ In ista questione primo ponende sunt distinctiones: secūdo conclusiones: ex quibus apparebit diffinitio quid nominis fortune. ⁊ hec est responsio ad quesitum. tertio videndum est que res sit fortuna: et que casus, quarto ad quod genus cause reducatur.

Quantum ad primum sit prima distinctio: ꝙ effectuum prouenientium ab agentibus: quidam sunt intenti: quidam non intenti. sed eueniunt preter intentionem agentis. verbi gratia: si aliquis iret ad forum et intenderet emere panem: et tamen inuentret thesaurum: quam tamen inuentionē non intendisset: tunc illa emptio panis diceretur effectus intentus ab agente: ⁊ inuentio thesauri diceretur effectus non intentus ab agente. Et est sciendum: ꝙ ip̄ꝫ agēs respectu intenti dicitur causa per se. respectu vero effectus non intenti dicitur causa per accidens. Consimili modo exemplum posset poni in naturalibus: vt si natura intenderet producere hominem cum quinq̄ digitis in vna manu: ⁊ produceret cum sex: primus effectus diceretur intentus: ⁊ respectu illius natura diceretur causa per se. secūdus effectus diceretur non intentus ⁊ respectu illius natura diceretur causa per accidens. ¶ Secunda distinctio. ꝙ effectuum non intentorum quidam eueniunt semper vel frequenter cum effectibus intentorum. verbi gratia. quum aliquis in hyeme intenderet ire ad hallas pro emptione carnium nō intenderet maculare sotulares suos: ⁊ tamen vt plurimum macularet: in tali casu maculare sotulares est effectus nō intentus qui semper vel frequenter accidit cum effectu intento: sed si aliquis eundo ad forum inueniret thesaurum preter intētionē talis effectus diceretur non intentus eueniens extra semper ⁊ frequenter. ¶ Tertia distinctio. ꝙ adhuc effectuum non intentorum quidam sunt notabilis bonitatis vel malitie: sicut est inuentio thesauri: vel fractio tibie. quidā non sunt notabilis bonitatis vel malitie sicut est inuentio vnius pili: vel casus vnius pili in fricatione barbe. modo sciendum est q̄ȯ illi effectus non intenti qui sunt notabilis bonitatis vel malitie dicūtur de numero horum: qui propter hoc sunt: nam tales effectus si prescirentur essent digni vt propter eos fieret actio: puta fuga: aut persecutio. effectus autem non intenti: qui nō sunt notabilis bonitatis vel malitie: dicuntur de nūero eorum: que non propter hoc sunt: qui si prescirentur non essent digni vt propter eos fieret actio. ¶ Quarta distinctio ꝙ agentium quedam dicūtur agentia ꝫm propositum: sicut sunt agentia per intellectum ⁊ rationem perfectam: quedaꝫ autem dicuntur agentia non ꝫm propositum: sicut sunt agentia carentia ratione: ⁊ intellectu.

Quantum ad secundum: sit prima conclusio: ꝙ ab effectibus non intentis qui proueniunt vt in pluribus non dicuntur fortunati: vel non fortunati: patet ex cōmuni vsu loquēdi: nam propter hoc ꝙ aliquis vadat in hyeme ad forum: causa emendi panem: ⁊ maculat sotulares preter intētionem: ex hoc non sequitur ꝙ sit fortunatus: vel infortunatus. Secunda conclusio. ab effectibus non intentis qualitercunq̄ eueniunt qui non sunt notabilis bonitatis vł malitie: non dicuntur fortunati: vel infortunati. Patet similiter ex communi vsu loquendi: sicut prius dicebatur de piso et fricatione barbe. ¶ Tertia conclusio. ab effectibus non intentis: qui proueniunt non in pluribus: et sunt notabilis bonitatis: vel malitie: ⁊ fiunt ab agente secundum propositum et habente intellectum ⁊ rationem perfectam: aliquis dicitur fortunari: vel infortunari: patet similiter ex cōmuni vsu loquendi de inuentione thesauri ⁊ de fractione tibie. ¶ Quarta conclusio. effectus agentium non a proposito non dicuntur fortunati vel infortunati nisi valde metaphorice: nam aliter in inanimatis ⁊ carentibus ratione contingeret ꝙ aliqua agerent a fortuna: modo hoc non est nisi ex communi vsu loquendi: non dicimus enim ligna et lapides esse fortunata: nisi valde improprie ⁊ metaphorice. vnde si dicimus lapidem positum in altari esse fortunatum: ⁊ lapidem positum in pede esse infortunatum: hoc est valde metaphorice. Similiter in animatis carentibus ratione: sicut est de equo ⁊ asino: ex communi modo loquendi: non dicimus aliquod eis accidere fortuite: sed bene casualiter: ⁊ similiter in infantibus: cum non agunt a proposito. ¶ Quinta cōclusio. diffinitio fortune posita ab Aristotele est bona: probatur quia explicat conuertibiliter conceptum istius termini fortuna per suum genus: ⁊ per suas differentias: et per respectum ad effectum fortuitum respectu cuius dicitur fortuna patet hoc: nam ibi ponitur hoc nomen causa tanq̄ genus. et ponitur ibi ly per accidens ad ostendendum ꝙ non dicitur fortuna respectu effectuum per se intentorum: ⁊ dicitur extra semper ⁊ frequenter ad ostendendum ꝙ non dicitur fortuna respectu non intentorum qui frequenter accidunt cum effectibus intentis. ⁊ quod dicitur ꝫm propositum ad ostendendum ꝙ agentibus non ꝫm propositum non inest fortuna ⁊ dicitur eorum que propter hoc sunt ad ostendendum ꝙ effectus respectu quorum dicitur fortuna vel infortuna debēt esse notabilis bonitatis vł malitie. Et sicut ista diffinitio est declarata: ita dimittendo ly ꝫm propositum residuum erit diffinitio casus.

Quantum ad tertium articulū posset queri que res sit casus: ⁊ que res fortuna. Fortuna enim est intellectus ⁊ voluntas: ⁊ casus est natura: que non est intellectus. vnde vtrunq̄ est natura: sed fortuna est agentis ꝫm ꝓpositum casus autem est natura non agentis secundum propositum: ⁊ hoc non accipiendo casum prout distinguitur cōtra naturam: ⁊ prout est genus ad fortunam et ad casum in propria sua significatione acceptum. Sed est sciēdum quod q̄uis eadem res sit intellectus ⁊ fortuna tamen differūt ꝫm rationem: id est habent diuersas rationes exprimētes quid nominis. vnde hoc nomen fortuna significat eandem rem: quā hoc nomen intellectus significat: sꝫ super significationē huius termini intellectus: hoc nomen fortuna cōnotat ꝙ illa res est agens ꝫm propositum alicuius effectus: et preter eius intētionem producit vnum alterum notabilis bonitatis vel malitie: qui est de numero eorum: qui extra semper: ⁊ frequenter solent euenire. Cōformiter potest dici de his nominibus casus ⁊ fortuna. vt patet per Aristotelem in litera ⁊ pluribus locis. ⁊c.

Quantum ad quartum dico ꝙ casus ⁊ fortuna sunt cause. Patet primo ex diffinitionibus eorū in quibus ponitur hoc nomen causa: probatur etiaꝫ ratione: quia conuenienter respondetur ad interrogationem factam propter quid. vt quum dicimus propter quid est hoc: dicimus a casu ⁊ a fortuna: vt si aliquis querat: propter quid fregisti tibi tibiam: respōdetur propter casum ⁊ infortunium. ¶ Secundo dico. ꝙ casus ⁊ fortuna nō sunt cause materiales suorum effectuum: quia non intrant compositionem effectuum oportet enim materiam intrare compositionem illius cuius est materia. ¶ Tertio dico ꝙ nec casus: nec fortūa sunt causa formalis suorū effectuum ꝓbatur consimili ratione sicut prius. ¶ Quarto dico. ꝙ casus ⁊ fortūa nō sunt cause finales suorū effectuum: ꝓbatur: nam tunc effectus fortuiti eēnt effectus intenti: intendens enim finem: intendit ordinem ad illum: sed hoc est contra dicta. Et ex alio: nā intellectus: vel natura

natura est finis effectuum fortuitoꝝ: sed ista sunt casus ⁊ fortuna. ergo. ¶ Quinto dico ꝙ casus ⁊ fortuna sunt cause efficientes suoꝝ effectuū: probatur: nā q̄ sunt cause per primū dictū ⁊ non sunt cause materiales per scḋm. nec formales per tertiū: nec finales ꝑ quartū: ergo sunt cause efficientes. ꝯña tenet: q̄ nō sunt plura genera causaꝝ istis quatuor. Sed dices tu: effectus fortuiti sunt infinite cāe: sed nullius effectus sunt infinita agētia. ergo. ¶ Dico ꝙ quū Aristo. dixit ꝙ effectuū fortuitoꝝ sunt infinite cause: non intellexit ꝙ effectuū fortuitorum essent infinite cause: quaꝝ quelibet esset fortuna capiēdo fortunā pro aīa vel pro voluntate: sed capiendo pro intentione sicut nō tot quin plurium quodlibet potest esse efficiens fortuiti. i. non cum tot quin cum pluribꝰ intētis potest accidere effectus fortuitus. ergo. ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primā quū dicebat ꝙ fortuna nō dꝫ diffiniri: q̄ fortuna est ens per accñs: dico ꝙ de ente per accidēs nō est sciētia. nec hoc est cōtra dicta: ꝗuis eñ fortuna contingenter fiat tñ de fortuna pñt formari ꝯclusiones scibiles. ¶ Ad scḋam dico ꝙ imo fortuna ē nobis nota: sicut pꝫ ex questione. sed pro intentione Aristo. dico ꝙ intellexit ꝙ effectus fortuitus nō presciatur euenire. ¶ Ad tertiam dico ꝙ nō frustra additur extra semper ⁊ frequenter: nā aliqua bene eueniūt per accidens ab aliqua cā: que tñ non eueniūt extra semꝑ ⁊ frequenter: sicut pꝫ de sotularibus. ideo ly extra semꝑ ⁊ frequenter est contractū per ly per accidēs. ¶ Ad quartā dico ꝙ nō implicat: nam non scḋm idem dr̄ causa per accidēs ⁊ agens scḋm ꝓpositum: q̄ dr̄ agēs scḋm propositū respectu effectus intenti: sed agens ꝑ accidēs respectu nō intenti. Similiter effectus fortuitus non dr̄ propter hoc fortuitus ꝙ agens agat ꝓpter ipsum: sed dicitur ꝓpter hoc ad intellectum predictū ꝙ si presciretur dignū esset vt propter ipsuꝫ fieret actio. ¶ Ad quintam dico ꝙ per accidēs capitur dupliciter: vno modo vt notat non intentionē: alio modo vt notat propositionē cōtingenter veram. primo modo dr̄ ꝙ fortuna est cā per accidens sui effectus fortuiti ⁊ non secundo modo: ⁊ musicus in casu predicto nō dicitur cā per accidens: accipiēdo accidēs primo mō: sed bñ dr̄ cā per accidens accipiēdo ꝑ accidēs scḋo mō: q̄ hoc ē per accidēs musicus est cā domus. sic ergo pꝫ qualiter in ꝑdicto casu diffinitio fortune non conuenit aliis q̄ꝫ diffinito: ex eo ꝙ in diffinitione ly per accidens capitur prout denotat non intentionē. ¶ Ad sextam concedo ꝙ casus ⁊ fortuna sunt cause per se ⁊ hoc effectuum intentorum: sed nō sunt cause per se respectu effectuum casualium: sed per accidens. Ulterius quando dicebatur hec est per se: fortuna est causa effectus fortuiti conceditur. cum hoc tamen stat: ꝙ sit causa per accidēs: prout hoc per accidens notat non intentionem agentis: quāuis non sit causa effectus fortuiti per accidēs: prout ly per accidens notat propositionem esse contingenter veram.

Questio. XIIII.



Queritur vtrum aliquid fiat a fortuna ⁊ casu. ⁊ arguitur primo ꝙ nō. nihil fit malū in natura: sed aliqui effectus casuales sunt mali: ergo tales nō sunt a natura. maior est nota ex eo ꝙ deus ⁊ natura nihil agunt frustra seu mali. minor probatur: q̄ mōstra que dicūtur esse effectus casuales dicūtur peccata ⁊ mala in natura. ¶ Scḋo natura nō abūdat in suꝑfluis: nec deficit in necessariis: vt dicitur tertio de aīa: modo si aliqui fierēt effectus casuales: sicut monstra: ꝙ homo generaretur cū tribus pedibus: vel cum vno: tūc natura abūdaret in superfluis: vl' deficeret in necessariis. ¶ Tertio. nihil fit preter intentionē: ergo nihil fit a casu: ꝯña tenet per diffinitionē casus: añs probatur: q̄ omne quod fit: fit a prima causa: que nihil agit preter intentionē. ad cuiuslibet enim effectus ꝓductionē concurrit prima causa efficiēs. ¶ Quarto. in celo nihil fit a casu: ergo nec in istis inferioribus: ꝯña tenet ex eo ꝙ ista inferiora regūtur a celo. añs probatur ꝙ ex eo ꝙ motus celestes qui fiunt in celo fiūt cōsimiliter nō extra semper ⁊ frequēter. ¶ Quinto si aliquid fieret a casu vel hoc esset propter hoc ꝙ fieret raro vl' ꝙ causis eius sufficiēter applicatis talis effectus ab eis ꝓducitur. nō potest dici primū: nam tūc alique coniunctiones planetarum: sicut iste que fiunt raro / dicerētur fieri a casu et a fortuna: qḋ est falsum: nec pōt dici scḋm: ex eo ꝙ quotiescunqꝫ cause alicuius effectus sunt sufficienter applicate ad illū effectum: necessario sequitur ille effectus.

In oppositum est Aristo. de cuius intētione est aliquid fieri a casu ⁊ a fortuna. ¶ In ista questiōe primo videndum est an aliquid fiat a casu. secundo videndum est qualiter aliquid dicatur fieri casu. ⁊ similiter suo modo videndum est de fortuna. tertio si casus ⁊ fortuna reperiantur in contingentibus ad vtrumlibet.

Quantum ad primum sciēdum ē ꝙ erant due opiniones extreme de ista materia ⁊ vna media. Prima erat ꝙ nihil fieret a casu: ⁊ illa dixit hoc esse ideo: quia omnia ex necessitate eueniunt. ¶ Alia opinio erat que dixit ꝙ omnia fierent a casu: ⁊ mouebantur ab isto principio: q̄ oīa que fiūt preter intentionem agētis fiunt a casu: sed oīa que fiūt in natura fiūt preter intentionē agētis ex eo ꝙ si fierent cum intētione agētis oporteret ꝙ natura ꝓducēs cognosceret finē producēdum: sed hoc non: cū enim lapis descēdit nō cognoscit finē qui acquiritur per eius descensum. ⁊ ideo dicit ista opinio ꝙ lapis descendit a casu. Et consimiliter dicit consimiles effectus qui fiunt a natura fieri a casu: ⁊ silr̄ ista opinio dicit ꝙ necessitas operationū ⁊ dispositionū rerū naturaliū nō prouenit ex parte finis: sꝫ ex parte materie: vnde dicūt ꝙ nō pluit propter herbas: quia pluuia aliquando nocet herbis sicut ꝓdest: sed pluit propter hoc ꝙ prius vapor calefactus eleuatur sursum: ⁊ postea cōuersus in aquam propter grauitatē descēdit ⁊ fit pluuia. ¶ Contra istas opiniones scḋm opinionē mediā ponūtur conclusiones: prima ꝙ aliqua fiunt a casu ⁊ aliqua non: primū patet: q̄ aliqua fiūt per intentionē agentis. vnde artifex sicut si aliquādo intendit scribere a. scribit b. scḋm patet: nam nō est verisimile ꝙ motus celestes fiant casualiter postq̄ꝫ ita regulariter fiūt: patet hoc per diffinitionem casus: illa eñ que fiūt a casu: non fiūt semper ⁊ frequenter. ¶ Ad rationes ergo opinionū contrariaꝝ respondetur ad rationē prime: ꝙ non omnia de necessitate eueniunt: per hoc enim tolleretur libertas liberi arbitrii. ¶ Ad rationem secunde cū dicebatur: illa que ꝓducit natura ꝓducit preter intentionē: respondetur ꝙ verū est si intentio capitur pro cognitione: lapis enim quum descendit non cognoscit finem ꝓpter quem descēdit: si vero intētio caperetur pro inclinatione naturali: tunc negatur ꝙ oē qḋ fit a natura fit ꝑter intentionē: vnde quū lapis descendit q̄uis descendat preter cognitionē: tñ nō descēdit ꝑter inclinationē naturalē: modo cum dicitur casualia sunt que fiūt preter intentionem agentis: intelligitur preter inclinationē naturalem: ergo quum lapis descēdit ⁊ frāgit ollam descensus ille nō est casualis: q̄ ad illum inclinatur lapis ex sui natura: sꝫ fractio olle dicitur casualis: quia ad illam nō inclinatur ex sui natura. Et vlterius quādo dicebat ista opinio ꝙ nō plueret propter herbas: negatur: ⁊ quādo dicitur ꝙ aliquādo nocet herbis: dicitur ꝙ hoc est a casu. ¶ Isto viso patet ꝙ aliqua fiūt a casu: vidēdum est modo propter quid aliquid dicitur fieri a casu. Ad quod respondetur: ꝙ ideo fit a casu: q̄ fit ꝑter intētionē ⁊ inclinationē naturalē ipius ꝓducētꝫ ⁊c.

Quantum ad secūdum: suppono primo ꝙ in istis inferioribus ad cuiuscunqꝫ effectus productionem concurrunt plura agentia particularia: vnde ad cuiuscunqꝫ effectus productionē prima causa effectiue concurrit. ¶ Secundo suppono quod quelibet talia agentia plura sunt vnū sub alio vel ambo sub tertio: ita quod inter omnia ista est dare vnum primum. ista suppositio patet ex secundo et tertio metaphysice et quarto huius. ¶ Tertio suppono quod inter illa agentia agens primum agit mediantibus aliis tanquā mediantibus instrumentis dirigens ⁊ regulans actiones illorum agentium: cognoscens quemcunqꝫ effectum producendum a se cum illis causis partialibus. patet hoc nam non videtur verisimile quod deus seu illud primum producat aliquem effectuꝫ quē nō cognoscat ꝓducēdum: ⁊ quem producat preter eius intentionem. ¶ Tūc sit vna distinctio ꝙ aliquid [illegible] fieri a casu simpliciter [illegible] scḋm quid. Illud dicitur fieri a casu simpliciter quod fit ꝑter

intentionē cuiuslibet agentis ipm ꝓducentis ita ꝙ nullum agentium ipsum producentium intendat. Sed illud potest dici fieri a casu sm quid qḋ fit a pluribus agentibus: et fit preter intentionē aliquorum de numero illorum agentium: sed non omniū. verbi gratia: si aliquis effectus produceretur simul a sorte ⁊ a platone: ⁊ produceretur a sorte preter intentionem: ⁊ a platone cum intentione: tunc ille effectus diceretur fieri a casu sm qd. verbi gratia. Si sortes iret ad sequanam illa intētione ꝙ vellet trahere nauem: ⁊ plato iret illa intentione vt vellet se balneare: ⁊ tunc cogeretur ad trahendum nauem cum sorte. tunc illa tractio nauis posset dici casualis sm quid: quia in ordine ad platonem: licet non in ordine ad sortem. ¶ Tunc sit prima conclusio. In natura aliquid potest fieri a casu secundo modo. probatur: quia possibile est ꝙ aliquis lapis descēdat ⁊ in descēsu frangat vnam ollam. Similiter possibile est ꝙ agens naturale intendat aliquem finem puta producere sibi simile: ⁊ producat sibi dissimile: puta monstrum: ergo conclusio vera. antecedēs patet de se: consequentia probatur. nam huiusmodi effectus sicut fractio olle ⁊ productio monstri: sunt effectus casuales respectu nominatorum agentium postq̄ fiunt preter naturalem inclinationem: ⁊ intentionem ipsorum. ¶ Secundo: in arte aliquando aliqua fiunt a casu; ita etiam in natura: consequētia tenet ex eo ꝙ sicut est in arte ita etiam in natura: cuȝ ars sit imitatiua nature. ¶ Secunda conclusio. nihil fit a casu simpliciter: probatur: quia omne quod fit: fit a pluribus agētibus concurrētibus per primam suppositionem: inter que vnum est primum per secundam: ꝙ effectum producendum cognoscit: ⁊ propter illum agit: vel producit per tertiā. ergo talis effectus non fit simpliciter a casu: tenet consequentia q: illud dicitur fieri simpliciter a casu quod fit preter intentionem cuiuslibet producentis. ¶ Secūdo arguitur ad idē autoritate Linconiensis ⁊ eius exemplo: super isto secundo vbi dicit: ꝙ si paterfamilias suum bouem sciret cecidisse ad puteum ⁊ mittat sortem ⁊ platonem filios suos ad puteum: auferēdo aquam: ⁊ mittat eos sic: ꝙ vnus nesciat de alio qḋ sibi cōmittitur: ⁊ credat eos simul venire ad puteum: ⁊ quū vidēt bouem extrahūt eum a puteo: ⁊ talis extractio bouis non est casualis respectu mittentis: sed bene respectu missorum. ita q̄uis aliquis talis effectus sit bene casualis respectu aliquarum causarum particularium: nō tamē respectu prime scilicet dei: ex eo ꝙ si ista que dicimus fieri casualiter respectu causarum particularium etiam fierēt casualiter respectu prime cause: sequeretur ꝙ postq̄ illa essent facta non conseruarentur a prima causa: postq̄ fuissent facta preter eius intentionem; sed consequens est falsum de monstris q̄ producta sunt in esse: ⁊ conseruantur a prima causa. ¶ Tertio autoritate Boetii dicentis: quecunq̄ veniunt sunt debite ordinata ⁊ bene facta: ⁊ ideo nihil inordinatur in natura: sed si aliquid dicitur inordinatum: hoc est solum ad nostrā apparentiam non deuiando ab ordine nature vniuersalis: sed bene particularis. Ex ista conclusione patet sicut nō sequitur hoc fit preter intentionem agentis illius: ergo fit preter intentionem agentis ab inferiori ad superius negatiue: sic etiam nō sequitur hoc ē casuale respectu illius agentis: ergo est casuale respectu agentis: q: hoc nomen casuale includit negationem. Secundo sequitur ꝙ aliqua possunt dici magis ⁊ minus casualia; nam que fiunt preter plurium agentium intentionem ista magis casualia dicuntur q̄ illa que non fiunt preter intentionē tot agentiū ipsa ꝓducentiū.

Quantum ad tertium presupposita distinctione contingentis in contingens rarum; contingens vt in pluribus: ⁊ in contingens ad vtrūlibet: similiter ꝙ contingētia ad vtrumlibet potest attendi in ordine ad causam materialem et subiectiuam: vel in ordine ad causam efficientem ⁊ hoc in ordine ad agens pure naturale vel ad agens secundum propositum suppono primo: ꝙ agentia naturalia pluries ⁊ frequentius producunt effectus intentos: q̄ non intētos. patet hoc. nam pluries producitur homo cum quinq̄ digitis in vna manu q̄ cum pluribus vel paucioribus; similiter pluries producitur vitulus cum vno capite q̄ cum pluribus. ¶ Secunda suppositio ꝙ agentia que agunt sm propositum: pluries producunt effectus notabilis bonitatis vel malitie quos intendunt: q̄ ꝙ producunt effectus quos non intendunt: videmus enim illos frequentius ditari qui laborant ⁊ intendunt pro diuitiis: q̄ illos qui non laborant pro ipsis. verūtamen agentia sm propositum plus deficiunt ab eorum intento q̄ agentia pure naturalia nō agentia sm propositum: ⁊ huius ratio est: nam agentia naturalia: agunt solum propter bonum: agētia autem sm propositum agūt propter bonum apparens. ¶ Tertia suppositio: ꝙ casus ꝓprie loquendo: tūc accidit quum producitur aliquis effectus nō intentus: seu preter intentionem: ⁊ inclinationem agentium naturalium non sm propositum. Et notāter dico agentium ⁊ nō sm propositum: q: q̄uis eclipsis lune fit preter intentionem ipsius motoris: propter hoc ꝙ eclipsis lune est defectus luminis lune: modo motor non intendit defectum sui orbis mobilis. Et q̄uis eclipsis lune fiat raro: non tamen dicitur fieri a casu ꝓpter hoc ꝙ nō fit ꝑter intētionem suarū causarū agentium simul: ⁊ etiam semper fit quando omnes eius cause agentes simul concurrūt. Patet hoc etiam ex alio ꝙ non fiat a casu: nam eclipsis lune potest presciri: sed casualia ⁊ fortuita non possunt presciri. dicit enim Aristo. casum ⁊ fortunā esse incerta. ¶ Quarto suppono ꝙ tunc accidit fortuna quādo aliquis effectus notabilis bonitatis vel malitie accidit alicui agenti sm propositum preter eius intētionem. Ex ista suppositione sequitur ꝙ qui pauciora precogitant et intendūt: plura accidūt eis fortuita: patet hoc: q: omnes effectus boni qui eis accidūt di[cu]ntur effectus fortuiti: q: euenīūt eis fortuite propter hoc ꝙ accidunt eis preter intentionem eorū ⁊ propter hoc cōmuniter dicitur: vbi maximus intellectus ibi minima fortuna: quod nō intelligitur ꝙ magis sapientibus minus de bono accidat: sȝ intelligitur ꝙ magis sapiētibus: qui de multis prouidēt: pauciores effectus dicūtur fortuiti: ⁊ minus sapientibus plures effectus dicuntur fortuiti. Et totum dicitur propter hoc ꝙ hic terminus fortuna connotat aliquem effectum fieri vel accidere preter eius intētionem: scȝ illius cui accidit. ¶ Tunc sit prima conclusio ꝙ accipiendo casum proprie sicut iam dictuȝ est: casus reperitur in cōtingentibus raro: patet hoc: nam per tertiam suppositionem: tunc casus dicitur accidere: quādo producitur aliquis effectus preter intentionem agentium naturalium; sed hoc est raro ⁊ non in cōtingentibus equaliter: per primam suppositionem: ergo casus reperitur in contingentibus raro: ⁊ nō in contingentibus equaliter. ¶ Secunda conclusio accipiendo fortunam proprie sicut dictum est non reperitur in contingentibus equaliter: probatur: nam per quartā suppositionem: tunc accidit fortuna: quādo euenit aliquis effectus notabilis bonitatis vel malitie preter intentionē agentis sm propositum: sed hoc est raro per secūdam suppositionem ⁊ non equaliter. ergo. ¶ Tertia conclusio accipiendo fortunam improprie aliter q̄ dictum est casus ⁊ fortuna reperiuntur in contingentibus equaliter; imo adhuc ita large accipiuntur casus ⁊ fortuna: ꝙ aliquem effectum intentum dicimus esse fortunam: vnde aliquem ludentem ad taxillos si lucratur dicimus hoc esse a fortuna: non obstante ꝙ intendebat lucrari. nam Commentator qū dixit casum ⁊ fortunā non reperiri in contingētibus equaliter intellexit hoc casuȝ ⁊ fortunam accipiendo proprie: sicut iā exponebatur. ¶ Rationes principales bene probāt nihil fieri a casu simpliciter cum quo tamen stat multa fieri a casu sm quid.

Questio. XV.

ueritur an natura intēdat producere monstrum: ⁊ arguitur primo qḋ sic: monstrū intenditur produci a natura. ergo. Consequentia videtur esse bona; antecedēs probatur: nam posito ꝙ iam productus sit vnus homo monstrosus: tunc arguitur sic: hoc demonstrando istum hominem intēditur produci a natura. sed hoc est monstrum ergo monstrum intenditur produci a natura consequentia bona quia syllogismus expositorius: et minor est vera: sicut patet per casum quod maior sit vera patet: quia hoc est eiusdem speciei cum producente: ergo nō minus intenditur ab ipsa: quam si non esset monstrū. ¶ Secūdo. ad cuiuscūq̄ mōstri productionē concurrit prima causa: sed ista nihil producit preter eius intentionē: ergo ad minus ipsa intendit illud. ¶ Tertio. monstrum est ens

strum est ens naturale: sed quodlibet naturale quum ꝓducitur intenditur a natura. ergo ⁊c. ꝙ monstrum sit ens naturale ptꝫ. q: est compositũ ex materia ⁊ forma: ⁊ tale nominatur naturale. ergo. ¶ Quarto in productione monstri materia disponitur per naturam: pro gñatione monstri: ergo monstrum intenditur a natura: consequentia tenet: quia nisi ex hoc posset probari intendi a natura: videlicet: quia materia disponitur per naturã ad gñationẽ mõstri: consimili modo non possumus probare naturam agere propter finem. vnde propter hoc ꝙ natura disponit materiam dispositionibus conuenientibus fini generãdo: nos dicimus siue arguimus ꝙ natura agat propter finem. ¶ Quinto. nisi monstrum intenderetur a natura sequeretur ꝙ postq̃ esset productũ non amplius haberet curam de eo: cõsequens est falsuꝫ: falsitas patet: q: nos videmus postq̃ aliqs homo est generatus cuꝫ sex digitis in vna manu: natura ita bene nutrit ⁊ auget sextum digitum sicut alios: quod non esset si non haberet curã de eo. ¶ Sexto monstra non sunt gratis imo fiunt aliquando propter finem: ergo videtur ꝙ intendantur a natura. consequentia patet: antecedens probatur: q: monstra fiunt ad denotãdum euenire aliquid futurum: patet hoc per Romanos quando nascebantur eis monstra offerebant hec diis eorum: vt auferrent ab eis illud malum futurum: cuius mali illud monstrum erat prenosticatio.

In oppositum arguitur sic. peccatũ ⁊ malum nature non intenditur a natura: sed monstrũ dicitur peccatum nature. ergo. ¶ Secũdo monstruositas est dispositio disconueniens ⁊ innaturalis ipsarũ rerum monstruosarum ergo natura non intendit ea propter hoc ꝙ natura non intẽdit disconuenientia ⁊ innaturalia rerum natura. iñ. ¶ Tertio. ꝙ natura producat monstrum: hoc est a casu: quod autem fit a casu fit preter intentionem illius respectu cuius dicitur ille casus. ergo cum monstra dicantur casu alia respectu nature particularis sequitur ꝙ natura non intendit ipsorum defectum. ¶ Quarto. sicut est de mõstris in arte: ita est etiã de monstris in natura: sed sic est ꝙ artifex facit ea preter intentionem faciendi ea. ergo etiam sic est de monstris naturalibus: maior videtur etiam vera: minor patet: nam quum aliquis intendit scribere vnam orationem veram: ⁊ scribit vnam falsam hoc est preter eius intentionem patet hoc q: postq̃ est scripta statim delet eam: quando videt eam esse falsam. ¶ In ista questione primo vidẽdum est de quid nominis huius termini monstrum. secũdo vidẽdum est de causis in gñali gñatione monstri. tertio de quesito.

Quantum ad primum sciendum est ꝙ monstrum dicitur euenire in natura preter cõmunem et solitum cursum nature: ad aliquod futurum designandum. vnde antiqui sicut designabatur in sexto argumento per mõstra genita in tali vel tali regione pronosticabãtur talia vel talia futura euenire in tali vel tali regno: ita ꝙ hic terminus monstrum: est terminus connotatiuus: qui supponens pro aliq̃: cõnotat ipsum esse factum preter cõmunem ⁊ solitum cursuꝫ nature: ⁊ cõnotat ipsum habere quandam difformitatem in ordine ad effectus naturales consuetos produci q̃uis non in ordine ad totum vniuersum: vnde monstrum licet sit quedam difformitas ad effectus naturales seu ad aliquos effectus: non tamen in ordine ad totum vniuersum: vnde q̃uis homo cum duobus capitibus sit quedam difformitas in specie humana: non tamen ad totum vniuersum: ex hoc ꝙ totũ vniuersum decoratur: ⁊ fit pulchrius per monstra.

Quantum ad secundum articulum sciendum est ꝙ generationes monstrorum aliquãdo fiunt ex parte materie: vt quando est nimis multa: vel nimis pauca: vnde dicit Albertus ꝙ semel generabatur vna puella cuꝫ mãmis pendentibus ⁊ hoc propter abundantiam seminis sed quãdo generãtur homines sine pedibus: vel cum vno pede: hoc est propter paucitatem materie. Aliquando etiam monstra fiunt ex parte continentis: vnde aliquando propter strictitudinem matricis vel propter rupturam: vel indebitam inuolutionem violentam: generãtur mõstra aliter: ⁊ aliter disposita. Aliquando etiam generantur ex parte agẽtis: ⁊ hoc ex parte gñantis instrumentalis sicut sunt qualitates prime: vnde aliquãdo ꝓpter nimiũ defectũ caloris vel aliqd hmõi generantur viri maleficiati. qui possunt dici monstra: q: nõ possunt habere vsum cum mulieribus sicut cõmuniter solẽt viri. Aliquãdo autem ex parte agentis principalis: vnde gr̃a si pro aliquo tempore esset constellatio conueniens pro gñatione porcorum ⁊ plus in vno tẽpore q̃ in alio: tunc forte per illam constellationem generaretur homo habens vultũ magis longum q̃ consuetus est esse vultus hominis q: illa constellatio voluit producere vultum porci: generans vultum hominis: ille ergo cause concurrentes refrangentes se adinuicem simul producunt vultum hominis longum: ⁊ longiorem q̃ cõmuniter solent esse vultus hominum. ergo ⁊c.

Quantum ad tertium articulum sit prima distinctio: ꝙ duplex est natura: vniuersalis et particularis: sicut prius dicebatur. per naturam vniuersalem intelligitur prima causa. ¶ Secunda distinctio. naturam aliquid in ordine intendere: potest intelligi dupliciter: vnõ modo principaliter: tanq̃ melius ⁊ optimum in ordine intẽtionis. Alio modo minus principaliter: ⁊ quodammodo minus principaliter conditionaliter: vbi non potest obtinere optimũ: verbi gratia: vt si aliquis iret ad curiam Romanam: ⁊ intenderet procurare episcopatũ: ⁊ in casu vbi non obtineret episcopatum vellet impetrare vnam dignitatem aliam scilicet preposituram: tunc principaliter intenderet episcopatum ⁊ minus principaliter intenderet preposituram vel aliquod tale similiter quum aliquis lapis descenderet principaliter intẽderet descendere per lineam rectam: ⁊ minus principaliter per lineam obliquam: nam si caderet supra aliquam tabulã transuersibiliter positam descenderet per lineam obliquam si posset ¶ Tertia distinctio. ꝙ monstrum vno modo capitur pro subiecto alicuius alio modo pro monstruositate seu difformi dispositione subiecti. ¶ Tunc aliqui ponunt istas conclusiones: prima ꝙ natura particularis bene intẽdit producere monstrum accipiendo monstrum pro subiecto: seu ꝓ illa re que est monstruosa: probatur: nam producto aliq̃ mõstro arguitur sic: hoc intenditur a natura: ergo per conuersionem simplicem intẽdit natura hoc. Sed hoc est monstrũ accipiendo monstrum pro subiecto vel absolute: non prout iste terminus monstrum notat monstruositatẽ. ¶ Secunda conclusio natura particularis nõ intendit monstrũ intẽtione principali: prout hic terminus monstrum supponit pro tali dispositione: patet: q: in tali intentione intendit quod melius est: modo talis dispositio non est melior. ¶ Tertia conclusio. natura particularis bene intendit monstrum accipiẽdo monstrum pro tali dispositione intentione minus principali: patet: quia postq̃ melius est productio sub dispositione etiam indebita q̃ si omnino non produceretur: sequitur ꝙ appetat producere magis q̃ omnino nõ producere: ergo talis dispositio indebita intenditur minus principaliter. ¶ Breuiter non curando de istis conclusionibus aliter põt saluari questio pro qua supponendum est ꝙ aliqua sunt verba sicut sunt ista intelligere cognoscere scire intendere appetere: que terminos sequẽtes se restringunt ad supponendum pro his pro quibus supponunt nõ absolute: sed cũ appellatione rationis: nam conceptus precedentes talia verba: nõ restringerẽt ad supponendũ ꝓ his pro quibus supponũt cum tali appellatiõe: ⁊ isto modo ꝯceditur ꝙ deũ trinũ ⁊ vnũ cognouit Aristo. ⁊ tñ Aristo. nõ cognouit deũ trinũ et vnũ. ¶ Isto supposito sit prima cõclusio. natura particularis nõ intendit ꝓducere mõstrum. probatur: mõstra dñr fieri a casu in ordine ad naturã particularẽ: ergo natura particularis preter intẽtionem ꝓducit mõstra: ⁊ per ꝯñs non intendit producere monstrum. ¶ Secũdo. natura intendit ꝓducere sibi simile ⁊ nõ dissimile: modo quũ producũtur mõstra producuntur dissimilia in dispositionibus producentibus. ¶ Secũda conclusio. monstrum intenditur a natura. probatur per primam rationẽ positam in principio questionis: ita ꝙ virtus conclusionum stat in hoc ꝙ producto aliquo monstro natura particularis bene intendebat producere hoc sꝫ non intendebat producere hoc sub tali ratione monstruosa. ¶ Tertia conclusio. monstrum intenditur a natura vniuersali: ⁊ natura vl'is intendit ꝓducere monstrũ: ptꝫ nã ꝙ sunt mõstra: hoc est ad decorẽ vniuersi: sꝫ omne tale intẽdit natura vl'is. Ex alio natura vl'is bñ ꝑficit ipsum fieri talis dispositionis. & non ꝓducit ipm̃ tale ꝑter intentionẽ. ⁊ sicut primo dicebatur in ordine ad primã causam nõ fiũt aliq̃ casualia:

sed omnia que producit: et qualitercunque producit cum intentione ergo natura vniuersalis ita intendit producere monstra sicut monstra intenduntur ab ea. Et imaginandum est hoc quia sicut in arte aliquando magister operis precipit subdito suo; verbi gratia de arte pingendi facias ibi talem imaginem turpem: ita quod ille subditus nesciens ad quem finem videbolet quod debet facere talem imaginem: recte facit eam contra intentionem: vnde postquam circa illam imaginem facte sunt alie imagines: tunc propter diuersitatem talium imaginum totum aggregatum redditur valde pulchrum: et hoc bene sciebat magister operis: quamuis hoc non presciebat subditus. ita recte est in natura quum producuntur monstra causa vniuersalis bene prescit quod ex hoc vniuersum redditur valde pulchrum: ergo intendit principaliter monstrum.

Ad rationes dico quod omnes rationes adducte hincinde: alique bene probant quod natura particularis non intendit monstrum: sed quod monstrum intenditur etc. Et alique bene probant quod natura vniuersalis intendit monstrum et econuerso. Et nota quod ista propositio monstrum intenditur a natura particulari; non conuertitur in istam quod intenditur a natura est monstrum; sed in istam quod intenditur a natura particulari est vel erit monstrum.

Questio. XVI.



Queritur vltimo vtrum in dispositionibus et operationibus naturalibus necessitas sit ex fine: vel ex materia: verbi gratia quod dentes anteriores sint acuti: et posteriores sint obtusi. an sit secundum exigentiam materie: sicut quidam antiqui dixerunt quod esset propter paucitatem materie; vel multitudinem materie dentium ante et retro. Uel an hoc sit propter finem nam sic sequeretur quod agens naturale quod agit huiusmodi dispositiones cognosceret finem: sed hoc est falsum: ex eo quod multa sunt agentia naturalia que non cognoscunt finem: probatur consequentia: quia aliter agentia naturalia non viderentur agere huiusmodi dispositiones naturales nisi a casu. ¶ Secundo, sicut est in arte ita videtur esse in natura ex eo quod ars est imitatrix nature: sed in arte necessitas capitur ex materia et non ex fine: assumptum probatur: quia in constitutione domus primo ponuntur lapides: qui sunt grauiores: deinde ligna que sunt iterum minus grauia. modo talis situs et dispositio domus non fit propter finem ipsius domus: sed fit propter exigentiam ipsius materie domus. ¶ Tertio. nam quod pluit non fit propter aliquem finem: sed secundum exigentiam materie: ergo non cuiuslibet operationis et dispositionis naturalis necessitas prouenit ex fine: sed ex materia. consequentia tenet: prima pars antecedentis patet, nam si plueret propter aliquem finem hoc videretur esse propter crementum herbarum et frumentorum: sed hoc est falsum: quia aliquando ita nocet sicut prodest. secunda pars antecedentis probatur quia quod pluit fit ex eo quod vapor calefactus calore extrinseco puta solis eleuatur sursum vsque ad mediam regionem aeris et tunc ibi ex frigiditate medie regionis aeris condensatur in nube: et conuertitur in aquam: et naturaliter grauis descendit et tunc pluit: ex isto sequitur quod pluuia fit secundum exigentiam materie et non finis. ¶ Quarto. sepe fiunt operationes et dispositiones naturales quum tamen non attingitur finis: sicut fit in generatione monstri. ergo videtur quod talium operationum et dispositionum necessitas fiat secundum exigentiam materie. ¶ Quinto. illud est causa necessitatis dispositionum et operationum naturalium: ad quod conuenienter respondetur ad interrogationem factam per propter quid necessarie sunt tales dispositiones et operationes naturales: sed hoc est materia ergo. maior est nota et minor patet: quia quando querimus propter quid est homo corruptibilis respondetur quia habet materiam.

In oppositum est Aristo. in fine huius secundi: vbi vult quod necessitas dispositionum et operationum naturalium sit ex fine et non ex materia: verbi gratia: vt quod serra est sic vel sic disposita: non est propter materiam: sed propter finem serre: puta secare dura. Similiter quod dentes anteriores sint acuti: et posteriores obtusi non est propter hoc quod in dentibus posterioribus sit plus de materia. Sed propter hoc quod dentes anteriores debent diuidere cibum: et dentes posteriores debent conterere ipsum. Similiter quod oculus est de materia diaphona puta de aqua: est propter hoc quod possit recipere formas et species visibilium mediantibus quibus potest fieri visio. ¶ In ista questione primo videndum est an natura agat propter finem: secundo de quesito.

Quantum ad primum pono istam conclusionem: quod natura agens aliquam dispositionem agit illam propter finem: probatur: agens naturale in omni actione sua intendit finem: ergo propter illum agit antecedens probatur: quia si non sequeretur quod in natura nihil fieret a casu: sed hoc est falsum: et contra ea que dicta sunt: assumptum probatur: quia nihil fieret preter intentionem agentis naturalis: postquam in actione eius nihil intenderet; scilicet nullum finem tunc etiam nihil preter eius intentionem accideret: et per consequens nihil fieret a casu. nam secundum predicta ad hoc quod aliquid dicatur a casu fieri requiritur quod ipsum eueniat preter intentionem agentis particularis: ex quo producitur. Et intelligo per intentionem agentis particularis: cognitionem vel inclinationem nature qua inclinatur et dirigitur ab intelligentia cognoscente. ¶ Secundo ad idem: quia videmus quod effectus et dispositiones rerum semper vel frequenter fiunt consimili modo: patet vt quod oculus situatur in capite ante et non retro etc. quod non esset si agens naturale in eius actione non intenderet finem. ¶ Tertio ad idem: si agens in sua actione non intenderet aliquem finem sequeretur quod omnia que produceret: produceret a casu: sed hoc est falsum probatur consequentia ex eo quod nihil eorum que produceret: produceret cum intentione sed preter intentionem. ergo etc.

Quantum ad secundum articulum pono primo vnam distinctionem: et est quod quantum sufficit in proposito: quoddam dicitur necessarium simpliciter: verbi gratia: deum esse est necessarium simpliciter. Alio modo dicitur necessarium ex suppositione. verbi gratia. si aliquis debet diu viuere necesse est vt habeat alimentum. Tertio modo capitur pro vtili. verbi gratia. Si fortes debet esse et viuere: necesse est quod habeat vestes id est vtile. tunc secundum hoc posset intelligi questio: vtrum necessitas: id est vtilitas dispositionum naturalium sit ex fine; vel ex materia. Isto viso secundum intentionem Aristo. potest responderi ad questionem duabus conclusionibus: quarum prima est ista: ad hoc quod dispositiones et operationes naturales sint: necesse est esse materiam: probatur quia impossibile esset dispositiones et operationes fieri: nisi esset materia ex qua fierent: similiter nec esset: nec posset fieri serra nisi esset materia: similiter nec essent nec possent fieri dentes anteriores acuti et posteriores obtusi nisi esset materia. ¶ Secunda conclusio. quod causa necessitatis: id est vtilitas dispositionum rerum naturalium est finis: propter quem dispositiones talium rerum sunt necessarie: probatur: illud est causa dispositionum rerum naturalium: per quod conuenienter respondetur ad interrogationem factam propter quid: tales dispositiones rerum naturalium sunt necessarie: sed hoc est finis et non materia. ergo maior nota: minor patet: nam quum queritur propter quid serra est ex materia taliter disposita. Respondetur quod propter secare dura: quamuis ad hoc quod sit serra necessarium est quod sit ferrum: et cum talis necessitas sit opus et finis ipsius serre. ¶ Secundo. sicut in demonstratione premisse se habent ad conclusionem ita in naturalibus finis se habet ad ea que ordinantur ad finem: sed in demonstratione necessitas premissarum est causa necessitatis conclusionis: ergo in naturalibus finis est causa necessitatis eorum que sunt in finem. maior est nota: quia sicut in demonstratione premisse prius cognoscuntur quam conclusio: et sunt priores in intentione ita in naturalibus finis est prius in intentione: quamuis sit posterius in executione. minor patet propter hoc quod si premisse sunt necessarie: conclusio est necessaria. ¶ Tertio dispositiones rerum naturalium fiunt secundum exigentiam finis: et non secundum exigentiam materie: ergo causa necessitatis rerum naturalium videtur esse finis: consequentia tenet: assumptum probatur: quia si non fierent secundum exigentiam finis sed secundum exigentiam materie: sequeretur quod in generatione corporum naturalium et in entibus naturalibus semper magis grauia deberent situari inferius: et magis leuia superius: et medio

modo

modo se habentia in medio: sed hoc est falsum ex eo ꝙ postquam semper dispositiones ⁊ situs rerum naturalium fieret secundum exigentiam materie. falsitas consequentis patet. nam tunc quod est inferius in hoīe deberet esse os: ex eo ꝙ ossa sunt magis grauia ⁊ terrestria: ⁊ totum quod est supra deberet esse spiritus: ⁊ sanguis: ex eo ꝙ ista sunt de natura magis leui: ⁊ totum quod est in medio deberet esse caro: de materia medio modo se habente in grauitate ⁊ leuitate inter materiaꝫ ossium ex vna parte: ⁊ materiam sanguinis ex alia parte. Igitur recolligendo conclusiones positas ad hoc ꝙ dispositiones rerū naturalium ⁊ ipse res naturales sint: necesse est esse materiam rei naturalis: ⁊ causa talis necessitatis est finis. quod patet quia ꝙ serra sit: necesse est esse ferrum. ⁊ causa talis necessitatiꝫ est finis serre. scꝫ diuidere dura. similiter ꝙ oculus sit necesse est vt materia diaphona sit. ⁊ talis causa necessitatis est finis ipsius oculi: scꝫ videre. Et secunda conclusio intelligitur de dispositionibus et operationibus salutis: non autem de nociuis ⁊ corruptiuis: sicut sunt mors ⁊ senectus: vnde talia nō sunt necessaria simpliciter sed propter materiam.

Ad rationes principales. Ad primam non quodcunque agens ⁊c. admittatur. ergo non quodcunque intēdit finem. negatur consequentia: quia intentio finis non semper sumitur pro intentione: scꝫ cognitione finis; sed aliquando pro inclinatione naturali ipsius agentis ad producendum talem vel talem finem. ¶ Ad secundam dico ꝙ talis situs ⁊ dispositio non solum fit secundum exigentiam materie: sed etiam propter finem: nam in factione domus super ligna ponūtur grauiora: sicut sunt latera: propter custodiam lignorū vt nō destruantur a pluuia: ⁊ hoc apparet: quia artifex non solum facit talem situm ad dispositionem illarum rerum naturaliū secundum exigentiam materie: verūetiam secundum exigentiam finis. ¶ Ad tertiam de pluuia dico ꝙ imo propter crementum herbaruꝫ: sed si aliquando nocet herbis: hoc est a casu. ¶ Ad quartam dico ꝙ non semper oportet ꝙ attingatur finis: si dispositiones ⁊ operationes sunt propter finem: quia aliquando agens naturale bene impeditur in eius actione non obstante ꝙ intendebat finem determinatum. ¶ Ad vltimam dico ꝙ bene arguit ꝙ dispositionum ⁊ operationum naturalium corruptibilium necessitas capitur ex materia: nec hoc est contra dicta superius.

¶ Et sic est finis secundi libri physicorum magistri Alberti de Saxonia.

¶ Questiones super tertium librum physicorum eiusdem magistri Alberti incipiunt.

Questio Prima.



Onsequēter circa textum tertij libri physicorū queritur. An ignorato motu necesse sit ignorare naturam? Et arguitur primo ꝙ non: nam valet istam conditionalē: si ignoratur motus necesse est ꝙ ignoretur natura: que est falsa. ergo: consequentia tenet de se: sꝫ prima pars antecedentis patꝫ: nam illa oratio in qua ponuntur duo ablatiui in designatione consequentie: habet exponi per vnam conditionalem. Verbi gratia. sole oriente fit dies: exponitur sic: si sol oritur fit dies: secunda pars antecedētis probatur: nam potest ignorari motus ⁊ tamen nō necessario sed contingenter ignoratur natura. ¶ Secundo naturā esse est per se notum: ergo cognitio nature non depēdet ex cognitione motus: ⁊ per consequens nō opꝫ ignorato motu ignorare naturam. añs est Aristo. ꝯñtia nota est de se. ¶ Tertio natura est substantia: ⁊ motus est accidēs: sed cognitio substantie non dependet ex cognitione accidentis: ex eo ꝙ substantia est prior accidente tempore ⁊ natura per Aristo. vij. metaphysice. ¶ Quarto cognitio effectus dependet ex cognitiōe cause: sed natura est causa motus: ergo cognitio motus dependet ex cognitione nature ⁊ non econuerso: aliter enim esset circulatio in huiusmodi cognitionibus: quod est contra Aristo. vt videtur non oportet ergo vt ignorato motu sit necesse ignorare naturam: sꝫ magis ecōuerso. ¶ Quinto natura potest cognosci per quietem: ergo non oportet ꝙ ignorato motu ignoretur natura: consequentia videtur esse nota: postquam quies videtur posse supplere defectum motus in cognitione nature: antecedens patet: quia natura est principium motus sicut ipsius quietis: ⁊ ecōuerso: ⁊ ideo cū vtrūque eorum sit effectus nature: ⁊ cum effectus possit ducere in cognitionem cause: videtur ꝙ ita per quietem possit cognosci sicut per motum. ¶ Sexto. si motus esset principium cognoscendi naturam: tūc esset principium essendi: ex eo ꝙ eadem sunt principia essendi ⁊ cognoscendi: sed ꝯsequens est falsum motus enim non est principium essendi nature: ex eo ꝙ natura est prior motu ergo. ¶ Septimo. si sic sequeretur ꝙ non posset cognosci natura nisi cognosceretur motus: sed hoc est falsum: quia tunc intellectus simul plura intelligeret quod videtur esse contra Aristo. in iiij. metaphy. dicentem: qui vnum non intelligit nihil intelligit. ergo ⁊c.

In oppositum est Aristoteles in isto tertio dicens ꝙ necesse est ignorato motu ignorare naturam: patet hoc: quia in diffinitiōe nature ponitur motus sicut patet in secundo: vbi diffiniebatur natura per motum: modo nulla diffinitio potest cognosci: nisi omnia que ponūtur in illa diffinitione cognoscantur: ⁊ nullum diffinitum potest perfecte cognosci nisi per eius diffinitionem. ergo non potest cognosci natura: nisi cognoscatur motus. ¶ Sed aduertendum est ꝙ iste propositiones multum differūt: ignorato motu necesse est ignorare naturam: ⁊ necesse est ignorato motu ignorare naturam. prima est diuisa: secunda cōposita ⁊c. ¶ Adhuc iste multum differunt necesse est ignorato motu ignorare naturam: ⁊ necesse est motu ignorato ignorare naturaꝫ quia in prima iste terminus motus supponit distributiue: postquam sequitur istū terminū ignorato includentē negationē: ⁊ in secunda hic terminus motus non supponit distributiue. Et adhuc iste multum differunt: necesse est ignorato motu ignorare naturam: ⁊ necesse est ignorato motu naturā ignorare: quia in prima iste terminus natura nō supponit pro re quam significat absolute sed cum appellatione rationis vel conceptus istius termini natura. In secunda autem supponit pro illa re quam significat absolute sine tali appellatione: ⁊ ad vidēdum ista clarius: primo suppono aliquas suppositiones logicales. secundo ponam conclusiones de quesito.

Quantum ad primum sit prima suppositio omnes negationes vel omnes termini includentes negationem confundunt terminum sequentem se mobiliter: nisi aliquod syncathegoreuma impediat: patet ista suppositio ex logica. ¶ Secunda suppositio: ꝙ hoc verbum ignoro includit negationē: pꝫ quia ignoro est idem quod nō cognosco ecce clare negationem. ¶ Tertia suppositio: ꝙ ista verba cognosco: intelligo ⁊c. faciūt terminū sequētē se supponere nō absolute pro re quam significat: sed cū appellatiōe rationis vel cōceptus illius termini. ¶ Quarta suppositio: ꝙ ly necesse aliquādo reddit sensum diuisum: aliquādo sensum cōpositum: ⁊ quādo sic vel sic patet ex logica. ¶ Quinta suppositio: propositio in qua ponūtur duo ablatiui in designatione communi consequentis potest exponi per vnam conditionalem sicut ista. ignorato motu ignoratur natura: ⁊ hoc de primo principali.

Quantum ad secundum articulum: sit hec prima conclusio quod hec est falsa ignorato motu necesse est ignorare naturam: patet hoc: quia valet vnam conditionalem cuius antecedens potest esse verum cōsequente existente falso sicut dicebatur in primo argumento. ¶ Secunda cōclusio: necesse est ignorato motu ignorare naturam: patet hoc: quia hec est necessaria si non cognoscitur motus nō cognoscitur natura: patet: nam quod cognoscitur natura est per diffinitionem nature: in qua ponitur motus: sed illa nō potest cognosci nisi cognoscatur motus. ergo. ¶ Tertia conclusio: nō est necesse ignorato motu naturam ignorare: patꝫ hoc: quia postquam cognita est natura per motum potest dimitti cognitio motus: ⁊ natura vlterius cognosci ⁊ de ea cōsiderari: ⁊ finaliter virtus vltimarum duarū cōclusionū stat in

hoc: ꝙ ad hoc ꝙ ista sit vera cognosco naturam requiritur ꝙ in mente mea sit conceptus cui subordinatur iste terminus natura ad placitum institutus in significando: sed in isto conceptu includitur conceptus motus: ergo non possū habere conceptum nature perfectum: nisi habeam cōceptū motus ⁊ per consequens non possum cognoscere naturam nisi cognoscam motum: nihilominus naturam possum cognoscere absq; hoc ꝙ cognoscam motum: q: ad hoc ꝙ hec sit vera naturam cognosco: non requiritur ꝙ in mente mea sit conceptus nature hoc est conceptus cui hic terminus natura subordinatur in significādo. naturā enim possum cognoscere per vnum alium conceptum: cui hic terminus ens: vel hic terminus substantia: vel aliquis alius terminus non cōnotans motum subordinaretur in significando. Ex hoc infero ꝙ hec consequentia est neganda: si non cognoscitur motus natura non cognoscitur.

Ad rationes principales dico quod prima est pro prima conclusione. ¶ Ad secundam quāuis naturā esse sit per se notum: hoc est: nō est difficile ad inuestigandū tamen ad hoc ꝙ cognoscatur aliquid esse natura: oportet ꝙ cognoscatur motus: ita ꝙ quum Aristo. dicit naturam esse est per se notum: intelligit ꝙ non est difficile inuestigare naturā esse. ¶ Ad tertiā illa bene probat ꝙ natura potest cognosci nō cognoscēdo motū ⁊c. ¶ Ad quartam dico ꝙ quāuis effectus sint notiores suis causis cognitione quia est: tamen cause sunt notiores cognitione propter quid: ⁊ ita ex cognitione quia est effectuum possumus deuenire in cognitionem propter quid effectuū: ⁊ talis circlatio in diuersis generibus cognitionum non est impossibilis ⁊c. ¶ Ad quintā dico ꝙ hic terminus quies connotat motum ex eo ꝙ quies est carentia motus cum aptitudine ad motum: ⁊ non potest cognosci natura per quietem nisi cognoscatur per motum: ex eo ꝙ non potest cognosci quies nisi cognoscatur motus: q̄uis quies possit cognosci non cognoscendo motū. ¶ Ad sextam principia cognoscendi sunt principia essendi: verum est principia cognoscendi propter quid: modo motus nō est principium cognoscendi naturam propter quid: sed solum quia est: sed natura bene est principium cognoscendi motū propter quid. ⁊ igitur natura bene est principiū essendi motus: non enim existente natura existeret motus. ¶ Ad septimam quando dicitur: qui vnum non intelligit nihil intelligit: intelligitur qui ad minus non intelligit vnum nihil intelligit recte: sicut qui non habet vnum denarium: nullū denarium habet: ⁊ ita intelligit Aristo. ⁊c.

Questio. II.



Queritur secundo vtrum diffinitio motus sit bona scꝫ motus est actus entis in potentia sm ꝙ in potentiā. Et arguitur ꝙ non: q: motus non est aliqua diffinitio bona. consequentia tenet: antecedens probatur: q: motus est de genere accidentis: sed per Aristo. vij. metaphy. solius substantie est diffinitio. ¶ Secundo confirmatur hoc: cuius est demonstratio illius non debet esse diffinitio: sed ipsius motus est demonstratio: est enim passio ipsius mobilis demonstrabilis de ipso. ergo ipsius motus non est diffinitio: maior est nota: ex primo posteriorum: ⁊ minor iam declarata est. ¶ Tertio illud quod non est in aliquo vno genere non debet diffiniri. motus est huiusmodi: ergo: maior nota est ex eo: ꝙ omnis diffinitio bona debet constare. ex genere: ⁊ differentia: minor patet: nam motus est in tribus generibus. s. in quantitate qualitate ⁊ vbi. Sic ergo probatū est ꝙ motus non debet diffiniri. ¶ Secundo probatur ꝙ diffinitio predicta non est bona: q: bona diffinitio debet esse conuertibilis cum suo diffinito: sed predicta diffinitio nō est cōuertibilis cum motu: ergo. maior est topica ⁊ cōiter conceditur: minor patꝫ: q: predicta diffinitio alijs a motu competit patet nam competit anime. anima enim est actus entis ī potentia. est enim actus corporis physici organici vitam habentis in potentia. ¶ Similiter conuenit albedini remisse: que tamen non est motus: nam albedo remissa istius subiecti est actus entis quod quidem ens est in potentia ad albedinem intensam. ¶ Secūdo. illa diffinitio non est bona: in qua ponuntur opposita: sed ista diffinitio est huiusmodi: patet hoc quia in ea ponuntur actus et potentia: que sunt opposita. ¶ Deinde tertio probatur ꝙ motus non sit actus: nam per Aristo. in secundo de anima actus ⁊ perfectio sunt idem: sꝫ motus non est perfectio: ergo etiam non est actus. assumptū probatur ex eo ꝙ motus est tendentia ad perfectionē. ¶ Secundo. nam mobile mouetur vt fiat in actu: modo si motus esset actus mobilis nō oporteret ꝙ mobile moueretur vt fieret in actu: postq̄ꝫ iam est in actu per motum. ¶ Quarto probatur ꝙ motus nō sit actus entis in potentia: nam si sic: tūc ens in potentia sicut est materia prima posset esse subiectū motus: sed hoc est falsum: falsitas patet ex eo: ꝙ oportet ꝙ subiectū sit ens in actu per hoc enim motus differt a transmutatione naturali: consequentia tenet postq̄ꝫ esset actus entis in potentia. ¶ Secundo. quia motus est actus entis in actu. ergo non in potentia. consequentia videtur tenere: postq̄ꝫ non est idem ens in actu: ⁊ ens in potētia: antecedēs patet: quia est actus mobilis: sed mobile est ens in actu: cū sit compositum ex materia ⁊ forma. ¶ Quinto probatur: ꝙ non sit actus entis in potentia ex eo ꝙ ly sm quod/ est reduplicatiuum: ⁊ cum reduplicatio reduplicet de omni sequeretur ꝙ motus esset actus entis in omni potentia quod est falsum. ergo ⁊c.

In oppositū vult Aristo. in isto tertio vbi dicit predictam diffinitionem esse bonā. ¶ In ista questione primo premittam aliquas suppositiones. secundo respondebo ad quesitum.

Quantum ad primum sit ista prima suppositio ꝙ ad omnem motum requiritur mobile: ⁊ cum hoc aliqua dispositio sm quam illud mobile se habeat aliter ⁊ aliter sm prius ⁊ posterius. hoc patet inductiue: ⁊ de motu alterationis ⁊ diminutionis ⁊ de motu locali. ¶ Secūda suppositio: ꝙ mobile potest se habere ad illam dispositionē tripliciter: vno modo: ꝙ simpliciter careat illa dispositione: ita ꝙ nihil adhuc habeat de ea. secundo modo ꝙ habeat illam dispositionem complete. tertio modo dicitur esse ī actu permixto potentie per talem dispositionem ex eo ꝙ iam habet aliquid in actu de illa dispositione: ⁊ est in potentia ad residuum verbi gratia: sicut aqua simpliciter frigida nullū habens gradum caliditatis dicitur esse in pura potētia ad caliditatem: quando vero habet totam latitudinem caliditatis dicitur esse in actu completo per caliditatem: quando vero est tepida dicitur esse in actu permixto potentie per illam caliditatem: quam tunc habet. ¶ Tertia suppositio ꝙ quādo aliquod mobile est in pura potētia ad aliquam dispōnē nōdū dr motꝰ sm illā dispōnē vñ qñ aq̄ ē ī pura potētia ad caliditatem: nondū dr calefacta: nec calefieri sm eā: nec moueri: similiter quando aliquod mobile est in actu completo per aliquā dispositionē: non dicitur moueri sm illam. verbi gratia: vt quando aliquod subiectum habet caliditatem in summo non dicitur calefieri: nec moueri: sm illam caliditatem. ¶ Quarta suppositio: ꝙ quum aliquod mobile habet partē de aliqua dispositione: sm quā pōt esse motus pōt se habere dupliciter. vno modo ꝙ non sit in continuo acquiri plus ⁊ plus de ista dispositione. verbi gratia: vt quando aliquod subiectum habet gradum caliditatis ⁊ quiescit sub illo: sic ꝙ non est in continuo acquiri plus ⁊ plus de caliditate: tunc iterum illud subiectum non dicitur moueri sm illā qualitatem. Alio modo ꝙ illud subiectum habens partem de illa dispositione continue sine interruptione: habet plus de ista dispositione: tunc illud subiectum dicitur moueri sm istam dispositionem: nam tunc illud subiectum continue se habet aliter ⁊ aliter sm istam dispositionem sm prius ⁊ posterius. Et notandum est ꝙ iste dispositiones posite extendunt se non solum ad motum deperditionis: sed etiā ad motum acquisitionis. Debet capi dispositio: prout extendit se non solum ad dispositiones positiuas: verum etiam priuatiuas.

Quantum ad secundum pono istam cōclusionē: ꝙ predicta diffinitio motus est bona. probatur: quia per eam explicite ostenditur totus conceptus: cui subordinatur hic terminus motus in significando: ptꝫ per hoc ꝙ dr

motus

motus est actus entis in potentia: exprimitur quod mobile non dicitur moueri in illã dispositionẽ ad quã est in potentia pura: et propter hoc dicitur actus: talis enim dispositio non dicitur actus ipsius mobilis: postq̃ mobile est adhuc in pura potentia ad istam dispositionẽ. ¶ Similiter exprimitur quod mobile secundũ illam dispositionem non dicitur moueri quando dicitur esse in actu completo: et hoc notat per hoc q̄ dr actus entis in potentia. Unde ad hoc q̄ aliqđ mobile dicatur moueri sm aliquam dispositionem: requirit q̄ partim sit in actu sm istam dispositionem et ad residuum in potẽtia. Per hoc autẽ qđ dicitur sm q̄ in potẽtia: exprimitur q̄ ad hoc q̄ aliquid dicatur moueri secundum aliquam dispositionẽ: non sufficit q̄ partim sit in actu sm illam dispositionẽ: et partim in potentia: sed cum hoc requiritur: q̄ quã habet partem de illa dispositione: sit in continua tendentia et in continuo acquiri plus: et plus de illa dispositione. Qui ergo p predictam diffinitionem motus: sufficiẽter potest cognosci quando aliquid dicatur moueri sm aliquam dispositionem: et quando non: ergo videtur q̄ predicta diffinitio sit valde bona. vnde quum dicitur motus est actus entis in potentia: sm q̄ in potentia. valet tãtum dicere sicut: quãdo aliquid mouetur actu: habet aliquam dispositionẽ: et caret aliqua eiusdem generis cum ista immediate post hoc acquirẽda: et habet aliquã: qua immediate ante hoc caruit: vel magis proprie loquẽdo immediate ante hoc caruit aliqua. quã modo habet: et immediate post hoc habebit aliquã: qua modo caret. ¶ Notandũ est q̄ si quis vellet istã diffinitionẽ extendere ad generationẽ: et corruptionẽ proprie dictam: potest dicere q̄ generatio est actus entis in potentia sm q̄ in potẽtia: sm q̄ illud ens in potentia. s. materia ante hoc immediate caruit isto actu: puta forma quam modo habet: et corruptio esset actus entis in potentia: sm q̄ caret aliquo actu: quem immediate ante hoc habuit. ¶ Credo tamen q̄ proprie secundum intentionem Aristo. extendatur ad imitationes temporales diuisibiles sm q̄ sunt augmẽtatio: diminutio: alteratio: motus localis etc.

Ad rationes principales. Ad primã solus substantie debet esse diffinitio: intelligitur de diffinitiõe pure quidditatiua cũ hoc tamen bñ stat q̄ terminorũ de genere accidentis possũt esse diffinitiões exprimẽtes quid nominis: et talis est diffinitio motus. ¶ Ad secundam cuius est demõstratio etc. dico q̄ alicuius dicimus esse demonstrationẽ: vno modo sicut cõclusionis: et sic illius cuius est demonstratio non debet esse diffinitio. Alio modo tanq̃ termini incõplexi demõstrabilis de aliquo: et sic cuius est demõstratio bene est diffinitio: saltem exprimens quid nominis. ¶ Ad aliam dico q̃uis motus sit in tribus generibus tamen bene habet vnum genus super analogum scilicet actus: vnde in predicta diffinitione ponitur ly actus loco gñis. ¶ Ad aliã dico q̄ imo illa diffinitio est conuertibilis cũ motu. et qñ dr de aĩa dico q̄ q̃uis aĩa sit actus entis in potentia non tamen sm q̄ in continua tendentia ad aliud eiusdem generis cum anima acquirendum: et sic deficit sibi hoc membrũ: sm q̄ in potẽtia: similiter albedo remissa subiecti quiescentis sub ea non dicitur motus: et propter defectũ illius mẽbri sm q̄ in potẽtia. ¶ Ad aliã dico q̄ cũ actus et potentia nõ referunt ad idẽ nõ sunt opposita: et sic est in predicta diffinitione motus: vnde mobile mouetur sm aliquam diffinitionẽ: tunc dicitur esse in actu sm dispositionem: quã habet: sed dicitur esse in potentia secundum dispositionem acquirendam eiusdem generis cum dispositione acquisita. ¶ Ad aliam dico q̄ mot᷑ q̃uis sit tendentia ad perfectionẽ completã: tamẽ bene est perfectio incõpleta et sic etiã actus incõpletus. ¶ Ad aliã dico quod mobile bene mouetur vt sit in actu cõpleto cum hoc tamen stat q̄ cũ mouetur est in actu incõpleto. ¶ Ad aliam illa bene probat q̄ motus non est actus entis in pura potentia: sicut est materia prima: sed bene est actus entis in potentia permixta modo quo dictã est. ¶ Ad aliam dico quod bene verũ est quod motus est actus entis in actu substantiali: sicut ipsius compositi: cũ quo bene stat q̄ idẽ ens est in potẽtia ad dispositionem accidentalem: qua caret. ¶ Ad aliam dico quod illa bene procederet si ly secundum non teneretur specifice specificat et denotat motum esse actum entis in potentia secundum quod est in vlteriori tendentia ad aliquid acquirendum eiusdem generis: cũ illo quod iam habet: et per quod iam est in actu.

Questio.III.



Tertio quero. Utrũ de numero eorum que sunt: alia sunt permanẽtia: alia successiua: et arguitur primo: quod nihil sit permanens sed quodlibet sit successiuum preter primam causam: quia sicut prius dicebatur omnia preter primã causam dependent in fieri a prima causa et in conseruari: sicut lumen a corpore luminoso: sed modo sic est qđ continue fit aliud et aliud lumẽ a corpore luminoso: et nullum est permanens: ergo quodlibet preter primam causam fit continue a prima causa et qđ nullum sit permanẽs idem in numero: sed bene secundũ speciem. ¶ Secũdo probatur qđ nullum sit ens successiuũ: nihil est cuius partes nõ sunt sed entis successiui partes non sunt: ergo maior nota est ex eo quod ad cuiuslibet entis esse requiruntur partes eius esse: et hoc si habeat partes. Minor patet: quia successiui vna pars est preterita alia futura: modo qđ preteritum est non est: similiter qđ futurum est non est. ¶ Tertio nihil quod fit est dicitur enim qđ fit non est: sed que dicuntur entia successiua continue fiunt ex eo qđ eorũ esse est eorũ fieri: ergo nulla entia successiua sunt. ¶ Quarto omne q̄ est in instãti presenti est: sed entibus successiuis repugnat esse in instãti presenti propter hoc qđ repugnat partibus talis esse simul: quia vna est preterita et alia futura: modo preterito et futuro repugnat simul esse: et confirmatur: quia entia successiua nunq̃ sunt nisi quando fiunt. ergo si entia successiua possunt esse in instanti: etiam possunt fieri in instanti quod est cõtra illam diffinitionem motus scilicet motus est acquisitio partis post partem in tempore etc.

In oppositum est Aristo. in isto tertio vbi vult quod quedam sunt entia permanentia sicut lapis et lignum: et quedam successiua. sicut dies et annus. In ista questione primo pono distinctiones secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio quod aliquid esse permanens possumus imaginari tripliciter. primo modo esse permanens simpliciter: tam secundum eius substantiã totaliter quam secundum eius dispositionem: isto modo forte nihil est permanens: nisi prima causa. secundo aliquid potest imaginari esse permanens totaliter secundum eius substantiã: sed non secundum eius dispositionem: sicut celum: q̃uis totaliter manet idem: secundum eius substantiam. tamen quia cõtinue mouetur: dicitur nõ manere idem secundum eius dispositionem. tertio potest imaginari aliquid esse permanens partialiter secũdum ei᷑ substantiam: sed non totaliter: nec etiam secundum eius dispositionem: vt animalia et plante: que augentur: et diminuuntur: et consimilia. ¶ Secunda distinctio. aliquid potest imaginari simpliciter successiuum: tam secundum substantiam q̃ secundum eius dispositionem. verbi gratia. sicut si sortes a prima causa fieret: et fieret recte ad modũ ad quem sequana continue fluit: ita quod nihil de preexistenti maneret. Alio modo potest imaginari successiuum: secũdũ quid: vt quod secundum aliquam eius partem maneret et secundum aliã corrumperetur: et fieret sicut in casu augmẽtationis: vel diminutionis animalis vel plante: vel aliquid huiusmodi.


Quantum ad secundũ sit prima conclusio: quod non implicat contradictionẽ: quod substantia aliqua sit simpliciter successiua: hoc est quod de termino substantiali significatiue accepto verificetur ly ens simpliciter successiuum: patet: quia non implicat contradictionem: imo forte ita est quod sortes continue fit: vel producitur a prima causa recte sicut lumen vel species coloris: quẽadmodum visibili vel speculo moto ipsius visibilis cõtinue est alia et alia imago: seu species: sic continue sortes est alius et alius homo: ita quod secundum istam conclusionem: sicut depẽdet in conseruari a prima causa: ita dependet in fieri: nihilominus tenendo sicut cõmuniter solet teneri: quod q̃uis quodlibet ens quod est a prima causa conseruetur ab ea: tamen non continue fit ab ea: sed postq̃ factum est semel: amplius

conseruatur in suo esse. ¶ Secunda conclusio: quod nulla substantia est simpliciter successiua. probatur: nam omnis substantia vel est perpetua vel aliquando incepit esse: si dicatur primum: tunc non est simpliciter successiua: si secundū: cum incepit per generationem: tunc fuit terminus generationis: et per consequens si esset simpliciter successiua: tunc post illam generationem qua incepit esse continue fieret et generaretur: et sic non fuisset terminus completus generationis: quod est falsum. ¶ Tertia conclusio: eodem modo aliqua accidentia non sunt simpliciter successiua: patet hoc quia aliter non terminarent motus: ⁊ mutationes quod est falsum de caliditate: et frigiditate: et huiusmodi: nā postq̄ agens: puta calidum: assimilat sibi aliquod passum: nō amplius ista caliditas producta in passo ꝓducitur: sed permanet absq̄ hoc quod continue adhuc fiat: et fiat. ¶ Quarta conclusio: multe substantie sunt successiue secundum quid: patet de animalibus et plātis: quum augētur ⁊ diminuuntur ⁊c. ¶ Quinta conclusio. similiter aliqua accidētia sunt successiua secundū quid: patet: si aliqua albedo: vel caliditas: ex vna parte fieret ⁊ ex alia parte desineret. ¶ Sexta conclusio. quod aliqua accidentia dicuntur simpliciter successiua: patet hoc de sono: quia sonus est vna qualitas sensibilis: que consequitur motum: ⁊ non generatur nisi mediāte motu: et sic se habet: quod pars primo generata non manet cum sequente recte sicut pars motus preterita non manet cum futura.

Ad rationes principales.

Ad primam patet quid sit dicendū secundū cōclusiones positas. ¶ Ad secundam hoc non est ⁊c. dici potest quod aliquid est: cuius partes non sunt: pꝫ hoc de deo ⁊ intelligētijs: vnde deus est: ⁊ tamē nulla eius pars est ⁊c. ⁊ aliter dicitur de habēte partes ꝙ ad hoc ꝙ de entibus permanentibus verificetur esse: requiritur ꝙ partes eorum sint: sed ad hoc ꝙ entia successiua sint: non requiritur ꝙ partes eorum sint: sed ꝙ vna succedat alteri sicut ad preteritum futurū. Ex hoc ad argumētū aliter potest dici: ꝙ dato aliquo successiuo: sicut vna die: cuius vna medietas sit a. et alia b. per totum diem concederē ꝙ a. et b. sunt: ⁊ tamen neganda est consequētia: ergo per totum diem concedendum est a. esse: ⁊ b. esse. ¶ Ad tertiā: quādo dicitur: quod fit non est: hoc intelligitur de permanentibus: vnde quum domus fit non est: nō aūt in successiuis: vnde ad hoc ꝙ aliqua entia successiua sint requiritur ꝙ continue fiant q̄diu sunt: vnde eorū esse consistit in eorum fieri. ¶ Ad quartā. omne qđ est in instanti p̄sens est. Rūdet ꝙ ly instās presens: pōt denotare aliquod indiuisibile: vel aliquod diuisibile eo mō quo dicim⁹ diē esse p̄sentē: tunc dico negādo ꝙ omne quod est: est in istāti presenti: accipiēdo primo mō. Sed accipiendo presens secundo modo: prout denotat aliquod diuisibile quantum placet magnum vel paruum: concedendum est ꝙ omne quod est in instanti presenti est. et sic concedendum est ꝙ motus est in instanti presenti ⁊c.

Questio. IIII.



Queritur nunc quarto: vtrum motus alterationis sit res distincta a qualitate que acquirit: ⁊ a qualitate que deperdit: ⁊ ab alterabili cui talis qualitas acquiritur: vel deperditur. Et arguitur primo ꝙ sic. Illa que sic se habent ꝙ vno corrupto reliquum manet distinguūtur abinuicem: sed sic est de alteratiōe ⁊ predictis: vel aliquo eorum. ergo maior est nota, ⁊ minor ꝓbatur: quia in calefactione aque: calefactio que est alteratio corrumpitur: quum caliditas acquisita manet: et similiter subiectum cui talis caliditas est acquisita. ¶ Secundo. ens successiuum ⁊ ens permanens distinguuntur abinuicē: sed alteratio cū sit motus est ens successiuum: qualitas autem ad quam est alteratio est res permanens: et similiter alterabile. ergo. maior est nota. minor probatur: quia in calefactione aque calefactio dicit ens successiuum: caliditas autem ⁊ aqua dicuntur entia p̄manentia. ¶ Tertio. calefactio est generatio caliditatis: modo generatio caliditatis non est alterabilis: nec etiā caliditas: quia aliter generatiōis esset generatio: quod est cōtra Aristo. iiij. huius. ¶ Quarto nam proprie dicimus alterationem est velox vel tarda: sed non proprie dicimus qualitatem: ad quam est alteratio: esse velocem vel tardam: nec etiā ipsum alterabile esse velox vel tardum ergo. ¶ Quinto. nisi alteratio diceret rem distinctā a qualitate ⁊ ab alterabili: sequit alterationē non differre a creatiōe: mō hoc est falsum: falsitas patet. sed consequētia probatur: nā alteratio ⁊ creatio differūt penes habere subiectū presuppositū: ⁊ nō habere subiectū presuppositū: naꝫ aliqua creatio habet bene subiectū p̄suppositum sicut creatio anime intellectiue: illa enim presupponit corpus humanū: nec etiā differūt penes hoc ꝙ alteratio est tēporalis: creatio non: sed sicut alteratio fit in tēpore: ita creatio pōt fieri in tempore: vnde si deo placeret ipse posset creare vnā rem successiue: ⁊ tēporaliter: creando vnā eius partē post aliā. ergo vbi in alteratiōe: nō poneret fluxus superadditus: qui nō poneret in creatione: nō videretur esse distinctio inter alterationē ⁊ creationeꝫ. ¶ Sexto arguitur autoritate Cōmētatoris: qui distinguēs motū: dicit ꝙ motus potest capi dupliciter: vno modo pro forma seu perfectione ad quam est motus: seu que per motum acquiritur. Alio modo pro fluxu vel via ad istam formaꝫ: vel ad istā ꝑfectionē: ⁊ dicit vlterius ꝙ principalis acceptio motus est verior. secūda est famosior. Et dicit vltra ꝙ motus in prima acceptione est in tribus p̄dicamentis. s. quantitate: qualitate: ⁊ vbi. In secūda autē acceptione eius est in predicamēto passionis. Ex his dictis Cōmentatoris videtur ꝙ motus alterationis sit quidā fluxus superadditus ⁊ distinctus a perfectione seu forma: que per motum alterationis acquirit seu abijcitur: vel a subiecto cui talis alteratio acquiritur vel deperditur.


In oppositū arguitur sic:

autoritate Aristo. ⁊ alia autoritate Cōmētatoris. s. latio ad calorē quodāmodo est calor. Ex quo videtur calefactionē nō esse aliam rem a calore qui acquiritur. ¶ Secūdo autoritate Aristo. in isto tertio motus non est aliquid preter res ad quas est motus. ¶ Respondeo ad istā questionē ponēdo talē cōclusionē: ꝙ ad alterationem non requiritur aliquis fluxus distinctus a qualitate: que acquiritur vel abijcitur ⁊ a subiecto cui talis qualitas acquiritur vel abijcitur. Vbi gratia. ad calefactionem non requiritur res distincta: que sit fluxus distinctus a caliditate ⁊ ab alterabili. ꝓbatur sic. calefactio potest saluari absq̄ omni fluxu sup̄addito. ergo. ꝯclusio vera. ꝯsequētia tenet ex eo ꝙ frustra saluatur per plura quod potest saluari per pauciora: per Aristo. primo huius: antecedens patet: quia quacunq̄ re circunscripta a subiecto: et a caliditate: posito hoc solo: ꝙ caliditas acquiratur illi subiecto per parteꝫ post partem: saluatur calefactio que est huiusmodi alteratio. ergo non est necesse ponere talem fluxum superadditum qualitati ⁊ alterabili. ¶ Secundo ad idem. naꝫ si poneretur talis fluxus superadditus: hoc maxime videretur propter hoc ꝙ sine tali fluxu: non posset saluari successio in motu alterationis: sed ostendo ꝙ potest: et per consequens frustra ponitur talis fluxus vel talis successio potest saluari posito hoc solo ꝙ alterabile immediate ante hoc: aliquam qualitatem habuit quam modo non habet et immediate post hoc habebit aliquam qualitatem eiusdem generis: quam modo non habet. modo ad hoc non requiritur aliquis fluxus superadditus: quia hoc potest saluari hoc solo posito ꝙ alicui subiecto continue per partem post partem illa qualitas acquiratur. Tertio ad saluandum mutationem subitam non oportet ponere aliquid tale superadditum forme: ⁊ materie. ergo nec hoc oportebit ad alterationem. consequentia tenet: quia non videtur maior esse ratio hic q̄ ibi. antecedens probatur: nam hoc solo posito: ꝙ materia non habeat aliquam formam: quam immediate ante hoc habuit: saluatur mutatio subita propter hoc: ꝙ hoc solo posito saluatur materiam aliter: ⁊ aliter se habere: per aliquod secundum se totum acquisitum primo: q̄ immediate ante hoc se habuit. ¶ Quarto. si ad alterationem: sicut ad calefactionem requireretur talis fluxus distinctus a caliditate que acquiritur ab alterabili: ille de nouo produceretur: sicut caliditas. ergo sicut talis fluxus requiritur ad productioneꝫ caliditatis: ita ad productionem talis fluxus requiritur vnus alius fluxus. ⁊ sic in infinitum. si autem dicatur ꝙ talis fluxus producitur absq̄ alio fluxu sibi superaddito: ita dicam: ꝙ in alteratiōe sicut in calefactione: caliditas que producitur etiam potest sine tali fluxu produci: et per consequēs non requiritur talis fluxus

lis fluxus superadditus ad alterationem: ita ꝙ sine hoc ꝙ ponamus huiusmodi fluxum posset saluari: ꝙ subiectum qđ alteratur continue aliter et aliter se habet per formam: que sibi per partem post partem acquiritur: non est necessarium ponere huiusmodi fluxum. sed forte: quia aliquo casu posito non implicante contradictionem non videtur hoc posse saluari in motu locali: de hoc postea videbitur clarius.

Ad rationes principales. Ad primam quãdo dicitur: motus alterationis corrumpitur: dico ꝙ ista debet exponi: ꝙ hec propositio desinit esse vera: motus alterationis est: quando tamen hec non desinit esse vera: alterabile est: nec similiter hec: qualitas est. Vbi gratia in calefactione aque cuius qualitas scilicet caliditas que partibiliter acquiritur sit illa calefactio: tamen illa qualitas manebit quñ ipsa non manebit calefactio: et ideo nego istam de virtute sermonis calefactio corrumpitur quando caliditas manet: quia caliditate manẽte ipsa bene desinit esse calefactio: post ꝗ̃ ante erat calefactio: ⁊ igitur tunc hec desinit esse vera: calefactio est: ꝗ̃uis illud quod erat calefactio nõ desinat esse. ¶ Ad secundam cum dicitur: ꝙ calefactio est res successiua ⁊c. dico ꝙ hoc debet intelligi ꝙ hoc nomen calefactio: significat aliquã rem non absolute: sed cõnotãdo vnã eius partem ↄtinue acquiri post aliã: sed quia hic terminus caliditas non habet talẽ cõnotationem: nos dicimus ꝙ calefactio est ens successiuum: ⁊ caliditas supponit pro eadem re: ⁊ ideo solet dici ꝙ caliditas ⁊ calefactio bene sunt idem realiter: non tamen ſm diffinitiones exprimentes quid nominis. ⁊ cõsimili modo glossantur autoritates si que fiant cõtra dicta. ¶ Ad tertiam: calefactio ⁊c. concedo ꝙ generationis bene est generatio: et vlterius dico ꝙ Aristo. in. v. physicorum non negauerit talem propositionem tanꝗ̃ falsam: sed tanꝗ̃ impropriam: sicut negaretur ista: figura est res figurata. propter hoc quia est predicatio denominatiua. ⁊ tamen predicatum non connotat aliquid aliud ꝗ̃ connotat subiectũ: quod tamen requiritur ad predicationem denominatiuam ꝓpriam. ¶ Ad quartam dico ꝙ caliditas secundum istam rationem: secundum quam dicitur caliditas: non proprie dicitur velox vel tarda sed bene secundum istam rationem. secundũ quam dicitur calefactio: nec hoc est contra dicta. ¶ Ad quintam dico ꝙ absq; hoc ꝙ ponamus talem fluxum superadditum: adhuc alteratio differet a creatione: quia alteratio est qualitas que per partem ante partem ab agente naturali educitur de potentia materie. creatio autem non fit ab agente naturali sed supernaturali: nec per eductionem alicuius de potentia materie: sed per inductionem ⁊c. ¶ Ad autoritatem Commentatoris ꝙ aliquando accipitur motus pro forma: dico ꝙ ipse nõ notauit aliud nisi ꝙ res ad quas dicitur esse motus: possunt significari per nomina non connotantia illas res continue per partem post partem acquiri: ⁊ talia nomina quedam sunt de predicamento qualitatis: ⁊ quedam quantitatis. Quedã vero vbi. Alio modo ꝙ ille res possunt significari per nomina connotantia ꝙ per partem post partem continue ille res acquirũtur: ⁊ talia nomina sunt in predicamento passionis: vel etiam actionis: modo cum isto stat non esse talem fluxum rem superadditam rebus permanentibus. verbi gratia. illa res que est caliditas potest significari per hoc nomen caliditas: vel per hoc nomẽ calefactio quñ significatur per hoc nomen caliditas: tunc non denotatur ꝙ sit in ↄtinua tẽdẽtia et acquisitiõe vnius partis post partem in aliquo subiecto: sed quando significatur per hoc nomen calefactio: tunc denotatur ꝙ sit in continuo fluxu: ⁊ acquisitione vnius partis post aliam: seu ꝙ continue successiue acquiratur alicui subiecto. ⁊ hoc Commentator notauit per predictam autoritatem. ⁊ nõ plus ⁊c.

Questio.v.



Onsequenter quero vtrum secundum Aristo. ⁊ eius Commentatorem ad hoc ꝙ aliquid moueatur localiter requiratur aliqua res: que sit quedam fluxus distinctus a mobili ⁊ loco. Et arguitur primo ꝙ sic: et specialiter ꝙ sit res distincta a mobili primo: nam Aristo. dicit tertio huius: ꝙ motus est in fieri vnum post aliud: sed hoc ita ↄuenit motui locali sicut aliis motibus: modo nec mobile nec locus est in fieri vnum post aliud: ergo ſm Arist. nullum istorum est motus localis: ⁊ per consequens: quãdo aliquid mouetur localiter acquirit aliquid distinctum ab ipso mobili ⁊ loco. ¶ Scđo. nam per Aristo. ⁊ Commentatorem: motus localis est ens successiuum: sed nec mobile nec locus est ens successiuum. ergo. ¶ Tertio motus localis mensuratur tempore per Aristo. et Commentatorem quarto huius: sed locus. ⁊ mobile non mensurantur tempore: quia partes eorum non diuiduntur partibus temporis. ¶ Quarto ſm Aristo. ⁊ Commentatorem mobile ⁊ locus sunt in instãti: sed motus nõ est in instãti ſm eos: ⁊ ſm veritatẽ. ergo. ¶ Quinto motus localis fit a mouẽte: sed nec locus nec mobile fit a mouente ergo motus localis non est mobile: nec locus. maior patet: quando aliquis proiicit aliquem lapidem sursum. ¶ Sexto. nam secũdum Arist. in isto tertio motus est actus entis in potentia. modo hoc est verum de motu locali: sicut de aliis motibus: sed modo nec locus: nec mobile est actus entis in potentia. ergo. ¶ Septimo secundum Aristo. ii. de anima: motus localis est sensibile commune: modo nec mobile nec locus est sensibile commune: ergo. Ex his videtur ꝙ quum aliquid moueatur localiter secundum intentionẽ Aristo. et Commẽta. mobili acquiratur aliqua res: que nec est mobile nec locus. ¶ Deinde probatur specialiter. ꝙ secũdum intentionem Aristo. ⁊ Commentatoris motus localis non sit ipsum mobile primo: quia secundum eos: motus est actus mobilis: nihil autem est actus suipsius. ergo. ¶ Secundo quia secundum Commenta. motus est de essentia termini ad quem: hoc enim dicit in quinto huius: sed mobile nõ est de essentia termini ad quem. ergo. ¶ Tertio nam secũdũ Arist. ⁊ Commentatorem motus localis est in mobili subiectiue: modo nihil est in seipso subiectiue. ergo. ¶ Quarto nã ponatur ꝙ aliquod graue puta terra proiiciatur sursum: tũc probo ꝙ iste motus non est illa terra: nam iste motus est violentus terre secundum Arist. sed terra non est violenta sibiipsi ſm eundẽ. ergo terra non est ille motus. plures rationes possunt fieri: quarum solutiones patebunt ex solutionibus argumentorum factorum. ¶ Deinde probatur secundum veritatem: ꝙ motus nõ sit mobile. nec locus: nam posito ꝙ forma quecunq; separetur a materia: ⁊ tunc illa materia moueretur localiter: tunc si ille motus esset illa materia: ⁊ cum motus sit actus entis in potentia sequeretur ꝙ materia esset actus: sed hoc est falsum: quia ponitur pura potentia: nec etiam potest dici ꝙ ille motus sit locus: quia ille motus esset subiectiue in illa materia: sed locus non: quia locus est extrinsecus locato. ¶ Secundo nam posito ꝙ mundus fieret vnum continuum: quo facto deus volueret illud circulariter ab oriente versus occidens: vel moueret etiam totum mundum motu recto: tunc ex quo mundus mouetur: ⁊ non alio motu ꝗ̃ motu locali: ⁊ adhuc qualicunq; motu: oporteret ꝙ aliter se haberet ꝗ̃ prius se habuit: sed non aliter se haberet ad aliquod extrinsecum: sicut patet de se: cum nullum tale sit: ergo oporteret habere se aliter ad aliquod intrinsecum: ita ꝙ nunc haberet aliquod: quod prius non habuit in casu predicto: hoc non posset saluari: nisi poneremus aliquem fluxum inherentem ei de nouo acquisitum: per quem se haberet aliter ꝗ̃ prius. ex eo ꝙ nihil potest se habere aliter in seipso: nisi aliquid sit deperditum: vel acquisitum.


In oppositum arguitur sic: si ad hoc ꝙ aliquid moueretur localiter ⁊c. sequeretur ꝙ motus esset motus ⁊ illi⁹ alius: ⁊ sic in infinitũ. ꝓbaꝛ ↄsequẽtia: quia talis fluxus ponereꝛ in mobili subiectiue ⁊ cũ motis nobis moueñꝛ oĩa q̃ in nobis sunt talis mot⁹ mouereꝛ localiter sicut ipsum mobile. ⁊ cũ ad hoc ꝙ aliqđ moueaꝛ localiter: requiraꝛ talis fluxus superadditus mobili: tũc talis mot⁹ mouereꝛ mediãte alio motu: ⁊ sic in infinitũ. ergo videꝛ: ꝙ nõ sit ponẽdus talis fluxus distinctus a mobili. ¶ Scđo sic. nõ implicat ↄtradictionẽ rerũ quarũ vna est in alia vnã cõseruari: ⁊ aliã annihilari: ⁊ sic motus localis põt cõseruari: tã mobili ꝗ̃ loco annihilato: ⁊ sic esset motus localis: ⁊ tñ nihil mouereꝛ localiter. ¶ Tertio deus põt aliquã rẽ de nouo creare: qua creata põt ipsam mouere localiter absq; ꝓductione alicuius rei noue: mõ hoc non posset si semper ad hoc ꝙ aliquid moueaꝛ localiter: requiratur fluxus inherens mobili. ¶ Q[uarto] nam dicit Commentator ꝙ motus est de essentia term[ini] ...

quẽ: modo in motu locali: non est alius terminus ad quẽ: ꝙ̃ locus: ergo videtur ꝙ motus localis nõ sit res distincta a mobili ⁊ loco. ¶ Quinto. quies nõ est res distincta a requiescente. ergo nec motus a mobili: antecedens cõcederẽt Aristo. ⁊ Cõmenta. ⁊ consequentia videtur teneri a simili: quia ex quo ita quies est sensibile cõmune sicut motus: videt̃ ꝙ sicut nõ est res distincta a quiescibili: nec motus a mobili. ¶ Sexto. nõ est ponenda pluralitas entiũ sine necessitate: ꝑ Aristo. primo huius. peccatum est fieri per plura ⁊c. sed nos possumus saluare motũ localẽ: absqꝫ hoc quod ponam⁹ huiusmodi fluxũ supadditũ mobili. ergo. ¶ Septimo ad hoc ꝙ aliquid moueatur localiter: nõ requiritur: nec debet poni huiusmodi fluxus. ergo. assumptũ patet: quia per hoc ꝙ mobile successiue est in alio loco: possumus saluare ꝙ ipsuꝫ moueat̃ localiter absqꝫ superadditione talis fluxus. ergo ⁊c. De ista questiõe forte aliter potest dici secundũ ista que essẽt admittenda: secundum Aristo. ⁊ Cõmẽ. ⁊ secundũ ista que essent admittẽda secundũ veritatẽ: de primo videbim⁹ nũc de secundo vidẽdũ est in questione sequenti immediate ⁊c.

Quantum ad primũ oportet ante omnia supponere quid nominis moueri: ⁊ quid nominis moueri localiter: vnde moueri est continue ⁊ successiue aliter se habere nũc ꝙ̃ prius se habuit: moueri ꝟo localiter est successiue et continue esse in alio loco supposita imobilitate loci: cuĩ cõcedit Aristo. in quarto huius. Vno supposito dicendũ est de ista q̃stione aliqui tenuerunt ꝙ secundũ Aristo. et Cõmẽta. nõ põt aliquid moueri localiter sine fluxu distincto a mobili ⁊ loco. Alij autẽ tenent ꝙ posset sine huiusmodi fluxu: ⁊ de numero istorũ quidã dixerũt: ꝙ ad hoc ꝙ aliquid dicatur moueri localiter: sufficit ꝙ continue se habeat aliter ⁊ aliter ad vnum aliud corpus. ¶ Alij autẽ dixerunt quod ad hoc ꝙ aliquid moueat̃ localiter requiritur ⁊ sufficit ꝙ mobile fiat in alio loco ꝙ̃ prius: sed ãbo isti modi dicẽdi deficiũt: primus em̃ deficit: q: sequeretur ꝙ ita quiescens moueretur: sicut illud ꝙ in rei veritate mouet̃: sed hoc est falsum. cõsequẽtia probat̃: q: sit a. vnũ corpus quiescens: et sit b. vnũ corpus ꝙ moueat̃: tunc ita se habet aliter a ad b. sicut b. ad a. ergo si ex hoc aliqꝺ corpus diceret̃ moueri: ꝙ aliter se haberet ad aliud corp⁹ ꝙ̃ pri⁹ se habuit: ita a. quiescens moueretur sicut b. Nec secund⁹ modus dicendi sufficit: q: aliquod corpus posset esse modo in vno loco: ⁊ postea in alio loco: absqꝫ hoc ꝙ moueret̃ localiter: q̃uis bene mutetur localiter: vnde de⁹ posset ponere vnũ corp⁹ nunc in vno loco: ⁊ postea ipsuꝫ mouere et ponere in alio loco absqꝫ motu locali: dico ergo aliter: vt modo mihi apparet: ponendo istã cõclusionẽ: cõtra illã primã opinionẽ: que ponit huiusmodi fluxũ supadditũ. ¶ Et sit ista cõclusio. ꝙ secũdũ illa que admisissent Aristo. ⁊ Cõmẽtator ad hoc ꝙ aliquid moueatur requiritur ⁊ sufficit mobile: ⁊ locus et mouẽs: non tamẽ ista absolute: sed ꝙ mobile continue ⁊ successiue sit in alio ⁊ alio loco supposita imobilitate loci quã supponerent Aristo. ⁊ Cõmẽ. nec requirit̃ talis fluxus supaddit⁹: et arguo ꝑ rationẽ eorũmet qua probãt: ꝙ in motu alterationis possumus saluare sine tali fluxu mobile cõtinue aliter ⁊ aliter se habere ꝙ̃ pri⁹ se habuit. ergo in motu alterationis nõ est ponẽdus talis fluxus supadditus mobili et forme q̃ acquiritur vel deperditur. ita arguã in proposito: cuꝫ aliquid mouet̃ localiter possumus cõtinue saluare quod ipsum aliter ⁊ aliter se habeat absqꝫ tali fluxu superaddito: ergo non oportet ponere talẽ fluxũ supadditũ: antecedens probo: et suppono quod ad omnẽ motũ localẽ requiratur mobile: secundo ꝙ ad omnẽ motũ localem requiratur locus: iste suppositiones patent ex quid nominis moueri localiter. Istis duob⁹ positis: mobile per hoc ꝙ cõtinue est in alio ⁊ alio loco: habet se cõtinue aliter: et aliter absqꝫ hoc ꝙ ponatur talis fluxus. ergo ⁊c. Sed dices vltima sphera mouetur localiter: et tamen non possumus saluare: ꝙ continue se habeat aliter ⁊ aliter: propter hoc ꝙ sit in alio ⁊ alio loco: ex quo nõ est in aliquo loco: ergo videt̃ ꝙ se habeat aliter per fluxũ talem ⁊c. Et ad hoc dico: quod vltima sphera non mouetur localiter secundũ se totã collectiue sumptã: patet hoc: q: continue manet in eodẽ loco: nihilomin⁹ sicut sibi competit esse in loco: ita etiã sibi competit moueri localiter ratione partium. modo sic eius partes mouentur localiter et continue se habent aliter et aliter non per aliquem fluxum eis superadditum: sed propter hoc quod continue sunt in alio ⁊ alio loco: et sic patet ad rationem illam.

Ad rationes principales. Ad primam motus est in fieri: dico ꝙ per hoc Aristo. nihil aliud voluit dicere nisi ꝙ quã aliquid mouetur continue se habet aliter et aliter ꝙ̃ prius se habuit: vt si aliquid mouetur localiter continue est in alio et alio loco: ita quod per istam autoritatem bene cõuincitur ꝙ ad positioneꝫ loci ⁊ mobilis absolute nõ dicim⁹ aliquid moueri. sed ad positionẽ mobilis successiue existẽtis in alio et alio loco dicimus aliquid moueri. ¶ Ad secundã. motus est ens successiuum ⁊c. dico ꝙ Aristo. ꝑ hoc noluit dicere: ꝙ motus sit talis fluxus superadditus: sed voluit dicere per hoc tantũ ꝙ quãdo aliquid mouetur: tũc ipsum successiue se habet aliter: ⁊ aliter nunc ꝙ̃ prius. ¶ Ad tertiã. motus cõdiuiditur tempore. per hoc voluit ꝙ quum aliquid mouetur in vna parte tẽporis acquirit aliquid: ⁊ in alia parte tẽporis aliud. nõ ꝙ sit talis fluxus: sed ꝙ sit de ꝑdicamẽto quãtitatis: vel qualitatis: vel vbi. accipiẽdo esse in predicamento de cuius pronomine demonstrante ipsum verificat̃ generalissimũ talis predicamẽti. ¶ Ad quartã dico ꝙ imo si ponerent̃ instãtia indiuisibilia: et hoc ad intellectum ad quẽ ponuntur: hec est cõcedẽda motus est in instãti secundũ dicta: sicut hec est cõcedenda mobile est in instãti. sed tamẽ hec est negãda: motus est motus in instãti: sicut ista est negãda mobile mouet̃ in instãti. ⁊ istã intellexit Aristo. quũ dixit nõ esse motũ in instanti. ¶ Ad quintã bene cõcedo: ꝙ motus sit motus a mouẽte: hoc est ꝙ mobile fit aliter et aliter se habẽs: hoc est a mouente. ¶ Ad sextã motus est actus ⁊c. dico ꝙ Aristo. ꝑ hoc intellexit: ꝙ quũ aliquid mouetur: tũc actu habet aliquid alicui⁹ generis ⁊ adhuc est in potentia ad aliud: et immediate post hoc habebit illud. ¶ Ad aliã dico ꝙ per hoc Aristo. noluit plus dicere: nisi ꝙ a pluribus sensibus potest percipi: ꝙ aliquid mouet̃: tactu enĩ possumus percipe ꝙ aliquid mouet̃ similiter visu. ¶ Ad rationes alias q̃ ꝓbãt ꝙ mot⁹ nõ esset mobile: ad primã quã dicebatur ꝙ mot⁹ ẽ act⁹ mobilis: dico ꝙ hoc nõ intelligit̃ ꝙ mot⁹ sit aliqua res distincta a mobili q̃ sit actus mobilis: sꝫ intelligit̃ ꝙ qñ mobile mouet̃ actu hꝫ aliqͩ ꝙ prius nõ habuit: vel actu caret aliq̃: quo prius nõ caruit. ¶ Ad aliaꝫ ꝙ motus dꝫ eẽ de essentia termini ad quẽ: dico ꝙ motus nõ accipit̃ ꝓ eo ꝙ mouet̃: sed ꝓ illo ꝙ successiue mobili acquiritur vel deperdit̃: nec ex hoc sequit̃ aliquid ꝯtra dicta. ¶ Ad aliã motus ẽ subiectiue in mobili: dico ꝙ ibi nõ capit̃ inesse sicut accidẽs in subiecto: sꝫ ibi capit̃ inesse ꝓ denoĩatiue predicari. vnde mot⁹ est in mobili. i. motus est ꝑdicabilis denominatiue de mobili. Vbi gr̃a: mobile mouetur. ¶ Ad aliam: ꝓiciat̃ vnus lapis sursum: tũc ibi est motus violentus: dico ꝙ ꝑ motũ violẽtuꝫ terre nõ dꝫ intelligi aliquis fluxus inherẽs violẽter: sed dꝫ intelligi ꝙ terra taliter mouet̃ hoc est a motore extrinseco: ita ꝙ hoc totũ: mot⁹ violẽt⁹: cã breuiloquij ponit̃ loco vni⁹ alteri⁹ longe orõnis mobile. s. cõtinue aliter ⁊ aliter se habet ⁊ hoc est a motore extrinseco. ¶ Deinde ad rõnes: q̃ nõ sunt naturales: sꝫ ſm veritatẽ et fidẽ ꝓbãtes motũ localẽ nõ eẽ mobile: nec locũ. ¶ Ad primã quã arguebat̃ ponat̃ ꝙ forma denudet̃ a materia: istũ casum non admitteret Arist. nihilomin⁹ si admitteret̃: propter hoc nõ oporteret ꝯcedere ꝙ ad hoc ꝙ aliquid moueret̃ localiter: poneret̃ fluxus talis: q: sine tali fluxu posset saluari ꝙ materia se haberet alr̃: ⁊ alr̃: ꝑꝑ hoc ꝙ ꝯtinue esset in alio ⁊ alio loco. ¶ Ad aliã dico ꝙ nec Aristo. nec ꝯmẽtator admisissent aliq̃ mõ ꝙ tot⁹ mũd⁹ fieret vnũ ꝯtinuũ: ⁊ silr ꝙ moueret̃ ab oriente ⁊c. nec silr admisissẽt ꝙ de⁹ posset mouere istũ mundũ motu recto: verũtñ si isti casus admitterent̃ nõ ꝑꝑ hoc ꝯcedẽdũ eẽt ꝙ mũdus moueret̃ localiter: ꝑꝑ hoc ꝙ ad hoc ꝙ aliqͩ moueat̃ localr̃: requirit̃ ꝙ mutet locũ: seu ꝙ prius fuerit in vno loco: ⁊ postea in alio: mõ q: tot⁹ mũdus collectiue sumptus non est in loco ex eo quod nihil est extra seipsum: sequitur quod nõ potest moueri localiter: nihilominus istis casibus concessis bene esset concedendum: quod moueretur: sed nõ esset concedenduꝫ quod moueretur localiter. Finaliter ergo dico quod volentes loqui ⁊ cõcedere ꝙ cõcessisset Aristo. non coguntur ad ponendum ꝙ ad motũ localeꝫ: seu ad hoc quod quid dicatur moueri localiter: requiratur talis flux⁹ superadditus. eo quod sine tali posset saluari aliter ⁊ aliter se haberi. et in alio et alio loco.

Questio.VI.



Trum admittentes casus diuinos oporteat concedere q mot⁹ localis sit alia res a mobili τ loco: et arguitur primo q nō per rationes factas p secūda pte q̄stionis pcedētis.

In oppositū arguitur: nā admittentes hmōi casus habent admittere quod deus omnia alia a se posset annihilare pter vnū mobile: τ illud mouere ab oriente versus occidēs. vt verbi gratia sphera lune. tunc hoc admisso. s. quocūq extrinseco sphere lune annihilato: τ ipa sit mota: q̄ mouet continue: se habet aliter τ aliter: q̄ pri⁹: sed nō se habet aliter τ aliter ad aliqd extrinsecū: ex eo q qlibet extrinsecū est āníhilatū preter spherā: ergo oportet dicere q se habet aliter τ aliter respectu itrinseci: sed hoc nō possem⁹ saluare nisi poneremꝰ motū ipsi⁹ esse quoddā supadditū: ad qd cōtinue se habet aliter: secundum q vna vice hʒ vnā ptē illi⁹ mot⁹ τ alia vice aliā: τ qua rōne oib⁹ annihilatis mouet tali fluxū supaddito: eadē rōne videt q τ prius. Sed tūc isti admittētes casus diuinos cogunt alr respōdere: q̄ nō volētes admittere casus diuinos: sicut cēnt solū volētes loq et admittē in psona Arist. ¶ Nos igit volētes admittē casus diuinos supponim⁹ primo q moueri est aliter τ aliter se hre secūdū pri⁹ τ posteri⁹ continue. ¶ Scdo supponim⁹ q de⁹ posset facere totalē mūdū. s. orbes celestes τ ista inferiora vnū cōtinuū τ ipsum voluere ab oriente versus occidēs: vel aliter secūdū velle suū. ¶ Tūc sit prima cōclusio q mūd⁹ nō dicit moueri pter hoc q cōtinue se hʒ aliter et aliter respectu alicui⁹ extrinseci: patet hoc ex eo q nullū est extrinsecū: nā oia facta sunt vnū cōtinuū per casum. ¶ Secunda cōclusio: mūd⁹ nō dicit moueri pter hoc q cōtinue se habet alr τ alr ad aliqd extrinsecū si esset: probat p descriptionē moueri. nā ad hoc q aliqd actualiter se habeat fm pri⁹ τ posteri⁹ aliter τ aliter nō sufficit q conditionaliter se habeat aliter τ aliter. Sed si dicēs q solū mūd⁹ in isto casu se habet alr τ alr cōditionalr τ nō actualr: dicā tibi q mundus mouet solū cōditionalr: τ nō actualiter: qd est cōtra casum. ¶ Tertia cōclusio: mūd⁹ dicit ideo moueri: q̄ cōtinue se habet alr τ alr intrīsece: pʒ hoc: q̄ ad hoc q aliqd mouatur: requirit q se habeat aliter τ alr p primā suppositionē: ergo si mūd⁹ mouet p scdam suppositionē cōtinue se hʒ alr τ alr: sʒ nō fm extrinsecū sicut pʒ p primā cōclusionē: ergo scdm aliqd intrinsecū. ¶ Quarta cōclusio: illud intrinsecū nō est illud mobile lʒ sit aliqd sibi inherēs: pʒ hoc: q̄ mobile ad semetipsum nō pōt se alr habere q̄ pri⁹: ex eo q ad alr et alr se habere reqrit qdā diuersitas: modo mobile fm suā substātiā nō est diuersum a seipso accepto fm eādē substantiā. ¶ Quinta cōclusio: illud intrinsecū secundū qd mobile alr τ alr se hʒ est ipse mot⁹: seu flux⁹: pbat: q̄ si mūd⁹ sic moueret: nihil aliud sibi acquirit nisi sit talis mot⁹. vnde deus pōt totalē mūdū mouere absq hoc q acqrat sibi aliq alia a se q a motu. ¶ Sexta conclusio: in oi mobili qd localiter mouet volētes admittere cas⁹ diuinos opʒ ponere fluxū seu motū inherētē mobili q successiue illi mobili acqrit: pbat: q̄ tales habēt admittere: q de⁹ posset mouere aliqd mobile quocūq extrinseco āníhilato cōsili motu in specie: absq pductiōe alicui⁹ rei: q nec sibi siūs pexistebat in illo mobili. sed hoc nō posset si aliis oib⁹ ānihilatis illud mobile moueret aliq fluxu sibi supaddito: τ nō pri⁹: sicut pʒ ītuēti ergo ꝛc. vnde si diceret q si aliq lapis descēdat τ nō fluxu sibi supaddito: sed si oia pter ipsum essent ānihilata τ tunc descēderet: hoc esset mediāte fluxu supaddito: hoc nō valet q̄ tūc oporteret q oib⁹ ānihilatis pter deū τ mobile si deberet moueri cōsili motu in specie: sicut pri⁹ mouebat q aliq res: siue flux⁹ de nouo in ipso produceret: q res nec sibi siūs preexistebat in ipso: cui⁹ oppositū facere pōt de⁹. ¶ Sʒ aliqs dubitaret posito q aliqs lapis sic descēdat: τ qñ incipit descēdere adhuc nō qlibet extrinsecū ei sit ānihilatū: tūc manifestū est ipm moueri localr τ ponat vlteri⁹ q interim qd sic descēdit: qd oia sibi extrinseca annihilent: puta locus et cōsilia: qb⁹ annihilatis adhuc lapis mouet: vtrū talis motus lapidis debeat dici localis dico q nō: q̄ nō est ad locū: nec talis lapis mutat loca: pter hoc q quilibet loc⁹ est annihilat⁹ p casum. ¶ Ex hoc sequit q si mot⁹ esset ens pmanens hoc posset cōcedi mot⁹ localis est qñ nō est localis: pʒ de motu talis lapidis: q prīo est localis τ postea non est: ex hoc vlteri⁹ sequit q possent esse duo mot⁹ eiusdē speciei q̄rū vn⁹ est localis τ alter nō: pʒ de motu lapidis in loco et de motu eiusdē non in loco. ¶ Secūdo pʒ hoc idē de motu vltime sphere q nō est localis: pter hoc q nō est in loco: et tā est eiusdē speciei cū motu cōsili q esset in loco: vnde si ad imaginationē circa vltimā spherā crearet vn⁹ loc⁹: vltima sphera volueret motu eodē quo modo mouetur: et tū tunc diceret moueri localiter: secūdū partes ei⁹ in cōuexo: scdm quas nūc nō dicit moueri localiter. ¶ Sed diceres: ex istis dictis sequit q nō ois motus est localis vel alteratiōis: vel augmentationis: qd est falsum. Respondetur concedendo hoc: sed tamē dico non pter hoc sequit q plures sint species mot⁹ q̄ tres cōputādo motū augmentationis et diminutiōis simul: q̄ ois motus mobilis est eiusdē speciei cū motu locali: vel alteratiōis: vel diminutiōis: vñ cū totalis mūdus fact⁹ vnū cōtinuū moueret ab oriēte versus occidens: q̄uis mot⁹ ei⁹ nō sit localis: tamē est eiusdē speciei cū motu locali: vñ ly locale est qdā denoiatio extrīseca ipsi⁹ motus sicut albū: vel nigrū ipsi⁹ substātie: vnde posito q sortes nō esset aliq colore coloratus et plato esset albus adhuc sortes et plato essent eiusdē speciei. sic in proposito: motus totalis mundi sic facti vnum continuū q̄uis non sit localis: est tamen eiusdem speciei cum motu: quē vocamus localem.

Ad rationes. Ad primā sequeretur quod motus esset motus. et sic in infinitum. negatur consequētia et quum dicebatur: si motus esset talis fluxus tunc esset in mobili: concedo: et quum dicebatur: ergo moueretur: potest dici q sic: sed hoc esset p accidens scilicet pter hoc q mobile in quo est mouet: τ pter hoc nō oportet motū sibi supadditū esse qui mouetur. ¶ Ad secundā dico q non magis est inconueniens quod motus localis conseruetur: mobili et loco annihilato: q̄ q albedo conseruet τ nihil sit album: nec ex hoc sequit motū localē esse mobili τ loco annihilato: sed bñ sequit motū esse q pri⁹ fuit localis τ modo nō: mobili et loco annihilato. ¶ Ad tertiā de⁹ pōt creare aliquā rē de nouo. τ illā mouere absq pductiōe alterius rei de nouo: nego hoc: q̄ iplicaret cōtradictionē q deus moueret aliquā rē p moueri eiusdē speciei: cū moueri localr absq productiōe alicui⁹ rei noue: modo de⁹ pōt facere qcqd fieri nō implicat cōtradictionē: sed nō pōt facere qd implicat contradictionē fieri. ¶ Ad quartā mot⁹ ꝛc. respondet hic p distinctionē Cōmē. intelligēdo ipsam sicut vba sonāt: quod mot⁹ accipit dupl r: vno mō p fluxu forme fluētis. Alio modo p forma fluēte: primo modo nō est de essentia termini ad quē: sed bñ secundo mō: vñ in motu locali forma fluēs dicit loc⁹ seu spatiū cui⁹ vna pars acqrit post aliā. In motu autē alteratiōis forma fluēs dicit qualitas q successiue acquirit alterabili: et in motu alteratiōis idē est flux⁹ τ forma fluēs sed nō in motu locali: vt pʒ ex pcedētib⁹. ¶ Ad quintā dico q non est silr de quiete τ de motu: quies eīn est priuatio. motus autē quoddā positiuū. ¶ Ad vltimam dico: imo necesse est ponere hmōi saltem volentes admittere casus diuinos: et quomodo sit necesse patet ex dictis.

Questio.VII.



Queritur septimo vtrū motus sit subiectiue i mobili vel in mouēte: τ arguit prīo q in mouēte: q̄ in illo est mot⁹: qd mouet: et mutat: sed oē mouēs quum mouet. vel incipit mouere mouet: vel incipit moueri. ergo. maior est nota: et minor pbat: q̄ quū aliqd mouēs mouet cōtinue se hʒ alr τ alr: ex eo q primo facit ipsum mobile esse in vno loco: τ postea in alio. Cōsili mō arguit de mouēte alteratiue: silr quū aliquod mouens incipit mouere: tūc incipit aliter se hre ex eo q tūc nō mouet. sed post mouebit: cū ergo moueri sit ptinue alr τ aliter se hre: videt q mouet mouens. ¶ Scdo sicut se hʒ qes ad qesēs. ita se hʒ mot⁹ ad mouēs: sed ita est qd quies hʒ se in quiescente subiectiue. ergo motus in mouente subiectiue: ergo nō in mobili. ¶ Tertio motus est in illo: quod denominat: sed mot⁹ denoiat mouens:

ergo motꝰ est in mouẽte: ergo nõ in mobili. maior est nota a sili: qꝛ albedo est in pariete quẽ denoĩat: minor ptꝫ: qꝛ dicimus qđ mouẽs mouet. ¶ Quarto actus est in eo cuius est actꝰ: sed motus est actus mouẽtis. ergo. ¶ Quinto actio est in agente et nõ in passo. ergo motꝰ est in mouẽte ⁊ nõ in moto. consequẽtia tenet ex eo ꝙ ꝑ Aristo. in isto tertio actio est inseparabiliter cũ motu: ⁊ similiter ꝑ autorẽ sex principiorũ oĩs actio est in motu. antecedens ꝓbaꝛ: qꝛ actio denominat agens: ⁊ non passum: ergo est in agente et non in passo propter hoc ꝙ sic denominãs est in eo qđ denominat. ergo ⁊c.

In oppositũ est Aristoteles in isto tertio:

qui vult ꝙ motus est subiectiue in mobili. i. in eo qđ mouetur. Et silr dicit Cõmẽ. ꝙ motꝰ est bñ mouentis: sed non in eo. Et ꝓbaꝛ ratione: qꝛ motus nõ est in mouẽte secundũ ꝙ mouens: qꝛ sic seq̃ret: ꝙ oẽ mouẽs moueretur: sed hoc est falsum: qꝛ est dare mouẽs imobile: cõsequẽtia tenet ex eo ꝙ ly scḋm reduplicat de oĩ: ex hoc relinquitur ꝙ motus est in mobili: et non in mouẽte secundũ qđ mouens. ¶ In questione primo videndum est de quo aliqualiter tãgebatur in primo argumẽto: vtrũ in quolibet agente oporteat ponere dispositionem superadditã. secundo videndum est de quesito.

Quantum ad primũ sciẽdũ quod quoddã

est agens immutabile et incorporeũ: quoddam vero mutabile et corporeum. Alia distinctio. agentium mutabilium et corporeorũ quoddã est qđ in agendo nõ repatitur: sicut est celũ: sol illuminãs ista inferiora: quoddã vero est qđ in agẽdo repatitur: sicut calidũ: frigidũ: et hmõi. ¶ Tunc sit prima conclusio. ad hoc quod agens immutabile agat: non oportet in ipm ponere aliquã dispositionẽ superadditã secundũ quã agat: ptꝫ hoc de prima causa: q̃ agit aliquid absq3 hoc qđ ponatur aliq̃d sibi supadditũ: ex eo qđ est essentia oĩno simplex. ¶ Scḋa cõclusio. ad hoc quod agẽs mutabile corporeũ: qđ in agẽdo nõ repatitur: agat: opꝫ ponere in ipso aliquã dispositionẽ sibi supadditã: ptꝫ de sole: q̃ nõ ageret in ista inferiora illuminãdo: nisi in ipso poneretur lux q̃ est q̃dã qualitas sibi superaddita: et secũdũ quã diffundet circa se lumẽ. ¶ Tertia cõclusio. ad hoc ꝙ tale agens agat nõ opꝫ ponere in ipso aliquã nouã dispositionẽ quã priꝰ nõ habuit patet hoc: nã ꝙ sol suo lumine calefaciat ista inferiora: non opꝫ: ꝙ aliquã habeat dispõnẽ nouã qua prius caruit: vnde ad hoc sufficit sol lux ⁊ calefactibilia: ⁊ ꝙ debite sunt approximata. Sed diceret aliquis: cõtra: ponatur ꝙ sortes de nouo sit generatꝰ: ⁊ calefiat a sole: tunc sol alr se habet q̃3 prius se habuit eo ꝙ modo calefacit sor. ⁊ prius nõ calefecit ipsum. modo nõ põt aliter se hr̃e q̃3 priꝰ se habuit: nisi sit aliq̃d sibi supadditũ: vel sibi amotũ: sed clarũ est ꝙ nihil est amotũ a sole. ergo. ¶ Scḋo nã sol nõ calefacit ista inferiora nisi moueatur localiter: sed motus localis est dispõ supaddita. ergo. ¶ Respõdetur ad primũ ꝙ nihil intrinsece se põt hr̃e alr ⁊ alr q̃3 priꝰ nisi sit sibi aliq̃d supadditũ: vel aliq̃d ab eo remotũ: nihilominꝰ põt se hr̃e alr ⁊ alr q̃3 priꝰ denoĩatiõe extrinseca nõ qꝛ ipsum sit mutatũ: sed aliq̃d aliud ab ipo: ⁊ tũc nõ opꝫ ponere aliquã dispositionẽ superadditã illi: qđ aliter dicitur se hr̃e extrĩsece: vnde ista colũna est mihi a sinistris si vertã me erit mihi a dextris: nõ ꝓpter hoc opꝫ ponere aliquã mutationẽ factam in colũna sed bene in me: ⁊ sic similiter deus aliqñ creat: aliqñ nõ: nõ tamẽ ꝓpter hoc opꝫ ponere aliquã mutationẽ in deo factã: sed bñ in creatura. et sic silr mõ: sicut arguebatur in primo argumẽto: dico ꝙ cũ talis motor mouet aliq̃d ⁊ priꝰ nõ mouebatur nõ ꝓpter hoc opꝫ ponere mutationẽ esse in ipso mouẽte: sed bñ in ipso mobili: qꝛ q̃3uis mouens alr se habeat q̃3 prius: hoc tamẽ est secundũ denoĩationẽ extrinsecã: ⁊ ex hoc ptꝫ ad primã. ¶ Ad secundã instãtiã dico negãdo ꝙ sol nõ posset illuminare nisi moueretur: vnde si sol q̃esceret adhuc illuminaret: ⁊ mediãte suo lumine calefaceret ista inferiora. ¶ Quarta cõclusio. silr ad hoc ꝙ agens mutabile corporeũ quod in agẽdo repatitur agat: opꝫ ponere in ipso aliquã dispositionẽ sibi supadditã: scḋꝫ quam agat: ptꝫ hoc qꝛ calidũ nõ ageret nisi in ipso esset caliditas. ¶ Quinta cõclusio: in tali agente quum repatitur: oportet ponere aliquam dispositionem nouam: sed verũ est quod secundũ illam non dicitur agere: sed pati: sic ergo ptꝫ quod ad hoc ꝙ aliq̃d agat nõ opꝫ ꝙ in ipso sit aliqua dispositio noua q̃ nõ priꝰ erat in ipso nisi tunc poneretur ꝙ aliq̃d in mouendo moueret seipsum localiter: ⁊ ꝙ motus localis esset fluxus superadditus mobili ⁊c.

Quantũ ad secunduꝫ sit prima distinctio:

de esse in subiecto. s. ꝙ vno modo esse in subiecto dicitur aliq̃d secundũ realẽ inherentiã: eo modo quo dicimus ꝙ albedo inest parieti. ¶ Alio modo secundũ ꝑdicationẽ. isto mõ solemus dicere predicatum inesse subiecto: qꝛ vere et affirmatiue ꝑdicatur de ipso. Tunc sit prima conclusio ꝙ si motꝰ localis non ponitur res distincta a mobili: nõ oĩs motus est in mobili tanq̃3 in subiecto: et hoc secundũ realem inherentiã: hoc ptꝫ: qꝛ nihil quod non est distinctũ ab alio est in ipo secundũ realẽ inherentiã: et per cõsequẽs si motus localis nõ ponitur res distincta a mobili non est in ipso secundum realẽ inherentiã ⁊c. ¶ Secunda cõclusio. si motus localis nõ ponitur res distincta a mobili: tunc dicitur esse in mobili secundũ predicationem: patet hoc: qꝛ ly motus localis est verificabilis affirmatiue: et denominatiue de mobili. verbi gratia dicendo: mobile mouetur localiter. ¶ Tertia cõclusio. motꝰ alterationis est in alterabili: secundũ realẽ inherẽtiã: patet hoc: qꝛ motus localis alterationis nõ est aliud q̃3 forma accidentalis: q̃ ipsi alterabili successiue acq̃ritur: sed talis est in alterabili secundũ realẽ inherẽtiã. ¶ Quarta cõclusio. si motꝰ localis ponitur res distincta a mobili: est in mobili secundũ realẽ inherẽtiã: patet hoc: qꝛ nõ esset in mouente ex eo qđ aliter nõ posset aliqđ agẽs mouere de nouo nisi de nouo intrinsece haberet se aliter q̃3 prius: modo hoc est cõtra prius dicta in primo articulo: ⁊ qꝛ primꝰ motor mouet primũ mobile: absq3 hoc ꝙ ponatur aliquid in ipso nouo. ¶ Quinta cõclusio: siue motꝰ localis ponatur res distincta a mobili siue nõ: oĩs motus est in mobili subiectiue: vel scḋm realem inherẽtiam: vel secundũ predicationẽ. hoc satis patet ex dictis in questione ⁊c.

Ad rationes: prima soluta est: ad secundã

quies est in quiescẽte: dico ꝙ quies est quiescens: vno modo actiue sicut tenẽs aliũ: et quiescẽs ipsum: et sic accipiendo quiescens cõcedo ꝙ sicut se habet quies ad quiescẽs sic se habet motꝰ ad mouẽs: et sic vlterius dico ꝙ quies nõ est in quiescente. Alio modo dicitur quiescens idẽ qđ quietatum passiui generis: et sic accipiẽdo bene cõcedo ꝙ quies est in quiescẽte saltẽ secundũ ꝑdicationẽ: ⁊ denominationẽ: ⁊ vlterius sic accipiendo: nego ꝙ sicut se hꝫ motus ad mouens: sic quies ad quiescẽs. Sꝫ bñ cõcedo ꝙ sicut se habet motus ad motum sic se habet quies ad quiescẽs. i. quietatũ. ¶ Ad tertiã motus est in eo quod denoĩat: dico ꝙ aliquãdo capitur esse in: sicut effectus in suo efficiente. aliquãdo vero sicut accidens in suo subiecto: modo motus bene in est mouenti: sicut effectus inest efficienti: non tamen sicut accidens subiecto. ¶ Ad quartam et quintam simili modo.

Questio. VIII.



ueritur octauo vtruꝫ omnis actio sit passio: et arguitur primo ꝙ non: actio et passio sunt predicamenta distincta: ergo vnũ eorum non est verificabile de alio affirmatiue: antecedens patet: et consequẽtia ꝓbatur ex eo ꝙ essentie ꝑdicamentorũ sunt imper mixte: et confirmatur: nã Arist. in primo posteriorũ dicit ꝙ propositiões negatiue sunt immediate in q̃bꝰ vnũ generalissimũ vniꝰ predicamenti negatur de generalissimo alteriꝰ ꝑdicamẽti. ¶ Scḋo arguitur autoritate Cõmen. primo metaphysice dicentis ꝙ q̃dditates ꝑdicamentorũ sunt diuerse: et ꝑ cõsequẽs vnũ ꝑdicamentũ nõ est verificabile affirmatiue de alio. ¶ Tertio effectus non est idẽ cũ illo cuius dicitur effectus: sed passio est effectus actionis. ergo. maior est nota: et minor ꝓbatur per autorẽ sex principiorũ dicentẽ passio est effectꝰ illatus actionis. ¶ Quarto. nam dicitur quinto metaphysice quecunq3 sunt diuersa genere sunt diuersa specie: et quecunq3 sunt diuersa specie sunt diuersa numero. sed quecũq3 sunt diuersa numero vnum illorum non est aliud: ergo actio non est passio. ¶ Quĩto. actio est passio: ergo agere est pati et ꝑ ꝯñs agẽs est patiẽs: hoc aũt est falsum: nã multa agũt q̃ nõ patiuntur

patiunt. ⁊ ꝯsequẽtia tꝫ p locũ a cõiugatis. ¶ Sexto distinctarum potentiarũ actus proprij sunt distincti: sed potẽtia actiua ⁊ passiua sunt potentie distincte: ⁊ actio est proprius actus potẽtie actiue: ⁊ passio potentie passiue. ergo actio et passio distinguuntur abinuicem. maior est nota: ex eo quod distinctio potentiarum capitur penes distinctionem suorũ actuum. ergo.

In oppositum videtur esse Aristo. in isto tertio. dicit enĩ ꝙ idẽ est actus motiui ⁊ mobilis: sed actus motiui est actio: ⁊ actus mobilis est passio. ergo idẽ est actio ⁊ passio. ¶ Scd̃o. nã p Aristo. scd̃o de anima: idem est actus sensibilis ⁊ sensitiui: idem enim est visio qua visus videt: et visibile videtur: sꝫ hoc nõ esset nisi actio esset passio. ¶ Tertio nã dicit Cõmen. v. metaphy. qd̃ inter agens ⁊ patiẽs est distãtia intrinseca: q̃ in ordine ad agens dicit actio: ⁊ in ordine ad patiens dr̃ passio. ¶ Quarto vtrũqꝫ eoꝝ est motus et vtrũqꝫ eoꝝ ꝓcedit a mouẽte. sꝫ nõ sunt motus distincti: sed vnus: ergo actio est passio: ⁊ ecõuerso: cõsequẽtia tenet: prima pars antecedẽtis pꝫ de se: sꝫ scd̃a pars antecedẽtis declarat. s. qd̃ nõ sunt motus distincti: nã si sic: tunc agẽs: quãdo ageret in passum: oporteret producere ipsum duos motus: quorũ vnus esset actio ⁊ alius passio: sed hoc est falsum: sufficit enim vnus. ¶ In ista questione primo distinguẽdũ est de actiõe ⁊ passione: scd̃o ponende sunt conclusiones.

Quantum ad primũ distinguendũ primo est de hoc noĩe actio: vnde actio aliq̃n sumit pro ol actu: isto modo dicit 7o metaphysice ꝙ deus est actio pura. ¶ Scd̃o modo accipit ꝓ eo qd̃ est significabile per modũ actus scd̃i: isto modo accipit quñ dicit ꝙ intellectio ⁊ volitio sunt actiones ipsius dei. ¶ Tertio modo hoc nomẽ actio restringitur ad operatiões electiuas q̃ ꝓcedũt ex electione: ⁊ isto mõ distinguit actio ꝯ factionẽ: ⁊ sciẽ factiue ꝯ actiuas. ¶ Quarto modo actio dicit opatio ipius agetis ⁊ sic nõ distinguit ꝯ factionẽ: ⁊ sic accipiendo ponit vnũ p̃dicamẽtũ de decem.
¶ Deinde distinguẽdũ est de hoc noĩe passio: vno modo accipitur indifferenter pro quacũqꝫ forma accidẽtali. isto modo accipit quñ dicit turpitudinẽ vel pulchritudinẽ esse passiones corporis: ⁊ scias ⁊ virtutes esse passiões aĩe. ¶ Scd̃o hoc nomen passio restringitur ad qualitates sensibiles. isto modo qualitates de tertia specie dicunt passiões. ¶ Tertio mõ capitur ꝓ motibus ⁊ actib⁹ appetitus ⁊ maxie sensitiui: ⁊ isto modo hoc nomẽ passio accipitur in moralibus: vñ scia moralis dꝫ refrenare huiusmodi passiones. ¶ Quarto hoc nomen passio restringitur ad motus nociuos: ⁊ ad corruptiones: ⁊ isto modo accipitur: quñ dicit qd̃ infirmus patitur.
¶ Quinto mõ dicit passio in ordine ad subiectũ: vñ q̃ñcũqꝫ sunt duo termini supponẽtes ꝓ eadem re ⁊ vnus eoꝝ addit aliquã cõnotationẽ extraneã tũc ille vocat passio: ⁊ reliqu⁹ vocat subiectũ: ⁊ isto mõ iste termin⁹ visibile vocat passio: ⁊ hic termin⁹ hõ vocat subiectũ ⁊ ita accipit passio in libro posterioꝝ. ¶ Ultimo mõ passio dr̃ opatio agẽtis: put recipit in passo: ⁊ isto mõ hoc nomẽ ponit vnũ p̃dicamẽtũ. ⁊ vltimo modo accipiẽdo passionem accipitur in titulo questionis.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio possibile est actionem esse absqꝫ hoc quod sit passio: probat quia possibile est quod deus creet vnam albedinẽ absqꝫ hoc quod creet eam in aliquo subiecto: sed tunc esset actio ⁊ non passio: ex eo quod ista actio non reciperetur in aliquo subiecto: simili modo si crearet vnam portionem materie partem ante partem. ¶ Secunda conclusio. impossibile est esse passionem nisi sit actio: probatur: quia impossibile est quod aliquid proijciatur sursum: ⁊ transmutetur: nisi ab aliquo proijciatur: sed si ab aliquo proijcitur: tunc aliquid agit: ⁊ si agit tunc est actio: ergo si aliquid patitur oportet esse actionem: ⁊ per consequens passio non potest esse nisi sit actio. ¶ Tertia conclusio. omnis actio naturalis est passio: probatur: cuiuslibet agentis naturalis actio recipitur in aliquo: ergo cuiuslibet agentis naturalis actio est passio: consequentia tenet ex eo quod passio dicitur operatio agentis prout recipitur in passo: antecedens patet ex eo quod nullum agens naturale agit nisi in aliquo presupposito: per hoc enim differt ab agente super naturali: quia agens super naturale potest agere nullo subiecto presupposito in quod agat: ⁊ in quo ei⁹ actio recipiatur. ¶ Quarta cõclusio omnis motus est actio ⁊ passio: patet quia omnis motus est operatio producta ab agente: ⁊ recepta in passo. Sed hoc nomẽ actio cõnotat illã operationem esse ab agente: ⁊ hoc nomen passio cõnotat eandem rem esse receptã in passo: ergo ita est: quod ista duo nomina actio ⁊ passio supponunt pro eadem re. s. pro eodẽ motu: vel pro eodem pro quo supponit hoc nomen motus. sed hoc nomen actio connotat hoc esse productum ab agente: et hoc nomen passio connotat hoc idem esse receptum in passo: sed hoc nomen motus significat hoc idem: non connotando quod recipiatur in passo: nec quod producatur ab agente. Ex quo sequitur quod actio ⁊ passio sunt passiones motus: quia sicut dicebatur ille terminus dicitur passio respectu alterius quia supponit pro eadem re: sed vltra addit quandam connotationem extraneam: modo sic se habet iste terminus actio ad hunc terminum motus: ⁊ similiter hic terminus passio ad eundem: ergo vtrunqꝫ eorum dicitur passio motus et hoc voluit Aristote. in isto tertio: quum dixit actio ⁊ passio non habent omnino eandem significationem: ⁊ quñ dixit actio et passio insunt motui. Unde quia vnus habet aliam connotationem quã alius non dicitur habere omnino eandem significationem: ⁊ quum dixit actio et passio insunt motui: quia sunt passiones motus: dicuntur inesse motui non quidem per realem inherentiam: sed per predicationem denominatiuam.

Ad ratiões ad primam actio ⁊ passio sunt distincta predicamenta: concedo: ⁊ vlterius dico quod cum hoc stat quod vnum eorum potest de alio affirmatiue predicare: nec ex hoc essentie predicamentorum sunt permixte: vnde per illam autoritatem: nõ intelligitur plus nisi quod terminus vnius predicamenti non est verificabilis de termino alterius predicamenti predicatione essentiali ⁊ quidditatiua: nihilominus bene est predicabilis de eo predicatione denominatiua. vnde quãuis hic terminus album sit de predicamento qualitatis: tamen predicabilis est in quale de substantia: cum ipse sit verificabilis de isto termino homo: qui est in predicamento substantie: sed hoc est in predicatione denominatiua: et non essentiali et quidditatiua.
¶ Ad confirmationem: quum dicitur propositiones negatiue in quibus generalissimum vnius predicamenti ⁊c. dico quod per hoc non intelligitur: quin possint aliquo modo de se inuicem predicari affirmatiue: sed per hoc intelligitur qd̃ non possint de se predicari inuicem affirmatiue: ⁊ quidditatiue: et quod non habeamus medium probandi quod vnum generalissimum possit de alio predicari in quid: ⁊ hoc supponitur: sed bene habemus mediũ probandi quod terminus de vno predicamento: qui nõ est generalissimus non põt predicari in quid de termino alterius predicamenti: vnde licet non habeamus medium probandi quod hec non sit quidditatiua predicatio: substantia est quantitas: tamen bene habemus medium probandi quod hec non sit quidditatiua predicatio: homo est linea: vel homo est bicubitus: ⁊ hoc intendebat Aristote. primo posteriorum. consimiliter ad secundam dicitur. ¶ Ad tertiam exponatur autoritas secundum illa que dicta sunt in questione. ¶ Ad quartam dico quod quãuis isti termini actio ⁊ passio sint distincti genere: cum hoc tamen stat quod supponant pro eadem re: vnde quãuis isti termini homo et album bene sint diuersorum generum: tamen bene supponunt pro eadem re. ¶ Ad quintam si actio ⁊c. Respondetur negando consequentiam: ⁊ quum probatur per locum a coniugatis: dicitur quod talis locus nõ tenet in predicatione denominatiua: sed bene quidditatiua vnde non sequitur homo est album: ergo humanitas est albedo: sed bene sequitur homo est animal ergo humanitas est animalitas. ¶ Ad vltimam dico quod bene diuersarũ potentiarũ. s. actiue ⁊ passiue est idẽ actus qui in ordine ad actiuam vocatur actio: ⁊ in ordine ad passiuam vocatur passio: sed distinctarum potentiarum passiuarum: et distinctarum potentiarum actiuarum: bene concedendum est: quod nõ potest idem esse actus saltem in numero: ⁊ talium potentiarum distinctio adinuicem. s. passiuarum ad passiuam ⁊ et actiuarum ad actiuam bene capitur secundum suoꝝ actuũ distinctionem: sꝫ non distinctio potẽtie actiue ad potẽtiam

passiuam: et eo ꝙ illarum potentiarum sicut dictum est: est idem actus.

Questio .IX.

ueritur nono vtrum ad naturalem pertineat determinare de infinito et arguitur primo quod nõ: quia ad mathematicum pertinet determinare de infinito. ergo non ad naturalem consequentia tenet ex eo quod mathematicus ⁊ naturalis sunt diuersi artifices: sed diuersorum artificum debent esse diuersa consyderata. ergo. antecedens probatur: ad mathematicum pertinet determinare de quantitatibus sed quia finitum et infinitum sunt passiones quantitatis ⁊ eiusdem artificis est determinare de subiecto et passionibus eius. ❡ Secundo ad solum metaphysicuz ꝑtinet consyderare de infinito. ergo. consequentia tenet antecedens probatur; quia ad solum metaphysicum pertinet cõsyderare de deo. modo solus deus est infinitus. ergo. ❡ Tertio Aristo. in primo celi determinat de infinito. ergo ad minus Arist. non debet determinare de eo in isto tertio. aliter enim vna determinationum esset superflua. ❡ Quarto ad naturalem non pertinet determinare nisi de contento et de reducibili ad ly ens mobile: modo infinitum non est huiusmodi. ergo. maior est nota ex eo quod ens mobile ponit̄ subiectum proprium scientie naturalis: minor patet: ex eo quod infinitum si esset non esset mobile. ❡ Quinto: quod non est de illo nõ est scientia: nec de eo pertinet determinare ad naturalem: sed infinitum non est; ergo. maior est nota et primo posteriorum: non ens non cõtingit scire: minor patet ꝑ Aristotelem in isto tertio: vbi ꝓbat quod nõ est aliquod corpus actu infinitũ. ❡ Sexto infinitum est ignotum. ergo de ipso non pertinet determinare ad aliquam scientiam cum non possit agnosci: nec per consequẽs ad naturalem: antecedens patet qꝛ infinitum secundum quod huiusmodi est ignotum: primo huius: ergo ⁊c.

In oppositum est Aristo. in hoc tertio ⁊ in primo celi. ❡ In ista questione primo ponã aliquas distinctiones de infinito vniuersales omnibus sequentibus questionibus. secundo respondebo de quesito.

Quantum ad primum sciendum quod ly infinitum: aliquando solet capi cathegorematice: aliquãdo syncathegorematice. quando capitur cathegorematice; tũc equiualet huic orationi non habens finem vnde quum dico tale corpus est infinitum: significo quod tale corpus non habet finem. ❡ Sed quando capitur syncathegorematice aliqui in continuis exponunt ly infinitum per istam orationez non tantum quin maius: sed in discretis exponunt per istaz orationem non tot quin plures: sed illud non videtur veruz nam secundum istam expositionem esset concedendum ꝙ infinita pars esset in continuo: quod communiter non conceditur: consequentia probatur: quia non tanta pars qꝛ maior est in continuo. ex eo quod nõ est dare maximam partez istius continui. ❡ Secundo sequeretur quod hec esset cõcedenda infinitum pondus sortes potest portare quod iterum non conceditur: consequentia probatur: ex quo potentia sortis nõ terminatur ad maximũ pondus quod sor. potest portare. ❡ Alij autem exponunt sic: ⁊ in discretis: verbi gratia infiniti homines currunt: duo homines currunt: tres homines currunt et sic nõ tot quin plures. sed in continuis sic: infinitum corpus est sic corpus pedale est corpus bipedale est. ⁊ sic in infinitum sed iterum hoc non sufficit: nam posito ꝙ viginti homines trahant vnam nauem: ⁊ triginta vnã aliã: et sic in infinitum; ita quod non pauciores quã viginti trahant vnam nauem: hec est concedenda infiniti homines trahunt nauem: et tamen hec est falsa: duo homines trahũt nauem: ⁊ hec etiam: tres homines trahunt nauem et sic vltra vsqꝫ ad viginti. Itez posito quod infinita essent corpora: quorum vnum non esset pars alterius inter que minimum esset decem pedum: ⁊ aliud viginti pedum: et sic in infinitum ascẽdendo secundum proportionem duplam: hec esset concedenda infinitum corpus est: ⁊ tamen ex hoc non sequitur pedale corpus est bipedale corpus est: sicut patet ex casu. ❡ Possumus ergo aliter exponere ly infinitum tentum syncathegorematice. s. per istam orationem aliquantum: ⁊ quãtumlibet maius: verbi gratia: infinitum corpus est: id est aliquantum corpus est: ⁊ quãtumlibet maius: ⁊ secundum hoc hec esset falsa infinitum pondus sor. potest portare: nam equiualet isti orationi: aliquantũ pondus sor. potest portare: ⁊ quãtumlibet maius illo sor. potest portare. propter hoc etiam est falsa ista infinita pars est in isto corpore: quia valet istam copulatiuam aliquanta pars est in isto corpore: ⁊ quantumlibet maior est in isto corpore: modo etiam secunda pars istiᵘˢ copulatiue est falsa: vnde ꝗuis quacunqꝫ parte data in isto corpore maior sit in ipso non tamen quãtumlibet maior: sed bene concedendum est infinite partes sunt in isto corpore: qꝛ aliquot: ⁊ quãtumlibet plures sunt in isto corpore: ita quod infinitum tentum syncathegorematice: exponitur ꝑ aliquot ⁊ quantumlibet plures vel plura: sed in continuis exponatur per aliquantum: ⁊ quantumlibet maius. ❡ Sciendum est quod quum aliquis terminus qui solet aliquando teneri syncathegorematice: aliquando cathegorematice: si ponatur a parte subiecti ipsius propositionis: tunc solemus eo vti solum syncathegorematice. quãdo vero ponitur a parte predicati solemus eo vti cathegorematice. et propter hoc solitũ est negare istam continuum est diuisibile in infinitum: ⁊ concedere istam: in infinitum cõtinuum est diuisibile. Sic etiaz concedendum est: quod infinitis finita sunt plura: nam aliquibus entibus finita sunt plura ⁊ quantumlibet pluribus finita sunt plura. similiter concedendum est quod infinitis finita sunt pauciora: nam aliquibus entibus finita sunt pauciora: ⁊ quantumlibet pluribus finita sunt pauciora. Nec ꝓpterea esset concedendum aliqua finita esse plura infinitis. ❡ De infinito vero tento cathegorematice est sciendũ quod ipsum multipliciter potest imaginari: vno modo in permanentibus: alio modo in successiuis: sicut si aliquis esset motus: cuius velocitas vel tarditas esset infinita. ❡ In ꝑmanentibus autem potest imaginari vel in quantitate: vel in qualitate: vel in duratione: vel in virtute: vel in vtroqꝫ simul sicut est deus: vnde deus est infinitus in virtute ⁊ in duratione. Et virtute solum sicut si deus crearet vnam caliditatem infinitam. In duratione solum: sicut est celum. In qualitate solum: sicut si deus crearet aliquam qualitatem infinitam: tunc illud corpus esset infinitum in qualitate: licet esset finitum in quantitate. In quantitate solum sicut si deᵘˢ crearet vnum corpus infinitum in quantitate. In vtroqꝫ simul sicut si deus crearet vnum corpus infinitum cum qualitate infinita ❡ Ulterius notandum quod infinitum in quantitate potest imaginari: vel infinitum secundum extensionem vel infinitum secundum multitudinem: ⁊ hoc est quod solet dici: quod quoddam est infinitũ in magnitudine: ⁊ quoddam secundum multitudinem. Ulterius infinitum in multitudine potest imaginari: vel infinitum in multitudine partium actualiter separatarum abinuicem: vel infinitum in multitudine partium coniunctaruz ⁊ non separatarũ: sed separabilium abinuicem per diuisionem; vel signationem. Ulterius infinitum secundum extensionem potest imaginari: vel infinitum secundum aliquam dimensionem: ⁊ secundum aliquam non: vt si esset aliquod infinitum secundũ lõgitudinem: finitum autem secundum latitudinem: et ꝓfunditatem: vel infinitum secundum omnem dimensionem. s. tam secundum longum: quã secundum latum quã etiam secundum profundum. Ulterius potest imaginari versus omnem differentiam positionis: vt imaginatur tam infinitum versus oriens: quã versus occidens: tam versus septentrionem: quã versus meridiem: tam versus polum antarcticum quã versus polum arcticuz. ❡ Alio modo potest imaginari infinitum non versus omnem differentiam positionis: sed versus aliquam ⁊ aliquã non. verbi gratia: vt si imaginaret̄ infinitum versus oriens finitum tamen versus occidens. Ulterius possumus imaginari infinitum sine aliqua concauitate vel cum concauitate: vt si imaginatur vnum infinitum totaliter circa nos: puta celũ: vlterius ꝓtensuz in infinitũ.

Quantum ad secundum pono hanc cõclusionem ꝙ questio est vera: ⁊ probatur sicut eam probat Aristo. in isto tertio.

Ad rationes

Ad rationes ad primam dico quod mathematicus omnes quantitates quas ipse considerat sunt finite: quamuis infinitum etiam sit passio quantitatis: ipse tamen non considerat de quantitate: secundum quod infinita sed secundum quod finita: vnde non oportet artificem considerare omnes passiones sui subiecti. ¶ Ad secundam dico quod bene ad metaphysicum pertinet considerare de infinito in virtute: sicut est deus: cum quo stat quod naturalis potest determinare de alio infinito. ¶ Ad tertiam dico quod differenter Aristo. determinat hic de infinito: ⁊ in primo celi: quia quando determinauit hic in isto tertio de infinito: nondum inuestigauit quod esset ponendum aliud corpus a corporibus mobilibus motu recto: ⁊ igitur in isto tertio probauit nullum infinitum esse mobile motu recto: sed quia in primo celi inuestigauit vnum esse corpus mobile naturaliter motu circulari aliud a corporibus mobilibus motu recto: ipse probauit ibi vniuersaliter quod nullum esset corpus infinitum nec mobile motu recto: nec motu circulari: sic ergo patet determinatio Aristote. de infinito primo celi: que super addit aliquam determinationem de infinito in isto tertio. ¶ Ad quartam dico quod quamuis infinitum si esset: non esset mobile localiter: tamen reducibile ad ens mobile: sicut ens finitum: sicut priuatio ad habitum: ⁊ hoc sufficit. ¶ Ad quintam quod non est ⁊c. dico quod per hoc intelligitur quod propositio falsa non est scibilis: ita quod non est capitur ibi pro falso: cum quo tamen stat: quod quamuis non sit aliquod corpus infinitum: tamen de infinito est scientia: non per propositiones affirmatiuas: sed negatiuas vnde Aristo. demonstrauit istam negatiuam: nullum corpus est infinitum: etiam de infinito bene est scientia per propositiones affirmatiuas conditionales: vt si infinitum esset: non tamen per propositiones cathegoricas. ¶ De quinto in quo tangitur de cognitione infiniti dictum est in primo huius.

Questio. X.



Utrum aliquod sit corpus actu infinitum sensibile: ⁊ arguitur primo quod sic motus ⁊ tempus sunt infinita: ergo est aliquod corpus infinitum: antecedens probatur per Aristote. viij. huius: vbi ostendit quod motus ⁊ tempus nunquam inceperunt esse: consequentia probatur per hoc quod Aristote. in octauo huius ostendit quod magnitudo ⁊ tempus ⁊ motus sunt eiusdem rationis quo ad finitatem vel infinitatem. Et confirmatur: nam tempus ⁊ motus sunt passiones magnitudinis: ergo si tempori ⁊ motui conuenit infinitas: ⁊ magnitudini. ¶ Secundo dato aliquo corpore sensibili: probo quod ipsum sit infinitum ⁊ hoc sic infinite sunt partes in continuo scilicet corpore: ergo ipsum est infinitum antecedens patet: quia aliter non esset in infinitum diuisibile: consequentia probatur: quia due partes aliqualem extensionem faciunt: ⁊ tres maiorem. ergo videtur quod infinita faciant extensionem infinitam et per consequens quodlibet corpus videtur esse infinitum. ¶ Secundo confirmatur: dato aliquo corpore bipedali: probo quod ipsum sit infinitum: in tali corpore sunt infinita pedalia: ergo tale corpus est infinitum: consequentia derelinquitur esse nota de se: sed antecedens probatur. nam diuidatur per signationem tale corpus in duas medietates scilicet a. ⁊ b. ⁊ quod c. sit punctus medius tunc cum inter a. et b. sunt infinita puncta seu infinite partes proportionales a quarum qualibet ad quemlibet punctum inter b. ⁊ c. spatium est pedale. sequitur quod in corpore bipedali dato sint infinita pedalia. Consimili ratione posset probari quod aggregatum ex vno anno et vna hora esset infiniti anni ¶ Tertio nisi materia prima esset infinita sequeretur quod non perpetue manerent generationes ⁊ corruptiones: sed hoc est falsum: ⁊ contra Aristote. in secundo de generatione: consequentia probatur ex eo: quod quodlibet generatum capit portionem de materia prima: modo cum omne finitum per ablationem tandem consumetur sequitur materiam primam tandem consumi ⁊ sic consumpta cessant generationes et corruptiones. ¶ Quarto dato aliquo corpore quod esset finitum: arguitur sic. hoc corpus est finitum: ergo finitum ad aliud. tunc de illo alio queretur: vtrum sit finitum: vel infinitum: si infinitum habetur propositum: si finitum: tunc illud est finitum ad vnum aliud et sic in infinitum: et sic totum aggregatum ex his esset infinitum.


In oppositum est Aristo. in isto tertio ⁊ in primo celi. hic enim probat quod nullum corpus sensibile sit infinitum. In primo celi probat vniuersaliter nullum esse infinitum. ¶ Nota sicut tangebatur in alia questione: quod Aristoteles intendit probare quod non sit corpus aliquod sensibile actu infinitum intelligit sensibile sensu tactus: seu quod nullum corpus est infinitum de illis que sunt mobilia motu recto: verumtamen in isto tertio non probat: quod non sit aliquod corpus infinitum sensibile alio sensu a sensu tactus nec probat hic quod non sit corpus infinitum mobile circulariter: sed hoc probat primo celi. ex quo patet quomodo determinatur hic de infinito: ⁊ quomodo in primo celi ⁊c.

¶ Respondeo modo ad questionem sit prima conclusio ista nullum corpus sensibile. i. tangibile simplex est infinitum: et intelligitur hic de infinito in extensione: probatur: nam talia corpora sensibilia sunt quatuor et non plura. s. terra: aqua aer: ignis modo probo quod nullum istorum est infinitum: nam sic sequeretur quod illud alia corrumperet: ex quo illud aliis contrariatur: ⁊ sic non haberemus nisi vnum corpus simplex. Cuius tamen oppositum videmus consequentia probatur: quia ex quo in maiori corpore est maior virtus: tunc in illo corpore simplici: quod esset infinitum esset infinita virtus et per consequens sua virtute alia destrueret. Sed diceret aliquis: negando quod in maiori corpore sit maior virtus nam: in paruo igne esset ita magna virtus sicut in multo aere: ergo posset poni aer infinitus: absque hoc quod alia elementa corrumperet. Breuiter hoc non: valet nam quamuis in paruo igne sit tanta virtus sicut in multo aere: tamen posset capi tantum de aere quod in isto aere esset maior virtus quam in isto igne sit ergo in duplo maior aer: in ipso dupla erit virtus: si igitur capiatur in duplo: dupla virtus erit in ipso. ergo si capiatur aer infinitus: erit in eo virtus infinita: ⁊ sic staret argumentum sicut prius: quod si aliquod corporum simplicium esset infinitum in ipso esset virtus infinita. Uerumtamen de ista consequentia est dubium: si in ipso esset virtus infinita: tunc alia destrueret. hoc non videtur sequi: propter hoc quod illud corpus infinitum non secundum quamlibet partem ageret in alia simplicia: quia non ageret secundum partes distantes a corporibus simplicibus: vnde agens cum agit in aliquod passum non videtur agere secundum se ⁊ quodlibet sui. nam si sic tunc sequeretur quod quum aliquis poneret manum suam ad mare intensius manus sua deberet frigefieri quam si poneret eam in vno vase pleno aque: modo hoc est falsum consequentia tenet: ex eo quod mare secundum maiores partes ageret in manum quam aqua frigida in vase: et ideo ratio predicta quamuis sit Aristote. tamen non videtur omnino demonstratiua. ¶ Secundo quod si esset aliquod corpus simplex infinitum: tunc sibi competeret diffinitio aggregata ex diffinitione corporis: et diffinitione infiniti: vnde diffinitio corporis est: corpus est quod est vndique extensum. Diffinitio autem infiniti est carens termino: modo diffinitio aggregata ex his est corpus vndique extensum sine termino. ⁊ modo ista diffinitio non conuenit alicui corpori simplici: nam si sic tunc non esset nisi vnum corpus simplex. modo hoc est falsum: ⁊ consequentia tenet: quia corpus vndique extensum sine termino non compatitur se cum aliud corpus. Nota quod ista ratio bene probat quod in mundo non sit aliquod corpus simplex infinitum: non tamen quod non sit extra mundum: nam extra mundum potest esse vnum corpus infinitum: puta aer vel aliquod huiusmodi non obstante quod essent in mundo quatuor elementa quorum quodlibet esset finitum: nec ratio probat oppositum. ¶ Tertio si esset aliquod corpus tangibile simplex infinitum: tunc etiam eius locus esset infinitus: consequens falsum: consequentia tenet ex eo: quod locus debet esse equalis locato. Sed falsitas consequentis patet: quia si esset locus infinitus in tali loco nec esset sursum nec deorsum. modo hoc est falsum: cum sursum et deorsum sint differentie loci. Et confirmatur: nam talis locus postquam esset locus corporis simplicis esset vniformis in omnibus suis partibus, ⁊ p

consequens si poneretur aliquod corpus in illo loco vel vbiqꝫ quiesceret vel vbiqꝫ moueretur: patet hoc ex eo qḋ non esset maior ratio quare quiesceret in vna parte quam in alia: nec esset ratio quare plus moueretur in vna parte loci ꝙ̄ in alia postꝙ̄ omnes partes illius loci essent eiusdem rationis: ergo vel semper moueretur: vel semper quiesceret in huiusmodi loco illud corpus. ¶ Quarto si aliquod esset corpus simplex tangibile infinitum: vel hoc esset secundum se totū graue: vel secundum se totum leue vel partim graue et partim leue: non potest dici primuz ex eo quod sic nulla essent leuia: nec potest dici secunduz: quia sic nulla essent grauia: nec tertium: quia grauia ⁊ leuia habent ordinem adinuicem: modo si poneretur illud corpus partim graue: ⁊ partim leue: vel ergo vtraqꝫ partium poneretur finita: vel vtraqꝫ infinita: vel vna finita: ⁊ vna infinita: nō potest dici primum: quia sic nō componeretur ex eis vnum infinitum: quia ex duobus finitis non resultat vnum infinitum: nec potest dici secundū ex eo quod duo infinita non habent ordinem et proportionem adinuicem; vnum enim infinitum non est maius alio: nec minus: nec equale ei; sicut postea videbitur. nec potest dici tertium ex eo quod finiti ad infinitum nullus est ordo vel proportio. ¶ Secunda conclusio non est aliquod corpus sensibile infinitum nec compositum nec mixtum ex diuersis corporibus simplicibus nam si sic; vel hoc esset compositum ex corporibus simplicibus infinitis secundum multitudinem quorum quodlibet esset finitum secundum magnitudinem: ⁊ hoc non quia tunc infinita essent principia rerum naturalium: cuius oppositum ostensum est in primo huius: vel esset compositum ex finitis secundū multitudinem quorū quodlibet esset finitum secundum magnitudinem: et hoc nō quia ex talibus nunqꝫ resultaret infinitum. vel esset compositum ex finitis secundum multitudinem: quorum quodlibet esset infinitum secundum magnitudinem: ⁊ hoc non; quia plura infinita secundum magnitudinem non possunt se compati: ex eo quod vnum infinitum totum occupat. vel esset compositum ex finitis secundum multitudinem: quorum vnum esset infinitum secundum magnitudinem: reliqua vero finita secundum magnitudinem: et hoc non iterum quia tūc infinitum secundum magnitudinem statim alia corrumperet. ¶ Tertia conclusio nullum est corpus sensibile actu infinitum: ꝓbatur: nam omne corpus sensibile: vel est simplex: vel mixtū ex simplicibus: modo nullū istorum est infinitū sicut probatū est per conclusiones positas: ergo. ¶ Secundo nullum corpus figuratum est infinitum. patet ex eo quod figuratum est quod terminis clauditur: modo omne corpus est figuratum. ergo ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primam concedo quod sicut motus ⁊ tempus sunt infinita secundū durationem ita concedendum est quod aliquod corpus est infinitum secundum durationem: sed non secundum extensionem: ⁊ eodem modo ad confirmationē. ¶ Ad secundam infinite sunt partes ⁊c. admitto: ergo tale corpus est infinituz negatur consequentia: ⁊ quum arguebatur due partes faciunt aliqualem extensionem concedo: et tres faciunt maiorem: verum est si quelibet earum est equalis vni rei: vel illis duabus: vel maior. si tamen minor ꝙ̄uis sint tres: tamen faciunt minorem extensionem: vnde due fabe faciunt maiorez extensionem quā facerent quatuor grana milij. ¶ Ad confirmationem bene concedo quod in corpore bipedali sunt infinita pedalia; sed ista sunt cōmunicantia sic quod non quodlibet eorum est secundum se totum extra aliud. hoc tamen oporteret si eis deberet constitui corpus infinitum. ¶ Ad tertiam dicitur quod quāuis materia prima non sit infinita in extensione: nihilominus possunt perpetuo manere generationes: ⁊ corruptiones: quia quāuis generatum capiat aliquam portionem materie tamen ista prius erat materia vnius alterius: ⁊ postea erit materia vnius alterius; nec est imaginandum quod ipsa corrumpatur ad corruptionem cōpositi. Et sic patet quod per hoc quod eadem portio materie est successiue sub diuersis formis: potest saluari quod ꝑpetue manebit generatio et corruptio absqꝫ hoc quod tota massa materie prime sit infinita extensiue. ¶ Ad quartam dico quod tandem deuenitur ad aliquod corpus sicut ad vltimam spheram quod finitur ⁊ terminatur nō ad aliud corpus: sed seipso.

Questio. XI.



Trum aliqua dimensio sit infinita. Et arguitur primo quod sic: aliqua linea est infinita ergo aliqua dimēsio est infinita: consequentia tenet ex eo quod omnis linea est dimēsio: antecedens probatur: nam infinite sunt linee gyratiue in ista columna: quarum quelibet est maior aliqua certa data. ergo linea composita ex omnibus est infinita: consequentia tenet: nam quodlibet tale est infinitum: quod est compositum ex infinitis non communicantibus quorum quodlibet est tantum sicut aliquod certum datum: antecedens probatur: nam sit ista columna in spissitudine vni⁹ pedis ⁊ imaginemur quod a superiori parte istius columne descendat vna linea circuiens: ⁊ gyrās medietatem istius columne: tunc clarum est quod ista gyra est maior quā circūferentia cingens istam columnam: deinde descendat vlterius circuiens secundam partez proportionalem istius columne: deinde vlterius descendat gyrando per tertiam deinde per quartam ⁊ in infinitum: ⁊ de qualibet gyra arguatur sicut arguebatur de prima. ⁊ cum infinite sint partes huius columne sequitur infinitas esse gyras: sꝫ quia sicut ostensum est quelibet istarum gyrarū est maior aliqua certa data: sequitur totalem lineam gyratiuam corporis columnaris ex omnibus his compositam esse infinitam. Cōsimili modo posset probari quod superficies gyratiua. s. superficies intercepta inter duas lineas gyratiuas corporis columnaris esset infinita. Et sic similiter posset probari quod corpus gyratiuum interceptum inter quatuor lineas gyratiuas corporis columnaris sit infinitum. ¶ Secundo aliqua superficies est infinita. ergo. consequentia tenet: antecedens probatur quia angulus rectus planus est quedam superficies sed probo quod talis sit infinita: iste angulus est infinit⁹ qui est compositus ex infinitis angulis non communicantibus: quorum quilibet est maior vno certo dato: sed sic est de angulo recto: est enim compositus ex infinitis angulis acutis: non communicantibus: quorum quilibet est maior angulo contingentie: qui est angulus datus: patet hoc ex tertio geometrie Euclidis: vbi dicitur quod angulus contingentie est omnium angulorum rectilineorum acutorum acutissimus. ¶ Tertio aliquod corpus est equale corpori cōposito si esset ex infinitis corporibus non communicantibus quorū quodlibet est tantum sicut aliquod certum datum: sed tale esset infinitum. ergo de facto est aliquod corpus infinitum. antecedens probatur: nam si essent infinita corpora quorū quodlibet esset sicut vnum ouum; tunc probo quod ex omnibus his sine rarefactione ⁊ sine condensatione potest fieri vnum corpus finitum: nam sint talia corpora flexibilia: ⁊ sic fit ad imaginationez quod in prima parte proportionali alicuius hore vnum eorum fiat latum ⁊ circunflectatur super vnum de illis: tunc clarum est quod illud circunflexum est finite spissum: capiatur in secunda parte proportionali eiusdē hore vnum aliud: et circunflectatur toti aggregato ex primis duobus: tunc corpus secundo circunflexum est minus spissum quā corpus prius circunflexum: propter hoc quod circūflectitur maiori. Deinde in tertia parte proportionali eiusdem hore capiatur iterum vnum de illis corporibus: et circunflectatur aggregato ex illis corporibus: tunc iterum corpus tertio circunflexum est minus spissum quam corpus secundo circunflexum: et hoc continuetur vlterius per singulas partes proportionales illius hore: in fine hore sunt infinita corpora sic circunflexa: que sic se habent: quod primuz spissius secundo: ⁊ secundū spissius tertio ⁊ sic vltra. ergo videt ꝙ totalis spissitudo ex his aggregata sit finita recte sicut aliquod corpus est finitum: cuius prima pars est maior secūda: ⁊ secūda maior tertia: ⁊ sic vltra. Et etiā ex alio: qḋ si sunt infinita habentia se in cōtinua ꝓportiōe inter q̄ primuz est maximū: totūaggregatū ex his nō est infinitū: sicut patet de partibus proportionalibus continui. sic ergo videtur quod

quod omne quantum ex infinitis corporibus equalibus nō communicantibus sine rarefactione sine condensatione factum sit unum corpus finitum. ¶ Quarto ex duobus corporibus pedalibus potest fieri per solum motum localem corpus infinitum uniformiter latum: uniformiter profundum. ergo videtur de facto esse aliquod corpus infinitum. consequentia tenet ex eo quod per solum motum localem non acquiritur aliqua res noua: antecedens probatur: nam capiatur primo unum corpus pedale ⁊ diuidatur una medietas ⁊ ponatur ante illud secundum longum: deinde diuidatur residuum medietatis. iterum una illarum partium ponatur ante totum aggregatum. sic ulterius secundum partes proportionales alicuius hore in fine hore factum est unum corpus infinitum secundum longitudinem difformiter latū deinde fiat consimili modo de alio corpore pedali quo facto ista corpora ponantur sic quod ubi sunt partes latiores unius: ponantur partes strictiores alterius quo facto ex illis duobus videtur resultare unum corpus infinitum secundū longum uniformiter latum: uniformiter profundum sed ex facto secundum quod postea dicetur iterum ulterius per solum motum localem posset fieri infinitum simpliciter ideo habetur propositum.

In oppositum est Aristo. in isto tertio ⁊ in

primo celi. In ista questione primo videndū est an ista consequentia valeat: infinita dimensio est: ergo aliqua dimēsio est infinita. secundo videndum est an hec sit concedenda: infinita dimensio est. tertio videndum est an aliqua dimensio sit infinita.

Quantum ad primum sit hec prima conclu

sio. ista consequentia non valet respectu verbi de preterito. infinita dimensio fuit: ergo aliqua dimensio fuit infinita: nam si deus in aliqua parte proportionali alicuius hore faceret unam quantitatem pedalem: ⁊ in secunda destrueret illam: ⁊ faceret unam bipedalem: ⁊ istam in tertia destrueret ⁊ faceret unam quadrupedalem: ⁊ sic ultra ascendendo secundum proportionem duplam: in fine hore verum esset dicere infinita dimensio fuit: quia aliquanta dimensio: ⁊ quantūlibet ea maior fuit. ⁊ tamen falsum est qđ aliqua dimensio fuit infinita: ex eo quod nec ista que fuit in prima parte proportionali: nec illa que fuit in secūda. ⁊ sic in infinitū. ¶ Secunda conclusio. nec valet respectu verbi de futuro: patet hoc ut in predicto casu ante principiū illius hore verum erat dicere infinita dimensio erit: ⁊ tamen falsum erat ꝙ aliqua dimensio erit infinita. ¶ Tertia conclusio. nec valet respectu verbi de presenti: nam posito ꝙ deus circa mundum creet unum aliud corpus ⁊ circa illud iterū unū aliud: ⁊ sic in infinitum sic tamen ꝙ ista corpora nō essent continua adinuicem: hoc esset vera infinita dimensio est: vel infinitum corpus est: ⁊ tamen hec esset falsa aliquod corpus est infinitū: ex eo ꝙ nullū de illis corporibus est infinitum. ¶ Quarta conclusio. adhuc supposito ꝙ continuātur adinuicem adhuc esset hec cōcedenda: infinitū corpus est: ut patet de se: ⁊ hec esset neganda aliquod corpus est infinitum. patet ex eo: qđ quocūque corpore dato vel demonstrato ipsum est finitum. Unde Aristo. in isto tertio dicit: quod infinitum non est: sicut hoc aliquid unum ⁊c.

Quantum ad secundum sit ista prima con

clusio: omnis dimensio capienda est secūdum lineam rectā patet hoc: nam decimo metaphysice dicitur quod mensura rei capienda est secundum lineam breuissimā: modo ista est linea recta: et Cōmentator primo celi dicit qđ dimensiones sunt tres linee recte. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ linea curua non proprie debet dici longitudo cum per eā non est mensurabilis longitudo vel latitudo nec profunditas unde proprie loquendo solum linea recta debet dici longitudo. Sed dices. hoc non videtur verum: quia cōmuniter dicimus arcum esse longiorē chorda: ⁊ tamē arcus est linea curua. Respondetur ꝙ hoc est verum conditionaliter: ut si arcus rectificaretur esset longior ꝙ̄ sua chorda. ¶ Secunda conclusio nō est cōcedendum quod infinita magnitudo recta sit: patet hoc: quia diameter mundi est maxima magnitudo recta. ¶ Tertia conclusio bene cōcedendum est ꝙ infinita magnitudo curua est patet hoc tā de linea gyratiua: ꝙ̄ de superficie gyratiua ⁊ de corpore gyratiuo corporis columnaris: nā aliquāta linea gyratiua est ⁊ quātūlibet maior linea gyratiua est.

Quantum ad tertium pono primo istā con

clusionem quod ꝙ̄uis infinita magnitudo curua sit: tamen nulla magnitudo: siue sit recta: siue sit curua est infinita: probatur quia hoc maxime videretur de linea gyratiua: vel de superficie: vel corpore gyrante sed hoc nō: q2 si aliqua linea gyratiua esset infinita vel illa gyraret oēs partes proportionales corporis colūnaris: vel terminaretur citra terminū colūne: nō potest dici primum ex eo quod nulle partes sunt omnes partes proportionales columne: et per consequens nulla gyra gyrans omnes partes est infinita: nec potest dici secundum ex eo ꝙ quelibet talis est finita: ergo nulla talis est infinita: ergo conclusio vera.

Ad rationes principales. Ad primā patet

ex dictis: unde ꝙ̄uis infinita sit linea gyratiua: nulla tamen linea gyratiua est infinita: nec est aliqua linea composita ex omnibus gyris. ¶ Ad secundā dico ꝙ ratio bene concluderet ⁊ aliter non: si angulus rectus esset compositus ex infinitis angulis nō cōmunicātibus: quorum quilibet esset maior aliqua quantitate certa data que tamen esset eiusdem speciei. mō sic nō est de angulo acuto: ⁊ angulo cōtingētie: sunt enim anguli diuersarum specierū. ¶ Pro solutione tertie rationis dico ꝙ nō est possibile ꝙ ex infinitis corporibus equalibus nō cōmunicātib⁹ fiat aliquod corpus finitū deducta rarefactione ⁊ condensatione: ⁊ quum dicebatur qđ infinite sunt ibi spissitudines circunflexe: inter quas maximā est finita: admitto: et quum dicebatur spissitudo ex illis aggregatā est finita: bene concederem. Sed aliter non: si ille spissitudines haberent se adinuicem in continua proportione: modo nō est sic: nō eo modo habet se prima ad secūdam: sicut secūda ad tertiā: ⁊ hec est dissimilitudo inter illas spissitudines ⁊ partes proportionales alicuius cōtinui. nā partes proportionales cōtinui se habent in cōtinua proportione ita ꝙ qualis est proportio prime ptis ad scdaꝫ talis est proportio secūde partis ad tertiā: ⁊ sic ultra: sic autem non est de illis spissitudinibus. ¶ Ad quartā dico qđ in situatione taliū corporum nō resultat ex eis unum corpus infinitum uniformiter latuꝫ: sed inter illa corpora intercipitur infinitum vacuum: vel aer infinitus: si hoc foret in aere infinito signato ad locum secundum concauitates illorum duoruꝫ corporum: sicut potest patere volenti inspicere.

Questio.XII.



trum sit possibile esse aliquā magnitudinem actu infinitam: ⁊ etiā an possibile sit esse aliquod spatium actu infinitum. Et arguitur primo quod sic: nam possibile est quod in prima parte proportionali alicuius temporis deus creet unū lapidem pedalem ⁊ possibile est quod in secunda creet unū aliū ad primū: et sic ultra de aliis partib⁹ proportionalibus illius hore. ponatur ergo quod in qualibet parte proportionali alicuius hore deus creet unum lapidem pedalem: in fine hore aggregatum ex omnibus illis lapidibus est infinitum: ergo possibile est quod sit aliquā magnitudo actu infinita. ¶ Secundo magnitudo est in infinitum augmentabilis: ergo videtur quod sit possibile esse magnitudinem actu infinitam: quum enim est aucta in infinitū videtur quod sit actu infinita: antecedens probatur: q2 sint a. b. due magnitudines ⁊ illud quod diuiditur ab b. addatur ad a. tunc sic b. est diuisibile in infinitum: ergo a. est augmentabile in infinitum: consequentia videtur tenere ex eo quod per idem per cuius partis ablationem b. diminuitur a. augetur: sed quia per eius diuisionem diminuitur ad subduplum: ad subquadruplum: et sic in infinitum videtur quod a. augetur ad duplum: ad quadruplum: ⁊ sic in infinitum. ¶ Deinde probatur quod sit spatium de facto infinitum: et hoc extra celum: nā non minus est ibi spatium finitum ꝙ̄ infinitum: sed ibi est spatium finitum quod probo sic. deus posset creare extra mundū unā fabam: qua creata posset it

scdm lineã rectam elongare a celo qz plus distaret q̃ prius distabat: sed hec nõ essent possibilia nisi ibi esset vacuũ vel distantia: ergo. ¶ Secundo deus extra istum mũdũ posset creare tres alios ita qđ essent quatuor mundi: qui se tangerent secundũ puncta: tunc latera intercepta inter illa .4. puncta: non se tangerent: sed distarent: et per cõsequens esset inter illa distantia: et spatium: modo non minus poneretur ibi spatium finitum: quã infinitum: ergo. ¶ Tertio arguitur sic. non minus iam ponitur extra mundum spatium: q̃ poneretur inter latera celi: si omnia essent annihilata que sunt infra concauum orbis lune: sed si sic esset adhuc inter latera celi esset spatium: et distantia: ergo: assumptum patet quia non propter hoc latera celi se tãgerent sicut latera burse vacue: si ergo latera celi adhuc distarent: tunc iterũ inter ipsa esset distantia: et per consequens spatium. Et confirmatur hoc: quia omnibus infra celũ annihilatis deus posset creare de nouo vnũ lapidẽ tangentem latus celi: et illum mouere ab isto latere: et mouere ipsum ad aliud latus: tũc in tali motu cõtinue plus et plus distaret ab vno latere celi: et plꝰ et plꝰ alteri appropinquaret: sed hoc nõ posset saluari: si nõ poneremus ibi spatium et distantiam.

In oppositũ est Aristo. qui dicit quod nec est: nec est possibile esse aliquam magnitudinem infinitam: et vlterius dicit qđ nec extra celum est aliquod spatium: vnde diceret qđ propter defectum loci et spatii quis non posset extendere manum vltra vltimam spheram posito qđ quis esset prope vltimã spheram. ¶ Respondeo ad questionem [illegible] quod nõ est possibile aliquam magnitudinem [illegible] contradictionem; quod aliqua magnitudo circularis sit infinita. probatur: nã data aliqua magnitudine circulari infinita [illegible] et vltra ipsa esset figurata: ergo termino vel terminis clausa. patet hoc ex eo q̃ figura termino vel terminis clauditur. et vltra ipsa est termino vel terminis clausa: ergo terminata et finita: et per consequens non infinita. ¶ Secundo ad idem dato opposito conclusionis; verbi gratia: quod sit aliquis circulus infinitꝰ in cuius circunferentia signentur duo puncta distantia abinuicem per [illegible] et sint illa puncta a et b a quibus trahantur due linee scilicet a.c, et b,c. concurrentes et facientes angulum in centro circuli: tunc si ista sunt possibilia: sequeretur quod possibile sit angulum rectilineum esse acutissimum: sed hoc est falsum: et consequentia probatur; quia si ab a. et b. punctis trahantur due linee que concurrant nõ remote a punctis a. et b. ille linee causarent angulum aliqualiter acutum; et si concurrerent remotius causarent angulum acutiorem; ergo si remotissime causarent angulum acutissimum: sed quum concurrunt in puncto c. concurrunt remotissime a punctis a. et b. ex quo intercipitur spatium infinitum [illegible] et cum sit rectilineus: probata est consequentia; sed falsitas consequentis probatur: quia vel latera illius anguli distarent: vel non distarent: si distarent et non distantia in diuisibili sequeretur quod illa latera possent esse propinquiora: et tunc causarent angulum acutiorem; ergo angulus datus nõ est acutissimus; si autem latera non distarent. tunc vnũ iaceret super alio: et tunc non facerent angulum acutissimum.

¶ Tertio. nam si est possibile aliquam magnitudinem circularem esse infinitam sequeretur duas lineas non eque distantes trahi versus eandem partem per spatium infinitũ anteq̃ concurrerent; sed hoc est falsum et contra descriptionem linearum non eque distantium: probatur consequẽtia: quia si traherẽtur ab a. et b. punctis signatis in circunferentia circuli infiniti due linee recte que primo concurrunt in centro c. illius circuli: ille linee non essent eque distantes et traherentur per aliquantum spatium anteq̃ concurrerent: et per spatium quadruplum ad illud anteq̃ concurrerent: et per quantumlibet [illegible] ¶ Quarto ad idem [illegible] aliquis circulus infinitus: sequeretur quod eiusdem circuli plura essent centra quod est contra tertiam geometrie. Euclidis: consequentia probatur: nam in tali circulo plura possent assignari puncta a quibus linee ducte ad circunferentiam non essent inequales: omnes enim essent infinite: sed vnum infinitum non est inequale alteri: modo ille punctus est centrum circuli a quo omnes linee ducte ad circunferen[illegible]

[illegible] due semidiametri illius circuli infiniti: sequitur totalẽ diametrum illius circuli esse finitam: quod fuit probandum.

¶ Per istam rationem vniuersaliter potest probari: qđ nõ est possibile aliquam esse magnitudinem rectam infinitã inter duos terminos clausam. ¶ Secunda conclusio: non est possibile esse aliquam magnitudinem quadratam infinitã probatur per primam et vltimam rationem prime conclusionis etc. ¶ Tertia conclusio vniuersaliter nõ est possibile aliquod corpus figuratum esse infinitum: probatur per primã rationem prime conclusionis. ¶ Quarta conclusio non est possibile aliquam esse magnitudinem infinitam. ¶ Pro ista conclusione primo pono aliquas rationes que mihi non faciunt magnam fidem: deinde pono vnam rationem que mihi videtur demonstrare ꝯclusionẽ et ista solũ facit mihi fidem. Prima ratio est ista: dato opposito conclusionis sequeretur quod esset possibile quod aliquod corpus opacũ obiiceretur alicui corpori luminoso: et tamen non faceret vmbrã consequens falsum: consequentia probatur: nam per aduersarium sit vnum corpus luminosum infinitum: et obiiciatur sibi corpus quadratum pedale: probo quod non facit vmbram pro quo suppono quod quilibet punctus medii illuminatur qui est retro corpus opacum: ad quem attingit aliquis radius rectus ab aliquo puncto corporis luminosi. Deinde suppono quod illud corpus luminosum sic se habeat quod proportionaliter secundum quod puncta eius plus distant a corpore opaco proportionaliter habeant plus de lumine: in tantum quod quilibet punctus illius corporis luminosi possit radiare vsq; ad corpus opacum. Tunc arguo sic: quilibet punctus medii retro corpus opacum illuminatur: ergo illud corpus opacum non facit vmbram: consequentia tenet antecedens probatur: nam quocunq; puncto medii dato retro corpus opacum: ille distat a corpore opaco: ergo ad quẽlibet talem punctum potest peruenire radius rectus ab aliquo puncto corporis luminosi: absq; hoc quod ipse impediatur per corpus opacum: ergo per vnam suppositionem: quilibet pũctus medii retro corpus opacum illuminatur; quod erat probandum. ¶ Secundo arguitur sic. si possibile esset aliquam magnitudinem infinitam esse tũc possibile esset qđ a. per vnam totam horam esset finitum: et in instanti terminante exclusiue illam horam esset infinitum: et tamen in isto instanti nihil sibi adderetur quod videtur esse inconueniẽs probatur consequentia nam sit a. vnum pedale: quod in prima parte proportionali crescat ad duplum: et in dupla ad quadruplum: et sic vltra: tunc in qualibet parte proportionali illius hore est finitum: sed in instanti terminante exclusiue illam horam [illegible] Similiter modo sequitur quod esset

possibile

possibile quod aliquid per vnam totam horam esset infinitum: et tamen in instanti terminante exclusiue illam horam esset pedale: et tamen in ista instanti nihil ab eo remoueretur: quod iterum videtur inconueniens patet consequentia: nam si a. quod factum est infinitum econuerso diminuatur per partes proportionales alicuius hore sicut augebatur vsque ad instans terminans exclusiue illam horam: sequitur conclusio proposita. ¶ Tertio ad idem sequitur quod per totam horam a. esset maius b. et in fine hore non: et tamen in fine hore nec a. nec b. aliquid adderetur: nec aliquid ab eis remoueretur. hoc iterum videtur esse inconueniens: probatur consequentia: nam posito quod a. sit duplum ad b. et augeatur in hora: sic quod a. continue maneat duplum ad b. et quod in prima parte proportionali b. augeatur ad duplum et in secunda ad quadruplum: et sic vltra: in fine hore nihil additur a. nec remouetur ab a. et sic est de b. et tamen in fine hore a. non est maius b. postquam tam a. quam b. est infinitum: modo vnum infinitum non est maius alio. ¶ Quarto sequeretur quod sor. et plato mouerentur per horam sic quod in qualibet parte proportionali illius hore sor. pertransiret duplum ad illud quod pertransiret plato: et tamen in fine hore pertransitum a sorte non est maius pertransito a platone. probatur consequentia posito quod sor. in prima parte proportionali alicuius hore pertranseat bipedale: et plato pedale: et in secunda quadrupedale: et plato bipedale: et sic vltra eundo: secundum proportionem duplam: tunc clarum est quod in qualibet parte proportionali huius hore sor. pertransiuit duplum ad illud quod pertransiuit plato: et tamen in fine hore ab vtroque est pertransitum infinitum modo vnum infinitum non est maius alio nec minus alio.

¶ Iste rationes non faciunt mihi magnam fidem pro conclusione: immo si quis vellet concedere quod possibile esset magnitudinem infinitam esse concederet omnes istas conclusiones: sed nunc volo facere vnam rationem que mihi facit fidem pro quo suppono quod non sit possibile esse vltimam partem proportionalem alicuius continui: tunc arguitur sic: non est possibile quod in qualibet parte proportionali alicuius hore deus faciat vnum lapidem: et ipsum conseruet cum factis et fiendis: ergo non est possibile esse infinitum: consequentia tenet: antecedens demonstratur sic: nam dato opposito antecedentis: faciat deus vnum lapidem pedalem tangentem a. punctum manentem fixum: deinde in secunda parte proportionali eiusdem hore remoueat illum lapidem ab a. puncto per spatium pedale: faciatque inter ipsum et a. punctum secundum lapidem pedalem: deinde in tertia parte proportionali eiusdem hore remoueat illud aggregatum ex illis duobus pedalibus. iterum ab a. puncto manenti fixo per spatium pedale: et creet tertium lapidem inter illud aggregatum et a. punctum: et sic continue per alias partes proportionales illius hore vsque ad finem eiusdem hore si est possibile. tunc clarum est quod in fine hore aliquis lapis pedalis tangit a. punctum fixum. ergo ille lapis erat vltimus in creatione infinitorum lapidum creatorum secundum infinitas partes proportionales hore: sed cum per casum cuilibet lapidi correspondet vna pars proportionalis hore: sequitur quod lapidi vltimo tangenti a. punctum in fine hore correspondet pars proportionalis hore que est vltima inter omnes sicut ille lapis est vltimus inter omnes lapides creatos. Et cum tempus sit de numero continuorum: sequitur esse vltimam partem proportionabilem alicuius continui quod est contra suppositionem. Circa ista rationem pono aliquas conclusiones: prima est: quamuis non sit possibile: sicut iam probatum est quod in qualibet parte proportionali alicuius hore deus faciat vnum lapidem pedalem: tamen bene possibile est quod in qualibet parte proportionali deus faciat vnum lapidem. probatur. nam possibile est quod deus in vna hora continue et successiue faciat vnum lapidem ita quod in fine hore lapis factus a deo sit pedalis: tunc cum quelibet pars lapidis sit lapis: sequitur quod in qualibet parte proportionali illius hore deus faciat vnum lapidem: quia facit partem lapidis. ¶ Secunda conclusio: quamuis non sit possibile quod in qualibet parte proportionali alicuius hore deus faciat vnum lapidem pedalem: tamen in qualibet parte alicuius hore deus potest facere vnum lapidem pedalem: patet hoc quia in prima parte proportionali deus potest facere vnum lapidem pedalem: et in secunda deus potest facere vnum lapidem pedalem: et non est dare instantiam in aliquo: et si arguitur in qualibet parte proportionali deus potest facere vnum lapidem pedalem ergo possibile est quod faciat etc. neganda est consequentia ex eo quod arguitur a sensu diuiso vero ad sensum compositum falsum. vnde non sequitur quamlibet partem istius ponderis sor. potest portare. ergo possibile est quod quamlibet partem portet. vnde sit vnum pondus vt. viij. in grauitate quod sit a. et sit potentia sor. etiam vt. viij. tunc clarum est quod quamlibet partem a. ponderis sor. potest portare et tamen impossibile est eum portare quamlibet partem: quia tunc a. pondus posset portare: sed hoc est falsum: quia aliter fieret actio a proportione equalitatis: et hoc est quod alias dixi: deus in qualibet parte proportionali potest condensare a. ad subduplum: et non potest hoc in qualibet parte proportionali: quod videtur aliquibus mirabile. ¶ Tertia conclusio etiam iuxta rationem factam et conclusiones positas est ista: quod aliqua est vniuersalis impossibilis: cuius quelibet singularis est possibilis et quelibet cuilibet earum compossibilis: hoc patet: nam hec est impossibilis: in qualibet parte proportionali deus creat vnum pedale: et tamen quelibet eius singularis est possibilis et quelibet alteri compossibilis: quia non est reperire aliquam: que non sit possibilis: nec aliquas duas que non sint compossibiles. ¶ Pro solutione aliquarum rationum: pono istam conclusionem: quod si deus annihilaret totum quod est infra latera celi: tunc hec esset falsa: spatium est infra latera celi: patet hoc quia hec esset affirmatiua cuius subiectum et predicatum non supponunt pro eodem. et ista conclusio debet intelligi de spatio recto. et hoc notanter addo: quia quamuis inter partes celi non sit spatium rectum: tamen adhuc bene inter eas est spatium circulare. Ex ista conclusione sequitur: quod si totum quod est inter latera celi esset annihilatum quod partes celi non distarent distantia recta sed bene distantia curua: patet hoc. quia sicut album non est sine albedine: ita non est possibile aliqua distare sine distantia: modo quia tunc inter latera partis celi non esset distantia recta sequitur ipsa non distare secundum distantiam rectam. ¶ Sed contra: si non distarent distantia recta: nec inter ea esset spatium rectum: sequeretur quod latera celi se tangerent: sicut latera vnius burse vacue. ¶ Respondetur negando consequentiam: dico quod nec distant nec se tangunt: quamuis Aristote. non concederet istum casum esse possibilem quem oportet nos concedere secundum fidem.

¶ Vlterius dico quod si totum quod est inter latera celi annihilaretur excepto vno lapide: qui primo tangeret vnum latus celi: dico quod si deus moueret ipsum in tantum quod tangeret aliud latus celi: non propter hoc in tali motu elongaretur a primo et approximaretur secundo: quia elongatio et approximatio non possunt fieri sine distantia: sed modo positum est quod nulla sit ibi distantia neque spatium: ergo.

Ad rationes principales.

Ad primam nego quod possibile sit quod deus etc. et in hoc stat vis argumenti. ¶ Ad secundam magnitudo potest diminui in infinitum per diuisionem: ergo per appositionem istarum partium ad aliam illa est augmentabilis in infinitum: nego consequentiam: quia cum aliqua magnitudo per ablationem sue medietatis diminuatur ad duplum tunc aliqua equalis sibi per additionem illius solum augeretur ad sesquialterum: et sic non tantum augeretur vna magnitudo per additionem alicuius quod resecatur ab vna alia: quantum illa diminuitur a quo resecatur. ¶ Ad tertiam dico: quod extra celum non est aliquod spatium: et si deus crearet ibi vnam fabam: tunc etiam crearet spatium extra celum tantum quanta est ipsa faba et illud spatium est ipsam et faba. ¶ Vlterius dico quod si deus moueret illam fabam a celo non propter hoc illa distaret a celo recte sicut dicebatur de lapide moto ab vno latere celi ad aliud: omni annihilato quod est infra latera celi. ¶ Ad aliam dico quod si deus crearet extra istum mundum tres mundos: vt dicebatur: tunc inter conuexa istorum mundorum non esset distantia recta: sed bene curua. ¶ Ad aliam patet ex dictis in questione.

Questio.XIII.

Queritur decimo tertio. vtrum infinite partes sint in continuo: et arguitur quod non nam tunc sequeretur quod non essent plures partes in toto quam in eius medietate: nec plures partes in celo quam in grano milii: sed hoc est falsum: falsitas [illegible] quecunque partes sunt in parte [illegible] in toto [illegible] que sunt in toto que non sunt in parte [illegible] videtur quod quecunque parte alicuius toti⁹ da[illegible] sunt in ea quam in toto consequentia probatur nam [illegible] totius continui pars est continua sicut illud totum [illegible] infinitas partes est in ea sicut in toto: et vna multitudo infinita non est maior alia sequitur tantam esse multitudinem partium in parte sicut in toto: et per consequens non pauciores essent partes in parte quam in toto. similiter ar[gu]eretur de grano milii et de celo. ¶ Secundo sequeretur quod tale continuum esset infinitum: sed hoc est contra dicta: consequentia probatur ex eo quod due partes faciunt aliqualem extensionem: et tres maiorem: et quatuor maiorem: et sic in infinitum: ergo si infinite essent in continuo illud continuum esset infinitum extensum ex eo quod infinite partes videntur facere infinitam extensionem. ¶ Tertio si in isto continuo essent infinite partes cum illud continuum in tempore finito contingat esse pertransitum sequeretur quod infinita contingeret esse pertransita [illegible] est falsum: probatur consequentia quia illud continuum non contingeret esse pertransitum nisi partes eius essent pertransite [illegible] partes essent in continuo tunc ipsum non contingeret esse pertransitum [illegible] pertransita que est erat probandum. ¶ Quarto sequeretur quod infinita esset multitudo rerum separatarum et distantium abinuicem: modo hoc reputatur impossibile: probatur consequentia: quia si infinite essent partes in isto continuo: et cum tertia pars distet a prima: secunda intermediat: et similiter quarta distat a secunda quia tertia intermediat: et sic vltra infinita essent in isto continuo separata: et distantia abinuicem. ¶ Quinto est dare vltimam partem proportionalem istius continui: et cum etiam sit dare primam sequitur quod non infinite partes sunt in isto continuo: consequentia tenet ex eo quod vbi datur primum et vltimum: ibi non datur infinitum: antecedens probatur: nam in primo huius et secundo metaphysice dicit Aristo. vbi est dare primum: ibi etiam est dare vltimum: ergo si est dare primam partem proportionalem sicut est in veritate: sequitur quod etiam sit dare vltimam. ¶ Sexto si infinite essent partes in continuo vel in eo essent in actu vel in potentia [illegible] quod in actu quia tunc esset dare multitudinem actu infinitam: quod negat Aristo. nec etiam in potentia ex eo quod continuum est ens in actu ergo quelibet pars eius est in actu. ergo si infinite sunt partes in continuo: sequitur quamlibet earum esse in actu: et non solum in potentia: ¶ Septimo [illegible] est finitus: ergo numerus partium proportionalium est finitus: non ergo infinitus: non ergo sunt infinite partes in continuo: antecedens patet quia omnis numerus est numerabilis: et quodlibet tale est finitum quia numerus binarius est finitus: et non contingit reperire aliquam instantiam de aliquo numero: ergo. ¶ Octauo si infinite essent partes in continuo: vel hoc esset verum de partib⁹ eiusdem quantitatis: vel de partibus eiusdem proportionis. Si primum tunc tale continuum esset infinitum: ex eo quod ex infinitis partibus eiusdem quantitatis resultat infinitum. si dicatur secundum adhuc erit infinitum: ex eo quod partes eiusdem proportionis sunt eiusdem quantitatis: vnde si diuido vnum continuum in duas medietates: deinde quamlibet earum in duas: sicut sunt ibi partes eiusdem proportionis ita sunt ibi partes eiusdem quantitatis: nam due prime medietates sunt eiusdem quantitatis: et sic vltra.

In oppositum arguitur sic: nisi infinite essent partes in continuo: sequeretur quod in diuisione continui contingeret stare. Sed hoc est falsum et contra philosophus in isto tertio et in sexto huius: vbi vult quod in diuisione continui [illegible] semper [illegible] post [illegible] in numero finito [illegible] partes continui. ¶ Secundo in isto continuo sunt due medietates et tres tertie: et quatuor quarte: et sic semper: ergo infinite sunt partes in isto continuo tota ratio patet. ¶ Tertio in isto continuo sunt aliquot partes et quantumlibet plures: ergo. ¶ In ista questione primo videndum est de quesito: et de aliquibus tangentibus quesitum: secundo videbitur vtrum plures sint partes in toto quam eius medietate.

Quantum ad primum sciendum est quid intelligatur per partes proportionales. vnde sciendum quod dicuntur partes proportionales a continua proportionalitate: et igitur debere dici partes continue proportionales: sed ly continue breuitatis causa dimittitur. ¶ Deinde est sciendum quod proportionalitas dicitur similitudo proportionum: sicut patet ex quinto Euclidis: et est proportionalitas continua quando est equalis proportio primi ad secundum: sicut secundi ad tertium: et ideo inter ista: quatuor: duo: vnum est proportionalitas continua: quia qualis est proportio quatuor ad duo talis est proportio duorum ad vnum. Et quia proportionalitas est similitudo proportionum ad minus ad proportionalitatem continuam requiruntur tres termini: sicut etiam patet ex quinto iam allegato. Ex quo sequitur quod improprie dicitur due partes proportionales: vel vna pars proportionalis: nisi intelligendo quod sunt due vel vna de partib⁹ proportionalibus. ¶ Secundo sciendum est quod si sunt continue proportionales secundum proportionem equalitatis: tunc dicuntur partes eiusdem quantitatis: quando vero sunt continue proportionales secundum proportionem inequalitatis: tunc dicuntur partes eiusdem proportionis. ¶ Tertio sciendum quod partes eiusdem quantitatis sunt duplices: quedam sunt que dicuntur communicantes: et quedam non communicantes. ¶ Non communicantes dicuntur quarum vna est totaliter extra aliam: nec habent aliquam partem eis communem sicut due medietates alicuius continui. ¶ Tunc sit prima conclusio: quod partes proportionales solent accipi secundum proportionem duplam. ratio huius est: quia proportio dupla est magis nota. ¶ Secunda conclusio quod etiam possunt capi secundum alias proportiones: patet hoc: nam partes proportionales alicuius continui: possunt sic capi quod totum preter eius tertiam partem sit prima pars proportionalis: et quod totum residuum preter eius tertiam sit secunda pars proportionalis: verbi gratia si esset aliquod continuum tripedale possemus capere pro prima parte proportionali duos pedes: et pro secunda parte proportionali duas tertias vnius pedis. et sic vltra. similiter possemus capere partes proportionales alicuius continui: sic quod prima eius pars proportionalis esset totum preter eius quartam: et secunda pars proportionalis esset totum residuum quarte: preter eius quartam: et sic vltra. et sic similimodo secundum proportiones denominatas ab aliis numeris possent capi partes proportionales continui. ¶ Tertia conclusio posito quod essent due magnitudines a. b. et partes ipsius a. caperentur secundum proportionem duplam: et partes ipsius b. caperentur sic quod prima pars proportionalis ipsius b. esset totum preter eius tertiam partem: vel millesimam sicut placet: et caperentur partes proportionales ipsius secundum diuisionem communem scilicet secundum proportionem duplam: et sint c. et d. duo mobilia. et moueatur c. super a. et d. super b. sic quod in prima parte proportionali temporis c pertransiat primam partem proportionalem ipsius a. scilicet medietatem: et d. primam partem proportionalem ipsius b. scilicet totum preter eius tertiam partem: et moueantur sic continue: quod correspondenter ista mobilia in partibus proportionalibus temporis pertranseant partes suarum magnitudinum: eque cito ille magnitudines essent pertransite ab istis duobus mobilibus: patet hoc quia eque cito infinite partes sunt pertransite ab vno sicut ab alio: in quas diuise sunt sufficienter huiusmodi magnitudines. ¶ Sed dices contra continue d. est ante c. ergo citius pertransibit suam magnitudinem quam c. suam: assumptum probatur: nam posito quod quelibet istarum magnitudinum sit trium pedum: tunc quando c. pertransiuit vnum pedem cum dimidio: tunc b pertransiuit duos pedes: et eo quod assignando partes proportionales secundum proportionem duplam: vnum cum dimidio est prima pars proportionalis trium: assignando autem partes proportionales: sic quod prima pars proportionalis sit totum preter tertiam: tunc prima pars proportionalis est duo. cum ergo positum sit quod in prima parte proportionali temporis: quodlibet eorum mobilium pertranseat primam partem proportionalem sue magnitudinis oportet quod in fine prime partis

me partis proportionalis vnū eorū vadat ante:ꝛ ita in secū
da ꝛ in tertia ꝛ sic de alijs. ¶ Respondetur quod nō est incō
ueniens duo mobilia simul incipere moueri sup duas ma=
gnitudines equales:ꝛ istas magnitudines eē eque cito per=
transitas ab eis:nō obstante qḋ vnū mobiliū istorū cōtinue
est ante aliud:ꝛ cōtinue plus est pertransitū ab vno quā ab
alio. verū est tamen qḋ hoc non potest esse:si eque velociter
mouerentur. verumtamē hoc potest esse quando vnū recupe
rat in velocitate in alia parte temporis:quod non habuit in
prima:ꝛ reliquum perdit in velocitate. vnde illud patet de
duabus quartis equinoctialis et zodiaci : de quibus dicit
auctor sphere quod eque cito incipiunt oriri:ꝛ eque cito sūt
peroꝛte non obstante quod continue plus erit peroꝛtum de
vna quā de alia. ¶ Quarta cōclusio:infinite sunt partes in
continuo proportionales:patet hoc:quia aliter nō in infini=
tum continuum esset diuisibile. ¶ Quinta conclusio nulle
partes continui sunt oēs ptes proportionales nec alique ta=
les sunt infinite:patet quia quibuscunqꝫ datis adhuc sunt
plures.ergo nulle sunt omnes:vnde nec due sūt omnes:nec
tres:ꝛ sic de alijs. Sed contra due medietates alicuius con
tinui sunt infinite partes continui.ergo alique partes con=
tinui sunt infinite.cōsequētia tenet:antecedens ꝓbatur:qꝛ
due medietates continui sunt tres tertie:quatuoꝛ quarte:ꝛ
sic vltra.ergo due medietates sunt infinite partes. ¶ Secū
do due medietates sunt omnes partes continui.ergo alique
partes continui sunt omnes eius partes:consequentia nota
est de se.ꝛ antecedens patet:quia non sunt plures partes in
continuo qꝫ due medietates. ¶ Ad ista respondetur:ad pri=
mam negando istam consequentiam : due medietates sunt
tres tertie:ꝛ eedem medietates sunt quatuoꝛ quarte ꝛ sic de
alijs:ergo due medietates sunt partes infinite:sed bene se=
quitur.ergo infinite partes sunt due medietates recte:sicut
non sequitur continuum est diuisibile in duas partes:ꝛ idē
continuū est diuisibile in tres partes:ꝛ sic vltra.ergo conti=
nuum est diuisibile in infinitum:propter hoc quod ly infini=
tum a parte predicati tenetur cathegoꝛematice:sed bene se=
quitur.ergo in infinitum continuum est diuisibile:et hoc est
etiam illud quod solet dici:non debere fieri inductionem a
parte predicati:sed a parte subiecti. ¶ Ad aliā quā dicebā=
tur:due medietates sunt omnes partes alicuius continui:
hoc nego:quia sint ille due medietates a.b.vel ergo due ca=
pitur diuisiue vel collectiue:si primuꝫ:tunc sequitur due me
dietates sunt omnes partes illius continui:ergo a.est om=
nes partes illius continui.ꝛ b.medietas:est omnes partes
illius continui:modo quelibet istarum est falsa.ergo si autē
ly due tenetur collectiue tunc hec est falsa : due medietates
sunt omnes partes illius continui:vnde sic accipiendo due
medietates nō sunt partes illius continui:sed sunt idem qḋ
ipsum totum. ¶ Sexta conclusio:infinite sunt partes equa=
lis quātitatis cōmunicantes in isto continuo:ista conclusio
patet ex eius (ratione illius termini infinitum) expositione.
¶ Octaua conclusio:in nullo continuo sunt infinite partes
equales secundum omnem dimensionem non cōmunicātes
patet hoc nam tunc tale esset infinitum sicut patet ex prece
dentibus. ¶ Septima conclusio:in infinitas partes potest
esse cōtinuū actu diuisum patet quia in duas partes potest
esse continuū actu diuisum ꝛ in tres:ꝛ nō in tot quin in plu=
res:ergo in infinitas partes potest cōtinuū esse actu diuisū.
¶ Octaua conclusio:nō est possibile:quod in infinitas par=
tes continuum sit actu diuisum:probatur:nā hec nō est pos=
sibilis in infinitas partes continuum est actu diuisum;quia
aliter esset dare multitudinem actu separatorum ꝛ diuerso=
rum nō existentium partes alicuius infinitam;quod est im=
possibile. ¶ Sed dices si hec est vera in infinitas partes cō=
tinuum potest esse diuisum:tunc sibi correspōdet vna de in=
esse possibilis:sed hec non est nisi ista in infinitas partes cō=
tinuum est diuisum:modo istam dicis esse impossibilem per
vltimam conclusionē. ¶ Respondetur quod non solum vna
sed infinite de inesse sibi correspondent.s.ista : in duas par=
tes continuum est actu diuisum:ꝛ ista in tres partes conti=
nuum est actu diuisum:ꝛ sic vltra;ꝛ quelibet istarum est pos
sibilis ꝛc. Et simile est sicut de ista omne astrum possum vi=
dere:que est vera:quāuis hec non sit possibilis:omne astrū
ego video.

Quantum ad secundum sit hec prima con
clusio:non sunt plures partes in toto quā in eius medieta=
te:nec in celo quā in grano milij:probatur:naꝫ capiam⁹ cir
culum equinoctialem ;ꝛ capiamus circulum circa polum.i.
paruum:sicut est granum milij:tunc probo quod in isto cir
culo magno:non sunt plures partes:quā in isto circulo par
uo.p quo suppono:quod ambo isti circuli circumuoluātur
in vna die naturali:ꝛ quelibet circūuoluatur sine iterruptio
ne per quietem : ꝛ tunc arguitur sic:non sunt plures partes
in isto circulo magno quā sint partes diei naturalis nec sūt
plures partes diei naturalis quā sint partes in isto circulo
paruo.ergo non sunt plures partes in isto circulo magno qꝫ
in isto circulo paruo:consequētia tenet:antecedens quo ad
primam eius partē patet ex eo:quod cuilibet parti illius cir
culi magni correspondet vna pars diei naturalis:ꝛ similiter
secunda pars patet ex eo quod cuilibet parti diei naturalis
correspondet vna pars illius circuli parui nihilominus qꝫ=
uis non sint plures partes in toto quā in eius medietate:ta
men sunt plures partes equales vni quantitati certe date
in toto quā in eius medietate Ista sit secunda conclusio:pa
tet ipsa:nam aliter totum non esset maius sua parte. Ad pri
mam conclusionem vadit dictum Commētatoris dicētis ꝙ
infinitum infinito non est maius:nec equale:nec minus.cuꝫ
ergo infinite sint partes in medietate sicut in toto:sequitur
non plures esse partes in toto quā in eius medietate. Sꝫ di
ces si vnum infinitum non est maius alio:sequitur quod nō
plures precesserunt dies quā anni supposita eternitate mū=
di:modo hoc videtur falsum:consequētia tenet ex eo ꝙ infi=
niti precesserunt anni:sicut ꝛ dies. ¶ Respondetur ꝙ suppo
sita eternitate mūdi nō plures ꝓcesserūt dies:qꝫ anni:nihilo
minus quocūqꝫ tēpore finito dato in isto sunt plures dies qꝫ
anni ꝛ tñ in totali tempore infinito ante non.

Ad rationes Prima soluta est. Ad secun
dam concedo quod due partes faciunt aliqualem extensio=
neꝫ:ꝛ quod si tres fuerint equales illis duabus:bene faciūt
maioꝛem:si vero ille tres fuerint minores illis duabus:hoc
non opoꝛtet:vnde due medietates faciunt tantam extensio=
nem sicut tres tertie. ¶ Ad tertiam dico quod infinita bene
possunt pertransiri in tempore finito:que tamen faciūt vnū
continuum et sunt partes vnius sicut est de partibus conti=
nui:qꝫuis non sit possibile infinite pertransiri separata ab=
inuicem ꝛ nō existentia partes vnius. ¶ Ad quartam dico
quod non est impossibile quod infinita sint separata abinui
cem ꝛ distantia continuata tamen alicui intermedio : ꝛ exi=
stentia partes vnius:qualiter est de partibus vnius cōtinui
de quibus arguitur ex hoc patet ad argumentū. ¶ Ad quin
tam dico quod vbi est dare primum simpliciter : ibi est dare
vltimum:modo dico ꝙ in continuo nō est dare primā partē
simpliciter:sed bene primam secundum signationem proce=
dendo secundum certam proportionem. ¶ Ad sextam dico
quod infinite sunt partes in continuo in actu:sed qñ Aristo
te.negat infinitum in actu in multitudine intelligit negare
infinitum in actu:separatorū abinuicem non constituētium
aliquod vnum:etiam dico quod infinite sunt partes in con
tinuo in potētia ad istum sensum quod quotquot acceptis
possibile est plures accipere. ¶ Ad septimā concedo quod
omnis numerus est finitus:ꝛ vlterius concedo:quod nume
rus partium proportionalium continui est numerus finitus
nam numerus ternarius est numerus trium partium ꝓpor
tionalium continui:ꝛ numerus quaternarius quatuoꝛ ꝛ sic
vltra. ¶ Ad octauam dico quod infinite sunt partes in con
tinuo eiusdem proportionis quamuis inter illas infinite
sint eiusdem quantitatis non tamen infinite sunt eiusdem
quantitatis vni certe date ꝛ signate:vnde si sic tunc tale cō
tinuum esset infinitum : dum tamen ille partes non essent
communicantes.

Questio.XV.


Ueritur vltimo vtrum omni
magnitudine data contingat dare maio
rem:ꝛ omni numero dato contingat da=
re maioꝛem. Ad primum arguitur:auctoꝛ=
ritate mathematicorum:qui hoc suppo=
nunt:vnde dicunt quod omni magnitu=
dine data contingit dare maioꝛeꝫ. ¶ Se

cundo si deo placeret posset creare vnam nouam spheram circa mundum ⁊ cras iterum vnam aliam: ⁊ sic semper vltra ergo. consequentia tenet ex eo quod magnitudo composita ex toto mundo ⁊ ex spera de nouo creata est maior isto mundo. Deinde arguitur ad secundum autoritate Aristo. vnde dicit: quod quocunqꝫ numero dato contingit dare maiorem ex eo qꝺ numerus causatur ex diuisione continui: cum ergo in infinitum continuum sit diuisibile: sequitur quod in infinitum numerus est augmentabilis.

In oppositum arguitur primo de magnitudine autoritate Aristo. in isto tertio dicentis: quantācunqꝫ contingit esse magnitudinem in potentia: tantam contingit esse in actu: sed nō contingit magnitudinem esse infinitaꝫ in actu: ergo non contingit magnitudinem esse infinitam in potentia: ⁊ tamen si omni magnitudine data contingeret dare maiorem: tunc contingeret esse infinitam in potentia: ⁊ quāuis opposito modo sit de numero: ⁊ de magnitudine: quantum ad hoc: tamen potest argui de numero sic: quantūcunqꝫ numerum cōtingit esse in potentia: tantum contingit esse in actu: sed nō contingit ipsum esse infinitum in actu: ergo nō contingit ipsum esse infinitum in potentia: minorem cōcedit Aristoteles: ⁊ tunc vltra cum ipsum contingeret esse infinitum in actu contingeret ipsum esse infinitum in potentia: si quocunqꝫ numero dato contingeret dare maiorē. ¶ In ista questione uidēdum est de magnitudine. secūdo de numero.

Quantum ad primum sciendum est quod aliquid potest fieri maius: vel per additionem alicuius ad ipsum: vel per solam rarefactionem: similiter aliquid potest fieri minus: vel per remotionem alicuius ab ipso: vel per solam condensationem. ¶ Tunc sit prima conclusio: quod nō omni magnitudine data est dabilis maior: ⁊ hoc per potentiam naturalem ⁊ hoc per additionem alicuius ad ipsuꝫ: probatur: nam capiatur tota massa: seu tota magnitudo aggregata ex omnibus spheris celestibus ⁊ istis inferioribus: tūc arguitur sic: ista magnitudine non est dabilis maior per additionem alicuius ad ipsum: per potētiam naturalem: ergo consequentia tenet: antecedens probatur: quia ex quo iam tota massa materie est occupata si huic mundo deberet fieri additio oporteret quod aliquod corpus de nouo fieret: ⁊ nō posset dici ꝙ hoc fieret ex materia: ex quo iam tota materia est occupata sicut dictum est. ergo oporteret qꝺ fieret ex nihilo: qꝺ est ꝯtra omnes philosophos: isto modo probat Aristoteles primo celi: non posse esse plures mundos: nec posse fieri nouum mundum ab isto distinctum. ¶ Secunda ꝯclusio: qꝺ non omni magnitudine data est dabilis maior per rarefactionem per potentiam naturalem probatur de mūdo: qui nō est rarefactibilis secundū se totum: ex eo quod celuꝫ non est rarefactibile: quia rarefactio consequitur actionem qualitatum primarū abinuicem: que sunt caliditas frigiditas ⁊c. huiusmodi qualitates non sunt in celo nec etiam totalis massa infra concauum orbis lune est rarefactibilis secundum se totam: patet hoc quia non posset secundum se totam rare fieri nisi occuparet maiorem locum: sed non potest occupare maiorem locum: nisi latera celi recederent abinuicem sed hoc est inconueniens: ergo ⁊c. nihilominus massa q̄ est infra concauum orbis lune: bene potest rarefieri secūdū partes: sed tūc oportet ꝙ cōdenseꝛ scd̄m aliam parteꝫ: ergo si aliquid rarefieret: necesse est aliquid condensari: propter hoc qꝺ totalis massa infra concauū orbis lune non pōt esse in maiori loco: propter hoc qꝺ latera celi non possunt venire propinquius: ⁊ etiā quia nō est possibile esse vacuum ideo si aliquid condensatur: necesse est etiā qꝺ aliquid rarefiat: vt semper massa predicta maneat in equali loco. ¶ Tertia conclusio quod nō omnis magnitudo potest diminui nec per remotionem alicuius ab ipsa: nec per cōdensationem sicut nec omnis magnitudo potest augeri: probatur de magnitudine que est mundus: ista nō potest diminui per remotionem alicuius ab ipsa: quia sicut materia est ingenerabilis: ita etiaꝫ est incorruptibilis: et per consequens non minorabilis per ablationem: ⁊ corruptionem alicuius partis ab ipsa: et per consequens nec mundus: quo ipsa est comprehensa: nec ipsa est condensabilis per condensationem: quia celum non est condensabile propter hoc: quod non habet qualitates primas que sunt caliditas frigiditas ⁊ cetera. ad quarū actiones sequitur densitas: nec etiam totalis massa infra concauum orbis lune contenta est condensabilis secundum se totam: licet bene secundū partē: sicut patet ex dictis. ¶ Quarta conclusio: his non obstantibus secundum potentiam supernaturalē: quacunqꝫ magnitudine data possibile est dare maiorem: sicut arguebat secunda ratio in principio questionis. ¶ Quinta conclusio: quāuis sit dare maximam magnitudinem: puta mundum: non tamen est dare minimam magnitudinem in existentem toti: patet hoc: quia quacunqꝫ magnitudine data: eius medietas est minor: ⁊ sic in infinitū. Ex hoc sequiꝛ qꝺ in īfinitū parua magnitudo est: ⁊ hoc intelligendo de magnitudine inexistente toti: patet hoc: qꝛ aliquanta magnitudo est ⁊ in duplo minor: ⁊ in quadruplo: ⁊ sic in īfinitū. ¶ Sexta conclusio quacunqꝫ magnitudine data potest dari minor seorsum existens: patet hoc: quia ipsa pōt diuidi: ⁊ tūc per diuisionem eius est minor: sic seorsum existēs ⁊c. ¶ Septima conclusio: falsuꝫ est quod quacunqꝫ magnitudine data de facto sit minor seorsum: patet hoc: de facto est minimū ens naturale etiam sic tunc actu essent infinita seorsum existentia: quod est falsum: ⁊ contra Aristo. Ex his sequiꝛ quod quāuis in infinituꝫ parua magnitudo inexistens toti posset esse: tamen impossibile est qꝺ in infinitū parua magnitudo ꝑ se seorsum exn̄s sit. finaliter ergo ex his habetur ꝙ nō omni magnitudine data sit dare maiorem ⁊c.

Quantum ad secundum primo est sciendū quod numerus capitur dupliciter: vno modo pro discretiōe actualiter separatorū abinuicē nō facientiū vnū continuum sicut est numerus decem hoīm: vel decē equorū. Alio modo pro discretiōe nō actu separatorū: sꝫ bene separandorū abinuicē facientiū vnū continuū: sicut est numerus partiū in cōtinuo: primo modo dicaꝛ numerus ꝓprie: scd̄o modo ꝓo improprie. ¶ Tunc sit prima conclusio: qꝺ loquēdo improprie de numero nullo numero cōtinuorū dato potest dari maior patet hoc: quia quilibet talis est infinitus: capiēdo infinitū syncathegorematice: vn̄ infinitus numerus est hoc lignū: qꝛ numerus binarius sicut sunt medietates istius ligni sūt hoc lignū: ⁊ numerus ternarius: sicut sunt tres tertie ⁊ sic in infinitum. Sic ergo accipiendo numerū cōcedēdum est qꝺ vnitas est numerus: imo infinitus numerus est vnitas qꝛ sicut iam dictum est infinitus numerus est hoc lignū quicq̄d est hoc lignū est quedā vanitas. ¶ Scd̄a cōclusio: sic accipiendo numerū improprie ꝑ diuisionē cōtinui nō fit maior numerus quā ante: patet hoc qꝛ si ꝑ diuisionē huius ligni in cētū partes fit numerus cētenarius: tantus numerus erat ante accipiēdo numerū improprie ⁊c. similiter si ꝑ diuisionē huiꝰ ligni in mille partes: qꝛ iste erant ante mille partes sicut modo: quāuis modo sint separate ⁊ prius cōtinue ⁊ modo faciētes numerū proprie dictū. ¶ Tertia cōclusio loquēdo de numero proprie dicto actu est maximus numerus: patet hoc qꝛ actu est maxima multitudo sepatorū abinuicē hoc pꝫ ex eo qꝺ scd̄m Aristo. nō est dare multitudinē actu infinitā separatorū abinuicē nō faciētiū vnū cōtinuū. ¶ Quarta conclusio: similiter est actu minimus numerus: patet qꝛ non est minor numerus quā sit numerus binarius. ¶ Quinta ꝯclusio quocunqꝫ numero dato potest dari maior: patet hoc qꝛ quacunqꝫ magnitudine data potest dari minor: per diuisionem magnitudinis: sicut patet ex primo articulo: ⁊ qꝛ numerus causatur ex diuisione continui: sequitur ex quo in infinitum vadit diuisio: quod in infinitum potest ire numerus: siue augmētatio numeri: ⁊ igitur sicut quacūqꝫ magnitudine cōtingit dare minorem: ita quocūqꝫ numero dato contingit dare maiorem. ¶ Sexta cōclusio nō quocūqꝫ numero dato potest dari minor semper loquendo de numero proprie dicto a tertia conclusione hucusqꝫ. patet hoc: quia inter omnes numeros: numerus binarius est minimus: si vnitates binarij diuidantur per fractionē. s. vna vnitas in tres tertias: vel in quatuor quartas: ista diuisio nō est numeri diminutio: sꝫ magis numeri augmentatio. Ex omnibus his colligitur quod opposito modo se habent magnitudo et numerus: vnde non quacunqꝫ magnitudine data est dabilis maior per potētiā naturalem: sed quocūqꝫ numero dato loquendo de numero proprie dicto est dabilis maior per potētiam naturalem.

Ad rationes principales. Ad primam dico quod nō repugnat imaginationi quacūqꝫ magnitudine

datam

data dare maiorem: ꝛ hoc sufficit mathematico: sed tamen hoc repugnat vel saltē impertinens est nature. ¶ Scḋa ratio est pro quarta conclusione primi articuli. quū autem dicitur ad oppositū ꝙ nō quacunqꝫ magnitudine data eēt dare maiorem illa: cōceditur: sed quū arguitur de numero' ista ratio soluatur: pro eius solutione dico cum Aristo. qꝺ q̄uis quantācūqꝫ magnitudinē contingit esse in potentia: tantaꝫ cōtingat esse in actu: propter hoc quod actu est maxima magnitudo quia nō potest esse maior naturaliter: tamē nō quātumcunqꝫ numerū cōtingit esse in potentia: tantum contingit esse in actu qr licet in actu sit maximus numerus accipiēdo numerum proprie: tamē isto numero pōt esse maior: et licet quacunqꝫ magnitudine data vel dabili est dare minoreꝫ tamē nō quocūqꝫ numero dato est dabilis minor: ꝛ sicut diuisio magnitudinis vadit in infinitum: accipiendo infinitū syncathegorematice ita augmentatio numeri vadit in infinitum.

Finis tertij libri.

¶ Questiones magistri Alberti de Saxonia In quartū librum Physicorum Aristoteles.

Questio .I.



Ostquā tractatum est super tres libros physicorum: nūc igitur cōsequenter est videnduꝫ circa quartum librum. et quia principaliter in isto libro tractatur de loco: sit prima questio talis. Utrū locus sit superficies. Ad partem negatiuam arguitur primo autoritate philosophi I predicamētis: vbi locū ꝛ superficiem ponit distinctas species quātitatis. ¶ Secundo nam ibidem dicit Aristo. quod particule loci copulantur ad vnum terminū eundem ad quē copulantur particule corporis sed sic nō est de partibus superficiei: ergo locus non est superficies. ¶ Tertio superficies est quantitas sed locus non est quantitas ergo prima pars antecedentis patet per Aristo. in predicamentis secūda pars probatur quia si locus esset quantitas nō esset conseruatiuꝰ locati quod est contra vnā proprietatem loci ꝛ contra Aristo. in quarto huius. ¶ Similiter locus non esset principiuꝫ generationis. cuius oppositum dicit Porphyrius. consequētia probatur per hoc quod dicit Cōmen. super isto quarto: quātitas nō est de virtutibus actiuis ꝛ passiuis: ꝛ per cōsequens: si locus esset quantitas: tunc non esset de virtutibus actiuis ꝛ passiuis: et per consequens nō esset conseruatiuus locati: nec principium generationis: cum hoc pertineat ad virtutem actiuam. ¶ Quarto locus debet esse equalis locato sicut dicit Aristo. in isto quarto: sed nulla superficies est equalis locato: ex eo quod quodlibet locatum est corpus: ergo locus non est superficies. ¶ Quinto vnus locus est contrarius alteri: sicut locus sursum: ꝛ locus deorsum sed superficies nō est contraria superficiei: ex eo quod omnis superficies est quantitas: quātitati autem nihil est contrariuꝫ per Aristotelem in predicamentis: ergo videtur qꝺ oportet ponere locum nō esse superficiem. ¶ Sexto locus est de predicamento vbi: sed superficies est de predicamento quantitatis: ergo locus non est superficies. consequentia tenet ex eo quod termini de diuersis predicamentis semper sunt de se inuicem verificabiles negatiue: ex eo quod vnum generalissimuꝫ de alio est negatiue predicabile immediate. prīa pars antecedentis patet: quia eedem sunt differentie loci et vbi scilicet sursum ꝛ deorsum: hoc autem non esset: si locus esset alterius predicamenti quā ad vbi: ex Aristotele in predicamentis diuersorum generum ꝛ cetera. ¶ Septimo locus nō est corpus secundum Aristotelem quarto huius: superficies autem est corpus: non enim est ponendū quod sit aliqua res diuisibilis secundum longitudinem ꝛ latitudinem ꝛ indiuisibilis secundum profunditatem alia a corpore: ergo locus nō est superficies: quia aliter locus esset corpus sicut superficies. ¶ Octauo si locus esset superficies: sequeret̄ quod locus esset mobilis. sed hoc est contra Aristo. in isto quarto: vbi in descriptione loci exprimitur quod sit immobilis: probatur etiam illud: quia si locus esset mobilis sequeretur qꝺ aliqd continue esset in alio ꝛ alio loco: absqꝫ hoc qꝺ moueret̄ localiter: patet consequentia de ista domo quā dicimus non moueri localiter: ꝛ tamen si locus eius esset mobilis: tunc ad motum illius loci continue esset in alio ꝛ alio loco: nō obstāte quod nō moueretur localiter. Et ex alio si locus esset immobilis tunc aliquid posset moueri localiter: ꝛ tamen continue maneret in eodem loco: consequens est falsum: ex eo qꝺ motus localis est mutatio de vno loco ad alium: consequentia tenet: si pluuia moueretur ad motum aeris locantis ipsam: ergo de ratione loci videtur esse immobilitas: cōsequētia prima probatur: quia si locus esset superficies: oporteret quod esset superficies alicuius corporis ꝛ ꝑ consequens ad motum istius corporis oporteret illam superficiem moueri ex eo quod motis nobis: mouētur omnia que in nobis sunt: ꝛ cum omne corpus sit mobile: omnis locus si esset sup̄ficies alicuius corporis: esset mobilis. ¶ Nono si locus esset superficies: tunc locus esset forma: consequens est contra Aristo. in litera: consequentia probatur: ex eo quod omnis superficies siue locantis: siue locati est quedam forma ꝛ figura ꝛ dispositio extrinseca: ꝛ exterius apparens. ¶ Decimo. si locus esset superficies: tunc mundus non esset in loco: consequens est falsum: cum omne corpus sit in loco: consequentia tenet quia extra mundum nō est aliqua superficies ambiens mūdum. ¶ Ultimo centrū mundi est locus terre: ꝛ tamē non est superficies: ergo questio falsa.

In oppositum vult Aristo. in isto quarto In ista questione primo ponende sunt alique proprietates ipsius loci. secundo reprobande sunt tres opiniones de loco. tertio ponende sunt conclusiones secundum opinionem Aristote.

Quantum ad primū est ista prima proprietas loci: quod locus continet locatum. vnde communiter dicimus locatum esse in loco: ꝛ cōtineri ab ipso. ¶ Secunda proprietas quod locus non sit aliquid corporis locati: vnde locus nō est pars ipsius locati: nec accidens sibi inherens: patet hoc: quia locatum secundum se totum potest moueri ab vno loco: ꝛ intrare alium locum: loco priori manente sed hoc nō posset esse si locus esset pars locati: vel accidens sibi inherens. ¶ Tertia proprietas loci est: quod locus proprius sit equalis locato: de hoc videbitur in sequenti questione. ¶ Quarta proprietas: nullum corpus est sine loco: patet: ex eo quod omne corpus est mobile localiter nō tamē omne corpus est in loco ipsum ambiente: patet hoc de totali mundo: ꝛ de hoc etiam postea videbitur. ¶ Quinta proprietas est qꝺ differentie loci sunt sursum: deorsum dextrorsum: sinistrorsuꝫ ante ꝛ retro. ¶ Sexta proprietas quod corpora grauia naturaliter sunt mobilia ad locum deorsum: ꝛ corpora leuia ad locum sursum. ¶ Septima proprietas est quod sursum ꝛ deorsum sunt diuerse potentie naturales: patet hoc quia aliter nō posset esse ratio quare graue magis moueretur deorsum ꝛ leue sursum: quā econtra. ¶ Octaua proprietas est: in eodem loco bene succedūt sibi diuersa corpora: patet hoc: quia in eodem loco in quo modo est aer: postea erit aqua aere recedente. ¶ Nona proprietas. maius corpus occupat maiorem locum: patet ex eo quod oportet locum esse equalem locato. ¶ Decima proprietas. quod mouetur localiter oportet quod mutet locuꝫ patet hoc ex eo quod moueri localiter est mutare locum. ¶ Undecima proprietas est quiescens a motu locali non mutat locum: patet hoc: nam non dicimus turrim nostre domine esse in alio loco nunc quā ante. ¶ Duodecima proprietas. nō est possibile plura corpora esse in eodē loco: ꝛ hoc corpora quorum quodlibet est per se seorsum existens: et hoc in eodem loco proprio. patet quia aliter dimensiones penetrarent se: quod est contra Arist. in isto quarto.

Quātum ad secundum est sciendum quod de loco erant quatuor opiniones. Una erat: quod locus erat materia. ¶ Secunda erat quod locus erat forma ipsius locati: non forma substantialis: sed figura extrinseca locato. ¶ Tertia opinio erat: quod locus erat spatium ꝛ dimensio separata inter latera corporis circundans locatū. vnde ima

ginantur: quod si ego iam extraho: de isto loco in quo modo sum: absq; hoc quod latera aeris circundantis concurrerēt quod tunc adhuc maneret ibi quoddam spatium: quod dixerunt esse dimensionem separatam: ⁊ hoc idem dixerūt esse locum medium omnino equalem mihi. ¶ Quarta opinio erat Aristo. quod locus esset superficies corporis continentis immediata locato. ¶ Contra tres opiniones pono quatuor conclusiones: quarum prima est ista quod locus nō est materia locati: probatur per secundam proprietatem loci ꝓbatur etiam per sextam proprietatem: quia grauia mouentur deorsum: ⁊ leuia sursum: tanq̄ ad sua loca naturalia: et tamen non mouentur ad suas materias: nec valet motiuum illius opinionis quod erat tale: materia manente eadē succedūt sibi diuerse forme: sic loco manente eodem in eodē succedunt sibi inuicem diuersa corpora. Dixit etiā opinio vtrūq; scilicet materiam et locum: esse receptiuum: vnde est dicēdum qđ nō propter hoc locus est materia: quia materia est solum receptiua formarum substantialium: ⁊ non corporum per se subsistentium. opposito autem modo est de loco: quia locus est bene receptiuus corporum per se subsistentium: nō autem formarum substantialium eo modo quo materia.

¶ Secunda conclusio: locus nō est forma seu propria superficies locati: probatur per hoc quod locatum potest moueri loco manente: modo hoc non posset esse: si locatum esset propria superficies locati nam tunc oporter ad motū locati moueri locum. probatur etiam per secundam proprietatē: que dicit locū nō esse aliquid locati. Et cōfirmatur: si locus esset superficies propria locati: tunc in motu locali mobile nō mutaret locū quod est contra predicta: cōsequentia tenet ex eo quod superficies propria locati mouetur vel quiescit cum locato. ¶ Tertia conclusio locus nō est tale spatium separatum sicut imaginantur antiqui: probatur per sextam: ⁊ septimā proprietatem: quia tale spatium: secundum omnes eius partes eiusdem esset rationis: ⁊ sic in ipso sursum ⁊ deorsū non essent potētie naturales diuerse: ⁊ sic nō esset ratio quare in tali spatio corpora plus mouerentur ad vnam partem quā ad aliam. ¶ Secundo si locus esset tale spatiū: ⁊ magnitudo separata longa. lata ⁊ profunda: sequeretur qđ dimensiones se penetrarent. consequens est falsum: ⁊ impossibile. consequentia patet: quia dimensiones locati: ⁊ iste dimēsiones que essent talis locus mutuo se penetrarent. ¶ Tertio si corpus naturale indigeret tali spatio separato: vł hoc eēt ratione sue materie: vel ratione forme: vel ratione suorū accidentium: vel ratione suarum dimensionum: nec primū: nec secundum: nec tertium: q̄ illis sufficiūt earum proprie dimēsiones. Si autem dicatur quartum: ergo ille dimensiones que dicuntur esse tale spatium separatū: indigent vno alio spatio separato: ⁊ illud iterum vno alio: ⁊ sic in infinitum: ⁊ etiam tunc nō esset maior ratio quare ille dimensiones dicerentur locus dimensionum locati: quā ecōuerso. ꝓpter hoc qđ ita bene ille dimensiones separate indigerent dimensionibus locati: sicut econuerso: ergo ⁊c.

Quantum ad tertium pono istam conclusionem: locus est superficies corporis continentis contigua locato: probatur: nam nō videtur locus esse aliud quā materia: vel forma: seu superficies extrinseca: vel. spatium imaginatum inter latera corporis continentis: vel superficies corporis continētis immediata locato: sed non est materia vel forma nec spatiū vt dicebatur in primo articulo. relinquitur ergo quod sit superficies corporis continentis immediata locato. ¶ Secundo nā hoc videtur esse locus cui cōueniūt proprietates loci ꝑdicte: sed superficiei corporis continētis immediate locato conueniunt predicte ꝓprietates sicut posset induci inductiue. ¶ Ista cōclusio secundum ponētes superficiem vnā rem superadditā corpori debet intelligi sicut verba iacent: sed secundum istos qui negat superficiem huiusmodi rem indiuibilem secundū profunditatem additam corpori: predicta conclusio exponitur: ⁊ hoc sic: locus est superficies corporis cōtinētis. i. corpus ambiens ⁊ cōtinens locatum: dicił esse locus corporis locati: nō quia mēsuratur locato: ⁊ tangit locatū secundū ꝓfunditatē: sed q̄ commensurał locato ⁊ tangit ipsum secundum longitudinem: ⁊ latitudinem partiū immediatarū locato. nō tamē immediatarū syncathegorematice secūdū se totas: sed cathegorematice: quia hoc nomen superficies cōnotat latitudinem. Nos dicimus locum esse superficiem: ⁊ nō dicimus locum esse corpus non quod hec sit falsa locus est corpus: sed quod hec est minus propria locutio: locus est corpus: quā ista: locus est sup̄ficies Unde sciendum quod in veritate locus est corpus propter hoc: qđ locus: ⁊ superficies: ⁊ corpus sunt vna res: sed tamē quia corpus ambiens non dicitur esse locus secūdum rationem corporis: sed bene secundum rationem superficiei: inde est qđ nos dicimus locum esse superficiem: ⁊ non dicimus locum esse corpus ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primā quum dicebatur locum: ⁊ superficiem ⁊c. dico qđ cū hoc adhuc stat qđ termini supponāt ꝓ eadem re. vnde ad hoc quod sint termini specifice distincti sufficit: qđ predicti termini si sint vocales: vel scripti conceptibus specifice distinctis subordinētur in significando: qui quidem conceptus distincti possunt esse causati ab eadem re extra mouente: licet alio ⁊ alio modo se habente. ¶ Ad aliam dico qđ Aristoteles in predicamentis loquebatur de loco: secundum qđ tunc famosū erat expectans determinationē veritatis de loco vsq; ad libros naturales: ⁊ quia tunc temporis communiter tenebatur qđ locus esset spatium separatum: Aristoteles in predicamentis sic accepit locum: sed deinde in isto quarto de loco determinauit veritatem qđ nō esset tale spatium separatū: sed q̄ esset superficies cōtinētis corporis. ¶ Ad tertiam dico. q̄ locus conseruat: hoc non est ratione sui: sed rōne qualitatū supercelestium influxarum a celo in ipsū locū ⁊c. ¶ Ad quartam: locus est equalis locato: de hoc videbitur in sequenti questione. ¶ Ad quintam dico: qđ vnus locus cōtrariatur alteri: hoc accidit sibi ratione qualitatum influxarum a celo: ⁊ hoc non inest sibi ratione qua superficies. ¶ Ad sextā dico quod nō obstante adhuc locus ⁊ superficies bene supponunt ꝓ eodem: sed qn̄ dicitur ꝓpositio in qua terminus vnius predicamēti predicatur de terminis alterius ꝑdicamēti est falsa negatur: vnde dicendo sortes est albus ꝓpositio est vera: nō obstante qđ subiectum est de vno predicamēto: ⁊ predicatum de alio. Sed quando dicit Aristoteles primo posteriorum: qđ generalissimum vnius predicamenti ⁊c. dico qđ per hoc noluit qđ generalissimum vnius predicamenti est predicabile quidditatiue de generalissimo alterius predicamenti: sed bene denominatiue. ¶ Ad aliam superficies est corpus concedo. ⁊ locus nō est corpus. dico quod ꝑ hoc Aristoteles non voluit negare locum esse corpus: sed bene voluit hanc esse minus propriam locus est corpus: quam istam locus est sup̄ficies. ¶ Ad octauam que est de immobilitate loci de hoc videbił in alia questione. ¶ Ad nonam dico quod Aristoteles nō voluit negare quin locus bene esset forma: seu superficies corporis continentis: sed voluit negare quod locus esset forma seu superficies propria corporis locati. ¶ Ad decimam vbi tangitur vtrum mundus sit in loco videbitur postea: et similiter de vltimo argumento videbitur.

Questio. II.



Queritur secundo vtrum locus sit equalis locato. Et arguitur primo quod non. continens debet esse maius contento: eo quod continens circundat contentum sed locus est continens locatum ergo locus debet esse maior locato: ⁊ per consequens non equalis. ¶ Secundo. nam locatum est corpus: locus autem est superficies: modo superficies non dicitur equalis corpori: eo quod corpus est diuisibile secundum tres dimensiones: superficies solū secundum duas. ¶ Tertio sequeretur quod omnia elementa essent sibi inuicem equalia: consequens est falsum: ⁊ probatur consequentia: quia cum aqua sit locus terre: sequitur aquam esse equalem terre: ⁊ cum vlterius aer sit locus aque sequitur vlterius aerem esse equalē aque ⁊ ꝑ cōsequens equalem terre. tenet ꝯsequētia ex eo q̄ q̄cūq; vni ⁊ eidē sunt eq̄lia īter se sūt equalia: ⁊ sic argueretur đ igne.

Quarto

¶Quarto sequeret orbē lune esse equalē igni: ꝯsequētia tenet ex eo quod orbis lune est locꝰ ignis: modo si dicatur q̄d orbis lune sit equalis igni cuz ignis possit augeri vel diminui orbe lune non aucto nec diminuto: adhuc ipso manente tanq̄ꝫ locus ipsius: sequitur tunc locum non esse equalē locato. ¶Quinto per Aristo. idem est naturalis locꝰ totiꝰ et partis: modo si locꝰ semp esset equalis locato: idez locus esset equalis toti ꝛ parti: ꝛ per cōsequēs totū ꝛ pars essent equalia: q̄d est cōtra cōmunē animi cōceptionē. ¶Sexto si locatū esset sphericū sequeret ꝙ contingeret i eadē supficie esse duos circulos equales habētes idē cētrū: quod est contra vnā ꝓpositionē tertie geometrie: consequētia patet: qꝛ illa duo circuli essent: vnus cuius circunferentia esset superficies concaua locantis: et alius superficies conuexa locati. ¶Septimo centrum mūdi dicitur locus terre. modo illud non est equale toti terre.

In oppositū est Aristo. in isto quarto: vnde hoc etiā positum est pro vna proprietate loci scilicet locū esse equalem locato. ¶In questione primo distinguam de loco: secundo ponam conclusiones ꝛc.

Quantū ad primum sciendū est ꝙ duplex dicitur esse locus: quidam communis et quidam proprius: locus communis dicitur qui continet plusq̄ꝫ illud cuius dicitur esse locus. ¶Isto modo dicimus: omnes sumus in celo tanq̄ꝫ in loco communi: quia celuz non solū continet nos: verumetiā alia. locus vero proprius dicitur: qui est immediatus locato: et continet ipsum et non plus. Isto modo dico quod superficies aeris immediata mihi: est locus meus proprius: continet enim me et non plures ergo ꝛc.

Quātum ad secundum sit prima conclusio quod nō omne corpꝰ est in loco sibi ꝓprio patet hoc qꝛ vltima sphera est corpꝰ ꝛ nō est in loco sibi proprio patet hoc qꝛ non est in loco sicut postea videbitur. ¶Secundo pars inexistens toti sicut est medietas vel aliquid huiusmodi est corpꝰ: et nō est in loco sibi ꝓprio: patet hoc: qꝛ non est in loco nisi ratione totiꝰ: modo locus totiꝰ nō est sibi propriꝰ: assumptū patet ex eo ꝙ locꝰ debet esse diuisus a locato quū ergo in toto vna medietas sit alteri continua et nō ab ea diuisa: nec sibi cōtigua: vna earū nō locat aliā: et per consequens nulla earum est in loco primo et proprio ꝛ sicut argutum est de medietatibꝰ ita arguaret de aliis partibꝰ in toto. ¶Tertio: nam ignis in sphera sua est quoddam totum corpus: et non est in loco sibi proprio patet: nam concauum orbis lune dicitur esse locus eius; modo ille non est eius locus proprius: quia non solum continet ignem: verūetiaz totum aggregatū ex omnibus elementis: nisi tunc vellemus dicere quod concauum orbis lune et conuexum ipsius aeris esset proprius locus ipsius ignis in sphera sua. ¶Secunda conclusio: idem simul et semel est locus proprius et communis respectu diuersorum corporum patet hoc nam concauū orbis lune est locus propriꝰ totius aggregati ex omnibꝰ que sunt infra ipsuz: sed est locus communis cuiuslibet seorsum accepti. ¶Tertia conclusio. non oportet locum propriū esse equalē locato equalitate simplr̄ dicta: vñ sciendū est quod equalitas simpliciter dicta est attribuenda non solum penes duas dimensiones: sed penes omnes: et probatur consequentia: nam dolium plenuz vino dicitur proprius locus vini: et tamen illud dolium: non est equale vino equalitate simpliciter dicta: que est secunduz omnes: dimensiones. vnde illud dolium non est equale vino secundum profunditatem quia illud dolium est valde tenue et vinū nō. ¶Quarta conclusio. necesse est locum propriuz et locatum esse equalia secundum continentiam id est quod quantuz locus continet: tantum est locatum: patet hoc ex quid nominis loci proprie dicti: etiaz quia diameter locati attingit vndiq̄ꝫ ad latera ipsius loci immediata locato: nam si non: tunc interciperetur vacuum inter conuexum locati et concauum orbis vel ille locus non esset propriꝰ locati quod est cōtra hypothesim. ¶Quinta cōclusio necesse est locū propriū ꝛ sui locatū esse equalia ꝑ suas supficies sm̄ quas se tangunt ꝛ hoc est ipsa esse equalia nō equalitate simplr̄ dicta: que est scd̄m trinam dimensionem; sed equalitate secūdum duas dimensiones scilicet longitudinem et latitudinē: patet hoc: qꝛ secundū ista: aliqua dicuntur equalia esse secundum que sibi inuicem supposita vnum nō excedit aliud: nec exceditur ab alio: sed sic est de loco ꝓprio et eius locato: quo ad supficies secundū quas se tangunt: sicut faciliter patet ex quid nominis loci proprij. ¶Sexta conclusio. infinita sunt loca ꝓpria vnius locati: ꝓbatur: nā orbis lune est vnus locus ꝓprius aggregati ex istis inferioribus: modo clarū est ꝙ orbis lune sit spissitudinis alicuiꝰ: tunc sic imaginet diuidi in duas medietates secundū circulationem: quarum vna sit immediata igni et alia non tunc ista medietas immediata igni est locus proprius totius aggregati ex istis inferioribus: quia continet illud aggregatū: et non plus: similiter et cōpositū ex ista medietate et medietate residue medietatis est etiam locus propriꝰ totius aggregati ex istis inferioribus: et sic vltra eundo secundū partes proportionales alterius medietatis. et sicut argutum est de orbe lunari: ita potest argui de loco proprio cuiuscūq̄ꝫ locati. Ex ista conclusione sequitur quod illud locatum simul ꝛ semel est in pluribus locis propriis Sed dices tu hoc est contra Aristo. dico quod non qꝛ Arist. quū dicit non esse possibile ꝛc. intellexit de locis proprijs quorū nullus est pars alterius: sed cōclusio posita vadit de locis proprijs: quorum vnus est pars alterius: sicut patet in eius probatione: ita ergo diceretur accipiendo locum eo modo quo accipit Aristo. in isto quarto. Accipiēdo autem locū pro spatio imaginato inter latera corporis circundantis locatum: statim clarum esset si esset tale spatium quod locus esset equalis locato simpliciter: secundum longitudinem latitudinem et profunditatem: sed accipiēdo locum sicut accipit Aristoteles dicendum est de equalitate loci secundum conclusiones positas ꝛc.

Ad rationes principales. Ad primam nego ꝙ oporteret continens esse maius contento: imo sicut declaratum est potest esse minus. ¶Ad secundā dico ꝙ superficies non est aliud a corpore: ergo si corpꝰ potest esse equale corpori. tunc etiā superficies potest esse equalis corpori: sed quare Arist. dicit locum esse superficiem et non locum esse corpus: cum tamen superficies sit corpus: causa huius iam dicta est in questione precedenti. ¶Ad tertiam sequeretur quod elementa ꝛc. dico quod hoc verum est secundū superficies secundum quas se tangunt secundum quod vnū corpus dicitur esse locus et aliud locatum. ¶Ad quartam ignis potest augeri: concedo orbe lune non aucto et sic nec orbis lune est locus proprius ipsius ignis sicut dictum est in questione: sed si locus proprius ipsius ignis dicatur esse concauum orbis lune: et conuexum ipsius aeris; tunc oportet aerem diminui: et etiam eius conuexum: propter hoc ꝙ ad augmentationem ignis in sphera sua sequitur diminutio concauitatis ipsius: et per consequens oportet diminui conuexum ipsius aeris propter hoc quod secundum concauum ignis: et secundū cōuexū aeris: ignis ꝛ aer se tāgūt. ¶Ad quintā dico ꝙ bene est idē locus naturalis totius et partis: sed non idem locus proprius: quia partes inexistentes toti nō habent locū propriuz: vnde si vna magna portio terre sit sursum: descēderet: et ita etiam fieret de vna parua portione terre: ꝛ hoc est signum ꝙ idem est locus naturalis vtriusq̄ꝫ. ¶Ad sextam dico quod secundum cōsyderationē geometricā superficies locantis et superficies locati nō dicerentur cōtigue sed cōtinue: vnde secundū cōsyderationē geometricā omnia q̄ sunt immediata dicunt cōtinua: sed secundū cōsyderationē naturalē talia si sunt diuersarū rōnū non dicunt cōtinua: sed cōtigua; sed qꝛ geometer nō cōsyderat de entibus naturalibus an sint diuersarū rōnū vel nō: ipse non diceret supficiē locantis et supficiē locati esse contigua: sed continua: et secundū hoc negaret ꝙ ille supficies essent due superficies que essent due circūferētie duorū circulorū equaliū in eadē superficie habentiū idē cētrum: sed magis diceretur ꝙ esset vna superficies que esset vna circuferentia vnius circuli. ¶Ad vltimam dico quod quum dicitur centrum mundi ꝛc. hoc intelligitur: quod cū medium grauitatis terre est centrum mundi tunc est in loco sibi naturali.

Questio.III.



Queritur tertio: vtrum locus sit immobilis: et arguitur ꝙ nō: quia locus vel est substantia vel accidens. si substantia: et nō est incorporea: ergo corporea: omnis autem substantia corporea est mobilis. si autem dicatur ꝙ locus sit accidēs adhuc locus est mobilis ad motum substātie corporee in qua est. ¶ Secundo omne corpus est mobile: sed locus est corpus: ergo locus est mobilis: maior est nota: et minor probatur: quia locus est supficies corporis continētis: illa autē nō est aliud ꝙ̄ corpus cōtinēs: et adhuc si diceretur superficiem esse accidēs corporis cōtinētis esset mobilis. ¶ Tertio ad idē. celū est locus toti⁹ aggregati ex istis inferiorib⁹: celū autē est mobile ergo. ¶ Quarto illud qd̄ est augmētabile: et diminuibile est mobile. vnde augmētatio et diminutio sunt species mot⁹. sed loc⁹ est hm̄oi: patet: quia ex quo opz locū esse equalē locato: ad augmentationē locati opz locum augeri. ¶ Quinto illd̄ quod est alterabile est mobile postꝙ̄ alteratio est species mot⁹: sed loc⁹ est alterabilis. s. a celo influente in ipsum virtutē cōseruatiuā locati. ¶ Et confirmatur quia loc⁹ hz ꝟtutē et potētiā cōseruatiuā locati: quia conseruat locatū: et ꝑ cōsequēs agit in locatum: ex eo ꝙ cōseruare est agere: sed cū omne agēs naturale in agendo repatiatur omnibus impedimētis remotis sicut visum est super primo de generatione: ergo videtur ꝙ loc⁹ in agendo in locatū repatiatur: et per cōsequēs est alterabilis. ¶ Sexto loc⁹ est corruptibilis: ergo alterabilis: cōsequētia tenet ex eo ꝙ omnem corruptionem precedit alteratio. antecedens patet ex eo qd̄ nihil in istis inferiorib⁹ est eternum preter materiā primam. ¶ Ultimo nihil est immobile nisi solus deus: est enim deuenire ad primum immobile scilicet deum: qui sic mouet quod non mouetur. locus aūt non est deus: ergo.

In oppositū est Arist. in isto quarto vbi dicit locum esse immobilem: et per hoc locū differre a vase: quia licet de ratione vtriusqꝫ sit ꝙ contineat: tamen differūt sic ab inuicem: quia vas mouetur ad motū illius qd̄ continet: sicut videmus: qd̄ ducitur cum vino quod continet: modo non sic est de loco: quia licet contineat locatum tamen locatum potest exire locū absqꝫ hoc quod ille loc⁹ continue moueatur cum ipso: nā si sic: tunc cōtinue maneret in eodē loco: et tamē moueretur localiter. ¶ Secundo si loc⁹ esset mobilis tunc loc⁹ reciperetur in vnum aliū locū: et sic loci esset locus: et sic in infinitū. ¶ Tertio arguit Cōmētator sic: si loc⁹ esset mobilis: tūc frustra corpora mouerentur ad loca sua naturalia sed hoc est falsum: et cōsequētia tenet: quia loca naturalia possent moueri ad corpora naturalia: sicut mō corpa mouentur ad ipsa et ita conseruare ea sicut mō cōseruāt ea: et etiā si cōtinue locus moueretur cū locato: tūc posito ꝙ vnum corpus naturale sit in loco sibi violēto: tūc si iste locus violētus cōtinue moueretur cū illo corpore: frustra illud corpus naturale moueretur ad locū sibi naturalē postꝙ̄ non posset separari ab ipso loco violēto: ꝑpter hoc ꝙ ille locus violēt⁹ moueretur cū isto corpore. iste rationes nō ꝓbant immobilitatē loci: sed bene probāt nō esse necesse locū moueri cū corpore locato. ¶ Breuiter de dicta questione non est dubiū si poneretur ꝙ locus esset dimēsio separata. tūc eñ locus esset simpliciter immobilis. sed accipiendo locū pro vltima supficie &c. eo modo quo accipit Arist. locū in isto quarto: tūc q̄stio habet dubitationem &c. ¶ Ad eā primo est respondēdū secundū ꝙ respondet Cōmētator. ¶ Scd̄o respondendum est ad ipsam: et magis sufficienter ꝙ̄ ipse respondet &c. et hoc sequitur sic.

Quantum ad primum: Commentator posuit ad istā questionem duas cōclusiones: quarum prima est locus non est mobilis per se. Secunda conclusio quod loc⁹ est mobilis per accidens. ¶ Prima conclusio probatur: quia loc⁹ est supficies corporis continentis locatum: ergo locus non est mobilis per se: consequentia probatur: quia siue supficies ponatur esse accidens corporis continentis: siue ponatur esse pars eius: non est mobilis per se q̄diu manet superficies corporis continentis: omne enim quod est in alio tanꝙ̄ accidens vel tanꝙ̄ pars eius: non est per se mobile: et hoc q̄diu manet in ipso: et hoc prout ly mobile includit potentiam propinquam. ¶ Secunda conclusio probatur: nam quicquid est in alio quod est mobile per se: illud est mobile saltem per accidens. sed cum locus ponatur esse superficies corporis continentis est in alio puta in corpore continente vel tanꝙ̄ accidens eius: vel tanꝙ̄ pars ei⁹: quod est mobile per se. ergo locus ad minus est mobilis per accidens. Et vlterius dicit Commentator quod aliter est locus mobilis per accidens: et aliter materia: et forma: nam locus dicitur mobilis per accidens: quia est mobilis ad motum cōtinentis. materia autem et forma dicuntur esse mobilia per accidens ad motum locati. ¶ Quāuis iste conclusiones Commentatoris sint vere: tamen per eas non satisfit quibusdam difficultatibus circa istam materiam: vnde non satisfit isti difficultati per predictas conclusiones: quia aliter continue aliquid moueretur localiter et tamen cōtinue maneret in eodem loco: et adhuc moueretur motu recto: et tūc esset difficultas penes quid attenderetur: vel deberet cognosci aliquid localiter moueri. Assumptum sic ostenditur: nam possibile est quod sit aliquis aer: qui sit locus vni⁹ guttule descendentis et quod iste aer descendat cum illa guttula: tunc illa guttula moueretur localiter motu recto: et tamen maneret in eodē loco: similiter aliquid continue quiescit: et tamen est in alio et alio loco proprio continue. modo hoc videtur inconueniens. nec per cōclusiones Commentatoris satisfit isti dubio: et assumptum ostenditur: nam clarum est quod turris nostre domine quiescit et quieuit a longis temporibus: et tamen cōtinue est in alio et alio loco ꝓprio postꝙ̄ est alius et alius aer circundans ꝑpter ventū. Istis difficultatibus non satisfit si loc⁹ ponitur mobilis sicut dicit Commentator: oportet ergo iam ponere alias cōclusiones respondentes ad quesitum &c.

Quantum ad secundum. Primo sciendum est quod in loco cōsyderanda sunt duo scilicet materiale et formale. materialis loc⁹ dicitur vltima superficies corporis continentis. formalis autē locus dicitur distātia locati ad orbem vel ad res mundi quiescentes: ita ꝙ hic terminus locus supponit ꝓ superficie et appellat distantiā ad orbē vel ad corpora quiescentia: ita ꝙ secūdū equalitatē distātie idē est locus: et secundū inequalitatem alius: et hoc secundum equiualentiā. ¶ Tunc sit prima conclusio: omnis locus est mobilis probatur: quia siue accipiatur pro eius materiali: siue pro eius formali: est mobilis. si enim pro materiali clarum est ꝙ est mobilis ad motum corporis continentis si autem accipiatur pro eius formali pro distantia ad orbem: siue ad res quiescētes: iterū clarū est quod est mobilis: quia talis distantia est corpora intermedia inter orbem et inter res quiescentes: et ipsum locum et locatum: sed ista corpora sunt mobilia: ergo &c. ¶ Secunda conclusio: non est necessarium moueri locum ad motum locati: quia possibile est locatum moueri circulariter in suo loco ipso quiescente: et vinum in pinta potest moueri pinta quiescente. Sed forte non est possibile quod locatum moueatur motu recto nisi etiam locus eius aliqualiter moueatur. vnde si lapis moueretur extra locum in quo est: latera loci coniungerentur sicut accidit de lapide moto in aere vel aqua. ¶ Tertia cōclusio. corpus non dicitur quiescere ex eo quod manet in eodem loco proprio patet hoc de guttula descendente in aere ipsam locante: illa enim manet in eodem loco et tamen nō quiescit: hoc patet de turri nostre domine: quam continue dicimus quiescere non obstante quod continue est in alio et in alio loco: accipiendo locum pro eius materiali. Ita etiam debet accipi in secunda conclusione continue enim circa turrim nostre domine alius et alius est locus scilicet alius et alius aer accipiendo locum pro eius materiali solum. ¶ Quarta conclusio: corpus non dicitur moueri ex eo quod continue est in alio et alio loco accipiendo locum pro eius materiali solū: hoc patet: quia turris nr̄e domine cōtinue moueretur: eo ꝙ circa ipsam est alius et ali⁹ aer. ¶ Quinta conclusio. corpus nō dicitur q̄escere: ex eo ꝙ cōtinue manet eadē distātia ad orbē. ita ꝙ manere eādē distātiā ad orbem ab ipso corpore locato nō est precise causa quare aliqd quiescit. patet: quia turris nostre domine quieuit a longis temporibus et tamen nō mansit eadē distātia ab ipsa ad orbem: patet: quia non manserunt eadē corpora intermedia ꝑpter hoc quod aer et ignis intermedia semper mouentur modo distantia non est aliud ꝙ̄ corpora intermedia: inter que

ista distant. ¶ Sexta conclusio. corpus dicitur quiescere ex eo quod cōtinue manet equalis distantia: consimilis inter corpus quiescens et orbē: vel inter corpus quiescens et vnū aliud: ꝓbo: nā turris nostre domine dicitur quieuisse longo tempore et nō ꝓpter hoc cōtinue māsit eadē distantia inter ipsam et orbē sicut dixerūt cōclusiones precedentes: relinquitur ergo ꝙ propter hoc ꝙ cōtinue mansit equalis distantia inter ipsam ⁊ orbē. ¶ Septima cōclusio. res dicuntur quiescere ex eo ꝙ cōtinue manent in eodem loco: accipiendo locum ꝓ eius formali: et non in eodē simpliciter: sed in eodem secundū equiualentiam. patet ex cōclusiōe immediate precedente: et ad istū sensum ego dico me esse in eodem loco in quo eram in principio lectionis: quia est equalis distantia inter me et orbē modo: qualis tunc erat: similiter est equalis inter me ⁊ te qualis tūc erat. Proportionaliter aliqͥd dicitur moueri localiter: ex eo quod non cōtinue est in equali distantia ad orbem: vel ad aliquā aliam rem quiescentem: ⁊ hoc intelligitur de motu recto: sed de motu circulari debemus aliter cognoscere ꝙ tunc aliquid dicitur moueri circulariter: quādo data aliqua eius parte et parte corporis descentis circa quod fit ille motus circularis: cum non manet equalis distantia inter illas partes datas: tunc iudicamus motum esse circularem. ¶ Ultima cōclusio est: accipiēdo locum pro eius formali: locus est immobilis et hic nō loquendo de eodē simpliciter: sed secundū equiualentiā: eo modo quo eandē distantiam dicimus esse inter turrim nostre domine et orbem: que erat anno preterito: sed non eandem numero. Si autē equalitas distantie capitur pro identitate distantie et econuerso: nos non dicimus esse motam illā distātiam nec esse mobilem licet ista locutio sit impropria. ¶ Ex his patet ad questionem, ⁊ ad rationes positas secundū cōclusiones: omnes sunt solute.

Questio.IIII.



Queritur quarto. Utrū diffinitio loci sit bona in qua dicitur: locus est terminus corporis continentis immobilis primū. Et arguitur primo ꝙ non: nā bone diffinitionis primus terminus debet esse genus diffiniti: sed sic non est de predicta diffinitione. ergo. maior est nota ex .iiii. topicorum et minor tenet quia primus terminus illius diffinitionis est terminus: vnde ille non est genꝰ loci ex eo quod ly terminus est de predicamento ad aliquid: sed locus est de predicamento quātitatis vel vbi. modo terminus vnius predicamenti nō est genus ad terminum alterius predicamēti ex eo ꝙ diuersorū generū diuerse sunt species. ¶ Secundo. predicta diffinitio conuenit alteri a diffinito: ergo non est bona. cōsequētia tenet ex eo ꝙ bona diffinitio debet esse conuertibilis cū suo diffinito. antecedens ꝓbatur: quia cōuenit superficiei cōuexe vltime sphere: est enī terminus corporis cōtinentis immobilis primū: et tñ illa superficies non est locꝰ alicuiꝰ: nā si sic: hoc maxime esset vltime sphere: sed hoc nō: ex eo ꝙ locus est diuisus a locato: modo ista superficies nō est diuisa ab vltima sphera. ¶ Tertio. si predicta diffinitio esset bona: sequeretur ꝙ pars esset per se in loco: cōsequēs falsum: ⁊ cōtra Aristo. ꝓbatur cōsequentia: quia posset dici ꝙ vna pars esset locus alterius ex eo ꝙ in predicta diffinitione loci non exprimitur ista particula diuisim. ¶ Quarto. sequeretur quod superficies corporis fortis esset locus materie fortis: sed hoc est falsum: nam tunc materia esset in toto sicut in loco: prima cōsequentia probatur ex quo superficies corporis fortis est terminus continentis scilicet materiam immobilis primum.

In oppositū est Aristo. in isto quarto qui ponit ꝓdictā diffinitionē tanꝙ bonā. In ista questiōe primo pono aliquas suppositiones. secūdo ponā diffinitionē loci cōpletā secundum illas suppositiones et ex hoc declarationē illiꝰ diffinitiōis. tertio ponā vnicā cōclusionē ad quesitum.

Quātum ad primum sit prima suppositio quod locus proprius debet esse immediatus locato diuisus ab ipso et extrinsecus eidē. ex isto sequitur vnam medietatē in toto non esse locum alterius: nā ꝗuis vna istarū sit extra aliam et sit alteri immediata: tamen quia non est ab ea diuisa: sed et cōtinua: nō dicitur locus eius. ex hoc sequitur partem inexistentem non esse per se in loco nisi ratione totius: nihilominus tamen separata a toto: facta est vnum ens per se seorsum existens: ⁊ non existens pars alicuius alterius: quod sit per se vnū: tunc bene est in loco per se: nā tunc circa ipsum pōt esse aliquod corpꝰ immediatū ei nō existens sibi cōtinuū: sed cōtiguū ⁊ ab eo diuisū. ¶ Secūda suppositio. ꝙ tale corpus cōtinēs: qđ dicitur locꝰ: nō pōt esse immediatū locato nisi secundū duas diametros. s. lōgitudinē et latitudinē et nō secūdū ꝓfunditatem: ex eo ꝙ ꝗ cito duo corpora essent sibi inuicē immediata secundū profunditatē: ita cito penetrarent se: modo penetratio corporū non est possibilis: relinquitur ergo ꝙ corpꝰ extrinsecū alteri nō possit ei esse immediatū nisi secundū duas diametros: ⁊ hoc est ista corpora esse immediata secundū eorū superficies: ex eo ꝙ hoc nomen superficies: ꝗuis supponat ꝓ corpore longo lato ⁊ ꝓfundo: tamē nō cōnotat ipsum esse extensum: nisi secundum duas diametros. ¶ Ex hoc sequitur ꝙ corpori cōuenit et attribuitur esse locus ratione qua dicitur superficies: patet hoc: nā corpori non conuenit esse locus: nisi secundum ꝙ cōuenit sibi esse immediatū locato: sed hoc nō potest sibi cōpetere: nisi scđm longitudinē et latitudinē seu nisi ea ratione qua dicitur superficies: ex quo sequitur ꝙ proprius dicitur locus esse superficies ꝗ locus esse corpus: quia superficies dicitur terminꝰ corporis cōtinentis: ideo dictū est in diffinitiōe loci locꝰ est ⁊c. ¶ Tertia suppositio. ꝙ ista duo noīa locꝰ ⁊ superficies se habent sicut passio et subiectū: vterꝗ supponit ꝓ corpore cōtinēte locatū: et hic terminus locus vltra cōnotationē huius termini superficies cōnotat cōtinentiā et cōnotat immobilitatem de qua immobilitate dictū est prius: quare hic terminus locus habet se sicut passio ad istum terminū superficies. ¶ Ex quo sequitur hunc terminum locus debere describi per hunc terminū superficies. patet: quia vt habetur septimo metaphysice passionem oportet diffiniri per subiectum.

Quantū ad secundā infero diffinitionē loci cōpletam que est ista. Locus est vltima superficies corporis continentis diuisim immobilis immediata locato. verū est. ꝙ ponendo diffinitionē Aristo. dimisit hoc membrū diuisim. Sed statim post in litera sequenti hoc exposuit secūdū quod visum est circa literā: et loco istius termini immediata Aristo. posuit ly primū qđ tenetur ibi aduerbialiter: ita qđ sit sensus: locꝰ est superficies ⁊c. primū. i. immediate se habēs ad locatū. In ista diffinitione loci cōpleta ly superficies denotat ꝙ licet corpus cōtinēs sit locꝰ: nō tamē secundū oēs dimēsiones: vt dictū est in primo articulo. Per hoc autē quod dicitur diuisim denotat partē inexistentē toti nō esse actualiter in loco: vnde licet bene circa ipsam sit aliqđ corpꝰ ꝯtinēs ipsam: hoc tamē non est cōtiguū nec ab ea diuisum: sed continuū est: propter hoc non dicitur locus eius: ex eo quod locus dicitur esse diuisus a locato. Deinde per hoc totum qđ dicitur superficies corporis cōtinētis diuisim locus differt a forma et a materia locati et ab alijs inherentibus locato. Sed per hoc ꝙ dicitur immediata, denotat ꝙ corpori continenti non attribuitur esse locus secundū eius superficiem exteriorem non immediatā locato: sed solū secundum istam superficiem que est versus locatum et est ei immediata. vnde orbis lune non dicitur locus ignis secundum eius superficiē cōuexā: sed secundū eius superficiē cōcauā. ⁊ per hoc ꝙ dicitur immobilis locus differt a vase: vnde licet aliquādo sit idem locus et vas sicut pinta est etiā locꝰ: tamen alia est ratio vasis: ⁊ alia ratio loci: vnde de ratione vasis est quod simul moueatur et deportetur cum contento: de ratione autem loci est quod non est necesse ipsum moueri ad motū corporis quod continet. vnde corpore exeunte locum aliud corpus potest ingredi in eundē: ita ꝙ hoc nomen vas cōnotat mobilitatē eius pro quo supponit cum eo quod cōtinet: sed hoc nomen locus connotat immobilitatē eius pro quo supponit cum locato.

Quantum ad tertium articulum sit ista cōclusio quod diffinitio loci quā ponit Aristo. s. que posita est in principio questionis est incompleta: sed que posita est in secundo articulo est cōpleta: primum patet ex dictis in questione: secundum patet quia ista diffinitio complete exprimit totum conceptum diffiniti sicut patet.

Ad rationes. Ad primā dico ꝙ verum est de diffinitione pure quidditatiua ꝙ terminus primus debet esse genus diffiniti: modo diffinitio loci non est pure q̄ditatiua: vnde locus est terminus accidentalis, terminorū autem accidentalium non pñt esse diffinitiones pure quidditatiue: vt patet septimo methaphysice. ¶ Ad alias dico ꝙ solute sunt per expositionem istius termini immediata et istius particule diuisim: vnde superficies exterior continentis non dicitur locus cōtinētis: q: non est diuisa a continente: vnde superficies cōuexa vltime sphere non dicitur locus vltime sphere: propter hoc ꝙ nō est diuisa ab vltima sphera: et ꝓpter hoc idē vna pars totius nō dicitur locus alterius partis.

Questio. V.



Queritur quinto: vtrum terra sit in aqua siue in superficie cōcaua ipsi⁹ aque: tanq̄ in loco sibi naturali ⁊ ꝓprio. Et arguitur primo ꝙ non sit ibi tanq̄ in loco sibi naturali: q: mediū mundi est locus naturalis ipsi⁹ terre: ergo nō ꝯcaua superficies aque cōsequentia tenet ex eo ꝙ cōcaua superficies aque nō est mediū mundi. antecedens ꝓbat: q: quū querit vbi est locus naturalis terre respondemus in medio mundi. ¶ Scdo ad idem sic: sicut locus simpliciter leuis est simpliciter sursum vt locus ignis: ita locus naturalis simpl'r grauis est simpl'r deorsum. ergo nō superficies cōcaua aque. ¶ Tertio. illud est locus naturalis terre ad q̄d naturaliter terra est mobilis: sȝ hoc est mediū mundi. ergo cōsequentia tenet ex quid nōis loci naturalis. antecedens patet: q: si aliqua terra esset extra medium mūdi, ipsa si nō esset ꝓhibita moueret tā diu ꝙ ipsa fieret mediū mūdi. ¶ Quarto. si aqua eēt loc⁹ naturalis terre: sequeretur ꝙ q̄ cito esset aliqua portio terre totaliter in aqua ꝙ ipsa quiesceret: consequens est falsum. consequentia tenet ex eo ꝙ entia naturalia quū sunt in locis suis naturalibus quiescunt naturaliter. falsitas cōsequētis ꝓbat q: si vna portio terre dimittatur cadere in sequanā non quiescit nisi quando tāgit terram in fundo sequane: et tamen prius debet quiescere si locus naturalis eius esset aqua. sic ergo ꝓbatum est ꝙ concaua superficies aque nō est locus naturalis terre. ¶ Deinde probatur ꝙ nihil est eius locus ꝓprius: quia locus alicuius locati dicitur q̄d continet illud locatū ⁊ nō plus: sed cōcaua superficies aque continet plus q̄ terrā: quia continet lapides et metalla et radices plantarū q̄ sunt in terra. ergo concaua supficies aque non est locus proprius terre. ¶ Secundo. nō tota terra circundatur supficie concaua aq̄: ergo cōcaua supficies aque nō est locus ꝓpri⁹ terre. cōsequentia tenet: q: sicut nec locus proprius debet cōtinere plus q̄ suū locatū: ita nec locatum debet contineri ab alio q̄ a loco suo ꝓprio. antecedēs pz q: terra ex illa pte qua est discooperta aquis non circundatur nec continet superficie aque. ¶ Deinde probatur ꝙ magis sit econuerso. s. ꝙ terra sit locus aq̄: q̄ ꝙ aqua sit locus terre patet hoc: nā quā pluit tunc aqua descendit in terram ac si terra esset locus naturalis aque.

In oppositum est Arist. in isto quarto vbi dicit q̄d ignis est locus aeris: ⁊ aer locus aque: ⁊ aqua terre: et hoc est bene rationabile: nā secūdū hoc elementa sunt situata ⁊ posita secundū exigentiā suarū leuitatū ⁊ grauitatū; quia ignis qui est simpl'r leuis est sursum: et aqua et aer que sunt grauia et leuia sunt sursum et deorsum secundū q̄d aqua que est grauior aere est magis deorsum: et aer qui est leuior est magis sursum. ¶ De ista questione ponā aliquas cōclusiōes. Prima: nec superficies aeris: nec superficies aq̄ est locus naturalis terre: patet hoc: q: neutra istarū superficierū cōtinet totā terrā ex eo ꝙ terra ex vna parte est cooperta aquis et ex alia parte discooperta. ¶ Secūda conclusio. nec supficies aq̄ ⁊ aeris simul sunt loc⁹ ꝓpri⁹ terre: patet hoc: q: cōtinēt multa alia q̄ terrā q: cōtinent lapides ⁊ metalla que sunt in terra: ⁊ p consequēs nō sunt locus ꝓprius terre: ex eo ꝙ locus proprius debet continere locatuȝ precise ⁊ nō plus. ¶ Tertia conclusio. totalis terra nullum habet locuȝ proprium. patet: q: nihil potest signari circūdās terram q̄d continet precise ipsam: ex eo quod multa sunt in terra que non sunt terra sicut lapides et metalla. ¶ Quarta conclusio. accipiendo terram pro totali aggregato ex terra ⁊ aliis existētibus in terra: tūc supficies aeris concaua ex vna pte vbi est terra discooperta aquis et superficies concaua aque ex alia parte simul sumpte sunt locus proprius ipsius terre: patet hoc: quia ille due superficies cōtinent illud totale aggregatū: et q: i isto totali aggregato est plus de terra q̄ de aliqua alia materia: nos dicim⁹ illas duas superficies esse locum propriuȝ ipsius terre. ¶ Quinta conclusio. Ille due superficies etiā sunt loc⁹ naturalis: et terra inter eas est naturaliter situata cū mediū grauitatis terre est mediū mundi: patet: q: si terra esset extra hmōi superficies descenderet et moueretur ita diu ꝙ mediū grauitatis totius aggregati ex ipsa et aliis grauitatibus fieret mediū mundi nisi prohiberetur. ¶ Sexta conclusio. quando ille due supficies non continent totalem terram sic quod mediū suū sit mediū mūdi: tunc terra non est locata naturaliter: patet hoc: q: nō dicitur locata naturaliter: nisi quū mediuȝ sue grauitatis sit medium mundi. ¶ Iuxta ista dico aliqua. Primo ꝙ si tota massa terre poneret extra locū suū puta ad concauuȝ orbis lune: et ibi detineretur violenter ⁊ ex alia parte dimitteret cadere vnū graue: tunc illud non moueret ad totalē massaȝ terre: sed directe moueretur versus mediū mundi: ratio huius est: quia tunc cū esset in medio mundi esset naturaliter locata saltem si medium grauitatis sue esset mediū mundi: modo quodlibet ens non impeditū naturaliter appetit esse in loco suo naturali ꝓpter hoc ꝙ ibi diutius cōseruatur: et magis a suis nociuis est elongatū. iuxta hoc sequitur ꝙ grauia nō mouentur ad terraȝ ratione terre: sed ea ratione: q̄d quum veniunt ad terram sunt propinquiora medio mundi q̄ ante erant. ¶ Secūdo dico posito adhuc ꝙ in medio mūdi esset ignis adhuc grauia mouerent ad medium mundi. patet hoc ex eo ꝙ grauia quū sunt in medio mundi sunt in locis eorū: vt patet ex dictis: modo quodlibet ens appetit esse i loco sibi naturali. ¶ Tertio dico ꝙ possibile est quod aliquando totalis massa terre non sit in loco sibi naturali: nec naturaliter locata: patet hoc: nā aliquando ab vna parte grauitas terre augmentatur: ⁊ ab alia parte diminuitur in tantum quod illa pars que facta est magis grauis: non possit pellere aliam magis sursum: propter resistentiā aeris vel aque: et tunc centrum grauitatis terre nō est centrum mundi: et per consequens tunc terra non est naturaliter locata. vnde imaginandum est quod centrum grauitatis terre diuidit partes terre abinuicem: habentes se consimili modo adinuicem: sicut duo pondera equalia in equilibra: quorum quodlibet ponderaret sicut duo et aer inferius resisteret sicut tria: tunc si vni illorum ponderum adderetur vnū: nō propter hoc eleuaret aliud: q: sic tunc deberet esse tante potentie quod posset diuidere mediū sub se: sicut tria. modo hoc non potest ex eo ꝙ tūc motus fieret a ꝓportione equalitatis: ex quo ipsum pondus ponderat sicut tria et medium etiam resistit sicut tria. Et adhuc posito q̄d medium subtus resisteret: sicut vnum: adhuc non posset descendere ex eo quod adhuc motus fieret a proportione equalitatis: ex quo medium subtus resistit sicut vnum: et pondus in alio brachio equilibre resistit sicut duo: simili modo imaginandum est de duab⁹ partibus terre eque grauibus: sit vna a. et alia b. si b. sit grauior: non statim pellit a. sursum: ex eo quod non solum a. resistit b. sed etiam aer vel aqua circundans a. quam oportet diuidi si b. pelleret sursum a. ¶ Quarto dico: quod possibile est totalem terram esse violenter locatā: postq̄ erat locata naturaliter: absq̄ hoc quod moueat localiter: patet hoc: quia per alterationem terra ex vna parte potest fieri grauior: et ex alia leuior absq̄ hoc quod moueatur localiter: sicut patet ex imaginatione: et tunc medium grauitatis eius non est medium mundi: et q̄ cito est sic locata: est violenter locata ⁊c. ¶ Quinto dico quod econuerso potest fieri q̄d vnum sit in loco sibi violento et postea in loco sibi naturali absq̄ hoc quod moueat localiter. patet hoc: q: ecōuerso p alterationē ptes possunt fieri eq̄ graues. ¶ Sexto dico ꝙ ꝯformiter intelligēdū est de toto aggregato ex terra ⁊ aqua: q̄ forte faciunt vnā totalē grauitatē: cuius medium grauitatis est medium mundi. ¶ Septimo dico supposito naturali ordine elementorum terra est sub aqua: ⁊ aqua sub aere et aer sub igne patet hoc. quia naturalis ordo et situs grauium et

uiū ⁊ leuiū est grauia esse sub leuibus: ⁊ ideo quia terra inter oīa elementa est grauissima ipsa dʒ esse infima: ⁊ deinde aqua que inter alia tria est grauissima ⁊ deinde aer: ⁊ deinde ignis. vnde iste est ordo ⁊ situs vniuersi: et est ita naturalis ꝙ si esset vnū vas plenuʒ aqua in concauo orbis lune in quod poneretur vnū lignum graue: illud lignū ibi supnataret sicut hic. propter hoc est ꝙ quū fit aliquod foramē in terra in quo est aer: descendit aqua ad illud foramē: ⁊ hoc ideo vt aerē qui est leuior aqua expellat: ⁊ faciat illū aerē esse supra aquā. ¶ Octauo dico ꝙ aliqua pars terre est discooperta aquis: patet hoc: q2 terra nō est vniformiter grauis: ⁊ igitur medium magnitudinis terre est multū super mediū grauitatis eiusdem: ⁊ mediū grauitatis terre multo plus accedit ad vnā supficiē cōuexā ipsius terre ꝙ̄ ad aliam: ⁊ ideo quia aqua. ex quo est eque grauis tendens ad medium mundi fluit ad illā superficiē cōuexaʒ terre: que est propinquior centro grauitatis terre: ⁊ sic alia pars. s. alia superficies conuexa terre. s. que a centro grauitatis est remotior derelinquitur discooperta aquis. ⁊ causa finalis huius discoopertiōis est salus ⁊ habitatio aīalium. ¶ Nono dico. terra tn̄ cōiter dicitur esse in superficie aque: tanq̄ʒ in loco sibi naturali: et huius ratio est: q2 si terra esset vniformis in grauitate sicut alia elementa sunt in suis qualitatibus motiuis: q̄ sunt grauitas ⁊ leuitas. idem esset cētrum grauitatis terre ⁊ magnitudinis eiusdem: ⁊ tunc terra vndiqʒ clauderetur aquis: et esset vndiqʒ aqua cooperta. ⁊ ex alio quia terra habet minꝰ de contrarietate cum aqua: ꝙ̄ habeat cum aere: habet enim simbolū cū aqua in frigiditate ⁊ non habet simbolū cū aere in aliqua qualitate: ⁊ per consequēs aer est magis corruptiuus terre ꝙ̄ sit aqua. ⁊ quia loci est conseruare ⁊ nō corrumpere locatuʒ: non obstante ꝙ illa supficies aeris locat terrā sicut supficies aque: tamē magis dicimus superficiem aque esse locum naturalem terre ꝙ̄ superficiem aeris: ꝓpter hoc: quia aqua maiorem habet conuenientiam cum terra ꝙ̄ aer.

Ad rationes principales. Ad primaʒ dico ꝙ centruʒ mundi non est locus naturalis terre: sed quando dicitur si terra descenderet non prohibita descenderet tam diu ꝙ medium eius fieret medium mundi: concedo: nec ex hoc concluditur. ꝙ medium mundi sit locus naturalis terre: sed bene concluditur ꝙ quāʒ mediū grauitatis terre est mediū mundi: tunc terra est locata naturaliter non a medio mundi sed a superficie cōcaua aq̄: ⁊ concaua aeris ⁊c. ¶ Ad confirmationem: locus terre debet esse simpliciter deorsum: concedo: ⁊ dico ꝙ superficies cōcaua aeris: ⁊ superficies cōcaua aque: sunt locus simpliciter deorsum: q2 locant q̄d est simpliciter deorsum. s. terrā. ¶ Ad tertiam. illud est locꝰ naturalis terre ad quod terra naturaliter mouetur: cōcedo vt ab illo circundet: modo hoc non est mediū: q2 hoc non circūdat terram: sed hoc est aggregatū ex superficie cōcaua aeris ⁊ superficie concaua aque: ⁊ ꝑ cōsequens illud aggregatum est locus terre. ¶ Ad quartā dico ꝙ aqua nō locat terrā nisi quū mediū sue grauitatis fuerit medium mundi vt prius dicebatur: vnde non oportet ꝙ ita cito ꝙ aliqua pars terre est circūdata aquis quiescat et sit in loco sibi naturali: propter hoc ꝙ medium sue grauitatis adhuc non est medium mundi: nec medium totius aggregati ex ipsa ⁊ terra adhuc est medium mundi: ⁊ ita vlterius descēdit tam diu ꝙ totius aggregati ex illa portiōe terre: ⁊ totali terra residua: mediū grauitatis fiat mediū mundi. ¶ Ad quintā ⁊ ad sequenteʒ ipsam patet quid sit dicendū ex cōclusionibus. ¶ Ad sextā dico ꝙ quū pluit aqua descendit in terrā: ⁊ hoc non est ꝙ terra sit locus naturalis aque: sed ideo quia in terra sunt quidā pori repleti aere per actionē solis in terrā: ⁊ q2 situs ⁊ ordo naturalis grauiū ⁊ leuiū est grauiora esse sub leuibus: et quia aqua est grauior aere aqua descēdit in terrā per tales poros expellēdo aerē ad istū finē vt maneat ordo ⁊ situs naturalis grauiū ⁊ leuiū. s. grauiora esse sub leuioribus.

Questio. VI.



Queritur sexto. Utrum concauum orbis lune sit locus naturalis ipsius ignis: ⁊ arguitur ꝙ nō: q2 tūc immediate sub cōcauo orbis lune esset ignis: mō hoc est falsum. consequētia tenet postꝙ̄ ibi esset locus naturalis ignis: falsitas ꝯsequentis probatur: quia ille impediret ne videremus astra celi: modo hoc nō experimur imo oppositū: vnde ꝙ videmus astra celi videtur esse signū ꝙ inter nos ⁊ celū nō sit sphera ignis sicut communiter solet imaginari. ¶ Secūdo. locus alicuius locati debet esse immobilis: mō cōcaua superficies inferior non est immobilis: mouetur enim circulariter cum celo. ergo. ¶ Tertio si ibi esset locus naturalis ignis sequeret̄ ꝙ ignis quāʒ ibi esset deberet quiescere naturaliter: sed hoc est falsum. probatur consequentia: quia vnumquodqʒ entium naturalium si est extra locum suum naturaleʒ mouetur ad ipsum: si non sit prohibitum: falsitas consequentis patet per Aristo. primo metaphysicoruʒ: vbi dicit ignem moueri circulariter ad motum ipsius celi: similiter ⁊ aerem qui est vltra summitates altissimorum montium. ¶ Quarto. si sic: tunc orbis lune ambiret spheram ignis: ⁊ vlterius sphera ignis ambiret alia elementa: modo hoc non videtur esse verum ex eo ꝙ tunc cum ignis sit maxime actiuitatis inter alia elementa corrumperet ⁊ conuerteret eam in sui naturā. et sic satis cito fieret ignis: imo diu fuisset factum totum q̄d est inter latera celi. ¶ Quinto. si ibi esset ignis ille statim deberet extingui: probatur consequentia: quia videmus hic inferius de igne: ꝙ quum non potest habere euentationem et dilatationem cito extinguitur: modo ignis sub concauo orbis lune immediate si ibi esset non posset habere euentationem: ⁊ per cōsequens cito extingueretur. ¶ Sexto. ignis cū orbe lune non habet symbolum in aliqua primarum qualitatum que sunt caliditas ⁊ frigiditas ⁊c. ergo ignis non est immediate sub concauo orbis lune: tanq̄ʒ in loco sibi naturali. consequentia tenet ex eo: nam per Aristo. in isto quarto locus et locatum debent esse homogenea: vt patet de terra ⁊ aqua que habent symbolum in frigiditate: ⁊ aqua ⁊ aer habent symbolum in humiditate: et sic de aere et igne: que habent symbolum in caliditate: antecedens patet: quia celum est absolutum a qualitatibus primis: et per consequens nō habet symbolum cum igne in aliqua primarum qualitatuʒ. ¶ Septimo nam sub polis celi est maxima frigiditas: propter elongationem a sole: qui est causatiuus caloris in istis inferioribus: quare non videtur ꝙ sub polis locetur ignis naturaliter: ⁊ per consequens non vndiqʒ sub cōcauo orbis lune est ignis. ergo ¶ Octauo. quilibet locus naturalis debet habere in se virtutem conseruatiuam locati: sed hoc non est de orbe lunari respectu ignis: patet: quia ex quo luna est augmentatiua aquarū: videtur ꝙ sit corruptiua ignis: quia ignis est contrarius aque. ⁊ per consequens orbis lune non est conseruatiuus ignis: igitur nō est eius locus naturalis. ¶ Nono. si questio esset vera: tunc ignis extra concauum orbis lune naturaliter deberet moueri ad ipsum: si non esset prohibitus: sed hoc est falsum: ⁊ falsitas probatur: q2 si esset aliquis ignis in centro terre non prohibitus non esset ratio quare magis moueretur ad vnam partem concaui orbis lune ꝙ̄ ad aliam: ex quo equaliter distat ab omnibus: vel ergo moueretur ad omnes: vel ad nullam. Si dicatur ꝙ partes ipsius ignis diuiderentur abinuicem ⁊ vna moueretur versus vnam partem: et alia versus aliam: hoc non valet: nam tunc eiusdem simplicis secunduʒ diuersas partes essent motus cōtrarij: quod est contra Aristo. primo celi. probatur cōsequētia: q2 sm̄ diuersas eius partes moueret̄ ad terminos oppositos: q2 sm̄ vnā ad orientē: ⁊ sm̄ aliam ad occidentem

In oppositum est Aristo. in isto quarto et in primo metheororum. ¶ In ista questione primo vidēdū est si sit ignis sub cōcauo orbis lune: sicut cōsuetū est imaginari. scd̄o vidēdū est qualis ille sit. tertio: de quesito ꝑncipali.

Quantuʒ ad primum: sciendum est ꝙ vna est opinio que negat sub concauo orbis lune immediate esse ignem: sed dicit ꝙ totum intermedium a superficie conuexa terre discooperta aquis vsqʒ ad celum est aer: et similiter totum intermedium a superficie conuexa aque vsqʒ ad celū. Et ista opinio habet pro se aliqua motiua. credit eniʒ ꝙ nullum sit elementum purum: et per consequēs ꝙ non sit alius ignis ꝙ̄ ignis flāma ⁊ ignis carbo: modo sub cōcauo orbis lune: nec est ignis flamma: nec ignis carbo: quia tunc impediremur per interpositionem ignis talis ꝙ non videremus astra. ¶ Secundo dicit ista opinio: ad nihil esset vtilis ille [illegible]: ⁊ ad nihil deseruiret: et per consequens non est po[illegible]: propter hoc ꝙ nihil ponendū est frustra in natura.

¶ Tertio. nam tũc ſequeretur q̄d in tali regione deberent habitare animalia: modo hoc non videt̄ veriſimile propter magnã actiuitatẽ ipſi⁹ ignis: ꝓbat̄ conſequentia: q: in alijs trib⁹ regionibus elementorũ habitant animalia: quia circa terrã greſſibilia ſicut homines et boues et hmõi: ⁊ in aqua natantia ſicut piſces: et in aere volatilia ſicut aues: modo ſi eſſet dare quartã regionem elemẽtarẽ. ſ. ignis: ipſa deberet eſſe ornata: ſicut alie tres regiones elementares. ¶ Sed cõtra iſtam opinionẽ: pono iſtam cõcluſionem: ꝙ uno eſt dare ſpherã ignis ſup ſpherã aeris immediatã orbi lunari: ⁊ magis ꝓpꝛie diceret̄ orbis ignis q̃ ſphera ignis: ꝓpter hoc ꝙ ſphera proprie eſt vnũ corpus ſolidũ nõ interius concauum Orbis aũt eſt vnũ corpus ſphericũ interi⁹ concauũ vel interius alio corpore repletũ. Probatur cõcluſio. primo ex generatione comete: nã dicit Ariſto. primo metheororũ ꝙ aliqñ eleuatur aliqua exhalatio magna vltra mediam regionem aeris: tunc intenditur et generatur cometa ex tali impreſſione: modo q: ꝑ mediam regionẽ aeris non eſt tãta caliditas ꝙ ſufficiat ignire exhalationẽ: modo hoc videtur eſſe ſignũ ꝙ ſupreme regioni aeris eſt cõtiguus ignis: aer enim ex ſe non eſt ita calidus. ¶ Secundo. idẽ põt ꝓbari ex combinatiõe quatuor qualitatũ primarũ: que ſunt caliditas frigiditas ⁊c. nam huiuſmodi qualitatuꝫ ſunt quatuor poſſibiles cõbinationes: ⁊ ſecũdũ hoc ſunt quatuor elemẽta: ſicut ptꝫ per Ariſto. ſcd̄o de generatione: cũ ergo ſit dare locũ naturalẽ ipſius terre in quo de facto eſt terra: et ſimiliter locum naturalem aque: in quo de facto eſt aqua: ⁊ ſimiliter locum naturalẽ ipſius aeris in quo de facto eſt aer: videtur etiã ꝙ de facto ſit dare locũ naturalem ipſius ignis: in quo de facto ſit ignis: cum ergo locus naturalis ignis ſit cõcauũ orbis lune ſicut ſtatim videbitur: ſequitur ꝙ ignis ſit de fctõ. ibidem. ¶ Tertio videmus ꝙ ignis flamma et alia leuia et ignita aſcendunt: illud videtur eſſe ſignũ: ꝙ hoc ſit propter hoc ꝙ ibi melius conſeruatur ꝓpter multitudinẽ ignis: recte: ſicut de magnete qui mouetur verſus polũ: propter hoc quod ibi eſt multitudo taliũ lapidũ ſicut dicitur. ¶ Quarto. inter nos et aſtra eſt tanta diſtantia ꝙ non poſſemus videre aſtra niſi ſupra eſſet vnum corpus rarius q̃ ſit aer: mõ non videtur aliquod eſſe tale ſub orbe lunari niſi ſit ignis. Ex his ptꝫ q̄d ſub orbe lunari eſt ignis. ¶ Poſſumus ergo reſpõdere ad motiua opinionis cõtrarie. Ad primã negat̄ ꝙ nullũ ſit elementũ purũ: et adhuc non obſtante ſicut aſſignantur loca naturalia alijs trib⁹ noĩatis nominib⁹ elemẽtorum ſcilicet terre: aque: aeri: ⁊ ita nominato nomine ignis debet aſſignari loc⁹ naturalis: et ſicut eſt dare tria impura de facto naturaliter locata: ita etiã eſt dare quartum impurum de facto naturaliter locatum: ⁊ hoc non eſt naturaliter locatum: niſi ſub concauo orbis lune. ¶ Ad ſecundam dico ꝙ non eſt inutilis imo ad aliquid deſeruit ſcilicet ad replendã diſtantiam inter conuexum aeris: ⁊ concauum orbis lune: et etiã ad pulchritudinẽ vniuerſi. nã ex hoc vniuerſum redditur pulchrius: q̃ ſi totum a terra et ab aqua eſſet aer. ¶ Ad tertiã dicit̄ ꝙ non opꝫ ibi animalia eſſe: nec in centro terre ſunt aĩalia: verũtamẽ aliqui dicunt. ꝙ regio ignis eſt ornata ſpecie vni⁹ animalis q̄d vocat̄ ſalamãdra. Alij autẽ dicũt ꝙ ſicut ſunt celi ornati ſtellis ita regio ignis eſt ornata ſpiritibus et diabolis: et alie regiones.

Quãtũ ad ſecundũ ſit prima cõcluſio quod ignis in ſphera ſua non eſt viſibilis. licet optime per eũ fiat viſio: patet hoc: q: tũc terminaret viſum: et ꝑ cõſequẽs impediret ne videremus aſtra ⁊ celũ et huius ratio eſt: q: eſt maxime rarus et diaphonus. ¶ Scd̄a concluſio. nec ignis in ſphera ſua lucet iterũ ꝓpter magnã eius raritatẽ: ptꝫ hoc: nã ſi luceret tunc eſſet viſibilis q̄d eſt cõtra ꝯcluſionẽ precedẽtẽ. ¶ Tertia cõcluſio: ꝙ ignis multo ſubtilior et rarior et leuior eſt aere: patet hoc: nã ſicut ſe videtur habere ad aereꝫ: ſic aer ſe habet ad aquã: modo aer eſt multo rarior et multo ſubtilior et leuior q̃ ſit aqua: ergo ſic eſt de igne reſpectu aeris. ergo. ¶ Ex hoc ſequitur vt poſſet diffuſius oſtẽdi ex ſcientia de ponderibus: ꝙ aer ſupra vbi eſt contiguus igni eſt nauigabilis ſicut aqua vbi eſt contigua aeri: vnde ſi nauis eſſet ſupra aerẽ interim ꝙ non repleretur aere ſed igne non ſubmergeretur in aere: ſed q̃cito eſſet repleta aere ſubmergeretur in aere: ſicut in aqua interim quod nauis eſſet repleta aere et non aqua nataret et non mergeretur: ſed qñ eſt repleta aqua tunc ſubmergitur. ¶ Secundo ſequitur ꝙ ſtelle videntur per refractionem radiorum: patet hoc propter hoc quod aer eſt denſior igne: modo dicunt perſpectiui quod quando radius procedens ab aliquo viſibili incidit ſuper aliquam ſuperficiem non perpendiculariter per media diuerſarũ rationum in raritate et denſitate: tunc frangitur: et ſi intrat medium denſius tunc frangitur ad perpẽdicularem. ſi vero medium rarius tunc frangitur a perpendiculari. quare ⁊c.

Quantum ad tertium articulum ſit iſta cõcluſio: ꝙ ignis naturaliter locatur ſub cõcauo orbis lune: ⁊ immediate: ꝓbat̄: q: ſicut grauiſſimum naturaliter locatur ſimpliciter deorſum: ita leuiſſimũ locat̄ ſimpliciter ſurſum: cum ergo inter oĩa elementa ignis ſit corpus leuiſſimũ ſeq̄tur ꝙ naturaliter debet locari immediate ſub cõcauo orbis lune propter hoc ꝙ ibi eſt ſimpliciter ſurſum in ſphera actiuorum ⁊ paſſiuorum. ¶ Ex iſta concluſiõe ſequitur ꝙ ſi eſſet aliquis ignis vltra vltimam ſpheram: deſcenderet tam diu: ſi non eſſet prohibens ꝙ veniret in concauum orbis lune: patet hoc ex eo ꝙ omne ens naturale quum eſt extra locum ſuum naturalem: mouetur ad ipſuꝫ: ſi non ſit aliquod impedimentum prohibens.

Ad rationes principales. Ad primaꝫ dico ꝙ ſi ibi eſſet ignis ꝙ non impediret: quia ibi videremus per ipſum ſtellas: ⁊ hoc propter magnam eius raritatem et puritatem. ¶ Ad ſecundam. locus eſt mobilis: ad hoc dictum eſt prius: et adhuc põt dici ꝙ locus bene eſt immobilis illo motu: quo mobile naturaliter eſt mobile ad ipſuꝫ: mõ ignis eſt mobilis ad concauuꝫ orbis lune motu recto: ⁊ tali motu eſt immobile concauum orbis lune: licet bene moueatur motu circulari. ¶ Ad tertiã quodlibet ens naturale debet quieſcere ꝯcedo ab illo motu quo eſt naturaliter mobile ad ſuũ locũ naturalem: et quia ignis nõ eſt mobilis ad ſuũ locũ naturaleꝫ motu circulari ſed motu recto: inde eſt ꝙ ignis in loco ſuo bene poteſt moueri: ⁊ de facto mouetur motu circulari cũ celo: nõ tamen mouetur motu recto. ¶ Sed dices quomodo ignis mouetur circulariter cum celo: dicunt aliqui ꝙ hoc ſit motu rapto: ita ꝙ imaginantur ꝙ celum motum circulariter rapiat ſecum ignem: ſed hoc non valet propter hoc ꝙ ſuperficies conuexa ignis ⁊ ſuperficies concaua celi ſunt leuiſſime: in tantum ꝙ vna non poteſt ſe tantum tenere ad aliam ꝙ vna earum rapiat ſecum aliam: q̃uis bene ſe raperent ſi eſſent aſpere. Dicendum eſt ergo aliter: ꝙ igni influitur a celo quedam influentia que mouet ⁊ inclinat ipſuꝫ ad hoc ꝙ mouetur circulariter vna cum celo: et iſta influentia etiã influitur aeri: ⁊ propter hoc aer qui eſt vltra altiſſimos montes etiam mouetur circulariter: ſed qui eſt inter mõtes in vallibus non: propter hoc ꝙ talis prohibetur a montib⁹ a motu circulari. ¶ Ad quartam ꝯcedo ꝙ ignis ambit alia elementa: ⁊ quando dicebatur quare non corrumpit ea: dicẽdũ eſt ꝙ hoc eſt propter hoc ꝙ impoſſibile eſt totam maſſam materie ſtare ſub tanta raritate quãta eſt raritas ignis vnde vel oporteret dimenſiones ſe penetrare vel latera celi magis recedere abinuicem: quorũ quodlibet eſt impoſſibile. ¶ Ad quintam ille ignis deberet extingui: nego: q: ignis non indiget euentatione neq̧ dilatatione niſi quũ eſt in materia mixta: ſicut in ligno vel in fimo: modo in tali materia non eſt ignis quum eſt in ſphera ſua. ergo. ¶ Ad ſextam dico: q̃uis ignis in ſphera ſua non habeat ſymbolum cum celo: tamen habet ſymbolum cum aere qui locat ipſum ex alia parte. conuenit enim ſecum in caliditate. ¶ Ad ſeptimã dico ꝙ quia ſub polis eſt maior frigiditas propter hoc orbis ignis bene eſt magis tenuis q̃ ſub equinoctiali: ſi non cõtinue ignis qui generatur continue ſub equinoctiali flueret verſus polos. vnde imaginanduꝫ eſt ꝙ ſicut aqua continue fluit ad locum decliuiorem vt centrum grauitatis totius ſit centrum mundi: ita etiaꝫ continue ignis fluit de equinoctiali verſus polos. vt centrum eius leuitatis ſit centrum mundi. Et imaginandum eſt ꝙ ſub polis continue aer corrũpit ignem: ⁊ ſub equinoctiali ignis corrumpit aerem: et cõtinue ignis de equinoctiali fluit verſus polos ad iſtum finem vt ſemper centum totius leuitatis ſit centrum mundi ſicut centrum totius grauitatis. ¶ Ad octauam dico ꝙ imo concauum orbis lune eſt conſeruatiuum ipſius ignis: et quando

dicitur

dicitur luna ex quo est augmētatiua aquarū est corruptiua [illegible] quia non est augmentatiua aquarū propter hoc ꝙ [illegible] caliditatem sed propter hoc ꝙ influat caliditatē que sufficit ad hoc ꝙ faciat aquam tumescere: propter hoc dicimus ꝙ luna est domina aquarum: non ꝙ sit frigida: sed magis calida: quo ad influentiam caliditatis sufficit tumescere et non corrumpere. ¶ Ad vltimam dico ꝙ si esset aliquis ignis in centro terre non prohibitus partes separate abinuicem mouerentur ad pūcta sibi opposita: nec propter hoc ibi motus essent contrarij: quia vterqꝫ eorum est sursum ꝛ vterqꝫ eorum est versus circunferentiam celi.

Questio. VII.



Queritur consequēter septimo vtrum omne ens sit ī loco. ꝛ arguitur primo ꝙ sic: quia quod nunqꝫ est: non est: ergo quod nusqꝫ est non est: et per ꝯñs omne quod est alicubi est: igitur oīe ens est in loco. ¶ Secūdo. omne quod est vel est corporeum vel incorporeum: si est corporeum tunc est in loco: eo ꝙ omne corpus est in loco: si incorporeum sicut deus ꝛ intelligētie: adhuc est in loco: scꝫ in celo. ¶ Tertio. deus de quo tamen minus videtur: est in loco: ꝛ per ꝯñs oīa alia ab ipso sunt in loco: añs patet: nā Cōmentator in. ij. celi. pbat ꝙ celum est eternū: quia locus dei: qui est eternus. ¶ Quarto. omne ens vel est mobile vel mouens: si est mobile: tunc est in loco: si mouens adhuc videtur esse in loco ex eo ꝙ mouens ꝛ motum debent esse simul. ¶ Quinto. si non omne ens esset in loco: hoc videret esse propter vltimā spheram: que est ens: ꝛ tū non est in loco vt videtur. probatur enim ꝙ sit in loco. quia dicit Aristo. in isto quarto animā ꝛ celū esse in loco per accidens: sed nō capit celum ibi pro alijs spheris ꝙ pro vltima ex eo ꝙ alie sphere preter vltimā sunt in loco per se. ¶ Confirmatur: quia vltima sphera mouetur: ꝛ non nisi motu locali. ergo vltima sphera est in loco: añs psupponitur: sꝫ consequentia pbatur ex eo ꝙ moueri localiter est esse in alio ꝛ alio loco ꝛc.

In oppositum est Arist. in isto quarto loquens contra antiquos dicentes omne ens esse in loco: ꝛ pbatur ratione: quodlibet locatum est equale suo loco: qui quidem locus est quātitas: modo incorporea non possunt esse in equali loco que non sunt quanta: inter quanta autem sicut est locus ꝛ non quantū: nulla est equalitas. ergo. ¶ Secundo. nam dicit Aristo. ꝙ circa illud qḋ debet esse in loco debꝫ esse aliquod corpus extra cōtinens: illud aūt circa quod nō est aliquod corpus continens non est in loco: sed circa vltimā spheram non est aliud corpus extra ꝯtinens sicut supponitur: ergo vltima sphera nō est in loco: ꝛ p ꝯñs non oē ens est in loco. ¶ Cōfirmatur per Aristo. in isto quarto dicentē ꝙ terra est in aqua: ꝛ aqua in aere: ꝛ aer in igne: ꝛ ignis in celo. celum aūt non amplius est in loco alio. ꝛ capit ibi celum pro aggregato ex omnibus spheris celestibus: ex quibus dictis videtur non omne ens esse in loco ꝛc. ¶ In ista questione primo ponam distinctiones: secundo dimissa recitatione opinionum diuersarum de esse in loco vel non esse in loco vltime sphere dicendū est quomodo diuersa diuersimode sunt in loco: ideo.

Quantum ad primum fit prima distinctio: aliquid esse in loco intelligitur dupliciter: vno modo diffinitiue: alio modo circunscriptiue. Diffinitiue aliquid dicitur esse in loco in quo operatur: vel apparēt operationes illius: licet non sit circundatum aliqua superficie ipsum tangente isto modo solemus dicere intelligentiam esse in suo orbe: nō quia aliqua superficies circūdans intelligentiā tāgat ipsā: ex eo ꝙ tactus debet esse corporꝫ: intelligentia autem nō est corpus: sed ideo: quia in tali orbe apparent operationes talis intelligentie. Circunscriptiue vero esse in loco solum debetur corpori. ¶ Scḋa distinctio. esse in loco adhuc capitur dupliciter. vno modo aliquid dicitur esse in loco circunscriptiue in potentia ꝙ sic est in loco ꝙ superficies locans ipsum non est sibi imediata: sed illi cuius est pars: nihilominus per separationem eius a toto potest fieri ꝙ circundetur aliqua superficie locante ipsum imediate tangente. ¶ Alia distinctio substantiarꝫ alie dicuntur corporee alie incorporee. ¶ Alia distinctio. substantiarꝫ corporearꝫ quedā sunt per se seorsum existentes: nō existentes partes aliarꝫ substantiarꝫ: que sunt per se vnū. Alie aūt sunt corporee inexistētes alijs: sicut sūt partes integrales substantiarꝫ per se existentiū. Exemplum de primo sicut hō lapis. exemplū secundi: sicut manus: pes.

Quātum ad secundū: sit ista prima conclusio. ꝙ totalis mūdus nō est in loco: nec est alicubi. probatur prima pars cōclusionis: quia extra totalē mundū nō est aliqḋ corpus circūdans ipsum: hoc tū oporteret si esset in loco: secunda pars cōclusionis probatur: quia ad hoc ꝙ totalis mundus esset alicubi oporteret ꝙ esset supra aliquid ꝛ infra aliquid vel in aliquo: vel circa aliquid: ꝛ sic de alijs: per que respondetur ad interrogationē factā per vbi: sed sic non est de totali mūdo: patet hoc: nō enim de ipso est verū dicere ꝙ sit in aliquo: nisi tunc diceremus ipsum esse in spatio imaginato [illegible] tale spatium separatū: nec infra aliquid: quia nihil est infra seipsum. quod tū oporteret si aliquid esset infra: nec etiam aliquid est supra ex eo ꝙ nihil est supra seipsum: nec etiā est circa aliquid ex eo ꝙ nihil est circa seipsum. ¶ Sed contra totalis mūdus est vnum corpus ergo circa alicubi. ꝯñtia tenet ex eo ꝙ de omni corpore est verum dicere ꝙ sit alicubi. ¶ Secundo. totalis mundus totū occupat. ergo videtur quod sit alicubi ꝛc. ¶ Tertio. quelibet pars mundi est in loco vel saltem est alicubi. ergo totalis mundus est alicubi. ꝯsequentia videtur esse nota: añs pꝫ inductiue. ¶ Quarto. nō implicat ꝙ talis mūdus moueatur circulariter ꝛ si sic tūc mūdus moueretur localiter: ex eo ꝙ motus circularis est motus localis: ꝛ cum motū localiter sit in loco: vel saltē alicubi: sequitur totalē mundū esse in loco: vel esse alicubi: ꝛ qua ratione tunc: eadem ratione nūc: ex quo deus posset mouere totalem mūdum circulariter: vel motu recto absqꝫ pductione alicuius loci noui: ergo ꝛc. ¶ Respondeo. ad primā: nego ꝙ omne corpus sit alicubi. bene tū hoc concedo de quolibet corpore alio a totali mundo. ¶ Ad secundā. totalis mūdus totum occupat: nego: imo totalis mūdus nihil occupat. nisi tunc diceretur totalem mundū occupare spatiū separatum: sed hoc nihil est occupare [illegible] separatum: vt probatū est per Aristo. in litera. ergo. ¶ Ad tertiā. quelibet pars est ꝛc. cōcedo de qualibet parte que dicitur vnū ens per se subsistens diuisuꝫ ab alio: ꝛ nego ꝯñam ꝙ ergo totalis mundus est in loco. ¶ [illegible] est aliquod totū cui conuenit in loco esse actu: vel esse in loco per se: ꝛ partibus eius conuenit esse in loco in potentia: ꝛ non per se: sic econuerso est aliquid cuius partibus cōuenit esse in loco in actu ꝛ per se: toti aūt conuenit esse in loco per accidens: prout aliquid dicitur cōuenire alicui per accidēs quod conuenit et ratione suarū partiū. ¶ Ad quartā admittatur ꝙ prima causa potest mouere totalē mundum circulariter imo ꝛ motu recto: licet Aristo. ꝛ eius Cōmentator hoc non admitterent: ꝛ quū dicebatur ꝙ tūc totalis mūdus moueretur motu locali [illegible] propter hoc ꝙ [illegible] mutaret locum ex quo non est in loco. ¶ Sed diceres quali ergo motu moueretur: dico ꝙ moueretur vno motu eiusdem speciei cū motu quem vocamus localem: nihilominus non est localis. ¶ Secunda conclusio. vltima sphera non est in loco: probatur: quia nō est in cōtinente aliquo circundante ipsum: patꝫ ex eo ꝙ vltra vltimā spherā nihil est. ¶ Scḋo. sicut primum mouēs est non motū: ita primū locans dꝫ esse nō locatū: sed vltima sphera est primū locās eundo versus mediū mundi: ergo vltima sphera dꝫ esse nō locata: ꝛ per ꝯñs non dꝫ esse in loco. ¶ Tertio. sicut vltimū locatū nihil locat: quia nō cōtinet aliqḋ corpus ita primū locās a nullo locatur quia nullo alio corpore cōtinetur: propter hoc ꝙ extra ipm nihil est: sꝫ vltima sphera est primū locans ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio vltima sphera lꝫ non sit in loco: est tū alicubi: pꝫ hoc: de quocūqꝫ est verū dicere ꝙ ipm est supra vel intra: vel circa aliquid: de ipso est verū dicere ꝙ est alicubi: sed sic est de vltima sphera: nam ꝛ de ipsa verū est dicere ꝙ est circa centrū mundi: vel circa alias spheras: etiā de ipa verū est dicere ꝙ sit supra alias spheras etiā de ipsa verū est dicere ꝙ est extra aliquid. ¶ Ex his oībus cōcludatur vltimā spherā esse alicubi: ꝛ sic bn̄ cōcedit vltimā spherā esse in loco: si esse in loco volumus vocare illḋ in cuius habitudine cognoscimus aliquid moueri: vnde sic terra diceretur locus vltime sphere: quia in habitudine ad ipsam

cognoscimus celū moueri. Sed iste modus loquendi est improprius: vnde sic Cōmentator dicit terrā esse locum vltime sphere. ¶ Quarta conclusio, pars integralis inexistens toti dicitur esse in loco in potentia ⁊ nō in actu: patet q: nō actu circundatur superficie diuisa ab ipsa ⁊ tangente ipsam lȝ sic possit circundari per separationem eius a toto. ¶ Quinta conclusio, pars essentialis sicut materia vel forma dicit̄ esse in loco per accidens: patet: q: per aliud scȝ ratione totius cuius dicitur esse pars. ¶ Sexta conclusio, intelligentie dicūtur esse in locis diffinitiue: patet q: in aliquibus locis apparent earū operationes: ⁊ igitur nos arguimus intelligētias esse ibi sicut anima intellectiua dicitur esse in corpore diffinitiue: ⁊ non circunscriptiue. ¶ Septima conclusio, consimili modo deus dicitur esse in omni loco diffinitiue: q: cuilibet loco est indistās: ⁊ in quolibet loco apparent sue operatiōes ⁊ per consequens sic arguimus deum esse vbiq̧.

Ad rationes principales.

Ad primam concedo quod nunc̄ est: non est: ⁊ nego ꝯñam ergo quod nusq̄ est: nō est: ⁊ ratio est: q: esse in tempore pluribus conuenit q̄ esse in loco: ⁊ per ꝯñs ab aliquib⁹ pōt remoueri esse in loco a quibus tñ non remouetur esse in tpe necesse. ¶ Ad scdam omne ens ⁊c. dico per hoc bene probatur omne ens esse alicubi circunscriptiue vel diffinitiue. ¶ Simili modo ad tertiam. ¶ Ad quartā, quum dicitur mouens ⁊ motum debent esse simul: hoc intelligatur de mouente per contactū: modo non omne mouens est mouens per contactū. ¶ Ad quintā. si non omne ens ⁊c. bene concedo vltimā spheram non esse in loco sicut dictū est in questione: sed tñ dicebatur per Aristotelem animā ⁊ celum esse in loco per accidens: dico q: ipse accipit celū pro totali mundo: q: est in loco ratione suarum partiū quibus inest per se. ¶ Ad cōfirmationē vltima sphera ⁊c. concedo: sed ille motus est motus localis: nego: vt pȝ in questione: nisi vellemus vocare motū localē vltime sphere in habitudine ad terram: prout aliqua pars vltime sphere respicit aliquam partem terre.

Questio. VIII.



Queritur octauo. Utrum vacuū esse sit possibile: ⁊ arguitur q: sic: q: q̄dlibet corp⁹ nō esse hic est possibile: ergo nullum corpus esse hic est possibile: ergo vacuum esse hic est possibile. scda ꝯñā clara est de se: sed prima ꝯñā pȝ per equipollētias: añs pbatur: q: quocunq̧ corpore demonstrato ipsum non esse hic est possibile. ¶ Scdo. aliquid moueri localiter motu recto est possibile: ergo vacuum esse est possibile. añs supponitur: ꝯñā probatur: q: quū aliquid mouetur motu recto recipitur in aliū locum q̄ in quo prius erat: vel ergo in plenū vel in vacuū: si in vacuū habetur propositum: si in plenū alio corpore: vel ergo illud manet cum ipso q̄d mouetur in eodem loco: ⁊ hoc non: quia tunc dimensiones se penetrarent; vel cedit ei: ⁊ consimili ratione vnum aliud cedit illi: ⁊ sic vno corpore moto motu recto: opȝ vt videtur oīa que sunt sub concauo orbis lune moueri: quod est inconueniens. ¶ Tertio. nutritionē esse est possibile: ergo ⁊ vacuū esse. antecedens supponitur: ꝯñā pbatur: q: si debet fieri nutritio opȝ q: nutrimentū recipiatur in partes corporis nutriendas: vel ergo vacuas: vel plenas: si vacuas habetur propositum: si plenas tunc dimensiones se penetrabunt quod est incōueniens. ¶ Quarto. aerē possibile est condensari. ergo añs supponitur: ꝯñā probatur: q: per condensationē aeris partes fiūt sibi ꝓpinquiores: q̄ erāt ante: vel ergo hoc fit intrando partes intermedias absq̧ hoc q: sint ibi vacuitates vel fit hoc vacuitatibus ibi existētibus: si primū sequitur penetratio dimensionum: si secundum habetur ꝓpositum nec etiam potest dici q: hoc fit ibi quibusdam vacuitatibus repletis subtiliori corpore q̄ sit aer. quod quidem corpus cedit: q: licet hoc valet: non valeret ducendo argumentum de igne puro: ⁊ sic staret ratio. ¶ Quinto. nam dicitur q: vnum vas plenum cineribus recentibus: tantū recipit de aqua: sicut faceret si non essent in eo cineres: modo hoc non videtur posse stare: nisi vel fiat penetratio corporum: vel ibi sint vacuitates in quibus recipitur aqua. ¶ Sexto. nam sint hic duo lapides plani: ⁊ ita plani q: cum vnus supponatur alteri: nullus posset ibi manere aer intermedius: tunc directe in medio grauitatis lapidis superioris infigatur vna chorda cui applicetur vna potētia trahēs lapidē superiorē a lapide inferiori: tunc ex quo ille lapis superior ꝑm omnes partes equaliter recedit a partibus lapidis inferioris: tūc postq̄ non eque cito aer qui erat ad latera pōt mouere per totū spatiū q̄tum intercipitur inter istos duos lapides: sequitur per tēpus ibi manere vacuum. ¶ Septimo. pinta est vacua vino. ergo est vacua. añs est possibile: ⁊ tenet cōsequētia per locū a parte in modo ad suum totum. ¶ Octauo. vacuū est locus non repletus corpore: ergo vacuum est: añs est Aristo. ꝯsequentia tenet a tertio adiacente ad ꝑm adiacens. ¶ Nono. de vacuo est sciētia ergo ꝯsequentia tenet ex eo q: de nō ente non est sciētia. primo posteriorum. añs pȝ per Aristotelem in isto quarto. ¶ Decimo. plenum est: ergo vacuū est cōsequentia tenet ex eo q: si vnum oppositoꝝ est in natura ⁊ reliquum dicitur esse in natura.

In oppositum est Aristo. in isto quarto tractatu scdo.

In ista questione sunt aliqua premittenda. secundo ponende sunt conclusiones.

Quantum ad primum sciendum q: hoc nomen

vacuū est terminus priuatiuus: ⁊ valet in significando tantum quantum hec oratio: locus non repletus corpore. et igitur quando dr̄ vacuū est locus nō repletus corpore: ly est ponitur pro significat: ⁊ ideo nō seq̄tur: vacuū est locus non repletus corpore. ergo vacuū est. ⁊ per hoc soluit̄ octaua rō. ¶ Scdo sciendū q: sicut dupliciter imaginandū est de loco: ita duplr̄ imaginandū est de vacuo. vnde quidā imaginantur locū esse equalem locato ꝑm oēs dimensiones: quidam aūt sicut Aristo. ⁊ sui sequaces imaginātur locū nō esse tale spatiū. Sed corpus extrinsecū corpori locato equale ei scdm duas dimēsiones. s. latitudinē ⁊ lōgitudinē. Et ꝑm hoc etiā dupliciter imaginandū est de vacuo: vno modo q: sit spatiū separatū cui nō est coniunctū aliud corpus. scdo modo q: vacuum sit vnū corpus inter cuius latera nō tamen ꝓxima ad inuicem sit nihil. ꝑm primū modū dicendi de vacuo: si deus oīa corpora localia infra concauum orbis lune annihilaret: esset concedendū infra concauū orbis lune esse vacuū: non tñ esset concedendū celū vel cōcauum orbis lune esse vacuū sed ꝑm scdm modum dicendi de vacuo in casu predicto esset concedendum q: celum esset vacuum: ⁊ non esset concedendum q: inter latera celi esset vacuum propter hoc q: inter latera celi nihil esset. ⁊ igitur ⁊c.

Quantum ad secundum sit prima conclusio:

q: impossibile ē esse vacuum: loquēdo de vacuo ꝑmo mō. Probatur. q: vacuū primo modo esset dimēsio separata: mō talis nō est ponēda ex eo q: accidēs nō est ponēda separatā existere sine subiecto. ¶ Scdo. si est ponēdum tale spatium separatū: tunc cū ipsum sit corpus q: longū latū ⁊ profundū sequitur q: cū ipsum reciperet locatū: q: corpora se penetrarent: q̄d est impossibile. ¶ Tertio. nā si tale vacuū esset possibile: sequeret̄ q: si esset vacuū: nō esset vacuū: q̄d implicat. ꝓbatur ꝯñā: q: oībus localibus annihilatis que sunt infra cōcauū celi: adhuc maneret ibi tale spatiū separatū ꝑm ponētes locū esse tale spatiū: ⁊ ꝑm eosdē tunc ibi esset vacuū. sed probo q: nō: q: esset ibi aliquid. s. tale spatiū separatū. ¶ Scda ꝯclusio. per nullā potētiā naturalē possibile est esse vacuum loquendo de vacuo scdo modo: probatur quibusdā experiētiis: primo si oīa foramina alicuius follis obstruerētur: nulla potētia posset eleuare vnū asserem ab alio nisi fieret alicubi ruptura per quam subintraret aer: quo facto faciliter vn⁹ istoꝝ asserum leuaretur ab alio: nā tunc esset aliquid: quod posset recipi inter latera ipsius follis: hoc videt̄ esse signum naturā abhorrere vacuū. Scdo pōt probari hoc idē de Clepsydra. ¶ Tertia conclusio. tamen per potētiam supnaturalē possibile est esse vacuū scdo modo, pȝ hoc: q: deus pōt annihilare totū q̄d est infra latera celi: quo facto celū eēt vacuum: ⁊ in isto casu tūc vacuū esset vna bona res circulariter mobilis. Sed cōtra dubitatur: nam predicto casu posito: vel latera celi distarent vel nō distarent. Si nō distarent tunc essent coniuncta sicut duo folia libri: vel vni⁹ burse vacue: sed si sic esset: tunc nō esset concedendum q: celum esset vacuum: ex eo q: latera celi in casu ꝑdicto essent imediata. Si autē dicatur q: latera celi in predicto casu adhuc distarent:

rent: adhuc inter ea esset aliqua dimensio: per quã distarent ⁊ sic adhuc nõ esset vacuum. Respondetur ꝙ latera celi non distarent saltem distantia recta: licet bene distantia curua: ⁊ quãdo dicebatur: ergo tunc latera celi essent coniuncta: nego: imo adhuc celum maneret sphericũ sicut modo: nec latera eius fierent immediata: non obstante ꝙ non maneret distantia. ¶ Quarta conclusio. predicto casu posito vnus polus mundi non esset proximus alteri: ⁊ tamen nõ distaret ab eo distantia recta. patet hoc ex eo ꝙ distantia nõ est nisi per dimensionem intermediam: modo qꝛ p̃dicto casu posito inter polos mundi non esset dimensio recta intermedia ꝑpter quod sequitur ipsos nõ distare distãtia recta. ergo. ¶ Quinta conclusio. bene tamen distarẽt distantia curua: pꝫ hoc: qꝛ inter eos mediaret dimensio curua: scꝫ medietas circunferentie maxime circuli imaginati in celo: ergo ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primam nego antecedẽs: qꝛ valet istam hec est possibilis quodlibet corpus non est hic: modo est hec falsa: ⁊ quum arguebatur: hoc corpus non esse hic est possibilis ⁊ non est aliquod ⁊c. negatꝰ ꝯña: nam si valeret hoc esset virtute inductionis: nam tunc ista deberet esse vniuersalis quodlibet corpus nõ esse hic est possibile. modo hoc est falsum ex eo ꝙ est vna de sensu cõposito ⁊ indefinita. ¶ Ad secundã negatur ꝯña: ⁊ quum similiter arguebatꝰ: sequitur ꝙ vno corpore ⁊c. conceditur nisi ibi fieret condensatio: modo qꝛ in tali motu fit aliquorꝫ corporꝫ condensatio: nõ oportet ꝙ vno corpore moto: omnia moueantur vsqꝫ ad celum. ¶ Ad tertiam negatur consequentia: qꝛ quum nutrimentum recipitur in partes corporis nutriendi recipitur in quosdam poros repletos corpore subtiliori quã sit nutrimentum: et nutrimento adueniente illa corpora cedunt ⁊ condensantur: sic saluatur nutritio absqꝫ hoc ꝙ fiat vacuum vel penetratio corporum. ¶ Ad quartã videbitur postea. ¶ Ad quintã de cineribus dicendum quia cineres sunt terrestres alique partes aque corrumpũtur: ⁊ etiam inter illos cineres est multum inclusum de aere qui recedit aq̃ adueniente: ꝑpter hoc apparet ꝙ illud vas recipiat tantum de aqua sicut sine cineribus: licet hoc non sit verum. ¶ Ad sextam. de duobus corporibꝰ dico ꝙ si illa essent simpliciter plana ⁊ essent coniuncta absqꝫ hoc ꝙ inter ea mediaret aer: nulla potentia naturalis posset vnum leuare ab alio equaliter ſm omnes eius partes: sed nihilominus inequaliter posset: ⁊ tunc aer posset successiue ingredi. ¶ Ad aliam: de pinta: negatur ꝯñtia ⁊ ratio est: nam hic terminus vacuũ includit negationem: modo non valet arguere a parte in modo includente negationem ad suum totum. ¶ Octaua soluta est. ¶ Ad nonam. de vacuo est scientia. respondetur ꝙ non: sed bene est scientia de loco ⁊ corpore ſm propositiones negatiuas. vnde sciendo istam: nullum vacuum est: scitur ista nullus locus est sine corpore: vna enim valet aliam: ⁊ sic scientia que creditur esse de vacuo est de loco ⁊ corpore. ¶ Ad decimam bene conceditur vbi nullum eorũ abhorreret natura: mõ sic ẽ in ꝓposito: ꝙ natura abhorret vacuũ: ideo nõ vꝫ ⁊c.

Questio.IX.



Consequenter queritur. vtrum graue simplex habeat resistentiam intrinsecã quantum ad motum eius deorsum: ⁊ consimiliter modo leue ad motũ eius sursum: ⁊ arguitur primo ꝙ sic. qꝛ si non sequitur ꝙ graue simplex compositum extra locũ suum naturalem amota resistẽtia extrinseca moueretur subito: modo hoc est falsum: cõsequentia tenet ex eo ꝙ tunc nullã haberet resistentiam: postꝙ̃ nõ haberet resistentiã intrinsecã: ⁊ quelibet resistẽtia extrinseca est amota per casum: falsitas ꝯñtis probatur: primo: nam si moueretur subito moueretur velocitate infinita: sꝫ hoc nõ: postꝙ̃ est determinate virtutis et finite terminabitur ad aliquã velocitatẽ maximã qua potest mouere: vl' maximam qua nõ vel minimã qua sic: vel minimã qua non. ¶ Secũdo. a causa finita non potest procedere effectus infinitus: sed quodlibet graue simplex est causa finita: velocitas autem infinita est effectus infinitus: ergo graue simplex non posset mouere se velocitate infinita adhuc quacunqꝫ resistentia extrinseca amota: ꝑpter quod videtur ꝙ habeat in se resistentiã intrinsecã. ¶ Tertio sic. sequeretur ꝙ posset esse aliquis motus velocior motu celi: ꝯñs est falsum: ꝯña tenet ex eo ꝙ ꝑ diminutionẽ resistentie extrinsece motus grauis simplex posset intẽdi vltra gradũ velocitatis motus celi: postꝙ̃ resistentia extrinseca est in infinitũ diuisibilis. ¶ Quarto. cũ motus localis propter eius velocitatẽ causet calorem et velocior intensiorẽ: sequitur ꝙ per intensionem velocitatis motus grauis simplicis propter decrescentiam resistentie extrinsece potest causari calor infinitus: quod non videtur esse possibile: nisi tunc graue simplex esset potentie infinite. ¶ Quinto. cum celum sit corpus magis simplex ꝙ̃ elementa: ⁊ cum motus celi fiat absqꝫ resistentia extrinseca: seq̃tur ꝙ motus celi esset velocitatis infinite: sicut esset motus grauiũ ⁊ leuiũ simplicium subducta resistentia extrinseca: sed cõsequens est falsum: nã motus celi est finite velocitatis: ꝯña tenet ex eo ꝙ non videtur ratio diuersitatis hic ⁊ ibi. ¶ Sexto. graue simplex habet resistentiam intrinsecam quantum ad motum alterationis: sicut patet de terra pura: ergo etiam vt videtur quantũ ad motum localem.

In oppositum videtur esse Arist. dicit enĩ Aristo. ꝙ graue simplex positum in vacuo si esset moueretur in ipso subito: hoc non esset si haberet resistentiam intrinsecam: cum enim potentia motiua grauis sit finita quantũcunqꝫ haberet in se resistentiã quacunqꝫ resistẽtia extrinseca circunscripta: illa potentia motiua manẽte moueret illud graue successiue. ¶ In ista questione primo ponẽdi sunt diuersi modi imaginandi de resistentia in motu grauiũ ⁊ leuium. secundo improbabitur vnus modus imaginandi de resistentia intrinseca simplicium. deinde in sequenti questione improbabo quosdam modos de resistẽtia intrinseca simpliciũ quantũ ad motũ localẽ eorũ: ⁊ respondebitur tunc ad q̃situ.

Quãtum ad primum sciendum est ꝙ resistẽtia dicitur inclinatio ad non moueri vel ad motum oppositum vel ad quietem: verbi gratia si esset aliquod corpus: qð haberet quatuor gradus grauitatis: ⁊ duos gradus leuitatis: tunc quũ ipsum descenderet illi duo gradus leuitatis resisterent illis quatuor gradibus grauitatis: propter hoc ꝙ inclinarent ad motum oppositũ scꝫ sursum. ¶ Secũdo sciendum ꝙ differentia est inter graue simplex ⁊ graue simpliciter. nam posito ꝙ aliqua terra sit passa ab igne ita ꝙ aliq̃ gradus leuitatis sint inducti ab ipso igne in terram: tũc illa terra adhuc substantialiter est simplex ⁊ grauis: ⁊ dicitur graue simplex: sed nõ dicitur graue simpliciter ꝑpter hoc quod habet aliquos gradus leuitatis cum gradibus grauitatis: modo questio debet intelligi de graui simplici quod est simplex simpliciter. ¶ Tertio nota resistẽtia in motu grauium ⁊ leuiũ potest imaginari extrinseca aut intrinseca. Extrinseca potest imaginari multipliciter: ꝑmo sicut in equilibra: vnde posito ꝙ a. terra pura moueretur ad vnum brachium equilibre ⁊ b. pura terra ad aliud: tunc nullum eorum descẽderet propter hoc ꝙ vnum alteri resisteret: et hoc extrinsece. ¶ Secundo potest imaginari de resistentia extrinseca sicut si vni graui alligaretur vnũ leue: tunc in descensu illius grauis illud leue resisteret illi graui extrĩsece. ¶ Tertio illud alligatum quandoqꝫ resistit ratione sue figure: vt si alicui alligaretꝰ vnum folium papiri extensum tunc illud graue tardius descenderet: ꝙ̃ si illud nõ esset sic alligatum. ¶ Quarto aliquid trahens ad oppositũ resistit extrinsece vbi gr̃a sicut si teneretꝰ magnes sursũ: ⁊ sub eo eẽt positũ vnũ ferrũ ita magnũ ꝙ ille magnes nõ sufficeret illð ferrũ detineret tũc illð ferrũ descẽderet tardius ꝙ̃ si supra non esset magnes positus propter hoc ꝙ ille magnes aliqualiter trahit ferrũ: ⁊ per talem tractionẽ impeditur velocitas ferri descendentis: ergo ille magnes in tali casu põt dici resistentia extrinseca. ¶ Quinto. resistẽtia extrinseca potest dici medium: per quod fit motus: hoc enim propter eius grossitiem resistit mobili: ⁊ ꝑpter hoc idem mobile tardius mouetur per aquam ꝙ̃ per aerem ¶ Sexto mouens potest tenere locum resistentie extrinsece sicut si mouens non velit velociter mouere: nec ita velociter sicut posset. ¶ Septimo. incompossibilitas terminorum: scilicet termini a quo et termini ad quem potest dici resistentia extrinseca. quare ⁊c.

Quantum ad secundũ: de resistentia intrinseca quidã dixerunt ꝙ quodlibet agens naturale est poten-

tie finite: id est ꝙ ipm est limitatū ad aliquē certū gradū velocitatis quē non transiret quantūcunqꝫ resistentia extrinseca amoueretur: ita ꝙ illi talē limitationē ponunt pro resistētia intrinseca; vnde tales dicerent ꝙ si terra puta poneret in vacuo descenderet finita velocitate: puta illo gradu velocitatis: ad quē ipsa esset limitata: vlterius illi dicerēt ꝙ grauiora essent limitata ad intēsiorē gradum velocitatis ꝗ minus grauia. vlterius dicerēt ꝙ graue simplex positum in vacuo si esset nō moueretur in ipso subito: sed successiue ꝑpter limitationē ⁊ finitatem potētie mouētis ipsuꝫ. Sed ista imaginatio est contra Arist. ꝑpter quod pono vnā conclusionē sibi contrariam: que est: limitatio ⁊ finitas potentie agentis nō est causa successiōis motus grauis simplicis: nec sufficit loco resistentie. probatur: qꝛ si quodlibet agēs naturale ageret successiue: propter hoc ꝙ esset finite potentie: sequeretur ꝙ corpus luminosum ageret lumen suū successiue in mediū: modo hoc est falsum: quia illuminatio medij fit subito sicut alibi habꝫ videri. ꝯñā tenet ex eo ꝙ ipsum est finite potētie. ¶ Secundo probatur: per idē visibile deberet agere speciē suam in visum successiue: ⁊ sic visibile ꝑpinquius citius deberet agere speciē suam in visu ꝗ visibile magis remotum a visu: ⁊ sic etiā deberet citius videri: modo hoc est falsum: qꝛ si sortes distat a me per quatuor pedes ⁊ plato ꝑ octo ego aperiēs oculos ita cito video platonē sicut sortē quod non esset visibile ageret speciem suā in visum successiue. ¶ Tertio. si predicta imaginatio esset vera: tunc maior virtus esset minus limitata ⁊ minor virtus esset magis limitata: modo hoc est falsum. nā tunc stelle non ita cito agerent lumen suū per totū mediū sicut luna: quod tñ est falsum: postqꝫ ꝑdictorū quodlibet aget lumen suū per totū mediū subito: ꝯñā tenet ex eo: ꝙ cū luna sit maioris virtutis: esset minus limitata: ⁊ sic citius produceret suū effectū: ⁊ cū stelle sint minoris virtutis essent magis limitate ⁊ tardius agerent suū effectū. ¶ Quarto sequitur vniuersaliter nullā mutationē subitaꝫ naturaliter esse possibilem: cuius oppositū postea videbitur ꝯñā tenet ex eo: ꝙ quodlibet ens naturale esset limitatū ad certū gradū velocitatis ad producēdū suū effectū. ¶ Quinto sequeretur ꝙ deducto omni īpedimēto extrinseco graue simplex non posset moueri ad suū locū naturalē quousqꝫ eius mediū esset mediū mūdi. ꝯsequens est falsum: probatur ꝯñā nam sit a graue simpl. ⁊ vniforme: cuius totalis grauitas sit sex: ⁊ limitatio eius sit sicut tria: ⁊ descendit tamdiu ꝙ tertia eius pars sit sub alia parte centri: ⁊ sit illa c. ⁊ residuum sit adhuc ab alia parte centri ⁊ sit d. ita ꝙ centrū sit mediū inter c. d. tunc clarum est ꝙ adhuc mediū ipsius a. non est mediū mundi. Sed probo ꝙ nō vlterius descēdit: nam c. qḋ est ab alia parte centri resistit ipsi d. vna cum totali limitatione ipsius: ⁊ cū totalis limitatio sit sicut tria: ⁊ ipsum c. sit sicut duo: ⁊ cum ista simul sint quinqꝫ ⁊ potētia motiua ipsius sit solū sicut quatuor: sequitur ꝙ plus est ibi de resistentia ꝗ de potentia motiua: ⁊ per ꝯñs a. quiescit ⁊ non vlterius mouet̄ ꝗuis tamen adhuc centrum grauitatis non sit centrum mūdi: ergo ⁊c. et per consequens conclusio vera.

Ad rationes. Ad primam concedo ꝙ moueretur velocitate infinita quacunqꝫ resistentia seducta. ⁊ qñ dicebatur est potentie finite: concedo. ⁊ quū dicebatur: ergo terminatur certa velocitate: verum est cum resistentia: sine resistentia non oportet. ¶ Ad secundā a causa finita ⁊c. verū est quū agit cū resistentia: quando autem sine resistentia: nō oportet. ¶ Ad tertiā dico ꝙ naturaliter non potest esse aliquis motus velocior motu celi: propter hoc ꝙ natura mediorū non patitur tantā raritatē ⁊ subtilitatē ꝙ motus grauiū ⁊ leuiū per ipsa sit velocior motu celi: nihilominus bene fieret si media per que fit motus possent ꝗtūcunqꝫ subtiliari. ¶ Ad quartam dico ꝙ si mobile moueretur in vacuo nullū causaret calorē: nam ex motu non causatur calor nisi per confricationem mobilis ad mediū: modo in vacuo nulla fieret talis confricatio. ¶ Ad quintam dico: ꝙ in motu celi voluntas intelligentie tenet locū resistētie. ¶ Ad sextam nego ꝯsequentiam: vnde Commentator super secundo huius dicit simplex nō hꝫ in se principiū actiuū sue alterationis: sꝫ bene actiuū motus localis: ⁊ igit̄ nō mirū si hꝫ resistentiam intrinsecā in motu alteratiōis: et nō intrinsecā in motu locali.

Vtrum sit omni motu grauiū ⁊ leuiū requiratur mediū resistens. Et arguitur ꝙ nō: illud qḋ impedit motum nō requiritur ad ipsum: sed ita est de medio resistente. ꝯ maior est nota: ⁊ minor patet quia mediū resistens retardat motū: imo posset tantū resistere ꝙ oīno tolleret motum. ¶ Scḋo. ꝗto mediū minus resistit tanto motus fit velocior: ⁊ melius fit motus in ipso: ergo si nihil resisteret videtur ꝙ optime fieret motus in ipso: ꝯ videtur ꝙ ad motū fiendū non requiratur resistentia medij. ¶ Tertio. nullū violētum requiritur ad hoc vt motus sit simpliciter naturalis: sꝫ si reqreretur mediū resistens ad motū naturalē grauiū ⁊ leuiū illi motus naturales nō possent fieri sine violenta diuisione medij: si ergo nullū violentū requiritur ad motum simpliciter naturalē: sequitur ꝙ diuisio medij non reqritur ad motum grauium ⁊ leuium: ⁊ per ꝯñs nec medium resistens. ¶ Quarto. nullū mediū requiritur ad motū grauiū ⁊ leuiū ergo ꝯñā nota: añs patet: qꝛ nec hoc mediū reqritur ad motum naturalem grauium ⁊ leuium: nec illud: quocunqꝫ dato aliud sufficeret. ¶ Quinto si questio esset vera: tunc mediū resisteret in descensu grauium: ⁊ in ascensu leuiū: sed hoc est falsum: ꝯñā tenet: sed falsitas añtis probatur: quia si mediū resisteret sequeretur ꝙ pensis duobus grauibus equalibus in equilibra ꝙ vni istoꝝ posset fieri additio alicuius grauis absqꝫ hoc ꝙ aliquid adderetur alteri: ⁊ tñ nō faceret motū: probatur ꝯñā: sint duo pondera a. b. pensa in equilibra ⁊ qḋlibet illoꝝ habeat precise duos gradus grauitatis: tūc si mediū inferius resistit: resistat ergo sicut vnū: tunc apponatur ad a. vnū graue qḋ habeat vnū gradum grauitatis: probo ꝙ nō descendat: nam ꝗuis totalis grauitas in brachio: in quo est a. sit sicut tertia propter hoc ꝙ mediū quod est subtus resistit sicut vnū: ⁊ b. ex alia parte resistit sicut duo: modo duo ⁊ vnū sunt tria: imo qḋ plus est resistentia est sicut quatuor propter hoc ꝙ in descensu ipsius a. nō oportet solum diuidere mediū sub a. sed etiā supra b. in ascensu ipsius b. quare ⁊c.

In oppositum videtur eē Arist. vnde dicit si nō esset mediū resistens: graue simplex descēderet subito: modo contra naturā motus est ipm fieri subito: ergo si non esset mediū resistens tolleretur natura motus grauium ⁊ leuium simpliciū. Et nota ꝙ questio intelligitur de grauibus nullum habentibus gradū leuitatis: ⁊ similiter de leuibus nullum habentibus gradū grauitatis. Et quia in alia questione improbata erat vna opinio scꝫ de limitatione potētie agentis grauiū ⁊ leuium simpliciū que volebat saluare motum grauiū ⁊ leuium simpliciū absqꝫ resistentia extrinseca: ⁊ per ꝯñs absqꝫ resistentia medij. ¶ Nunc improbande sunt alie imaginationes quibus prima facie videtur posse saluari motum grauiū ⁊ leuium simplicium absqꝫ resistentia medij: quibus improbatis respondendum est ad questionem hesternam et hodiernam.

Quantum ad primum est vna imaginatio ꝙ si nulla esset resistentia medij: sed per imaginationē esset vacuū adhuc graue simplex descenderet successiue: ⁊ velocitate finita: ꝑpter hoc ꝙ īpossibile est ⁊ ipm simul esse in termino a quo ⁊ termino ad quē ⁊ quia hoc est impossibile necesse est ipsum moueri successiue de termino a quo ad terminū ad quem: ita ꝙ incōpossibilitas essendi simul in diuersis locis est causa finite velocitatis motus grauiū ⁊ leuium simplicium circunscripta resistentia medij: ⁊ isti de ista opinione dicunt illam esse causam velocitatis finite motus celi que fit absqꝫ aliqua resistentia predicta. ¶ Contra istam opinionem arguitur: nam ſm hoc nulla posset assignari ratio quare magis graue simplex circunscripta resistentia medij moueretur tali gradu velocitatis ꝗ alio: vnde quocunqꝫ gradu velocitatis dato quo graue simplex moueretur amota resistentia medij: propter hoc ꝙ non esset simul in diuersis locis: est dare in duplo intensiorem: quo adhuc posset moueri absqꝫ hoc ꝙ esset simul in diuersis locis. ¶ Secundo sequit̄ ꝙ graue simplex moueretur in infinitū velociter circūscripta resistētia medij: ⁊ sic adhuc sequeretur illud: quod predicta imaginatio pretēdit fugere. ꝯñā ꝑbatur: qꝛ cū duplo gradu velocitatis ad gradū datū tolleret̄ mobile simul esse ī diuersis locis: ⁊ cū quadruplo ⁊ cū octuplo: ⁊ sic in infinitum: sed quocunqꝫ

quocunqꝫ gradu velocitatis dato ad quem non sequitur mobile simul esse in diuersis locis moueri potest circunscripta resistentia medij: ergo graue simplex in infinitum velociter mouetur circunscripta resistentia medij. ¶ Tertio consimili ratione distantia formalis terminorum in alteratione deberet esse sufficiens causa successionis in motu alterationis: quacunqꝫ resistentia alia prescripta modo hoc est falsum: consequentia tenet in simili. Et ita deberet facere successionem in illuminatione medij: modo hoc est falsum: nam per Aristo. in secundo de anima illuminatio medij fit subito et non successiue sicut sensatio. ¶ Secunda imaginatio posset esse talis ꝙ sicut magnes superius detentus aliqualiter retardat motum ferri magni quod non sufficit retinere ꝓpter eius magnitudinem: ita in descensu grauis celum aliqualiter trahit ad seipsum graue ꝛ propter hoc descenderet successiue adhuc omni resistentia medij circũscripta: sed hoc stare non potest: nam ſm hoc non posset saluari successio in motu ignis sursum: quanto celum plus traheret ipsum tanto velocius moueretur ad ipsum: ꝛ cum hoc ex inclinatione naturali appetit moueri ad ipsum. ꝛ similiter non assignatur ibi aliqua causa faciens successionem in motu ignis sursum resistẽtia medij circunscripta. ¶ Secundo. nam tunc graue posset fieri ita paruum quod totaliter detineretur a celo ꝛ non descenderet totali resistentia medij prescripta: quod videtur falsum. ¶ Tertio. sequeretur ꝙ celum violentaret ipsuꝫ graue: patet hoc. quia traheret ipsum contra naturalem suã inclinationem. ¶ Tertia imaginatio potest esse ꝙ partes graues impediunt se inuicem: ita quod quelibet inclinatur descendere per lineam breuissimam: ꝛ cum solum per talem descendat pars media impedit partes laterales: ꝛ per tale impedimentum partiũ adinuicem simplicia mouentur successiue resistentia medij circunscripta: sed hoc stare non potest. Primo quia dicit ꝙ quelibet pars ipsius grauis tendit descendere per lineam breuissimã: hoc nõ valet ex eo: ꝙ nõ quelibet hoc appetit vt centrũ eius sit centruꝫ mundi: quia hoc est impossibile. ¶ Secundo. nam totum ascendit vt mediuꝫ eius fiat medium mũdi: ꝛ ad hoc omnes partes tendunt vt mediũ totius fiat mediũ mundi propter hoc vna nõ impedit aliam. ¶ Tertio: vna nõ mouetur cõtra aliam: ergo non impedit aliã: assumptum patet de aqua cuius partes superiores non cõprimunt nec deprimunt inferiores. ¶ Quarto. sequeretur ꝙ corpus maius tardius descẽderet ꝙ̃ corpus minus: sed hoc est falsum ceteris paribus: probatur consequẽtia ex eo ꝙ in corpore magno plures partes sunt sibi inuiceꝫ resistentes ꝙ̃ in corpore paruo. ¶ Quinto. sequitur ꝙ decem lapides coniuncti tardius descenderent ꝙ̃ vnus eorum: sed hoc est falsum: ꝛ cõtra experientiã: ꝛ consequẽtia patet: quia mutuo se impedirent. ¶ Quarta imaginatio ꝙ figura esset causa successionis ꝛ velocitatis ꝛ tarditatis maioris vel minoris: hoc bene verum est in medio resistente: sed tamen circunscripta resistentia medij figura nihil ad tale factum deseruiret: vt patet. ergo ꝛc.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. grauia ꝛ leuia simplicia non habent resistentiam intrinsecã quo ad eorum motum: patet: nam si sic: hoc esset aliquo istorum modorum predictorũ: sed hoc non: ergo. ¶ Secũda conclusio. ad motum grauium ꝛ leuium requiritur resistentia extrinseca sicut est resistẽtia medij vel huiusmodi: probatur ex eo quod omnis motus sequitur proportionem potentie mouentis ad resistentiam: ꝛ per consequens ad omnem motum requiritur resistẽtia. Cum ergo grauia ꝛ leuia nõ habeant resistentiam intrinsecam sequitur quod ad eorum motum requiritur resistentia extrinseca. ergo ꝛc.

Ad rationes. Ad primã dico quod resistentia extrinseca ꝛ quecunqꝫ alia non impedit motum: sed bene facit motum non esse ita velocem sicut resistentia minor: vnde ad hoc ꝙ fiat motus resistentia non debet esse minima: nam tunc esset quies et non fieret motus. ꝛ debet esse aliquanta: quia si esset minima ita tolleretur motus propter nimiaꝫ velocitatem: vnde omnis motus debet esse finite velocitatis. ex hoc patet ad secundam. ¶ Ad tertiam dico quod ad motum naturalem non requiritur aliquid violentum mobile. ſꝫ bene aliqua violentia. puta medij diuisio. ¶ Ad quartaꝫ dico ꝙ ꝙ̃uis nullum medium requiratur tamen requirit medium: vnde ly requiritur confundit terminum communem sequentem se: puta ly medium confuse tantum. ¶ Ad quintam conceditur illud quod probat ipsa.

Questio. XI.

ueritur nunc vtrum si vacuum esset / graue moueretur in ipso. et arguitur ꝙ sic: quia si vacuum esset: ꝛ in ipso esset positum graue mixtum: illud descenderet successiue propter resistentiam intrinsecam quã haberet. ¶ Secũdo omne corpus quod est extra locum suum naturalẽ mouetur vel incipit moueri ad illuꝫ: ergo si esset aliquod graue extra locum suum naturalem positum in vacuo moueretur ad illum: ꝛ per consequens graue moueretur in vacuo si esset scilicet ad locum sibi naturalem si non esset impedimentum. ¶ Tertio. omne appetens aliquem finem consequitur illuꝫ cum non fuerit impedimentum: sed graue quum est extra locum naturalem appetit esse in illo tanꝙ̃ in fine: igitur mouetur ad ipsum si non esset impedimentum: propter hoc ꝙ non potest sequi illum finem nisi per motũ. ¶ Quarto. graue velocius mouetur per aerem: ꝙ̃ per aquam: propter hoc ꝙ aer est subtilior ꝛ minus resistit ꝙ̃ aqua: ꝛ cũ in vacuo nulla penitus esset resistentia videtur ꝙ graue optime deberet moueri in vacuo. ¶ Quinto. si vacuo existente graue non moueretur in ipso sequitur quod hoc solum esset propter defectum resistentie: sed hoc non: quia aliquod corpus luminosum bene illuminat aliquod spatium successiue: patet de corpore luminoso moto localiter: ꝛ tamen nihil sibi resistit: ergo videtur etiam ꝙ graue simplex vel leue posset moueri in vacuo absqꝫ hoc ꝙ aliquod sibi resistat: similiter celum mouetur successiue ꝛ tamen mouenti celum: scꝫ intelligẽtie nihil resistit: quare ꝛc.

In oppositum videtur esse Aristo. qui vult ꝙ si vacuũ esset graue simplex: nõ moueretur propter hoc ꝙ non esset ratio quare plus moueretur ad vnam differẽtiam ꝙ̃ ad aliam. etiam si vacuum esset graue positum in ipso moueretur in instanti. modo hoc implicat contradictionem ꝙ motus fiat in instanti. ¶ Ad istam questionem primo respondendum est sicut verba sonant. secundo aliter formãdo questionem respondendum est ad intentionẽ querentium ipsaꝫ.

Quantum ad primum sit ista prima conclusio. hec est falsa: si vacuũ esset graue moueretur in ipso: probatur: quia est vna conditionalis cuius antecedens põt esse verum consequente existente falso: ꝛ per consequens est falsa: ans patet: si per potentiam dei totũ ꝙ est inter latera celi annihilaretur: ꝛ ꝙ nullũ esset graue: tunc hec est vera vacuũ est: ꝛ tamen hec est falsa graue mouetur in ipso. ¶ Secunda conclusio. similiter hec est falsa. Si vacuũ esset graue nõ moueretur in ipso: patet: nã etiã hec est vna conditionalis: cuius antecedens potest esse verum consequente existẽte falso: nec tales conditionales contradicunt.

Quantum ad secundum questio posset formari vtrum si vacuum esset graue posset moueri in ipso. Et tunc adhuc distinguẽdum est de vacuo secundum ꝙ dictum est superius questione octaua articulo primo. ¶ Tũc sit prima conclusio. accipiendo vacuũ secũdo modo adhuc graue simplex posset moueri in ipso: patet hoc: nam terra ꝛ aqua destructa: si aliquod graue poneretur ad spherã ignis descenderet successiue per aerem vsqꝫ ad concauũ aeris: ꝓpter hoc ꝙ haberet sufficientẽ resistentiam in aere vacuo. ¶ Secũda conclusio. accipiẽdo vacuũ primo modo sicut solet cõiter accipi in isto ꝓposito: graue mixtũ bene moueretur in ipso successiue: patet hoc: nam sit vnũ graue mixtuꝫ cuius grauitas sit sicut duo: ꝛ leuitas sicut vnũ: ꝛ attingat concauum aeris ipsum descendet successiue: donec in isto vacuo mediũ grauitatis eius sit mediũ mundi: propter hoc ꝙ habet resistentiã intrinsecam: hꝫ enim vnũ gradũ leuitatis inclinantẽ sursum: ꝛ duos grauitatis inclinantes deorsum. ¶ Tertia conclusio. in aliquo casu graue mixtũ velocius mouetur in pleno ꝙ̃ in vacuo: probatur: nã sit vnũ mixtũ ex terra sicut tria ꝛ aere sicut duo: ꝛ sit totũ annihilatũ quod est infra spherã ignis: tũc ponatur illud graue ad spherã ignis: que resistat illi graui sicut vnũ: tunc quia tam ex parte terre ꝙ̃ ex parte aeris

est extra locū sibi naturalē: ⁊ tam ex parte terre ꝗ̄ ex parte aeris appetit descendere per ignē: ⁊ sic tota potentia motiua est sicut quinq̄: q2 terre tria ⁊ duo aeris: ⁊ solum resistentia medij est sicut vnū sicut positū est in casu: ergo hoc mouetur per ignē seu per plenū a proportione quintupla. deinde quū venit vbi est locus naturalis aeris si nō esset vacuū ille aer vt duo: incipit resistere terre vt tria: ꝓpter hoc ꝙ aer appeteret ibi manere: sed quia in illo mixto dominatur terra: illud mixtū vlterius descēdet ita ꝙ tūc solū terra mouet ⁊ aer resistit ibi vbi prius in medio pleno ambo mouebāt: ⁊ sic illud mixtū vlterius descendet in vacuo a proportione trium ad duo: que est multo minor ꝗ̄ proportio quintupla. ⁊ per cōsequēs motus qui illam proportionē ꝯsequitur: ⁊ sic in vacuo est multo tardior motus eiusdē mixti ꝗ̄ erat in pleno. s. per ignem: sequitur ꝙ motus naturalis alicuius grauis potest esse velocior in ꝑncipio ꝗ̄ in fine: verbi gratia: nā sit vnū mixtū ex quatuor elemētis quod habeat vnū gradū de igne vnū de aere: vnū de aqua ⁊ si quatuor de terra: ⁊ totū preter illud mixtū sit annihilatū quod est inter latera celi: ⁊ ponatur illud mixtū vbi erat ignis: tunc illud mixtū descendet velocius per vacuū ignis ꝗ̄ per vacuū aeris: ⁊ sic ꝯñr: vt faciliter deduci potest ex casu: igitur. Sed dices. quid igitur dicetur de cōi dicto: scꝫ ꝙ motus naturalis est velocior in fine ꝗ̄ in principio: ꝓt dici ꝙ hoc vniuersaliter est verū de motu grauiū ⁊ leuiū simpliciū: nō tñ de motu grauiū ⁊ leuiū mixtoꝝ. ¶ Quarta conclusio si vacuū esset graue simplex posset moueri in ipso successiue. verbi gratia. posito ꝙ totū qd̄ est infra concauū orbis lune esset annihilatū excepto vno paruo graui: vniformiter graui. verbi gratia pedali cuius vna quarta esset ab vna parte medij mundi: ⁊ residuū esset ab alia: tunc illud graue moueretur tādiu ꝙ mediū eius fieret mediū mundi: ⁊ per totū motū minor pars illius que esset ab vna parte medij mundi resisteret residuo: propter hoc ꝙ violenter pelleretur a medio mundi. Oīa ista intelliguntur supposito ꝙ a grauibus circūscribatur appetitus quo appeterent replere vacuū si esset ⁊ ꝙ obtineant appetitū eius naturalē. s. appetitū essendi in locis suis proprijs. ¶ Et sit quinta conclusio hoc supposito ꝙ iam dictum est: ⁊ hoc totū qd̄ est infra latera celi esset annihilatū excepto vno graui simplici qd̄ tāgeret concauū celi illud infinite velociter descēderet: ꝓbatur: q2 plusq̄ in duplo velocius aliquo descēdente certa velocitate ⁊ plusq̄ in quadruplo velocius ꝗ̄ illud idē: ⁊ plusq̄ in octuplo: ⁊ sic in infinitū ꝓpter hoc ꝙ descenderet sine resistentia tam intrinseca quam extrinseca. ¶ Scdo. si descenderet aliqua certa velocitate tunc descenderet ab aliqua certa proportione potentie mouentis ad resistentiam: sed hoc est falsum: falsitas patet ex eo quod nihil sibi resisteret: ⁊ tenet cōsequentia ex eo ꝙ oīs certa velocitas sequitur aliquā ꝓportionē mouentis ad resistentiā saltem in mouētibus nō volūtarijs. Sed dices: si graue simplex descenderet in vacuo infinite velociter: tunc graue simplex moueretur in vacuo: ⁊ si moueretur: cū omnis motus fiat in tpe: tunc moueretur in vacuo in tpe: ⁊ per ꝯñs non in instāti: cuius oppositum dicit Aristo. Respondetur. concedo ꝯñam: sed nego añs: nō enim dixi in questione ꝙ descenderet in infinitū velociter: sed dixi qd̄ in infinitū velociter descēderet: modo prima est falsa: ⁊ scda vera: nec prima sequitur ad scdam ex eo ꝙ in prima ly descēderet tenet determinate: sed in scda confuse tm̄: propter hoc ꝙ hoc syncathegoreuma infinitū in scda precedit: in prima ꝓo subsequitur. ¶ Adhuc diceres ꝙ si graue simplex in infinitū velociter moueretur in vacuo: sequeretur ꝙ resistētia ꝗ̄tūcunq̄ esset parua esset potentie infinite: hoc aūt est falsum: ꝓbatur ꝯñā: q2 posset demere a gradu simplici infinitā velocitatem: qua ipsum mouetur in vacuo: sed hoc facere est potētie infinite: quia demere ab aliquo aliquē gradū velocitatis est alicuius potentie: ⁊ demere ab ipso duplū est maioris potentie ⁊ sic vltra: ergo demere ab ipso infinitā velocitatē est potentie infinite. ¶ Pro solutione istius argumēti dico ꝙ si aliqd in infinitū velociter mouetur cū resistentia: tunc bene concedo ꝙ illud quod faceret ipsum finite velociter moueri esset potentie infinite. si vero aliquid in infinitum velociter moueretur sine resistētia: tunc dico ꝙ illud quod faceret ipsum finite velociter moueri non oportet ꝙ illud sit potentie infinite: ⁊ ex hoc ad argumentum.

Ad rationes principales. Ad primam ista bene probat de graui mixto ꝙ illud moueretur in vacuo successiue: ⁊ finita velocitate: ⁊ hoc dixit vna cōclusio. ¶ Ad secundā concedo añs: vnde bene concedo ꝙ graue simplex in vacuo incipit moueri ad suū locū naturalē: ⁊ in infinitū velociter mouetur ad ipm̄ sed non sequitur: ergo mouetur ad ipsum in infinitū velociter: ex eo ꝙ arguitur a termino stante confuse tantū: ad eundē stantem determinate. ¶ Ad tertiam dico ꝙ cum illa ratione bene stat vltima conclusio nec alie conclusiones sibi repugnant. ¶ Ad quartā patet in precedenti questione. ¶ Ad quintā. hoc esset ꝓpter defectū resistentie ⁊c. Unde concedo ꝙ sic: ⁊ quum dicebatur de corpore luminoso: dico ꝙ si aliquod corpus luminosum illuminat aliquod spatium successiue quo ad partes ꝗ̄titatiuas illi⁹ spatij: hoc nō est propter resistentiā: sed propter motū localem corporis luminosi: vel illius qd̄ successiue illuminatur: ⁊ quū dicebatur de celo dico ꝙ ibi voluntas intelligentie mouentis tanto gradu velocitatis tenet locum resistentie.

Questio. XII.



Utrum si vacuū esset: aliquid posset moueri in ipso velocitate finita seu motu locali seu motu alterationis? Et arguitur primo ꝙ non motu locali: nā si sic hoc maxime videretur de motu locali mixtorum: sed hoc non: q2 mixta non mouentur nisi ad motū elementi predominātis: sed nullum elementū mouetur in vacuo: velocitate finita: sicut dictum est in alia questione: ⁊ hoc propter defectum tā resistētie intrinsece ꝗ̄ extrinsece: ergo etiam videtur ꝙ nec mixtum. Et confirmatur nam capiatur vna portio terre pure: et capiatur vnum plumbū quod sit grauius ista terra: tūc illa nō descendit in vacuo velocitate finita: sed infinita velocitate descendet ergo nec illud plumbum ex quo grauius est descendit velocitate finita. ¶ Secundo. si sic hoc maxime videretur motu alterationis: ex quo ad illum non requiritur resistētia extrinseca. sed hoc non: quia motus localis qui est primus motuum: non posset fieri in vacuo: ergo videtur ꝙ nec motus alterationis: ergo ⁊c.

In oppositum arguitur. nam si esset vacuū adhuc homines possent ambulare super terram: ꝗ̄uis aues non possent volare: verū est ꝙ homines nō diu possent ambulare propter hoc ꝙ nō diu possent viuere propter defectū respirationis: similiter si aliqua aqua calefactā poneretur in vacuo ipsa alteraret se ad frigiditatem priorē: ergo videtur ꝙ tam motus localis ꝗ̄ motus alterationis posset fieri in vacuo si esset ex alio: nam sicut dictū est in alia questione mixta possent moueri in vacuo: q2 habent resistentiā intrinsecam. Breuiter dico ꝙ nunꝗ̄ experti sumus vacuū esse: ideo nō bene scimus quid fieret si vacuum esset: nihilominus videndū est quid tunc fieret. vnde videmus ꝙ entia naturalia mirabiliter patiūtur violentiā ne fiat vacuum: videmus enim ꝙ si aliqua fistula ponitur ad aquā: ⁊ si extrahitur aer de fistula: ꝙ aqua insequitur ascendendo appetens manere contigua aeri ne fiat vacuum. ¶ Ideo sit prima conclusio. quod si deus totum qd̄ est infra duos istos parietes annihilaret: in infinitū velociter isti duo parietes rareficerent ad euitandū vacuum: probatur: nam dictū est entia naturalia appetere euitare vacuum: ⁊ inclinantur ad hoc ex eorum natura: vel ergo appetunt: vel inclinātur ad hoc finite vel infinite: si sic infinite velociter latera istoꝝ concurrerent ⁊ sic habetur intentum: si autem solum finite sequitur ꝙ virtus finita maior quā sit potentia ⁊ appetitus istorum parietum posset tenere istos ne concurrerent: ⁊ sic virtus finita posset conseruare vacuum: imo augere vt si talis virtus maior condensaret istos parietes: modo hoc est falsum ex eo qd̄ solum deus posset cōseruare augere ⁊ facere vacuum. ¶ Sed dices nullus est appetitus infinitus in istis inferioribus: ergo non oportet qd̄ si fieret vacuum qd̄ entia naturalia infinite appetant illud euitare. ¶ Respondetur concedendo qd̄ de facto nullus est appetitus infinitus in istis inferioribus: tamen si deus faceret vacuum: tunc entia naturalia infinite appeterent istud euitare: si dimitterentur sue nature: ⁊ hoc est quod communiter dicitur natura in infinitum abhorret vacuum: imo antequā maneret vacuum celum descenderet ⁊ repleret. ¶ Secūda conclusio. si esset vacuum inter celum ⁊ terram: ⁊ esset ali

qua

qua superficies plana eque distans a centro super quam essent due sphere graues: vna a. ⁊ alia b. ⁊ a. esset grauior ꝙ̃ b. tunc quecunq; virtus parua quantūcunq; posset in infinitū faciliter mouere quamlibet istarum spherarum super ista superficie: probatur: nam quelibet istarum spherarum tangeret illam superficiem in puncto. ⁊ sic quelibet medietas ponderaret contra aliam equaliter sicut duo pondera in equilibra: ⁊ cum quilibet excessus sufficiat ad motū: sequitur quālibet virtutē quālibet istarum spherarū in infinitum faciliter posse mouere. Uerum est tamen ꝙ hoc non esset in pleno: quia tunc pellēti non solum resisteret vna spherarū sed etiā aer: ⁊ sic in aere non quantūcunq; parua virtus posset pellere ⁊ mouere istas spheras. ¶ Tertia conclusio. ꝗuis quantūcunq; parua virtus posset istas spheras mouere in vacuo nulla tamen virtus finita equali velocitate moueret magnā sicut paruā: hoc declaratur in numeris: nā sit sic ꝙ in sphera maiori scilicet in a. vna medietas trahat contra aliam: sicut duo contra duo: ⁊ in sphera parua puta b. vna medietas trahat contra aliam: sicut vnum contra vnum: ⁊ sit potentia sicut vnum in maiori proportione mouet paruam ꝙ̃ magnā: ⁊ per consequens velocius: vnde mouet paruam a proportione dupla: ⁊ magnam a proportione sesqu. altera: nam cū illa virtus incipit mouere paruā: vna illarum medietatum concurrit secum in mouendo aliam: ⁊ cum quelibet illarum medietatum sit sicut vnum: tota potentia parue motiua erit sicut duo ⁊ resistentia sicut vnum. modo duorū ad vnū est proportio dupla: in motu autem sphere magne potentie totalis motiua est sicut tria: resistentia sicut duo, modo ꝓportio triū ad duo est proportio sesquialtera. ¶ Quarta conclusio. similiter si esset aliqua equilibra suspensa in vacuo: pondus malus nō obstante ꝙ esset graue simplex descenderet successiue patet hoc: quia ꝗuis non haberet resistentiam intrinsecam nec resistentiam extrinsecam: quantū esset ex parte medij: tamen haberet resistentiam extrinsecam quantū esset ex parte ponderis contra pensi. ¶ Quinta conclusio. suspēsa aliqua equilibra in vacuo ⁊ appensis duobus pōderibus eque grauibus: graue quantūcunq; paruum fuerit appositū vni facit ipsum descendere: huius ratio est: quia quilibet excessus sufficit ad motum: verūtamen sic non esset in pleno vt dictum est prius. ¶ Sexta conclusio. si esset aliqua tabula transuersaliter posita in vacuo supra quam poneretur vnū graue simplex sphericum descenderet supra ipsam successiue velocitate finita. patet hoc: ex quo non posset descendere per lineam rectam descenderet natando: ⁊ vna pars eleuaret aliā: ⁊ tūc illa pars que eleuaretur violenter teneret locum resistentie. ¶ Septima conclusio. ꝗuis massa plumbea ponderaret plus in equilibra ꝙ̃ aliqua aqua simplex: tamen si ambo ponerentur in vacuo aqua in infinitum velociter moueretur vel descenderet: plumbum aūt descenderet successiue: patet hoc: quia plumbum ꝗuis nullam haberet resistentiam extrinsecam: tamen quia esset mixtum haberet resistentiam extrinsecam: aqua autem non haberet resistentiam: nec intrinsecam: nec extrinsecam. ¶ Octaua conclusio. mixta consimilis compositionis equaliter mouētur in vacuo: sed nō equaliter in pleno. primum ptz: ex quo essent consimilis mixtionis: consimilis esset proportio motiue potentie super totam resistentiam in vno sicut in alio: ex quo non haberent resistentiam nisi intrinsecam. Sm̄ patet: nam sit vnum mixtum: cuius grauitas sit sicut octo ⁊ leuitas vt quatuor: ⁊ sit illud a. deinde sit aliud mixtū b. cuius grauitas sit sicut quatuor: ⁊ leuitas sit sicut duo: tunc a. ⁊ b. sunt consimilis mixtionis. ponātur ergo ad medium resistens sicut vnum: probo ꝙ a. descendit velocius ꝙ̃ b. patet: quia ex maiori proportione potentie mouētis ad resistentiam. computando enim resistentiam intrinsecam et extrinsecam simul tota resistentia a. est sicut quinq; ⁊ potentia motiua sicut octo in b. vero tota resistentia est sicut tria: et potentia motiua sicut quatuor: modo maior est proportio octo ad quinq; ꝙ̃ sit proportio quatuor ad tria. ¶ Nona conclusio in vacuo possibilis esset alteratio si vacuum esset: ptz hoc: nam si esset vacuum ⁊ poneretur ad ipsum aqua calefacta: illa ab intrinseco alteraret se ad frigiditatem priorem. ¶ Decima conclusio. si vacuum esset non esset possibilis in ipso alteratio ab extrinseco: nisi tunc agens ⁊ passum essent immediata: vnum eorum non ageret in reliquum: ⁊ hoc esset propter defectum deferētis ⁊ recipiētis intermedij actionē alicuius istorum: ⁊ ideo si vacuum esset inter nos ⁊ celum nō videremus astra nec celum: ⁊ hoc esset propter defectum medij per quod deberent multiplicari species visibiles: ⁊ similiter si inter te ⁊ me esset vacuum quantūcunq; ego clamarem tu non audires nec videres me: hoc totum esset propter defectum medij ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primam dico ꝙ ꝗuis mixta moueantur ad motum elementi predominātis in eo: non tamen tanta velocitate sicut moueretur illud elementum si esset separatum ab ipsis. ¶ Ad confirmationē patet ex questione. ¶ Ad secundam dico ꝙ imo aliquis motus localis fieret in vacuo si esset: vel saltem posset fieri. sic negandum est illud quod assumebatur in illa ratione: ⁊ etiam ꝙ non quilibet motus localis est causa ⁊ primus motus aliorum motuum: sed solum motus circularis celi: non oportet si motus alterationis posset fieri in vacuo: ꝙ quilibet alter motus localis posset fieri in vacuo. sequitur ⁊c.

Questio.XIII.



Utrum condensatio ⁊ rarefactio sint possibiles: ⁊ arguitur primo de cōdensatione q̄ꝺ non: nam si esset possibilis: tunc vacuum esset possibile vel penetratio corporum. quodlibet istorum est inconueniens: vt patet ex predictis: consequentia probatur: nam sit vnum corpus pedale et condensetur ad subduplum ita ꝙ in fine hore occuparet precise tantum locum: sicut prius occupauit solum vna eius medietas: tunc vna illarum medietatum ingressa est aliam: vel ergo per vacuum vel non: si per vacuum habetur vnum propositum: si non facta est penetratio. nec potest dici saltem vltra ꝙ hoc sit factum per poros repletos corporibus subtilibus cedentibus in condensatione: nam elementa non habent tales poros: ⁊ tamen possunt condensari. ergo non vniuersaliter per positionem talium pororum potest euitari vnum propositorum: sed vel oportet ponere vacuum: vel penetrationē corporum. ¶ Secundo. per condensationem partes fiūt propinquius iacentes ꝙ̃ prius: si ergo condensatio alicuius cōtinui sit possibilis: videtur partes eius propinquius iacere ꝙ̃ prius vel ꝙ̃ nunc iaceant sit possibile: sed hoc est falsum ex eo quod cuiuslibet continui partes sunt immediate: ⁊ ꝑ consequens non possunt ꝓpinquius iacere. ¶ Tertio. si aliqua portio materie posset ꝯdensari quod oporteret si condēsatio esset possibilis: pari ratione quelibet posset condensari sed hoc non: quia si quelibet posset condensari ponatur in esse quod quelibet condensetur: ⁊ cum iam concauum orbis lune sit repletum totali massa materie prime: sequitur si quelibet eius portio condensaretur quod derelinqueretur vacuum inter latera celi: ⁊ latera materie prime: postꝙ̃ in recessu materie prime a celo: celum non posset insequi propter hoc quod celum non est mobile nisi motu circulari. ¶ Similiter quarto argueretur sic de rarefactione: naʒ si rarefactio esset possibilis tunc aliquod rarefactibile posset rarefieri: et qua ratione vnum eadem ratione quodlibet: ponatur ergo in esse ꝙ q̄ꝺlibet rarefactibile rarefiat. quo posito vel corpora oportet se penetrare: vel latera celi elongare abinuicem postꝙ̃ iam concauum orbis lune est totaliter repletum: ergo si quodlibet infra concauum orbis lune rarefieret: tunc aggregatum ex omnibus his que sunt infra concauum orbis lune oporteret maiorem locum occupare. Sed hoc non posset nisi celum extenderetur: vel fieret penetratio corporum. ¶ Quinto. nam vel densius dicitur cuius partes propinquius iacent vel quod plus habet de materia sub equali extensione: vel minori quā minus densum: si dicatur primum sequitur quod vnus pugillus aeris est ita densus: sicut vnus pugillus aque vel terre. hoc autem est inconueniens: probatur nam due medietates vnius pugilli aeris ita propinque iacent sicut due medietates vnius pugilli aque vel terre: ⁊ similiter due quarte: vel due tertie: vnius pugilli aeris ita propinque iacēt: sicut due quarte: vel due tertie vnius pugilli aque ergo nō videtur ꝙ aliquid dicatur densius propter hoc: vel equaliter densum: ꝙ partes eius ꝓpinquius iacent ꝙ̃ partes alterius: si aūt dicatur sm̄ hoc nō videt̄ posse stare sine penetratione materierū: ⁊ per consequens videtur condēsationē

non esset possibilem nisi per corporum penetrationē. ergo tc.

In oppositum est Aristo. in ista questione.

Primo respondendum est per aliquas conclusiones. secundo videndum est de modo per quē fit condēsatio et rarefactio.

Quantum ad primum sit ista prima conclu

sio. Condensatio ꝛ rarefactio sunt possibiles per solum motum localem in eo quod rarefit vel condensatur. patet hoc: nam quum aliquis vadit: aerem ante se condensat: ita ꝙ partes aeris ante se mouentur adinuicem ꝛ fiunt propinquiores quam prius erant absq͂ aliqua alteratione a calido vel frigido: ꝛ aer retro euadens rarefit et inequatur: itum ita ꝙ partes illius aeris mouentur localiter adinuicem absq͂ aliqua alteratione facta per calidum vel frigidum. ¶ Secundo. nam si aliquis comburit stramina: vel ligna ex quib⁹ generatur multus ignis oportet aliqua corpora comprimi ꝛ cōdensari absq͂ hoc tamen quod fiat per alterationem a calido vel frigido factam in ipsis quod oporteat ea sic comprimi: patet ex eo nā aliter oporteret corpora se penetrare: vel latera celi extendi. ¶ Tertio. hoc idem patet de vesica repleta aere vndiq͂ obstructa: que si comprimatur aer in ipsa condensatur: ꝛ non nisi per motum localem. ¶ Secūda conclusio. condensatio ꝛ rarefactio sunt possibiles per alterationē a calido vel frigido factam: patet hoc: nam sit aliqua olla semiplena aqua frigida: ꝛ ponatur super ignē: per calefactionem ipsius aque: aqua tantum rarescit ꝙ tunc olla fit plena. Similiter si aliqua olla iam esset plena aqua: ꝛ illa aqua intantum frigesieret ꝙ congelaretur: facta esset condensatio per actionem frigidi in tantum quod tali congelatiōe facta olla non maneret plena. Idē patet si vna vesica repleta aere vndiq͂ obstructa ponatur prope ignem fit tantum dura ꝙ parum potest comprimi: ꝛ non nisi ex rarefactiōe aeris in ea existentis per actionem ipsius ignis. Deinde si vesica ponatur ad locum frigidum: multum potest comprimi: ꝛ hoc non videtur ex alio: nisi quia aer inexistens ei est condensatus a frigido per quam condensationem factam non potest occupare tantum locum sicut prius. ¶ Tertio. nam si ponatur vna olla super ignem: sic ꝙ culus olle vertatur sursum: ꝛ os olle super ignem: sic ꝙ aer existēs in olla calefiat: ꝛ deinde illa olla statim ponatur super aquam frigidam: tunc propter frigefactionem illius aeris: ille aer tantum condēsatur ꝙ vix sufficit replere medietatem olle: ꝛ huius signum est: ꝙ illa sic posita super aquam inuenitur per medietatem repleta aqua: que ascendebat continue sicut aer in olla condensatur: et sic ascendebat ne fieret vacuum. ¶ Tertia conclusio. quod rarefactio ꝛ condensatio aliquando non fiunt per alterationem sine generatione: sed cum generatione: patet hoc: nam quando ex aqua fit aer tūc fit rarefactio: ꝛ non solū per alterationem verum etiam per generationem: ꝛ sic condensatio quum ex aere fit aqua. sed non ad tantum gradum raritatis vel densitatis potest fieri condensatio vel rarefactio per motum localem: sicut per alterationem: nec tanta per alterationem sicut per generationem vnde per solam alterationem aqua non posset rarefieri ad gradum raritatis aeris: nisi cum hoc esset generatio aeris ex aqua. ¶ Quarta cōclusio. quodlibet condensabile potest cōdensari: patet ex quid nominis condensabilis: nam condensabile dicitur quod potest condēsari: ꝛ ita probari potest quod quodlibet rarefactibile potest rarefieri: impossibile est tamen quodlibet condensabile condensari: pꝫ ex eo ꝙ hoc est impossibile ꝙlibet ꝯdēsabile ꝯdēsatur. oportet remanere vacuum inter concauum celi et conuexum totius aggregati ex omnibus que sunt infra concauum orbis lune: vel oportet latera celi appropinquari adinuicē: quorum quodlibꝫ est impossibilē. ꝛ ita impossibile est quodlibet rarefactibile rarefieri. Ex his sequitur ꝙ si aliqd condensatur: necesse est aliquid rarefieri: similiter si aliquid rarefit necesse est aliquid condēsari: patet hoc: naꝫ si aliquid rarefieret nullo alio condensato aggregatum ex omnib⁹ existentibus infra sphęram orbis lune tunc fieret maius q̄ modo est: ꝛ per consequens oporteret quod penetrarent se corpora: vel ꝙ latera celi plus extenderentur. Similiter si aliquid condensatur ꝛ nihil rarefieret aggregatum ex omnib⁹ que sunt infra orbem lune fieret minus q̄ modo est: ꝛ tunc vel derelinqueretur vacuum: vel oporteret latera celi insequi: quodlibet istorum est inconueniens. hoc ergo oportet quod dictum est vt aggregatum ex omnibus que sunt infra orbem lune continue maneat equaliter extensum tc.

Quantum ad secūdum est sciendum quod


dēsius alio dicitur quod sub equali extensiōe vel minori habet plus vel equaliter de materia q̄ illud respectu cuius dicitur densius. Illud autem dicitur rarius alio quod sub equali vel maiori extensione habet minus vel equaliter de materia q̄ illud respectu cuius dicitur rarius: verbi gratia: vnus pugillus terre dicitur densior q̄ vnus pugillus aque: quia sub equali extensione habet plus de materia: similiter vnus pugillus terre dicitur densior q̄ aggregatum ex decē pugillis aq̄: eo ꝙ sub minori extēsione hꝫ equaliter de materia: tātū enī est de substātia materie in vno pugillo terre sicut ī decē pugillis aq̄. Exēplū scdʒ vn⁹ pugillus aque dicitur rarior vno pugillo terre: ex eo ꝙ sub equali extensione hꝫ minus de mā: silr aggregatum ex decem pugillis aque dr esse rarius vno pugillo terre: propter hoc ꝙ sub maiori extensione habet equaliter de materia. ¶ Secundo sciendum ꝙ aliquid dicitur densius modo q̄ prius: propter hoc ꝙ partes eius propinquius iacent q̄ prius iacebant. Sed dicitur rarius modo q̄ prius propter hoc ꝙ partes eius remotius iacēt q̄ prius iacebant. ꝛ hoc debet intelligi deducta subtractione: vel additione materie. sic ergo visum est quare aliquid dicitur densius alio: ꝛ similiter visum est quare aliquid dicitur rarius alio: vel rarius modo quā prius erat. ¶ Tertio sciēdum est ꝙ rarefactibilium ꝛ condensabilium: quedam sunt mixta: ꝛ quedam sunt simplicia: mixta solent poni porosa habentia poros repletos quibusdam corporibus subtilibus de facili cessibilibus ꝛ cedentibus in condensatione et approximatione partium adinuicem talium corporū ꝛ in rarefactione talium quedam corpora subtilia: sicut aer: intrant tales poros: propter huiusmodi poros non est difficile saluare rarefactionem ꝛ condensationem corporum mixtorum: sed difficilius est saluare ista de corporibus simplicibus non porosis propter hoc ꝙ aliquibus difficile videtur quomodo talia condensantur: ꝛ fiant minora q̄ prius erant sine penetratione corporū: ꝛ sub ingressu vnius in reliquum. ¶ Istis notatis sit prima conclusio. condensatio corporum porosorū nō fit absq͂ recessu aliquorum corporū ab ipsis patet hoc: quia talia corpora sunt porosa habentia poros in quibus sunt corpora subtilia cēsibilia: ergo talia cedunt in approximatione partium illius corporis adinuicem vel ad minus cōdensantur. Et ideo magis verificando conclusionē condensatio corporum non simplicium non fit absq͂ recessu aliquorum corporum subtilium ab eis: vel condensatione talium corporuꝫ subtilium. proportionaliter suo modo de rarefactione corporum mixtorum porosorum. ¶ Secunda conclusio. condensatio corporum simplicium non porosorum fit sine recessu taliū corporum subtilium ab ipsis ꝛ sine condensatione taliuꝫ: patet hoc ex eo ꝙ in corporibus simplicibus nō porosis nō sunt talia corpora subtilia alterius rationis ab illis corporib⁹ simplicibus condensabilibus. proportionaliter dicatur suo modo de rarefactione corporum simplicium: videlicet: quod talia corpora simplicia rarefiunt absq͂ aduentu ꝛ subingressu corporum subtilium in poros ipsorum: patet hoc ex eo quod non habent poros. ¶ Tertia conclusio. condensatio fit per motum partium condensabilium adinuiceꝫ: patet hoc: quia sicut dictum est: aliquid dicitur dēsius modo q̄ prius: quia partes eius propinquius iacent q̄ prius iacebant. sed hoc non potest fieri sine motu predicto. ergo. et per consequens condensari non est nisi partes condensando moueri versus inuicem: et hoc intelligendum est de partibus mediatis: partes enim que sunt immediate non possunt esse propinquiores: et per consequens non possunt moueri adinuicem: sed partibus mediatis quibuscunq͂ datis ille possunt moueri adinuicem: ꝛ fieri propinquiores. proportionaliter dicatur suo modo de rarefactione. ¶ Circa dicta dubitatur vtrum in omni rarefactione rarefactibili acquiratur vna res noua: et in omni condensatione condensabili deperdatur vna res antiqua. verbi gratia. vt quum aqua pedalis rarefacta est quod facta est bipedalis oportet ponere in aquam illam aliquam rem quam prius non habuit: et similiter quum aqua pedalis condensata est quod facta est semipedalis oporteat ponere quod aqua prius aliquid habuit quod modo non habet. ¶ Ad istam dubitationem illi qui ponunt omnē quātitatē esse distinctam: rñderent ꝙ sic

vnde quum

vnde quum aqua pedalis quãtitatis per rarefactionẽ facta est bipedalis dicerẽt ipsam hr̃e aliquã rem: quã prius non habuit scilicet extensionẽ bipedalẽ quã ponũt esse rem distinctã ⁊ superadditã substantie extense suo modo dicerẽt de condẽsatione: ⁊ ad Aristo. dicerent: quũ dicit in isto quarto rarefactionẽ posse fieri nulla re noua aduenientẽ: ⁊ condẽsatione nulla re antiq̃ recedẽte: ꝙ per hoc Arist. intendit ponere differẽtiam iter rarefactionẽ: ⁊ augmentationẽ ꝓprie dictã ⁊ condensationẽ ⁊ diminutionẽ proprie dictam: ita ꝙ sicut ipsi dicunt. Aristo. intelligit hoc sic ꝙ rarefactio fit nulla re adueniente noua; verum est ab extrinseco sicut oporteret in augmentatiõe ibi enim oportet aduenire cibum ab extrinseco nihilominus rarefactio fit aliqua re noua aduenientẽ per educationẽ illius rei de potẽtia materie. scilicet noue quãtitatis. proportionaliter suo modo dicũt de condensatione: ⁊ diminutione ꝓprie dicta. sed breuiter ista responsio non valet ex eo ꝙ supponit extensionẽ: ⁊ quãtitatẽ esse rem distinctã a re extensa ⁊ quãta. ⁊ hoc super primo huius improbatũ taliter qualiter. ¶ Dicendũ est ergo aliter ⁊ cũ Aristo. ⁊ sine glosa ꝙ rarefactio potest fieri sine aliqua re noua acquisita: ⁊ condensatio sine aliqua re antiqua deperdita: nã rarefactio potest fieri per longã elongationem partium adinuicem: ⁊ condensatio per solã approximationẽ partium adinuicem: modo ista possunt fieri sine acquisitione vel deperditione alicuius rei super addite rarefacto: vel condẽsato. Sed dices: ergo quia aqua per rarefactionẽ facta est bipedalis est precise eadem que prius: nec modo aliquod habet quin prius habuerit quia erat pedalis. cõcedo: sed tunc arguitur sic: quicquid est hoc modo prius erat sed bipedale hoc est modo: ergo bipedale hoc prius erat: concedo: nego tamen ꝙ hoc prius erat bipedale: nec hoc concludit argumentum.

Ad rationes principales. Ad primã patet ex questione: ⁊ similiter ad secundã: nam q̃uis partes continui imediate non possint propinquius iacere: q̃ prius iacebant: tamen partes mediate bene possunt ⁊c. ¶ Ad tertiam si ⁊c. concedo: ⁊ per consequens concedo ꝙ quelibet potest condensari: nego tamen q̃d possibile sit quamlibet condensari. Et quũ dicebatur: si quelibet potest cõdensari. ponatur inesse: placet mihi: sed dico ꝙ non dz poni inesse per istã quelibet condensatur: sed debet poni per plures singulares vt ꝑ istas: hec portio condensatur: ⁊ illa portio condensatur: ⁊ illa: ⁊ sic de alijs: modo quelibet istarum singularium est possibilis. ¶ Ad quartã dico concedendo quodlibet posse rarefieri. nego tamen ꝙ possibile sit quodlibet ⁊c. recte sicut dicebatur ad precedentem. ¶ Ad quintam dico: q̃d idem bene dicitur densius q̃ prius erat: q: partes eius propinquius iacent q̃ prius: sed quũ aliquid dicimus densius in comparatione ad aliud: tunc dicitur densius quod sub equali vel minori extensione habet plus vel equaliter de materia q̃ illud nec oportet propter hoc ponere penetrationem materiarum vt patet ex dictis.

Questio.XIIII.



Circa capitulũ de tẽpore queritur vtrum tẽpus sit motus celi: ⁊ arguitur q̃d non: tẽpus non est: ergo nõ est motus celi: ↄsequentia tenet ex eo: q̃d ex opposito consequentis infertur oppositum antecedentis: antecedens probatur: nam illud non est cuius partes non sunt: sed partes temporis non sunt. ergo maior est nota ex eo: q̃d ad esse totius requiritur esse suarum partium: minor probatur: nam partes temporis sunt preteritum ⁊ futurum: sed nullũ istorum est. nam preteritum non est sed fuit: similiter futurũ non est: sed erit. ¶ Secundo. tempus non est motus. ergo tẽpus nõ est motus celi. consequentia tenet sicut prius: antecedens probatur multipliciter. Primo: quia motus non inuenitur apud mota ⁊ apud quiescentia. Secundo: que sic se habent q̃d vnum multiplicatur ad multiplicationem motorũ: ⁊ reliquũ non: vnum non est aliud: sed motus multiplicatur ad multiplicationem motorum tempus autẽ non. ergo tempus non est motus. maior est nota: minor probatur: q: quot sunt mota: tot sunt motus: sed nõ tot sunt tempora ex eo q̃d omniũ est idẽ tempus: sed q: non omniũ est idem motus: ergo ⁊c. Tertio. nã mot⁹ est subiectiue in mobili: tp̃s aũt nõ: sz econuerso mobile est in tempore: ergo tempus non est mot⁹. Quarto. omnis motus est velox: vel tardus: tẽpus autẽ nec est velox: nec tardum. ergo. maior est nota ex cõmuni modo loquendi: minor probatur: quia tẽpus non diffinitur tempore: sed velox et tardũ diffiniuntur tẽpore. ergo tẽpus non est velox nec tardũ. maior est nota ex diffinitione tẽporis in qua non ponitur tempus: nec velox vel tardũ: minor pz ex diffinitione velocis: ⁊ similiter ex diffinitiõe tardi: in quib⁹ ponitur tẽpus. vnde velox diffinitur sic: velox est q̃d in pauco tempore multũ ꝑtransit de spatio: tardũ est q̃d parũ pertransit de spatio in multo tẽpore. Quinto mot⁹ est quoddã cõtinuũ: tp̃s autẽ est quoddã discretũ: nullũ autẽ discretũ est cõtinuũ: ergo tẽpus nõ est mot⁹: et ꝙ motus sit quoddã continuũ patet per Aristo. tertio huius: ꝙ autẽ tempus sit quoddã discretũ: hoc pz ꝑ Aristo. in quarto huius: tẽp⁹ est numer⁹: oĩs autẽ numerus est quãtitas discreta. ¶ Tertio ad principale: si tempus esset motus celi: sequeretur q̃d tempus nõ esset mensura motus alterationis: sed hoc est falsũ ex eo ꝙ cuiuslibet motus tempus est mensura: cõsequentia probatur: quia mensura et mensuratũ debẽt esse vnigenia ⁊ eiusdẽ rationis: modo si tẽpus esset motus celi: tunc tẽpus esset motus localis: sed motus localis non est vnigeni⁹ cum motu alterationis: et per consequens nõ potest esse ei⁹ mensura quod intendebatur. ¶ Quarto. sequeretur quod tempus esset circulatio: sed hoc est falsũ: consequentia tenet ex eo quod motus celi circularis seu circulatio: falsitas consequentis probatur: q: si tempus esset circulatio nõ quelibet pars temporis esset tẽpus: sed hoc est falsum: consequentia tenet: quia nõ q̃libet pars circuitiõis est circuitio. ¶ Quinto. si sic sequeretur quod cessante motu celi cessaret tempus ⁊ retardato vel velocitato motu celi velocitaretur vel retardaretur tempus: consequens est falsum: quia tẽpori nõ contingit velocitari: nec tardari nec auferri: consequentia tenet de se. ¶ Sexto. a multis percipitur tempus a quibus nõ percipitur motus celi. ergo ⁊c. consequentia est nota de se. antecedens probatur: quia ab incarceratis non percipientibus diem neq3 noctem percipitur tempus: ⁊ tamen ab illis non percipitur motus celi. ¶ Septimo. Aristo. dicit q̃d tempus est in celo: ⁊ in mari: ⁊ in terra. sed non in oĩbus his est mot⁹ celi: q: nõ in mari: nec in terra: ⁊ per consequens motus celi non est tempus. ¶ Octauo. non est idem motus celi vbiq3: ⁊ tamẽ est idem tempus vbiq3. ergo ⁊c. ↄñia tenet: secũda pars antecedentis est Arist. in isto quarto. Sed prima pars declaratur: quia quando hic est ortus solis tunc alibi est occasus: modo ortus ⁊ occasus sunt motus celi: ergo non est idem motus celi vbiq3: quod fuit probandum ⁊c.

In oppositum est Arist. in isto quarto. In ista questione primo videndum est an hec sit concedenda: tempus est: secundo videndum est an tempus sit motus. tertio videndum est quis motus sit tp̃s ⁊ an motus celi sit tp̃s.

Quantum ad primũ sit prima conclusio ꝙ hec est concedenda tempus est: probatur: omne presens est aliquod tempus est presens: ergo tempus est: maior est nota ex quid nominis presentis: minor patet ex eo quod temporum aliud preteritum: aliud futurum: aliud presens. confirmatur: nam communiter tales conceduntur dies lune est: similiter annus est: dicimus enim hoc esse in ãno presenti: modo dies annus mensis sunt tempora. Ex hoc sequitur hanc esse concedendam a. ⁊ b. sunt: ⁊ tamen nec a. est: nec b. est: probatur: nam sit c. tempus presens: ⁊ sit a. vna eius medietas ⁊ b. alia: tunc c. tempus presens est per conclusionem: ⁊ per cõsequens a. ⁊ b. sunt ex eo quod c. est a. ⁊ b. et tamen nec a. est: nec b. est. quia a. non est: sed fuit similiter b. non est sed erit: et hoc requiritur ad esse successiuorum. scilicet incompossibilitas partium suarum nihilominus non est ita de permanẽtibus: vnde si c. esset permanens optime sequeretur c. est ergo a. est similiter c. est ergo b. est. Et nota quod pro tempore presenti possumus vti paruo vel magno tempore secũdum quod nobis placet: vnde aliquãdo pro tempore presenti vtimur vna hora: aliquando die: aliquando mense: aliquando anno: sed tñ cõiter pro tẽpore presenti solem⁹ vti tanto tẽpore in quãto proferimus nostras propositiones: verbi gratia: dicendo homo est animal in quanto tempore profero istã ꝓpositionẽ in

tanto tempore vtor tempore presenti. ⁊ hec de articulo primo

Quantum ad secundum sit prima conclusio ꝙ tempus est motus: probatur: mensura et mensuratum debent esse vnigenia per Aristotelē in isto quarto ita quod pondus mensuratur pondere: et magnitudo magnitudine: ⁊ motus motu: ⁊ sic de alijs vt dicit ibidem: sȝ motus mēsuratur tempore. ergo tempus est motus. ¶ Secundo prius ⁊ posterius in tempore sunt motus per Aristotelem in litera sed prius ⁊ posterius in motu sunt motus: sunt enim partes motus: ergo tempus est motus. ¶ Tertio cuicūqȝ competit diffinitio alicuius ⁊ diffinitum: sed tempori competit diffinitio motus ergo tempus est motus: maior est nota: minor patet ex eo: ꝙ tempus est actus in quadam successione existēs ⁊ per consequens est actus entis in potentia ad vlteriorem successionem ⁊ cum tendentia continua ad illam: ⁊ per consequens est actus entis in potentia: sm ꝙ in potentia. ¶ Secunda conclusio: non obstante ꝙ omne tempus est motus: tamen isti termini tempus ⁊ motus habent se sicut subiectū ⁊ propria passio: vnde Aristo. dicit tempus esse propriā passionem motus: probatur conclusio: quandocūqȝ sunt aliqui duo termini supponētes pro eadem re: quorum vnus est magis connotatiuus q̄ȝ alius: si sunt verificabiles de se inuicē ȝ cōuertibiliter se habent sicut subiectum ⁊ propria passio: patet de homine ⁊ de risibili: sed nunc est ita ꝙ isti duo termini tempus ⁊ motus supponunt pro eadem re per conclusionem precedentem: ⁊ hic terminus tempus est magis connotatiuus q̄ȝ hic terminus motus: patet hoc: quia vltra connotationem huius termini motus addit esse numerum vel mēsuram ipsius motus. quare rc.

Quantum ad tertium dicitur primo: ꝙ tēpus est mensura motus. ¶ Primo premitto aliquas conditiones: que requiruntur ad hoc ꝙ aliquid sit mensura: deinde ponam conclusiones. vnde ad hoc ꝙ aliquid sit mensura plura requiruntur. ¶ Primo ꝙ sit vnigeniū mensurato sm ꝙ est possibile. ¶ Secūdo requiritur: ꝙ ipsum sit notum: et notius mensurato vnde si diceretur mihi ille pannus est decem vlnarum: ⁊ ego nescirem: que mensura esset vlna: nec vidissem que mensura esset vlna: tunc non notificaretur mihi q̄titas illius panni. ¶ Tertio requiritur ꝙ sit commune et famosum: quia aliter vnus per hoc alteri nō posset notificare q̄titatem mensurati. ¶ Quarto requiritur ꝙ sit inuariabile: ⁊ certum: ⁊ precisum sm ꝙ potest: vnde si cōmuniter pedes essent multū inequales non esset bona mensura q̄titas pedalis. ¶ Quinto requiritur: ꝙ sit minimū nō simpliciter: sed sm sensum: sicut est granum: vel sm visum sicut est scopa pinta quarta: ⁊ hoc diuersimode: sm diuersitatē rerū mensuratarum: vnde q̄to aliqd est minus: tanto per ipsum plura possumus mensurare per replicationes eius: vnde possum⁹ mensurare pintam per scopam: quia due scope faciunt pintam: sed per pintā nō possumus mensurare scopam: et sic de alijs: ⁊ ideo ad hoc vt aliquid sit mensura reqritur ꝙ sit minimū vel sm sensum vel sm visum ⁊ si sint plures conditiōes non requirūtur de necessitate omnes: nisi ad mēsuram optimā: ⁊ quanto plures et principaliores tanto mensuratio est melior: ⁊ certior. ¶ Tunc sit prima conclusio: quilibet motus a nobis cognoscibilis pōt esse tēpus. pbatur: qr per quēlibȝ motū a nobis cognoscibilē possumus vnū alium motū mensurare. ergo conclusio vera ɔ̄ña tenet ex eo: ꝙ esse mensura motus est esse tempus: añs patet per operarios: qui tēpore occultationis solis per suos motus et opationes factas cognoscūt an sit hora sexta: an meridies: ⁊ sic motibus suis mēsurant motum celi: vel vnum alium motum: similiter de nocte per motus horologiorum mēsurantur alij mutuo. ¶ Secunda conclusio: ignorantibus motū celi: motus celi non est tempus: probatur: naȝ ad hoc ꝙ aliquid sit tempus requiritur ipsum esse mensuram alicuius; puta motus; sed ad hoc ꝙ aliquid sit mensura; requiritur ꝙ sit cognitum ⁊ certum. ¶ Tertia conclusio: omnibus motus celi potest esse tēpus: ⁊ tempus principalissime dictum: probatur: nam sicut dictū est mensura est de ratione tēporis: ⁊ quia motus celi est vnigenius omni durationi successiue: ⁊ vnigeneitas requiritur ad mensurā sequitur ꝙ motus celi cuiuslibet duratiōis successiue pōt esse mensura: ⁊ per ɔ̄ñs tempus. Secundo patet hoc ex eo: ꝙ motus celi est notissimus ⁊ famosissimus ⁊ communissimus apparens omnibus: vel saltem potest apparere omnibus vel saltem pluribus. Tertio ex alio: quia est regularis. quarto quia primus. quinto minimus: quia velocius modo hec omnia requirūtur ad esse mensuram: que est de ratione tēporis. Sequitur ex his nullum alium motuȝ esse ita principaliter tēpus sicut est motus celi: quia nulli alteri motui conueniunt ita principales conditiones mensure sicut motui celi. ¶ Quarta conclusio: apud vulgares maxime motus solis dicitur tēpus: quia ille est eis notissimus. ¶ Quinta conclusio: aliquibus motus lune dicitur tēpus: patȝ hoc: nā aliq distinguūt tēpus p annos lunares: ⁊ illis motus lune est tēpus. ¶ Sexta conclusio: motus pprius octaue sphere non est tpˀs: ⁊ hoc: ille motus quo in centum quinquaginta annis pertransitur solum vnus gradus: patet hoc ex eo: quia ille est ignotus: ⁊ per consequens ei non conuenit ratio mensure: ⁊ per ɔ̄ñs nec ratio temporis. ¶ Et si dicatur tempus dicitur esse primus motus: modo motus octaue sphere dicitur primus: dico concedendo ꝙ tempus est primus motus celi: ⁊ hoc si per primum motum intelligimus motū diurnum vnde ille motus est tempus: sm motū illius partis celi qui est nobis magis notus: sicut est motus solis. ¶ Ex his omnibus potest concludi ꝙ tempus principalissime dictum dicitur solum de motu locali diurno: sicut dictum est tēpus vero minus principaliter dictum bene dicitur de quocunqȝ alio motu: per quem vnū aliū motum mensuramus: sicut dictum erat de motu horologij.

Ad rationes principales rc. Prima soluta est in secundo articulo. ¶ Ad secundā tempus non est motus: negatur; et quum probatur primo tempus inuenitur idem apud omnia temporalia simul existentia cōcedo tanqȝ mensura extrinseca. Et quū dicebatur nullus motus inuenitur idem apud omnia mobilia: nego: imo motus celi inuenitur idem apud omnia: non ꝙ omnibus inhereat subiectiue sed inuenitur apud oīa tanqȝ mensura cōmunis apud mensurata. ¶ Ad tertiā: quū dicitur illa que sic se habent ꝙ vno multiplicato rc. potest solui istud sicut precedens: vnde quāuis distinctus motus sit in distincto mobili subiectiue: tamen vnus illorum potest esse omnium illorum mensura communis. ¶ Ad quartam omnis motus rc. sed tempus nec est velox nec tardum: nego: verum est tamen ꝙ ista nomina velox ⁊ tardum non conueniunt tempori ea ratione qua est tēpus: sed ea ratione: qua est motus: ⁊ ideo q̄uis ista tempus est velox vel tardū sit ita vera sicut ista motus est velox vel tardus: tamen prima est impropria ⁊ secūda est propria. Sȝ quū probatur tempus nō est velox nec tardum: quia velox ⁊ tardum diffinitur tempore: ⁊ tempus non diffinitur tempore: ergo tempus non est velox: neqȝ tardum: dico ꝙ forma argumenti non valet: sicut nec ista simum ⁊ aquilinum diffinitur naso: nasus autem non diffinitur naso: ergo nasus nō est simus neqȝ aquilinus. ⁊ quū Arist. in isto quarto posuit istā rationē loquebatur disputatiue ⁊ nō determinatiue. ¶ Ad quintam tempus est quoddam discretum rc. concedo totū: ⁊ negatur ꝙ igitur tempus non sit motus. propter hoc ꝙ res que de se: ⁊ sm suam naturam est continua per animā signātem vnam eius partem extra aliam ⁊ facientem discretionē inter illas dicitur discreta. ¶ Ad tertium principale si tempus rc. negatur consequentia ⁊ quum dicebatur mensura et mensuratum debent esse vnigenia dico ꝙ motus celi et motus alterationis bene sunt vnigenia tanta vnigeneitate quāta requiritur inter mensuram ⁊ mensuratū: vnde quilibet illorum est vnigenius alteri: quantum ad successionem: ⁊ quātum ad illā sunt comparabiles adinuicē. ¶ Ad quartam se queretur rc. concedo. ⁊ quū arguebatur ꝙ non quia quelibȝ pars temporis est tēpus: sed nō quelibet circuitionis est rc. dico ꝙ forma non valet: patet hoc: nā non sequitur quelibet pars substantie est substantia: sed non quelibet pars hominis est homo; ergo nulla substantia est homo. ¶ Ad quintā dico concedendo si celum quiesceret; et nullus alius esset motus pro tunc etiam nullum esset tempus; et ergo secundum fidem nostram ante creationem celi non erat tempus: et ideo quamuis poneremus creationem mundi: tamen possemus istam concedere ab eterno fuit mundus: id est omni tempore fuit mundus: nunquā enim fuit aliquod tempus: quin in illo esset mundus: ex quo ante creationem mundi non erat tempus propter hoc quod tunc non erat motus

celi

celi qui est tempus. vlterius concedere q si motus celi retardaretur: vel velocitaretur: q tunc etiam tempus velocitaretur vel retardaretur. ¶ Ad sextam dico q illi qui sunt in tenebris: sicut sunt incarcerati & sicut sunt ceci: quamuis non percipiant tempus principaliter dictum sicut motum celi: percipiunt tamen tempus minus principaliter dictum sicut aliquos motus inferiores: per quos alios motus mensurant: & illi vtuntur aliis motibus a motu celi pro tempore. ¶ Ad septimam dico: q primo motus celi est vbique: sed hoc improprie ad istum intellectum q vbique vbi sunt temporalia siue sint in mari siue in terra sunt mensurabilia motu celi: quo ad eorum durationem successiuam ita q vbique motu celi possumus vti tanquam mensura. ¶ Ad vltimam non vbique est idem motus celi: quia non vbique est idem ortus & occasus solis: dico q primo idem motus celi qui est ortus solis in vno orizonte est occasus eiusdem in alio: ita q ille motus absolutus est idem: sed quo ad diuersos orizontes habet diuersa nomina in vno enim orizonte ortus: in alio vero occasus: sicut si idem homo in Flandria vocaretur sortes: et in Italia Plato. Sed dices quomodo tu concedis istam tempus est motus celi: cum tamen Aristo. in isto quarto negat istam tempus est motus: dico q Arist. negat illam non tanquam falsam sed negat eam esse quidditatiuam: vnde sicut ista risibile est homo non est quidditatiua: ita nec ista tempus est motus: & quum Arist. dixit istam tempus non est motus non intendebat aliud quam iste terminus motus non est quidditatiue predicabilis de isto termino tempus.

Questio.XV.



Queritur. vtrum diffinitio temporis sit bona qua dicitur tempus est numerus motus secundum prius & posterius: & arguitur q non: tempus non est numerus: consequentia tenet: antecedens probatur: quia omnis numerus est quoddam discretum: nullum tempus est discretum: ergo: maior est nota: minor probatur nullum continuum est discretum omne tempus est continuum ergo nullum tempus est discretum. ¶ Secundo illa diffinitio non est bona: que non competit omni contento sub diffinito hec est huiusmodi ergo maior est nota minor probatur q predicta diffinitio non conuenit tempori infinito: scilicet eterno propter hoc q tempus infinitum non est numerus: propter hoc q omnis numerus est finitus: ex eo q omnis numerus est numeratus vel numerabilis: tale autem non est infinitum vt dictum est tertio huius. ¶ Tertio si tempus esset numerus: aut esset numerus quo numeramus: aut numerus numeratus: non primum: quia tunc tempus esset actio anime: actione enim anime numeramus consequens est falsum: nam dictum est q tempus est motus celi: motus autem celi non est actio anime: nec potest dici secundum: nam sic quilibet motus & etiam quies esset tempus ex eo q quodlibet istorum potest esse numerus numeratus. ¶ Quarto si tempus esset numerus sequeretur q differentie numeri essent differentie temporis consequens est falsum: falsitas patet: quia differentie numeri sunt par & impar: modo par & impar non sunt differentie temporis: ex eo q differentie temporis sunt preteritum & futurum. ¶ Quinto si tempus esset numerus sequeretur q anima numerante non existente non esset tempus. hoc autem est falsum: probatur consequentia quia cum anima numerans non est: ex eo q tunc distinctio non est modo si tempus esset numerus sequeretur quod dictum est. ¶ Sexto cum omnis numerus sit mensura sequitur q si tempus est numerus q tempus est mensura. Sed probo q non: quia si tempus esset mensura hoc maxime esset motus: & non maiori ratione vnius quam alterius: ex eo q omnis motus est mensurabilis tempore: sequeretur q tempus esset mensura cuiuslibet motus consequens est falsum: quia sicut dictum est tempus ponitur esse motus celi: sed motus celi non est mensura cuiuslibet motus: ex eo q non est mensura suipsius cum mensura debeat esse notior mensurato & idem non est notius seipso: etiam nec est mensura aliorum motuum a se quia multi alii motus sunt nobis notiores & cum mensuratum debeat nobis esse minus notum quam mensura: sequitur motum celi qui ponitur esse tempus: non esse mensuram aliorum motuum magis notorum nobis quam sit motus celi &c.

In oppositum est Arist. in isto quarto: qui ponit predictam diffinitionem temporis. ¶ In ista questione primo aliqua premittam. Secundo respondebo ad questitum.

Quantum ad primum premittende sunt alique proprietates ipsius temporis: ex quibus potest inferri diffinitio temporis: vnde vna proprietas est q tempus est successiuum. Unde Aristo. dicit q non est possibile plures partes temporis simul esse: quarum vna non includit aliam. ¶ Secunda proprietas est q in omni tempore est prius & posterius. ¶ Tertia proprietas q tempus est continuum: & propter hoc est diuisibile in semper diuisibilia. ¶ Quarta proprietas q durationes motuum & quietum mensurantur tempore. vnde quando volumus explicare durationem alicuius rei nos dicimus illam rem durasse per mensem: vel per annum: vel per alia huiusmodi nomina: que sunt nomina temporalia: & quia huiusmodi nomina que sunt hora dies septimana mensis annus sumuntur secundum motum solis: sequitur q communiter motu solis vtimur tanquam tempore. Ulterius sciendum q totalis motus solis secundum Arist. est perpetuus: & adhuc quamuis secundum fidem nostram ponitur terminari: tamen secundum fidem nostram ponitur esse ita longus q eius totalem quantitatem non cognoscimus: & quia illud per quod debemus mensurare debet nobis esse notius mensurato: sequitur q per motum ita longum non possumus mensurare nostros motus & operationes breues: ideo per animam nostram distinguimus inter partes istius longi motus ita q accipimus aliquas partes ipsius motus: quas adequamus nostris motibus operationibus & quietibus: quarum durationes volumus mensurare: & tales partes vocamus tempus: & alique earum sunt longiores & alique breuiores: & ideo quasdam earum vocamus horas: quasdam dies. ¶ Ex his patet q licet sit idem tempus & motus: tamen in diffinitione quid nominis temporis includitur mensura: sed non in quid nominis motus: & ideo quia mensura est de ratione temporis accepti secundum discretionem suarum partium. Aristo. volens hoc exprimere dicit tempus esse numerum. Ulterius cum tempus sit successiuum: & non est mensura nisi entium quo ad eorum durationes successiuas. Aristo. volens hoc exprimere dicit tempus esse numerum motus. Et quia motus potest dupliciter: vno modo ad diuisionem subiecti vel mobilis: & quantum ad talem diuisionem vna pars temporis non est prior alia: sed est simul cum ea. Alio modo potest diuidi in partes quarum vna precedit: & alia sequitur. Aristo. volens motum non esse mensurabilem tempore: quo ad eius primam diuisionem: sed quo ad secundam dicit tempus esse numerum motus secundum prius & posterius. Ulterius est notandum q propter hoc quod dicitur tempus est numerus denotatur tempus esse mensuram: & differre tempus a non mensuris: propter hoc autem quod dicitur motus denotatur tempus differre a mensuris rerum permanentium sicut sunt vina vicia pinta buccale: vnde tempus non est aliqua talium mensurarum.

Quantum ad secundum pono istam solam conclusionem q diffinitio predicta ipsius temporis est bona propter hoc q explicat perfectum conceptum temporis vt sufficienter patet ex dictis in primo articulo.

Ad rationes principales. Ad primam quando dicebatur nullum continuum esse discretum: potest dici q discretum vno modo capitur pro illis que possunt per se numerari. & quodlibet istorum est indiuisibile. Isto modo intelligentie dicuntur discrete adinuicem: & sic accipiendo discretum nullum continuum est discretum. Alio modo dicitur discreta: que sunt diuisibilia & cum hoc separata abinuicem. & isto modo dicimus plures lapides vel plura ligna esse discreta: & sic adhuc continuum non est discretum. Tertio modo dicuntur discreta: que sunt diuisibilia: & non actualiter separata abinuicem: sed solum per signationem anime vnum signatur extra aliud: et sic accipiendo discretum bene concedo continuum esse discretum: vnde non obstante q istud lignum est continuum: tamen per signationem anime discerno & distinguo vnam partem esse extra aliam & possem apprehendere vnam illarum partium non apprehendendo aliam &c. Tunc ad propositum dico: quamuis tempus secundum se sit continuum: tamen est discretum per animam distinguentem vnam partem temporis extra aliam: & ideo dictum est in diffinitione temporis tempus esse numerum motus: vnde motus celi continuus non diceretur tempus: nisi partes

eius essent numerate vel numerabiles per animā illud nomen tēpus hoc connotat: ⁊ in eius ratione formali includit. ¶ Ad secundā nego ꝙ aliquod tēpus sit infinitū. vnde quocunq; tempore dato ⁊ apprehenso ipsum est finitū: sed tn̄ bene concederetur ista: infinitum tēpus est quoniā aliquantū tēpus est vt hora: ⁊ duplū tempus est: ⁊ quadruplū: ⁊ sic vlterius vt si sor. pro tēpore presenti viueretur vna hora: ⁊ Plato duabus: ⁊ Cicero quatuor: ⁊ sic vltra: ⁊ essent infiniti homines: hec esset concedēda infinitum tēpus est: tn̄ hec esset neganda: aliquod tempus est infinitū: ⁊ est simile sicut prius dicebatur de linea giratiua: bene conceditur infinita linea giratiua est: ⁊ tamen negatur ꝙ linea giratiua sit infinita. ¶ Ad tertiā dico ꝙ est numerus numeratus nō vltimatus sed vlterius numerans: seu quo vlterius numeramus tanq̄ mediante instrumento alios motus recte sicut primo numeramus fabas: ⁊ per illas vlterius numeramus alias res homines ⁊ capras. ¶ Ad quartam tunc differentie ⁊c. potest dici ꝙ non oportet differentias superioris esse differentias inferioris sicut differentias animalis esse differentias hominis: modo numerus est superius ad tempus. nihilominus potest concedi ꝙ aliquod tempus est par. vnde dicimus aliquas horas vel dies pares vel impares. ¶ Ad quintam cōceditur ꝙ non existente anima numerante: non esset numerus actualiter numeratus: sed esset numerus numerabilis: quod sufficit. Et sic potest intelligi dictum antiquorum ꝙ tēpus depēdet ab anima non quo ad materiale sed quoad formale: importat eīm potentialē numerationem anime de formali. ⁊ ita intelligi potest aliud dictum antiquorū: scȝ ꝙ tempus componitur ex cōtinuo ⁊ discreto: nam de materiali ly tēpus importat rem continuā: scȝ motū: ⁊ de formali discretionem. ¶ Ad sextam sequitur ꝙ tēpus ⁊c. concedo: ⁊ quum dicebatur ꝙ hoc maxime esset respectu ipsius motus ⁊c. concedo: ⁊ quū dicitur nō maiori ratione vnius q̄ alterius concedo: ⁊ quū dicebatur: ergo esset mensura ⁊c. concedo vñ per partes motus celi mensuramus ⁊ numeramus motum celi cuius est pars recte sicut per vnitatem replicando mensuramus numerum: ⁊ ideo motus est celi mēsura extrinseca aliorum motuū: sed est mensura intrinseca suimet: sm̄ aliam tamen partē mensura: ⁊ secundū aliam mensuratum: ⁊ sic non concluditur idem esse motus seipso: quia nō idem est mensura ⁊ mensuratum respectu eiusdem; vnde hora mensurat diem ⁊ dies septimanā. vnde hora est motus solis a tali puncto ad talem punctum: dies autem est vna itegra reuolutio celi ⁊ hec est dies naturalis.

Questio. XVI.



Queritur. vtrum omnis motus mensuretur tēpore: siue vtrū omnis motus sit mensurabilis tpe ⁊ arguit primo ꝙ non motus celi non est mensurabilis tēpore: ergo ⁊c. ɔ̄ñtia nota de se: antecedens ꝓbatur quia motus celi est met tempus vt dictum est: tēpus aūt non est mensurabile tempore aliter esset idem mensurabile seipso. ¶ Secundo omne mensurabile debet esse finitū: motus celi nō est finitus: quia perpetuus. ergo minor est nota: ⁊ maior probatur: qr̄ omne mensurabile est cognoscibile ⁊ notificabile: sed nullum infinitū est cognoscibile: ergo nullū infinitū est mensurabile. ¶ Tertio mensura debet esse notior mensurato: sed tempus nō est notius motu: ergo tempus nō est mensura motus: maior est nota: ex eo ꝙ quantitas ignota mensurabilis fit nobis nota per q̄titatē mēsure nobis notā: minor patȝ: qr̄ tempus diffinitur per motū. dicitur eīm tēpus est numerus motus sm̄ prius ⁊ posterius: modo diffinitum non debet esse notius q̄ sit pars diffinitionis. ¶ Quarto mensura debet esse minor mensurato: per pintam enim non mensuramus scopam: sed bene econuerso: sed ita est ꝙ tempus quod est motus celi quolibet motu istorum inferiorum est maius: ergo motus celi nō potest esse mensura istorū inferiorum: ⁊ per cōsequēs falsum est: tēpus esse mensuram cuiuslibet motus: vnde vna reuolutio diurna est maior multo: tam quo ad velocitatē q̄ quo ad spatium pertransitum: q̄ sit ambulatio sortis; ergo videtur ꝙ ambulatio sortis nullo modo possit mensurari reuolutione diurna. ⁊ ita argueretur de alijs. ¶ Quinto motus celi: qui ponitur esse tempus: non est vnigenius cuilibet motui istorum inferiorum: ergo non est mensura cuiuslibet motus. consequentia tenet ex eo ꝙ mensura et mensuratum debent esse vnigenia: antecedens probatur: quia nō est vnigenius motui alterationis: nec augmentationis: nec diminutionis: ergo. ¶ Sexto mensura debet esse prior mensurato per Aristo. decimo metaphysice: sed sic non est de tempore: respectu motus celi: ergo tempus non est mensura motus celi: ⁊ per consequens questio falsa: assumptum patet ex eo ꝙ tempus ⁊ motus celi simul inceperunt: ⁊ ambo eternaliter fuerunt: ergo ⁊c.

In oppositum arguitur per Aristotelē omnis motus est in tempore: sed esse in tempore est mensurari tempore: nam esse in tempore vel est esse quando tempus est vel esse in tempore est mensurari tempore. Si dicatur secundum habetur propositum: sed non potest dici primum: nam si esse in tempore esset esse quando tempus est: pari ratione lignum esset in lapide: ⁊ quodlibet esset in quolibet patet ex eo ꝙ lignum est quando lapis est: et quodlibet est quando aliud est. ¶ In ista questione primo ponam distinctionem. secundo conclusiones.

Quantum ad primum est sciendum quod mensurari aliqua mensura est scire quantitatem prius ignotam illius quod mensuratur per quantitatem nobis notam scilicet per quantitatem mensure. ¶ Secundo sciendum est quod tres sunt modi mensurandi. primus est per partem intrinsecā mensurabilis: verbi gratia: sicut signata iaȝ aliqua portione vnius integri panni: cuius portionis quantitas est mihi nota: sit verbi gratia ꝙ esset vna vlna: tunc per istam portionem panni totalem pannum possem mensurare ⁊ scire quot essent vlne in illo totali panno: sed talis mēsuratio fieret per partem intrinsecam mensurabilis. ¶ Secundo contingit mensurare per adequationem mensure ⁊ mensurabilis verbi gratia: sicut in statera: quum pondus notum ponitur contra ignotum: similiter quū aliquod corpus note longitudinis sicut vna vlna supponitur vni parti panni: et sic inuenimus quantitatem panni prius nobis ignotā. ¶ Tertio modo fit mensuratio per remotionem partium mensure ⁊ mēsurabilis: scilicet proportionando mensuram ⁊ mensuratum: secundum diuisionem partium earum sibi inuicē correspondentium: verbi gratia: nam sic per multitudinē graduum celi inuenimus ambitum totius terre nobis ignotum sicut patet in de sphera. vnde: scito numero graduū celi: vlterius scito quot leuce in ambitu terre correspondent vni gradui celi: potest sciri quot leuce sunt in circuitu ipsius terre. sic ergo patet ꝙ per quantitatem circūferentie celi mensuramus quantitatem circūferentie terre: scȝ ꝑ correspōdentiam: q̄uis quantitas circunferentie celi sit multo maior q̄ quantitas circunferentie terre.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio tēpus est mensura motus celi secundū primū modum mensurationis. probatur: qr̄ aliquis motus celi magnus ꝑ vnam partē eius mēsuratur sicut motus celi annualis per motum celi diurnū. vnde annū mensuramus ꝑ dies: modo dies est pars intrinseca anni. ¶ Secunda conclusio: tēpus non est mensura istorū inferiorū primo modo nec secundo modo mēsurationis: ꝓbatur: quia tēpus: puta motus celi: nō est pars intrinseca alicuius motus inferioris. ergo nō est eius mēsura primo modo: nec etiam secundo modo: ꝓpter hoc ꝙ tempus: puta motus celi non adequatur alicui motui inferiori: tam quo ad velocitatem: q̄ quo ad augmentationē ⁊ ad magnitudinē. ¶ Tertia conclusio omniū motuū istorum inferiorū tēpus est mensura tertio modo. ꝓbatur: quia quolibet motu inferiori signato ꝑ correspondentiā partiū suarum ad partes temporis nobis cogniti ille motus potest fieri a nobis cognitus: tam quo ad durationem q̄ quo ad velocitatē quā quo ad magnitudinem pertransitam: verbi gratia vt si aliquis sciret quot essent hore in die artificiali: verbi gratia quod duodecim: ⁊ talis in qualibet hora pertranseat vnam leucam: in fine diei sciretur quantitas totius spatij pertransiti scilicet spatium duodecim leucarum: ex eo ꝙ duodecima pars leucarum correspondet duodecime parti diei: scȝ hore. Similiter per hm̄oi correspondentiam possumus per motum horologij mensurare motum celi: verbi gratia: vt si vna rota in horologio mota regulariter faceret vnam reuolutionem in vna

nem in vna die naturali: qui habet vigintiquatuor horas: ⁊ signentur vigintiquatuor puncta equaliter distantia in circunferentia ipsius rote: tunc quando vnus istorum punctorum pertransiuisset tantum spatiū quātū est inter duo puncta de illis: trāsiuisset vna hora diei: ita ꝙ ꝑ huiusmodi correspondentiā mensure ⁊ mensurabilis possumus mēsurare non solū equale per equale: sed etiam minus per maius: et maius per minus: et in tali modo mensurationis temp⁹ est mensura omniū motuum inferiorum. Ex his patet ꝙ loquēdo in tertio modo mensurationis facilius mensurant̄ motus si sunt regulares q̄ȝ si essent irregulares: vnde quū sunt irregulares oportet inspicere ad partes earum seorsum vel reducere eas ad regularitatem: quod non oportet quando sunt regulares.

Ad rationes. Ad primam dico quod non idem mēsuratur seipso: quia aliquis motus celi totalis non mensuratur per seipsum totalem: sed per eius partē intrinsecam: sicut dictum est. ¶ Ad secundam dico quolibet motu celi dato ipse est finitus et mensurabilis per aliquā eius partem cū quo tamen stat ꝙ perpetue durabit motus celi: ⁊ durauit. ¶ Ad tertiā dico quod q̄uis motus sit notior tempore: tamen aliquando accidit ꝙ tempus est notius motu. et tunc per illū motū notiorē aliquādo mensuramus: ⁊ motus mensurans vocabit̄ tempus motus mensurati. ¶ Ad quartam dico ꝙ in mensuratione que fit primo vel secundo modo nō debet mensura esse maior mēsurato: nihilominus in mensuratione tertio modo dicta mensura potest esse maior et minor vel equalis mensurato. ¶ Ad quintam dico qȝ imo motus celi alijs motibus est vnigenit⁹ quo ad correspōdentiā et diuisionē proportionaliū partiū: ⁊ hoc sufficit ad hoc ꝙ sit vel possit esse mensura ipsorū ⁊c. ¶ Ad sextam concedo ꝙ mensura debet esse prior mensurato: non in essendo: sed in cognoscendo: vnde per aliquem motum posterius factum possumus mensurare aliquē motū priorē dum tamen motus posterior fiat nobis prius notus q̄ȝ prior: sicut patet de motu horologij hodie facto: per quē motum nouum: motum celi antiquum possumus mensurare.

Questio. XVII.



Ltimo q̄ritur vtruȝ quies mensuretur tempore: ⁊ arguitur qȝ non. Quies est idem cū re permanēte quiescente: sed res permanens nō mensuratur tēpore: ꝓbatur: quia habet omnes suas ptes simul: ergo nec quies. ¶ Secūdo: nihil mensuratur tempore nisi quod ꝓportionaliter est diuisibile tempori: sed sic nō est de quiete: eo ꝙ quies nō est aliud a re permanente: res autem permanens non est ꝓportionaliter diuisibilis tempori ex eo ꝙ permanēs est tota in qualibet parte tēporis. ¶ Tertio: tēpus cū sit successiuum: nō est mensura nisi entiū successiuorū: sed quies non est res successiua sed permanēs ex eo quod quies nō est aliud a re quiescente: et per cōsequens nō est mensurabilis tempore. ¶ Quarto si quies mensuraretur tempore: sequeret̄ qȝ ita deberet poni in diffinitione tēporis ly quies sicut ly mot⁹: quod patet falsum ex diffinitione tēporis in qua dicit̄ tempus est numerus motus secundū prius ⁊c. in qua ponit̄ hoc nomen motus et non hoc nomē quies: cōsequentia videt̄ tenere ex eo ꝙ quies ita mensurat̄ tēpore sicut et motus.

In oppositum videtur esse Aristot. in isto quarto qui videtur dicere tempus esse mensuram non solū motus: sed etiam quietis. ¶ De ista questione sit prima conclusio: ꝙ nulla res permanens: existens tota simul: mensuratur tempore: probatur: illud qȝ mensuratur tempore debet esse diuisibile tempori. ita ꝙ pars mensurati correspondeat parti temporis: ⁊ maior maiori: et minor minori: sed sic non est de re permanente: ex eo quod habet esse totum simul et non habet maiorem partem sui in die q̄ȝ in hora. ¶ Secūda conclusio. esse rei permanentis mensuratur tēpore: ista conclusio ponitur ab Aristo. sed sciendum ꝙ proprie loquendo non est vera propter hoc quod esse non differt ab essentia: si ergo essentia rei ꝑmanētis non mensuratur tempore: sicut habetur per primam conclusionem. sequitur ꝙ nec esse: nihilominus ista conclusio est vera ad istum intellectum ꝙ tempus connotatum per hoc verbū esse vel fore vel fuisse coexistens rei permanenti mensuratur tempore: non quidem extrinsece: sed intrinsece tanq̄ȝ totum sua parte vel partibus: et isto modo dicimus aliquē fuisse decē annis: ⁊ ei⁹ esse mensurari decē annis idest tēpus qȝ coexistebat ei est decē annorū: quod quidē tēpus est mēsurabile diebus vel septimanis: vel horis: ita ꝙ dicere esse sortis mēsuratur tp̄e idez est et dicere tp̄s coexistēs sorti mēsurat̄ tempore: qȝ quidē tp̄s est ei⁹ pars intrinseca ⁊c. ¶ Tertia cōclusio: quies nō mensurat̄ tp̄e: probat̄: q: quies nō est aliud a quiescente vt nunc suppono: sed quiescēs nō mēsurat̄ tp̄e cū sit res ꝑmanēs: ergo. ¶ Quarta cōclusio: quiescere bene mēsuratur tp̄e. i. tp̄s connotatū per ly quiescere coexistēs quiescenti bene mēsuratur tp̄e: et hoc intrinsece: sicut totū sua parte: vel suis partib⁹: ꝓbat̄: nā quū dicim⁹ sortes quieuit per tres horas istȝ temp⁹ puta tres hore est intrinsece mēsurabile tempore: vn̄ omne tp̄s est intrinsece mēsurabile tp̄e ex eo qȝ omne tēp⁹ est quoddā totū cōpositū ex suis partib⁹. sed oē totū est mēsurabile suis partibus. ¶ Circa dicta dubitat̄. posito quod ante creationem mundi quū adhuc nihil erat nisi deus: de⁹ creasset tres angelos eiusdem perfectionis. s. a. b. c. primo a. ⁊ postea b. ⁊ c. simul: ⁊ postea illos tres angelos simul annihilasset: querit̄ vtrū a. fuerit maioris durationis: q̄ȝ fuerint b. c. ⁊ b. c. fuerint equalis durationis: ⁊ videt̄ ꝙ sic: q: a plus durauit q̄ȝ b. c. ⁊ b. c. equaliter durauerunt. ¶ Oppositū arguitur: q: nulla est quātitas maior ipsi⁹ a. q̄ȝ ipsius. b. c. nec intrinseca: nec extrinseca: ⁊ per consequēs nō est maior duratio ipsi⁹ a. q̄ȝ ipsius b. c. ⁊ sic nec extrinseca: ex eo qȝ nulla est quātitas extrinseca nec fuit ante creationem mundi ⁊c. ¶ Potest dici ꝙ secundū extrinsecā denominationē ⁊ cōditionalē potest cōcludi ꝙ a. fuerit maioris duratiōis q̄ȝ b. c. imo ī certa ꝓportiōe: ⁊ ꝙ c. fuerit equalis cū b. ⁊ hoc ad istū sensum ꝙ cuiuslibet angeli duratio denominetur tāta quāta fuisset tp̄s coexistēs ei si sibi coextitisset sicut sibi nō coextitit. et tūc forte tp̄s coexistēs a. fuisset duplū ad tp̄s qȝ coexistebat b. c. ⁊ tp̄s qȝ coexistebat b. fuisset equale tēpori qȝ coextitisset c. ad istū sensum possemus dicere a. fuisse maioris durationis q̄ȝ b. c. ⁊ b. c. fuisse equalis. Rationes vadūt vijs suis secundum conclusiones positas.

¶ Et sic est finis Quarti libri.

¶ Questiones magistri Alberti de Saxonia super quintum librum physicorum.

Questio. I.



Queritur consequēter circa textū quinti libri physicorū: vtrū oīs trāsmutatio ad substātiā sit successiua. Et arguit̄ primo ꝙ nō q: si sic tūc sequeret̄ ꝙ ad substantiam esset mot⁹ cōsequēs falsum: consequentia videt̄ esse nota: falsitas cōsequētis patet ꝑ Arist. in isto quīto: vbi directe dicit: ꝙ solū in trib⁹ ꝑdicamētis est motus ¶ Scd̄o termin⁹ mutationis successiue non est trāsmutatio successiua sed transmutatio ad substātiā est huiusmodi: ergo maior est nota: et minor ꝓbat̄: q: generatiōes et corruptiones sunt termini alterationū que sunt mutatiōes successiue. ¶ Tertio: transmutationes ad substantiaȝ sunt indiuisibiles: ergo non sunt successiue: cōsequentia tenet: ⁊ antecedēs patet ꝑ Cōmen. sup isto quinto dicentē mutationes indiuisibiles esse terminos mutationū diuisibiliū. per mutationes indiuisibiles intellexit trāsmutatiōes substantiales. ¶ Quarto: oīs trāsmutatio q̄ est inter cōtradictoria est indiuisibilis: ⁊ ꝑ cōsequēs nō successiua: sed transmutatiōes substātiales sunt inter contradictoria: ergo. maior est nota: q: inter cōtradictoria nullū est mediū: ⁊ ꝑ consequens mutatiōes inter illa sunt indiuisibiles: minor ptȝ. q: transmutatio ad hoīem est de nō hoīe ad hoīem: modo hō et non homo sunt cōtradictoria. ¶ Quinto: est dare primū instans

in quo est asinus ⁊ ante quod nunq̄ȝ erat. Sed in isto instanti est generatio asini: ergo generatio asini est subita et non successiua: sed talis generatio est trāsmutatio ad substātiā: ergo. ¶ Sexto: substātie nihil est cōtrariū: nec suscipit magis et min⁹: ergo trāsmutatio ad substātiā nō est successiua: sed subita: cōsequētia tenet ex eo ꝙ causa successionis est cōtrarietas et susceptio magis et minus: ⁊ antecedēs est Aristo. in predicamētis: vbi dicit ꝙ substātie nihil est cōtrariū: et quod nō suscipit magis et minus. quare ⁊c.

Oppositū patet ad sensum. nam videmus

quod ex ligno generatur ignis successiue. ¶ In ista q̄stiōe primo ponā vnā distinctionē. secundo cōclusiones. Distinctio est ista: ꝙ in acquisitione naturali alicuius potest imaginari successio tripliciter: Uno modo put successio attēditur penes partes graduales illi⁹ qđ acq̄rit. Secūdo modo prout attēdit penes partes quātitatiuas. Tertio mō prout attēdit tam penes partes graduales q̄ȝ penes partes quātitatiuas. Exēplū primi: sicut acquisitio alicuius forme intēsibilis et remissibilis est successiua: sicut albedinis vel caliditatis: verbi gratia: nā partib⁹ gradualib⁹ talis forme repugnat acquiri simul: oportet em̄ ꝙ prius acquirat gradus remissior deinde intensior ⁊c. Exemplū secundi: sicut patet in generatione ipsius ignis: qui generatur successiue secundū partes quātitatiuas: sed non secunduȝ partes graduales: non enim habet partes graduales propter hoc ꝙ nulla substātia est intensibilis et remissibilis. Exēplū tertij sicut si aliqua caliditas acquireret in aliquo subiecto: ⁊ primo in vna parte illi⁹ subiecti: et deinde in alia: et cum hoc intenderet: tunc in acquisitione talis qualitatis esset successio: tam ex parte partium gradualium illius forme q̄ȝ etiam ex parte partium quantitatiuarum eiusdem.

Quantū ad secundum sit prima conclusio:

quod nulla substātia acquiritur successiue: prout successio attenditur penes partes graduales: probatur: nulla substātia est intensibilis et remissibilis: ergo cōclusio vera: consequētia tenet ex eo ꝙ quicquid acquiritur successiue secūdū partes graduales est intensibile et remissibile. ¶ Sed contra diceret aliquis: Commē. secūdo celi dicit ꝙ forme elemētorū sunt intensibiles ⁊ remissibiles: forme aūt substātiales elementorū sunt substantie. ¶ Secundo nisi forme elemētorum essent intēsibiles et remissibiles: sequeret ꝙ remissa caliditate ignis nondum remitteret forma substantialis eiusdem: et p consequēs posset deperdi vnus grad⁹ caliditatis ignis absq3 aliqua deperditione forme substantialis ignis: et qua ratione vnus: eadē ratiōe duo: ⁊ sic de omnibus cū omnes sint eiusdē rationis: et per cōsequēs totalis caliditas ignis posset esse deperdita adhuc manēte forma substātiali ignis: et per consequens posset esse ignis sine caliditate: quod est inconueniens. ¶ Tertio naȝ elementa manent in mixto: sed hoc esse nō potest formis substantialibus eorū manentibus sub esse intenso: et per consequens sub esse remisso: ergo sunt intensibiles et remissibiles. ¶ Quarto: nisi essent remissibiles sequeretur quod elemētū simplex posset moueri successiue in vacuo: qđ est contra dicta: cōsequentia probat: nā apponatur vna terra pura vni igni: sic quod illa terra pura aliqualiter leuis fiat ab illo igne: tunc q̄ȝuis eius grauitas sit remissa: non tamen eius forma substātialis: ergo adhuc ei⁹ forma substantialis manet integra: et per consequens adhuc illa terra manet elementum simplex substātialiter. ponatur ergo talis terra ad vacuum: probo ꝙ descēdit successiue: q2 hȝ sufficiēter resistētiā intrinsecā. ¶ Ad ista ad primū dicit ꝙ Cōmē. fuit illi⁹ opinionis. et igit pōt quo ad hoc negari. ¶ Ad secundū dico ꝙ q̄ȝuis oēs grad⁹ sint eiusdē speciei: tñ q2 forma ignis determinat sibi certā latitudinē caliditatis: sequit ꝙ nō oēs possunt depdi forma substantiali ignis non deperdita: vnde tādē deuenitur ad gradus caliditatis ita remissos ꝙ sub illis non pōt remanere forma substantialis ignis: et tunc ipsa corrūpit. ¶ Ad tertium dico quod elementa nō manent in mixto secundū formas substātiales eorū neq3 sub esse intenso: neq3 sub esse remisso: vnde dicitur super primo de generatione ꝙ in mixtione quum elemēta approximant adinuicē: secundū paruas earū particulas: mutuo se corrūpunt: quibus corruptis materie illarum particularū elemētorū: q̄ prius erāt contigue: fiunt continue per eductionem forme mixti de totali materia aggregata ex illis materiebus: que erāt materie particularum elementorū iuxta se inuicē positorū. ¶ Ad quartū dico ꝙ non est incōueniens ꝙ elementū simplex substantialiter ⁊ mixtū qualitatiue moueatur ī vacuo successiue: sicut arguitur: non tamen est possibile de elemento simplici: tam substantialiter q̄ȝ qualitatiue. ¶ Secunda conclusio nulla forma substantialis acquiritur tota simul: quantū ad eius partes quantitatiuas: probat: taliter acquirit qualiter corrumpit. generatio em̄ vni⁹ est corruptio alteri⁹: primo de generatione: sed omnis forma substātialis corrūpitur successiue: quo ad partes quantitatiuas: ergo etiā omnis forma acquiritur successiue quo ad eius partes quantitatiuas. cōsequentia tenet: sicut dictū est: antecedēs pbat: nā cuiuscūq3 forma substātialis q̄ corrūpit vel corrūpit ab intrinseco: vel ab extrinseco. si ab intrinseco: et cū nihil corrūpat ab intrinseco primo sicut dictū est secūdo huius: sequit ꝙ quicquid corrūpit ab intrinseco: vna ei⁹ pars corrumpit aliā. sed hoc opȝ esse successiue. si vero corrūpit ab extrinseco adhuc corrumpitur successiue: propter hoc ꝙ agens extrinsecū est propinquius vni parti corrūpende q̄ȝ alteri: et per consequens prius corrumpit vnā partē q̄ȝ aliā: et p cōsequēs ibi est successio. Sic ergo patet quālibet formā substātialē saltē extēsam corrūpi successiue: prout successio attēditur penes partes quantitatiuas: ⁊ per consequens patet quālibet formā extensam sic successiue acquiri ⁊ corrūpi ⁊c. ¶ Consimiliter ad eandē conclusionē possent adduci experientie. nā in animalib⁹ cor est primū viuēs ⁊ vltimū moriens: similiter videmus in plantis: ⁊ in alijs ꝙ generant successiue secundum partes earū quātitatiuas. Ex his formaliter respondet ad quesitū. s. ꝙ omnis mutatio ad substātiā est successiua: put successio attenditur penes partes quantitatiuas. Sed dices cōtra de anima intellectiua: q̄ non habet partes quantitatiuas: cū sit indiuisibilis: et tamē est substantia. ¶ Respōdetur ꝙ nec anima intellectiua generatur: sed creatur: sed in proposito intelligit de formis extensis: ⁊ de formis naturaliter generabilibus et corruptibilibus ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primā patebit inferius.

¶ Ad secundā termini transmutationū ⁊c. bene concedo ꝙ transmutationes substantiales que sunt termini alterationū: quarum successio attendit penes partes graduales sunt indiuisibiles per priuationē talis successionis: nihilomin⁹ bene sunt successiue ⁊ diuisibiles secundum partes q̄ȝtitatiuas. ¶ Ad tertiam consimiliter. ¶ Ad aliam eodē modo: vnde ꝙ transmutatio ad substantiā est inter cōtradictoria: bene arguit ꝙ nō est successiua secundū partes graduales: nihilomin⁹ bene secundum partes q̄ȝtitatiuas. ¶ Ad quintā dico ꝙ est bene dare primū instās: in quo forma asini est sub tanta extensione: nihilomin⁹ in illo instantī non primo est ipsa et q̄libet ei⁹ pars: imo ipsa acquirebatur successiue vna pars quantitatiua post aliā. ¶ Ad sextā substantia non suscipit magis et minus ⁊c. dico quod hoc bene probat ꝙ transmutatio ad substantiā non est successiua secundum partes graduales. non tamen cōcludit quin sit successiua secundum partes quantitatiuas.

Questio. II.



ueritur secundo vtrū generatio sit motus. et arguitur primo quod sic: omnis acquisitio tēporalis est motus: generatio est huiusmodi: ergo. maior est nota: minor pbatur: nam generatio est trāsmutatio ad substantiaȝ: sed talis est successiua per precedentem questionē. ergo. ¶ Secundo generationi cōuenit diffinitio motus: ergo generatio est motus. consequentia tenet ex eo quod cuicunq3 conuenit diffinitio et diffinitum: antecedēs probatur: nam generatio est actus generabilis: secundum quod generabile. generabile autem est ens in potentia: ergo generatio est actus entis in potentia: secundū quod in potentia: sed ista diffinitio est motus: ergo generationi conuenit diffinitio motus. ¶ Tertio: nam dicit Cōmentator tertio hui⁹ quod motus est generatio partis post partem illius perfectionis ad quam vadit: cum ergo motus sit generatio: sequitur per conuersionē simpliceȝ generationem esse motū. ¶ Quarto arguitur

arguitur autoritate Aristo. in predicamentis dicentis sex esse species motus: inter quas enumerat generationez: et cũ genus sit verificabile de sua specie: sequitur hanc esse verã generatio est motus. ¶ Quinto: omnis trãsmutatio ad substantiam est motus: generatio est transmutatio ad substantiam: ergo est motus. minor nota est de se: sed maior probaẗ: q2 ad illud qd̄ habet contrariũ est verus motus: sed substãtia est huiusmodi: igitur: maior nota: sed minor probaẗ: nam in vnoquoqꝫ genere debet esse vna contrarietas ad quam alie contrarietates illius generis reducunẗ: ergo in predicamento substantie est vna talis contrarietas: et ꝑ consequẽs substãtie est aliquid contrarium. ¶ Secundo principia substantie sunt contraria sicut forma et priuatio: sed principia substantie sunt substantie: ergo videtur substantie esse aliquid contrariũ. ¶ Tertio substantia est corruptibilis: ergo sibi aliquid est contrarium. antecedens clarum: cõsequẽtia tenet: quia quicquid corrumpitur: corrũpitur a suo contrario. ¶ Quarto ignis est substantia: sed igni aliquid est contrarium puta aqua: ergo substantie &c.

In oppositum est Aristoteles in isto quinto:

vbi distinguit generationem et corruptionem contra motum. ¶ In ista questione primo ponende sunt alique distinctiones: secundo conclusiones.

Quantũ ad primũ sit ista prima distinctio:

quod quedã dicitur generatio simplex quedã secundũ quid: generatio simplex dicitur quãdo de aliquo verificatur hoc nomen ens: sine additamento et immediate ante hoc nõ verificabaẗ de eo: verbi gratia: vt quum sor. est generatꝰ: veruz est dicere sor. est ens et ante nõ: et ista generatio attribuitur substãtijs generatio vero secundũ quid dicitur: quando de aliquo de nouo verificatur hoc nomen ens cum additamẽto cum quo prius nõ verificabaẗ de eo: verbi gratia: vt quũ sor. calefit: nos dicimus modo sortẽ esse ens calidum et ante non erat ens calidum: sed bene ante erat ens. similiter quũ sor. augmentatur: bene dicimus q sor. modo est ens tripedale: et ante non erat ens tripedale: licet bene ante erat ens. similiter quũ sor. mouetur localiter bene dicimus q sor. modo est ens in a. loco: et ante nõ erat ens in a. loco: licet bene ante erat ens: sic ergo in generatione secundũ quid hoc nomen ens verificatur de aliquo cum aliquo additamẽto: sed in generatione simpliciter verificatur simpliciter. id est sine additamento. De generatione simpliciter intelligitur propositum: q2 de generatione secundum quid non est dubium quin sit motꝰ. ¶ Sed diceres: sequeretur quod quũ aliqua albedo: vel caliditas per alterationẽ acquiritur in aliquo subiecto qd̄ oporteret esse generationem simpliciter: patet hoc: q2 de albedine verũ est dicere a. albedo est ens: et ante non erat ens: ita q hoc nomen ens sine additamento verificatur de albedine. ¶ Respõdetur negando istã albedo est ens: vnde dico q hoc nomen ens sine addito non est verificabile de accidentibꝰ: licet bene cum addito: et igitur Arist. negaret tales: albedo est ens: caliditas est ens: sed bene cõcederet istas: albedo est ens alteri inherens: vnde diceret Aristo. q hoc nomen ens sine addito non est verificabile nisi de substãtijs. i. de nominibus significatiue acceptis supponẽtibus pro substãtijs. ex quo vna cũ his que dicta sunt de generatione simpliciter sequitur solꝰ substantie esse generationẽ simplicẽ. ¶ Secũda distinctio: q motus dicitur dupliciter scilicet cõmuniter et proprie. Motus communiter dictꝰ extendit se ad omnẽ mutationẽ successiuã et temporalem: siue sit successiua ratione partiũ gradualiũ forme: siue ratione partium quantitatiuarũ: siue eius subiectum sit ens in potentia siue ens in actu quod est hoc aliquid demõstratum: vel demonstrabile. ¶ Motus autem proprie dictꝰ non extendit se ad mutationem cuius subiectum est ens in potentia: et ad ipsum aliqua requiruntur. Primo enim ad motum proprie dictum requiriẗ q eius subiectum sit substãtia per se existens manens eadem sub vtroqꝫ termino illius motus: nisi cum illo motu concurrat: vel generatio simplex vel corruptio simplex. quid sit corruptio secũdũ quid: et corruptio simplex patet ex opposito modo dicendi: sicut dictũ est de generatione simpliciter et de generatione secundum quid. ¶ Secundo ad motum proprie dictum requiritur qd̄ sit de affirmato in affirmatuz id est de positiuo in positiuũ: ita quod vterqꝫ terminus illiꝰ motus sit ens positiuum scilicet tam terminus a quo q̃ꝫ terminus ad quem: terminus a quo qui abijcitur: terminus ad quem qui acquiritur: et q2 in motu proprie dicto isto modo est corruptio secundũ quid terminus a quo et generatio secundũ quid termini ad quẽ: sequitur illam totalem motum esse aggregatum ex vna corruptione secundũ quid scilicet termini a quo: et vna generatione secundum quid scilicet termini ad quem. verumtamẽ est sciendum quod aliquando accipitur motus pro generatione secundum quid termini ad quem: vt calefactionem pro caliditate que acquiritur: et in tali acceptiõe motꝰ esset solum generatio secundum quid: et non aggregatum ex corruptione secundum quid et generatione secundum quid.

Quãtum ad secundũ sit prima conclusio.

accipiendo motuz communiter: generatio simpliciter bene est motus: probatur: nam sicut dictum est in precedenti questione: transmutatio ad substantiam est successiua: et hoc ratione partium quantitatiuarum licet non ratione partium gradualium forme: sed talis trãsmutatio est generatio simpliciter: modo sicut iam dicebatur in primo argumento motus communiter acceptus bene se extendit ad talem transmutationem successiuam: et ita Aristo. in post predicamentis accipit motum quum dicit generationem et corruptionem esse species motꝰ. ¶ Secunda cõclusio. accipiendo motum proprie: generatio simpliciter non est motus: et ita Aristo. in isto quinto accipit motum: quũ dicit generationẽ nõ esse motum: probatur cõclusio: cuiuslibet motus proprie dicti subiectum est ens in actu. i. substantia per se subsistens: sed generationis simpliciter subiectum non est ens in actu: sed ens in pura potentia: ergo generatio simpliciter nõ est motus: tota ratio patet ex dictis in primo articulo. ¶ Secũdo omne quod mouetur est: sed omne quod generatur non est: ergo generatio non est motus intelligendo de generatione simpliciter: et de motu proprie accepto. ista ratio est Aristo. in litera &c. Pro cuiꝰ intellectione est sciẽdum quod moueri secundũ cõmunẽ locutionẽ attribuimus illi qd̄ subijcitur motui: vnde quũ paries albefit non dicimus albedinez alterari: nec parietẽ album alterari. sed bene dicimus parietem alterari. In generatiõe vero simpliciter generari nõ attribuimus secundũ communẽ locutionẽ subiecto scilicet materie: sed attribuimus forme: que materie acquiritur vel totali composito ex materia et forma: vnde secundum communẽ locutionẽ nõ dicimus materiã generari sed formam vel cõpositũ scilicet sortẽ vel platonẽ: et ideo nos dicimꝰ qd̄ omne qd̄ moueẗ est: et qd̄ generaẗ nõ est: et causa huiꝰ quare moueri attribuimꝰ subiecto motꝰ: et generari: vel corrũpi nõ attribuimꝰ subiecto generationis vel corruptionis est: quia subiectum motus est nobis notũ cũ sit substantia ꝑ se subsistens: subiectũ autẽ generationis vel corruptionis nõ est nobis ita notum: cum hoc sit materia que de difficiliter cognoscitur: cum non sit a nobis cognoscibilis: nisi per analogiã ad formam: vt primo huius &c.

Ad rationes principales. Prime quatuor

solute sunt secundũ dicta. ¶ Ad quintã quũ dicebaẗ substãtie aliquid est contrarium: negaẗ accipiendo contrarietatẽ proprie. vnde sciendum: q ad contrarietatẽ proprie dictam tria requirunẗ. ¶ Primo q vtrunqꝫ contrariorũ sit ens positiuum: et ideo lumẽ et tenebra non dicunẗ contraria ꝑpter hoc q tenebra non est qualitas positiua. Secundo requiritur q vtrũqꝫ inhereat alicui subiecto: et ꝑpter hoc ignis et aqua nõ sunt contraria licet qualitates eorũ sint contrarie. Tertio requiriẗ: q inter illa inter que est cõtrarietas sit distãtia formalis: vel localis: distantia quidẽ formalis sic: q2 nõ põt fieri trãsitꝰ de vno extremorũ in aliud nisi ptrãseaẗ per formas intermedias: verbi gratia Aliqd̄ subiectũ calidum non potest fieri frigidũ nisi prius fiat tepidũ: opz igiẗ transire per tepiditatem: ergo inter caliditatem et frigiditatem dicitur esse distantia formalis: et ideo forma substantialis aq̃ non est contraria forme substantiali ignis: ex quo immediate ex aqua potest generari ignis: tandem materia que modo stat sub forma substãtiali aque: postea stabit sub forma substantiali ignis: absqꝫ hoc quod prius stet sub aliqua forma substantiali intermedia de distantia locali bene intelligitur sicut est distantia inter sursuz et deorsum. ¶ Et

potest apponi quarta conditio quod sint actiua et passiua adinuicem: et propter hoc forma equi et forma asini non dicuntur contrarie adinuicem sed disparate. ¶ Tunc ad primam in vnoquoque genere hoc intelligitur de contrarietate proprie dicta: sed de oppositione priuatiua non. Consimiliter ad secūdā dico quod forma ⁊ priuatio non dicuntur proprie contraria: sed priuatiua. ¶ Ad tertiā dico quod substātia non corrūpitur a sibi contrario: sed bene corrumpitur a contrario suarum dispositionū et qualitatum. ¶ Ad quartam dico quod elementa non sunt contraria: nec etiam forme substantiales eorum sunt contrarie: sed bene qualitates earum prime. ita intelligitur quod dicit Aristote. in secundo de generatione.

Questio. III.



Queritur nūc tertio vtrū omnis motus sit de contrario in contrariū: ⁊ arguitur primo ꝙ non. aliquis motus est de minus albo in magis album sed minus album: et magis albuz non sunt contraria: ergo ⁊c. maior est nota de se: sed minor probatur nam cōtraria dicuntur que maxime distant. modo magis album et minus albū nō maxime distant. ¶ Confirmatur. magis album et minus albū sunt eiusdē speciei ex eo ꝙ magis ⁊ minus non diuersificāt speciem: sed nulla contraria sunt eiusdem speciei. Cōfirmatur iterū: quia si magis album: et minus album essent cōtraria: sequeretur ꝙ vni plura essent contraria. quod est cōtra Aristotelem primo celi. probaꝛ consequētia: quia nigrum ⁊ magis album sunt contraria: modo si etiam magis albo minus album esset contrariū: tunc magis albo plura essent cōtraria scilicet nigrum: et minus album. ¶ Secūdo ad principale motus scilicet augmentationis de minori quantitate ad maiorem quantitatem est: sed iste motus non est inter contraria: ex eo quod quātitati nihil est contrarium: igitur non omnis motus ⁊c. ¶ Tertio alteratio modo de tenebra in lumen videtur esse quidam motus: sed tamen non est inter contraria: sed inter priuatiue opposita scilicet tenebram et lumen: sed priuatiue opposita non sunt contraria: ex eo quod quodlibet contrariorum debet esse ens positiuum vt prius dicebatur: modo tenebra non est aliquid tale saltem superpositum subiecto tenebroso: quod tamen oporteret si esset altera pars contrarietatis. ¶ Quarto motus circularis celi est motus: et tamen non est de contrario in contrarium: ex eo quod tunc motus qui fieret a contrario esset ei contrarius: sed hoc est falsum: nam per Arist. primo celi motui circulari non est aliquis motus contrarius. ¶ Quinto motus animalis progressiuus non est de contrario in contrarium: patet hoc: quia est de vno loco in alium: que quidē loca sunt bene consimilis virtutis conseruatiue: et non contrarie: et per consequens nec talis motus est de cōtrario in contrarium. similiter posset argui de motu locali recto: de sursum et deorsum: quod non sit de contrario in contrariū: nam si sic sequeretur quod sursum et deorsum possent inesse eidē successiue: et mutuo se expellere: modo hoc est falsum: ex eo quod non sunt actiua et passiua adinuicem: ergo ⁊c.

In oppositum est Arist. in isto quinto. In ista questione videnduz est de quesito. secundo videndū est qualiter diuersimode cōtrarietas reperitur in diuersis ad que est motus. tertio addentur conclusiones.

Quantū ad primum sciendū est quod contraria vno modo dicuntur forme incōpossibiles in eodē subiecto: quarū vna est expulsiua alterius: et isto modo dicim[us] caliditatē summā et frigiditatem summam esse contraria. ¶ Alio modo contraria dicuntur dispositiones et qualitates non quidem incompossibiles: sed significabiles per terminos qui non possunt simul denominare idem licet bene successiue. inter quas quidem dispositiones est distātia formalis vel localis: sicut albedo remissa duorum graduum: ⁊ intensa sex graduum iste due albedines dicuntur cōtrarie non quia sunt incompossibiles: quia albedo duorum graduum potest simul stare cum albedine sex graduum: sed dicuntur contrarie: quia remisse album: ⁊ intense album: non possunt verificari de eodem simul: licet bene successiue: ⁊ inter illa est distantia formalis: similiter esse minus sursum: et magis sursum sunt dispositiones significabiles per terminos: qui non possunt simul idem denominare: licet bene successiue. et inter huiusmodi dispositiones est distantia localis: ⁊ ideo magis sursum et minus sursum dicuntur contraria: similiter quantitas maior: et quātitas minor sunt dispositiones significabiles per terminos: qui non possunt simul denominare idem: licet bene successiue: inter quas quidem dispositiones est distantia: que potest reduci ad localē propter hoc ꝙ inter quantitatem maiorem: et minorem est spatium medium scilicet excessus quo quātitas maior excedit minorem. ¶ Tertio modo adhuc dicuntur contraria illa: que sunt priuatiue opposita: et illa acceptio contrariorū est impropria. ¶ Ista distinctione posita sit prima cōclusio: accipiendo contraria pro priuatiue oppositis: cōtrarietas nō sufficit ad motum: probatur: nam ex eo quod omnis motus est successiuus: oportet quod inter quecūque est motus: quod inter illa sit aliquod medium: modo inter priuatiue opposita nullū est medium: et per consequens inter priuatiue opposita non potest esse motus: vnde inter videns et cecū nullum est medium: ⁊ per consequens nō est transitus successiuus de visione in cecitatem: ad hoc enim quod esset talis transitus debet esse mediuz inter visionem ⁊ cecitatē: quod successiue pertransiretur. ¶ Tertia conclusio: accipiendo contraria primo modo non ad omnē motū requiritur talis contrarietas: probatur: nam talis contrarietas non requiritur ad motū localem nec augmentationis nec diminutionis: ex eo quod nullus illoruz est inter dispositiones incompossibiles: quarū vna sit expulsiua alterius: quilibet enim istorū motuū est inter dispositiones: que non sunt actiue et passiue adinuicem: et per consequens vna non est expulsiua alterius. similiter motus: qui est de albedine remissa ad albedinem intensam non est inter huiusmodi contraria. ¶ Tertia conclusio. ad omnē motum sufficit ad minus et requiritur contrarietas inter contraria secundo modo dicta: probatur: quia omnē motū oportet esse successiuū. et similiter oportet esse de vno in aliud: vel ergo inter illa est distantia vel non: si dicitur quod nō: inter illa non potest esse motus: si dicitur quod sic: ipsa sunt contraria secundo modo dicta. ita in proposito capiatur contrarietas pro distantia formali vel locali inter terminum a quo et terminuz ad quem: et taliter accipiendo contrarietatem inter locum in quo tu sedes: et inter locum meum est contrarietas: quia distantia situalis: quare ⁊c.

Quantum ad secundum est sciēdum quod quedā est contrarietas in loco ⁊ quedā in q̄titate et quedā in qualitate. nō eñ pluribus modis potest imaginari distātia et per consequens nec motus ⁊c. ¶ Secundo sciendum quod contrarietas in loco quedā est secundū lineā rectam longissimam: sicut est de sursum ad deorsum. Alia contrarietas secundū partes huius linee: quia sumpta vna pte linee puncta eius distant. Alia est contrarietas in loco: secundū alias differentias positiōis: verbi gratia sicut est inter sinistrum et dextrū: inter ante: ⁊ retro. ⁊ secundū hanc cōtrarietatē fit motus localis ad latus inter has differentias positionis scilicet sinistrū dextrū ante et retro: licet bene sit contrarietas sufficiēs ad motū sicut etiā est inter sursum ⁊ deorsum: tamen inter sursum ⁊ deorsum est cū hoc alia contrarietas scilicet virtutū contrariarū cōseruatiuarū locabiliū natura sursum ⁊ deorsum. ¶ Adhuc: in loco est alia contrarietas que nō accipitur hoc modo secundū semidiametrū: ⁊ secundū chordā arcus: q̄ est distantia arcus inter orientē et occidentē: vel meridiem et septētrionem: ⁊ talis contrarietas sufficit ad motū circularē. ¶ Deinde notandū est secundum quātitatem: vnde dico quod illa accipitur secūdū magis et minus et illi cōtrarietati nō cōuenit descriptio cōtrarietatis: q̄ est inter cōtraria maxime distantia: q[uia] inter magis et minus non est distātia maxima: propter dim[in]utionē in infinitū. ¶ Secundo notandū est de distantia formali: et cōtrarietate que est inter qualitates: q̄dā est inter qualitates actiuas ⁊ alteratiuas: sicut sunt caliditas: frigiditas ⁊c. quedā est inter qualitates motiuas localiter: sicut sunt grauitas: ⁊ leuitas et q̄dā est inter qualitates: nec actiuas nec motiuas localiter: sed inter qualitates cōsequētes actionē qualitatū primarū adinuicē: cuiusmodi sunt sapores odores ⁊c.

res ⁊c.ex quo patet ꝙ mutuo expellere solū conuenit cōtrarijs actiuis et passiuis adinuicē:vnde albedo non expellit nigredinem agendo et corrumpendo ipsam sicut bene facit caliditas frigiditatē:sed albedo expellit nigredinē:hoc est cōsequitur nigredinē in eodē subiecto:⁊ hoc est ꝓpter qualitates actiuas mutuo agentes adinuicē quarū illas sequitur albedo:istas vero nigredo ⁊c.

Quātum ad tertium sit prima conclusio.

quod nō oportet quod cōtrarietas requisita ad motū sit inter cōtraria actiua et passiua adinuicē.patet hoc qꝛ contrarietas inter sursum ⁊ deorsum nō est inter actiua et passiua adinuicē. ¶ Secūda cōclusio.ad contrarietatē sufficiētem ad motū non requirit ꝙ sit inter aliqua quorū vnū resistat alteri:patet hec conclusio:de cōtrarietate q̄ est inter quantitatē maiorē ⁊ minorē:vnde vna illarū q̄ntitatū nō resistit alteri:qꝛ resistere est reagere:modo ad cōtrarietatē sufficiētē ad motū nō requiritur ꝙ sit inter aliqua que sunt actiua et passiua adinuicē:per precedentē cōclusionē:ergo nec ad contrarietatē sufficientē ad motū requiritur quod sit inter aliqua:quorū vnū resistit alteri. ¶ Tertia cōclusio nō tollit verū motū ipsum esse successiuū ex consequēti ad alium motū:probatur:quia motus potest esse inter cōtraria quorū vnū non resistit alteri:sicut dicit cōclusio precedēs:ergo quantū est de ratione illorū inter ipsa esset mutatio subita:sed quia inter ea est successio talis successio est ꝓpter aliū:quod patet in motu locali grauiū:qꝛ nisi esset resistentia in motu diuisionis ipsius medij graue simplex simpliciter descenderet subito.Simile est de alteratione inter albedinem et nigredinem:qꝛ inter albedinē ⁊ nigredinem est mutatio successiua:hoc nō est ꝓpter resistentiā vel actionē ipsarum adinuicē scilicet albedinis ⁊ nigredinis:sed hoc est ꝓpter actionem et resistentiā qualitatum primarum adinuicem:quarum proportionē aliam ⁊ aliam albedo ⁊ nigredo consequuntur. ¶ Quarta conclusio.ad contrarietatē sufficientem ad motum:non requiritur quod sit de extremo in extremum:seu quod sit inter illa que maxime distāt:sed sufficit ꝙ inter illa que aliquo modo distant:qꝛ pōt esse motus de minus calido ad magis calidū seu de caliditate remissa ad caliditatē intensam vel intēsiorē:modo inter ista non est distātia maxima:sed aliquanta:ergo finaliter ad modū sufficit contrarietas q̄ est distantia inter terminū a quo:⁊ terminū ad quē et ideo qꝛ inter ꝯdictoria:⁊ inter priuatiue opposita nullū est mediū:seu talis distantia:sequit̄ inter ipsa nō esse motum:sed mutationem.

Ad rationes.Ad primā dico quod contra

rietas sufficiens ad motū:bene potest esse inter illa q̄ sunt eiusdē speciei:et similiter ad talem contrarietatem non requiritur quod extrema eius maxime distent:⁊ similiter nō est inconueniens vni plura esse cōtraria contrarietatibus:quarū vna est sufficiens ad motū:et sic soluit̄ prima ratio et eius confirmatio. ¶ Ad secundā dico qꝺ licet quātitas minor non sit contraria quātitati maiori contrarietate primo modo dicta tamen bene est sibi contraria contrarietate sufficiente ad motū. ¶ Ad tertiā dico quod mutatio medij de tenebra in lumen nō est motus:qꝛ nō est successiua sed subita quia inter priuatiue opposita.et ideo illa ratio nihil facit ad propositum. ¶ Ad quartam ⁊ quintā ⁊ sextam dicatur quod tam hic q̄ꝫ ibi est contrarietas sufficiens ad motū licet non contrarietas primo modo dicta.

Questio.IIII.



ueritur quarto vtrū secūdū tria predicamenta sit motus per se scilicet secundū quātitatē:qualitatē:et vbi.et arguitur primo ꝙ non.in aliq̄b⁹ alijs predicamentis ab istis est contrarietas:ergo secundū illa est mot⁹ per se:antecedens patet de actione et passione:et de ad aliquid. ¶ Secundo in aliquibus alijs predicamentis reperitur magis et minus.ergo secundum illa est mot⁹ per se:non ergo solū secundū predicamenta nominata.cōsequētia patet:antecedens notū de agere et pati. ¶ Tertio.probatur specialiter de ad aliquid:quod secūdū ad aliquid est motus:sicut secundum quantitatem vel qualitatē:vel vbi nam ponatur quod sortes fiat similis platoni per successiuam acquisitionem albedinis tunc talis assimilatio sortis ad platonem est quedam mutatio:ergo ipsa est generatio:vel corruptio:vel motus:ex eo quod omnis mutatio est aliquid istorum:sed nō est generatio nec corruptio ex eo quod per talem assimilationē nō mutatur respōsio ad interrogationē factam per quid de substātia.relinquitur ergo quod sit motus:et cum assimilatio sit de predicamēto ad aliquid sequitur propositum. ¶ Quarto ad vbi est motus per se ergo secundū ad aliq̄d:consequētia tenet ex eo ꝙ vbi est quidam respectus qui quidē respectus est de predicamento ad aliquid:ergo. ¶ Quinto.nā sint due aque similiter calide:quarū caliditates intēdant̄ vniformiter:tunc illa caliditas est similitudo huius aque ad illā:tūc expositone arguatur ad propositū.secundū illā caliditatē est per se motus:⁊ illa caliditas est similitudo:ergo secundū similitudinē est ꝑ se motus. ¶ Sexto.quelibet res est ad aliquid:ergo secundū ad aliquid est per se motus:quia secundū aliquā rē est per se motus:cōsequētia tenet:antecedēs probatur qꝛ quelibet res est causa vel causatū:quelibet res est prior vel posterior:ergo quelibet res est ad aliquid:antecedens notū est de se:consequentia tenet ex eo quod isti termini causa et causatū prius et posterius:sunt in predicamento ad aliquid. ¶ Septimo probatur quod ad quantitatē nō sit per se motus:nā illud ad qꝺ debet esse motus per se debet habere contrariū:quātitas non habet contrariū ex predicamentis. ¶ Octauo probat̄:qꝺ ad qualitatē non sit per se motus:qꝛ ad quartam speciē qualitatis nō est per se mot⁹ cū nihil sibi sit contrariū:et per cōsequēs nō est motus:et per consequens nec motus per se:et cū quarta species qualitatis sit qualitas:et ad eam non sit motus:sequitur quod ad qualitatem non sit per se motus.quare ⁊c.

In oppositū est Aristoteles in isto quinto.

In ista questione primo videndum est quid sit dicere secūdum aliquod predicamentum esse motum.secundo videndum est quid sit dicere:secundū aliquod predicamentū esse motū per se vel per accidens.tertio videbitur de quesito.

Quantum ad primum sciendum est quod

secundū predicamētū q̄ntitatis nō dicitur esse motus sicut est augmentatio:vel diminutio:ex eo quod per illū acq̄rat̄ quātitas:nā tūc oīs motus diceretur esse secundū quātitatem:⁊ diceret̄ augmētatio vel diminutio:consequēs est falsum:probat̄ cōsequētia:ex eo ꝙ q̄cunq̄ res que acquiritur per motū est quātitas:ex eo qꝺ quecūq̄ res q̄ acquiritur ꝑ motū est diuisibilis:et per cōsequēs quāta:et cū q̄ntitas nō sit aliud a re quāta:vt dicebatur primo hui⁹.patet ergo rē que acquirit̄ per motū esse quātitatē.similiter dicendū est de qualitate:et vbi:videlicet ꝙ motus non dicitur esse scd̄ꝫ qualitatē ex eo ꝙ per ipsum acq̄rit̄ qualitas:nec ad vbi ex eo qꝺ per ipsum acq̄rit̄ vbi.Sed motus dicitur esse secūdū predicamētū quātitatis ex eo ꝙ propter ipsum factū necesse est mutare respōsionē ad q̄stionē factā ꝑ quātū de substantia absq̄ hoc ꝙ ꝓpter ipsum motū factum oporteat mutare respōsionē factā de substātia ad q̄stionē factā per aliqꝺ interrogatiuū alterius predicamēti a quātitate.Motus dicitur etiā secundū ꝑdicamētū qualitatis ex eo ꝙ propter ipsū factum opꝫ mutare responsionē ad q̄stionē factā per quale de substātia absq̄ hoc qꝺ oporteat mutare responsionē ad aliqꝺ interrogatiuum alteri⁹ ꝑdicamēti.ꝓportionaliter dicatur de motu:secundū vbi.verbi gratia de primo.si aliqꝺ est pedale:et augeat̄ qꝺ fiat bipedale:si prio quereret̄ quātū est hoc:respondetur pedale:si postea queritur quantum est hoc:respondetur bipedale:exēplū de qualitate:vt si aliquis modo est albus et alteretur ꝙ fiat niger:si primo queratur:qualis est iste:respondet̄ albus:⁊ si postea queritur qualis est iste:respōdetur niger:et proportionaliter dicendum est de vbi et de alijs consimilibus questionibus ⁊c.

Quantum ad secundum articulum scien

dum est quod secundū aliquod predicamentū.dicit̄ esse motus per se.et secundum [illegible] esse motus per accidens.Secundū illud predicamētū dicit̄ esse motus ꝑ se:qꝺ sic se habet:ꝙ necesse est ꝓpter aliquem motum factū mutari responsionē secundū terminos illius ꝑdi=

tamẽti de illo quod mouet̃:sicut sunt quãtitas qualitas et vbi.impossibile enĩz est ꝙ fiat aliquis motus quin oporteat fieri mutationem denominationis de illo quod mouet̃ ſm terminos alicuius predicamenti:de istis tribus quãtitate: qualitate:et vbi.¶ Sed secundũ illud predicamentũ dicit̃ esse motus per accidẽs:quãdo sic se habet quod non est necesse:sed contingit propter aliquem motũ factũ mutari denominationes:de illo quod mouet̃ secundũ terminos illius predicamenti:verbi gratia de predicamento ad aliquid posito enim ꝙ sortes et plato sint similes secundũ albedinẽ:et quod albedo sortis intendatur:tũc licet fiat secundũ talem motũ mutatio denominationis secundũ istos terminos:simile et dissimile:qui sunt de predicamento ad aliquid:tamẽ hoc est contingens et nõ necessariũ:quia si proportionaliter albedo platonis fuisset intensa fuisset facta solũ variatio denominationis:secundũ terminos de predicamento qualitatis:absq; variatiõe denominationis facta per terminos de predicamento ad aliquid et propter hoc secundũ ad aliquid dicitur esse motus per accidens.

Quãtũ ad tertium articulum sit prima cõclusio:quod secundũ alia predicamenta ꝗ̃ secundũ qualitatem quantitatem et vbi:bene est motus:probatur:q2 propter aliquem motũ factũ aliquando bene mutantur denominationes de illo quod mouetur per terminos aliorũ predicamentũ a qualitate:quantitate:et vbi:sicut iam est declaratũ de predicamento ad aliquid:ergo conclusio vera:consequẽtia tenet per descriptionem illius quod est secundum aliquod predicamentũ esse motum.¶ Secunda cõclusio:secundum alia predicamenta a qualitate quantitate et vbi nõ est motus per se licet bene per accidens:probatur q2 nõ est necessariũ variare denominationes de illo quod mouetur: secundum terminos aliorum predicamentorũ a quãtitate:qualitate:et vbi.igit̃ ſm ea nõ est mot⁹ per se.antecedẽs patet inductiue de singulis:cõsequẽtia tenet ex descriptione illius quod est ſm aliquod predicamentũ:esse motũ per se.¶ Tertia cõclusio:ꝙ ſm tria predicamenta: que sunt quãtitas qualitas et vbi est motus per se:probatur: pro quo supponitur solum esse tria genera motuũ:scz augmentationẽ alterationẽ: et lationem:tunc sic:non est aliquis motus de istis:quin propter ipsum necesse sit fieri mutationẽ responsionis ad interrogationem de substãtia:vel per quale vel per vbi:vel per quantum:ergo ſm tria predicamenta nominata est motus per se: cõña tenet per descriptionem illius quod est secundum aliquod predicamentum esse motum per se.

Ad rationes principales.Prima secunda tertia bene probant:ꝙ ſm alia predicamẽta ab istis tribus sit motus per accidens:sed non probãt ꝙ sit motus per se.¶ Ad quartam dico ꝙ vbi ſm illã rationẽ ſm quã dicitur quidam respectus:vel est de predicamẽto ad aliquid: nõ dicimus ꝙ ſm ipsum sit motus per se:sed ſm aliam rationem:ſm quam ponitur vnum distinctum predicamentũ: bene dicimus ſm ipsum esse motum per se.¶ Quinta. et sexta iterum bene probant ꝙ ſm alia predicamenta: puta ſm ad aliquid bene est motus per accidẽs nõ tñ per se.¶ Ad septimã dico ꝗ̃uis in quãtitate nõ reperiatur contrarietas proprie dicta: que bene reperitur in qualitate:tñ bñ reperitur cõtrarietas q̃ sufficit ad motũ:scz accipiẽdo contrarietatẽ pro distantia inter terminũ a quo:et terminum ad quẽ.¶ Octaua bene probat istaz indefinitam ad aliquam qualitatẽ nõ est per se motus: cum hoc tamen stat ꝙ ſm qualitatem est motus:due enim subcõtrarie possunt simul esse vere: lz non possunt simul esse false.

Questio.V.

Queritur quinto vtrũ aliquis motus sit vnus: et arguitur q nõ nullum preteritũ et futurũ sit vnũ: omnis motus est preteritũ et futurum: ergo etc. maior declaratur ex eo ꝙ quãdo preteritum fuit: futurũ nõ est: sed erit. similiter quando futurum erit preteritũ non erit: sed fuit: ergo videtur ꝙ non possint esse vnũ. minor patet ex eo ꝙ cuiuslibet motus vna pars est preterita et alia futura.¶ Secundo vnũ et ens cõuertũtur ex quarto metaphysice:sed nullus motus est ens: ergo nullus motus est vnus: assumptum probatur: quia hoc nõ est:cuius partes nõ sunt:sed partes motus nõ sunt:ergo.¶ Tertio.nono metaphysice idẽ sunt vnũ et perfectũ:sed motus non est quid perfectũ patet hoc:quia dictũ est tertio huius ꝙ motus est actus imperfectus:ergo motus non est quid vnum.¶ Quarto vel esset motus accipiendo motum pro fluxu:vel accipiendo motum pro forma fluente: non pro fluxu:quia partibus illius repugnat simul esse:nec etiã pro forma fluẽte:nã ꝗ̃diu forma fluẽs vocat̃ mot⁹:tã diu est in fieri cõtinue vnã partẽ:post aliã et sic etiam nõ habet partes suas simul.et per cõsequẽs non debet dici ꝗd vnũ etc.

In oppositũ est Aristo.in isto quinto tractatu secundo.In ista questione primo vidẽdum est que reperiuntur in motu.Secundo videndũz est propter quorum vnitates mot⁹ dicitur vnus:et quorũ non.Tertio ponent̃ dubia cõtra dicta.et soluent̃.cũ rationib⁹ principalibus etc.

Quantũ ad primũ sciendũz est quod q̃stio debet intelligi de vnitate cõtinuitatis successiue:seu de vnitate numerali motus:et non de vnitate specifica vel generali.¶ Secundo sciendum quod ad motũ secundũ Aristo. requiritur motor et mobile et tempus et terminus a quo:et terminus ad quem:et dispositio secundũ quam est motus: que in motu locali vocatur spatium.¶ Tertio nota:quod secundũ Cõmentatorem quedam istorũ dicuntur intrinseca motui:et quedã extrinseca:vnde mobile.et terminus:et dispositio secundũ quam est motus dicuntur esse intrinseca motui:alia autẽz sicut tẽpus et motor dicunt̃ esse extrinseca: quia licet ad motũz requiratur tam tempus ꝗ̃ motor:tamẽ quia istorum conceptus non includitur in conceptu essentiali motus:sicut conceptus aliorum predictorum:ista dicũtur motui extrinseca illa vero intrinseca.¶ Quarto sciendum est quod adhuc in motu reperiũtur alia:vnde adhuc ibi reperitur resistentia:sed quia non reperitur in omni motu:non enim reperitur in motu celi:nõ enumeratur ab Aristo.et Cõmentatore inter illa:que reperiuntur in motu:et etiam ex alio quia resistentia reducitur ad mobile:vel ad terminum a quo:vnde aliquando resistentia est terminus a quo:sicut patet de alteratione que calidum fit frigidum: vnde in tali alteratiõe caliditas est terminus a quo:et etiã resistentia.Adhuc in motu consyderanda est regularitas et irregularitas quantum ad partes temporis:et vniformitas et difformitas quantum ad partes subiecti etc.que nõ sunt presentis speculationis etc.

Quãtum ad secundũz sit prima conclusio: ad vnitatẽ numeralẽ mot⁹ req̃rit̃ vnitas numeralis mobilis:vñ q̃stio finaliter mota est vt vꝫ q̃ req̃rant̃ et sufficiãt ad vnitatẽ mot⁹ nũeralẽ:q̃stio eñ in se nõ hꝫ difficultatẽ.Conclusio probat̃ sic:mot⁹ est act⁹ mobilis:per Arist.tertio hui⁹:ergo mot⁹ vn⁹ est act⁹ vni⁹ mobilis:et per consequẽs:ad hoc q̃d sit vnũ req̃rit̃ ꝙ mobile sit vnũ.¶ Scd̃o mot⁹ ẽ accidẽs mobilis:ergo ad vnitatẽ mot⁹ req̃rit̃ vnitas mobilis:cõsequẽtia tꝫ ex eo ꝙ ad vnitatẽ accidẽtis requirit̃ vnitas subiecti sui.¶ Secũda cõclusio.etiã ad vnitatẽ mot⁹ req̃rit̃ vnitas tp̃is:pꝫ hoc:q2 aliter cursus sortis fact⁹ in p̃ma hora:et cursus sortis fact⁹ in scd̃a:inter q̃s cadit q̃es media:bñ dicerẽtur vn⁹ mot⁹:si nõ obstaret defect⁹ vnitatis tp̃is:q̃ mẽsurat̃ iste curs⁹.¶ Scd̃o vnitas mot⁹ est cõtinuitas mot⁹:sꝫ mot⁹ nõ d̃r cõtinu⁹ nisi fiat cõtinue ĩ vno tp̃e:ergo relinquit̃ q̃d ad vnitatẽ mot⁹ req̃rit̃ vnitas tp̃is.¶ Tertia conclusio ad vnitatẽ mot⁹ etiã req̃rit̃ vnitas termini ad quẽ:pꝫ hoc:nã aliter mot⁹ localis sortis:et mot⁹ alteratiõis eiusdẽ facti in eodẽ tp̃e bñ essent vn⁹:si nõ obstaret defect⁹ vnitatis termini ad quẽ:vnde termin⁹ ad quẽ mot⁹ localis est locus:terminus vero ad quẽ alterationis est qualitas.¶ Secundo si non requiritur vnitas termini ad quẽ ad vnitatẽ motus: seq̃ret̃ ꝙ mot⁹ cõposit⁹ ex motu deorsum et motu sursum esset vn⁹:cõsequẽs est falsum:falsitas patet:q2 null⁹ mot⁹ q̃ cõponit̃ ex motib⁹ contrarijs est vn⁹:consequẽtia probat̃:ex eo ꝙ in tali motu bene esset vnitas mobilis:vnitas temporis: licet deficeret vnitas termini ad quem: verbi gratia: vt si aliqua terra pedalis descendat vsq; ad centrum:tunc quã cito pars eius inferior tangit centrum sine quiete media incipit ascendere: ex eo quod ex alia parte mouebitur a centro: propter hoc quod totalis terra non statum quiescit:

sit:quando secundū eius extremum tangit centrū:sed mo-
uetur tam diu q̄ mediū eius fit centruꝫ.modo defectus vni
tatis termini ad quem:facit quod motus cōpositus ex motu
quo inferior medietas illius terre descendit ⁊ ascendit:non
est vnus:quia vnus illorum est ad centrum tanq̄ ad termi-
num ad quem:⁊ alius est ab eodem ad vnum alium termi-
nuꝫ ad quē.¶ Tertio ad idē.posito quod aliquis ambulet
ita quod immediate post ambulationeꝫ sit sanatio sine quie
te media:tunc ibi vnitas temporis:⁊ similiter vnitas mobi-
lis:que si sufficerēt ad vnitatem motus:absq̄ vnitate termi
ni ad quem:ambulatio ⁊ sanatio essent vnus motus . cuius
falsitas patet per Aristotelem quinto huius volenteꝫ quod
tales motus bene dicuntur habiti:⁊ Cōmentator vocat hos
sophey.⁊ dicit quod non potest esse vnus propter hoc quod
sunt distinctarum specierum:⁊ etiam quod non sunt ad eun
dem terminum:⁊ propter hoc etiam sunt motus reflexi:licet
inter eos non intercipiatur quies media nō dicuntur vnus
motus:non enim sunt ad eundē terminū ad quem.¶ Quar
ta cōclusio:ad vnitatem motus etiam requiritur vnitas ter
mini a quo:patet hoc quia idem mobile non potest moueri
ad eundem terminū ad quem nisi ab vno termino a quo : et
igitur:quia ad vnitatem motus requiritur vnitas mobilis:
⁊ vnitas termini ad quem sicut dictū est:sequitur q̄ ad vni
tatem motus etiā requiritur vnitas termini a quo.¶ Quin
ta conclusio.ad vnitatem motus etiā requiritur vnitas di-
spositionis secundū quam est motus:patet hoc nam disposi
tio secundum quam est motus reducitur ad terminos mot⁹
quorum vnitas requiritur ad vnitatem motus:sicut dictum
est:ergo ⁊ cetera.¶ Sexta conclusio:ad vnitatem motus nō
requiritur vnitas motoris:probatur:quia motor sicut dictū
est:est extrinsecus motui:ergo eius vnitas non requirit̄ ad
vnitatem motus.¶ Secundo.nam possibile est motum esse
vnū motoribus existentibus pluribus ⁊ simul ⁊ successiue:
ergo conclusio vera.¶ Septima conclusio:ad vnitatem mo
tus non requiritur vnitas resistentie:patet de terra vno mo
tu continue potest descendere de concauo orbis lune p̄ ignē
per aquam:per aerem:modo clarū est quod ibi sunt diuerse
resistentie ⁊ tamen motus est vnus. ¶ Secundo patet hoc
idem de resistentia intrinseca:naꝫ posito quod sit vnum mix
tuꝫ in quo terra dominetur in cōcauo orbis lune:modo quū
mouetur per ignem:solum ignis resistit:deinde quum moue
bitur per aerem ad aquā tam ignis q̄ aer resistit : ergo resi-
stentia non est eadem:⁊ tamen motus est idē:licet nō regula
ris.¶ Octaua conclusio:ad vnitatē motus nō requiritur re
gularitas nec vniformitas:patet:quia iste sunt differentie se
cundū velocius ⁊ tardius secundū magis ⁊ minus:que sunt
differentie accidentales non diuersificātes speciem:ergo si
esset vnus motus velox:⁊ esset vnus motus minus velox:isti
possunt esse eiusdē speciei ⁊ per consequens si essent imedia
ti puta sine interruptione quietis medie:facerent vnū motū
cōtinuū.¶ Circa ista est sciendū q̄ inter illa quoꝫ quodlibet
dicit̄ vnū:quandoq̄ aliq̄d dicit̄ magis vnū:sicut illud q̄ est
magis perfectū:⁊ magis vnigeniū:⁊ scdm hoc motus regula
ris magis dicit̄ vnus:sm Aristo.in isto quinto : quā motus
irregularis:licet vterq̄ possit dici vnus:⁊ sm hoc etiam mo
tus qui haberet vnitateꝫ in motore ⁊ in resistentia vna cum
aliis requisitis ad vnitatem motus:magis diceretur vnus
quam vbi deficerent vnitas motoris : ⁊ vnitas resistentie:
quare ⁊c.

Quantū ad tertium articulum dubitatur
contra primā conclusionem:videtur enim quod ad vnitatē
motus non requiratur vnitas mobilis.nā posito quod ali-
quis homo caderet de turre nostre domine:⁊ in medio descē
sus moreretur:tunc talis motus vsq̄ ad terram esset vnus:⁊
tamen non per totum mobile esset vnū.quia ante mediū de-
scensus mobile esset ho.⁊ postea mobile esset cadauer.¶ Se
cundo.nam sit vnum lignum:cuius vna medietas sit arida:
⁊ alia viua:⁊ descendat:descensus istius ligni videtur vnus
⁊ tamen mobile non est vnū:ex eo q̄ vna eius medietas est
mortua ⁊ alia viua.¶ Tertio ad vnitatem accidentis nō re
quiritur vnitas subiecti ergo:nec ad vnitatē motus requi-
ritur vnitas mobilis:antecedens patet de qualitate symbo
la:vnde quum ex aqua generatur aer:non oportet quod cor
rumpatur humiditas:sicut ostensuꝫ est primo de generatio-
ne:sic ergo illa humiditas manet eadem:⁊ quum prius erat
in aqua:⁊ postea in aere:videtur quod ad vnitatē accidētis
non requiritur vnitas subiecti.¶ Quarto.posito quod ali-
quod mobile descendat:⁊ ex vna eius parte fiat ablatio:et
ex alia parte additio non ablati:sed alterius:motus conti-
nue manet vnus:⁊ tamen mobile continue est aliud ⁊ aliud.
¶ Quinto nam possibile est quod sit vna nauis plena ho-
minibus:capris:⁊ lapidibus:⁊ tamen quod moueatur vno
motu:⁊ tunc ibi est vnitas motus absq̄ vnitate mobilis:mo
bile enim non est vnum:sed multa:vt clarum est de se. ¶ De
inde arguitur contra hoc quod dicebatur:quod ad vnitatē
motus requiritur vnitas temporis:⁊ non sufficit vnitas mo
bilis cum vnitate aliorum que requiruntur ad vnitatē mo-
tus posito q̄ sortes moueatur in prima parte alicuius hore:
⁊ in secunda quiescat:⁊ in tertia iterum moueatur ⁊c.tēpus
est vnum:⁊ cum hoc mobile:⁊ alia requisita:⁊ tamen motus
non est vnus.quod tempus sit vnum:patet:quia continuuꝫ.
¶ Deinde arguitur cōtra hoc quod dicebatur:quod ad vni
tatem motus requiritur vnitas termini ad quem:posito q̄
aliquod graue descendat de concauo orbis lune:tūc hoc de-
scendit vnico motu:⁊ termini ad quem sunt distincti:imo di
stincti specie:quum est in igne mouetur ad aerem tanq̄ ad
terminum ad quem:⁊ sic vltra . ¶ Deinde probatur q̄ nec
vnitas spatii requiritur ad vnitateꝫ motus:posito quod ali-
quis moueatur super lineam compositam ex linea recta:⁊ li
nea curua:illud posset moueri vno motu:⁊ tamen nec spatiū
nec modus procedendi esset vnus. ¶ Deinde probatur:q̄
nec vnitas termini ad quem requiritur:nam posito q̄ ali-
quis descendat de concauo orbis lune vsq̄ ad medium mū
di:et in primo instanti non esse motus non sit: hoc mouetur
vno motu:⁊ tamen non ad eundem terminum ad quē:pba-
tur:quia nec ante definitionem motus:nec post:vt patet ex
casu.¶ Ad ista ad primum posito quod aliquis homo ⁊ ce-
tera.potest dici vno modo quod non est vnus motus in nu-
mero:sed duo:sed illi duo sunt contigui ⁊ sophey.Aliter po
test dici quod est vnus motus:quia licet non maneat idem
mobile:quod sit hoc aliquid in actu:manet tamen idem mo
bile:quod est ens in potentia sicut materia prima a pricipio
motus vsq̄ in finem.¶ Ad secundam potest dici proportiona
liter sicut dicit secunda solutio.Credo tamen quod prima so-
lutio primi argumenti sit melior.Aliter ergo potest dici ad
secundum argumentū quod loquendo de vnitate numerali
proprissime dicta:non oportet q̄ ad vnitatem motus requi-
ratur vnitas numeralis mobilis proprissime dicta: sed suf-
ficit vnitas numeralis mobilis:que est per continuationem
et tenentiam partium mobilis adinuicem modo talis vni-
tas bene est ligni cuius vna medietas est ⁊ cetera.⁊ per con
sequens descensus talis ligni est vnus et cetera.
¶ Ad tertiam.ad vnitatem numeralem accidentis ⁊ cetera.
dico quod imo requirit̄ vnitas numeralis subiecti et quan
do dicebat̄ de qualitate symbola:dico quod subiectū sue in-
herentie est materia prima:⁊ illa manet eadē in aere:q̄ erat
in aqua:sed subiectum denominationis est totum composi-
tum:modo licet sit impossibile idem accidens numero : suc-
cessiue inherere diuersis subiectis:tamen non est impossibi-
le idem accidēs numero successiue denominare diuersa sub
iecta in numero.¶ Ad quartam dico quod in tali motu ma
net continue idem mobile in numero:loquendo de identita
te numerali:que est per quandā successionem:⁊ continuatio
nem partium:modo quo dicimus q̄ sequana est ideꝫ in nu-
mero:qui erat ante centum annos:⁊ talis identitas nume-
ralis mobilis sufficit ad identitatem numeralem motus.
¶ Ad quintā dico q̄ nauis in qua sunt homines:capre :et
cetera habet vnum subiectum in numero vnitate aggrega-
tionis plurium que omnia mouentur ad motum vnius sci-
licet nauis:⁊ similiter talis identitatis numeralis mobilis
sufficit ad identitatem numeralem motus. ¶ Deinde quuꝫ
arguitur de tempore dico quod quum mobile mouetur in
prima parte alicuius hore: ⁊ in secunda quiescit:⁊ in tertia
mouetur licet tempus compositum ex illis tribus partibus
sit vnum tamen non sequitur illud esse vnam mensuram
illius motus ; propter hoc quod non secundum quamlibet
eius partem mensurat illum motum : sed fit interruptio:
et ideo quia mensura non est continua : nec est vna men-
sura : nec motus est vnus motus sed plures. ¶ Deinde
quum arguitur de termino ad quem dico quod quum ali-
quod graue puta terra descendit de concauo orbis lune

descendit ad aerem: ⁊ ad aquam ⁊c. ⁊ tamen per talem motum intenditur finaliter vnus terminus ad quē vltimatus scilicet medium mundi: ⁊ ab illo talis motus capit vnitatē ⁊ denominationem: ⁊ nō ab alijs intermedijs. deinde quum arguitur de spatio: dico quod si aliquod mobile moueretur super aliqua linea composita ex recta et curua talis motus nō esset vnus: ꝓpter hoc quod esset cōpositus ex motu ascensus ⁊ motu descensus. aliquando enim in tali motu: mobile ascenderet: ⁊ aliquando descenderet: sicut patet intuenti ¶ Deinde quū arguitur adhuc de termino ad quē: dico q̄d si aliquod mobile descenderet versus medium mundi: et in primo instanti non esset totalis descensus illud mobile non esset: dico quod illud mobile nunq̄ fuit in termino ad quē: nisi solū in potentia: id est si mansisset. fuisset ibi. ⁊ sic esse in aliquo termino ad quem sufficit ad talem motum dici vnū in numero ex parte identitatis numeralis illius termini ad quem: ergo ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primā et secundam quid sit dicendū patet ex eo quod dictum est tertio huius ¶ Ad tertiā omne vnū est perfectum verū est capiendo vnū proprie pro integro: ⁊ completo: nihilominus capiēdo vnū pro illo cuius partes continuantur adinuicem: non oportet omne vnū esse perfectū. ¶ Ad quartā dico q̄ vtroq̄ modo motus dicitur vnus prout aliquid dicitur vnū ꝓpter continuā successionē sine interruptiōe suarū partiū adinuicem licet nō quodlibet eorū dicatur vnū prout vnū dicitur quod habet suas partes simul.

Questio. VI.



Queritur ꝯsequēter sexto vtrū aliqui motus differant specie. ⁊ arguitur q̄d nō: omnes motus sunt comparabiles adinuicem: ergo nulli motus differūt specie. consequentia tenet ex eo q̄d omnia cōparabilia adinuicem sunt eiusdē speciei: sicut videbitur in septimo huius. antecedens probatur: quia omnes motus sunt mensurabiles tempore: patet hoc ex quarto huius: ergo ⁊ oēs motus sunt comparabiles adinuicē: consequentia probatur: quia si sunt mēsurabiles tempore: sunt comparabiles tēpori postq̄ mensura ⁊ mensuratū sunt adinuicem cōparabilia: modo quecūq̄ sunt comparabilia vni tertio: sunt comparabilia inter se: cū ergo omnes motus sunt comparabiles vni tempori: quod est mensura ipsorum: sequitur omnes motus esse comparabiles inter se: quare ⁊c.

Oppositum determinat Aristoteles in littera: qui vult quod aliqui motus differant specie. ¶ In ista questione primo ponende sunt alique conclusiones negatiue: ⁊ dubia contra aliquas. ¶ Secundo conclusiones affirmatiue. ¶ Tertio correlaria ex illis ¶ Quarto dubia contra illa.

Quantum ad primum supponendum est illos motus esse eiusdem speciei: quorum est idem cōceptus specificus: sicut sunt motus: quibus mobilia cōsimiliter mouentur: ⁊ ꝑ oppositū dicendū est de motibus differentibus specie. ¶ Scd̄o supponēdū est q̄ aliqui motus differant specie: licet hoc queratur: tamen hoc factū est ad finē: vt videat̄ que requiruntur ad vnitatem specificā motus. ¶ Tunc sit prima conclusio: ad vnitatem motus specificā nō requiritur vnitas mobilis specifica: probatur: quia mobilia diuersarū specierū possūnt moueri consimiliter seu motibus eiusdē speciei: patet hoc nā canis: ⁊ equus: lapis ⁊ terra: nō sunt eiusdē speciei: ⁊ tamen possunt moueri motibus consimilibus: vt si quodlibet illorum descenderet. ¶ Secunda conclusio: nec ad vnitatem motus specificam requiritur vnitas specifica motoris: patet hoc: q2 motores distincti specie possunt mouere sua mobilia consimilib⁹ motibus: verbi gratia: forma substantialis ignis mouet ignem sursum: ⁊ similiter homo potest proijcere lapidem sursū: ecce quomodo ex diuersis motoribus potest prouenire vnus motus in specie. ¶ Sec̄do omnis motus idē numero est idē in specie: sed ad identitatē numeralē non requiritur identitas motoris specifica: ergo nec ad identitatē motus specificā. ꝯsequentia nota est de se: ⁊ similiter prima pars antecedentis. scd̄a ꝑs āntis patet ex eo q̄ a diuersis mobilibus in specie: sicut ab homine: ⁊ equo potest prouenire vn⁹ motus numero. s. motus nauis: vel alicuius alterius. ¶ Tertia cōclusio: nec vnitas specifica resistentiarū requirit̄ ad vnitatē specificā motus: patet hoc: nā motus descendētis ꝑ ignē: ⁊ motus descēdentis ꝑ aerē sunt eiusdē speciei nō obstante q̄d resistētie sunt distincte specie sicut patet de se. ¶ Quarta conclusio: nec ad vnitatem mot⁹ specificam requiritur vnitas specifica medij seu spatij: patet similiter sicut tertia. ¶ Quinta cōclusio. nec ad vnitatē motus specificā: requirit̄ vnitas specifica proportionū a q̄b⁹ ꝓueniunt illi motus: patet hoc: q2 ꝓportio dupla est alterius speciei a ꝓportiōe tripla: nihilominus si terra pura descēderet ꝑ aerē a ꝓportione tripla: ⁊ aqua a proportione dupla illi descensus essent eiusdē speciei. ¶ Cōtra primā cōclusionem dubitat̄: nā sicut ad vnitatē motus numeralem requirit̄ vnitas numeralis mobilis sicut dicebat̄ prius: ita ad vnitatem specificā motus requiritur vnitas specifica mobilis: ergo. ¶ Scd̄o videtur q̄d diuersa mixta specie: nō possunt moueri naturaliter eodē motu in specie: probat̄: quia sicut vnius simplicis in specie est vnus motus in specie: ita videt̄ quod mixti: ⁊ per cōsequens diuersorū mixtorū vident̄ esse diuersi motus in specie. ¶ Ad ista. ad primā nego similitudinē: ⁊ ratio huius est: quia vnū accidens in numero non potest esse in pluribus subiectis in numero: ⁊ propter hoc vnus motus in numero: nō potest esse plurium mobilium in numero: sed quia vnū accidens in specie potest esse in pluribus subiectis in specie sicut albedo: sic et albedo que est in homine est eiusdem speciei cū albedine que est in asino: ideo vnus motus in specie potest esse plurium mobilium in specie. ¶ Ad secūdā dico quod mixta mouent̄ secundū motū elementorū ꝑdominantiū in eis: secundū qualitates motiuas vnde plurium mixtorū in specie: bene est idē motus in specie: ⁊ ꝓpter hoc non oportet q̄d si distinctorum simplicium in specie sunt motus distincti in specie: q̄d igitur ⁊ mixtorum. ¶ Contra secundā conclusionem dubitatur: nā motores diuersi in specie intendunt diuersos fines in specie: ⁊ per consequens diuersos terminos in specie ipsorum motuū: ⁊ cum ad distinctionē specificam terminorū ad quē capiatur distinctio specifica motuū sequitur quod a diuersis motoribus in specie prouenirent diuersi motus in specie. ¶ Respondetur quod imo motores distincti specie possunt tendere ad vnū terminū ad quē in specie: sicut patet de forma ignis mouente ignē sursum: ⁊ de homine proiiciente lapidem sursum: licet vnus illorū motorum moueat suū mobile motu naturali: ⁊ reliquus moueat suum mobile motu violento ⁊c.

Quātum ad secundum sit prima conclusio ad vnitatem specificam motus requiritur vnitas specifica termini ad quem: probatur: quia per Aristotelem motus est de essentia termini ad quem: ⁊ capit denominationem specificam ab ipso: sicut patet ex communi modo loquēdi: nā motum qui est ad albedinem vocamus albefactionē: ⁊ motum qui est ad nigredinem vocamus nigrefactionem: ⁊ ideo motus qui sunt ad terminos distinctos specie sunt distincti specie. ¶ Secunda conclusio. ad vnitatem specificam motus etiam requiritur vnitas specifica termini a quo patet hoc: nam si sufficeret vnitas termini ad quem absq̄ vnitate termini a quo: sequeretur quod dealbatio ⁊ denigratio essent eiusdem speciei. consequens falsum: probatur consequentia nam posito quod a. sit nigrum: ⁊ b. sit album: ⁊ quod a. debeat albefieri: ⁊ debeat fieri transitus per fuscum: ⁊ similiter b. debeat nigrefieri: ⁊ etiam fiat transitus ꝑ fuscū: tunc quādo peruenitur ad fuscum terminus ad quē vtriusq̄ est idē in specie: licet termini a quo differant specie: modo si vnitas specifica termini ad quem sufficeret ad vnitatem specificam motus: predicti motus essent eiusdem speciei: sed ideo quod non sunt eiusdem speciei hoc est ex parte terminorum a quo qui specie differunt. ¶ Secundo si sufficeret vnitas specifica termini ad quem: sequeretur quod augmentatio: et diminutio essent motus eiusdem speciei: patet hoc si tripedale per diminutionem fiat pedale: et semipedale per augmentationem fiat pedale. ¶ Tertia conclusio, etiam requiritur vnitas specifica vie seu modi procedendi: patet hoc quia aliter motus per lineam rectam: ⁊ per circularē nō differrent specie: patet: quia possunt esse ab eodē termino a


quo

quo ad eundem terminum ad quē: verbi gratia: sicut si vnū moueretur per chordam ⁊ aliud per arcum ⁊c.

Quantum ad articulum tertium sit primū correlarium: q̄d motus naturalis ⁊ motus violētus possunt esse eiusdē speciei: patet hoc quia possunt conuenire in illis que requiruntur ad vnitatē motus specificam: dictū est eñ quod ad vnitatem motus specificam requirunt̄ tria: scilicet vnitas specifica termini a quo: ⁊ termini ad quem: ⁊ vnitas vie ⁊c. modo in istis possunt conuenire motus naturalis: et violentus: patet hoc quia si vna terra proiiceretur sursum secundum lineam rectam: vnus ignis ascenderet: secundū lineam rectam: tunc vnus istorum motuum esset violentus: ⁊ alius naturalis: ⁊ essent eiusdem speciei. ¶ Secundum correlarium q̄d violentū ⁊ naturale sunt differentie accidentales motus: patet hoc ex eo quod nō mutant speciem motus nec secundum ea attenditur differentia specifica motus. ¶ Tertium correlariū q̄d nō omnis motus sursum est eiusdem speciei cum omni motu sursum: patet hoc: q: si ignis moueretur sursum ⁊ aer similiter: licet vterq̧ istorū motuum sit sursum: tamē q: sunt a terminis diuersarū specierū: ipsi non sunt eiusdem speciei.

Quantum ad quartum dubitatur primo cōtra primā cōclusionem: vnde si ad vnitatē specificam motus requireret̄ vnitas specifica termini ad quem sequeretur quod terra pura non posset descendere de sphera ignis ad terram nisi motibus distinctis specie: cōsequens falsū: cōsequētia probat̄ nā nō posset descendere p̄dicto modo: nisi attingeret terminos ad quē diuersarū specierū sicut aerem et aquā ⁊ terrā que differūt specie. ¶ Secūdo sequeret̄ quod si due terre pure descenderēt de sphera ignis: ⁊ vna earū detineretur in sphera aeris: ⁊ alia vlteri⁹ moueretur vsq̧ ad terram: tunc motus illarū terrarū nō essent eiusdē speciei: cōsequens est falsum probat̄ consequentia: q: sunt ad diuersos terminos in specie. ¶ Ad ista sciendū est q̄d quum dicebat̄ ad vnitatē specificā motus: requiritur vnitas specifica termini ad quē: hoc debet intelligi de termino ad quē vltimato vbi mobile naturaliter quiesceret: vel nō vlterius moueret̄ naturaliter adhuc si non impediretur quum perueniret ibi: seu de termino ad quem: motu existēte completo ⁊ perfecto. ¶ Tunc ad primū. Dico φ q̄uis ibi sint plures termini intermedij: tamē illi nō sunt vltimati: sed vltimatus est mediū mundi: vnde iste terminus vltimate intenditur per illū motum: ⁊ secūdum istum terminum debet capi vnitas motus. ¶ Ad secundum dico q̄d motus illarum sunt eiusdē speciei ⁊ licet vna illarum detineatur in aere: tamen aer non est terminus ad quē finaliter intendebat illa terra per suum motum: vnde quelibet illarum intendebat ad medium mundi: tanq̄ ad terminum ad quem. ¶ Dubitatur contra secundā conclusionem qua dicebatur q̄d etiam requireretur vnitas specifica termini a quo ad vnitatem specificā motus. nā sint duo aeres: vnus sup̱ spheram aeris: ⁊ alius īfra: ⁊ vterq̧ moueatur ad spherā aeris: videt̄ φ illi motus sint eiusdē speciei q: eiusdē secūdū speciē est vnus motus naturalis ſm speciē vt p₃ p̱ Arist. primo celi: ⁊ tamē illi motus sunt a terminis a quo specie distinctis. ¶ Secundo supposito φ vna glebula terre sit in sphera ignis: ⁊ vna alia sit in sphera aeris: ⁊ vtraq̧ earū descendat vsq̧ ad terrā: illi motus sunt eiusdē speciei q: eiusdē scḋm speciē est vnus motus naturalis ſm speciē: ⁊ tñ termini a quo illorū differunt specie: terminus eñ a quo vnius est ignis: ⁊ terminus a quo alterius est aer. ¶ Ad ista ad primū dico q̄d motus illorū differūt specie ī casu posito. Ad Aristo. primo celi dico q̄d intellexit φ vnius simplicis secundū speciem est vnus motus naturalis ſm speciē: ⁊ hoc si nō incipiat moueri a terminis a quo distinctis ſm speciē: vnde q: aer infra spherā aeris est leuis: ⁊ supra spherā aeris est grauis: nō mirū si hic ⁊ ibi cōueniūt sibi motus distincti specie. ¶ Ad scḋm pōt dici φ motus terre qui incipit in igne ⁊ motus terre alterius qui incipit in aere: sunt distincti specie sed aliter. credo melius esse dicendum q̄d terra vtrobiq̧ est grauis: tam in igne q̄ in aere: ⁊ ideo duo motus sunt eiusdē speciei: ⁊ quādo dicebatur tamen termini a quo differūt specie: dico q̄d ad vnitatē motus specificam nō requiritur omnimoda vnitas specifica termini a quo: sed sufficit φ sint ab eadem parte in specie: modo sic est in proposito de termino a quo p̄dictorum motuum: vterq̧ enim est sursum: respectu termini ad quem vltimati illorum duorum motuū. ¶ Cōtra tertiam conclusionem dubitatur: nā si ad vnitatē specifica₃ sequeretur quod nō omnis dealbatio cum qualibet dealbatione: esset eiusdem speciei: cōsequentia probatur: quia vna potest esse per croceum: alia per viride: alia per rubeum. Respondetur quod vbi iste vie seu colores media ponunt̄ diuersarū specierum: bene concedendum q̄d nō omnis dealbatio cum qualibet dealbatione est eiusdem speciei. ¶ Ad rationem in oppositum que erat de comparabilitate motuū videbitur in septimo huius.

Questio. VII.



Queritur septimo: vtrum motus sit cōtrarius motui: ⁊ arguitur primo quod nō: q: cōtraria possunt simul eide₃ inesse secundum eorū esse remissu₃: sed sic non est de motibus qui dicuntur contrarij: vnde motus sursum ⁊ motus deorsum non possunt eidē inesse: ſm esse intensum nec ſm esse remissum: ⁊ similiter est de motibus alterationis: sicut de calefieri ⁊ frigefieri: ⁊ similiter est de motibus scḋm quātitatē: nō enim idē pōt augeri ⁊ diminui. ¶ Scḋo cōtraria sunt q̄ agunt in se inuicem ⁊ mutuo se expellūt: s₃ non est hoc verū de motibus. vnde motus nō agūt in se inuice₃: sed bene mouētia. ¶ Tertio si motus esset contrarius motui: similiter mutatio esset cōtraria mutatiōi: cōsequēs est falsum nā tunc generatio esset cōtraria corruptioni: sed hoc non ex eo q̄d generatio huius esset corruptio alterius. ¶ Quarto si sic: tunc in motibus secundū quantitatē augmentatio esset contraria diminutioni: sed hoc nō: ex eo q̄d in quantitate nō reperitur contrarietas quod tamen oporteret si augmentatio contrariaretur diminutioni. ¶ Quinto si aliquis motus esset contrarius motui: ista contrarietas attēderetur penes contrarietatē terminorum: sicut vult Arist. in isto quinto: s₃ probo quod non: quia aliqui motus sunt bene contrarij qui tamē nō sunt a terminis cōtrarijs: patet hoc: nā calefactio ⁊ frigefactio sunt motus ꝯ̄rij: ⁊ tamē possunt esse a terminis nō ꝯ̄rijs: qlibet eñ eorū pōt esse a tepiditate: mō tepiditas tepiditati nō est cōtraria: hoc eñ idē ostendit̄ de termino ad quē: nā frigefactio ⁊ calefactio pn̄t esse ad eundē terminum ad quē videlicet vtraq̧ ad tepiditatem: hoc idē ostendit̄ in motu locali: ascensus ⁊ descensus: qui differunt specie: possunt esse ad eundem terminū ad quē in specie: patet hoc de aere: qui si esset infra spherā aeris ascenderet ad spheram aeris: ⁊ si esset supra spherā aeris descenderet ad eandem ⁊ p̱ ꝯ̄ñs contrarietas motuum nō attenditur penes contrarietatem terminorum.

In oppositum est Aristo. in isto quinto et in tertio: in quo determinat de cōtrarietate motuum volens motum motui esse contrarium. ¶ In ista questione sic procedam. primo ponam diuisiones. secundo conclusiones. tertio dubia.

Quantum ad primum est sciendum quod contrarietas potest distingui quatuor modis: vno modo accipit̄ contrarietas prout attribuit̄ propositionibus quomodo dicimus propositionē vl̄em affirmatiuā esse cōtrariā vl̄i negatiue. ¶ Secūdo mō accipit̄ contrarietas put attribuit̄ terminis. ⁊ hoc vno modo terminis qui nō possunt simul verificari de eodē sed successiue: quomodo dicimus albū ⁊ nigrū sunt contraria. ¶ Et q̄uis isti duo termini homo: ⁊ asinus non possint simul de eodem verificari: nō tñ p̱pter hoc dicunt̄ ꝯ̄rij: q: etiā nō sunt de eodē verificabiles successiue: quod tamen requiritur ad hoc quod dicerentur contrarij. ¶ Alio modo dicuntur termini contrarij quia significāt formas contrarias: ⁊ supponunt pro illis: que non possunt eidem inesse secundum realem inherentiam: sed bene successiue: isto modo dicimus istos terminos abstractos caliditas: frigiditas: esse cōtraria. ¶ Alio modo accipitur ꝯtrarietas prout attribuitur rebus. que nec sunt p̱positiōes nec termini: sed sunt forme ⁊ dispositiones sibi inuicem repugnātes [illegible] non possunt eidem subiecto inesse simul: saltem secundū esse intensu₃: sed bene successiue. Isto modo res pro quibus supponent isti termini caliditas frigiditas dicuntur contraria.

¶ Ad propositum cõtrarietas accipit̃ hic prout attribuitur terminis qui non possunt simul: sed successiue de eodem verificari. isto modo dicimus q̃ isti termini significantes motus calefieri ⁊ frigefieri sũt 9trarij ascendere ⁊ descẽdere: ⁊ ita d3 capi contrarietas: quum dicimus motum motui esse 9trariũ ⁊c.

Quãtum ad secundum sit prima conclusio

motus dicunt̃ 9trarij: ex eo q̃ sunt inter terminos contrarios modo cõtrario. verbi gratia. sint duo termini cõtrarij a. ⁊ b. ⁊ sit vnus motus ab a. ad b. ⁊ fiat alius ab b. ad a. tũc isti motus dicunt̃ cõtrarij: q2 termini significãtes mobilia sic moueri sunt cõtrarij. probatur: penes illud debet attendi cõtrarietas motuũ penes q̃ attendit̃ identitas vel diuersitas specifica ipsorum: sed termini ad quẽ ⁊ termini a quo sunt huiusmodi: vt dictum est in alia questione. ¶ Secunda cõclusio. contrarietas motuum tenditur et iudicatur ex contrarietate terminorum a quo ⁊ ad quẽ quod intelligit̃ si illi motus essent ꝑfecti de extremo in extremũ: vñ l3 calefactio ⁊ frigefactio bene possint esse ad eundẽ terminũ ad quẽ. s. ad tepiditatem: q̃ñ sunt motus ĩꝑfecti: tñ ex hoc nõ tollit̃ q̃n sint mot⁹ cõtrarij ꝓp hoc ꝙ si ꝑficerent̃ essent ad extrema cõtraria: et ab extremis cõtrarijs: calefactio esset a frigiditate sũma ad caliditatẽ summã: ⁊ frigefactio econuerso a caliditate sũma ad frigiditatẽ summã. d3 ergo intelligi cõclusio ꝙ motus si essent ꝑfecti: essent inter terminos cõtrarios: ⁊ ex hoc sequit̃ ꝙ si aliquis ignis ascẽderet a cẽtro terre vsq3 ad aerẽ: et ibi detineretur violẽter ⁊ descẽderet vna terra de cõcauo orbis lune vsq3 ad aerẽ: isti motus essent contrarij: l3 essent ad eũdem terminũ ad quẽ. s. ad aerem: ꝓp hoc ꝙ si ꝑficiunt̃ ⁊ fiunt cõpleti essent ad terminos cõtrarios: q2 ignis sursu3: ⁊ terra deorsum. si vero vterq3 motuũ esset perfect⁹ l3 essent a terminis cõtrarijs ad eũdẽ tñ terminũ nõ dicerent̃ cõtrarij: verbi gratia: vt si aer ascẽderet a medio mũdi seu a terra vsq3 ad locũ naturalẽ aeris: ⁊ vnus ali⁹ aer descẽderet de igne vsq3 ad locũ aeris: illius motus nõ essent cõtrarij ꝓp hoc ꝙ ipsis existẽtibus ꝑfectis nõ sunt ad terminos cõtrarios. ⁊ voco eos ꝑfectos: quia vtroq3 finito mobilia eorũ desciũt naturaliter. ¶ Ex hoc seq̃t̃ nõ oẽm motum sursum esse omni motui deorsum cõtrariũ: patet statim de motu sursum ipsius aeris a terra ad spherã aeris ⁊ de motu deorsum ab igne vsq3 ad spheram aeris. ¶ Sequit̃ vlterius: ꝙ nõ sequit̃ tales motus differũt specie: ergo sunt contrarij: patet de istis duobus motibus: qui ex precedẽti questione ponunt̃ distingui specie: tamen nõ sunt contrarij: sicut iam dictũ est. ¶ Tertia 9clusio. ad hoc ꝙ aliqui motus dicant̃ cõtrarij nõ solũ sufficit hoc ꝙ sint inter terminos cõtrarios: sed cũ hoc requirit̃ q̃ vterq3 eorũ fiat per viam breuissimã inter illos: per quantũ possibile est fieri. probat̃: quia motuum contrariorũ vnus impedit vel saltem aptus natus est impedire aliũ modo hoc nõ esset si nõ fierent ꝑ vias breuissimas: propter hoc ꝙ mobilia non impedita inclinata sunt naturaliter moueri per viam seu lineam breuiorem: sicut est linea recta ad eorum terminos naturales: seu loca naturalia: seu dispositiones. Et ideo si duo mobilia apta nata moueri ad dispositiões cõtrarias nõ mouentur ꝑ vias ꝑ quas naturaliter apta nata sunt moueri: nõ ita impedirent se in suis motibus mutuo: sicut facerẽt si mouerent̃ ꝑ vias ꝑ quas inclinant̃ moueri. Sed dices si vnus globus terre descenderet per vnũ semidiametrũ mundi: et vna portio ignis ascenderet ꝑ aliũ semidiametrum: illi motus essent 9trarij: ⁊ tamen vnus non impediret aliũ. ¶ Respondet̃. licet forte non impedirent se: tamẽ quilibet illorum bene impediret motũ eiusdem speciei cum alio: si aliquis fieret contra ipsu3. ¶ Et sequit̃ correlariũ ꝙ possibile est q̃ a. ⁊ b. moueant̃ motibus cõtrarijs: ⁊ tamen cõtinue equaliter distant abinuicem: verbi gratia: posito ꝙ vna glebula terre sit in concauo orbis lune: ⁊ vna portio ignis in medio mũdi: tunc ista duo distant per semidiametrum mũdi: deinde possibile est q̃ terra tanta velocitate descendat precise: quanta ignis ascendit: quo posito continue distant interim ꝙ mouẽtur per tantam distantiam: quanta est semidiameter mũdi: et iterum in fine motus: cum ignis sit in loco suo naturali: ⁊ terra similiter est in suo: ipsa distant per semidiametrũ mundi: sicut in principio motus distabant. Ex conclusione sequitur aliud correlarium: quod si terra descenderet per lineam rectam puta per chordam arcus: ⁊ ignis ascenderet per lineam curuam puta per arcum illius chorde: illi nõ essent cõtrarij licet essent inter terminos contrarios propter hoc ꝙ non vterq3 eorum est per consimilem lineam. Ex quo iteru3 sequitur non omnem descensum cum ascensu esse cõtrariũ. Similiter imaginandum est in alteratione: vnde si dealbatio fieret per fuscum et denigratio per rubeum: ita quod nõ fierent per consimiles vias: talis dealbatio tali denigrationi non esset contraria. Ex quo sequitur non omnem dealbationem omni denigrationi esse contrariam: sed bene quãdo sunt per vias consimiles. ¶ Quarta conclusio. in mutationibus inter contradictoria contrarietas non accipitur ex terminis: sed ex contrarijs modis procedendi respectu eiusde3 termini: sicut generatio forme: que est ad esse: que est acquisitio: est contraria corruptioni eiusdem forme que est ad nõ esse que est deperditio: ⁊ recessus ab esse vel corruptio sibi similis in specie: sicut generatio sortis et corruptio platonis sunt contrarie.

Quantum ad tertium articulum dubita-

tur si cuilibet motui locali sit aliquis motus cõtrarius. dico quod non: quia motui circulari non est aliquis motus contrarius: sicut ostenditur in primo celi. ¶ Secundo dubitatur an inter omnes motus contrarios sit dare medium. videtur quod sic: quia inter cõtraria solent dari media. ¶ Secundo: quia est dare aliquos motus mixtos sicut est descensus terre per lineam curuam. ¶ Respondetur quod non est dare motum mediũ inter motus contrarios: ⁊ hoc per participationem vtriusq3 extremi. ¶ Secundo dico quod bene ꝑ abnegationẽ vtriusq3. primũ patet: quia sic possibile esset aliquid partim ascẽdere ⁊ partim descendere: consequentia tenet postq̃ aliquis esset motus compositus ex ascensu ⁊ descẽsu: sed consequens est falsum. secundũ patet: quia bene contingit aliquid ascendere ꝑ lineam curuam: ⁊ talis motus est medius ꝑ abnegationem vtriusq3 extremi in summo: licet tamen ꝑ participationẽ vnius eorũ: est enim compositus talis motus nõ ex motu descẽsus ⁊ ascensus: sed ex motu descẽsus ⁊ motu circulari: ⁊ intelligo ꝑ abnegationem vtriusq3 in summo isto modo quod mobile descendens ꝑ lineã curuã mouetur motu qui nõ est pure descensus: sed motus compositus ex descensu ⁊ circulari. ¶ Ad istas rationes inter contraria est medium: conceditur ꝑ participationẽ vtriusq3: vel ꝑ abnegationem vtriusq3 in summo sicut ⁊ positũ est vel per abnegationem vnius eorum solũ: sicut est motus mixtus ex recto ⁊ circulari. ¶ Tertio dubitatur an motus cõtrarij valde veloces plus contrarient̃ quã valde tardi: dico quod nõ: quia ita impossibile est idẽ moueri simul: motibus contrarijs tardis: sicut motibus contrarijs velocibus. Sed dices: motus contrarij veloces magis se impediunt quã tardi: ergo magis contrariant̃. ¶ Respondetur quod non magis se impediunt: sed bene fortius ⁊c.

Ad rationes principales. prime due proce

dunt de contrarietate formarum repugnantiũ: que nec sunt propositiones: nec termini: ⁊ ideo non faciunt ad propositũ. ¶ Tertia ratio soluta est per conclusionem quarta3. ¶ Ad quartam dico q̃ in quantitate est contrarietas: que sufficit ad motum: vt patet ex dictis. ¶ Ad quintam patet ex cõclusione secunda quare ⁊c.

Questio. VIII.

Queritur octauo vtrum quies sit contraria motui. ⁊ arguitur quod nõ motus contrariatur motui: ergo. añs patet ex precedentibus: consequentia tenet ex eo quod tantũ vnũ vni est cõtrariu3 ꝑ Aristo. x. metaphysice: modo si motus cõtrariatur quieti: ⁊ quum contrariat̃ motui: sequitur quod vni plura essent contraria. ¶ Secundo. contraria debent esse maxime distantia: sed motus ⁊ quies non sunt maxime distantia. ergo non sunt contraria. maior est nota per diffinitionem contrarietatis; minor patet ex eo quod quies est immediata motui: quã cito enim desinit esse motus est quies: et econuerso. ¶ Tertio. quies est priuatio motus: modo inter priuationem et habitum non est contrarietas: ex eo quod vtrunq3 extremum contrarietatis dicitur esse ens positiuũ. ¶ Quarto. si quies contrariatur motui aut hoc esset quies in termino a quo aut quies ĩ termino ad quem

ad quem:sed nullum istorū.ergo non potest dici ꝙ quies in termino ad quē:nam illud ꝙ est perfectio alterius nō est cōtrariū illi:sed quies in termino ad quē est perfectio motus: ergo.nec etiā quies in termino a quo.nā ꝑ Aristo.⁊ Commentatorem quies in termino a quo stat cū motu saltē partialiter:quare nō est cōtraria motui:ergo ⁊c.

In oppositum determinat Aristo. in isto quinto. In ista questione primo ponā vnā distinctionem.secundo conclusiones.

Quantum ad primum notandum est quod ista questio potest intelligi dupliciter.nā pōt intelligi de terminis:sicut sunt isti termini motus ⁊ quies. Alio modo pōt intelligi de rebus pro quibus illi termini supponunt.

Quantum ad secundum sit prima conclusio ꝙ isti termini mot⁹ ⁊ quies nō ꝓprie ꝯtrariant:sicut isti termini albū ⁊ nigrū:albedo ⁊ nigredo.ꝓbat:q: terminorū cōtrariorū vterqꝫ debet habere significationē positiuā:sed sic non est de istis terminis quies ⁊ motus.ergo.maior est nota ⁊ minor ꝓbatur: nam hic terminus quies nō habet significationē positiuā:sed negatiuā:ex eo qꝺ quies est carentia motus in eo qꝺ aptū natū est moueri. ¶Secunda cōclusio qꝺ isti termini quies motus bene cōtrariant cōtrarietate large sumpta.prout contrarietas se extēdit ad oppositionē priuatiuā:patet hoc:nā isti termini quies motus:sunt termini priuatiue oppositi:⁊ sicut in genere isti termini quies motus dicuntur priuatiue oppositi ita in specie isti termini motus localis:⁊ quies a motu locali:dicunt priuatiue oppositi:⁊ similiter isti termini motus alteratōis ⁊ quies a motu alterationis:sicr isti termini mot⁹ augmentationis ⁊ quies a motu augmentationis:⁊ sic de alijs. ¶Tertia conclusio si loquimur de rebus pro quibus illi termini supponunt motus ⁊ quies non opponūtur:patet hoc:q: motus supponit pro dispositione:que a mobili successiue acquiritur vel a mobili successiue abijcitur:quies autē supponit ꝓ mobili:qꝺ aptū natum est nō moueri tali motu. ¶Quarta cōclusio.si quies accipit ꝓ dispositione sub qua mobile est quādo quiescit: tunc quies in termino a quo ⁊ quies in termino ad quē ꝯtrariantur saltem ꝯtrarietate sufficiente ad motū:patet:q: inter illas dispositiōes sub quarū vna mobile quiescit in termino a quo ⁊ sub alia in termino ad quē potest esse motus:⁊ per ꝯñs īter illas dispositiones est distātia que successiue ꝑ trāsitur illi motu:et est cōtrarietas que sufficit ad motū:vt prius dictū est. ¶Quinta conclusio.motus aliqualiter ꝯtrariatur tam quieti in termino a quo ꝗ̄ quieti in termino ad quē:pꝫ hoc:q: motus est dispositio media īter terminū a quo ⁊ terminū ad quē participans de vtroqꝫ:⁊ inquantū participat aliquid de termino a quo cōtrariatur quodā mō termino ad quē ⁊ ecōuerso. Et dico quodā modo:q: nō est ibi cōtrarietas perfecta proprie dicta:cū nō sit extremi ad extremū:sed ꝯtrarietas diminuta et improprie dicta que est medij ad vtrūqꝫ extremorū.vnde sic sumendo quietē:esset dicendū ꝙ quies in termino a quo: et quies in termino ad quē:magis cōtrariant ꝗ̄ aliqua earum ꝯtrariatur motui:q: extrema magis cōtrariant adinuicē ꝗ̄ media. ¶Sexta cōclusio.aliqñ motus magis cōtrariat termino ad quē:ꝗ̄ termino a quo:patet:q: in principio motus verbi gratia:vt si aqua incipiat calefieri:iste motus multo plus participat de termino a quo:ꝗ̄ de termino ad quē:hoc est de dispositione seu forma a qua est mot⁹ ꝗ̄ de dispositiōe ad quā est motus. ¶Sꝫ tūc dubitat quomodo debeat saluari dictū Aristo.⁊ Cōmētatoris.s.qꝺ q̄es in termino a quo cōtrariat motui:⁊ nō quies in termino ad quē. ¶Respōdetur ꝙ hoc debet intelligi ad talem sensum ꝙ quies in termino a quo:seu dispositio illa sub qua mobile quiescit:dū est in termino a quo ꝯtrariatur illi dispositioni quā motor intēdit ꝑ suum motū:hoc patet:si ignis approximat aque:dispositio illa sicut frigiditas sub qua est aqua dū incipit calefieri ab igne cōtrariatur dispositioni:quā ignis intendit introducere in aquam ꝑ suā actionem.sicut est caliditas ⁊c.consimiliter dicendum est de alijs ⁊c.

Ad rationes principales. Ad primā secundam ⁊ tertiā dicitur ꝙ bene ꝓbant qꝺ quies ⁊ motus nō sint ꝯtra ꝯtrarietate ꝓprie dicta:nō tñ ꝓbāt ꝙ nō sint cōtraria ꝯtrarietate large dicta:put cōtrarietas se extēdit ad priuatiue opposita ⁊ ad ꝯtrarietatē sufficientē ad motū. ¶Ad vltimā patet ꝑ conclusiones positas.⁊ hec de cōtrarietate motuū.

Questio .IX.



Queritur nono vtrum qualitates cōtrarie ꝑm aliquos gradus ipsarū possint se cōpati in eodē subiecto. verbi gratia:vtrū aliquis gradus caliditatis cum aliquibus gradibus frigiditatis possint simul stare ī eodē subiecto. Et arguitur primo qꝺ nō:nā caliditas nō pōt stare in aliquo subiecto cū aliquo gradu frigiditatis:ergo ꝯsequentia tenet ex eo qꝺ cuilibet frigiditatis est cōtraria:antecedens pꝫ ex eo ꝙ cōtrarietas ⁊ oppositio nō attendit vniuersaliter nisi penes incōpossibilitatē. ¶Secūdo.si aliquis gradus frigiditatis cū aliquibus gradib⁹ caliditatis ⁊c.sequeret qꝺ idē simul esset calidū:⁊ frigidū:ꝯñs falsum.ꝓbat ꝯsequētia ex eo ꝙ quodlibet subiectum debet denominari a qualitate que est in ipso:modo si aliquis gradus caliditatis staret cū aliquo gradu frigiditatis illud subiectū deberet denominari tā a caliditate ꝗ̄ a frigiditate. ¶Tertio.plus distant distātia formali albedo:⁊ nigredo ꝗ̄ viriditas ⁊ rubedo.mō sic est ꝙ viriditas ⁊ rubedo nullo mō cōpatiunt se in eodē subiecto.ergo nec albedo ⁊ nigredo ⁊ ꝑ ꝯñs nō ꝯpatiunt se ꝑm aliquos gradus ipsorū. ¶Quarto.est dare aliquā caliditatē remissam cū qua non stat aliquis gradus frigiditatis: ergo questio falsa ꝯñia tenet:añs ꝓbatur est dare frigiditatem remississimā:ergo est dare caliditatē remissam sine frigiditate:seu cū qua nō stat frigiditas.antecedēs ꝓbat ex eo ꝙ in naturalib⁹ est dare minimū:vt videt velle Arist. primo ⁊ octauo huius:ꝓbatur cōsequētia:nam sit aliqꝺ summe calidū ꝙ debeat alterari ad frigiditatē:tūc in instanti in quo incipit talis alteratio nōdū est in eo aliqua frigiditas ⁊ ꝑ cōsequens nō frigiditas remississima postꝗ̄ in illo instāti nōdum est factus aliquis motus:nec etiā in instāti immediato illi postꝗ̄ instātia nō sunt immediata:ergo in aliquo instanti mediato inter qꝺ ⁊ instans inceptionis alterationis cadit tēpus mediū:⁊ q: ꝑ illo tēpore medio alterabile alterat caliditas eius remittet:⁊ ꝑ ꝯñs in illo tēpore medio stabit remissa caliditas sine frigiditate. ¶Quinto.si qualitates ꝯtrarie possent se cōpati ꝑm aliquas gradus ipsarū simul in eodem subiecto:sequeretur etiā ꝙ motus cōtrarij possent se cōpati in eodē subiecto:cuius falsitas patet ex eo ꝙ impossibile est idem calefieri ⁊ frigefieri:similiter impossibile est idem simul moueri sursum ⁊ deorsum.consequentia probatur ex eo quod motus non magis sunt contrarij quā eorum termini: ex quo contrarietas motuum attenditur penes contrarietatem terminorum:si ergo qualitates cōtrarie que sunt termini motuum possunt se compati videtur etiam quod motus contrarij. ¶Sexto.si sic:sequeretur quod idem passum simul calefieret ⁊ frigefieret:hoc est inconueniens: probatur consequentia: nam si esset aliquod subiectum in quo essent quinqꝫ gradus caliditatis:⁊ quinqꝫ frigiditatis si approximaretur alicui tepido quod indifferenter esset receptiuum caliditatis ⁊ frigiditatis:illud simul calefieret ⁊ frigefieret. ¶Septimo.sequeretur quod idem calefaceret ⁊ frigefaceret se:sed hoc est inconueniens:consequentia probatur posito quod esset aliquod subiectum in quo essent gradus quinqꝫ frigiditatis ⁊ quinqꝫ caliditatis qꝺ esset possibile si questio esset vera: tunc illi quinqꝫ caliditatis agerent in illos quinqꝫ frigiditatis:ipsos remittendo:⁊ sic illud calefaceret: et econuerso illi quinqꝫ gradus frigiditatis agerent in illos quinqꝫ caliditatis ipsos remittendo:⁊ sic frigefaceret se:ergo idem calefaceret et frigefaceret se. ¶Octauo.ponentes talem compossibilitatem qualitatum contrariarum secundum aliquos gradus ipsarum posuerunt quod remissio caliditatis non fieret nisi per admixtionem qualitatis contrarie:sed probo quod non:primo quia lumen remittitur:⁊ tamen non habet contrarium:ergo non omnis remissio fit per admixtionem sui contrarij. ¶Secundo est dare minus verum ⁊ magis verum secundo metaphysice: ⁊ tamen minus verum non habet in se aliquem gradū contrarij. ¶Tertio.nam si remissio fieret sic tunc in colore medio sicut in palledine esset simul albedo ⁊ nigredo:consequens falsum:con-

sequentia tenet qꝛ est albedo remissa: sed falsitas patet ex eo q̄ sensus ibi nō ꝑcipit albedinē nec nigredinē: sed colorem mediū. ¶ Quarto seqtur q̄ calefactio esset duplex motus: sed hoc est falsum: cōsequentia videtur tenere pro tanto: qꝛ in calefactione vna forma acquirit̄ sicut caliditas: ⁊ alia deperditur sicut frigiditas. ¶ Quīto. elemēta simplicia debēt qualitates simplices: cū ergo aer sit elemētū simplex: sequit̄ q̄ tam eius humiditas q̄ȝ eius caliditas est qualitas simplex: sed caliditas eius est qualitas remissa sine ꝑmixtione qualitatis contrarie. ¶ Sexto. sequeret̄ q̄ esset dare caliditatem infinitam: probatur cōsequētia: ꝙ ex quo ad remissionem frigiditatis caliditas intendit̄: videt̄ q̄ ad remissionē frigiditatis ad suuȝ subduplū caliditas intendit̄ ad duplū et ad remissionē frigiditatis ad subtriplum caliditas intendatur ad triplum ⁊ sic vltra: ⁊ cū in corruptiōe frigiditatis frigiditas remittatur ad suū subduplum ⁊ ad subtripluȝ: ⁊ sic in infinitū: sic sequitur quod in fine talis corruptiōis frigiditatis totalis intensio caliditatis sit infinita. ¶ Septimo sequitur q̄ non potest fieri transitus de albo in rubeuȝ nisi prius oporteret fieri transituȝ de albo in nigrū: quod est falsum: consequentia videtur tenere ex eo ꝙ in tali transitu remittitur albedo: ⁊ cū talis remissio non possit esse sine permixtione sui contrarij nigredinis: videtur sequi quod dictū est: ergo ⁊c.

In oppositum arguitur sic. Cōtraria possunt simul stare in eodem: ergo questio vera. tenet cōsequentia: ⁊ antecedens probatur: nam due propositiones cōtrarie possunt simul esse in anima. ¶ Secundo. corruptibile et incorruptibile sunt cōtraria: sed ista possunt simul stare: ergo patet hoc: quia materia ⁊ forma stant simul: que se habent sicut corruptibile ⁊ incorruptibile. ¶ Tertio. si opinio Commentatoris tertio de anima est vera. s. q̄ vnus intellect⁹ numero est in omnibus hominibus sequit̄ cōtraria stare simul in eodē subiecto ꝓ hoc ex eo q̄ opiniones contrarie sūt cōtraria: sȝ ille stant simul in eodē intellectu. ¶ Quarto. grauitas ⁊ leuitas sunt ꝯtīa ⁊ sunt in eodē subiecto puta in aere: ergo questio vera. assumptū probat̄ ex eo q̄ aer infra spheram suā ascēdit q̄ nō esset: nisi in eo esset leuitas: ⁊ qū est in sphera ignis descēdit: q̄ nō esset: nisi in eo esset grauitas. ¶ Ad idē autoritatibus: nā quarto topicoꝝ dicit̄ albius est ꝙ est nigro impꝑmixtius: ⁊ in sexto huius dicit̄ ꝙ illud quod mouet̄: est partim in termino a quo: ⁊ partim in termino ad quē. ex his duabus autoritatibus habet̄ ꝙ illud q̄ est calidum ⁊ nō ꝑfecte: hȝ aliq̄d frigiditatis quū eīn aliq̄ frigidū incipit calefieri ⁊ moueri ad caliditatē: tūc interim q̄ calefit habet aliq̄d de frigiditate: ⁊ aliq̄d de caliditate: aliter eīn nō esset partim ī termino a quo ⁊ partim in termino ad quē. ¶ Ad idē est alia autoritas in isto quinto: que dicit q̄ medīū est quodāmodo cōtrarīū vtriꝙ extremoꝝ: sicut tepidū est cōtrariū caliditati ⁊ frigiditati: sed nō pōt dici q̄ sit cōtrariū caliditati ratione caliditatis: oportet ergo ꝙ sit sibi ꝯtrariū ratione frigiditatis: ⁊ frigiditati ratiōe caliditatis. ¶ In ista questione primo vidēdū est de contrarietate terminoꝝ ⁊ ꝓpositionū: videlicet ꝙ quātū est ex ꝑte talis ꝯtrarietatis: repugnat ꝯtraria simul eē. ¶ Secūdo videndū est quātū ad hoc de cōtrarietate rerū: de quo est duplex opinio quarum quelibet est satis probabilis.

Quantum ad primum primo supponēdū est q̄ quedā contrarietas est ꝓpositionū: ⁊ quedā terminorū: ⁊ quedā rerū: ⁊ qꝛ cōtrarietas est repugnātia: sciēdū est ꝙ cōtrarietas terminoꝝ est repugnātia in ꝑdicando vere simul de eodē ⁊ pro eodē: cōtrarietas ꝓpositionū est repugnātia ipsarū quo ad esse simul veras: contrarietas ꝟo rerū est repugnātia quo ad esse simul in eodē subiecto. ¶ Secundo nota ꝙ cōtraria debēt esse maxime distantia: quomodo termini ꝯtrij distent: ⁊ propositiōes cōtrarie: ⁊ res ꝯtrarie: q̄ nec sunt termini significatiui: nec ꝓpositiones: vñ contrarietas terminoꝝ debet esse circa idē quātū ad successiue ꝟificari: ⁊ illi termini dicunt̄ maxīe distare ad istū intellectū: qꝛ significant formas cōtrarias extremas. Cōtrarietas vero ꝓpositionū etiā debet esse circa idē ad istū sensum ꝙ propositiōes cōtrarie sint de eodē subiecto: ⁊ eodē predicato: ⁊ maxīe distant ad istū intellectū quod ambe sint vniuersales: ⁊ vna distat ab alia quantū ad omnia supposita sui subiecti: quo ad affirmationē ⁊ negationē. Cōtrarietas vero rerū q̄ nec sunt termini significatiui nec ꝓpositiones est circa idē: quantuȝ ad successiue inesse illas formas contrarias: vnā post aliam ⁊ dicuntur maxime distare: qꝛ sunt contraria extrema. ¶ Sȝ dubitatur q̄ nigredo albedini huius parietis sit contraria: vel illa que est: vel illa que nō est: nam q̄ nō est nulli est contrariū: nec illa que est: quia illa nō potest successiue inesse eidem subiecto: quod tamē oporteret si esset contraria postq̄ȝ cōtraria debent inesse eidem successiue: antecedēs patet ex eo ꝙ accidētia non possunt transire de subiecto in subiectū. ¶ Respondet̄ ꝙ huic albedini contrariatur nigredo que est ⁊ quando dicitur illa nō potest successiue eidem inesse: dicit̄ quāuis non possit: consimilis tamē in specie potest inesse eidem: ⁊ hoc sufficit. ¶ Tunc sit vna conclusio cōmunis vtriꝙ opinioni recitande in articulo secundo: quod illa q̄ sunt cōtraria ꝑ istū modū ꝑ quē termini ⁊ ꝓpositiones cōtrariant̄ bene sunt in eodē subiecto: ꝓbat̄: qꝛ istoꝝ cōtrarietas nō attenditur penes nō posse esse simul: vt patet ex dictis.

numerus componitur ex vnitatibus que sunt indiuisibiles:ergo ꝛ linea cõponitur ex punctis:negatur cõsequentia:q: ad cõstitutionē numeri nõ oportet fieri extensionem sicut ad cõstitutionē continui. vnde intelligētie simpliciter indiuisibiles possunt numerari. ¶ Ad secundã de diuisione celi dictũ est:licet nõ sit diuisibile p separationē partis a parte:tamen est diuisibile per signationē partis a parte:nec etiã sibi repugnat diuisio ratione qua ꝯtinuũ:licet bene sibi repugnet ratione qua tale cõtinuũ. ¶ Ad tertiã dico q̄ Aristote. est ibi locutus exemplariter. ¶ Ad quartã vbiq̧ in linea est punctus:exponatur sic.i.non ita modica pars quin minor:vel sic vbiq̧ in linea ꝛc.i. vbiq̧ partes linee protense sunt adinuicē vna vsq̧ ad aliam sine medio intercepto. ¶ Ad quintã põt dici ꝙ questio intelligit̃ de partibus integralibus ꝛ nõ essentialibus.etiã falsum est ꝙ materia sit indiuisibilis ꝛ quũ dicebatur nõ est quãta:nego:imo est quãta ꝛ extẽsa.ꝛ cũ dicebatur per Aristo.nec est q̄d:nec q̄le:nec quãtũ:hoc intelligit̃ quantum est ex parte sui: non determinat sibi aliquam certam:ꝛ determinatam formã seu quantitatem:sed est indifferens:ꝛ per formã quã recipit ad talem vel ad talem quãtitatem determinaretur ꝛc.

Questio .ij.



Queritur secundo vtrum continuum sit diuisibile in semp diuisibilia: et arguitur ꝙ nõ:nã cõtinuum est diuisibile in duas medietates sed due medietates nõ sunt semper diuisibiles:nã due medietates sunt corruptibiles:ꝛ qñ sunt corrupte nõ amplius sunt diuisibiles.ergo due medietates nõ semper sunt diuisibiles. ¶ Secundo.si continuum esset diuisibile in semper diuisibilia ponat̃ ergo q̄ continuũ sit diuisum in oĩa in q̄ põt diuidi:tunc vel eius ptes sunt diuisibiles vel indiuisibiles:si diuisibiles sequit̃ ꝙ cõtinuũ nõ est diuisum in oĩa in que põt diuidi:q̄d est cõtra casum:si indiuisibiles sequit̃ cõtinuũ nõ fuisse diuisibile in semp diuisibilia. ¶ Tertio capiatur aliquod vas vitreũ vniforme per totum:plenũ aqua ꝛ claudatur ꝙ nõ possit subingredi aer:ꝛ exponatur frigori ita q̄ aqua in ipso cõgeletur:ꝛ cõdenset̃: qua congelatione facta:illa aqua occupat minorem locũ q̄ prius occupauerat:ꝛ cũ nõ possit aer subingredi ad replendum:sequitur q̄ vel ibi sit vacuũ vel vitrũ frangeret̃.nõ relinquitur ibi vacuum propter hoc quod natura mirabiliter abhorret vacuum:ergo illud vas franget̃ ꝛ cũ positũ sit esse per totum vniforme sequit̃ ꝙ nõ magis frangetur super vna pte q̄ sup alia:ergo si frangeret̃ frãgeret̃ super quãlibet ptē qua fractione facta:queritur vtrum relinquantur partes diuisibiles vel indiuisibiles.si dicatur quod indiuisibiles tunc tale cõtinuuȝ nõ erat diuisibile in semper diuisibilia. Si autem diuisibiles:tunc tale vitrum non est fractum secundum quãlibet eius partem. ¶ Quarto nam capiatur aliqua portio vitrea circularis:ꝛ supponatur alicui multum graui: sicut turri:ꝛ ponatur super aliquod planum bene durũ:tunc si nõ quelibet illarum partium diuidetur:sequitur quod aliqua illarũ tenebit illã turrim sursum:ꝛ non tanget planũ inferius:quod videtur inconueniens. ¶ Quinto.nam sit aliqua portio ignis vbi est centrũ terre:tunc certũ est quod illa nõ quiescet ibi cũ sit extra locũ naturalem: ergo mouebitur sursum:ꝛ cum nõ sit maior ratio quare potius mouebit̃ versus vnum punctũ q̄ versus alium:sequitur quod partes eius diuiduntur abinuicem ꝛ vna mouebitur versus vnũ punctũ celi ꝛ alia versus alium:ꝛ cum infinita sint puncta concaui orbis celi:sequitur q̄ hoc diuidetur in infinitas partes:ꝛ nõ amplius videtur posse diuidi:ꝛ sic nõ esset diuisibile in semper diuisibilia. ¶ Sexto capiatur aliqua terra pura postq̧ partes illius terre nullam habent tenacitatem tenentē adinuicem:propter hoc quod tenacitas ꝛ tenentia partiũ adinuicem causatur ex humiditate:qua caret terra pura:sequitur quãlibet partē terre cadere ꝛ separari ab alia:qua separatione facta querit̃ vtrũ aliqua illarum partiũ sit diuisibilis:vel indiuisibilis.si indiuisibilis cõtinuũ non erat diuisibile in semp diuisibilia:si diuisibilis nõ quelibet pars cecidit ab alia:quod est contra casum.

Oppositum vult Aristoteles in isto sexto.

¶ In ista questione primo videndũ est de quesito.secundo videndũ est an continuũ sit cõpositũ ex indiuisibilibus infinitis postq̄ visum est quod nõ ex finitis.

Quantum ad primum sciendum est quod in proposito nõ intelligimus de diuisione que fit p talē separationē partiũ abinuicē.sed de diuisione que fit p signationē anime partiũ extra inuicē. Tũc sit prima cõclusio. Quodlibet continuũ est diuisibile in partes quarũ quelibet est vlterius diuisibilis:probat̃:vnũquodq̧ est diuisibile in ea ex quibus cõponitur.sed quodlibet cõtinuũ componit̃ ex partibus diuisibilibus.ergo.maior est nota:minor patet ex eo q̄ continuum non componitur ex indiuisibilibus saltem finitis in numero:vt ostẽsum est in alia questiõe:ꝛ ideo oportet quãlibet partem aliquotã continui esse diuisibilem. ¶ Et cõfirmatur minor:pro quo supponitur ꝙ cuiuslibet totius ad suã partem est proportio finita. Secũdo ꝙ diuisibilis ad indiuisibile nulla est proportio finita. His duobus suppositis cũ q̄libet continuum sit quoddam totum diuisibile sequitur q̄ ipsius ad quamlibet sui partem integralem est ꝓportio finita:ꝛ per consequens eius quelibet pars integralis ex qua cõponitur est diuisibilis postq̄ diuisibilis ad indiuisibile nulla est proportio ꝛc. ¶ Secunda conclusio posito per imaginationem quod in infinitas partes continuum esset diuisuȝ adhuc infinite remanerent partes indiuise:ꝛ adhuc diuisibiles:patet hoc:si per imaginationem in prima parte ꝓportionali alicuius hore aliquod continuuȝ diuidatur in duas medietates scilicet a.ꝛ b.ꝛ in secunda pte proportionali eiusdem hore a.nõ diuidatur:sed b.in duas medietates scilicet c.ꝛ d.ꝛ i tertia parte proportionali c.non diuidatur: sed d.ꝛ sic in infinitum:in fine hore continuum esset diuisum in infinitas partes.ꝛ adhuc essent infinite non diuise:sed diuisibiles scilicet a.c.e.ꝛc. ¶ Tertia conclusio.non est possibile cõtinuum esse diuisum tantum quantum potest diuidi:probatur:ex quo est compositum ex semper diuisibilibus nũq̄ per aliã diuisionē deuenient̃ ad aliquas partes:qn vlterius sint diuisibiles. ¶ Secũdo:si esset possibile cõtinuũ esse diuisuȝ tãtum quantũ põt diuidi:tũc q̄rit̃ tali diuisiõe facta vel remanerent diuisibilia:vel idiuisibilia. Si remanerēt diuisibilia sequit̃ nõ esse ꝯtinuũ tantũ diuisum quãtũ põt diuidi. Si remanent indiuisibilia sequit̃ ꝙ ex illis illud cõtinuũ diuisum erat cõpositũ:quod est contra dicta in precedenti questiõe.

Quantum

Quantū ad secundū sciendum est quod rationes Aristo. et rationes que facte sunt preter illā qua probatur non esse talia indiuisibilia: non sufficienter probant continuum non esse compositum ex indiuisibilibus infinitis: vnde si quis vellet ponere continuum esse compositum ex indiuisibilibus infinitis bene concederet quod indiuisibile additum indiuisibili nō faceret maius: et similiter quotquot indiuisibilia ponuntur finita non facerent extensionem: similiter qui sic vellet ponere diceret quod indiuisibilia: vt puncta in linea: nec se haberent consequenter nec cōtigue: nec cōtinue: sed inter quecunqꝫ essent infinita media: et q̄uis continuū componeretur ex punctis tamen nō oportet esse proportionem finitam totius ad suā partem scilicet punctum: quia non oportet esse proportionem finitā totius ad suam partem non aliquotam: sed bene ad suam partem aliquotam modo cum continuum cōponeretur ex indiuisibilibus infinitis: nullum indiuisibile esset pars aliquota continui. Et posset imaginari in simili: nam tempus infinitum cōponitur ex diebus infinitis ad quarum tamē nullā habet proportionem finitā: sed ad quālibet earū se haberet recte: sicut diuisibile ad indiuisibile: sed in hoc est differētia in isto: ꝛ in nostro proposito quod illi dies se habent continue vel contigue vel cōsequenter in tempore infinito: sed sic non esset de indiuisibilibus in continuo ꝛc.

Ad rationes principales. Ad primaꝫ dico quod non intelligendū est quod continuum sit diuisibile in semper diuisibilia idest perpetue diuisibilia sed in semp: id est que non tantum possunt diuidi quin partes eorum sint diuisibiles. ¶ Ad secundam. si continuum est diuisibile in semper diuisibilia ponatur quod sit diuisum in omnia in q̄ posset diuidi: dico ꝙ positio nō debet admitti: ex quo est impossibilis: vt dicit conclusio. ¶ Ad tertiaꝫ dico quod si iam esset aliquod tale vas vitreū vniforme ꝑ totū: non esset possibile propter motū celi et actiones diuersas eius in istis inferioribus illud vas manere sic vniforme per tēpus: ꝛ secūdum hoc soluit̄ ratio: nā statim cū illud vas est difforme ratio est quare magis frangitur secundū vnā partē q̄ȝ secūdū aliā. Sed si illud vas maneret vniforme tunc potest dici q̄ꝺ aqua interius non congelaretur: nec illud vas frāgeretur: q̄uis aqua in alio vase ꝛ multo fortiori difformi bene congelaretur: et illud vas frangeretur. ¶ Ad quartā dico ꝙ quā aliqua portio vitrea circularis erigeretur super aliquo plano sub turri nostre domine: sic q̄ꝺ illud planuꝫ esset chorda illius portionis circularis: tunc illud vitrum frangeretur: sed non secundū quamlibet eius partē: et vlterius concedo non esse incōueniens ibi manere multas paruas portiones circulares non fractas sustinentes illud graue ne fiat immediatū illi plano supposito illis portionibus vitreis circularibus. ¶ Ad quintā dico ꝙ si in cētro terre esset aliqua portio ignis: dūmodo mediū eius esset mediū mūdi quiesceret in medio mundi naturaliter: q: quare flāma ascendit ꝛ mouet̄ ad spherā suā est: vt fiat pars alicuius: cuius mediū est mediū mundi: vnde debetis scire ꝙ si celū esset graue nō propter hoc descenderet postq̄ȝ mediū eius est mediuꝫ mundi. Similiter si totalis terra non esset solida: sed esset inferius cōcaua: sic tamē ꝙ mediū eius esset mediū mundi eque naturaliter quiesceret sicut modo: et ideo si esset aliquis ignis in medio mundi: cuius mediū esset mediū mundi: non ascēderet: sed bene ibi quiesceret. sed si esset ex vna parte cētri tūc moueret̄ ad partē celi propinquiorē sibi. ¶ Ad vltimā pōt dici ꝙ nullū est de facto continuū quod sit omnino sine humiditate et tenacitate partiū adinuicē: vel aliter potest dici q̄ꝺ si esset aliquod tale: tūc tale non esset continuū continuitate in. quantū cōtinuitas est idē quod tenacitas: nihilominus hoc bene est cōtinuum continuitate que est idem quod immediatio partium. quare ꝛc. Rationes Zenonis solute sunt circa textum.

Questio.III.



Queritur consequenter tertio vtrū indiuisibile possit moueri: et arguitur quod sic: intellectus est indiuisibilis: et tamen potest moueri motu alterationis quia aliquando mouet̄ de vitijs ad virtutes: de vna opinione ad aliā: et ab obiecto extra mouente ipsum causante in ipso speciem intelligibilem. ¶ Secūdo probatur quod indiuisibile possit moueri localiter: nā motis nobis mouentur omnia q̄ in nobis sunt: ergo motis localiter nobis intellectus qui in nobis est mouetur localiter: similiter si puncta essent in continuo ipso moto localiter illa puncta mouerentur localiter. ¶ Tertio indiuisibile potest quiescere: ergo indiuisibile potest moueri: cōsequētia tenet ex eo ꝙ quies et motus sunt priuatiue opposita que habent fieri circa idē successiue: antecedens patet: quia indiuisibile potest se habere similiter secūdum prius et posterius: ergo indiuisibile potest quiescere: consequentia tenet per descriptionem quietis: antecedens patet de intellectu nostro. ¶ Quarto. indiuisibile est in loco: ergo potest moueri localiter: consequentia tenet de se: antecedens probatur: quia indiuisibile est in loco saltem diffinitiue: ergo ꝛc.

In oppositum est Aristoteles in isto sexto dicens: omne mobile per se est diuisibile. ¶ In ista questione primo distinguendum est de indiuisibili. Deinde respondendum est ad questionem.

Quantum ad primam sciendum quod indiuisibile capitur dupliciter. Uno modo habēs positionem in continuo: et non existens totum in toto: et totū in qualibet parte continui: sicut solet imaginari de pūctis in lineis. Secundo solet imaginari siue capi indiuisibile non habēs positionem in continuo sed quod sit totū in toto: ꝛ totum in qualibet parte: sicut intellectus humanus. ¶ Deinde supponendum est hic quid sit moueri per se ꝛ quid moueri per accidens: vnde illud dicitur moueri per se: quod non mouetur ad motum alterius in quo est: et tamen mouetur. Moueri per accidens est quando aliquid mouetur ad motum alterius in quo est ꝛc.

Quantum ad secundum sit ista prima conclusio. secundū Aristotelē indiuisibile non potest ꝑ se moueri localiter: probat̄: nā omne q̄ꝺ per se mouet̄ localiter partim est in termino a quo: et partim in termino ad quem: sed indiuisibile nō potest esse partim in termino a quo ꝛ partim in termino ad quē: ergo indiuisibile nō potest moueri ꝑ se localiter: minor est nota de se: ex eo ꝙ indiuisibile nō habet partes. Secūdo omne q̄ꝺ mouet̄ localiter prius pertransit minus spatiū q̄ȝ sibi equale: patet hoc: nā omne q̄ꝺ pertransit spatiū sibi equale pertrāsit illud in tēpore: ergo in parte illius tēporis pertrāsit minus: si ergo indiuisibile mouet̄ localiter prius ptrāsit spatiū minus q̄ȝ equale: q̄ꝺ implicat. Tertio sic: indiuisibile non potest moueri motu recto scilicet sursum vel deorsum: et hoc ꝑ se. ꝓbat̄: nā posito ꝙ esset aliquod indiuisibile sursum q̄ꝺ esset graue illō nō caperet sub se mediū alicuius latitudinis: et per cōsequens nihil sibi resisteret. et sic subito transiret illud mediū: et per consequēs non moueretur ex eo ꝙ nullus motus fit subito. hoc quantū ad motum localē. ¶ Quantū ad motū alterationis primo sciēdū est ꝙ duplices sunt qualitates: quedam sunt qualitates spirituales: et inextense sicut sunt species intelligibiles in intellectu. quedā autē sunt qualitates corporee extēse: sicut sunt albedo et nigredo. Tunc sit prima cōclusio. indiuisibile non potest moueri motu alterationis quantū ad qualitates corporeas et extēsas: patet hoc de īdiuisibili nō habēte positionem in continuo: tale enim nō potest albefieri: nec calefieri: similiter probatur de indiuisibili habente positionē in continuo: scilicet de punctis primo: nā talia nō sunt in rerū natura: nec possunt esse: et etiā si essent nō possent alterari: ꝓbat̄: q: nō haberent resistentiā: nā ipsis existentibus si haberent resistentiā: sequeretur q̄ꝺ in linea esset resistentia infinita: et in quolibet cōtinuo: ꝓbat̄ cōsequētia ex eo ꝙ infinita sunt pūcta in linea: quorū quodlibet haberet resiste[illegible]. ¶ Secunda cōclusio. indiuisibile quod dicitur non habere positionem in cōtinuo bene potest alterari quātū ad qualitates spirituales et inextensas: ꝛ hoc ꝓbauit prima ratio. ꝛ hoc de motu alterationis. Deinde quantū ad motū augmētationis sit ista conclusio. ꝙ indiuisibilia non possunt [illegible] mentari: nec diminui: semp intelligēdo ꝑ se: patet: naꝫ o[illegible] tale quod est ꝑ se augmētabile: vel diminuibile: est di[illegible] le. Deinde quātū ad motum ꝑ accidēs sit prima conclu[illegible]

indiuisibile quod imaginatur habere positionem in continuo non est mobile per accidens: patet; quia non est nec potest esse sicut probabatur: nihilominus si esset bene moueretur per accidens. ❡ Secūda conclusio. Indiuisibile quod imaginatur non habere positionem continuo modo quo dictum est bene potest moueri per accidens: q2 potest moueri ad motū corporis in quo est: quale indiuisibile ponitur intellectus noster. ❡ Sed quantū ad augmentationem sciendum est quod aliquid dicitur augeri per accidens: quia aliquod in quo est factum: est maius licet ipsuʒ non sit factum maius: licet bene informet corpus maius: et isto modo intellectus noster dicitur augeri per accidens secundū augmentationem corporis in quo est. ❡ Alio modo dicitur augeri per accidens: non solum quia illud in quo est sit auctuʒ; sed ipsummet, licet concomitatiue ad augmentationem illius in quo est sicut albedo in forte dicitur aucta per accidēs forte augmentato: quare ⁊c.

Ad rationes principales. Prima est pro vna conclusione. Secunda probat quod indiuisibile potest moueri per accidens. ❡ Ad tertiā nego ꝙ indiuisibile ꝑ se potest quiescere: dico ꝙ ad hoc ꝙ aliquid ꝑ se quiescat; non sufficit quod similiter se habeat secundum prius et posteriꝰ sed etiam requiritur quod sit aptuʒ natū per se dissimiliter se habere secundū prius et posterius: modo hoc non potest verificari de indiuisibili. ❡ Ad quartā dico ꝙ ad hoc quod aliquid moueatur per se localiter non sufficit quod sit in loco diffinitiue; sed requiritur quod sit in loco circūscriptiue, q̄uis sic dicat Aristoteles sicut dictum est: tamen secundū fidem et veritatem tenendum est quod indiuisibile sicut angelus potest per se moueri localiter.

Questio. IIII.



Ueritur quarto. vtrum velocitas in motu locali attendat̃ penes tantum spatium per transitum ⁊ videt̃ primo quod non: nam si sic sequeretur q̄d si duo mobilia in eadem hora mouerentur quorum vnum pertransiret maius spatium q̄ʒ aliud: quod illud quod pertrāsiret maius spacium: velocius moueretur: consequens est falsum: consequentia tenet de se: falsitas consequentis declaratur: nā posito ꝙ sor. ⁊ Plato in eodē instāti incipiant moueri a Parisius versus Romam et moueantur vniformiter in eodem tempore venient Romā: tūc clarum est quod Sortes et Plato sunt eque velociter moti et tamē supposito q̄d Sortes sit in duplo spissior Platone: ipse maius spatiū pertransit, ergo videt̃ quod ex pertransitione maioris spatij in eodem tempore non debeat argui aliquod velocius moueri. ❡ Secundo arguitur ratione Zenonis: nā posito ꝙ a. b. mobilia moueātur sup̱ c. d. magnitudinibꝰ a. super c. b sup̱ d. et sit taliter quod magnitudo c. sit dupla ad magnitudinem d. Ulterius cum hoc ponatur quod magnitudo c. contra moueatur tanta velocitate quāta mouetur a. magnitudo autem d. quiescat: ⁊ sint a. ⁊ b. potētie equales ⁊ moueantur a. ⁊ b. potentie equales: ⁊ resistentie earum sint equales et moueantur secundum totalem conatum eorum cum tali resistentia: tunc a. et b. mouentur eque velociter et ex eisdeʒ proportionibus potentie mouentis ad suam resistentiam: ⁊ tamen a. duplum spatium pertransit ad spatium pertransitum ab b. propter hoc quod magnitudo c. dupla est ad magnitudinem d. et contra mouetur tāta velocitate: quāta mouetur a. ❡ Itē sit vnum lignum longum inter duos parietes et vnum lignum breue: quorum quodlibet secundū vnū eius extremum tangit vnum de ipsis parietibus: ⁊ incipiāt moueri: et moueantur taliter quod eque cito secūdum alia extrema eorum tangant aliuʒ parietem: tunc ista duo ligna transeunt equale spatium: quia spatium interceptum inter duos parietes: et tamen clarum est quod lignum breue velocius mouetur. ❡ Quarto. posito quod sint duo grauia in concauo orbis lune: que grauia debeant descendere: et descendant vnum per arcum et aliud per chordam: et ambo eque cito veniant ad medium mundi: tunc claruʒ est quod ista pertranseunt spatia inequalia in eodem tempore: et tamen eque velociter mouentur: quod probatur sic: eque velociter descendunt: ergo eque velociter mouentur: cōsequētia videtur tenere: et antecedens probatur: eque cito venium desursum ad deorsum: quia in principio motus erant eque sursum: et in fine motus sunt eque deorsum ⁊c.

Oppositum vult Aristoteles in isto sexto vbi describit motum velocem. dicit enim velocius moueri quod in minori vel equali tempore plus pertransit de spatio: ergo videtur quod velocitas sit capienda penes tantū spatium in tanto vel tanto tempore pertransituʒ. ❡ In ista questione primo aliqua sunt notanda: secūdo ponende sunt conclusiones.

Quantum ad primum notādum est quod velocitatem attendi penes aliquod: non est aliud q̄ʒ velocitatem mensurari ⁊ cognosci per illud recte sicut per vlnam mensuramus pannū et cognoscimus quātitateʒ eius. ❡ Secundo sciendū est quod mensura debet esse inuariabilis: vnde si vlna modo esset longior et cras breuior ⁊ post cras iterum longior: tunc non possemus bene per eam mensurare: ita oportet esse similiter de illo per quod debet mēsurari velocitas. ❡ Tertio notandū est quod velocitas potest attendi vel cognosci penes aliquid tanq̄ʒ penes causam: vel tanq̄ʒ penes effectum. Penes causaʒ sicut penes proportionem potentie mouentis ad suam resistentiam: vnde illam velocitatem dicimus esse maiorē que prouenit ex maiori ꝓportione potentie mouentis ad suā resistentiam: et illam dicimus esse duplam ad aliaʒ que prouenit ex dupla proportione ad proportionem aliā: ex qua prouenit alia. Modo auteʒ nolo dicere penes quod attendatur tanq̄ʒ penes causam: sed de hoc dicetur in septimo. sed modo volo dicere penes q̄d attenditur tanq̄ʒ penes effectum: et primo quo ad motū localem: quorum vnus est rectus et alius circularis.

Quantum ad secundum sit ista conclusio generalis motui recto et motui circulari: q̄d velocitas motus localis attenditur penes spatiuʒ pertransitū: non absolute: sed in ordine ad tempus. probatur per diffinitioneʒ velocitatis motus: positā ab Aristotele in isto sexto. ❡ Secūda conclusio. velocitas in motu locali recto non attenditur penes spatium corporale pertransitū in tanto vel tanto tempore: probatur per primā rationē ante oppositū. ❡ Et confirmatur: nam sic sequeretur quod in descensu alicuius grauis illud graue moueretur in duplo velocius sua medietate: consequēs est falsuʒ; falsitas patet ex eo quod in tali motu semper pars mouetur ita velociter sicut totum: consequētia probatur: nā totū pertransit duplū spatiū corporale ad spatiū pertransitū a sua medietate: ergo si velocitas attenditur penes spatiū corporale pertransitū sequitur quod dictum est. ❡ Tertia conclusio. velocitas in motu recto non attenditur penes spatiū superficiale pertransitum in tanto vel in tanto tempore. probatur sicut precedens. ❡ Quarta conclusio. velocitas in motu recto attenditur penes spatiū lineale in tanto: vel in tanto tempore pertransitū. probatur. nā attenditur penes spatium per primam conclusionem: et non penes spatiū corporale per secundā conclusionē: nec penes spatiuʒ superficiale: ꝑ tertiā: ergo relinquitur q̄d penes spatiū lineale: cōsequētia tenet ex eo ꝙ omne spatiū est corporale: vel superficiale: vel lineale. ❡ Quinta conclusio. velocitas in motu locali recto nō attenditur penes spatium lineale descriptū a puncto corporis moti velocissime moto: ꝓbatur: nā posito quod sortes et plato currerent eque cito de vno termino ad aliū terminū: et ante finē sor. extenderet brachiū tunc non propter hoc sortes moueretur velocius platone licet aliquis punctus sortis sit velocior motus aliquo pūcto platonis. ❡ Sexta cōclusio. velocitas in motu locali recto nō attenditur penes spatiū lineale totale inter terminū a quo: ⁊ terminū ad quē interceptū: probatur per rationem ante a positaʒ de ligno longo ⁊ breui. ❡ Septima cōclusio. velocitas in motu locali recto attēdit̃ penes spatiū lineale maximū descriptū a pūcto medio seu centrali vel sibi equiualenti corporis moti. ꝓbatur: nā attendat̃ penes spatiū lineale ꝑ quartā cōclusionē: sed nō attendit̃ penes spatiū lineale descriptū a pūcto velocissime moto ꝑ quintā cōclusionē: nec penes lineale īterceptū īter terminū a quo ⁊ terminū ad quē ꝑ sextā ꝯclusionē. ergo attēdit̃ penes spatium maximū lineale ⁊c. ꝯña tenet a sufficienti diuisione. igitur ⁊c.

Ad rationes

Ad rationes principales. Prima vadit pro quinta conclusione scilicet ꝙ non attenditur penes spatium corporale. ¶ Ad secundam de spatio contramoto dico ꝙ velocitas attenditur penes spatium lineale descriptum a mobili deducto motu alicuius alterius. ex hoc patet qualiter ratio Zenonis non procedit in oppositum: et si spatium contra mouetur: tunc velocitas mobilis debet capi penes spatium imaginatum: quod mobile describeret: si spatium non contra moueretur. ¶ Ad tertiam illa vadit pro sexta conclusione. ¶ Ad quartã dico ꝙ talia duo grauia inequeve velociter mouentur: quorum vnũ in eodem tempore pertransit arcum: et aliud chordã eius: nihilominus bene eque velociter descendunt: vnde penes aliud capitur velocitas motus absolute: penes aliud velocitas descensus. vnde velocitas motus absolute capitur penes spatium absolute: siue sit rectum siue curuum. Velocitas autem descensus capitur solũ penes spatium rectum inter terminum a quo: et terminũ ad quem a puncto medio mobilis descriptum vel sibi equiualẽti: et ideo neganda est hec consequentia: ista eque velociter descendunt: ergo eque velociter mouentur. vnde possunt eque velociter descendere: et ineque velociter moueri: sicut aliqua circulariter mota possunt ineque velociter moueri et tamen eque velociter circuire sicut videbitur.

Questio .v.

Queritur quinto penes quid attendatur velocitas motus circularis: et arguitur primo ꝙ nõ attenditur penes spatiũ pertransitum in tanto vel in tanto tempore: nam mobile motum circulariter nullum spatium pertransit. et eo ꝙ mobile motũ circulariter cõtinue manet in eodem loco. ¶ Secundo. nam si attenditur penes aliquod spatium: vel ergo penes spatium corporale vel superficiale vel lineale: nullũ istorum potest dici: ergo non penes spatiũ corporale: nec superficiale: potest probari sicut probatum est de motu locali recto: nec penes spatium lineale: nam tunc mot⁹ circularis esset comparabilis motui recto: sed cõsequẽs est falsum per Aristotelem septimo huius: et probatur per hoc ꝙ motus rectus et motus circularis sunt diuersarum specierũ que autem sunt diuersarum specierum non sunt comparabilia. consequentia tenet ex eo ꝙ omne spatium lineale oĩ spatio lineali est comparabile. ¶ Tertio. si penes spatium: hoc maxime videretur penes spatiũ lineale descriptum a pũcto velocissime moto ipsius mobilis: sed consequens est falsum: et consequentia tenet: videtur ꝙ sicut motus velocissim⁹ est mensura aliorum motuũ q̃ ita penes spatium descriptũ a puncto velocissime moto ipsius mobilis totalis velocitas ipsius mobilis debeat attendi postꝙ motus talis pũcti est nobis notior: falsitas consequentis probatur: nam secundũ hoc sequeretur q̃ si alicui rote in conuexo vnus radius in lõgũ addatur ꝙ ex hoc illa rota debeat in duplo vel in quadruplo velocius moueri secundũ quod ille radius esset longior propter hoc quod secundũ hoc spatiũ descriptũ a puncto illius conuexi esset maius et maius. et probatur falsitas ex alio: nã secundũ hoc sequeretur: quod quum vnus homo longus et vnus homo breuis pertransiuissent aliquale spatium super terram: quod adhuc essent inequaliter moti: probatur consequẽtia: quia homo longus suo capite describit portionem circunferentie maioris circuli in aere ꝙ describit caput hominis breuis. et ista ratio supponit sphericitatem terre. ¶ Quarto sequitur quod ex hoc quod aliquod corp⁹ sphericum condensaretur: et fieret minus: cõtinue fieret tardius et tardius secundũ ꝙ continue fieret minus et minus: propter hoc quod punctus eius velocissime motus: qui est motus in circunferentia eius conuexa continue minus et minus spatium describeret: et sic consimiliter ex rarefactione velocius et velocius moueretur.

In oppositum arguitur per descriptionẽ velocioris: nam velocius dicitur moueri quod in equali vel in minori tempore plus pertransit de spatio cum ergo vnus motus circularis sit velocior alio: hoc videtur esse ex eo ꝙ inequali vel minori tempore plus pertransit de spatio: et sic velocitatem motus circularis arguimus ex spatio pertransito in tanto vel in tanto tempore. ¶ In ista questione precedenti videbatur de motu locali recto penes quod attẽditur eius velocitas tanꝙ penes effectum: nunc videndum est de hoc quantum ad motum circularem: in quo duo sunt cõsiderãda scilicet motus et circuitus: que licet sint eadem re: tamen differunt secundum connotationem et rationem. circuitio enim addit super connotationem mot⁹ describere angulum circa centrum vel axem: secundum quem fit motus: et ideo bene possibile est aliqua duo eque velociter circuire: ineque velociter tamen moueri et econuerso. vnde signatis duobus punctis scilicet a. in equinoctiali: et b. prope polum: a. et b. eque velociter circuiunt axem mundi: non tamen eque velociter mouentur: puncta enim circa equinoctialẽ multo velocius mouenẽ ꝙ puncta circa polum: et ideo posset concedi aliquem motum esse velociorem alio: et eũdem motum non esse velociorem circuitionem alio. ¶ Primo ergo videndum est penes q̃d attendit̃ velocitas mot⁹ simpliciter in motu circulari. ¶ Scdo. penes q̃d attẽdit̃ velocitas circuitiõis.

Quantum ad primũ sit ista prima conclusio ꝙ velocitas motus in motu circulari attenditur penes spatium pertransitum in tanto vel in tanto tẽpore sicut patet per descriptionem velocitatis positam ab Aristotele sexto huius. ¶ Secunda conclusio. ꝙ non attenditur penes spatium corporale. ¶ Tertia conclusio. ꝙ non attẽditur penes spatium superficiale. sic due conclusiones probantur sicut probabantur de motu locali recto. ¶ Quarta cõclusio. ꝙ attenditur penes spatium lineale: probatur: quia attẽditur penes spatium per primam conclusionem et non penes corporale per secundam: nec penes superficiale per tertiam. ergo etc. consequentia tenet a sufficiẽti diuisione. ¶ Sed tũc est dubium ex quo velocitas attenditur penes spatiũ lineale vtrum penes spatium lineale descriptum a puncto existẽte in conuexo scilicet in circunferentia maximi circuli corporis spherici vel orbicularis circulariter moti: vel in medio: vel vbi. ¶ Circa quod sunt opiniones. vna opinio imaginatur ꝙ sicut mot⁹ vniformiter difformis correspõdet suo gradui medio taliter ꝙ sicut velocitas motus alterationis vniformiter difformis attẽditur penes qualitatem vniformem correspondentem medio gradui qualitatis vniformiter difformis: acquisite per alterationem vniformiter difformem: sic etiam in motu locali vniformiter difformi velocitas mensuratur penes lineam descriptam a puncto medio inter pũcta vniformiter difformiter mota: ita ꝙ secundum hoc hec opinio vult ꝙ si essent duo corpora spherica circulariter mota a quorum punctis medijs semidiametrorum in equali tẽpore: equalia spatia linealia describerentur: ꝙ illa corpora essent eque velociter mota. et ista opinio est satis rationalis: verumtamen secundum eam non posset bene capi velocitas corporis orbicularis propter hoc ꝙ punctus medius sui semidiametri est extra illud corpus orbiculare: modo non videtur ꝙ velocitas motus alicuius corporis debeat mensurari penes aliquid q̃d nõ est in ipso. Et ideo alij dicunt q̃d velocitas corporis orbicularis debeat attendi penes spatium lineale descriptum a puncto medio inter superficiem concauam et superficiem conuexam. Sed contra arguitur: nam sic sequeretur quod si fieret condensatio corporis orbicularis versus conuexum: conuexo non recedente ab eius centro ꝙ ex hoc illud corpus orbiculare moueatur velocius hoc videtur [illegible] probatur consequentia nam per talem condensationem punctus medius inter conuexum et concauum fieret magis distans a centro et per consequens maiorem circunferentiam describeretur: ergo si penes spatium lineale descriptum a tali puncto medio attenditur velocitas sequitur quod dictum est. ¶ [illegible] opinio communior et famosior: ponit illam conclusionem quod velocitas motus corporis circularis vel orbicularis circulariter moti attenditur penes spatium lineale descriptum a puncto velocissime moto talis corporis [illegible] circuli [illegible] corporis [illegible] quod tot [illegible] ideo tanta velocitate [illegible] te mouet̃ aliqua eius pars. et ideo penes idẽ debet attendi velocitas totius et partis velocissime mote. ¶ Secundo. ꝙ motus puncti velocissime moti est notior: et ideo bene rationale est ꝙ penes spatiũ descriptũ a tali pũcto motũ et velo=

citatem talis corporis mēsuremꝰ. ¶ Et confirmatur ex quo non intenditur penes spatium descriptum a puncto medio semidiametri: nec a pūcto medio iter cōcauū: et conuexū: vꝫ qᵒ penes spatiū a puncto existēte i cōuexo: quare ꝛc.

Quantum ad secundum dico quod velocitas circuitionis attendit penes angulū descriptū circa centrū vel axem corporis moti: circa quod vel quē fit circuitio: ita ꝙ si duo mobilia circuirent aliquod centrū vel axem: et in equalibus partibꝰ temporis equales angulos describerent circa illud cētrū vel axē: tunc illa mobilia eque velociter circuirent: si aūt describerent inequales angulos circa predicta in partibꝰ equalibꝰ tēporis tunc ineque velociter circuirent. patet conclusio. q: aliter b. punctus signatꝰ prope polū non eque velociter circuiret axem mundi sicut punctus c. signatus in equinoctiali. ¶ Ex his sequit ꝙ circuitio nullo modo est cōparabilis motui locali recto: ex eo qᵒ angulus nullo modo est comparabilis spatio lineali: modo velocitas circuitionis attenditur penes angulū: velocitas autē motꝰ localis recti attenditur penes spatiū lineale: nec velocitas circuitionis est comparabilis motui circulari ex eo ꝙ nullo modo āgulꝰ est cōparabilis linee circulari. ergo.

Ad rationes principales. Ad primā nam corpus sphericū puta celū non pertransit aliquod spatiū: dico qᵒ licet punctꝰ eiꝰ velocissime motus nō describat aliqᵒ spatiū verū: tamē bene imaginatū: et hoc sufficit: et ideo patet quod velocitas motꝰ circularis attendit penes spatium lineale verū vel imaginatum descriptū a pūcto velocissime moto corporis circulariter moti. ¶ Ad secundā que tāgit de comparatione motus videbit in septimo. ¶ Ad tertiā concedo cōsequētiā. et cū dicebatur consequens esse falsum: nego. et ad probationē: nā si alicui rote affigat vnꝰ radius ꝛc. illa que dicta sunt: intelligenda sunt de puncto velocissime moto corporis perfecte spherici: vel orbicularis: vel circularis: et ex hoc patet ad rationē. ¶ Ad quartā cōcedo ꝙ caput longioris hominis velociꝰ mouet q̄ caput hominis breuis in casu predicto: imo caput longioris hominis velocius mouet suis pedibꝰ: et hoc posito ꝙ totalis linea cōposita ex lineis quas describūt pedes nō esset longior nec equalis linee circulari descripte in aere a cap. ꝛc. ¶ Ad vltimā concedo consequens et consequentiam.

Questio. VI.



Queritur sexto penes quid attendatur velocitas in motu augmētationis tanq̄ penes effectū. Et arguitur primo qᵒ penes quantitatē acquisitā: sicut est in motu locali: ita videt esse suo modo in motu augmentationis: sed in motu locali sic est quod velocitas attēditur penes spatiū pertransitū. ergo videt ꝙ in augmentatiōe debeat attendi penes quantitatē acquisitā. ¶ Secundo. simile videt esse de qualitate acquisita in motu alterationis: et quantitate in motu augmentationis: sed sic est ꝙ velocitas in motu alterationis attenditur penes qualitatem absolute: ergo videtur quod etiam sic debeat esse in motu augmentationis: quare ꝛc.

In oppositū arguitur. nam si penes quātitatem acquisitam absolute: sequeretur quod illa q̄ equales quantitates in equalibus partibꝰ tēporis acq̄rerent: eq̄ velociter augerent: cōsequēs est falsum: falsitas probat: nā posito ꝙ in eodē tēpore vni herbe parue acquiratur precise quantitas bipedalis: et vni magne arbori similiter: tūc licet illis duabus augmentationibus equales quantitates sunt acquisite: non tamen sunt eque veloces: propter hoc ꝙ vna est sensibilis scilicet augmentatio vnius parue herbe: et alia forte insensibilis: scilicet augmētatio magne arboris: et etiā ex cōmuni modo loquēdi in casu predicto illa parua herba dicit velocius moueri q̄ illa magna arbor. ¶ In ista questione videndum est primo de velocitate motus augmentationis penes quid attenditur. ¶ Secundo de velocitate alterationis: de quo tangebatur in argumento secundo.

Quantū ad primū sciendū quod in motu augmentationis: verbi gratia: in rarefactione consyderanda sunt duo: scilicet motus localis et maioratio: vnde rarefactio non potest fieri sine motu locali: quia igitur in rarefactione et augmentatione proprie dicta plus cōsyderatur q̄ motus localis: inde est ꝙ non penes idē attenditur velocitas motus localis et motus augmentationis. ¶ Et tunc sit prima conclusio: velocitas motus augmentationis non attenditur penes quantitatem acquisitam absolute. probatur. Primo per rationem factam ante oppositum. ¶ Secundo. si oppositum conclusionis esset verum. sequeretur quod quodlibet totum augeretur velocius q̄ aliqua eius pars: probatur consequentia: quia quum aliquid augetur maior quantitas acquiritur toti q̄ alicui eius parti. si ergo velocitas attenditur penes quantitatem acquisitam absolute sequitur quod dictum est. ¶ Tertio sequeretur quod non posset esse aliqua augmentatio vniformis quo ad partes subiecti: hoc videtur inconueniens: probatur consequētia: nam ex quo velocitas augmentationis attenderetur penes quantitatem acquisitam absolute: et cum in omni augmentatione plus acquiritur toti q̄ alicui eius parti: sequitur quod in augmentatione velocius mouetur totū quam aliqua eius pars: et sic omnis augmentatio esset difformis quo ad partes subiecti ꝛc. ¶ Secunda conclusio. velocitas augmentationis non attenditur penes proportionem quantitatis acquisite ad quantitatem preexistentem: nam sic sequeretur quod essent due augmentationes quarū vna nec esset velocior nec tardior alia: nec eque velox: probatur consequentia: nam posito quod a. corpus pedale augeatur in hora sic quod fiat in fine hore bipedale ita quod acquisitum sit equale preexistenti et b. corpus sit similiter pedale et augeatur in eadem hora: sic quod in fine hore sit tripedale: tunc in augmentatiōe ipsiꝰ a. est proportio equalitatis quātitatis acquisite ad quātitatem preexistētem: sed in augmētatione ipsius b. est proportio maioris inequalitatis: scilicet dupla quātitatis acquisite ad preexistentem: modo si velocitates augmentationū sic se habent adinuicem sicut proportiones acquisitorū ad preexistentia: et cū in augmētatione ipsius a. proportionis acq̄siti ad preexistens nulla sit proportio ad proportionem acquisiti ad preexistens in augmentatione ipsius b. cum pportionis equalitatis ad proportionem inequalitatis nulla sit pportio: sequitur velocitatū predictarum augmentationum nullam esse proportionem adinuicem. quod erat probandum. ¶ Tertia conclusio. velocitas in motu augmentationis attenditur penes proportionem compositi ex preexistenti et acquisito ad preexistens solum. verbi gratia. si a. pedali acquireretur pedale in hora: et b. pedali duo pedalia: tunc in augmentatione ipsius a. proportio composita ex preexistenti et acquisito ad preexistens solum esset dupla: sed in augmentatione ipsius b. proportio composita ex preexistenti et acquisito ad preexistens solū esset tripla: modo in qua proportione tripla excedit duplam in eadem proportione augmentatio ipsius b. esset velocior augmentatione ipsius a. Probatur conclusio. nam velocitas augmentationis vel attenditur penes quantitatem acquisitam absolute: vel penes proportionem acquisiti ad preexistens: vel penes proportionē compositi preexistētis et acquisiti ad preexistens solum: non primū per primam conclusionem: nec secundū per secundam: ergo tertium per tertiam. ¶ Ex ista conclusione sequitur: ꝙ si aliqua augmētatio debet esse vniformis oportet motū localem punctorū sine quo non potest fieri: esse difformem. ita ꝙ si rarefactio alicuius corporis debet esse vniformis oportet quodlibet punctum illius corporis intēdere motū suum localē. patet hoc. si a. pedale debet rarefieri vniformiter in hora: et in prima medietate illius hore acquirat sibi pedale: oportet punctū eiꝰ extremum motu locali pertransire spatium pedale: postq̄ ergo factum est bipedale: si in secunda medietate illius hore debet esse rarefactio ita velox sicut i prima medietate hore: oportet ꝙ in illa medietate tantū acquiratur ꝙ compositi ex acquisito et preexistenti scilicet duobus pedalibus sit talis proportio ad preexistens qualis erat in prima pp̄ter qᵒ oportet ꝙ in secūda medietate hore acquirat duo pedalia ad duo p̄existētia: et hoc nō potest fieri nisi punctꝰ extremus rarefactibilis in secunda medietate ptranseat bipedale. Si ergo rarefactio est vniformis regularis oportet motum localem punctorum rarefactibilium esse difformem.

Quantum

Quantum ad secundum est sciendũ quod in alteratione potest imaginari duplex successio. scilicet secundũ extensionẽ ⁊ secundũ intensionẽ: verbi gratia secundũ extensionẽ: sicut si vnũ lignũ calefieret. Primo secunduꝫ vnã partẽ. Secundo secundũ aliã: secundũ intensionẽ: vt si primo calefieret remisse: postea intensius ⁊ intẽsius. ¶ Tũc sit prima conclusio. ꝙ intensio magis est essentialis alterationi ꝙ̃ extensio: probatur: q: alteratio potest bene esse sine successione aliqua extensionis: vel saltẽ imaginari: non aũt sine successione intensionis: patet hoc si aliquod ab intrinseco inciperet alterari scilicet calefieri vel frigefieri equaliter secunduꝫ omnes eius partes: ibi. esset successio intensionis non autẽ extensionis. patet ex alio: si assensus in anima que est indiuisibilis intenderetur ibi esset alteratio et successio intensionis non autem extensionis: nulla autẽ alteratio est successiua sine successione intensionis. ¶ Secunda conclusio. velocitas alterationis nõ attendit̃ penes qualitatem in ordine ad subiectũ: sic videlicet ꝙ illa alteratio sit velocior qua acquiritur equalis qualitas maiori subiecto: ptꝫ hoc: nam secundũ precedentẽ conclusionẽ hoc est accidentale alterationi: vnde si hoc esset: intensiones duorũ assensuum in duobus intellectibus indiuisibilibus non essent adinuiceꝫ comparabiles in velocitate et tarditate: quod est inconueniens. ¶ Secundo. si equus magnus alteraretur in hora ad gradũ summũ albedinis a non gradu et vna faba similiter in eadẽ: tunc nullus diceret quin ille albefactiões essent eque veloces: licet vna illarũ albedinũ sit acquisita in subiecto maiori: et alia in minori in eodẽ tẽpore. ¶ Tertia cõclusio. velocitas alterationis non attenditur penes proportionem qualitatis acquisite ad preexistentẽ: nec penes proportionẽ compositi ex qualitate preexistẽti et acquisita ad preexistentẽ. probatur: q: si caliditati sicut vnũ acquiritur caliditas sicut duo: et caliditati vt duo: acquiratur caliditas sicut quatuor in eadẽ hora: tunc licet vtrobiꝙ sit eadem proportio acquisiti ad preexistens: non tamen ille intensiones sunt eque veloces propter hoc ꝙ per vnaꝫ magis acceditur ad summũ gradũ ꝙ̃ per aliã ¶ Quarta cõclusio. velocitas in motu alterationis attenditur penes qualitatẽ acquisitã absolute in tanto: vel in tanto tempore: verbi gratia: si duobus subiectis siue equalibus: siue inequalibus in eadẽ hora acquirerentur qualitates equales: illa essent eque velociter alterata: si inequales: tunc illa essent ineque velociter alterata: probatur conclusio: quia velocitas alterationis vel attenditur penes qualitatẽ in ordine ad subiectum: et hoc non per secundã conclusionẽ: vel penes proportionẽ qualitatis acquisite ⁊c. ⁊ hoc non per tertiã conclusionem. relinquitur ergo quod penes qualitatem absolute in tanto vel in tanto tempore: et hoc est intentum.

Ad rationes principales. Ad ambas dicitur quod non est simile de motu augmẽtationis ad motum localem et ad motum alterationis: eo modo quo assumitur in rationibus.

Questio. VII.



Septimo queritur vtrũ mot⁹ [illegible] velocitari in infinitum. Et arguit quod nonentia naturalia determinata sunt ad maximũ: sed motus est ens naturale: q: de eo est consyderatio naturalis: ergo videtur quod sit determinatus ad maximam velocitatem: et sic non velocitatur in infinitum. ¶ Secundo. motus celi non potest velocitari in infinituꝫ: ergo nec alius consequentia tenet: eo qꝺ tunc aliquis motus esset velocior motu celi: ergo null⁹ motus: nec celi nec alicuius alterius potest velocitari in infinitum. ¶ Tertio. si aliquis [illegible] posset velocitari in infinitũ tunc posset esse aliqua virtus infinita: quod est incõueniẽs: nam tunc talis moueret in instanti: modo implicat motum fieri in instanti: consequentia videtur tenere ex eo quod ad velociorem motum requiritur maior potentia. ¶ Quarto. nam si motus esset velocitabilis in infinitum: videretur ꝙ esset dare magnitudinem infinitam que tali motu transiretur: quod est incõueniẽs. probat̃ cõsequentia. nam ex eo qꝺ velocitate finita pertransitur magnitudo finita: ita et velocitate infinita debet pertransiri magnitudo infinita.

Oppositũ patet per Aristotelem sexto huius: vbi ad probandum continuum non esse compositum ex indiuisibilib⁹ supponit: quod omni motu dato cõtingit dare maiorẽ vel tardiorẽ in infinitũ. In ista questione primo videndum est de velocitate. secundo de tarditate.

Quãtum ad primũ sit prima conclusio. accipiendo ly infinituꝫ cathegorematice impossibile est quod aliqua velocitas sit infinita: probatur: nam illa velocitate vel pertransitur spatiũ finitũ vel infinitum: non infinitũ: q: tale non est: nec finitũ quia vel hoc pertransiretur tali velocitate in tẽpore: vel in nõ tẽpore si in tempore tunc talis velocitas non esset infinita: probatur: nam velocitas qua hoc pertransiretur in minori tempore esset maior: et per consequens prior velocitas non erat infinita. si autẽ dicatur qꝺ velocitate infinita pertransitur spatium finitũ in non tẽpore tunc sequitur ꝙ velocitas infinita non est velocitas propter hoc quod in diffinitione velocitatis ponitur tẽpus: ergo. ¶ Iuxta hoc infertur qꝺ mutatio subita: nec est velox: nec tarda: propter hoc quod non fit in aliquo tempore toto. ¶ Secunda conclusio accipiendo ly infinitũ syncathegorematice impossibile est motũ localẽ augmentari in infinitũ: pro quo premitto istas suppositiones. Prima est quod mot⁹ celi non potest velocitari. ¶ Secunda ꝙ omnis alter mot⁹ fit cũ resistentia. ¶ Tertia. qꝺ motus non potest velocitari nisi per augmentationem potentie: vel diminutionem resistentie: vel vtroꝙ modo simul. ¶ Quarta suppositio ꝙ resistentia in motu locali. sicut est mediũ vel aliquod huiusmodi non potest diminui: nisi ad certum gradũ: nec potẽtia naturalis augeri nisi ad certum gradũ. ex his probatur cõclusio: si motus localis posset velocitari in infinitum: vel hoc esset motus celi vel aliquis alter: nõ potest dici primũ ꝑ primam suppositionẽ: nec secundũ ex eo ꝙ omnis alter motus fit cũ resistentia per secundam suppositionẽ: modo si deberet velocitari in infinitũ: tunc per tertiã suppositionẽ oporteret quod potentia motiua augeretur in infinitum: vel resistentia diminueretur in infinitum: vel quod facerent hoc ambo simul: modo hoc est impossibile per quartã suppositionẽ: ergo impossibile est aliquẽ motum velocitari in infinitum ad intellectũ ꝑdictũ scilicet quod quocũꝙ motu dato vel dabili finito: posset dari in duplo velocior. Sed contra diceres: Aristo. quarto huius dicit quod per subtiliationem mediĩ in infinitũ motus cresceret in infinitum. Dico ꝙ hoc Aristo intellexit hypothetice: et nõ cathegorice: ad istũ sensum: ꝙ si mediũ subtiliaretur in infinitũ mot⁹ cresceret in infinitũ. ¶ Tertia conclusio de motu alterationis qꝺ accipiendo ly infinita cathegorematice nulla velocitas alterationis est infinita. probari potest vt probantur alie conclusiones. ¶ Quarta cõclusio: accipiendo ly infinitũ syncathegorematice velocitas alterationis potest velocitari in infinitũ ad istũ intellectũ: ꝙ quacũꝙ velocitate alteratiõis data vel dabili finita: est dabilis velocitatis dupla: tripla: quadrupla: et sic in infinitũ. probatur supposito quod in motu alterationis non sit resistentia nisi ab vno contrariorũ: verbi gratia: vt si aliquod calidũ calefaciat aliquod frigidum quod nõ sit resistẽtia aliunde preterꝙ̃ solũ a frigiditate: ꝓbatur conclusio: nã stante predicta suppositiõe in alteratione stãte potẽtia motiua: resistẽtia est diminuibilis ĩ ĩfinitũ: ergo velocitas est intẽsibilis ĩ ĩfinitũ cõsequẽtia tenet ex eo ꝙ stãte potẽtia ⁊ decrescẽte resistẽtia ĩ ĩfinitũ: velocitas augeret̃ in infinitũ: antecedẽs ꝓbat̃: nã quã aliqꝺ calidũ alterat aliqꝺ subiectũ vsꝙ ad gradũ summum caliditatis: totalis resistẽtia decreuit vsꝙ ad nõ gradũ: ⁊ ꝑ ꝯsequẽs ad subduplũ: ad subtriplũ: ad subquadruplũ: ⁊ sic ĩ ĩfinitũ: adhuc stãte potẽtia motiua. ¶ Sed dices: si quocũꝙ motu alteratiõis dato esset dare motũ in duplo velociorẽ sequit̃ ꝙ motu celi põt dari aliꝙ velocior. ¶ Rñdet̃ negãdo ꝯsequẽtiã: et ratio est q: mot⁹ alteratiõis ⁊ mot⁹ celi nõ sunt adinuicẽ cõparabiles. ꝓpter hoc quãtũcũꝙ motus alteratiõis velocitat̃: nõ ꝓpter hoc est velocior motu celi: nec motus celi est velocior motu alterationis quantũcũꝙ tardetur ⁊c.


Quantum ad secundũ sit prima conclusio quod de facto est ĩfinita tarditas: probat̃ nã de facto alique

partes celi mouentur aliquantū tarde ⁊ alique magis propinque polo in duplo tardius: et alique iterū magis propinque in quadruplo tardius et sic in infinitū: ergo. ¶ Secunda conclusio: omne quod mouetur: et aliquādo incepit moueri: infinita tarditate mouebat͛. probat͛: nā quū incepit moueri potentia motiua incepit excedere resistentiā: vel incepit applicari resistentie: si dicatur primuз tunc tale infinita tarditate mouebat͛: eo ꝙ excessus quo motor modo excedit mobile acquirebat͛ successiue: et quum erat minor: tarditas erat maior: ⁊ cū talis excessus incepit acquiri a non gradu: sequitur ꝙ hoc mobile nō tanta tarditate mouebatur: quin maior: et per consequens infinita tarditate mouebatur. Si vero motor applicaretur mobili de nouo: licet antea excesserit ipsum: ⁊ cū talis applicatio fiat successiue et cōtinue fiat melius ⁊ meliꝰ: ⁊ ante erat peius ⁊ peiꝰ: adhuc tale mobile infinita tarditate mouebat͛ ꝓpter hoc ꝙ quacūqȝ applicatione agentis ad passum data ante illā dabat͛ applicatio peior: et adhuc ante illā peior et sic in infinitū: et cū propter applicationē meliorē vel peiorē motus sit tardior vel velocior sequitur quod dictū est. ¶ Secūdo sicut nullus gradꝰ qualitatis acquirit͛ subito: sed pars ante partē: ita etiā nullus gradus velocitatis. et per consequens quocūqȝ gradu velocitatis dato ante illuз erat remissior: et si sic: tunc omne illud quod mouetur infinita tarditate mouebatur: et hoc si aliquando incepit: ⁊ hoc dico propter motū celi: q̄ nunqȝ incepit secundū philosophū. ¶ Sed dices. tamē videtur ꝙ motū violenter quū est in medio motus non est verū dicere quod infinita tarditate mouebatur postqȝ motus eiꝰ in principio erat velocior. ¶ Secundo. posito ꝙ vna parua faba proiciat͛ sursum: ⁊ in medio obuiet sibi vnus magnus lapis molaris: tunc lapis molaris: quū obuiat illi fabe mouet secū illā fabā deorsum tanta velocitate: quanta ipsemet descendit: et quū ipse descendit certa velocitate: sequitur qꝺ illa faba incepit descendere certa velocitate: quare cū descēdit non est verū dicere: ꝙ infinita tarditate prius descendebat. ¶ Ad ista: ad primū dico ꝙ motꝰ violentus est velocior prope principiū: nō tamē simpliciter ī principio qȝ sit postea cū hoc tamen stat ꝙ magis prope principiū erat tardior: et adhuc magis prope tardior: ⁊ sic in infinitū. ¶ Ad secundā potest dici ꝙ cōclusio intelligebatur de moto per se: qꝺ non mouebat͛ ad motū alterius: sed sic nō est in proposito de faba vel aliter pōt dici quod anteqȝ lapis molaris tangat illam fabam prius aer motus et pulsus ante illum lapidem molarem mouebat illā fabā: et fecit eā descendere: et quocūqȝ instanti intrinseco dato illius descensus: verū est dicere ꝙ ante illud instans illa faba descendebat tardius ⁊ tardius: et sic in infinitū. ¶ Tertia conclusio. omne quod mouetur: et aliquando desinet moueri: infinita tarditate mouebitur. probatur ex eo ꝙ motus tollitur eo qꝺ potētia motiua diminuitur vsqȝ ad equalitatem resistentie: vel ꝙ resistentia augetur vsqȝ ad equalitatē potentie: ⁊ quocūqȝ istorū dato: qꝺcūqȝ desinet moueri non ita tarde quin tardius: et per consequens infinita tarditate: et hoc est qꝺ solet dici motū terminari ad non gradū quo ad istā tertiā conclusionem et motū incipere a nō gradu: quo ad precedentē cōclu[illegible] Sequitur ex dictis ꝙ nullus motus potest esse regularis secundū se totuз nisi sit perpetuus: verūtamē pōt esse regularis: quantū ad eius partē: scȝ quātū ad eius mediū.

Ad rationes principales. Ad primam nego

quod motus sit ens naturale: sed bene concedo ꝙ est passio entis naturalis: et hoc sufficit ad hoc ꝙ de eo sit ꝯsyderatio naturalis. ¶ Ad secundā dico verū est ꝙ si aliquis motꝰ localis velocitaretur in infinitū ꝙ tunc ibi aliquis motꝰ esset velocior motu celi sed aliter nō: q͛ sicut dictū est: ad velocitatē motꝰ alterationis in infinituз non sequitur aliquē motum esse velociorē motu celi propter hoc quod motus celi ⁊ motus alterationis non sunt adinuicē cōparabiles. ¶ Ad tertiam negatur consequentia: nam motus non velocitatur solū ad augmentationē virtutis motiue sed etiā ad diminutionē resistentie: et igitur stante virtute finita nō augmentata nec diminuta: adhuc per diminutionē resistentie in infinitum motus posset intendi in velocitate. ¶ Ad quartā negatur consequentia: quia non omni motu pertransitur: nec acquiritur magnitudo seu spatium: sed solum motu locali: nec illa ratio sufficienter probat quod motus localis nō sit velocitabilis in infinitū: quia licet sit velocitabilis in infinitum: vel de facto esset infinitus: non tamen oporteret quod eo pertrāsiretur magnitudo infinita: patet hoc: quia si esset circularis potest esse super magnitudine satis parua.

Questio. VIII.



Queritur octauo vtrum omne quod mouetur prius mouebatur et arguitur quod non: nullū motum precessit motus qui esset vel fuisset eius pars: ergo. consequentia tenet: antecedens probatur: quia nullum totum preceditur a sua parte ꝓpter hoc quod equaliter incipiunt. vnde hora prima alicuius diei puta a diei non precessit a. diem: nec est ante diem: cuius est pars ex eo quod hora prima a. diei et a. dies simul incipiunt esse. hoc ideз declaratur aliter: nam si hora prima esset ante diem cuius est pars: tunc si aliquis surgeret in hora prima talis surgeret ante diem: quod est falsum. ¶ Secūdo. nam ponatur quod aliquod mobile moueatur precise per horam etiā illud mobile mouetur in illa hora: nec ante illam horaз mouebatur. ¶ Tertio nam ponatur in b. instāti presenti quod aliquod agens sit sufficienter approximatum passo: habens dominium super ipsum: tunc in b. instanti a. agens mouet illud passum: et non ante mouebat: ergo pro illo instāti illud passum mouetur. et non ante mouebatur quod tunc illud agēs mouet illud passum. patet: quia si non: sequeretur quod aliquod agens esset sufficienter approximatū passo et nō ageret in ipsum: quod ante b. instans non mouebat patet: ex eo quod primo ponitur esse approximatū sufficienter. ¶ Quarto: non omne quod quiescit prius quiescebat: ergo non omnem motū ⁊c. consequentia tenet a simili: antecedens probatur: nam posito quod aliquid per vnam horam moueatur: et per horam sequentē immediate quiescat: tūc in instāti medio illud vel mouetur: vel quiescit: si mouetur tūc aliquid mouetur quod non postea mouebitur: quod est inconueniens. si quiescit cuз ante non quiescebat sed mouebatur sequitur ꝓpositum. ¶ Quinto sequeretur quod omnis motus esset eternus: consequens est falsuз: et probatur consequētia: cum ante quēlibet motuз fuit motus: et post quemlibet motum erit motus: et per consequens cū omnis motus nec habeat finē a parte ante nec a parte post: sequit͛ ipsum esse infinitum. ¶ Sexto non omne quod mouet prius mouebat: ergo ⁊c. consequentia tenet ex eo quod omne quod mouet͛: mouetur ab aliquo: antecedens probatur: naз posito quod sortes moueat aliquam nauē et pro presenti instanti Plato ponatur loco sortis: tunc cuз pro presenti instanti illa nauis moueatur: et non a sorte: sequitur quod a platone: sed plato ante instans presens non mouebat: et quia nunc mouet sequitur quod aliquid mouet quod prius nō mouebat. ¶ Septimo ponatur quod aliquid mobile moueatur vniformiter per aliquam horam aliquo gradu velocitatis: et per horam immediate sequentem gradu duplo: tunc in instanti medio inter illas horas illud mobile mouet͛ gradu duplo: vel subduplo: si subduplo sequitur quod aliquid mouetur aliquo gradu velocitatis quo non post mouebitur: si duplo tūc aliquid mouetur aliquo gradu velocitatis: quo non prius mouebatur: et qualitercunqȝ dicatur videtur quod non omne quod mouetur prius mouebatur. ¶ Octauo: nam ponatur aliquod graue sursum et sit remotū omne prohibens: tunc in illo instanti vel quiescit vel mouetur. si mouetur habetur propositum. si quiescit sequitur quod aliquod graue nō impeditum quiescit sursum: quod est inconueniens. ¶ Nono cadat aliquis canis deorsum de turri nostre domine: ⁊ moriatur in medio vie: tunc sit a. primū instans in quo non est canis: sed cadauer: tunc in illo instanti aliquid mouetur et non canis: ergo cadauer: sed cadauer ante hoc non mouebatur ex eo quod ante hoc non erat: ergo aliquid mouetur: quod ante non mouebatur. ¶ Decimo sic: sit quod in prima parte proportionali alicuius hore: prima pars ꝓportionalis alicuius virge flexibilis moueatur: et in secūda: secunda: et in tertia tertia cum secunda et cum prima: et sic in infinitum: tunc in instanti terminante exclusiue horam: tota illa virga mouetur: et non ante illa tota virga mouebatur: ergo questio falsa: consequentia tenet: antecedens patet ex casu: nam in instanti quelibet pars illius virge mouetur.

non tamen

non tamen quelibet pars illius virge mouebatur. ¶ Undecimo ponatur ꝙ alicui mobili continue ex vna parte fiat additio ⁊ ex alia parte fiat ablatio: ⁊ moueatur in hora: tunc in quolibet instanti illius hore aliquid mouetur: quod ante nõ mouebatur: ergo ⁊c. consequentia tenet: antecedens probatur ex eo ꝙ in quolibet instanti est aliquod et ante illud instans erat aliud propter illã additionẽ ⁊ ablationẽ: q̃re ⁊c.

In oppositum est Aristoteles in isto sexto.

¶ In ista questione primo ponã vnam distinctionem. Secũdo aliquas conclusiones.

Quantum ad primum sciendum est quod

a. esse ante b. potest intelligi dupliciter. primo modo quantũ ad inceptionem. secundo modo quantum ad desitionẽ. Primo modo dicimus ꝙ pater est ante filium: ⁊ isto modo hora prima non est ante diem nec prima pars motus ante motum cuius est pars propter hoc ꝙ simul incipiunt. ¶ Secundo modo illud quod citius finitur dicimus esse ante aliud: licet simul incipiant: ⁊ isto modo dicimus horam primam esse ante diẽ. cuiꝰ est ps: quia citius finitur quã dies: ⁊ similiter sic partem motus dicimus esse ante motum cuius est pars propter hoc ꝙ citius finitur quare ⁊c.

Quantum ad secundum sit prima conclusio:

non ante quemlibet motum fuit motus qui esset vel fuisset eius pars: loquendo de ante primo modo: probatur: quia quocunq; motu dato ipse ⁊ prima eius medietas simul incipiunt: ⁊ similiter ipse ⁊ prima eius quarta: ⁊ similiter ipse et prima eius octaua: ⁊ sic in infinitũ. ¶ Secunda conclusio: nõ est aliquis motus quin ante ipsum fuerit motus qui sit eius pars loquendo de ante secundo modo: probatur ex eo ꝙ motus est in infinitum diuisibilis: secũdum diuisionem temporis. Ex hoc sequitur conclusio responsalis ad questionem ꝙ omne quod mouetur prius mouebatur: ⁊ similiter omne qđ quiescit prius quiescebat: nam ex quo quies est priuatio motus: ⁊ sicut motus non potest esse nisi in tempore: ita ⁊ quies non potest esse nisi in tempore: ⁊ propter hoc: quacunq; quiete data primo. finitur medietas temporis in quo est q̃ illud tempus ⁊ per consequens omne quiescens in aliquo tempore prius quiescebat in medietate illius temporis. Etiam cõclusio responsalis: scilicet ꝙ omne quod mouetur prius mouebatur potest probari nõ solum ex parte temporis sed etiã magnitudinis: super quam fit motus: nam omne quod mouetur super aliqua magnitudine prius pertransit medietatem q̃ totum: ⁊ prius medietatem medietatis: ⁊ sic in infinitum: ⁊ hoc non esset nisi tale quũ mouetur prius mouebatur. ¶ Quarta conclusio. non est aliquod mutatum esse quin ante ipsum fuerit mutari: patet per quid nominis mutati esse: quia non est aliquod mutatum esse nisi permutationem quã quidem illud mutatum esse ponitur terminare. ¶ Quinta conclusio. ante cuiuslibet mutari finitionem est mutatũ esse: patet: quia de qualibet mutatione verum est dicere anteq̃ finiatur ꝙ eius medietas finitur: ⁊ non finitur nisi ad mutatum esse: ergo ante finitionem illius mutationis erat mutatum esse. Correlarium ex his sequitur quod non est dare primum mutatum esse in motu et similiter dicit Aristotel. quod non est dare instans: in quo sit aliquid primo permutatum: sed bene in quo perfecte mutatũ est. ⁊ hoc intelligendum est conditionaliter si ponerẽtur instantia indiuisibilia in tempore: ⁊ propter hoc non ponẽdo instantia pono istam conclusionem: qđ omnis motus incipit in tempore sꝫ in nullo toto: prout ly toto capitur distributiue, verbi gratia. nam posito qđ aliquis motus duraret per horam precise: tunc dico qđ talis motus incipit in a. hora: sed non incipit in a. hora tota quia non incipit in medietate a. hore posteriori licet incipiat in prima medietate: ⁊ iterũ non incipit in prima medietate tota: quia pma medietas est diuisibilis in duas partes quarũ vna est posterior in qua non incipit ille motus: sꝫ iterum non in tota illa propter hoc qđ illa iterum est diuisibilis: ⁊ sic in infinitum. proportionaliter de desinit: ⁊ ita intelligitur quum dicitur aliquid incepere in instanti hoc est incipere in aliquo tempore ⁊ in nullo toto.

Ad rõnes principales. Ad primã illa soluitur

sm distinctionẽ positã in pmo articulo. ¶ Ad scđam ponat qđ aliqđ mobile ⁊c. dico qđ cũ tale mobile mouet in illa hora bene verũ est qđ non mouebatur ante illam horã nihilominus in quacunq; parte illius hore in qua illud mobile mouetur verũ est dicere ꝙ ante mouebat: qr prius mouebat in medietate illius tẽporis q̃ in illa parte completiue. ¶ Ad tertiam quum ponit qđ aliquod agens ⁊c. dico ꝙ pro illo instanti pro quo est primo applicatum sufficienter: non mouet sed immediate post illud instans mouebit. ⁊ sic ex hoc nõ cõcluditur quin quãdocũq; aliquod mouẽs mouet/prius mouebat ⁊c. ¶ Ad quartam: negatur antecedens. ad probationem casu admisso ponendo instantia indiuisibilia: dico ꝙ in illo instanti medio nec quiescit: nec mouetur: sed desinit moueri: ⁊ incipit quiescere: exponendo desinit per remotionem de presenti: ⁊ positionẽ de pterito: ⁊ exponẽdo incipit per remotionem de psenti ⁊ positionẽ de futuro. sed non ponendo instantia indiuisibilia dicendum est qđ inter illas duas horas nõ est instans medium: sed vna est protensa vsq; ad aliã exclusiue ⁊ ideo questio nulla est: quũ queritur vtrum in instanti medio vel quiescat vel moueatur. ¶ Ad quintã sequeretur qđ omnis motus esset eternus: nego: quia licet motus non termineretur intrinsece ⁊ inclusiue: sic qđ sit dare aliquaꝫ eius partem simpliciter vltimã tamen bene terminatur exclusiue: sicut etiam est imaginandũ de isto ligno: licet nõ habeat simpliciter vltimũ inclusiue: nec simpliciter primum: tamen terminatur in quolibet eius extremorũ exclusiue ad circunstans ad aerem vel ad aliquod huiusmodi. ¶ Ad sextã dico ꝙ pro illo instanti plato non mouet: sed immediate post hoc mouebit. ex hoc patet ad argumentũ. ¶ Ad septimã dicitur ꝙ si aliquod mobile mouetur in aliqua hora gradu velocitatis subduplo: ⁊ in hora immediate sequenti gradu duplo: nulla est questio quo gradu velocitatis moueatur in instanti medio propter hoc qđ nullum est ponendum instans medium: sed si ponatur dicendum est qđ in illo instanti nullo gradu velocitatis mouetur: sed immediate ante illud instans illud mobile mouebatur gradu velocitatis subduplo. ⁊ immediate post illud instans illud mobile mouebitur gradu velocitatis duplo. ¶ Ad octauam dico quod si ponunt instãtia indiuisibilia in instãti in quo aliqđ graue primo est sursum ⁊ nõ impeditũ: tunc illud graue pro illo instãti nõ mouet: sed immediate post illud instans mouebitur: ita ꝙ illud instans est vltimũ instans nõ esse illius motus. ¶ Ad nonã. de cane descendente dico ꝙ si ponunt instãtia indiuisibilia tũc in instãti in quo primo est cadauer nõ descendit cadauer sed immediate post hoc: ⁊ immediate ante hoc descendebat canis. Si autẽ nõ ponimus talia instãtia tũc questio de instanti medio nõ hꝫ locũ. ¶ Ad decimã ponatur ꝙ in prima parte ⁊c. dico ꝙ per illud argumentũ nõ conuincitur oppositum istius: omne quod mouetur prius mouebatur: qr illud argumentũ non probat plus nisi qđ aliquãdo est verum dicere quelibet pars proportionabilis illius virge mouetur ⁊ non quelibet pars proportionabilis istius virge ante mouebatur. ⁊ cũ hoc bene stat qđ omne quod mouetur prius mouebat. ¶ Ad vltimaꝫ dico qđ tale non mouetur per se sed per accidens: propter hoc qđ non manet idẽ mobile sub vtroq; termino: vel aliter potest dici qđ licet non maneat ibi idem simpliciter: tamen ibi manet idem: prout idẽtitas attẽditur penes continuam ⁊ successiuã additionẽ partiũ similiũ figurarum cũ precedentibus quomodo dicimus sequanam esse eundẽ fluuiũ modo: qui erat sunt decem anni: ⁊ tunc de tali eodem quũ mouetur continue verũ est dicere qđ ante mouebatur. sic patet ad argumentum.

Questio.IX.



Queritur nono vtrum in tempore finito possit pertransiri magnitudo infinita: ⁊ in tempore infinito pertransiri magnitudo finita. Et arguitur primo ad primam partem [illegible] quo supponitur quod motui secundum eius rationem communem non repugnat velocitari in infinitum; vnde deus posset mouere aliquod mobile aliqua velocitate: ⁊ dupla ad illam: ⁊ tripla ad illam: et sic in infinitum. hoc supposito ponatur quod aliquod mobile moueatur tanta velocitate quod in prima parte proportionali alicuius hore pertranseat vnũ pedale ⁊ in secunda parte tantum: ⁊ in tertia tantum: ⁊ sic in infinitum secundũ par

tes proportionales:in fine hore pertransiuit spatiũ infinitũ: ergo in tempore finito esset pertransitũ spatium infinitum. ¶Secundo arguitur pro secunda parte conclusionis: videlicet ꝙ in tẽpore infinito pertransitur magnitudo finita:pro quo supponitur ꝙ rationi cõmuni motus non repugnat retardari quantũlibet, vnde deus posset mouere aliquod mobile aliqua tarditate:ꝛ in duplo tardius ꝛ in quadruplo tardius:ꝛ sic vltra.hoc supposito sit aliquod spatium pedale in longitudine super quo incipiat moueri aliquod mobile taliter ꝙ in vna die pertranseat primã partem proportionalẽ illius spatij; deinde motus illius mobilis tantũ retardetur: ꝙ etiam ad pertranseundã secundã partem proportionalem illius spatij apponat vnã diem.deinde adhuc tantum retardetur ꝙ ad pertranseundã tertiam partẽ illius spatij etiam apponat vnã diem ꝛ sic vltra:ꝛ cum infinite sint partes proportionales illius spatij:ad quarũ quãlibet pertranseundã illud mobile apponat vnam diem sequitur quod infiniti dies transibunt antequã illud spatium pedale ab illo mobili sit pertransitum:ꝛ cum infiniti dies constituant tempus infinitum sequitur ꝙ illud mobile apponet tempus infinitum ad pertranseundum illud spatium pedale: ex quo sequitur qꝫ in tempore infinito potest pertransiri spatium finitum adhuc sine reiteratione.

Oppositum vult Aristoteles in isto sexto.

¶In ista questione primo ponenda est vna distinctio.secundo ponende sunt conclusiones.

Quantum ad primum sit ista distinctio: ꝙ

motuũ quidã dicitur regularis:quidã irregularis. Motus regularis dicitur qui sic se habet ꝙ in equalibus partibus tẽporis pertranseuntur spatia equalia:seu qui in vna parte temporis non est velocior quã in alia. Motus autem irregularis dicitur quo in partibus tẽporis equalibus pertranseuntur spatia inequalia:seu qui in vna parte ẽ velocior:ꝛ in alia tardior:verbi gratia vt si aliquod mobile moueretur super aliquo spatio diuiso in duo pedalia:ꝛ illud mobile in ptranseundo vnam illarum partium plus apponeret de tẽpore vel minus quã ad pertranseundam aliam ꝛc.

Quantum ad secundum sit ista prima con-

clusio.nõ est possibile in tempore finito motu regulari pertransiri magnitudinẽ infinitã: probatur nam detur ꝙ sic. diuidatur ergo illud tempus finitũ in.c.partes equales: in quo quidẽ tempore per aduersariũ pertransitur motu regulari magnitudo infinita:tũc in vna illarũ centum partiũ pertrãsitur spatiũ finitum sit ergo vna leuca:ꝛ cum talis motus sit regularis sequitur per diffinitionẽ motus regularis: qꝫ in qualibet partiũ tẽporis de illis.c.non pertransiuit nisi vnã leucam:ꝛ per consequens in fine non pertransiuit nisi centũ leucas:ꝛ cum nulla finita finities sumpta constituant infinitũ: sequitur in fine hore motu regulari non esse pertransitũ: nisi spatiũ finitũ. ¶Secunda conclusio.non est possibile motu regulari tempore infinito moueri super spatio finito:sine reiteratione:probatur:nam sit aliquod spatiũ finitum pedale:diuisum in centũ partes:ꝛ incipiat super ipso moueri aliquod mobile motu regulari:tunc ad pertranseundũ vnã de illis partibus non apponitur nisi tempus finitum. Sit ergo vnus annus: verbi gratia: ꝛ cum motus debeat esse regularis:sequitur per diffinitionẽ motus regularis ꝙ ad quamlibet aliarũ partiũ illius spatij de centum non apponitur nisi vnus annus ad pertranseundũ.ergo ad totale spatiũ nõ apponuntur nisi centũ anni:igitur ad pertranseundũ spatium finitum motu regulari non apponitur nisi tempus finitum. ¶Istas duas conclusiones ponit Arist. in litera: ꝛ probat eas sicut iam probate sunt. ¶Rationes in oppositum vadũt vias suas quia arguunt de motu irregulari ꝛ non de motu regulari de quo intelligit Aristo.quomodo autem in qualibet parte proportionali deus potest intendere aliquem motum ad duplũ:ꝛ tamen non est possibile ꝙ hoc faciat;de hoc aliqualiter visum fuit in tertio huius de infinito,

Questio.x.



Ueritur vltimo vtrũ mobile continue dũ mouetur sit in loco maiori se ꝛ arguitur primo ꝙ non:mobile continue dũ mouetur est in loco sibi equali precise. ergo questio falsa.ꝯña tenet de se:añs probatur primo: nam posito qꝫ aliqꝫ mobile existẽs i aliquo loco sibi equali moueatur in illo circulariter:tũc illud mobile cõtinue dũ mouetur manet in illo loco.ergo ꝛc. ¶Scđo: nam posito ꝙ aliqꝫ mobile moueatur ꝛ locus in quo est moueatur vna cũ ipso : tunc illud mobile mouetur ꝛ tñ cõtinue est in loco sibi equali postquã locus sibi equalis cõtinue manet cũ ipso:ꝛ continue mouetur cũ eo ¶Tertio mobile dũ mouetur continue hꝫ locũ tangẽtẽ ipm vndequaqꝫ extrius sed ille est sibi eqlis.ergo ꝛc. ¶Quarto.mobile continue dũ mouetur occupat aliquẽ locũ:sed nõ potest dici ꝙ maiorẽ:nam aliter simul esset in diuersis locis. ¶Quinto signetur aliquis locus equalis mobili precise in medio:vel in spatio pertranseundo a mobili ꝛ sit ille locus a.b.ꝛ sit ille locus medius inter principiũ illius spatij ꝛ finẽ tunc illud mobile vel aliqñ erit in spatio a.b precise vel nunquã. Si nunquã sequitur ꝙ fiet trãsitus de extremo in extremũ sine saltu absqꝫ hoc ꝙ pertransiretur spatiũ mediũ. Si autẽ dicatur ꝙ illud mobile erit aliqñ in spatio a.b.precise: tũc sequitur ꝙ nõ omne mobile dũ mouetur sit in loco maiori : se imo aliquando est in loco sibi equali precise. ¶Sexto. omne corpus per se mobile est in loco sibi proprio qui non est maior:nec minor:sed equalis sibi per Aristo. quarto huius sed mobile cõtinue dum mouetur est corpus per se mobile:ergo est in loco sibi proprio ꝛ per ꝯñs equali:ergo non maiori se.

In oppositum arguitur. nam mobile con-

tinue dũ mouetur nõ est in loco minori se nec equali:ergo in loco maiori se:ꝯña tenet:añs quo ad primã partẽ patet: sed quo ad secundã probatur:nam si continue dũ mouetur esset in loco sibi equali precise:hoc nõ esset nisi per solũ instans indiuisibile:ex quo ponitur cõtinue moueri sine interruptiõe quietis:modo talia instantia indiuisibilia non sunt ponẽda ergo. ¶Secundo confirmatur autoritate Aristo. in octauo huius dicentis:si aliquod mobile mouetur de a.in c.per b.ꝛ non quieuit in b.tunc nunquã fuit in b.in isto motu nisi solum in potentia:ex quo concluditur ꝙ quotquot locis signatis alicui mobili inter principiũ ꝛ finẽ alicuius spatij pertranseundi ab illo mobili:illud mobile interim qꝫ mouetur non erit in aliquo illorum locorum in actu: sed solũ in potentia : ꝛ per ꝯñs postquã non erit in actu in aliquo loco sibi equali dũ mouetur:sequitur ꝙ in actu erit in aliquo loco maiori se postquã non potest dici ꝙ erit in loco minori se:ꝛ est in aliquo loco in actu dũ mouetur:licet nõ in aliquo loco sibi equali. ¶Ista questio intelligenda est de mobili moto localiter non circulariter:sed motu recto ꝛ spatio: vel loco sup quo vel i quo fit motus quiescente.per hoc soluitur primũ ꝛ secũdũ argumentũ. ¶Et de ista questione possent poni alique cõclusiones.quarum prima est ista:impossibile est aliquid dũ mouetur motu recto sup spatio quiescente esse precise in spatio sibi equali: probatur:nã ponatur ꝙ sor.per vnã horã moueatur motu cõtinuo super spatio c.pedũ:probo ꝙ nunquã per illud tẽpus per qꝫ mouetur est in spatio sibi equali precise : quia si sic: vel hoc esset instanti vel in tempore.non in instanti postquã non ponuntur instantia:nec in tempore: postquam mouetur continue non est aliqua pars hore in qua mouetur:quin in illa mouebatur : ꝛ per ꝯñs in nulla est in spatio sibi equali precise: nec enim in prima:nec in secunda. ¶Ex ista conclusione sequitur ꝙ si in tali spatio signaretur vnus locus a.b. precise equalis sorti ꝙ sor. pertransiret illud totale spatium absqꝫ hoc ꝙ aliquãdo esset in loco a.b.precise:nisi solũ in potentia vlterius sequitur ꝙ mobile dũ mouetur continue vadit de extremo in extremũ absqꝫ hoc ꝙ aliqñ sit in actu i medio sibi equali. ¶Secunda conclusio:posito ꝙ sor.sit pedalis ꝛ augeatur continue per horã:sic ꝙ in fine illius hore sit tripedalis:ꝛ augeatur sic ꝙ in prima medietate illius hore acquiratur sibi vnũ pedale: ꝛ in alia medietate acquiratur sibi aliud pedale tunc in isto casu sor erit tripedalis: qui modo est pedalis absqꝫ hoc ꝙ aliqñ sit bipedalis precise. probatur nam si aliquando est bipedalis precise vel hoc est in prima medietate tẽporis : vel in scđa. non põt dici ꝙ in prima propter hoc qꝫ continue in prima est minor quã bipedalis. nec põt dici qꝫ in

secunda

secunda: q2 in secunda cõtinue est maior q̃ bipedalis: ergo in isto casu sor. nunq̃ est bipedalis precise: et tamen existens pedalis fit tripedalis. ¶ Ex ista conclusione sequitur q̄ sor. existens non minor platone: potest fieri maior absq̃ hoc q̄d aliquñ sit equalis sibi et hoc in actu: nihilominus bene est sibi equalis in potentia: sicut si prima medietate hore transacta quiesceret ab augmentatione: et non vlterius augeretur. ¶ Tertia conclusio: mobile localiter motū spatio recto descente continue est in loco maiori se dū mouetur: probatur: nam ex quo continue est in aliquo loco: et nō in minori: vt notū est de se: nec in loco sibi equali vt dicit prima conclusio: relinquitur q̄ in loco maiori. ¶ Secundo: in prima medietate hore: i qua mouetur est i loco maiori se: et in secūda similiter: ergo añs probatur: nam in qualibet parte prime medietatis est in loco maiori se: et similiter in qualibet parte secunde medietatis. ¶ Iuxta hoc dico q̄ si sor. mouetur de parisius per vnū annū vsq̃ Romam: tunc in prima medietate illius anni occuparet medietatē totius spatii de hinc vsq̃ Romam: et in quarta parte illius anni quartā partē illius spatii: et sic vltra. Dico secundo non esse inconueniens vnū paruū lapidē tantū quanta est vna faba occupare spatiū vnius leuce: omni rarefactione et condensatione deducta. p3 hoc. si lapis descenderet in hora pertranseundo in illa hora spatiū duarum leucarū: et moueretur vniformiter et regulariter: tunc in prima medietate temporis occuparet primā leucam illius spatii: et in secunda secundā: et sic nec esset inconueniens eūdem occupare spatiū centū leucarum. ¶ Notandum tñ q̄ hoc nō est simul. sed per partē post partem. ita q̄ in prima parte illius temporis occuparet vnā partē illius spatii: et in alia aliā ergo dico non esse inconueniens vnum lapidem paruū occupare spatium vnius leuce per partem post partē: vt dictum est: licet hoc esset inconueniens simul. ¶ Iuxta dicta dubitatur: nam posito q̄ aliquod mobile pedale quiescat iam super aliquo spatio sibi equali: puta pedali: et incipiat moueri: et ita cito sicut illud mobile incipit moueri: ita cito illud spatium incipiat rarefieri et retro condensari taliter q̄ continue maneat pedale precise: isto casu posito videtur q̄ illud mobile: quod est super ipso: continue mouetur: et tamen cõtinue est in spatio sibi equali. Ista obiectio non procedit contra dicta: nam dictum est questionem debere intelligi spatio descente: modo sic non est in proposito: vnde questio d3 intelligi ac si spatium et locus essent quodammodo imobilia &c.

Ad rationes principales. Prime due sunt

solute. ¶ Ad tertiam dico q̄ licet mobile continue dum mouetur habeat aliquem locum tangentem ipsum: non tamen precise: et igitur non cõtinue est in loco sibi equali. ¶ Ad quartam dico q̄ imo occupat maiorē locū se: nec hoc est inconueniens successiue per partē post partē: licet hoc esset inconueniens q̄ totū sil. nec ex hoc sequitur q̄ aliq̄d corp9 simul sit in diuersis locis. ¶ Ad quintā dico q̄ nō est in illo loco signato sibi equali: nisi solum in potentia sicut dictum est prius. ¶ Ad sextam. dico q̄ omne corp9 dum quiescit esset in loco sibi proprio et equali in actu hoc tamē nō op3 dū mou. [illegible] nō op3 ipm esse in loco sibi equali in actu: 13 bene in potētia.

Expliciunt questiones Sexti Libri Physicorum.

Questiones magistri Alberti de Saxonia in septimū Librum Physicorum.

Questio .I.



Circa textum septimi libri phisicorū queritur talis questio vtrum idē possit agere in seipsum. et arguitur q̄ sic: nā anima mouēdo corp9 mouet seipsam: ergo q̄stio vera. ¶ Secūdo grauitas vel forma substantialis grauis mouendo graue deorsum mouet seipsam deorsū ergo. ¶ Tertio intellectus in seipsum agit actum intelligendi et propositiones: et huiusmodi: ergo questio vera: consequentia tenet: et antecedens probatur: quia si intellectus non ageret in seipsum intellectionem obiectū extra esset nobilius intellectu: s3 ꝯñs est falsum: ꝯña tenet pro tāto: q2 obiectū haberet se tanq̃ agens: respectu intellectionis: intellectus autem tanq̃ passiuū. modo nobilius est agens q̃ passum. ¶ Quarto intelligere et velle: dicuntur actiones manētes: modo hoc non esset plus verum de intellectione et volitione q̄ essent actiones manentes nisi manerent in suis agētibus: q̃ de secatione: et edificatione: tunc vltra: si intelligere et velle manent in suis agentibus: sequitur q̄ eorum agētia agunt in seipsa. ¶ Quinto. nam quū aqua est calefacta: seipsam refrigerat: et p cõsequens idem agit in seipsū. ¶ Sexto. si vnus angelus vel anima intellectiua moueret seipsam localiter (quod est possibile sicut credimus) idē moueret se nec posset ibi dici q̄ vna pars moueret aliam et econuerso: q2 angelus et anima intellectiua non habent partes quare illud non valeret: igitur &c.

In oppositum est Aristoteles in principio

septimi dicens: Omne q̄d mouetur ab aliquo mouetur quod exponitur ab aliquo idest ab alio: nam ad illā intentionem videtur ire probatio Aristotelis. quā statim ad hoc subiungit. ¶ Secundo. nam dicit Aristoteles nono. et quinto metaphysice. quod potentia actiua est principiū transmutādi alterū in quantū alterū: potentia vero passiua est principiū transmutandi ab altero in quantum huiusmodi. ex his videtur q̄d secundū Aristotelē potentia actiua agat in aliud et non in se: et potentia passiua patiatur ab aliquo: et non a se. ¶ Tertio. nā dicit Cōmentator nono metaphysice: manifestum est quod nihil patitur a se. ¶ Quarto. nā dicit Aristoteles primo de gñatione: simile non patitur a sibi simili: quod probat: quia aliter idem posset pati a se quod Aristo. reputat inconueniens. ¶ De ista questione sit prima conclusio: possibile est idem moueri a se: vel per se: vel p accidens: vel mediate vel immediate. patet hec conclusio. primo de nauta qui mouendo nauem: mouet se. patet secundo de anima que mouēdo corpus mouet se. patet tertio de grauitate que mouēdo graue mouet se. patet quarto de intellectu qui agit in seipsum faciendo propositiones: et actus intelligendi. patet etiam de voluntate: q̄ seipsam determinat ad talē vel ad talem actū. patet sexto de aqua calefacta que refrigerat se. ¶ Contra istam vltimā rationē incidentaliter dubitatur: que sit causa q̄d si aqua primo est frigida et calefiat: qua calefacta refrigidat se: quod postea frigefacta est frigidior q̃ ante calefactionē. Potest dici quod quia calefactionis est segregare heterogenea: et quia aqua post calefactionem est purior q̃ ante erat: et propter hoc redditur frigidior q̃ ante erat: quāto enim elementum aque est purius tanto est frigidius cum frigiditas sit vna qualitas que primo inest aque quod autē post calefactionē reddatur purior patet hoc: nam videmus q̄d post bullitionem aque in olla inferius sunt quedam particule terrestres segregate ab aqua ratione caliditatis: que quidem particule prius erant ei admixte. ¶ Contra conclusionē dubitatur. si possibile est idem moueri a se: sequitur q̄d actus et potentia que sunt differentie valde opposite simul essent in eodem respectu eiusdem: sed hoc est falsum: probatur consequentia ex eo quod omne agens est in actu et patiens in potentia. ¶ Respondetur. quod licet idē posset pati a se: tamen ex hoc non sequitur q̄ idem sit in actu et in potentia secundum idem: et respectu eiusdem: licet bene sequitur quod idem sit in actu: et in potentia: hoc tamen non est secundum idem et eandem dispositionem: propter hoc quod scd̄m vnā dispositionem est in actu scilicet secundum quam est agens et secundum aliam est in potentia. s. secundum quam est patiens; verbi gratia forma grauis licet sit in actu sursū tamē est in potentia deorsum: et igitur secundum talem dispositionem potest agere in se. Similiter quū intellectus est in potētia per speciem intelligibilem potest formare in se actum intelligendi respectu cuius [illegible] est in actu per conceptus simplices potest agere in se conceptus cõplexos sicut propositiones et discursus respectu quorum prius erat in potentia: sic ergo licet idem agat in se et patiatur a se: hoc tamen non est secundum eandem dispositionem. ¶ Secunda conclusio: possibile est idem mouere se per

ſe ⁊ immediate: ſic quod non mediante alio motore vel moto immediatiori: probatur: nam forma grauis mouet ſe: ſed nõ mediante alio motore magis immediato ſicut eſt notum de ſe: nec mediante alio moto magis immediato: quod probat̃ nam ſi in deſcenſu grauis eſſet motum magis immediatum ꝗ̃ forma grauis: hoc eſſet materia. ſed probatur ꝙ hoc nõ: et hoc ſic: illi potẽtie que ꝑ ſe ⁊ magis determiate appetit deorſum dꝫ per ſe attribui operatio: ſecundũ quã ipſum fit deorſum: multo magis ꝗ̃ illi que hoc nõ appetit determinate: ſꝫ ſic eſt ꝙ forma grauis appetit determinate eſſe deorſuꝫ: ⁊ nõ materia: ⁊ cũ per moueri potius fit deorſum ꝗ̃ per mouere: quod patet: nã qñcunqꝫ forma grauis moueret: ſi nõ moueretur: nõ ꝓpter hoc fieret deorſum: ideo moueri potiꝰ et immediatius attribuendũ eſt forme ꝗ̃ materie. Et cõfirmat̃: nã ſi ꝑ imaginationeꝫ forma grauis eſſet ſine materia: adhuc deſcẽderet: ſi aũt materia eſſet ſine forma grauis ipſa nõ deſcẽderet: ergo deſcẽdere ſeu moueri deorſum eſt potiꝰ attribuẽdum forme: ꝗ̃ materie. ¶ Tertia cõcluſio. poſſibile eſt ꝙ idẽ agat in ſe ⁊ patiat̃ a ſe tanꝗ̃ principale actiuũ: ⁊ principale paſſiuũ. ⁊ hic intelligit̃ principale preter primũ. ſ. deum: patꝫ de volũtate: patet de intellectu: ſicut deduci põt ex prioribꝰ. patet etiã de forma grauis q̃ eſt principale mouens in deſcẽdendo: vt cõiter cõceditur: ⁊ principale motũ: nam ſicut iam probatũ eſt principaliꝰ ſibi attribuit̃ ꝗ̃ materie. ¶ Quarta cõcluſio eſt pro cõcordãdo dicta Ariſtotelis ⁊ veritatem impoſſibile eſt idẽ agere in ſeipſuꝫ: ⁊ pati a ſeipſo tali modo ꝙ ad talẽ actionẽ nõ cõcurrat aliud actiuuꝫ: vel paſſiuum aut principale aut diſpoſitiuũ: patet hoc: nam omẽ agens vel eſt primũ vel aliquid aliud a primo: ſi eſt aliud a primo tunc ad eius actionẽ concurrit primũ. ſi aũt eſt primũ illud eſt impoſſibile: eſt ſolũ agẽs. eſt eñ mouens immobile. ideo cõcludit̃ ꝙ impoſſibile eſt idẽ agere ⁊ pati: quin ad eius actionem cõcurrat aliquid aliud actiuũ. ſ. primũ: ⁊ etiã aliud paſſiuũ. patet de actiõe q̃ fit circa ſubſtantiã materialẽ: vnde ad cuiuſlibet ſubſtãtie materialis actiõnẽ ⁊ paſſionẽ cõcurrit materia prima que nullius eſt actiuitatis. Rationes vadũt viis ſuis.

Queſtio. II.



Queritur ſecundo vtrũ in omni motu mouẽs ⁊ motũ debeãt eſſe ſimul. et arguitur ꝙ nõ: nã ſi ſic ſequeret̃ ꝙ ſenſibile diſtans a ſenſu nõ ageret in ſenſuꝫ: conſequens eſt falſum: cõſequentia nota eſt. ſed falſitas conſequentis patet: nã experimur ꝙ viſibile diſtans agit in viſuꝫ. ¶ Secũdo impoſſibile eſt mouens ⁊ motũ eſſe ſimul cuꝫ ſint duo corpora: ergo queſtio falſa: cõſequẽtia tenet: antecedẽs probatur: quia impoſſibile eſt eſſe penetrationẽ corporũ: modo corpus nõ põt eſſe ſimul cum corpore niſi mutuo ſe penetrẽt. ¶ Tertio. nec mouens cũ ſit indiuiſibile poteſt eſſe ſimul cũ moto. ergo ⁊c. conſequentia tenet: antecedens probat̃: ex eo ꝙ indiuiſibile non eſt in loco. ſed ſi debet eſſe ſimul cũ diuiſibili oportet ꝙ ſit ſecum in eodẽ loco. ¶ Quarto. ignis diſtãs a pariete calefacit parietẽ: ſed in tali actione mouens nõ eſt ſimul cum moto: quia ignis non eſt ſimul cũ pariete in eodẽ loco: ex eo ꝙ diſtat ab eo: ergo. ſimiliter magnes attrahit ferrum diſtans ab eo. ⁊ ibi iterũ mouens ⁊ motũ nõ ſunt ſimul. ¶ Quinto nam dicit Ariſtoteles ꝙ trahẽs mouet̃ velocius tracto: ergo ſi in principio motꝰ trahẽs: ⁊ tractũ eſſent ſimul: ſtatim poſtea ſũt ſeparata: ergo nõ ſemꝑ mouẽs eſt ſimul cũ moto. ¶ Sexto. nã ſol agit in iſta inferiora: ⁊ tamẽ valde diſtat ab eis: ⁊ nõ eſt ſimul cũ eis: ſimiliter baſilicꝰ valde remote agit a ſe interficiendo hominẽ bñ multũ diſtantẽ ab eo ſimiliter per Algazelem in ſua philoſophia: ſepe multi per incantationes eorũ interfecerunt homines multũ diſtãtes ab eis ꝗ̃re ⁊c.

In oppoſitum vult Ariſtoteles in ſeptimo probãs ꝙ in omni motu mouẽs ⁊ motũ ſunt ſimul: hoc eñ probat: ſicut viſum fuit circa literam tam in motu qui fit ab intrinſeco ꝗ̃ etiam extrinſeco. ¶ In iſta queſtione primo ponam aliquas diſtinctiones. ¶ Secundo: concluſiones.

Quãtũ ad primũ ſit iſta prima diſtictio: ꝙ mouentiũ quedã ſunt corporea: quedã incorporea quedã mediata: quedã immediata. ¶ Alia diſtinctio, mouens poteſt dici immediatum moto: vno modo: quia eius actiuitas aut virtus attingit paſſum: ſicut eſt de proijciente. ⁊ tale nõ oportet eſſe ſimul cum moto: nec loco: nec tempore: vñ ſi ſor. proijceret vnũ lapidem: ⁊ ſtatim poſt ſeparationem illius lapidis a manu ſortis eſſet mortuus: tunc ſortes non eſſet ſimul: nec loco: nec tempore cũ lapide. ¶ Secundo modo mouens põt dici immediatum moto: quia licet inter mouens ⁊ motuꝫ ſit multa diſtantia: vel licet mouẽs nõ ſit in eodẽ loco cũ moto: tamen virtus mouẽtis attingit vſqꝫ ad motũ: licet actio mouentis determinetur per aliud agens ⁊ iſto modo ſol vel intelligentia dicitur agens immediatũ reſpectu iſtorũ inferiorũ. ¶ Alia diſtinctio: ꝙ aliqua poſſunt imaginari eſſe ſimul per penetrationeꝫ ſicut de albedine ⁊ dulcedine ſimul in lacte: ⁊ de tali ſimultate non eſt ſermo ad preſens. ¶ De ſimultate ergo ad preſens ſit talis diſtictio qꝺ aliqua poſſunt imaginari eſſe ſimul: que ſunt in eodem loco: licet vnuꝫ illorũ ſit in illo loco per ſe: ⁊ aliud per accidẽs: ſicut eſt de anima ⁊ corpore quod informat. ¶ Secũdo modo aliqua poſſunt eſſe ſimul: quia vnum eorũ eſt in loco per ſe: aliud vero in loco ratione alterius ⁊ nõ per ſe: licet per ſeparationẽ eius ab ipſo fieret per ſe in loco: ⁊ iſto modo totũ ⁊ eiꝰ pars integralis dicuntur eſſe ſimul quia pars integralis nõ eſt in loco: niſi ratione totius. ¶ Tertio modo aliqua dicuntur eſſe ſimul que ſunt ꝓpinqua: nõ tñ cõtinua ſed contigua: ſic ꝙ inter ea nullũ eſt mediũ. iſto mõ manꝰ mea ⁊ aer dicunt̃ eẽ ſimul ꝗ̃re. ⁊c.

Quantum ad ſecundum ſit prima concluſio: in omni motu qui fit ab intrinſeco mouens ⁊ motuꝫ ſunt ſimul primo modo vel ſecundo modo: probatur per inductionem in motibus qui fiunt ab intrinſeco. primo de motu progreſſiuo puta hominis. in tali enim motu mouẽs eſt ipſa anima: ⁊ motũ eſt corpus: modo anima eſt ſimul cum corpore: quia in eodẽ loco in quo eſt corpus per ſe anima eſt per accidens: patet hoc etiã de motu celi: accipiendo celum pro incluſione motoris: ſi aũt aliquod moueretur ab intrinſeco puta quod aliqua pars integralis moueret totum integrale: in tali motu mouens ⁊ motum eſſent ſimul ſecundo modo. ſimiliter eſt de deſcenſu grauis: mouẽs ⁊ motum ſunt ſimul primo modo ſcilicet grauitas: ⁊ illud qꝺ mouet̃. ¶ Secunda cõcluſio. omne mouens corporeũ eſt ſimul cũ moto tertio modo accipiendo eſſe ſimul: probatur: nã ſit a. aliquod mouens vel tunc eſt ſimul cuꝫ aliquo moto vel non: ſi ſic habetur propoſitũ: ſi nõ ſequitur ꝙ tale mouens: in aliquod diſtãs agit abſqꝫ hoc qꝺ agat in intermediũ: quod eſt inconueniens: vnde qua ratione ageret in aliquam diſtantiã abſqꝫ hoc ꝙ ageret in intermedium eadẽ ratione in quamlibet: ⁊ ex quo cuilibet agenti corporeo ẽ aliqꝺ cõtiguuꝫ. nõ agit in diſtans a ſe: niſi agat in illud: ⁊ per conſequens cuiuſlibet agẽtis aliquod paſſuꝫ eſt proximũ: quod eſt ſimul cũ eo: loquendo de ſimul tertio modo. ⁊ ſimiliter hoc patet per Lincolnienſeꝫ in tractatu ſuo de radijs: nam vult ꝙ omne agens agat prope ſe orbiculariter ⁊ hoc non eſſet ſi nõ ageret in medium ſibi contiguũ. ¶ Tertia concluſio. nõ omne mouens corporeum cum quolibet moto in quod agit eſt ſimul loquendo de ſimul tertio modo: patet per argumenta facta ante oppoſitũ. ¶ Solutio ergo queſtionis ſtat in hoc ꝙ omne mouens corporeũ eſt ſimul cũ aliquo in quod agit: ſed non cũ quolibet: ſemper intelligendo de ſimul tertio modo. ¶ Iuxta probationẽ ſecunde concluſionis dubitatur: videtur ꝙ agens agat in aliquod diſtans abſqꝫ hoc quod agat in intermediũ: nam ſol agit in iſta inferiora calorem: ⁊ tamen non agit calorem in orbes celeſtes intermedios. ¶ Secundo. nam ignis aliquando agit in lignũ diſtans ab eo intenſiorem gradum caliditatis quã agat in aerem intermedium: ſimiliter magnes agit in ferrum aliquã qualitatem motiuã ferri ad magnetem abſqꝫ hoc quod agat talem in aerem: attrahit enim ferrum: ⁊ non aerem. ¶ Ad iſta ad primũ dico: ſol agens in iſta inferiora agit lumen ⁊ influẽtiam per totum intermedium: tam in orbes: quã in alia: licet agat calorem in iſta iferiora non tamen in totuꝫ intermediũ agit calorem: propter hoc quod lumen: ⁊ influentia que a ſole agunt̃: producunt in iſtis inferioribus calorem: ꝓpter hoc quod iſta inferiora ſunt apta nata recipere calorem: ſꝫ quia orbes celeſtes non ſunt apti nati ad recipiendum calorẽ inde eſt quod lumen ⁊ influentia multiplicata a ſole nõ agunt calorem in orbes celeſtes. ¶ Ad ſecundaꝫ dico quod aer nõ

eſt tante

est tante densitatis: sicut est paries vel lignuz. inde est quod
ignis intensiorem gradum caloris producit in illa ꝙ in ae-
rem intermediū: cum hoc tamen stat ꝙ non agat in extremū
nisi agat per mediū: licet non omne quod agit in extremum
agit in intermediū. ¶ Ad aliam dico ꝙ magnes ꝓpe se mul
tiplicat vnam virtutē sed illa propter specialē dispositionez
⁊ complexionē ferri est motiua ferri ad magnetem ⁊ non ae-
ris: cū hoc tamen stat ꝙ virtutem talē non multiplicat vsqꝫ
ad ferrum nisi multiplicet eā per totū intermediū. vnde ima
ginandum est ꝙ quelibet res radiat ⁊ multiplicat prope se
qualitatem quandā specialem insensibilem mediāte qua in
alio ⁊ in alio subiecto secundū ꝙ aliter ⁊ aliter est dispositū:
agit aliam ⁊ aliā qualitatem: ⁊ ex hoc potest reddi ratio qua
re alique vetule multum distantes generant in aliquibus
amorem ⁊ non in alijs.

Ad rationes principales dicitur ꝙ omnes
solute sunt excepta quinta: ad quam dico ꝙ trahens veloci⁹
potest moueri tracto: ⁊ tamen manere simul cum ipso: qꝛ tra
hens posset moueri per lineam curuam ⁊ tractū per lineā re
ctam: ⁊ tunc trahens mouetur velocius: qꝛ velocitas eius at
tenditur penes lineam curuam que est longior ꝙ̄ linea recta
penes quam attenditur velocitas ipsius tracti.

Questio.III.



Queritur tertio: vtrum solum
secundum qualitates de tertia specie sit
per se alteratio ⁊ arguitur primo ꝙ non:
quia ad aliquas qualitates de tertia spe
cie non est per se alteratio ergo questio
falsa: antecedens probatur: nam colores
⁊ sapores sunt qualitates de tertia specie
sunt enim qualitates sensibiles: sed ad illas non est per se al
teratio: propter hoc ꝙ colores ⁊ sapores: cum sint qualitates
secunde: non immediate acquiruntur ab ipso alterante: sed
ex consequenti ⁊ per modū sequele: vez ad acquisitionē qua
litatum primarū quas consequuntur secundū qualitatē de
prima specie: ergo non solū. ¶ Secūdo. ad qualitates de pri
ma specie qualitatis est per se alteratio: ergo non solum ſm
qualitates de tertia specie. ꝯña tenet: añs probatur: nam ſm
caliditatem: ⁊ frigiditatem est per se alteratio: ⁊ tamen illas
qualitates Aristoteles enumerat inter qualitates de prima
specie. ¶ Confirmatur hoc: nam virtus ⁊ vitiū sunt qualita
tes de secunda specie: ⁊ tamen secundū eas est per se altera-
tio: ex eo ꝙ non acquiruntur nisi successiue. ¶ Tertio: qꝛ si se
cundum qualitates de prima specie non esset per se alteratio
hoc esset: qꝛ esset ad aliquid: isto enī modo videtur Aristo-
teles in isto septimo arguere: vbi vult ꝙ secundum qualita-
tes de prima specie non potest esse per se alteratio: sed conse
quens probatur falsum auctoritate Aristotelis in antepredi
camentis: vbi dicit: diuersorum generum: ⁊ nō subalternatiz
positorum diuerse sunt species: ⁊ differentie: ex hoc sequiť ꝙ
quum alique qualitates sunt de prima specie: nō sunt ad ali-
quid: eo ꝙ idem nō videtur posse esse in diuersis predicamē-
tis. ¶ Quarto: nam dicit Aristoteles quinto hui⁹: ꝙ in qua-
litate: quantitate: ⁊ vbi est per se motus: propter hoc ꝙ in eis
inuenitur contrarietas. modo non solum in qualitatibus de
tertia specie inuenitur contrarietas: verumetiam in qualita
tibus aliarum specierum.

Ad oppositum est Aristoteles in isto septi-
mo. ¶ In ista questione primo ponā conclusiones de prima
specie qualitatis. ¶ Secundo. de alijs speciebus qualitatis

Quātum ad primum sciendū est quod pri-
ma species qualitatis vocatur habitus: ⁊ dispositio; qui ter
mini significant bene eandem rem: sed non eodē modo: quia
hoc nomen habitus significat illā rē prout est de difficili mo
bilis a subiecto: ⁊ habet esse fixuz in eo: sed hoc nomen dispo
sitio significat bene eandem: sed hoc est prout illa res de faci
li est mobilis a subiecto: ⁊ non habet esse fixū in eo. verbi gra
tia eadē sanitas prout est radicata in subiecto: dicitur habi-
tus: prout autē nō est radicata in subiecto dicitur dispositio
⁊ non habet esse fixū in eo ⁊ est de facili mobilis a subiecto.
¶ Deinde notandum est qđ qualitatū de prima specie que-
dam dicuntur qualitates corporis: quedam vero anime: cor-
poris sicut sunt sanitas et egritudo: anime sicut scientia qua
litatum corporum. ¶ Quedam consistunt in proportione
qualitatum primarum sicut sanitas: et egritudo. Quedam
autem in proportione qualitatum secundarum sicut coloruz
vt pulchritudo ⁊ turpitudo. Quedam autez in proportione
sonorum sicut sunt melodia ⁊ consonantia. Qualitatum au-
tem anime: quedā sunt in appetitu sicut sunt virtutes mora-
les et vitia. Quedam autem in intellectu: sicut scientia vel
habitus sibi oppositus sicut error. ¶ Tunc sit prima conclu
sio. ad qualitates corporales de prima specie nō est per se al
teratio: nec motus: probatur nam dictum est quinto huius
quod motus non est per se in ad aliquid: modo sicut iam di-
cebatur qualitates corporales de prima specie consistunt in
proportiōe qualitatū primarū: proportio autē est relatio ⁊ de
ad aliquid. ergo ad qualitates corporales non est per se mo-
tus. ¶ Secūdo ad idē: sanitas q̄ est vna de talib⁹ q̄litatibus
nō est nisi ꝓportio debita qualitatū primaꝝ: modo talis pro
portio non est acquisibilis successiue per partē post partem.
ergo ad eam non est per se motus: nec alteratio: ꝯñtia tenet
sed prima pars antecedentis patet ex dictis: secunda pars
probatur ex eo: ꝙ sanitas acquiri potest solum per motū se-
cundum vnā qualitatem talis proportionis. Si enim iā qua
litates prime essent taliter proportionate ꝙ nō esset sanitas
propter nimiā remissionem caliditatis: tunc ad solam inten
sionem caliditatis sequitur talis proportio que est sanitas.
¶ Tertio ad illud non est per se motus: quod dicitur in re-
spectu ⁊ in relatiōe ad subiectū: ⁊ ad tēpus: sed sic est de qua
litatibus corporalibus prime speciei. ergo ⁊c. maior est nota
minor patet de sanitate: nam eadē dispositio vel consimilis:
que esset sanitas in homine esset infirmitas in pisce. Sed di
ceret aliquis si sanitas sic diceretur in relatiōe ad subiectuz
⁊ ad tempus sequeretur ꝙ sanitas esset in predicamento re-
lationis: modo hoc est falsum cum sit in predicamento quali
tatis. ¶ Respondetur ꝙ licet hec nomina connotent tales
proportiones ⁊ relatiōes in qualitatibus: tamen quia predi
cantur in quale secundum earū concreta de subiectis dicun
tur esse in predicamento qualitatis. Et est sciendum ꝙ non
omnes termini qui includunt respectus in eorum diffinitio-
nibus sunt in p̄dicamento relationis sed solū illi qui predi-
cantur de subiecto cum habitudine ad aliquod tertium pre-
dicatum: modo sic non est de sanitate ⁊ egritudīe: nam perfe
cta est predicatio sortes est sanus: vel sortes est eger: sed non
est perfecta predicatio sortes est pater nisi intelligatur aliqđ
tertium scilicet filius. ¶ Secunda conclusio ad qualitates
anime de prima specie nō est per se alteratio: nec motus: pro
batur ex eo ꝙ sunt ad aliquid: modo ad talia ex quinto hui⁹
non est per se motus: sicut ibidem declaratum est: ⁊ assum-
ptum patet ex eo ꝙ illa ⁊ consimilis qualitas: que est virtus
in vno: est vitium in alio: et que esset virtus in vno tempore:
esset vitium in alio tempore: et ideo quia virtus et vitium
dicuntur in respectu ad tempus et ad personam ⁊ alias cir-
cunstantias: secundum dictamen rationis sequitur ad hu-
iusmodi non esse per se motum nec alterationem. ¶ Secun-
do. nam virtus consistit in indiuisibili sicut rectitudo et cir-
culus. ergo ad ipsam non est per se motus: consequentia te-
net: et antecedens est Aristotelis in litera. ¶ Tertio eadem
qualitas absqꝫ hoc quod intendatur; vel remittatur propter
alias circunstantias modo est virtus: ⁊ postea vitium: ergo
ad virtutes ⁊ vitiū non est per se alteratio; consequentia te-
net ex eo ꝙ ista nomina virtus vitiū possunt successiue de ali
quo verificari absqꝫ mutatiōe facta in illo licet sit facta mu-
tatio in alio: antecedēs patet: nā circūstantie alie ⁊ alie bene
faciūt actus omnino similes: vnū esse vitiosum: aliū esse vir-
tuosum: vt si ego darem panē propter deum: ⁊ tu propter va-
nam gloriam: tu ⁊ ego faceremus actus omnino similes scili
cet dare panem: ⁊ tamen meus esset bonus ⁊ tuus esset ma-
lus ⁊ meus fieret bene ⁊ tuus male, ita alie ⁊ alie circunstan
tie possunt facere ꝙ eadē vel consimilis qualitas: modo eēt
virtus postea vitium: ⁊ in vno virtus: ⁊ in alio vitiū. ¶ De-
inde arguitur de scientia ꝙ ad eam non est per se alteratio;
probatur illud quod potest verificari de aliquo; ⁊ incipere
falsificari de eodem [illegible]
cundum rationem istius: ad illud non dicitur per se mot[us]
sed sic est de scientia: ergo maior est nota: minor probatu[r]
posito quod in mente mea sit assensus ad illam conclusio[nem]
omnis asinus est animal. tunc de illo assensu sciam verum est

dicere ꝙ est scientia: deinde omnes asini corrumpantur adhuc eodem assensu remanente in anima mea; tunc amplius de illo assensu falsum est dicere ꝙ sit scientia. sic ergo idem assensus modo est scientia postea non est scientia absq; hoc ꝙ sit facta aliqua mutatio in ipso: licet bene sit facta mutatio in alio scilicet in re vel in rebus extra. ¶ Ad idem scientia acquiritur in quiete: ⁊ non in motu ⁊ hoc non esset si ad eam esset motus per se: assumptum patet ex eo ꝙ motus ⁊ perturbatio spirituum impedit acquisitionem scientie: secundū ꝙ patet in senibus ⁊ in iuuenibus ⁊ propter hoc dicitur ꝙ anima quieta quiescendo fit prudens ⁊ sapiens ꝛc.

Quantum ad secūdum de qualitatibus de secunda specie sit ista conclusio: ꝙ ad eas non est per se motus: probatur: nam secunda species qualitatis est naturalis potentia vel impotentia: aliquid de facili vel de difficili faciendi vel patiendi: modo facile dicitur ad aliquid: facile enī vni: alteri bene est difficile: sed ad ista que dicuntur ad aliqd non est per se motus sicut est ostēsum in quinto huius. ¶ De qualitatibus de quarta specie sit ista cōclusio quod ad eas non est per se motus: probatur: quia in talibus deficit contrarietas que requiritur ad motum. ¶ Secundo. quia consistunt in indiuisibili ita ꝙ cito desinit esse talis figura per additionem: ⁊ diminutionem ꝛc. ¶ Ultima conclusio ad qualitates de tertia specie est per se motus: probatur: nam ad aliquam qualitatem est per se motus sicut dictum est quinto huius: sed non ad qualitates de prima specie: nec ad qualitates de secunda: nec ad qualitates de quarta: relinquitur ergo ꝙ ad qualitates de tertia specie cum non sint plures species qualitatis ꝙ̃ quatuor ꝛc.

Ad rationes principales. Ad primam quādo dicitur ad colores ⁊ sapores non est per se alteratio dicitur ꝙ imo: ⁊ quando dicebatur non immediate acquiritur: ab ipso alterāte: sed per modum sequele: ergo ad ipsa est motus per accidens: dico ꝙ accidentalitas in motu potest attēdi vel ex parte terminorum significatiuorum vel ex parte rei: si attenditur ex parte rei: tunc ad huiusmodi qualitates que non sunt qualitates prime: sed secūde bene est motus per accidens: ex quo acquiruntur per modum sequele ad acquisitionem qualitatum primarum si vero accidentalitas in motu attenditur ex parte terminorum significatiuorum tunc ad qualitates secundas de tertia specie bene est per se motus: propter hoc ꝙ factis aliquibus motibus necesse est fieri mutationem denominationis per nomina de tertia specie qualitatis significantia qualitates secundas. ¶ Ad secundam secundum qualitates de prima specie bene est per se alteratio. hic dico ꝙ hoc bene verum est. sed hoc non est secundum rationem secundum quam dicuntur esse de prima specie: sed secundum rationem secundum quam dicuntur esse de tertia specie. Deinde quum dicebatur virtus ⁊ vitium acquiruntur successiue concedatur: ⁊ sic ex hoc non sequitur ꝙ ad ipsa sit motus per se: nam licet similitudo acquiratur successiue: non tamen ex hoc sequitur ꝙ ad ipsam sit motus per se: sicut dictum est quinto huius. ¶ Ad tertiā: hoc esset quia essent ad aliquid: ista ratio soluta est in soluendo vnam dubitationem in questione. ¶ Ad quartam: in illis in quibus inuenitur contrarietas ꝛc. ista ratio bene probat quod in qualitatibus de prima specie sit per se motus: sed hoc non est secundū rationem: secundum quam sunt de prima sepecie: sed secundum quam dicuntur de tertia specie ꝛc.

Questio. IIII.



Queritur quarto vtrū ad hoc quod aliqua sint comparabilia: requiratur quod sint eiusdē speciei specialissime: ⁊ arguitur quod non: nam homo ⁊ asinus sunt adinuicem comparabiles: ⁊ tamē nō sunt eiusdem speciei specialissime: ergo questio falsa: consequentia tenet de se: antecedens probatur quo ad primam partem: nā homo dicitur perfectior asino: similiter homo dicitur albior vel nigrior asino: ecce comparationem hominis ad asinum. ¶ Tertio ptz hoc de deo ⁊ diabolo: dicimus enim deum esse meliorem diabolo et diabolum esse peiorem deo absq; hoc ꝙ deus et diabolus sint eiusdem speciei; vel ꝙ in vtroq; bonitas vel malitia sit eiusdem speciei. ¶ Tertio substantia ⁊ accidens sunt diuersarum specierum: ⁊ tamen sunt adinuicem comparabilia: dicimus enim quod substantia est nobilior accidente: ⁊ similiter prior. ¶ Quarto non semper causa ⁊ causatum sunt eiusdem speciei: ⁊ tamen causa ⁊ causatum sunt adinuicem comparabilia: patet hoc: nam dicimus causam esse priorem causato. ¶ Quinto non omnes motus sunt eiusdem speciei; sicut clarum est: ⁊ tamen omnes motus sunt adinuicem comparabiles: quod probatur: quia quecunq; sunt eadem mensura mēsurabilia sunt adinuicem comparabilia: sed omnes motus eadem mensura sunt mensurabiles puta tempore ergo ꝛc. ¶ Sexto clarum est quod motus sursū ⁊ motus deorsum sunt diuersarum specierum: ⁊ tamen hoc non obstante sunt adinuicem comparabiles: dicimus enim vnum eorum bene esse velociorem alio. ¶ Septimo clarum est quod triangulus ⁊ quadratum sunt diuersarum specierum: tamen sunt adinuicem comparabilia: patet: nam contingit inuenire triangulum equalem quadrato: sicut contingit demonstratione euclidis: dato triangulo equalem quadratū describere.

In oppositum est Aristoteles in isto septimo de comparatione motuum. ¶ In ista questione. primo aliqua sunt notanda. ¶ Secundo respondendum ad quesitum. ¶ Notādum est primo quid sit comparatio. vnde comparatio est duarum rerum vel saltem vnius ad alteram habitudo in aliquo: secundum equale vel inequale: capiendo equale vel inequale large: prout extendit se ad equale vel inequale in quantitate aut qualitate substantiali vel accidentali ¶ Secundo: ad hoc quod aliqua comparantur adinuicem requiruntur tria: scilicet illud quod comparatur ⁊ illud cui comparatur: ⁊ illud de quod fit comparatio. ¶ Tertio notandum est: quod quandoq; fit comparatio in vno immediato: quandoq; vero fit comparatio immediate in duobus: mediate in vno: exemplum primi sortes: est albior. Platone immediate fit comparatio in albedine. Exemplum secundi quū dicimus sortes est ita albus sicut Plato niger. hic fit cōparatio immediate in duobus scilicet in albedine ⁊ nigredine. sed mediate fit hic comparatio in vno scilicet in intensione: quia quum dicitur sortes est ita albus sicut Plato est niger idem est dicere: quod albedo sortis et nigredo Platonis equaliter sunt intense. ¶ Quarto notandum est: ꝙ illud de quo debet fieri comparatio debet suscipere magis et minus seu debet esse significabile per terminum suscipientem comparationem: ⁊ ideo quia humanitas non suscipit comparationē magis ⁊ minus nō fit comparatio hoīm in humanitate: non enim dicimus vnum hominem esse magis vel minus hominem alio. ¶ Quinto notandum: ꝙ illud de quo debet fieri comparatio debet reperiri in vtroq; comparabilium: et ideo quia bonitas non reperitur in diabolo: nec malitia in deo: nihil proprie debet comparari deo in malitia: nec diabolo in bonitate. ¶ Sexto notandum quod duplex est comparatio: scilicet comparatio communiter dicta: et comparatio proprie dicta: comparatio communiter dicta reperitur in omnibus in quibus solemus dicere hoc esse magis isto: vel hoc esse magis tale. ⁊ vniuersaliter vbicunq; aliquod vnum suscipiens comparationem est verificabile de vtroq; comparabilium: ⁊ huiusmodi comparatione bene comparamus deū ⁊ hominem adinuicem: dicentes deum esse meliorē homine: ecce ꝙ hoc nomen bonus est verificabile tam de homine: ꝙ̃ de deo: sed ad comparationem proprie dictam vltra hoc requiritur ꝙ sit secūdum determinatam proportionem: aliter non esset comparatio proprie dicta: ⁊ ideo quia deus secundum nullam proportionem est melior homine: non dicimus deum ⁊ hominem esse comparabilia adinuicem comparatione proprie dicta sed bene compararatione cōmuniter dicta: sed tripedale ⁊ bipedale bene sunt comparabilia adinuicem comparatione proprie dicta: sed quia sic non est de angulo recto constituto ex diametro alicuius circuli et ex linea contingente illum circulum ⁊ angulo portionis: illi anguli nō sunt adinuicem comparabiles comparatione proprie dicta: vnde licet ille angulus sit maior isto angulo proportionis tamen secundum nullam proportionem est maior. Et comparatio communiter vel improprie dicta subdiuiditur: quedam est vbi excedens excedit excessum vltra omnem proportionem sicut est comparatio perfectionis hominis ad perfectionem asini:

alius: vnde homo est perfectior asino plusꝗ̄ in duplo: ⁊ plusquā in triplo: ⁊ sic vltra. ita dici potest de angulo recto in ordine ad angulum contingentie. Alia est comparatio impropria vbi excedens excedit excessum citra omnem proportionem: sicut est comparatio anguli recti ad anguluʒ portionis circuli: vnde licet angulus rectus sit maior angulo portiōis: non tamen in duplo: nec in triplo: ⁊ sic vltra: postꝗ̄ angulus rectus nō excedit angulum portionis nisi per angulum contingentie. Ex isto patet qualiter res diuersarum specierum: sicut homo ⁊ asinus: possunt comparari adinuicem in perfectione comparatione impropria: ⁊ ita linea superficies ⁊ corpus in magnitudine: secundum distinguentes inter illas quantitates.

Quantum ad secundum sit prima conclusio ꝙ ad hoc quod aliqua sint adinuicem comparabilia: non oportet ea esse eiusdem speciei specialissime: patʒ: nam homo ⁊ asinus sunt adinuicem comparabilia in albedine ⁊ nigredine: tamen sunt diuersarum specierum. ¶ Secunda conclusio ad hoc ꝙ secundum aliquas dispositiones fiat comparatio requiritur illas esse eiusdem speciei specialissime: et hoc intendebat Aristo. in septimo quum dicit comparabilia debere esse vniuoca: hoc est dispositiones secundū quas fit cōparatio esse eiusdem speciei specialissime: hoc intelligitur de comparatione proprie dicta: patet: nam propter hoc vocē eē acutiorem: vel minus acutam stilo non dicimus. Similiter propter hoc non dicimus mel esse dulcius voce: licet vtrunqꝫ istorum dicatur dulce: dicimus enim vocem esse dulcem ⁊ similiter mel dicimus esse dulce non tamen dulce dicitur vniuoce de voce ⁊ melle. Et propter hoc sequitur tertia conclusio ꝙ secundum genus non fit ita proprie comparatio sicut secundum speciem specialissimam patet hoc quia in genere non est tanta vniuocatio sicut in specie specialissima: vnde Arist. in isto septimo dixit circa genera latere equocationes ⁊ propter hoc licet dicamus vnum corpus esse magis album alio: nō tamē dicimus vnū corpus esse magis coloratū alio.

Ad rationes principales. Ad primā secundam: tertiam: ⁊ quartam: patet ex his que in positione dicta sunt. ¶ Ad quintā non oēs motus sunt eiusdeʒ speciei cōcedo: ⁊ quando dicebatur omnes motus sunt adinuicem comparabiles nego: ⁊ quando dicebatur quecunqꝫ sunt eadem mensura mēsurabilia sunt adinuicem comparabilia: dico ꝙ verū est si sunt eadem mensura mensurabilia mensuratione que est secundum adequationem mensure ad mensuratum. Si autem sunt eadem mensura mensurabilia: ⁊ hoc mensuratione que est secundum proportionalem diuisionem mensure ⁊ mensurati. hoc non oportet ⁊ sic est in proposito nam tali mensuratione tempus mensurat motum propter hoc licet omnium motuum sit talis eadem mensura: non tamen propter hoc oportet ꝙ oēs sint adinuicem comparabiles. ¶ Ad sextam dico ꝙ licet motus sursum: ⁊ motus deorsum sint diuersarum specierum: tamen quia velocitas dicitur de vtroqꝫ eorum vniuoce: bene sunt comparabiles adinuicem comparatione proprie dicta in velocitate. ¶ Ad septimam dico ꝙ quia triangulus ⁊ quadratum sūt diuersarum specierum in quantum figure: ⁊ non tamen inquantū superficies: ⁊ ideo non secundum ꝙ sunt figure sed secūdum ꝙ sunt superficies comparentur adinuicem.

Questio.v.



Queritur quinto: vtrum quilibet motus: cuilibet motui sit comparabilis. ⁊ arguitur primo ꝙ sic: nam omnis motus est aliqualiter velox: ergo quilibet motus est alteri comparabilis in velocitate consequentia videtur tenere: ex eo ꝙ velocitas reperitur hic ⁊ ibi: assumptum patet ex eo ꝙ nullus motus est infinite tardus. ¶ Secūdo quilibet motus sequitur proportionem potentie mouētis ad resistentiam: cum ergo quelibet proportio cuilibet proportioni sit comparabilis: videtur etiam qḋ quilibet motus cuilibet motui sit comparabilis: sic videlicet ꝙ talis est proportio motuum qualis est proportio proportionū: quas illi mot⁹ sequūtur. ¶ Tertio. nam tertio celi dicitur: generans tantum dat de loco quātū de forma. ergo videtur ꝙ ita velociter moueatur localiter: sicut alteratur in dando formam mediāte qua fit ille motus localis: ergo videtur ꝙ ille motus localis sit cōparabilis motui alterationis. ¶ Quarto. nā sit aliquod ferrum ignitum quod moueatur super aliquo combustibili sicut super ligno: tunc ita velociter sicut mouetur illud ferruʒ localiter illud combustibile comburitur ⁊ alteratur: ex quo videtur qḋ motus localis: ⁊ talis alteratio puta calefactio: ⁊ combustio sunt adinuicem comparabiles. ¶ Quinto omnes motus sunt eadem mensura adinuicem mensurabiles: ergo omnes motus sunt adinuicē comparabiles: assumptuʒ patet: quia omnes sunt mensurabiles tempore: ⁊ consequentia probatur. nam que sunt eadē mensura mensurabilia sunt equalia: vel inequalia. ⁊ per consequēs comparabilia: sic ergo videtur esse probatū de motibus diuersorū generū ꝙ sint adinuicē cōparabiles. Deinde probatur de motibus eiusdē generis qḋ sunt adinuicem comparabiles sicut de motu circulari ⁊ de motu recto: probatur: illi motus sunt adinuicem comparabiles: quorū transitus penes quos attenduntur eorum velocitates sunt adinuicem comparabiles: sed sic est de motu circulari ⁊ de motu recto patet hoc: quia motu recto ꝑtransitur corda. motu aūt circulari arcus: modo arcus ⁊ corda sunt adinuicem cōparabiles: omnis enī arcus est longior sua corda. ¶ Secundo. nam motus sursum ⁊ motus deorsuʒ sunt eiusdē generis licet sint diuersarum specierū: ⁊ sunt adinuicem cōparabiles: patet hoc: quia si aliquod graue in hora descenderet de concauo orbis lune ad cētrum terre: ⁊ vnū aliud ascenderet de centro terre ad concauū orbis lune diceremus ꝙ talis ascēsus esset eque velox cū tali descēsu. Ergo ⁊c.

In oppositum est Aristote. qui vult nō omnem motum cuilibet motui esse comparabilē. ¶ In ista questione primo presupponenda est diffinitio velocioris in isto sexto data scilicet quod veloci⁹ est quod in equali vel minori tempore plus pertransit de spatio. ¶ Ulterius est sciendū quod Commentator dicit ibi: ista diffinitio velocioris non dicitur vniuoce: sed equiuoce de oībus: de quib⁹ dicitur. vnde nō omnis velocitas cuilibet velocitati est eiusdē rationis ¶ Tertio sciendum est ꝙ motus possunt cōparari adinuicē dupliciter scilicet proprie quando vnus est eque velox cum alio: vel velocior secundū aliquam proportionē. Improprie dupliciter vel correspondēter vel proportionaliter tunc per ordinem discernendi sunt isti tres modi.

Quātum ad primum modum sit prima cōclusio: omnes motus sunt cōparabiles adinuicē qui sic se habent ꝙ illa sunt cōparabilia adinuicē penes que attenduntur eorū velocitates tanꝗ̄ penes effectum: probatur: quia postꝗ̄ velocitates attendūtur penes illa sequitur eandē esse proportionem hic ⁊ ibi. ¶ Ex ista conclusione sequitur secunda conclusio ꝙ oēs motus sunt adinuicem comparabiles: quorum velocitates attenduntur penes lineā seu spatiū lineale probatur ex eo ꝙ omnis linea: linee est cōparabilis: probatur: quia si non hoc maxime videretur de linea recta: ⁊ de linea curua: sed ꝙ hoc non: ꝑbatur de arcu ⁊ corda. que habent se sicut linea recta ⁊ linea curua: ⁊ sunt adinuicē cōparabiles ex eo ꝙ arcus est longior corda: patʒ hoc etiā ex alio: nā si vna rota volueretur super aliqua superficie plana quādo fecisset vnā reuolutionē descripsisset vnā lineam rectam omnino equalem circūferentie istius rote quare linea recta ⁊ linea curua sunt cōparabiles: patʒ hoc ex alio nā sicut dicunt geometre: circūferentia alicuius circuli habet se in proportione tripla sesquiseptima ad diametrum illi⁹ circuli sed hoc nō esset nisi linea recta ⁊ curua essent adinuicē cōparabiles: patet hoc ex alio: quia aliter non potest demonstrari aliquā superficiē quadratam esse equalem alicui superficiei circulari. cuius oppositum facit Archimenides qui credidit hoc demonstrasse. ¶ Ex ista conclusione sequitur ꝙ motus rectus ⁊ motus circularis sunt adinuicem cōparabiles: patet hoc: ex eo ꝙ velocitas illorū motuuʒ attenditur penes lineam scilicet vnius penes lineam rectam: ⁊ alterius penes lineaʒ curuā. ¶ Tertia conclusio illi motus non sunt adinuicem comparabiles quorum velocitas vnius attenditur penes angulum: velocitas aūt alterius attenditur penes lineā: ꝑbatur: ex eo qḋ angul⁹ ⁊ linea nō sunt adinuicē cōparabiles. ¶ Ex ista cōclu


tione sequitur ꝙ circuitio non est cõparabilis motui circulari: vel motui recto: patet ex eo ꝙ prius dictum est in sexto scilicet ꝙ velocitas circuitionis attenditur penes angulũ tantum: vel tantũ: in tanto: vel in tanto tempore descriptũ. velocitas autẽ motus circularis ⁊ motus recti attenduntur penes lineam. ¶ Tunc de motu alterationis sit prima conclusio. omnes sunt adinuicẽ comparabiles: que fiunt in eadem contrarietate probatur: velocitas attẽditur penes spatium pertransitum: seu penes distantiã localem seu formalem: cum ergo sit eadem distantia ab vno contrariorũ ad aliud ⁊ econuerso: sicut est eadem via ab Athenis ad thebas ⁊ econuerso: sequitur ꝙ alteratio que est ab vno cõtrariorum in aliud scilicet a caliditate in frigiditatẽ est comparabilis alterationi que est de frigiditate in caliditatem. Et confirmatur nam sicut motus sursum ⁊ motus deorsum qui sunt inter eosdem terminos licet modo opposito sunt adinuicem comparabiles: ita similiter est de alteratione scilicet ꝙ iste alterationes sunt adinuicẽ comparabiles: que sunt inter eadem extrema contraria licet modo opposito. Secunda conclusio: omnes alie alterationes non sunt adinuicẽ comparabiles: patz hoc: quia illa penes que mensurantur earum velocitates nõ sũt adinuicem cõparabilia. vnde calefactio non est comparabilis albefactioni: nec nigrefactio est cõparabilis frigefactiõi. ¶ Deinde de augmentatione sit ista prima conclusio: ꝙ quelibet augmentatio cuilibet augmentationi est comparabilis ⁊ hoc intelligitur de augmentatione: que est secundũ corpus ⁊ augmentatio secundũ lineam augmentationi secundum lineam; ⁊ augmentatio secundũ superficiem augmentationi secundum superficiem: verũtamen augmentatio secundum corpus non est comparabilis augmentationi secundum lineam ex eo ꝙ corpus ⁊ linea non sunt adinuicẽ cõparabilia nec corpus ⁊ superficies: nec linea ⁊ superficies: sed ꝙ augmentatio secundum corpus sit cõparabilis augmentationi secundum corpus: hoc patet ex eo ꝙ in talibus illa sunt adinuicẽ comparabilia. penes que attenditur velocitas talium augmentationum: hoc dictum sit de comparatione proprie dicta.

Quantum ad secũdum modum comparationis quo aliqui motus comparantur adinuicem correspõdenter ista sit conclusio ꝙ motus adinuicem diuersorũ generum tali cõparatione sunt adinuicem comparabiles: probatur: nam aliqua est intensio que est significabilis per aliquã lineam: ⁊ non maiorẽ: nec minorẽ: ergo talis potest dici equalis correspondenter illi linee: per quam est significabilis ⁊ per consequens motus alterationis: quo acquiritur talis intensio in hora esset equalis; ⁊ correspondens motui locali quo pertransiretur talis linea in eadem hora. assumptum: probatur; nam sit vna linea super quam describatur semicirculus: ⁊ quilibet punctus in illa linea signatus sit ita albus in cõparatione ad alterum sicut se habet linea protracta ab isto puncto ad circunferentiã: tũc ista difformitas albedinis est consimilis semicirculo: cuius linea illa causat semidiametrũ per quam significabilis est intensio albedinis puncti medij in linea circa quam descriptus est semicirculus.

Quantum ad tertium sit ista conclusio omnes motus sunt adinuicem comparabiles proportionabiliter: hoc non est aliud dicere nisi ꝙ in qua proportiõe vnus motus localis est velocior alio: quod in simili proportione cõtingit reperire vnum motum alterationis esse velociorẽ alio ⁊ ita de alijs motibus conclusio clara est.

Ad rationes principales dicẽdum ꝙ bene probant ꝙ omnes motus sunt adinuicem cõparabiles proportionabiliter vel correspondenter: non tamen probant ꝙ oẽs motus sint adinuicẽ cõparabiles cõparatiõe predicta.

Questio. VI.



Queritur nunc sexto vtrũ proportio velocitatum in motibus sequatur proportionem proportionum potentiarũ mouentium ad suas resistentias. Et arguitur primo ꝙ non: proportio velocitatũ sequitur proportionem potentiarum motiuarum inter se: ergo non proportionem proportionum potentiarum mouẽtium ad suas resistentias antecedens patet per Aristotelem quarto huius: vbi dicit ꝙ proportio velocitatum in descendendo: est sicut proportio grauitatum. ¶ Secundo proportio velocitatũ sequitur proportionem resistentiarum: ergo non proportionem proportionum potentiarum mouẽtium ad suas resistentias. consequẽtia tenet: sicut precedens antecedens patet per Aristotelem quarto huius; vbi dicit ꝙ proportionaliter augetur velocitas sicut diminuitur resistentia: modo hoc non esset nisi proportionem resistentiarum sequeretur proportio velocitatum. quare ⁊ cetera.

In oppositum sunt Aristoteles: ⁊ eius Cõmentator in isto septimo. ¶ In ista questione primo videndum est de diuisione proportionis in suas species. ¶ Secundo videndum est de quesito.

Quantum ad primum sciendum est ꝙ proportio primo diuiditur in proportionem rationalem et irrationalem: proportio rationalis dicitur: que immediate denominatur ab aliquo numero: sicut dupla vel tripla. Irrationalis autem que non nominatur immediate ab aliquo numero: sed immediate denominatur ab aliqua proportione sicut proportio que vocatur medietas duple proportionis: qualis est proportio diametri alicuius quadrati ad costam eiusdẽ ⁊c. ¶ Et differunt proportio rationalis ⁊ irrationalis. nam proportio rationalis reperitur tã in numeris quã in magnitudinibus. proportio autem irrationalis non est in numeris: sed solum in magnitudinibus reperitur propter quod proportio rationalis est de consideratione tam Arithmetice ꝙ geometrie. Proportio autem rationalis solũ est de consideratione Geometrie. proportio aũt rationalis saltẽ maioris inequalitatis sic diuiditur. Alia est multiplex. alia super particularis. alia superpartiens. alia multiplex superparticularis. alia multiplex superpartiens. Ita ꝙ proportionis rationalis quinque sunt species: quarum prime tres sunt simplices: alie due composite. ¶ Proportio multiplex dicitur quando maius cõtinet minus pluries precise: ita quod nil superfluit: si maius cõtinet minus precise bis vocatur proportio dupla: qualis est proportio duorum ad vnum vel sex ad tria. si autem precise ter vocatur proportio tripla: sicut tria ad vnum vel sex ad duo. Si autem precise quater vocatur proportio quadrupla. ⁊ sic in infinitum. ⁊ sic patet qualiter proportionis multiplicis infinite sunt species. ¶ Proportio autem superparticularis dicitur quando maius continet minus non pluries sed semel: ⁊ cum hoc aliquam partem aliquotam numeri minoris. verbi gratia: sicut est proportio trium ad duo; tria enim continent duo semel: ⁊ cum hoc vnitatem: que est pars aliquota duorum. ⁊ istius etiam proportionis infinite sunt species: nã si maius continet minus semel: et cum hoc partem aliquotam minoris: que est altera pars numeri minoris: puta medietas: vocatur proportio sesquialtera; qualis est proportio trium ad duo: et sex ad quatuor et nouem ad sex. Si autem maius continet minus semel: et cum hoc tertiam eius partem. vocatur sesquitertia: sicut est proportio quatuor ad tria et proportio octo ad sex. et sic vltra. Si vero maius continet minus semel: ⁊ cum hoc quartam eius partem; vocatur sesquiquarta: qualis est proportio quinque ad quatuor: et decem ad octo; et sic in infinitum proportionaliter multiplicentur species proportionis super particularis. ¶ Sed pro ista specie; et sequente sciendum est quid sit pars aliquota: et non aliquota. Unde pars aliquota dicitur que aliquoties sumpta potest reddere totum precise nihil plus nec minus; ⁊ sic vnitas se habet respectu cuiuslibet numeri. ¶ Pars non aliquota est que quotiescunque sumpta non reddit suum totum precise; sed aliquid plus vel minus; et sic se habent duo respectu quinque. Si enim duo sumantur bis reddunt minus quam quinque. Si vero ter reddunt maius; et propter hoc duo dicuntur pars non aliquota respectu quinque. ¶ Tertia species proportionis rationalis que vocatur proportio superpartiens: ⁊ dicitur superpartiens quando maius continet minus semel et non pluries: et cum hoc partem non aliquotam minoris qualis est proportio quinque ad tria: ⁊ similiter proportio septẽ ad quinque. Deinde si ista pars nõ aliquota est composita ex duabus partibus aliquotis minoris: tũc talis proportio vocatur superbipartiens. Si vero est composita ex tribus aliquotis

minoris


minoris: vocatur supertripartiens: si vero ex quatuor voca[illegible] sic in infinitū. ¶ Vlterius est notandū pro habēda perfecta denoīatione: qualiter se hūt iste partes aliquote respectu minoris an sunt tertie: an quarte: an qn te. si tertie. vocatur superpertiēs tertias. Si vero sunt quarte: vocatur superpartiens quartas. &c. Vñ si maius continet minus semel: & cum hoc partem nō aliquotam minoris: que quidem pars non aliquota est composita ex duabus partibus aliquotis minoris: quarum quelibet est tertia pars minoris: vocatur proportio superbipartiens tertias qualis est proportio quinqꝫ ad tria: quinqꝫ enim continet tria semel et cum hoc duo. que est pars non aliquota trium. nihilominus illa dualitas composita est ex duabus vnitatibus minoris numeri: quarum quelibet est tertia pars trium. Si vero maius continet minus semel: & cum hoc partem non aliquotam que est composita ex duabus partib⁹ aliquotis minoris numeri quarum quelibet est quinta pars minoris: vocatur proportio superbipartiens quintas: vt septem ad quinqꝫ. Si vero maius continet minus semel: & cum hoc partem non aliquotam minoris continentem in se quatuor aliquotas minoris: quarum quelibet est quinta minoris: vocatur superquadripartiens quintas: qualis est proportio nouē ad quinqꝫ: vel superpartiens quatuor quintas & sic in infinitū vlterius multiplicari possunt species proportionis rationis simplicis. ¶ Quarta species vocatur multiplex superparticularis & est quando maius continet minus pluries: & cum hoc aliquā eius partē aliquotam numeri minoris sicut est proportio septem ad tria. septē enim continent tria bis: & cū hoc vnitatem que est pars aliquota trium. Et si maius cōtinet minus bis & non pluries: & cum hoc partem alterā numeri minoris vocatur proportio dupla sesquialtera: qualis est proportio quinqꝫ ad duo: quinqꝫ enim continent duo bis: & cū hoc vnitatem: que est altera pars duorum. Si vero maius continet continet minus bis: & cū hoc tertiam partem eius: vocatur proportio dupla sesquitertia: sicut est proportio septem ad tria: & sic vlterius proportionaliter in infinitum multiplicari possint species huius proportionis. ¶ Quinta species proportionis: que vocatur multiplex superpartiens dicitur quādo maius continet minus pluries: & cum hoc continet partē non aliquotā minoris: qualis est proportio octo ad tria: octo enim continet tria bis: & cū hoc duo. modo duo non est pars aliquota trium: & si maius cōtinet minus bis & cum hoc partem non aliquotam continentem in se duas aliquotas numeri minoris: quarum quelibet est tertia minoris: vocatur proportio dupla superbipartiēs tertias: sicut est proportio octo ad tria: & sic proportionaliter vlterius in infinitum possunt multiplicari species huius proportionis. Hec omnia in tractatu proportionum patebunt.

Quantum ad secundum sit prima conclusio: proportio velocitatum non est sicut proportio potentiarum mouentiū inter se: probatur: quia si proportio velocitatū est sicut proportio potentiarum mouentium inter se: sequitur quod datis duabus potentiis: puta a.b. quarum vna esset dupla ad aliam que mouerent duo mobilia equalia: potentia dupla moueret suū mobile in duplo velocius: & potentia subdupla suū mobile in duplo tardius: consequens est falsum: consequentia tenet si opposi[illegible] conclusionis esset verū. falsitas consequētis probatur: nā sic sequeretur quod a proportione minoris inequalitatis fieret actio: probatur consequentia: nā signetur potētia dupla: sicut sex: & potētia subdupla sicut tria & duo mobilia vtrūqꝫ sicut quatuor: tunc tria mouerēt quatuor in duplo tardius quā sex: & ita tria mouerēt quatuor sed proportio triū ad quatuor est proportio minoris inequalitatis: ergo. ¶ Secunda conclusio. proportio velocitatū nō est sicut proportio resistentiarū. probatur: nam opposito dato sequeretur quod aliqua potentia data: que moueret aliquod mobile sibi resistens aliqua velocitate: illa potētia moueret mobile duplū subdupla velocitate: sed hoc est falsum: consequētia tenet: postqꝫ proportio velocitatum est sicut proportio resistentiarū: & falsitas patet: nam signata aliqua potentia sicut sex & resistentia sicut quatuor: tunc si illa potentia moueret duplam resistentiā subdupla velocitate: sex mouerent octo: postqꝫ octo est duplū ad quatuor velocitate in duplo minori quā moueant quatuor: & sic iterū a proportione minoris inequalitatis proueniret actio. ¶ Tertia conclusio. proportio velocitatum non est sicut proportio excessuū: nam sic sequeretur quod illa regula non esset vera: que tamen est vera: & est aristotelis. Si aliquis motor moueat aliquod mobile verbi gratia quatuor duo medietas motoris mouebit medietatē mobilis equali velocitate. probatur consequentia quia maior est excessus quatuor super duo quam duorum super vnum. ¶ Secundo nam videmus quod si [illegible] homines trahunt [illegible] aliqua velocitate & si vnus adueniat modicum velocitas intenditur in comparatione ad velocitatem priorem. Si vero vnus homo [illegible] & vnus [illegible] adueniat velocitas plus intenditur in comparatione ad velocitatem priorem. modo hoc non esset taliter nisi proportio velocitatum esset sicut proportio excessuum. ¶ Quarta conclusio proportio velocitatum in motibus est sicut proportio proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias ita quod ex quo [illegible] duo proportionibus potentiarum mouentium ad suas resistentias [illegible] equalis proportio velocitatum [illegible] ita quod ad [illegible] dupla velocitas [illegible] subdupla velocitas ita quod si proportio a potentie ad b resistentiam esset [illegible] dupla & proportio c potentie ad d resistentiam esset dupla cum [illegible] proportio quadrupla sit dupla dupla a potentia moueret b resistentiam in duplo velocius quam c d. probatur conclusio a sufficienti diuisione nam proportio velocitatum in motibus vel est sicut proportio potentiarum mouentium inter se & hoc non per primam conclusionem vel sicut proportio resistentiarum inter se & hoc non per secundam vel sicut proportio excessuum & hoc non per tertiam vel sicut proportio proportionum potentiarum &c. & sic habetur intentum. pluribus modis nō videtur posse imaginari prout quod proportio velocitatum in motibus debeat attendi tanquam penes causam. ¶ Contra istam vltimā conclusionem dubitatur nam si esset vera sequeretur quod si fortis proiiceret aliquē lapidem ad aliquam distantiam super quam haberet quam proportionē maioris inequalitatis & lapidē super que haberet proportionem in duplo maiorem deberet proiicere in duplo remotius & lapidem super quem haberet proportionem in quadruplo maiorem deberet proiicere in quadruplo remotius & sic vltra in infinitum sicut patet ad experientiā hoc est falsum. ¶ Respondetur negando consequentiam quia in proiectione [illegible] non solum lapis resistit sed etiam aer. & ideo licet fortis bene habeat talem vel talem proportionem super lapidem minorem vel maiorem non tamen super totam resistentiam. modo velocitas non sequitur proportionem potentie mouentis solum super partem sed super resistentiam totalem. ¶ Secundo dubitatur nam si aliquod calidum sicut sex & aliquod frigidum sicut quatuor tunc illud calidum habet eandem proportionem super illud frigidum quando est remotum sicut quando est propinquum. & tamen quādo est propinquum velocius agit in ipsum ergo videtur quod conclusio sit falsa. ¶ Respondetur quod ratio bene probat quod velocitas non sequitur proportionem potentie ad resistentiam absolute & hoc bene conceditur sed hoc cum aliquibus attentis puta [illegible] vel tali applicatione agentis ad passum. modo licet calidum sicut octo habeat eandem proportionem ad frigidum quando est remotum sicut quando est propinquum non tamen est ita equaliter applicatum: & propter hoc velocitas nō est equalis [illegible] ad proportionem oportet attendi applicationem. ¶ Tertio dubitatur. nam agens in agendo repatitur: ergo passum aliqua velocitate reagit in ipsum agens: et cum non habeat nisi proportionem minoris inequalitatis: sequitur quod velocitas qua agit: sequitur proportionem minoris inequalitatis: & cum vna alia consimilis velocitas possit prouenire a proportione maioris inequalitatis: sequitur quod non est similis proportio velocitatum sicut proportio proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias. ¶ Respondetur quod velocitas qua passum agit in agens non sequitur proportionem passi ad agens: sed sequitur proportionē posse reagere ipsius passi: ad posse resistere ipsius agentis: sicut dictum est diffusius super libro de generatione. modo proportio posse agere ipsius passi ad posse resistere ipsius agentis: potest esse proportio maioris inequalitatis: licet proportio passi ad agens sit minoris inequalitatis: verbi gratia: posito quod ignis agat in aquam cum tā ignis quam aqua sit magne actiuitatis: et modice resistentie: possibile est quod vtriusqꝫ actiuitas sit maior quam sit alterius resistentia et sic vtrunqꝫ ipsorum potest agere in reliquum a proportione maioris inequalitatis. ¶ Quarto dubita-

tur: nam sit aliquod graue quod descendat in aliquo medio uniformi: tunc clarum est quod hoc non obstante quod medium est uniforme illud graue continue velocius et velocius mouet: et tamen continue manet eadem proportio potentie mouentis ad resistentiam: ergo videtur quod conclusio sit falsa. ¶ Respondetur quod in descensu talis grauis in tali medio uniformi non manet continue eadem proportio potentie mouentis ad suam resistentiam: quia in descensu talis grauis: illi graui acquiritur quedam grauitas accidentalis: seu impetus: qui vna cum grauitate preexistente mouet velocius et velocius.

Ad rationes dico negando istas autoritates. quia alibi sunt autoritates ad oppositum: et potest dici quod hoc est ex vitio translatoris quod tales autoritates sunt posite quarto huius.

Questio. VII.



Queritur vltimo vtrum regule quas ponit Aristoteles de comparatione mobilium et mouentium in septimo sint vere. Et arguitur quod sic autoritate Arist. et Commen. in loco preallegato.

In oppositum arguitur: nam velocitas motus sequitur proportionem potentie mouentis ad suam resistentiam. modo cum isto veritas aliquarum istarum regularum stare non potest: patet hoc: nam si aliqua potentia habet aliquam proportionem ad aliquod mobile: non oportet quod dupla potentia habeat in duplo maiorem proportionem ad illud mobile. et per consequens non oportet quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile quod dupla potentia moueat idem mobile in duplo velocius: si enim quatuor mouent vnum non oportet quod octo moueant vnum in duplo velocius: propter hoc quod proportio octo ad vnum non est dupla ad proportionem quatuor ad vnum: nam proportio octo ad vnum est octupla: modo octupla non est dupla quadruple: qualis est proportio quatuor ad vnum: sed proportio sextadecima qualis est proportio sexdecim ad vnum: bene est dupla quadruple: propter hoc quod componitur ex duabus quadruplis: tanquam ex duabus suis medietatibus componitur enim ex proportione sexdecim ad quatuor que est quadrupla. et ex proportione quatuor ad vnum que similiter est quadrupla. ¶ In ista questione primo notande sunt alique suppositiones. ¶ Secundo ponende sunt alique conclusiones. ¶ Tertio alique regule de comparatione mouentium et mobilium.

Quantum ad primum sit ista prima suppositio quod velocitas motus sequitur proportionem potentie mouentis ad suam resistentiam: ita quod proportio velocitatum est sicut proportio proportionum potentiarum mouentium ad suas resistentias. ista suppositio patet per questionem precedentem. ¶ Secunda suppositio est datis duobus extremis: quorum vnius ad alterum est aliqua proportio aliquo vel aliquibus interpositis cuius vel quorum ad vtrunque extremorum est aliqua proportio: erit proportio primi ad vltimum composita ex proportione primi ad secundum: et secundi ad tertium: et si plura intermedia sunt posita: et ex proportione tertii ad quartum: verbi gratia: proportio trium ad vnum est composita ex proportione trium ad duo: et ex proportione duorum ad vnum: ita quod proportio tripla est composita ex vna sesquialtera: et vna dupla. similiter proportio quatuor ad vnum est composita ex proportione quatuor ad [illegible]: et ex proportione trium ad duo: et duorum ad vnum: ita quod proportio quadrupla est composita ex vna sesquitertia: et vna sesquialtera: et vna dupla: que tres proportiones valent duas duplas precise: ex eo quod vna sesquialtera: et vna sesquitertia valent vnam duplam. ista suppositio patet ex quinto Euclidis. ¶ Tertia suppositio est. proportio composita ex proportione maiori et minori: ad proportionem minorem est maior quam dupla: et ad proportionem maiorem est minor quam dupla. patet hoc primo ratione: nam totum compositum ex duabus partibus vna minori: et alia maiori: ad partem minorem est plusquam duplum: ad partem vero maiorem minus quam duplum: sicut patet de ligno tripedali quod ad pedalem partem eius minorem est plusquam duplum: et ad bipedalem partem eius est minus quam duplum. ¶ Patet secundo exemplo: nam proportio octo ad vnum componitur ex proportione quatuor ad vnum: et ex proportione octo ad quatuor: quia ergo proportio quatuor ad vnum est maior quam proportio octo ad quatuor: sequitur quod proportio octo ad vnum est minor quam dupla ad proportionem quatuor ad vnum: et est maior quam dupla ad proportionem octo ad quatuor. Ista suppositio patet quinto Euclidis.

Quantum ad secundum sit prima conclusio. si a. mouet b. non oportet quod a. moueat medietatem b. in duplo velocius precise: patet hoc: nam sit a sicut octo: et suum mobile sicut duo: et medietas illius mobilis sicut vnum: et sit medietas mobilis c. dico quod a non mouet c. in duplo velocius quam moueat b. sed minus quam in duplo: quod probatur: quia proportio a. ad c. non est dupla ad proportionem a. ad b: ergo velocitas qua a. mouet c. non est dupla ad velocitatem qua a. mouet b. consequentia tenet per primam suppositionem: antecedens probatur: nam proportio a. ad c. componitur ex proportione a. ad b. et ex proportione b. ad c. per secundam suppositionem sed proportio a. ad b. est maior quam proportio b. ad c. quia quadrupla proportio. sed b. ad c. est dupla. ergo et cetera. per tertiam suppositionem proportio a. ad c. est minor quam dupla ad proportionem a. ad b. quod erat probandum. ¶ Secunda conclusio est: quod bene aliquando aliqua potentia mouens aliquod mobile mouet medietatem illius mobilis in duplo velocius precise: et hoc tenet quando potentia habet se ad suum mobile in proportione dupla. verbi gratia: si quatuor mouerent duo: dico quod quatuor mouerent medietatem duorum scilicet vnum precise in duplo velocius: quam mouebant duo: probatur: quia proportio quatuor ad vnum precise est dupla ad proportionem quatuor ad duo. ergo velocitas erit precise dupla: consequentia tenet: per primam suppositionem: et antecedens patet: nam proportio quatuor ad vnum componitur ex proportione quatuor ad duo: et duorum ad vnum: per secundam suppositionem: que quidem proportiones sunt inter se equales: quia quelibet earum est dupla. ergo proportio quatuor ad vnum est precise dupla ad quamlibet illarum. consequentia tenet per illam communem animi conceptionem: si aliquod totum componitur ex duabus partibus equalibus: tunc illud totum ad quamlibet illarum partium est precise duplum: et forte ad istum intellectum Aristoteles posuit suam regulam scilicet quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile: que quidem potentia se habet ad illud mobile in proportione dupla: eadem potentia mouebit medietatem illius mobilis in duplo velocius. ¶ Tertia conclusio. quod aliquando potentia mouente aliquod mobile non habente se in dupla proportione ad illud mobile eadem potentia mouebit medietatem illius plusquam in duplo velocius: verbi gratia posito quod a. potentia sit sicut tria et b. mobile sicut duo: dico quod a. mouet medietatem b. scilicet c. plusquam in duplo velocius quam mouebat b. probatur: quia proportio a. ad c. est plusquam dupla ad proportionem a. ad b. ergo velocitas qua a. mouet c. est plusquam dupla ad velocitatem qua a. mouet b. consequentia tenet per primam suppositionem. Antecedens probatur: nam proportio a. ad c. componitur ex proportione a. ad b. et b. ad c. per secundam suppositionem: sed proportio b. ad c. que est dupla: est maior quam sit proportio a. ad b. que est sesquialtera. ergo per tertiam suppositionem proportio a. ad c. est plusquam dupla ad proportionem a. ad b. quod erat probandum. ¶ Iste tres conclusiones sunt posite circa primam regulam Aristotelis. que erat quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile tunc eadem potentia mouebit medietatem illius mobilis precise in duplo velocius: et quomodo ista regula habet veritatem et quomodo non patet per conclusiones positas. ¶ Deinde est vna alia regula Aristotelis: quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile: dupla potentia mouebit idem mobile in duplo velocius. ¶ Circa quam sit prima conclusio: quod non oportet si a. mouet b. quod duplum ad a. moueat b. in duplo velocius: verbi gratia sit a. sicut quatuor et b. sicut vnum et sit duplum ad a. c. sicut octo dico quod c. non mouet b. in duplo velocius quam a mouet b. sed minus. probatur: quia proportio c. ad b. non est dupla ad proportionem a. ad b. ergo nec velocitas ad velocitatem: consequentia tenet per primam suppositionem antecedens probatur: nam proportio c. ad b. componitur ex proportione c. ad a. et a. ad b. per secundam suppositionem. Sed proportio a. ad b. que est quadrupla: est maior quam proportio c. ad a. que est dupla. ergo per

go per tertiam suppositionem proportio c.ad b. non est dupla:sed minor:ad proportionem.a.ad.b.quod erat probandum. ¶Secunda conclusio est quod aliquando aliqua potentia mouente aliquod mobile dupla potentia mouebit illud mobile plusq̃ in duplo velocius.probatur:nã sit a.potentia sicut tria:et b.mobile sicut duo:et duplum ad a.sicut sex sit c.dico ꝙ c.mouet b.plusq̃ in duplo velocius quam a. mouet b.probatur:quia ꝓportio c.ad b.est plusq̃ dupla ad proportionẽ a.ad b.ergo velocitas est plusq̃ dupla ad velocitatẽ:cõsequẽtia tenet per primã suppositionẽ:antecedẽs probatur:quia proportio c.ad b.cõponitur ex proportiõe c, ad a.et a.ad b. que est sesquialtera:et est minor proportio q̃ c.ad a.que est dupla per tertiã suppositionẽ:ergo proportio c.ad b.est plusq̃ dupla ad proportionem a.ad b.quod erat probandum. ¶Tertia conclusio.quod aliquando aliqua potentia mouente aliquod mobile dupla potentia mouebit idem mobile precise in duplo velocius:et hoc est verũ:quãdo illa potentia se habet in dupla proportione ad illud mobile.et ita forte intellexit Aristo.probatur:nã sit a.potentia sicut duo:et b.mobile sicut vnũ:et c.duplum ad a.sicut quatuor:dico quod c.mouet b.precise in duplo velociꝰ q̃ a.mouet b.ꝓbatur ex eo quod proportio c.ad b.est precise dupla ad proportionez a.ad b.sicut prius dicebatur. ¶Deinde est vna alia regula Aristo.quod si aliqua potentia mouet aliquod mobile:medietas illius potentie mouebit medietatẽ illius mobilis equali velocitate:et illa regula est vera:quia sicut est proportio totius ad totuz ita est medietatis ad medietatem:ergo etiã equalis est velocitas:qua totum mouet totum:et medietas medietatem:consequentia tenet per primam suppositionem:antecedens probatur:naz sit a.vnum totum et eius medietas b.et aliud totuz c.et eius medietas d.tunc arguitur sic:qualis est ꝓportio a.ad b.talis est proportio c.ad d.ergo ꝑmutatim qualis est ꝓportio a.ad c talis est ꝓportio b.ad d. ¶Deinde est vna alia regula Aristote.si due potentie diuise mouent duo mobilia diuisa:eedem potẽtie aggregate mouebunt illa mobilia aggregata equali velocitate. ¶Contra istam regulam sit prima conclusio.si a.potentia mouet b.mobile aliqua velocitate:⁊ c.potentia mouet d.mobile aliqua velocitate aggregatum ex a.⁊ c. potentijs nõ mouebit aggregatum ex b.⁊ d.mobilibus equali velocitate qua a.mouebat b.⁊ equali velocitate qua c.mouebat d. sed bene velocitate media. Verbi gratia sit a.sicut quatuor: ⁊ b.suum mobile sicut vnũ:⁊ ex alia parte sit c.etiã sicut quatuor ⁊ d suum mobile sicut duo:tunc dico qḋ aggregatuz ex a.⁊ c.mouebit aggregatũ ex b.⁊ d.predicto modo : probatur quia proportio aggregati ad aggregatum est sicut octo ad tria que est dupla super partiens duas tertias:⁊ ista proportio nõ est equalis proportioni quatuor ad duo:sed est ea maior:nec est equalis proportioni quatuor ad vnum:sed ea minor est:ergo media inter eas:erit ergo similiter de motibus consequentia tenet per primam suppositionem.⁊ antecedẽs declaratum est. ¶Secunda cõclusio:si a.mouebit b.aliqua velocitate:⁊ c.mouet d.equali velocitate:aggregatũ ex a.⁊ c, motoribus mouebit aggregatum ex b.d.mobilibus equali velocitate:ꝓbatur:equalis est tunc ꝓportio aggregata ex motoribus ad aggregatũ ex mobilibus qualis erat motorũ. diuisim ad mobilia diuisim.quare ⁊c.

Quantum ad tertium sit prima regula. si potentia motoris ad potentiã sui moti fuerit ꝓportio dupla potentia motiua duplicata mouet idem mobile in duplo velocius:verbi gratia:sit potentia motiua a.sicut duo ad suuz mobile b.sicut vnum:⁊ duplum ad a.sit c.sicut quatuor:dico ꝙ c.mouebit b.precise in duplo velocius q̃ a.mouebit b.demonstratio huius patet ex precedentibus. ¶Secũda regula si potẽtia mouentis ad potentiam sui moti fuit proportio dupla eadẽ potentia mouebit medietatem istius moti in duplo velocius precise:verbi gratia sit a.potentia motiua sicut quatuor:⁊ b.motum sicut duo:⁊ c.medietas moti sicut vnuz dico quod a.mouet c.ꝑcise in duplo velocius quã mouebat b. iterum demonstratio istius clara est ex precedentibus. ¶Tertia regula est talis. ¶Si potentie mouentis ad potentiam sui moti fuerit proportio maior quã dupla:potentia duplicata non mouebit idem mobile in duplo velocius: sed minus : verbi gratia : sit a.potentia sicut quatuor : et b. mobile sicut vnum:⁊ duplum ad a.potentiam sit c, et sicut octo dico quod non mouebit b.in duplo velocius q̃ mouebat a. patet hoc ex eo ꝙ proportio c.ad b. non est dupla ad proportionem a.ad b.sicut ꝑus dicebatur. ¶Quarta regula. si fuerit potentia mouentis ad potentiam sui moti proportio maior q̃ dupla:eadem potentia non mouebit medietatẽ sui moti precise in duplo velocius:sed minus.verbi gratia:sit a.potẽtia sicut octo:⁊ sit b.suum mobile sicut duo:⁊ sit medietas mobilis c. sicut vnum:dico ꝙ a.non mouebit c.in duplo velocius q̃ mouebit b. sed minus patet hoc ex eo ꝙ proportio a. ad c, non est dupla ad proportionem a.ad b. sicut potest apparere ex precedentibus. ¶Quinta regula: si potentie mouentis ad potentiam sui moti proportio fuerit minor q̃ dupla eadem potentia duplicata mouebit idem mobile plusq̃ in duplo velocius : verbi gratia: sit a.potentia sicut tria : et b.suum mobile sicut duo:⁊ duplum ad a. sit c. sicut sex: dico ꝙ c.non mouebit b.plusq̃ in duplo velocius q̃ a.mouebit b patet hoc ex eo ꝙ proportio c.ad b. est plusq̃ dupla ad ꝓportionem a.ad b.sicut patet ex precedentibus.

Ad rõnes dico.ꝙ forte ex vitio translatoris posite sunt false tales regule que credũtur esse posite de mente Aristotelis: licet non ita sit.⁊ ita potest dici pro excusatione Aristotelis.

¶Et sic est finis septimi Libri Physicorum.

¶Questiones magistri Alberti de Saxonia super Octauum Librum Physicorum Aristotelis.

Questio .I.



Queritur circa textum octaui libri physicorum vtrum semper fuerit motus : ⁊ semper erit motus. ⁊ arguitur ꝙ non. nam sic sequeretur ꝙ mundus esset eternus:consequens falsũ consequentia tenet ex eo ꝙ q̃diu fuit motus mundi ⁊ q̃diu erit tãdiu fuit mundus ⁊ erit: sed falsitas consequentis probatur:nam si mundus esset vel fuisset eternus:sequeretur ꝙ iam esset multitudo infinita aliquorum separatorum non facientium vnũ ex his compositũ sed hoc est inconueniens:probatur consequentia:nã si mundus fuisset eternus infiniti homines fuissent mortui : ⁊ cum sm Aristo.anima humana sit perpetua:sequeretur ꝙ essent iam infinite anime hominum mortuorum: ⁊ cum tales nõ cõstituãt vnum ex eis compositum sequitur quod dictum est. ¶Secundo.sequeretur ꝙ vna multitudo infinita esset maior alia:consequens est falsum:probatur consequentia:nam si mundus est eternus:tunc multitudo annorum preteritorum esset infinita: ⁊ similiter multitudo dierum. Sed ex quo plures precesserunt dies q̃ anni:sequitur multitudinẽ dierum esse maiorem multitudine infinita annorum. ¶Tertio.nam tunc sequeretur ꝙ tempus esset eternum:sed hoc est inconueniens:consequentia tenet ex eo ꝙ motus non est sine tempore:falsitas consequentis probatur: nam si tempus esset eternum sequeretur ꝙ aliquod esset infinitum:puta tempus qḋ non contineret nisi precise duo infinita ; sed hoc est inconueniens ex eo ꝙ si esset aliquod infinitum hoc contineret infinities infinita ⁊ probatur consequentia:q: non continet nisi totale tempus a parte ante ⁊ a parte post. ¶Quarto.non repugnat motui aliquando incepisse:ergo oppositum questionis non est inconueniens:consequentia nota est de se:antecedens patet de motu animalis qui post eius quietem potest incipere de nouo ⁊c.hoc idem patet de motu lapidis qui potest incipere de nouo.ergo ⁊c.etiam sic videtur de motu celi quod poterat aliquando incipere moueri post quietem vel postq̃ quieuit.

In oppositum est Aristoteles ⁊ eius Commentator in isto octauo. ¶Ad istã questionẽ primo respõdẽ

[illegible] est secundum q respondebat Aristo. et Commen. ¶ Se[illegible] cundo respondendum est ad eam secundum veritatem.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio hec non est per se graue mouetur deorsum: probatur: quia non est necessaria: sed contingens sicut contingens est quod aliquod graue sit sursum. ¶ Secunda conclusio hec est per se graue est mobile deorsum patet quia est necessaria. ¶ Tertia conclusio. hoc est per se graue si est sursum non impeditum mouetur deorsum: patet per idem medium: quia necessaria.

Ad rationes ergo principales dico ad primam qd̃ non est simile de graui moto ad motũ medij: et de homine moto ad motum nauis propter hoc q homo cũ naui mouetur: sed graue nõ mouetur cũ medio: sed mouetur per mediũ: et cũ graue mouetur p mediũ: mediũ diuiditur ꝛ etiam mouetur. ¶ Ad secundã potest concedi q forma moueret ꝛ moueretur: nec est impossibile: idem moueri et mouere quando cõcurrit aliud motiuũ vel mobile. ¶ Ad tertiã illa bene probat quod non mouetur per se idest solitarie: ꝛ hoc conceditur. erat enim vna cõclusio. ¶ Ad quartã illa bene pbat [illegible] deorsum et bene conceditur [illegible] per se graue mouetur deorsum [illegible] nihilominus [illegible] tur hoc erat enim vna cõclusio [illegible] arguebatur in prima per se graue est mobile deorsum ꝛ [illegible] in secundo modo et [illegible] modo dicendi per se dico q in secundo modo [illegible] quia dicebatur tunc subiecta debet poni in diffinitione predicati: verũ est ipsum vel aliquid positũ in diffinitione eius: ꝛ ideo quia corpus in diffinitione grauis ꝛc dico quod ly graue vel ly corpus ponitur in diffinitione ly moueri deorsum. ¶ Ad autoritatẽ commentatoris dico q per istã autoritatem bene habetur hanc propositionem esse per accidens graue mouetur deorsum et hoc conceditur vt dictum est.

Questio. VIII.



Queritur octauo vtrũ primus motor sit immobilis: et arguitur qd̃ non: nam sicut est in minori mundo ita videtur esse in maiori: sed in minori mundo puta in homine primus motor non est omnino immobilis: est enim mobilis per accidens qui quidem primus motor in homine est anima mouens: ergo etiam sic erit in maiori mundo. ¶ Secundo. nam primus motor est intrinsecus primo mobili: vel extrinsecus. si dicatur q intrinsecus: tũc nõ omnino immobilis: nã tunc est mobilis ad motum eius in quo est: si autẽ dicatur q extrinsecus hoc nõ valet propter hoc quod tũc motus primi mobilis nõ esset naturalis: sed violentus: cõsequentia tenet ex eo q motus naturalis est qui est a motore intrinseco: violentus autẽ qui est ab extrinseco. ¶ Tertio. primus motor potest mouere se: ergo nõ est omnino immobilis: consequentia tenet: antecedens probatur: nam primus motor est omnipotens: ergo omnia potest: ergo et mouere se. ¶ Quarto. primus motor mouet per intellectũ ꝛ voluntatẽ: sicut patet per Aristo. in secundo metaphysice. sed intellectus ꝛ voluntas mouetur ab intelligibili et appetibili: ergo.

In oppositũ vult Aristoteles in isto octauo vbi probat primum mouens esse immobile. Breuiter ad istã questionẽ pono vnicã cõclusionem: que est q primus motor est omnino imobilis: probatur primo: quia non est necesse omne mouẽs moueri: ergo primũ mouẽs nõ mouetur: cõsequentia tenet ex eo q in quolibet genere debet esse simplicissimũ et maxime absolutũ ab omni quod nõ est de necessitate illius generis. si enim moueri nõ est necessariũ mouẽti ad hoc qd̃ moueat: sequitur qd̃ moueri debet remoueri a primo motore: antecedens patet. nã nõ est necessariũ ad hoc q aqua frigefaciat q ipsa frigefiat nec est necessarium ad hoc q medicus sanet: q ipse sanetur: et sic de multis alijs motibus. ¶ Secũdo. si primus motor mouetur vel ergo a se vel ab alio: si dicetur quod alio: tũc nõ esset primus motor: nec potest dici q a se: nam hoc esset isto modo qd̃ secundũ idẽ moueret ꝛ secundum idẽ moueretur: vel secundũ vnã partẽ moueret: et secundũ aliã moueretur. nõ potest dici primũ ex eo q tũc idem esset in actu et in potẽtia: nec potest dici secundũ propter hoc qd̃ primus motor est indiuisibilis: sicut probatur in vltimo capitulo huius octaui. et ex alio etiã: quia tũc ista pars q̃ moueret aliã magis deberet dici primus motor ex eo q ipsa non moueretur sed moueret. ¶ Tertio. ad idem. nam reperitur motũ non mouens: ergo etiam debet reperiri mouens non motũ. sed talis maxime debet esse primus motor: antecedẽs patet: de materia prima: que mouetur et nõ mouet cũ nullius sit actiuitatis: et cõsequẽtia pbatur p istã regulã: quãcũq duo reperiuntur cõiuncta si vnũ eorum est repertibile sine alio: et aliud sine eo: sicut Cõmẽtator declarat de intellectu ꝛ intellecto: sed alicubi simul reperiuntur mouens ꝛ motũ: nã aliqua sunt que mouentur et mouent: si ergo reperitur motum et non mouens: etiam debet reperiri mouens non motum. ¶ Quarto. mouens primũ debet mouere ppetue ꝛ vniformiter: ergo debet esse mouens nõ motũ: antecedẽs patet ex eo quod motus diurnus qui puenit a primo motore apparet perpetuus ꝛ vniformis: consequentia tenet ex eo q si primũ mouens moueretur cõtinue haberet se aliter et aliter sic nõ potest mouere vniformiter sicut videmus de celo propter hoc q cõtinue mouetur ꝛ continue se habet aliter ꝛ aliter ad ista inferiora quare cõtinue producuntur alij ꝛ alij effectus in istis inferioribus. ¶ Sed dubitatur hic de hoc quod dicitur qd̃ motus diurnus sit vniformis: ille motus nõ est vniformis cuius alique partes mouentur velocius ꝛ alique tardius. sed ita est de motu diurno. nam motu diurno mouetur primũ mobile: ꝛ alij orbes cũ eo: sed partes eius q̃ sunt circa polos mouentur tardius: ꝛ que sunt circa equinoctialẽ mouentur velocius. ¶ Respondetur distinguẽdo de vniformitate: motus potest dici vniformis quantũ ad partes subiecti vel quãtũ ad partes tẽporis: ille dicitur vniformis quãtum ad partes subiecti: qui sic se habet q omnes partes sui mobilis equali velocitate mouẽtur. ille autẽ dicitur vniformis quo ad partes tpis qui sic se hz q quacunq parte data sui mobilis in equalibus partibus temporis equale spatium describit. tunc ad propositũ dico quod motus diurnus bene est vniformis quo ad partes temporis: licet sit difformis quo ad partes subiecti. ¶ Quinto. primus motor est indiuisibilis: ergo primus motor est omnino immutabilis: antecedẽs patet in isto octauo. cõsequentia patet ex eo q indiuisibile nõ potest moueri saltem ex se: nam oporteret vnam eius partem esse mouentem et aliam motam. sed si primus motor esset mobilis oporteret q moueretur a se: aliter enim non esset primus.

Ad rationes. Ad primam dico: quod nõ est simile de primo motore in minori mũdo ꝛ de primo motore in maiori mundo: nam primus motor in minori mundo non est simpliciter primus. in maiori autem est simpliciter primus: ꝛ igitur non est mirum: si prius motor in minori mundo est aliqualiter mobilis: ꝛ primus motor in maiori mũdo nullo modo. ¶ Ad secundam dico: q primus motor est intrinsecus suo mobili: ꝛ non per inherentiam: sed per indistantiam ꝛ presentiam: ꝛ hoc sufficit ad hoc q eius motus sit naturalis. ¶ Ad tertiam. primus motor potest mouere se: nego. nã hoc est impossibile [illegible] omnipotens cõceditur dest oia possibilia potẽs: cũ hoc tñ stat: q non possit ipossibile. ¶ Ad vltimã itelligitur hoc de itellectu ꝛ volũtate q̃ itelligit itellectiõe sibi supaddita: q̃lr nõ est de primo motore.

Questio. IX.



Queritur nono vtrũ motus localis sit primus motuum: et arguitur quod non: nam ambulatio est motus localis: et tamen non est primus motuũ: videmus enim quod oportet animal prius generari et prius nutriri q̃ ipsum ambulet. ex quo videtur quod alij motus sunt priores sicut augmẽtatio et nutritio. ¶ Secundo arguitur de motibus ipsius grauis quod motus eius localis non est primus: nam vel hoc esset motus eius localis naturalis vel violentus: non violentus quia oportet graue prius generari quam ipsum moueri violenter: et similiter argueretur de motu eius naturali.

naturali. ¶ Tertio sicut se habet terminus vnius motus ad terminum alterius motus: ita se habet talis motus ad talem motum. Sed modo ita est: quod terminus generationis est prior quam terminus motus localis: ergo generatio precedit motum localem: maior est nota: minor probatur: nam terminus generationis est substantia scilicet forma substantialis. Terminus autem motus localis est accidens: modo substantia est prior accidente. ¶ Quarto qualitates actiue sunt priores qualitatibus motiuis: ergo videtur motum alterationis precedere motum localem: antecedens patet: ex quo sunt prime qualitates sunt priores istis: que sunt grauitas et leuitas. ¶ Quinto illa mutatio est prior que est perfectior: sed ita est de generatione: propter hoc quod est ad formam substantialem. ergo &c.

In oppositum est Aristoteles in isto octauo: vbi dicit et probat motum localem esse primum. ¶ In ista questione primo ponenda est vna distinctio: deinde conclusiones. Distinctio est ista: quod aliquid dicitur esse prius alio tripliciter. tempore. natura et perfectione. ¶ Tunc sit prima conclusio. motus localis est prior aliis motibus secundum tempus: hoc patet de motu celi: qui est motus localis et est perpetuus sicut vult et nititur probare Aristo. in isto octauo: et alii motus inceperunt: et per consequens omnes alios motus precessit motus localis celi. Cum ista conclusione: que est indefinita: stat quod motus localis non est prior omnibus aliis motibus patet de motu locali animalis sicut est progressio natatio et volatio. ¶ Secunda conclusio quod motus localis est prior aliis motibus secundum naturam. probatur ex eo quod motus localis potest reperiri et reperitur de facto sine aliis motibus: sicut patet de motu locali celi qui reperitur in celo: vbi non reperitur augmentatio nec generatio: nec alteratio: alii autem motus non possunt reperiri sine motu locali. Alteratio enim non potest reperiri sine motu locali: quia non potest fieri nisi alterans applicetur alterabili et ad hoc requiritur motus localis: et similiter de generatione que etiam non potest fieri nisi generans applicetur illi ex quo debet fieri generatio: et similiter etiam augmentatio non fit sine motu locali. modo illud esse prius dicitur alio secundum naturam: quod potest esse sine eo et non econtrario. ¶ Tertia conclusio. motus localis est prior aliis motibus secundum perfectionem: et hoc denominatione extrinseca: ista conclusio patet tam ex parte temporis: quam ex parte mouentis. ex parte temporis: quia est diuturnior aliis motibus postquam est perpetuus et alii non. hoc patet etiam ex parte motoris: quia motus celi prouenit ex parte motoris perfectissimi scilicet ab ipso deo seu a prima causa: patet etiam ex parte mobilis: nam primum mobile in quo reperitur motus localis: aliis mobilibus est perfectius. ¶ Quarta conclusio. in istis in quibus reperiuntur alii motus a motu locali adhuc motus localis est perfectior: quia posterius generatione est prius perfectione sed in istis motus localis est posterior generatione patet hoc in animali quod prius oportet generari. deinde nutriri et augeri eundo de minus perfecto ad maius perfectum et tandem potest moueri localiter eundo hinc illuc. ¶ Sed dubitatur de hoc quod dicebatur quod est posterius generatione est prius perfectione. Contra: nam diminutio est posterior augmentatione et similiter senectus quam iuuentus: et tamen huiusmodi non sunt priora in perfectione. Dicitur quod predicta maior debet intelligi in eundo ad statum perfectum: sed non in eundo ad statum imperfectum sicut eundo ab augmentatione ad diminutionem seu a iuuentute ad senectutem. ¶ Adhuc dubitatur. nam anima prior est generatione quam scientia: et non propter hoc scientia est prior in perfectione. dicendum non intelligitur comparando formam ad formam: sed totum aggregatum ad totum aggregatum ita quod aggregatum ex prioribus secundum generationem et posterioribus secundum generationem est prius secundum perfectionem quam sit solum illud quod est prius secundum generationem. et ideo licet scientia non sit prius secundum perfectionem tamen aggregatum totale ex anima et scientia est prius secundum perfectionem quam sit anima solum. ¶ Secundo ille motus est perfectior qui reperitur in animalibus perfectioribus et non in imperfectis: sed ita est de motu locali: quod non reperitur in omnibus animalibus: sed solum in perfectis: Animalia enim que non sunt localiter mobilia: sicut sunt animalia petris affixa sunt aliis imperfectiora. ¶ Tertio ille motus est perfectior aliis: qui nihil abiicit de substantia rei. Alii autem aliquid abiiciunt. sed sic est de motu locali respectu aliorum motuum. vnde aliis motibus aliquid abiicitur: motu autem locali nihil. sicut patet de celo: quod mouetur localiter continue absque hoc quod aliquid remoueatur de substantia eius.

Ad rationes principales. Ad primam dico quod ista probat quod in animalibus motus localis non est prior secundum tempus: licet sit bene prior secundum perfectionem. ¶ Ad secundam dico: quod bene probat quod motus localis grauium et leuium non est primus motuum. cum quo tamen stat quod motus localis scilicet celi sit primus motuum. ¶ Ad tertiam sicut se habet &c. dico: quod generatio denominatione intrinseca: quam habet a termino eius: est prior perfectione. cum quo tamen stat: quod motus localis denominatione extrinseca: quam habet a motore et tempore est prior secundum perfectionem. ¶ Et consimili modo ad quintam. ¶ Ad quartam dico: quod per illam rationem non conuincitur quin adhuc motus localis sit bene prior propter hoc quod non omnis motus localis prouenit ab istis qualitatibus motiuis localiter: que sunt grauitas leuitas: vnde motus localis celi non prouenit ex illis: quia celum non est graue: nec leue.

Questio .X.



Vtrum possibile sit mouens finitum mouere per tempus infinitum: arguitur primo quod sic: nam corpora celestia sunt virtutis finite: et tamen secundum Aristotelem per tempus infinitum mouent ista inferiora: ergo. ¶ Secundo. motor lune est finitus: et tamen mouet suum orbem per tempus infinitum. ¶ Tertio. virtus motiua for. localiter est finita: et tamen posito quod perpetuo maneret nec aucta nec diminuta posset mouere per tempus infinitum.

In oppositum vult Aristoteles in isto octauo: qui nititur probare et demonstrare illam conclusionem: mouens finitum non potest mouere per tempus infinitum: et supponit primo pro sua demonstratione quod a. sit mouens finitum: et b. sit mobile: quod etiam oportet esse finitum postquam mouetur ab a. motore finito. aliter enim non excederetur ab eo: et per consequens non moueretur ab eo. ¶ Secundo supponit quod medietas a. motoris mouet medietatem b. mobilis per minus tempus licet equali velocitate: quam totum a. moueat totum b. nam medietas ipsius a. excedit medietatem ipsius b. in minori excessu quam totum a. excedit totum b. et per consequens medietas ipsius a. citius fatigatur in mouendo quam totale a. ergo mouet per minus tempus. ¶ Tertio supponit quod tempus per quod a. mouet b. sit c. et tempus per quod medietas a. mouet medietatem b. sit d. Istis suppositis arguitur sic: medietas a. mouet medietatem b. in tempore d. et totum a. mouet totum b. in tempore c. per tertiam suppositionem: sed tempus d. per quod medietas mouet medietatem est minus quam tempus c. per quod totum a. mouet totum b. per secundam suppositionem: ergo d. tempus est finitum: propter hoc quod siue c. sit finitum siue infinitum. si d. est minus sequitur quod est finitum: tunc vltra tempus d. per quod vna medietas a. mouet vnam medietatem b. est finitum. ergo etiam tempus per quod alia medietas ipsius a. mouet aliam medietatem ipsius b. est finitum: et sic tunc ex duobus temporibus finitis; non componitur tempus infinitum: sequitur ergo quod totum tempus per quod totum a. mouet totum b. sit finitum. postquam componitur precise ex duobus finitis in quibus due medietates ipsius a. mouent duas medietates ipsius b. ¶ Ad intelligendum melius conclusionem Aristotelis pono vnam distinctionem. secundo conclusionem.

Quantum ad primum sit ista distinctio quod aliqua dicuntur finita vel infinita tripliciter. vno modo duratione vt generabilia et corruptibilia dicuntur finita duratione. Secundo aliquid dicitur infinitum in virtute et hoc duplititer [illegible] intensiue et extensiue: et per oppositum aliquid dicitur finitum in virtute. Tertio modo aliquid dicitur esse infinitum improprie quod habet virtutem que nec est finita proprie intensiue: nec infinita: nec etiam extensiue nec significabilis per numeros: nec comparabilis per proportionem.

Quantum ad secundum sit prima conclusio:

nullo modo mouēs finitum in duratione potest mouere per tempus infinitum: probatur: nā quamdiu aliquid debet mo[illegible] per tempus infinitum non potest mouere per tempus infi[illegible] [illegible] ¶Secunda conclusio [illegible] infinitus intēsiue modo predicto: probatur: quia nullus mo tor celi mouet cum resistentia: ergo nullus eorum indiget co[illegible] [illegible] per numeros r comparabilis re sistentie: nec est infinitus intensiue propter hoc q͞ mouet ve locitate finita: ita q͞ sequitur motores celestes non mouent cum resistentia: ergo non oportet illorum aliquem esse tante [illegible] cienter moueret mobile nō resistens: vnde minor virtus: q̄ sit virtus vnius musce si applicaretur mobili non resistenti moueret ipsum: ergo. ¶Secundo. omnis motor celestis est indiuisibilis sicut in isto octauo probatum est: ergo nullus eorum est finitus vel infinitus intensiue: consequentia tenet ex eo q͞ indiuisibile proprie: nec est finitum nec infinitum. ¶Tertia cōclusio: nisi ita esset motor celestis non posset mo uere in virtute propria nō excludendo primum motorē tem pore infinito: probatur. nam omnis virtus motiua localiter cum resistentia fatigatur in mouendo: sed per talem fatiga tionem tandem motus retardaretur vsq͞ ad non gradum: r sic tunc non moueret. ¶Quarta conclusio: oportet q͞ mo tores celestes sint infiniti in duratione: patet hoc quia mo uent per tempus infinitum: sed tales oportet esse infinitos in duratione. Prout intellectu ergo conclusionis quam de monstrat Aristoteles dico quod sua conclusio intelligitur quod nullum mouens finitum cuius potentia r virtus est significabilis per numeros. r cōparabilis secūdum aliquam proportionē resistentie sui mobilis: pōt mouere illud mobile tempus infinitum r hoc totum est propter hoc quod tale mo uens est fatigabile: nihilominus si est aliquod mouens infi nitum in duratione licet non sit infinitum in vigore mouens: aliquod mobile sibi non resistens: potest mouere per tēpus infinitum r qualiter se habent motores celestes. r similiter se haberet virtus motiua sortis: si perpetuo maneret nō aucta nec diminuta r secundū hoc rationes sunt solute.

Questio. XI.



Hunc queritur vtrū virtus in finita possit esse in magnitudine finita: et arguitur primo q͞ sic: nam celum est ma gnitudo finita: r tamen in ipso est virtus infinita. ergo. prima pars antecedentis pa tet: sed secunda probatur: naz in illo quod diutius durat est maior virtus: ergo in illo quod infinite durat est infinita virtus. sed celū infinite du rat: quia per tempus infinitum: ergo videtur quod in ipso sit virtus infinita. ¶Secundo. in aliquo graui puta a. nō est minor virtus q̄ si distaret a centro mundi p spatiū in finitum: sed tunc in eo esset virtus infinita: probatur: q͞ tunc in descēdendo velocitaret motū suū in infinitū. Et p auctorē de ponderibus graue quāto plus distat a cētro est grauius secundum situm. ¶Tertio. tota massa materie prime est ma gnitudo finita: r tamen in ea est virtus infinita. est enim in finite passiuitatis: sicut dictum est. ¶Quarto probat quod saltem non implicat contradictionem q͞ in aliqua magni tudine finita sit virtus infinita: nā si in aliqua parte propor tionabili alicuius igni esset aliqua virtus: r in secūda parte proportionabili dupla r in tertia tripla: r sic vltra: in illo li gno esset virtus infinita scilicet virtus aggregata ex omni bus istis virtutibus: ergo tale esset infinitum in virtute rc.

In oppositū vult Aristoteles in isto octa uo: qui nititur pbare istas duas cōclusiones. Prima est q͞ in magnitudine finita nō pōt esse virtus infinita. Secūda cō clusio. q͞ in magnitudine infinita nō pōt esse virtus finita. ¶Ad probandū primā psupponit q͞ omnis motus fit in tē pore. ¶Secūdo supponit q͞ maior virtus mouet idē mobile ceteris parib⁹ in minori tpe q̄ minor virt⁹ his suppositis ar guit sic: si in magnitudine finita posset eē vt⁹ infinita seq͞ret q͞ virt⁹ finita posset idē mobile equali tēpore mouere r equa li velocitate: sicut virtus infinita moueret idem mobile: hoc hoc est contra secundam suppositionem: probatur cōsequen tia: nam sit per aduersarium virtus infinita existens in ma gnitudine finita a. r sit virtus finita b. r sit suum mobile c. tunc a mouet c. in minori tempore q̄ b. sit ergo q͞ in duplo minori tempore tunc augeatur b. ad duplum vel ad quadru plum: sic q͞ moueat in duplo minori tempore q̄ prius moue bat: tunc tali augmentatione facta adhuc est finitū: sed tūc mouet idē mobile in equali tēpore: in quo mouet virtus infi nita: ergo rc. ¶Pro secunda cōclusione supponit q͞ data magnitudine in maiori eius parte est maior virtus. isto sup posito arguit sic: si in magnitudine infinita esset virtus fini ta: sequeretur q͞ virtus finita posset mouere in nō tēpore: sed hoc est falsum: propter hoc q͞ omnis motus fit in tēpore: et probatur consequētia: nam illa virtus potest mouere in non tempore que potest mouere [illegible] alia virtus data vel dabilis: sz sic esset de virtute finita si esset in magni tudine infinita: probatur hoc: naz quacunq͞ virtute data ali cuius magnitudinis finite cum in maiori parte sit maior vir tus in magnitudine infinita: potest capi aliqua eius pars in qua est maior virtus virtute data: r cū virtus totalis magni tudinis ifinite sit maior q̄ sit virtus alicui⁹ sue partis: sequi tur q͞ totalis virtus magnitudinis infinite est maior virt⁹ q̄ sit aliqua virtus finita data vel dabilis: r per consequēs posset mouere idem mobile velocius q̄ aliqua virtus data vel dabilis: r sic posset mouere in non tempore: r per conse quēs esset infinita: quod implicat. ¶Circa predictas demō strationes Aristotelis dubitatur contra hoc quod dicebatur: potentia finita potest mouere idem mobile in equali tempo re: equali velocitate sicut virtus infinita illud negari potest: dicerem enim primum motorem esse potentie infinite: r illū posse mouere primum mobile: q͞ tñ nulla potētia finita pōt mouere. ¶Scdo dubitat͞ ɔtra hoc q͞ supponebat͞ q͞ qua cūq͞ potētia finita data pōt dari maior: aduersarius hoc ne garet: nā diceret primū motorē: vel vnū alium motorē citra primum esse potentie finite r illum non posse augeri: ergo nō est possibilis suppositio ista. ¶Tertio dubitatur cōtra hoc quod dicebatur si esset virtus infinita in magnitudine fini ta tunc motus fieret in non tempore. diceret aduersarius il lud quod conuenit alicui per se non aufertur ab eo propter aliud: sed motui cōuenit per se q͞ in tempore fiat: ergo hoc nō aufertur ab eo propter positionē potentie infinite in magni tudine finita: r per consequens propter hanc positionem nō sequitur motum fieri in non tempore. ¶Ad istā: ad primam dubitationē r͞ndet͞: q͞ q̄uis potentia infinita posset mouere alq͞d mobile q͞d non posset mouere determinata potētia fini ta: tamē q͞libet mobile quod posset mouere potētia ifinita posset mouere potentia finita. ¶Ad secundam dubitationē dicitur licet potentie intelligentiarum non possunt naturali ter augeri: possunt tamen per dei potentiam secundū deno minationem ab opere. Uel aliter dicitur non repugnat illis secundum communem rationem potentie augeri licet repu gnet illis secundum q͞ sunt tales potentie. ¶Ad tertiā con ceditur q͞ nunq̄ motu stante aufertur ab fieri in tempore: ta men ad aliquam propositionem impossibilem sequitur mo tum esse in instanti licet nunq̄ fiat.

Ad rationes. Ad primam conceditur celū esse virtutis infinite in duratione sed nō est virtutis infinite intensiue: mouet enim sine resistentia: ex quo nō habet con trarium. ¶Ad secundam dicitur licet graue in infinitum di stans a centro descendendo quemlibet gradum velocitatis acquireret hoc non esset propter eius infinitam potentiam: sz ppter impetum qui illi successiue intensior r intensior acq͞ ritur. ¶Ad tertiam dico potentia passiua potius dicēda est impotentia q̄ potentia: ideo ex eius infinitate nihil conclu ditur. ¶Ad quartam dicitur casus est impossibilis sicut pa tet ex tertio huius vbi ostendebatur quod deus non potest producere infinitum.

Questio. XII.



Utrum inter quoscūq͞ motus reflexos oporteat esse quietem mediam: et arguitur primo quod non: nam mouea tur vna faba sursum: et obuiet sibi vnus lapis molaris descēdēs: tūc illa faba atti git lapidē molarē: vl' cū eo descēdit absq͞ q͞ prius

quod prius quiescat: vel oportet eam prius quiescere: si dica tur primum sequitur quod non inter quoscunqꝫ motus refle xos est quies media scilicet inter ascensum fabe et descēsum eius: si autem dicatur ꝙ oportet eam prius quiescere: sequit ꝙ ipsa detinebit secum illum lapidem molarem sursum inte rim qꝺ ipsa quiescit. modo hoc videtur inconueniens: ergo. ¶ Secundo quando vnus lapis proijcitur sursum: tunc vel prius quiescit sursum: q̄ descendat vel econuerso sic descen dit absqꝫ hoc quod prius sic quieuit. si dicatur secunduꝫ tūc inter motus reflexos non est quies media: nec potest dici pri mum vt videtur. ex eo quod non videtur esse aliquod deti nens illum lapidem sursum ne descendat. ¶ Tertio. nam videmus cum vna pila proijcitur super terram: tunc econ uerso mouetur sursum: ergo prius quieuit super terram vel non. si secundum: habetur propositum. si primū. hoc nō valet vt videtur: nam si prius quiesceret apud terram anteq̄ ascē deret non videtur vnde postea mouetur sursum cum sit na turaliter grauis.

In oppositum vult Aristoteles in isto octa uo vbi hoc pbat ꝙ super lineam rectā per reflexioneꝫ nō po test fieri vnus motus ppetuus postq̄ inter motus reflexos cadit quies media: non potest fieri vnus motus ex motu qui est ante reflexionem et post: et probatur hoc ratiōe. nā si inter motus reflexos: non esset quies media: sequeretur ꝙ mot9 cō trarij essent adinuicē continui: nā vnus posset sequi aliū im mediate scilicet motus sursum: et motus deorsum: eiusdē mo bilis: sed verū est ꝙ ista ratio faciliter solueretur: nā diceret ꝙ illi motus non essent continui: sed vnus motus īmediate sequitur aliū sicut contigui. ¶ Scdo. nā proijciatur vna fa ba humectata ad parietē tunc reflectitur a pariete: et paries inuenitur humectatus: vnde videtur illā fabā quieuisse per tempus. ¶ Circa istā questionem sit prima conclusio ꝙ non necessario inter quoscunqꝫ motus reflexos est quies tempo ralis: pro ista conclusione facit ratio adducta in pncipio de faba cui obuiet lapis molaris descendens. ¶ Secundo. nā sit vna musca que ascendat super aliquā lanceam quiescen tem: tunc in quocunqꝫ instanti illa potest incipere quiescere in eodem potest illa lancea incipere descēdere. ponamus er go a. instans in quo illa musca incipit quiescere in eodem in stanti illa lancea incipiat descendere. tunc musca continue ante ascendebat et sine medio post a. descendebat: ergo inter ascendere ipsius musce in isto casu: et inter descendere nō in tercipitur quies media temporalis: sed illi duo motus sunt motus reflexi: ergo inter aliquos tales motus nō est quies media. ¶ Tertio ponatur qꝺ aliqua musca ascendat super aliquā lanceam veloci9 q̄ illa lancea descendat et remitta tur velocitas ascensus illius musce. donec fiat minor quam velocitas descensus illius lancee: tunc in instanti in quo velocitas musce et velocitas lancee sunt equales verum est dicere ꝙ immediate ante hoc musca ascendebat: et verum est dicere ꝙ īmediate post hoc descēdet: quia īmediate post hoc descensus lancee erit velocior: ex quo iteruꝫ sequitur ꝙ inter ascendere et descendere ipsius musce non sit quies media. ¶ Quarto potest argui de motu alterationis: nam ponatur ꝙ aliquis alteretur ab aliquo frigido vsqꝫ ad instans imagi natum: possibile est ꝙ pro illo instanti primo sit illi alterabi le applicatum vnum calefaciens obtinens super resistentiā illius alterabilis: et super illud frigefaciens: et tunc sit illud alterabile sine medio ante hoc frigefiebat: et sine medio post hoc calefiet. ergo iterum inter motus reflexos non est quies media. ¶ Quinto posset argui de augmētatione: vt si aliqd augeretur vsqꝫ ad aliquod instans imaginatū pro quo sibi primo esset applicatū diminuens: obtinens super illud aug mentans et resistentiā diminuibilis: tunc sequitur idē: quod de alterabili. ¶ Secūda conclusio. inter motus reflexos nō est quies instantanea: probatur: nā sicut nihil mouetur in in stanti sic nihil quiescit in instanti: quies eni et motus oppo nuntur priuatiue: et per consequens mensura pro qua nō est aptus natus fieri motus: nec etiā est quies. ¶ Ex istis dua bus questionibus etiā sequitur: ꝙ nec inter motus reflexos super lineam factā ad angulum oportet esse quietem mediā verbi gratia sic: si aliquid moueretur circa triangulum: vel quadrangulum. non oportet illud quiescere: cum esset super illo angulo ad quem esset tractio illarum linearum. Sed ali quis dubitaret hic: ponatur ergo quod aliquod mobile mo ueatur ab a ad b. et cōuerso moueatur ab b. ad a. tunc si non necessario illud mobile quiesceret in termino reflexiōis [illegible] sed solū imaginaria. Si dicat ꝙ fuit in b. p tpa sequit ꝙ quieuit [illegible] inter illos motus reflexos scz ab a ad b. [illegible] erat quies media. ¶ [illegible] in casu [illegible] fuit in b in actu [illegible] fuit in b [illegible] potentia [illegible] illud mobile [illegible] in potentia. ¶ Ter tia [illegible] motus [illegible] est ante reflexionem [illegible] post sunt contrarij [illegible] est sursum [illegible] est deorsum [illegible] do tales sunt contrarij. ¶ [illegible] est impeditus [illegible] de motib9 [illegible] reflexione [illegible] alter post et tc. ¶ Quarta [illegible] quorum vnus est ante reflexionem et alter post non pot [illegible] tui vnus motus [illegible] naturaliter [illegible] alter post nō pōt esse cōtinui [illegible] est cōtiguus [illegible] ex dictis [illegible] prima [illegible] hone. Aliud aūt motus contrarij nō possunt esse continui adin uicem. pbat [illegible] motus contrarij differunt specie [illegible] specie nō possunt esse ad [illegible] in vltima debent esse vnū [illegible] modo [illegible] specie [illegible] ma nō sunt vnū. ¶ Quinta [illegible] super lineā rectā [illegible] esse motus ppetuus. pbat nō posset esse [illegible] motus super lineā [illegible] per reflexionē [illegible] motus nō est continuus [illegible] debet esse ppetuus [illegible] vnus quare tc. ¶ Sexta cōclusio [illegible] solus motus [illegible] circularis [illegible] ppetuus probat [illegible] potest esse ppetuus [illegible] de facto [illegible] motus localis rectus vel circularis vel mixtus ex recto et circulari: nō pōt dici ꝙ mixtus ex recto et circulari ppter hoc ꝙ illud mixtū nō est possibile cuius alte rū mixtibiliū nō est possibile: sed sic est de motu mixto ex re cto et circulari: nā ex quo nō est possibile motū rectū esse ppe tuū p precedentē cōclusionē: sequit motū mixtum ex recto et circulari esse perpetuū nō esse possibile relinquit ergo motū circularē esse ppetuū et hec est pclusio. ¶ Septima cōclusio. impossibile est motus reflexos naturales eiusdē speciei fieri sine quiete media: probat: nā motus naturalis alicuius mo bilis ad aliquē terminū est cū inclinatiōe naturali ipsius ad illū: cū ergo illa inclinatio naturalis nō possit subito deper di: sequit ꝙ oportet mobile quiescere in termino sui mot9 an teq̄ recedat ab eo. ¶ Octaua cōclusio. inter motū naturalē et motū violentū alicuius nō est semp quies media: et p pba tione istius cōclusionis sufficit supponere qꝺ ante dictū est et p hoc soluitur ratio prima in oppositū. ¶ Unde lapidis vel sagitte proiecte sursum oportet esse quietē mediā: nisi p ob uiationē alicui9 obstaculi impediat talis quies. sicut argue bat de obuiatiōe lapidis molaris descēdentis et fabe proie cte sursum. Cū enim non est talis obuiatio est quies media inter ascēsum violentū et descēsum naturalē: probat: nā cum aliqꝺ graue pijcitur violēter sursum: tūc anteq̄ illud graue desinat ascēdere: oportet ꝙ virtus qua mouetur sursum de sinat credere resistētiā medij: et grauitatis proiecti et nō sta tim illud proiectū ecōuerso descēdit. Nā adhuc opꝫ ꝙ illa vir tus īpulsiua tā diu remittat: ꝙ grauitas ipsius proiecti non solū excedit illā virtutē: sed aggregatum ex illa virtute et re sistentia medij. et ad hoc requiritur tempus pro quo nec ascē dit: nec descēdit: sꝫ quiescit: et secundū istas cōclusiones va dunt ratiōes vtrio suis: et etiam autoritates adducte.

Questio.XIII.

Ultimo queritur a quo moueatur proiectum sursum post separationem illius a quo proijcitur. Istam dubitatio nem tangit Aristote. circa finem huius octaui. Circa quam sunt diuerse opinio nes. quarū prīa est ꝙ mouet a proiciēte. et hoc ista opinio vult sic ostēdere: naꝫ ab illo mouet proiectū cū imponitur proiectio. sꝫ sic est ꝙ īponit

proiicienti ista proiectio. ergo. nã si aliquis proiiceret aliquẽ lapidem: ⁊ ille cadat in aliquẽ locũ ⁊ occidat aliqđ animal: tunc si queritur ꝗs proiecit talem lapidem ⁊ occidit tale animal: respondet̃ ꝙ sortes vel plato: qui proiecit. ꝫ ista opinio nõ valet propter hoc: nã statim post exitũ a manu proiicientis ipsum proiiciens põt corrũpi: et tamen adhuc proiectum potest moueri: sed tunc nõ esset dicendũ qđ mouetur a proiiciente propter hoc ꝙ talis nõ est: ergo oportet dicere qđ mouetur ab aliquo alio: cũ omne qđ mouet̃ ab aliquo mouet̃. ⁊ de illo querit̃ nũc quid sit illud qđ mouet hoc. ¶ Ad rationẽ opinionis respondetur ꝙ proiicienti bene imponitur ꝙ fuit occasio talis proiectionis vel occisionis: nõ tamen sibi imponitur ꝙ ꝑ totũ tp̃s proiectionis. fuerit causa immediata talis proiectionis. ¶ Alia est opinio ⁊ ponit ꝙ proiectum post exitum eius a manu proiicientis mouetur ab aere sic: ꝙ proiectum quũ separatur a manu exit velociter a suo loco: ⁊ tũc q̃ natura abhorret vacuũ: aer existens retro ad implendum vacuũ insequitur ipsum proiectum. ⁊ quũ insequit̃ velociter quũ attingit ipsum mouet vltra. Sed breuiter Aristoteles istam opinionẽ improbat: nã ad istam opinionẽ sequitur qđ in motu proiecti oporteret omnia retro moueri vsq; ad celũ quia oportet ꝙ aerem primo insequẽtem alius aer insequeretur: ⁊ illũ iterum alius: ⁊ sic in infinitũ vsq; ad celũ. ꝫ ad istã rationẽ aliqui rñdent ꝙ nõ oportet oĩa retro proiectũ moueri: nã ex quo aer est condensabilis ⁊ rarefactibilis: tũc aer q̃ est retro proiectũ: ⁊ sic insequeret̃ ꝓiectũ: ⁊ replet locũ ĩ quo erat ꝓiectũ ⁊ aer ante condensatur. sed ista rñsio non valet: nam cũ talis rarefactio esset violẽta: nõ sufficeret aer sic rarefactus tanto impetu nec tam longe mouere aliqđ proiectũ graue. Secũdo. nã secundũ istã responsionẽ oporteret aerẽ ante proiectum condensari: ⁊ tũc talis cõdensatio aeris tantum impediret motũ proiecti: quantũ iuuaret rarefactio aeris existentis retro. Tertio nam tunc proiectio deberet fieri eque bene per aerem densum sicut per aerẽ rarũ ꝓpter hoc q̃ non tanta violentia aer densus rarefit: sicut aer rarus cũ nõ ad quemcunq; gradũ raritatis aer inclinatur. ¶ Similiter ista opinio nõ habet locũ: in motu molefabri: similiter in motu troci: videmus enim ꝙ trocus post exitũ eius a manu proiicientis diu mouet̃ circulariter absq; hoc ꝙ aliquis aer ipsum insequat̃. mouet enim super eodẽ puncto spatij. similiter est alia experientia: nã aliquis sedens super plaustrũ feni nõ sentit retro se aerem insequentẽ: bene aũt ante se aerẽ resistentẽ: tunc illud plaustrũ feni mouet̃ trahentibus illud plaustrũ desinẽtibꝰ trahere: ⁊ hoc nõ eẽt si tũc moueret̃ ab aere insequẽte. Similr̃ est alia expiẽtia si aliq̃s ꝓiicit aliquẽ globũ feni vel stupe tunc videmus ꝙ retro alique particule trahunt se versus proiicientẽ: qđ nõ esset si illud proiectũ moueretur ab aere insequente: imo tunc ille particule deberent se trahere ad aliã partẽ: similiter est talis experientia: nã videmus vnã paruam sagittã valde velociter moueri quũ separatur a proiiciente: ⁊ tamẽ sic nõ deberet esse si moueretur ab aere insequente ꝓpter hoc ꝙ aer insequens est paruus ⁊ modicus. ¶ Tertia opinio est ista ꝙ proiiciens mouet proiectum ⁊ etiã aerem circũstantem: ⁊ q̃ iste aer est innatus moueri velociter mouet secũ illud proiectũ: ⁊ sic diceretur ꝙ ꝓiectum post separationẽ a manu proiicientis mouetur ab aere deferente ipsum. ¶ Sed ista opinio nõ valet: q̃ queritur de illo aere: sicut de illo proiecto vnde mouetur quum recessit a proiiciente: aliquis diceret ꝙ a sua leuitate. sed ꝯ: nã leuitas solũ est innata moueri sursuz: proiectio autẽ nõ solũ ẽ sursuz verum etiam ad latus: ergo. Similiter si ita esset sequeretur qđ possemus remotius proiicere plumã q̃ȝ lapidem: sed hoc est falsum. sicut patet: ⁊ cõsequentia tenet ex eo: qđ minꝰ resistit pluma aeri deferẽti q̃ȝ lapis grauis. ¶ Similiter si ꝑdicta opinio esset ꝟa sequeretur ꝙ si ego repellerẽ cõtra te aerem ac si proiicerem ꝙ ille aer deberet facere magnũ impetũ contra te: qđ tamen nõ experimur. ¶ Alia est opinio: quã ꝓ nunc reputo veriorem: ꝙ proiiciens imprimit proiecto quandam virtutem motiuam que est quedã qualitas que innata est mouere: nisi fiat impedimẽtũ aliunde ad eandẽ differentiam positionis: ad quã proiiciens proiicit. Et secũdum istã opinionẽ posset reddi ratio quarundã. experientiarum: prima est: q̃ lapis habet plus de materia. ⁊ est magis densus q̃ȝ pluma: plus recipit de illa virtute motiua: ⁊ diutius eam retinet q̃ȝ pluma: ⁊ sic diutius mouet̃ post separationẽ q̃ȝ pluma: ⁊ etiam fortius percutit: propter hoc ꝙ habet plꝰ de illa virtute motiua sibi impressa: ⁊ q̃ ex natura sua illud proiectũ tendit ad motum oppositũ: tandẽ illa virtus impressa corrũpitur: ⁊ tunc illud mobile desinit moueri tali motu. ¶ Alia experientia quare lancea longa proiecta fortiusꝰ percutit q̃ȝ lancea breuis: iterũ causa est: q̃ plus habet de illa virtute impressa. Et similiter põt reddi ratio quare motus naturalis velocitatur in fine: ad quod est dicẽdum ꝙ mobile qđ mouetur naturaliter: acquirit sibi quandã habitudinẽ ad talem motũ que quidẽ habilitas sibi acquisita: vna cum grauitate eiꝰ mouet ipsuz velociꝰ. ¶ Iuxta istã opinionẽ põt dici ꝙ nõ esset necesse ponere tot intelligentias quot sunt orbes: vnde diceretur ꝙ prima causa creauit orbes celestes: ⁊ cuilibet eorum impressit vnam talem qualitatẽ motiuam: que illum orbem taliter mouet: nec illa virtus ibi corrumpitur propter hoc ꝙ talis orbis non est inclinatus ad motum oppositũ ⁊c.

¶ Finis octaui et vltimi libri Physicorum.

¶ Clarissimi doctoris Alberti de Saxonia questiones super quatuor libros Aristotelis de celo et mundo feliciter incipiunt.

Questio .I.



Queritur primo. Circa primũ tractatũ primi libri de celo. Utrũ cuilibz corpori simplici insit naturaliter tm̃ vnus motus simplex. arguitur primo ad partē negatiuam sic. Nõ cuiuslibet corporis simplicis est motus: igitur nõ tantũ vnus motus: cõsequētia nota est de se & probat assumptũ: primo de celo qd̄ est corpus simplex secundum Aristo. in litera: et tñ eius nõ videt esse motus saltē localis de quo hic intendit cũ semper maneat in eodē loco. ¶ Et si dicitur qꝫ propter hoc bene conceditur celum non moueri secundũ se totũ: adhuc tamē celũ bene mouetur secundũ eius partes. Arguo qꝫ nõ. Nam vtraqꝫ medietas celi ita manet in eodē loco sicut celum: qd̄ patet de medietatibus celi quas equinoctialis diuidit abinuicem. Secundo. vltima sphera est corpus simplex & tamen nõ mouetur localiter eo qd̄ nõ est in loco cũ extra ipsam nõ sit locus nec tempus nec vacuũ sicut ponit Aristo. in litera. Tertio patet hoc de totali terra que ponitur corpus simplex: & tamē semper manet in medio mundi & quiescit: igitur nõ cuiuslibet corporis simplicis est motus. Quarto. idē cõfirmat auctoritate illorũ astrologorũ: qui ponunt vltimũ celũ immobile nõ obstante qꝫ sit corpus simplex. ¶ Secundo. ad principale sic. nullus motus est simplex. ergo questio falsa: cuz hoc supponatur in questione. antecedens patz: quia omnis motus est diuisibilis in partes secundũ diuisionē temporis in quo fit sicut vult Aristo. in sexto physicorũ: ergo nõ est simplex. ¶ Cõfirmatur idem secũdo ois motus vel est naturalis vel violentus: si est naturalis: sic in fine est velocior quam in principio: si violentus: sic in fine est tardior: & sic ois motus siue naturalis siue violentus cõponitur ex velociori & tardiori: quare nõ est simplex. ¶ Tertio ad principale sic. quilibet orbis planete est corpus simplex: & tamen ei naturaliter insunt plures motus simplices: quorũ vnus est ab oriente in occidentē per meridiem secundũ motũ primi mobilis super polos mũdi: alter aũt est ab occidente in orientem etiā per meridiem super polos zodiaci: qui dicitur esse motus proprius illius orbis: & primus motus raptus. ¶ Nec valet si dicatur qd̄ solũ vnus istorũ motuũ est orbi naturalis: alter autem est ei violentus ex eo qd̄ tũc nõ perpetuo orbes planetarũ taliter dictis motibus fuissent moti: cũ nullũ violentũ diu duret per Aristo. in litera: quod tamen est falsum. ¶ Quarto. ad principale sic. ignis in sphera sua mouet circulariter vna cũ celo. & cũ hoc est mobilis naturaliter sursum: igitur eiusdē corporis simplicis sunt plures motus naturales simplices distincti secundum speciē: prima pars antecedentis patz per Arist. primo meteororũ. et secunda pars patz ad experientiā. ¶ Quinto. si terra que ponit esse corpus simplex poneret sursum ipsa nõ prohibita descenderet vno motu simplici vsqꝫ ad spherā aeris: & vno alio motu simplici distincto specie a primo vsqꝫ ad aquā: deinde adhuc alio distincto specie vsqꝫ ad mediũ mũdi: ergo eiusdem corporis simplicis possunt esse plures motus naturales simplices: cõsequentia nota ē de se: & antecedens quantũ ad partē eius dubiā probat per Aristo. in litera qui videt distinguere motus naturales abinuicem specie secundum distinctionē specificā terminorũ ad quos: modo patz qꝫ dicti motus terre sũt ad terminos distinctos specie postquam vnus est ad aerē alter ad aquā. ¶ Sexto. motus sursum & motus deorsum sunt motus naturales simplices: & ambobus illis motibus aer qui ponit corpus simplex põt moueri saltē successiue. nam si aer esset in loco aque: moueret naturaliter sursum ad locũ propriũ: si aũt esset in loco ignis: moueretur naturaliter deorsum ad locũ eundē. ¶ Septimo probat qꝫ idē corpus simul põt moueri diuersis motibus simplicibus secundum speciem. Nã descēdat vna terra donec tangat centrũ terre quo facto nondũ quiescit illa terra: sed adhuc mouebitur si non fuerit prohibita donec eius mediũ fiat mediũ mundi. Ideo per illud tēpus per quod mouebit postquam primo tetigit centrum aliqua pars eius recedet a centro: & alia accedet ad centrũ. Et cum a centro recedere sit ascēdere: ad centrũ accedere sit descēdere: sequit qꝫ terre sic mote simul vna pars ascēdit quãdo alia descendit: & cũ idē sit motus totius & partis per Aristo. in litera sequit qꝫ illa terra simul ascendit & descendit. ¶ Octauo etiā probat qꝫ vnus motus simplex põt inesse pluribus corporibus simplicibus distinctis secundum speciē. hoc primo patet: de motu circulari qui inest celo naturaliter & etiā igni: que ponunt corpora distincta secundum speciē. secundo. nã motũ a medio Aristo. reputat vnũ motũ simplicem: tali tamē motu sunt mobilia plura corpora simplicia distincta secundum speciē. scilicet ignis & aer. ¶ Nono. idē motus simplex secundum speciē: potest inesse pluribus mixtis differentibus secundũ speciē: igitur magis pluribus simplicibus distinctis secundum speciē: antecedēs patz: quia plũbũ & aurũ & multa talia sunt mixta differentia specie: & tñ oibus eis inest naturaliter vnus motus simplex puta deorsum: cõsequētia tenet per hoc quod mixta mouentur ad motũ elementi dominãtis in ipsis: sicut dicit Aristo. in litera. ¶ In dictis autem mixtis diuersa dominãtur elemēta seu corpora simplicia: igitur &c.

Oppositum arguitur per Aristotelem in litera. ¶ In ista questione quatuor erunt articuli. ¶ Primus erit iuxta materiam primi argumenti. scilicet vtrũ omne corpus naturale sit naturaliter mobile motu locali. ¶ Secundus erit iuxta materiā secũdi argumenti. scilicet vtrũ aliquis sit motus simplex & quid debeamus intelligere per motũ simplicē: & quot sint secundum speciē. ¶ Tertius erit responsalis ad questionē propositā & cũ hoc ad illā dubitationem iuxta materiam octaui argumenti principalis. scilicet vtrum idem motus simplex possit inesse naturaliter pluribus corporibus simplicibus distinctis secundum speciē. ¶ Quartus erit de motu mixti postquam dictum est de motu simplici iuxta materiam non argumenti.

In primo articulo: primo ponã descriptiones quorundã terminorũ quibus oportet pluries vti in sequētibus cum vna distinctione eius qꝫ est moueri localiter. Deinde respondebo ad articulum. Termini describendi sunt isti natura. corpus naturale. motus. localis: motus naturalis: motus violentus. ¶ Unde natura sic describitur secundo physicorum. Natura est principium & causa mouendi et quiescendi eius in quo est primum per se & non secundũ accidens: & diuiditur in materiam & formam: & secundum hoc duplex dicitur esse principium motus scilicet passiuuz & actiuũ. passiuum quidem vt materia: actiuum vt forma. ¶ Corpus autē naturale dicit corpus compositum ex materia & forma. ¶ Iuxta qd̄ dubitatur vtrũ celum sit corpus naturale: ad qd̄ dico qꝫ sic si celũ capiat pro aggregato ex orbe & intelligētia: que licet nõ faciat vnũ orbem per inherentiā intelligentie ad orbē: tamen bene facit vnũ cũ ipso per quandā appropriationē & indistantiā & presentiam eius ad orbē: & ad quãlibet eius partem. Si autē celum caperetur pro orbe solo cũ exclusione intelligentie tunc non diceretur ens naturale: sz natura. & vtrum materia vel forma postea dicetur. ¶ Alia descriptio motus localis dicit quo aliqd mutat locuz formaliter secundum se vel secundũ partē vel mutaret si esset in loco. quod addo propter nonã spherã que mouetur motu eiusdē speciei cũ motu locali: licet nõ mutet locũ nec secundum se nec secundum partes suas postquam nec secundum se nec secundum partes est in loco. Sufficit ergo qꝫ motu illo formaliter mutaret locuz si esset in loco ad hoc qd̄ dicatur moueri motu locali vel motu eiusdez speciei cũ ipso. de hoc magis in libro physicorũ. ¶ Alia descriptio. motus naturalis dicitur qui fit a principio actiuo intrinseco vel actiuo extrinseco: dum tamen principium passiuũ intrinsecum illius mobilis ad illũ motum naturalem habeat inclinationem. ¶ Exemplum primi sicut est motus grauis deorsum. Exemplum secundi: sicut calefactio aque. vnde licet aqua calefiat ab extrinseco puta igne: tamen quia materia aque ad illam calefationem habet inclinationem propter formam substantialem ignis que illam calefactionē cõsequitur: inde est quod aqua dicitur naturaliter calefieri. ¶ Alia descriptio: motus violentus dicitur qui est a principio extrinseco ad quem motũ principium passiuuz mobilis non habet inclinationem sicut est motus grauis sursum. istud patet per descriptionem violenti. quam ponit Aristo.

tertio ethicorũ. vbi dicit violentum esse a principio extrinseco nõ conferente vim passo. i. ad quod passum nõ habet inclinationẽ naturalem. ❡ Dubitat̃ hic quare materia aq̃ hȝ inclinationẽ naturalẽ ad calefactionẽ ⁊ nõ ad motũ sursuȝ. ❡ Dico ꝙ ideo: q̃ materia nõ appetit accidẽtia nec inclinatur ad ea nisi ꝓpter formã substantialeȝ ad quã talia accidẽtia disponunt. ⁊ ideo. q̃ calefactio quãtũ est de se materiam disponit ad formã substãtialem nouã in ipsam materiã introducendã. ⁊ hoc nõ facit motus localis saltẽ secundum se, ideo materia aque bene habet inclinationẽ naturaleȝ ad calefactionem: licet non ad motũ localẽ aliũ ab illo ad quẽ inclinat forma substantialis actualiter in ea existens ꝓpter qđ concedimus bene aquã naturaliter calefieri licet non concedamus ipsam naturaliter ascendere. ❡ Cũ istis descriptionibus addo istã suppositionẽ. s. qđ quodlibet corpus naturale habet aliquẽ locũ sibi naturalem ipsius conseruatiuũ: qđ pȝ ex eo q̃ nos videmus idẽ corpus in vno loco diutiꝰ durare. in alio aũt minus diu. ⁊ cũ quodlibet ens appetat se ꝑmanere: sequit̃ ꝙ quodlibet corpus naturale cũ fuerit extra locũ suũ naturalẽ: hȝ inclinationẽ ad illũ: ⁊ cũ fuerit in ipso habet inclinationem ad manendũ in eo ꝓpter diutius conseruari in suo esse. ❡ Tunc sit distinctio qđ aliquid põt moueri localiter multipliciter. vno modo sm̃ se totũ sicut graue deorsum. alio mõ sm̃ partes sicut celũ. ❡ Similiter vno mõ motu recto sicut graue cũ mouetur deorsuȝ ⁊ leue sursuȝ: alio modo motu circulari sicut mouet̃ celũ ⁊ ignis in sphera sua. Alio modo: mere naturaliter. vt graue deorsum. Alio modo mere violenter: vt graue sursum. Alio modo mouetur naturaliter ⁊ volũtarie vt celũ. talis enim motus est orbi naturalis: ⁊ fit volũtarie ab ĩtelligẽtia. Alio modo nec naturaliter nec violẽter: sed preter naturã: quo modo mouetur ignis in sphera sua. Alio modo mixtiȝ ex volũtario et violẽto sicut est motꝰ aialis. Alio mõ mixtiȝ ex recto ⁊ circulari sicut est motus lapidis transuersalis vel motus grauis ad mediũ mundi per arcũ cuius semidiameter mundi est chorda. Istis suppositis pono vnicã cõclusionẽ responsalem ad articulum. s. omne corpus naturale est naturaliter mobile motu locali. probatur omne qđ habet principiũ in se actiuũ mouendi localiter est nãliter mobile localiter: sed oẽ corpus nãle est huiusmodi. ergo ⁊c. Maior patet per diffinitionẽ motus naturalis priuspositã que est cõis omni motui naturali siue sit alterationis siue localis siue cuiuscũq; alius: vna cũ suppositione posita post descriptiones terminorũ dictorum natura corpus naturale ⁊c. sed minor patet ꝑ diffinitionẽ corporis naturalis vna cũ diffinitione nature. ❡ Iuxta cõclusionẽ istã dubitatur. quare dicit̃ corpus naturale. nõne sufficeret dicere corpus: cũ omne corpus sit naturale ⁊ ecõtra. ❡ Hic põt responderi dupliciter. primo concesso qđ omne corpus esset naturale ⁊ omne naturale esset corpus: tamẽ additur ly naturale ꝓpter opinioneȝ platonis q̃ credidit aliqua corpora esse mathematicalia ⁊ nõ naturalia. ❡ Aliter põt dici negãdo qđ omne corpus sit naturale. Nã materia est corpus cõsimiliter forma equi est corpus: cũ quodlibet istorũ sit longuȝ latum ⁊ profundũ. Et tamẽ neutrũ istorũ est ens naturale sȝ natura. Similiter albedo ⁊ dulcedo in lacte sunt corpora cũ vtrũq; illorũ sit longũ latũ ⁊ ꝓfundũ ⁊ tñ neutrũ eorũ est ens naturale. qđ pȝ ꝑ diffinitioneȝ entis seu corporis naturalis prius positã lȝ bene sint entia sm̃ naturã. ❡ Scđo dubitat̃ ꝯ cõclusionẽ in se. q̃ celũ est corpꝰ naturale: cũ sit vnũ de q̃nq; corporibꝰ simplicibꝰ naturalibꝰ. ꝑ Aristo. i litera. ⁊ tñ lȝ moueatur: nõ naturaliter sȝ violẽter moueri videt̃: ex eo qđ mouetur ab intelligentia que nõ videt̃ intrinseca esse celo sȝ extrinseca. scđo. nã bñ possibile est esse aliquod corpus naturale qđ tamẽ nunq̃ mouet̃ localiter. ⁊ ꝑ ꝯñs tale nõ videt̃ esse mobile localiter. Nã si esset mobile localiter ⁊ nunq̃ moueretur potẽtia eius naturalis ad motũ esset frustra. qđ videt̃ esse falsum: cũ deus ⁊ natura nihil agãt frustra. Assumptuȝ patet. nã possibile est aliquã terram in aliquo loco generari ⁊ in eodẽ corrumpi absq; hoc quod vnq̃ moueatur localiter. ❡ Ad ista ad primũ dico qđ vtiq; celum mouetur naturaliter. ⁊ vlterius dico quod mouet̃ a principio intrinseco ꝑ appropriationẽ ⁊ ꝑsentiã. puta ab intelligẽtia licet nõ per inherentiã: ⁊ hoc sufficit ad motũ naturalem. ❡ Ad secũdã bene cõcedo ꝙ est possibile aliqđ esse corpus naturale qđ nunq̃ moueat̃ localiter. Et vlteriꝰ dico ꝙ nõ ẽ incõueniens potentiã aliquã frustrari sm̃ indiuiduum: licet impossibile sit potentiã naturalẽ frustrari tã sm̃ indiuiduũ q̃ sȝ speciem. Unde licet aliqui flores nunq̃ producãt fructũ ⁊ potẽtia ꝓducendi fructũ in illis nõ reducat̃ ad actũ: tñ potentia ꝓducendi fructum in aliis eis silibus in specie ad actum reducitur. Et ita deus ⁊ natura nihil faciunt frustra sm̃ speciem.

Quantum ad secundum articulum premittam prius aliquas ꝓpositiões tanq̃ suppositiones. ⁊ deinde ponã aliquas cõclusiões respõsales ad articulũ. Suppositiões erunt iuxta quid nominis motus simplicis. ❡ Et sit hec prima suppositio. motus localis nõ dicitur simplex ꝑ priuationẽ compositionis ex partibus quantitatiuis. patet quia cum quilibet motus sit de numero cõtinuorum vel successiuorum nullus motus esset simplex etiã non dicitur simplex per priuationẽ compositionis ex partibus. quarũ vna sit velocior vel tardior q̃ alia. Nã tunc motus naturalis terre deorsum secundũ semidiametrũ mundi vel partẽ eius nõ esset simplex: cũ in fine sit velocior q̃ in principio: nec motus dicitur simplex per priuationeȝ compositionis ex partibus quibus vna pars mobilis mouetur velocius ⁊ alia tardius. nam tunc totalis motus celi ipsi celo coextẽsus nõ esset motus simplex. nec propter simplicitatẽ mobilis aut spatii dicitur motus simplex: omnia ista ostendi possunt ex litera philosophi. ❡ Secunda suppositio est ista: motus dicitur simplex ex eo ꝙ fit per lineã breuiorẽ per quã potest fieri ad mediũ mundi vel a medio mundi: scilicet secundũ semidiametrum mundi vel partẽ eius absq; hoc ꝙ aliquid participet de circuitione: vel circa mediũ mundi secundũ lineã circularem vel partem eius absq; hoc ꝙ participet aliquid de descẽsu ad mediũ vel ascensu a medio ita ꝙ simplicitas motus attenditur in ordine ad mediũ mundi. ❡ Ex quo sequitur datis duobus mobilibus equaliter distantibus a medio mundi vtrisq; eque velociter descendẽtibus ad mediũ mũdi vno tamen descendente per semidiametrũ mundi: altero autẽ ꝑ arcum cuius semidiameter mundi esset chorda. primũ moueretur motu simplici. sm̃ autem non. quia secundũ non descẽderet per lineã breuiorẽ per quã potest: sed per lineã curuã aliquid participans de circuitione in eius descensu. ⁊ incidẽtaliter addo ꝙ in eodẽ casu illa duo mobilia licet eque velociter descenderent: non tamen eque velociter mouerentur: hoc patet ex quarta questione sexti physicorum. ❡ Iuxta illam propositionem seu suppositionem dubitatur primo quãtum ad motũ rectũ. nam sequeretur ꝙ aliquod totũ moueretur motu simplici: cuius tamen quelibet medietas moueretur motu composito. Probatur consequentia: nã sit vna terra pura vniformis in grauitate secundũ partes eius que descendat sic ad centrũ mundi ꝙ punctus in medio eius imaginatus describat semidiametrũ mundi. ⁊ in eius descensu illa terra condensetur: in isto casu totalis terra mouetur motu simplici: ⁊ tamẽ quelibet medietas videtur esse mota motu composito ex descensu ⁊ aliquali circuitione postq̃ nulla eius medietas descendit per semidiametrum mũdi. Aliter potest argui ponendo talem casum ꝙ sit aliqua terra pura q̃ in eius descensu rarefiat vsq;: scȝ ad instans mediũ temporis mensurantis descensum: semper puncto medio ipsius terre manente in semidiametro mundi: ⁊ post medium instans tẽporis terra illa econuerso condensetur; in isto casu punctus medius totalis terre describit semidiametrũ mundi. quelibet autẽ medietas describit quasi arcum cuius semidiameter mũdi est chorda. quare quelibet medietas sic mota videtur esse mota motu ꝯposito: totali terra mota motu simplici. ❡ Ad illud respondeo concedendo conclusionem. scȝ quod aliquod corpus totale mouetur motu simplici cuius quelibet meditas mouetur motu cõposito: cũ quo bene stat quod medietates ille simpliciter sumpte mouẽtur motu simplici cũ ille medietates simul sumpte sint illud totum. ❡ Secundo dubitatur iuxta eandem suppositionẽ quantum ad motũ circularẽ: nã si ipsa esset vera sequeretur quod ecentricus solis vel alicuius alterius planete non mouetur motu simplici: quod tamen est falsum: ex eo quod orbis ecentricus est corpus simplex: cuilibet autem tali debetur motus simplex per Aristo. in litera. Probatio consequẽtie. quia ecentricus licet moueatur circa centrum mundi tamen aliquid de ascẽsu ⁊ descensu participare videtur: ex eo ꝙ aliqua eius pars efficitur aliquando centro mundi ꝓpinquior aliquando remotior centro aũt mundi appropinquare est descendere: ⁊ a

centro mundi elongare est ascēdere ergo ⁊c. ¶ Propter istā rationē ⁊ ꝓpter quasdā alias ratiōes Cōmē. negauit ecentricos de qb⁹ videbit̃ pl⁹ postea. Sʒ ad ipsaʒ ꝑ aliquos volētes sustinere ecētricos respōdetur ꝙ ecētrici mouētur motu simplici. ⁊ qñ dicit̃ aliqua pars ecētrici aliqñ efficit̃ cētro propinquior ⁊ aliquando remotior. bene cōcedunt. sʒ negāt qꝺ ꝓpter hoc ecentrici nō moueantur motu simplici: quia dicunt simplicitatē motus circularis nō attendi penes motuʒ circa centrū mundi sed circa centrū ꝓpriū corporis. modo ecentrici nūꝗ̄ efficiunt̃ cētrū ad aliquas suas partes aliquādo ꝓpinquiores cētris ꝓprijs aliquādo remotiores. Sʒ semper manent equaliter distantes ab eis. sed breuiter istud salua gratia sic dicentiū nō videtur mihi valere: qꝛ si simplicitas motus circularis attenderetur respectu cētri ꝓprij corporis moti: tunc mola fabri moueret̃ circulariter motu simplici: quod est falsum: ⁊ credo qꝺ illi met credant hoc esse falsum. consequētia nota est de se ex eo ꝙ semꝑ partes mole fabri in eius motu circulari manerent equaliter distātes a centro ꝓprio illius mole. falsitas cōsequentis patet primo quia motus mole fabri cōponitur ex pulsu ⁊ tractu secundo quia in tali motu vna pars mole ascēdit reliqua descēdente. quare motus eius nō videtur esse simplex. Aliter igitur dicendum est ad illā rationem sustinēdo ecentricos: qꝺ vtiꝗ̄ motus eorū est simplex. cū dicis ꝑ eorū motū alique eoꝝ partes efficiunt̃ aliquando centro propinquiores. aliquando remotiores concedo. Et quādo vlterius dicebatur: ideo aliquando descendunt ⁊ aliquādo ascendunt: negatur cōsequentia propter ꝙ nō oē centro mūdi appropinquare est descendere nec oē a cētro mūdi elongari est ascēdere: sʒ solū qꝺ fit intra orbē lune in sphera actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ. ¶ Adhuc dubitat̃ de motu epicicli circa centrū proprium vtrū sit simplex vel cōpositus. ¶ Ad qꝺ aliqui dicunt ꝙ si nō ponimus ecentricos non est necessariū ponere epiciclos: ⁊ ideo si epicicli non ponuntur nō oportet querere de motu eoꝝ an sit simplex vel cōpositus: de hoc tamē vtrū sint ponēdi epicicli vel nō cū ecentricis videbitur in scđo huius. ¶ Istis ꝓsuppositis sit hec prima conclusio aliquis de facto est motus simplex circularis naturalis. patet de motu celi q̄ ē circa mediū mūdi absꝗ̄ hoc ꝙ aliq̄d participet de ascensu vel descēsu. ¶ Scđa ꝯclusio aliquis potest esse motus simplex rectus naturalis. patet hoc. nā terra pōt moueri versus mediū mundi. ⁊ ignis pōt moueri a medio absꝗ̄ hoc ꝙ illa in eorū motibus aliq̄d participent de circuitione. ¶ Tertia cōclusio ꝙ solum sunt duo motus simplices naturales secundū genus. s. rectus ⁊ circularis. pʒ hoc. qꝛ tot sūt magnitudines simplices penes quas sumitur simplicitas motus. s. linea recta directe tendens ad mediū vel a medio: ⁊ linea circularis circa mediū secunduʒ oēm punctū equaliter distans a medio. ¶ Quarta cōclusio. tres sunt motus simplices naturales secundū speciē subalternam patet hoc. qꝛ rectus subdiuidit̃. s. in motū sursuʒ ⁊ motū deorsum. ¶ Quinta conclusio. plures ꝗ̄ tres sunt motus naturales simplices scđm speciē specialissimā patet hoc: qꝛ plura sunt corpora simplicia ꝗ̄ tria distincta secundum speciem specialissimam ⁊ vnum quodꝗ̄ corpus simplex secundum speciem specialissimam determinat sibi motū naturalē distinctū ꝺm speciē specialissimam vt postea probabitur.

Quantum ad tertium articulū primo premitto aliquas suppositiones. quaꝝ prima est ista ꝙ aliquid potest imaginari moueri motibus pluribus simplicibus dupliciter. vno modo simul alio modo successiue. secunda suppositio aliquid pōt imaginari moueri simul pluribus motibus simplicib⁹ tripliciter. vno modo ꝙ eque prio ⁊ eque velociter moueatur illis motibus simplicib⁹. secūdo modo qꝺ moueatur pluribus motibus simplicibus non eque primo: sed vno ex se: ⁊ alio ad motum alterius coniuncti cū eo. tertio ꝙ moueatur motu mixto ex duobus simplicibus sicut ex motu recto ⁊ circulari. Tunc sit prima conclusio. impossibile est aliq̄d moueri simul plurib⁹ simplicibus motib⁹ eq̄ prio ⁊ eq̄ velociter: pʒ hoc ex eo quia secundū hoc oporteret qꝺ idē simul ⁊ semel esset in diuersis locis postꝗ̄ motus simplices sunt ad diuersa loca ⁊ per istud motus localis differt a motu alterationis: nā istud bene est possibile de motu alterationis quod aliquid simul alteretur diuersis alterationib⁹: vnde bene possibile est ꝙ aliquid simul ita velociter albefiat sicut calefit. ¶ Secunda cōclusio. aliquod simplex potest moueri simul pluribus motibus secundo modo: patet de sphera solis que mouetur motu proprio ⁊ motu circulari diurno quorū vterꝗ̄ est motus simplex: sed non mouetur illis eque primo cū nō vterꝗ̄ eorū sit ei naturalis: sed vnus eorū inest sibi preter naturā. ¶ Tertia conclusio. aliqꝺ simplex potest simul moueri pluribus motibus secundo ⁊ tertio modo. patet hoc si aliqua terra pura descenderet supra aliquā tabulā transuersaliter positam ⁊ illa tabula moueretur in tali descēsu ad aliā partem. puta ad latus tunc illa terra simul moueretur pluribus motibus simplicibus. secundo ⁊ tertio modo sed talis motus non esset ei mere naturalis. ¶ Quarta conclusio. impossibile est idem corpus simplex simul moueri naturaliter pluribus simplicibus motibus. Probatur illa conclusio: ex eo qꝺ corpus simplex nō habet in se nisi vnam formam simplicē que apta nata est illud inclinare ad vnum locum solū: ⁊ per consequens est productiua in ipso solū vnius motus ad illū locum vel in illo loco: cū idē simplex in quantum idem semper aptū natum sit facere idē vel inclinare ad idē. Confirmatur hoc. quia vnius corporis simplicis secundum speciem nō est naturaliter nisi vnius locus secundū speciem igitur etiā nō nisi vnus motus localis specific⁹ ꝺm naturam: consequentia nota est de se: quia motus localis dicit̃ esse talis quia est ad talem locū vel in tali loco: antecedens patet quarto phisicorum. Eodem modo probat̃ impossibile idē corpus simplex naturaliter moueri pluribus motibus simplicibus secundū speciem successiue. ¶ Sed contra hoc dubitatur: nā aqua mouetur naturaliter deorsum: ⁊ cū hoc aliquando mouetur sursum naturaliter insequendo aerem attractum sursum in fistula violenter. ¶ Respondet̃ qꝺ simplex naturaliter moueri pluribus motibus simplicibus secundum speciē distinctis intelligitur dupliciter. vno modo sic: quod quilibet illorum motuum sit sibi proprius ⁊ alter non alio mō qꝺ vn⁹ illorum sit sibi proprius sed cōmunis ei ⁊ cuilibet alteri corpori. ¶ Tunc dico quod primo modo impossibile est alicuius corporis simplicis esse plures motus naturales: sed secūdo modo bene. Unde qꝺ aqua sic naturaliter ascendat insequendo aerem ne fieret vacuū: non solū conuenit aque: sed cuilibet corpori hoc accideret consimili modo situato ad aerem sic motū violenter. ¶ Istā solutioneʒ alij dicunt sub alijs verbis: quod vnius corporis simplicis solū est vnus motus naturalis secundū speciem conueniens ei secundū naturā propriā: nihilominus nihil prohibet alicuius corporis simplicis secundū speciem esse plures motus distinctos secundū speciem: quorū vnus esset ei naturalis secūdū naturā propriam: alter aūt esset ei naturalis scđm naturam seu inclinationē cōmunē sibi ⁊ alijs. ¶ Quinta conclusio. vnus motus simplex secundū speciē nō inest naturaliter nisi vni corpori simplici secundū speciē: patet quia ex quo forme corporis simplicis non inclinat nisi ad vnū motū simpliceʒ: ⁊ forme distincte secundū speciem inclinant ad distinctos motus secundū speciē sequitur qꝺ vnus motus simplex secundum speciē nō inest pluribus corporibus distinctis secundū speciem: aliter enim forme distincte secundum speciē inclinarent ad idē: quod est falsum. ¶ Ex his sequitur: quod mot⁹ circularis quo mouetur ignis in sphera sua nō est naturalis igni: nam igni inest naturaliter motus sursum qui distinguitur specie a motu circulari: si igitur cū hoc idem motus circularis esset naturalis: eidē corpori simplici secundū speciē inessent naturaliter plures motus simplices secundum speciem. Similiter mot⁹ circularis inest naturaliter celo quod modo suppono: si igitur etiam inesset igni naturaliter: idem motus simplex secundū speciem inesset naturaliter plurib⁹ corporibus simplicibus distinctis secundū speciem quod est contra vnā conclusionē. ¶ Dico secundo: quod motus circularis non inest igni violenter: patet hoc: quia tunc illi motui circulari esset motus sursum qui est naturalis igni contrarius: ⁊ cū eidem motui igni sursum sit motus ignis deorsum contrarius: vni secundū speciem plura secūdū speciē essent contraria quod est contra Aristo. in litera. ¶ Tertio dico: quod talis motus dicitur inesse igni preter naturam: cuiꝰ sit ei impertinens: nec sequitur ad naturā ignis nec repugnat eidem. tale autē est alicui impertinens ⁊ preter naturam.
¶ Quarto pro nunc probabiliter dico: qꝺ nō omnis motus sursum ab omni motu deorsum differt specie: patet: quia aer existens in loco terre vel aque naturaliter mouetur sursum ad locum propriū: existens aūt in loco ignis naturaliter mo

netur deorsum ad locū eundē: modo si isti duo motus differant specie tunc eiusdē corporis simplicis essent plures motus nāles. ꝯsequēter diceref ad hoc qꝺ motus sursuȝ ⁊ mot⁹ deorsuȝ distinguantur specie oportet qꝺ sint ad terminos distinctos specie quales sunt motus deorsuȝ terre ⁊ motus sursum ignis. ¶ Quinto dico: ad quod motus deorsum ab alio motu deorsum differat specie non sufficit qꝺ illi motus sint ad diuersos terminos in specie. Nā tunc terra in descendendo de loco ignis ad locum propriū moueretur diuersis motibus in specie: quia in tali motu ipsa venit ad diuersos terminos in specie: puta ad locū aeris: ad locū aque: ⁊ ad locū terre: que sunt loca differentia specie: sed consequens est falsuȝ nam tunc eideȝ corpori simplici inessent naturaliter plures motus distincti secundū speciē. Sed ad hoc qꝺ motus deorsum ab alio motu deorsum differat specie oportet ꝙ termini ad quos vltimate tendunt differant specie: ⁊ propter hoc: qꝛ terra in descendendo nō tendit vltimate nisi ad vnū terminuȝ secundū speciē: ideo est quod totalis ille descensus est vnus in specie: sed quia terra ⁊ aqua simul descendentibus de loco ignis ipsa terra per suū motum tendit vltimate in terminum distinctū specie a termino ad quē vltimate tēdit aqua per suum motuȝ: inde est quod illi descensus differunt abinuicem specie. consimili modo dicatur de motu sursum sicut iam dictū est de motu deorsum. ¶ Ultimo dico: quod si ponimus orbes celestes distingui abinuicē specie nō omnis motus circularis cū omni motu circulari est eiusdē speciei: naȝ aliter idē motus simplex cōpeteret naturaliter pluribus corporibus simplicibus secūdū speciē. ⁊ ideo secundū hoc oportet ponere quod loca naturalia ipsorū orbiū distinguanf secundū speciem: ⁊ secundū hoc motus circularis orbis ipsius solis est alteri⁹ speciei a motu circulari orbis lune: lȝ vterqȝ eorū sit circa centrū mundi tamen vnus est in vno loco secūdum speciem: ⁊ alter in alio: ⁊ secundū hoc licet solū sint duo motus simplices secundū genus solū tres secundū speciem subalternam: tamē sunt valde plures secundū speciē specialissimā secundum ꝙ plura sunt corpora simplicia distincta secundum specialissimā mobilia ad diuersa loca in specie vel in diuersis locis in specie.

Quantum ad quartum articulum restat

videre de motu mixti. vtrū ipsum moueatur ad motū elemēti predominantis in ipso. ⁊ quia in ista dubitatione presupponitur quod vnū elementū predominetur. primo dicā quomodo hoc intelligitur ⁊ deinde respondebo ad articulū. vnde ex libro de generatione suppono qꝺ forme substantiales elementorū non remanent in mixto. Ex quo statim cōcludo quod in mixto non est dominiū alicuius elementi secunduȝ formā substantialem: nec per consequens secundū naturam eius proprie dictā: quia natura non dicif ꝓprie nisi de materia ⁊ forma substantiali. vt patet secundo physicoruȝ. modo de materia nihil est ad propositū: quia in proposito intendimus de dominio elementi in mouendo actiue: materia autē nullius est actiuitatis. ¶ Secundo concludo ex eodē quod si dicimus aliquod elementū dominari in mixto illud dominium debet attendi secundū qualitates derelictas ex elemētis: vel similes qualitatibus naturalibus elementorum. de talibus qualitatibus est distinguendū. nā quedā sunt qualitates elementoruȝ que dicuntur qualitates alteratiue sicut sunt caliditas humiditas ⁊c. de dominio autem elementi in mixto secundū tales qualitates non intendimus in proposito: quia clarū est quod secundū dominium talis qualitatis non mouetur mixtū ex eo quod in ferro ignito dominaf caliditas ignis vel consimilis ei: ⁊ tamē non propter hoc ferrum ignitum ascendit. Alie autem sunt qualitates naturales elementorum localiter motiue: sicut sunt grauitas ⁊ leuitas. De dominio autem elementi in mixto secundū aliquam illaruȝ qualitatū intendimus in proposito. ¶ Hoc viso respondeo ad articulum. ⁊ suppono primo quod qualitas motiua alicuius grauis vel leuis naturaliter siti: non trahit sursuȝ nec deorsum: patet hoc ex eo qꝺ si esset aliquis in fundo maris ⁊ haberet centū dolia aque supra se vel mille non propter hoc sentiret pondus: ⁊ tamen sentire deberet si oppositum suppositionis esset verū. ¶ Secundo etiā suppono graue vel leue tunc esse naturaliter locatum quando est sub leuiori ipso: et super grauius ipso. vnde si in sphera ignis esset vas plenuȝ aqua adhuc lignū natans super ipsam esset locatū naturaliter. ¶ Similiter si aer esset in vna fouea bene ꝓfunda in terra dum tamē nō esset super ipsuȝ aliquod grauius ipso esset naturaliter situs: vnde naturalis ordo grauium ⁊ leuium est grauiora esse sub leuioribus ⁊ leuiora esse super grauiora.

¶ Tertio suppono: quod qualitas motiua grauis vel leuis tunc trahit sursum vel deorsum quando est innaturaliter situm: ⁊ quando graue est super leuiori eo: vel leue sub grauiori ipso. ¶ Deinde suppono ignem esse inter omnia grauia ⁊ leuia leuissimū: ⁊ aerem esse minus leuem: ⁊ deinde aquā esse magis grauem: ⁊ deinde terram grauissimam. ¶ Tūc sit prima conclusio. impossibile est quod in aliquo mixto sit equaliter de grauitate ⁊ leuitate: probatur nam quādo esset equalitas in grauitate ⁊ leuitate: que dicuntur qualitates motiue: oportet quod esset inequalitas in caliditate ⁊ frigiditate que dicuntur qualitates actiue vel alteratiue: ⁊ tunc ꝑ actionem caliditatis ⁊ frigiditatis adinuiceȝ statim fieret grauius vel leuius. Assumptū probatur. Nam videmus quod cū magna caliditate stat magna grauitas sicut in ferro ignito. Jō si esset in aliquo tantū de leuitate sicut de grauitate oporteret in illo esse maiorē caliditatem ꝙ̄ in ferro ignito: ⁊ sufficeret in eodem esse modicū vel nihil de frigiditate: ⁊ si sic statiȝ per actionem caliditatis illud fieret leuius ⁊ sic nō maneret per tempus equaliter graue ⁊ leue. quod intendendo ꝑ conclusionem. Secundo si esset aliquod tale illi nō posset assignari locus naturalis: qꝛ si aliquis locus naturalis posset illi corpori assignari ille maxime videretur esse inter duo elementa grauia ⁊ leuia: sed probo quod nō: nam sit vnum tale corpus ꝑ aduersariū mixtū equaliter ex grauitate ⁊ leuitate figure quadrate: ⁊ vna medietas eius sit grauis ⁊ alia leuis: ⁊ sint distincte ille medietates abinuicē ꝑ lineā rectam: que ex vna parte derelinquat totam grauitatē illius corporis ⁊ ex alia parte totā leuitatē: tunc si tale corpus naturaliter locaretur īter duo elemēta graue. s. ⁊ leue oporteret ꝙ medietas eius tota grauis esset in loco elementi grauis: vt in aqua: verbi gratia: ⁊ medietas eius tota leuis esset in loco elementi leuis: vt in loco aeris. sed ꝓbo ꝙ hoc est impossibile ex eo qꝺ linea diuidens supficiē conuexā aque a superficie concaua aeris est circularis eo qꝺ elemēta sunt rotūde figure vt postea probabitur: modo si dictū corpus dicto modo esset naturaliter locatum oporteret quod linea recta distinguēs eius medietatem grauē a meditate leui omnino illā lineā circularē diuidentē elementa ꝓxima abinuicē puta aerē ⁊ aquā cooperiret: quod est impossibile. ⁊ qualitercunqȝ esset aliquid de grauitate esset in loco leuis vel aliquid de leuitate esset in loco grauis. ⁊ sic illud corpus nō esset naturaliter situm. ¶ Secunda cōclusio. mixtū non mouetur secundū naturā elementi predominantis in ipso intelligendo ꝑ naturā qualitatem motiuā: sicut dictū est: probatur: nā sit vnū mixtū in spera aeris in quo sint duo gradus de grauitate terre: ⁊ duo de grauitate aque: ⁊ duo de leuitate aeris: ⁊ tres de leuitate ignis. Clarū est qꝺ in hoc mixto dominaf leuitas: quia gradus simul cōiuncti sunt quinqȝ ⁊ gradus grauitatis non sunt nisi quatuor. ⁊ tamen non propter hoc dictum mixtū mouef sursum: licet leuitatis sit moueri sursuȝ: patet hoc ex eo quod in casu dicto solum tres gradus leuitatis: ignis trahunt sursū per tertiam suppositionem: postꝙ̄ ipsi sunt non naturaliter siti: sed duo gradus leuitatis aeris: nec trahunt sursum nec deorsum ꝑ primā suppositionē: modo tres gradus leuitatis ignis nō psūt super quatuor grad⁹ grauitatis duos. s. aque ⁊ duos terre. ¶ Iuxta istā conclusionē cū adiutorio suppositionis prime infero duo correlaria pro melius intelligendo conclusionem sequentē. Et sit primū istud: possibile est motuȝ naturalē mixti in fine esse tardiorē ꝙ̄ in principio. patet hoc: si esset vnū mixtū in quo essent tres gradus grauitatis terre ⁊ tres gradus grauitatis aque ⁊ duo leuitatis aeris ⁊ duo leuitatis ignis: ⁊ sit illud mixtū in spera ignis: in descēsu talis mixti potentia motiua est sicut octo. quia tam aer ꝙ̄ aqua ꝙ̄ terra trahit deorsum ꝑ suppositionē tertiā: ⁊ resistētia est sicut vnū: nam pono ꝙ medium extrinsecū resistat sicut vnum. tunc illud mouebitur vsqȝ ad conuexū aeris exclusiue a proportione octo ad quinqȝ. Sed diceres nonne cum illa resistentia extrinseca resistunt etiam duo gradus leuitatis ignis: dico quod non: ꝙ̄diu illud mixtum est in sphera ignis: nam in prima suppositione dictum est ꝙ grauitas vel leuitas in loco naturali eius cuius est nec trahit sursum nec trahit deorsum: deinde aut est quando dictum mixtum per-

uenit

uenit ad aerē tunc resistentia efficitur maior: nam tunc illi duo gradus leuitatis ignis resistunt: cū nō sint naturaliter siti: ⁊ potētia motiua efficitur minor: quia amplius duo gradus leuitatis aeris non trahunt deorsum sed solū tres grauitatis terre ⁊ tres grauitatis aque. ⁊ p cōsequēs illud mixtū tardius moueť in aere q̄ᷓ moueba in igne ⁊ propter consimilē rationē tardius mouebitur in aqua q̄ᷓ moueať in aere. Sic igiť patet quomodo dictum mixtū motū naturaliter moueť in fine tardius q̄ᷓ in principio. ¶ Secundo infero qđ est possibile aliquod graue velocius descendere in pleno q̄ᷓ in vacuo. nā si sit vnum mixtū ex quatuor gradibus grauitatis terre ⁊ quatuor aque ⁊ quatuor gradibus leuitatis aeris ⁊ tribus leuitatis ignis: ⁊ sit in sphera ignis plena que resistat extrinsece vt vnū: infra aūt spherā ignis sit vacuū vsq̄ʒ ad centrū mūdi: isto casu posito illud mixtū descēdet in sphera ignis resistente sicut vnū a proportione duodecim ad vnū quia tā aer q̄ᷓ aqua q̄ᷓ terra trahit deorsum p tertiā suppositionē cū sint innaturaliter sita per eandē cū adiutorio quarte. ⁊ solū mediū extrinsecum resistit vt vnū: leuitas eñ ignis non resistit in sphera sua. Deinde quādo illud mixtū pertingit ad vacuū vbi deberet esse aer amplius quatuor gradus qualitatis motiue aeris nō trahunt deorsum: sed solum quatuor aque ⁊ quatuor terre: ⁊ tunc tres gradus qualitatis motiue ignis resistunt: ⁊ per consequens tale mixtum in vacuo descenderet a pportione octo ad tria quod prius descendebat in pleno a proportione duodecim ad vnum: modo pportio duodecim ad vnū est maior q̄ᷓ pportio octo ad tria: ⁊ cuʒ proportio velocitatum in motibus sequatur pportionē proportionū potentiarū mouentiū ad suas resistentias: quēadmodū cōmuniter conceditur: sequitur dictū mixtū velocius moueri in pleno q̄ᷓ in vacuo. ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio. mixtū mouetur secundū qualitatem vel qualitates elementi vel elementorū habentem vel habentes dominiū in trahēdo sursum vel deorsum. ⁊ hoc intendit Aristoteles qñ dicit mixtum moueri secundū naturā elementi predominātis in ipso. Ista conclusio patet ex eo qđ si est vnū mixtum habens de qualitate motiua ignis duos gradus: de qualitate motiua aeris tres: de qualitate motiua aque quatuor. de qualitate motiua terre quinq̄ʒ: ⁊ sit in sphera ignis: iuxta ea que dicta sunt nō solum grauitas terre trahit deorsum cū grauitate aque: sed vna cū eis trahit etiā grauitas aeris ⁊ sic nō mouetur secundū qualitatē motiuā vnius elementi: sed plurium deorsuʒ trahentiū: sed cū peruenit ad locū aeris nō amplius qualitas motiua aeris trahit: sed solū qualitas motiua aq̄ ⁊ terre. Cū aūt peruenit ad aquā nō vlterius descendit ppter hoc q tot sunt ibi tunc gradus trahentes sursum quot deorsum. ⁊ propter hoc est q oleū descendit in aere sed non descēdit in aqua: quia quando est in aere qualitas motiua aeris que est in ipso non trahit ad vnā partē nec ad aliā sed grauitas aque ⁊ terre in ipso trahunt deorsum. quādo aūt pueniť ad aquā: gradus grauitatis aque nō amplius trahūt iuxta prius dicta sed solum grauitas ipsius terre. sed nunc resistit qualitas motiua aeris que prius non resistebat que nō permittit qđ grauitas terre trahat oleū vlterius deorsum ⁊ propter consimilē causam lignū descendit in aere sed nō descendit in aqua.

Tunc ad rationes principales. Ad primā nō cuiuslibet ⁊c. negatur antecedens. ad probationē celum est corpus simplex ⁊ tamē non mouetur dico quod imo: licet secundū se totū cathegoreumatice acceptū maneat in eodeʒ situ: nō tamē oēs eius partes secundū quācunq̄ʒ diuisioneʒ imaginariam accepte. vnde licet medietas celi ex vna parte equinoctialis maneat in eodē situ: tamen si celū imaginetur diuidi taliter qualiter diuidunt ipsum coluri: ⁊ circulus meridianus nō est aliqua pars celi secundū illā diuisionē quin mutet sitū: saltē celi inferius existentis in loco: quod notāter addo ppter vltimā spherā que nō est in loco ipsaʒ circundāte. ¶ Ad secundā confirmationē dico q vltima sphera mouetur motu locali vel motu eiusdē speciei cū motu locali. et tale non oportet esse secundū locū. sed sufficit q esset secūdū ipsam mutatio secundū locū si mobile tali motu motuʒ esset in loco ipsum circūdante. Ad tertiā confirmationē que erat de terra que semp quiescit in medio mundi. dico qđ hoc non impedit quin ei debeatur motus simplex quo moueret si eēt extra locū sibi naturalem. ⁊ hoc sufficit. Ad quartam confirmationē nego opinionem illorū qui ponunt aliquod celum immobile ⁊ hoc iuxta dicta philosophi. ¶ Ad secundū principale quid sit dicendū claruʒ est ex secundo articulo. ¶ Ad tertiū pricipale dico quod licet orbis planete moueatur pluribus motibus: non tamen quilibet illorum inest ei naturaliter: sed vnus solum. ⁊ quando dicebatur: alter ergo inerit ei violenter: nego: sed bene inest ei preter naturā: vnde dictum erat in tertio articulo quod non omnis motus est naturalis vel violentus: sed bene aliquis inest mobili preter suā naturaʒ sicut motus circularis igni in sua sphera. ¶ Per hoc idē patet ad quartū principale de motu ignis naturali sursum ⁊ motu circulari ignis in sphera sua: nō enim vterq̄ʒ eoʒ est ei naturalis. vnde dico quod motus circularis ignis in sphera sua nō est ei naturalis: nec propter hoc oportet quod insit ei violenter: sed bene preter suā naturā. nec est incōueniens tale esse perpetuum ⁊ diu durare: cum hoc non repugnet nature alicuius. vnde quia motui circulari nullus alter mot⁹ est contrariuʒ: sicut Aristo. dicit in litera: etiā motus circularis nulli inest violenter. ¶ Ad quintū principale patet ex tertio articulo. ¶ Ad sextū patet ex quarto correlario eiusdem tertij articuli. ¶ Ad septimū concedo quod in dicto casu vna pars ascendit quando alia descēdit: nec hoc est inconueniens. ⁊ quando dicitur ergo eadē terra simul ascendit ⁊ descendit: nego consequentiam ⁊ quando dicebatur idē est motus totius ⁊ partis hoc intelligitur sic: si est aliquod ens homogeneū: sicut est aqua: tunc motus qui est naturalis toti secundū speciē etiā est naturalis parti. ¶ Ad octauā. nego quod idē motus secundū speciē specialissimā insit pluribus corporibus simplicibus distinctis secundum speciem. ⁊ quando dicitur motus circularis inest naturaliter celo: concedo: ⁊ etiam inest naturaliter igni in sphera sua: hoc nego: sed bene inest ei preter suā naturam: nec propter hoc inest ei violenter sicut dictū est prius. ¶ Ad confirmationē patet ex quinto correlario tertij ar. ¶ Ad nonū principale cōcedo antecedens: sed nego consequentiam: ⁊ quando dicebať: in mixtis diuersis secundū speciē dominantur diuersa elementa secundum speciē: bene concedo: ⁊ hoc secundū qualitates elementoruʒ alteratiuas. cū quo bene stat q in diuersis mixtis secundū speciem possit dominari idem elemētū sm qualitates motiuas de quibus est sermo presens: sicut dictū est pri⁹. ⁊ hoc de questione.

Questio .II.



Secundo queritur vtrū in mūdo sint quinq̄ʒ corpora simplicia specie distincta. s. quatuor elemēta ⁊ celū seu quinta essentia. Et arguitur primo quod non sic: celum non est alterius nature a quatuor elementis. ergo non sunt quinq̄ʒ corpora simplicia ⁊c. consequētia nota est de se: antecedens probatur. ⁊ primo quod non sit alterius nature ab eis in substantia: nam secundum astrologos alique partes celi sicut aliqua signa zodiaci dicūtur esse ignea: aliqua aerea: aliqua aquatica: aliqua terrea. ¶ Confirmatur hoc etiam autoritate pythagoricorū qui ponunt celuʒ esse de natura ignis. ¶ Secundo probatur quod nec celum est alteri⁹ nature ab elementis quātū ad qualitates motiuas sicut sūt grauitas ⁊ leuitas. primo: quia celū est corpus leuissimū: ex quo oībus alijs supereminet. Tale aūt diciť leuissimum per Aristo. in litera. secūdo: quia nisi vnus orbis celestis esset leuior alio non videretur ratio quare vnus orbis esset sup aliū ⁊ alius infra aliū. ¶ Tertio nam sicut sub grauissimo puta sub terra nihil est positū ita sup leuissimum sicut est ignis nihil videtur esse ponendum: ⁊ quia sup ignē est celum. Ideo ignis nō videtur esse leuissimus: ⁊ p consequens aliquid videtur esse leuius ipso: quod nō videtur esse aliud q̄ᷓ celum. ¶ Quarto si ad imaginationē aliqua pars celi esset in aere ascenderet: ⁊ p consequens esset leuis: ergo videť quod partes celi sint eiusdem nature cū elemētis leuibus. antecedēs probatur: quia si illa pars celi non ascenderet tunc maneret quiescens: vel igitur naturaliter: ⁊ hoc non: quia nō esset in loco sibi naturali nec violēter: quia si eēt ibi violēter cū nullum esset prohibens vtiq̄ʒ videretur ascēdere. ¶ [illegible] nete qui sunt partes celi aliquando ascēdunt [illegible] scendunt quod nō videtur esse nisi essent naturaliter leuio

antecedens probatur ex eo q̄ per eorū motū in suis ecētricis ⁊ epiciclis aliquando efficiuntur centro mundi propinquiores aliquando remotiores: sed hoc nō videtur esse aliud q̄ʒ aliquando ascendere ⁊ aliquando descendere. ¶ Deinde tertio probatur q̄ celū nō sit alterius nature ab elementis quātū ad qualitates primas seu alteratiuas que sunt caliditas frigiditas ⁊c. Nā secundū astrologos alique partes celi sunt calide alique frigide aliq̄ humide. sicut patet de signis zodiaci que sunt aries taurus ⁊c. patet hoc de planetis similiter quorū aliqui dicuntur excellenter calidi: aliqui excellēter frigidi: aliqui excellenter humidi: aliqui excellenter sicci aliqui vero medio modo se habentes. ¶ Deinde quarto probatur q̄ celū sit eiusdē nature cū elemētis quātū ad qualitates consequentes qualitates primas: sicut sunt raritas densitas color ⁊c. patet hoc primo: quia aliqua pars celi dicitur esse rarior ⁊ aliqua densior: vnde secūdo huius dicit Aristo. q̄ stella est densior pars sui orbis: patet hoc ex alio: q̄ stelle apparent diuersorū colorū: mars enim apparet rubeus: saturnus autē plumbei coloris: modo secundum Aristotelem raritas ⁊ densitas ⁊ color sunt qualitates consequentes qualitates primas.

Oppositū vult Aristoteles in litera. Ista questio faciliter soluitur suppositis his que dicta sunt in precedenti questione.

Sit ergo prima conclusio. quod preter celum sunt duo corpora simplicia secundum genus. s. graue et leue occupantia totum mundū inferiorem vna cum mixtis. Probatur: nam tot sunt motus naturales simplices secūdū genus corporū elementariū. s. sursum ⁊ deorsum: cuilibet autem eorū correspondet vnicum corpus simplex secundū genus tota ratio patet ex his que dicta sunt in precedenti questiōe. ¶ Secunda cōclusio. preter celum quatuor sunt corpora simplicia scd̄m speciē specialissimā distincta. s. aqua terra aer et ignis vna cū mixtis totalem mundum inferiorē occupātia. de terra q̄ sit ⁊ similiter de aqua patet ad sensū. de aere autē q̄ sit ꝓbatur: quia nisi esset aer nō possem videre faciem tuā mihi obiectā: nā non esset mediū inter me ⁊ te per q̄ possent multiplicari species faciei tue ad oculū meū. ¶ De igne autem quod sit superius in concauo orbis lune: ex hoc patet q̄ semper ignis hic inferius existens ascendit sursum: si nō fuerit prohibitus: quod non esset nisi superius esset ignis naturaliter situatus. confirmatur per hoc q̄ in suprema regione aeris est valde magna caliditas in tantum quod ibi inflammantur exalationes grosse ⁊ magne ex quibus generant̄ comete sicut p̄z ex p̄mo meteo. scd̄o ꝓbari pōt numerus corporū simpliciū in istis inferioribus ex cōbinatiōibus vtilibus quatuor qualitatū primariū: sʒ q̄r illa ratio nō est propria presenti proposito sed magis ptinet ad secundū librū de generatiōe propter hoc. quia in proposito intendimus inuestigare numerū corporū simpliciū ex numero ⁊ distinctione motuū localium simpliciū: ꝓpter quod arguatur: tertio ad dictā conclusionē sic. solum sunt quatuor motus simplices naturales corporū elementariū distincti secundū speciē specialissimā. s. vnus simpliciter deorsum: sicut motus simpliciter grauis: secūdus est motus deorsum sed nō simpliciter sicut est motus grauis secundū quid qualis est motus simpliciter aque: tertius est motus simpliciter sursū sicut est motus simpliciter leuis: quartus est motus sursū non simpliciter sicut est motus leuis secundū q̄d cuius modi est motus aeris: sicut potest patere ex precedenti questione ⁊ cum cuilibet motui simplici naturali debeat correspondere vnū corpus simplex: cui ille insit naturaliter ⁊ nulli alteri distincto ab ipso scd̄m speciē: sicut patet ex eadem questione: ideo p̄cise erunt quatuor corpora simplicia elemētaria distincta specie specialissima sicut sunt precise quatuor motus simplices recti distincti secundū speciē specialissimā appropriati corporibus simplicibus istum mūdū inferiorē occupantibus dicto modo. ¶ Tertia cōclusio. preter predicta corpora simplicia ponēdū est vnum aliud corpus simplex. s. celū seu quinta essentia: probatur quia ex precedente questione preter motus simplices rectos sursum ⁊ deorsū est vnus alter motus simplex. s. circularis. ¶ Et cum omni motui simplici secundum speciem correspondeat solū vnum corpus simplex secundū speciem sicut sepe ante dictum est. Ideo cum motibus rectis simplicibus correspondeant quatuor elementa simplicia oportuit vt motui circulari correspondeat vnū corpus simplex distinctum ab aliis cui ille motus circularis insit naturaliter ⁊ illud corpus vocamus celū seu quintam essentiam. ¶ Quarta conclusio illud quintum corpus simplex nec est graue nec leue: probatur: naʒ si sic ipsum esset naturaliter mobile motu recto ⁊ sic vni corpori simplici inessent naturaliter plures motus simplices. s. rectus ⁊ circularis. quod est contra dicta in precedenti questione: cōsequētia tenet per hoc quod celo inest naturaliter motus circularis. ¶ Quinta conclusio. illud quintum corpus simplex nobilius est aliis quatuor corporibus simplicibus: probatur hoc quia naturaliter inest ei motus nobilior. s. motus circularis qui est nobilior motu recto. ex eo q̄ ipse est secundum lineam nobiliorem. s. circularem que est nobilior ⁊ perfectior linea recta: ex eo quod linee circulari non potest fieri additio: ⁊ hoc arguit perfectionem: linee autem recte potest fieri additio. igitur ⁊c.

Ad rationes: ad primam rationem quādo dicebatur celum est eiusdem nature in substantia cū elementis: nego ⁊ quando dicebat̄ alique partes celi sunt ignee ⁊c. dico quod hoc verum est virtualiter: sed non formaliter: vnde si formaliter esset igneum tūc haberet contrariū ⁊ sic esset alterabile: ⁊ per consequens generabile ⁊ corruptibile quod est falsum. vnde quod alique partes celi sunt ignee ⁊ alique virtualiter: hoc est ad istū sensum quod tales efficiūt in istis inferioribus qualitates similes qualitatibus ignis. Alique autem qualitates similes qualitatibus aque. ⁊ sic de aliis. ¶ Deinde ad autoritatem pythagoricorū dico quod pythagorici erant talis opiniōis: sed alterius opinionis erat Aristo. ⁊ sui sequaces. ¶ Ad secundam nego q̄ celum sit eiusdē nature cū elementis quātū ad qualitates motiuas: Et quādo dicebatur q̄ celum est corpus leuissimū nego. ⁊ quando dicebatur leuissimū est quod oībus supereminet aliis ⁊ superfert̄ istobū ꝯcedo: si aliis superfert̄ motu recto: sic nō est de celo: nā est solū mobile motu circulari sicut p̄z ex p̄cedentibus. Uel sic: leuissimū ē q̄ oībus aliis supeminet verū ē si oībus aliis supereminneret infra spheram lune existens. s. intra spheram actiuorū ⁊ passiuorum. ¶ Ad confirmationē dico quod vnus orbis non propter hoc est super alium quia sit leuior: sʒ ideo quia nobilior. ¶ Ad aliam confirmationem dico quod non oportet q̄ si sub grauissimo nihil est: q̄ ergo sup leuissimū nihil sit: quia licet nihil posset poni sub centro: tamen bene aliquid potest poni super circunferentiam. ¶ Ad aliā quando dicebatur de massa celi existente in aere aliqui dicunt q̄ hoc est impossibile: ⁊ quia ad impossibile sequit̄ quodlibet: ad hoc sequit̄ dictā massam ascendere ⁊ dictam massam nō ascendere. ¶ Aliter pōt dici q̄ talis massa celi non ascenderet propter hoc q̄ non haberet in se principiū motus sursum vel deorsum. Et quando Aristoteles dicit q̄ corpus naturale si sit extra locū suum mouetur naturaliter ad illū: hoc debet intelligi de corporibus naturalibus mobilibus motu recto: ⁊ non de celo: etiam nec celū nec aliqua pars eius potest poni extra locum suum naturaliter: licet bene supnaturaliter. Et quando dicebatur si talis massa quiesceret vel naturaliter vel violenter: dico q̄ nullo istorū modorum: sed bene quiescit preter naturam. vnde imaginandum est quod sicut motus circularis non inest alicui corpori violenter cū ei nō sit alter motus contrarius sed quibuscunq̄ inest ⁊ non naturaliter eis inest preter naturam. Ita dico quod corporibus naturaliter mobilibus motu circulari non inest aliqua quies violenta: sed si inest eis aliqua inest preter naturam. ¶ Ad aliam confirmationem dico quod partes celi nō ascendunt neq̄ descendunt: licet alique efficiantur aliquando centro propinquiores aliquando remotiores: quia sicut dictum est prius in alia questione: non omne centro mundi propinquare est descendere: nec omne a centro elongari est ascendere sed solum quod sit intra cōcauum orbis lune in sphera actiuorum ⁊ passiuorum. ¶ Ad tertiam rationem principalē soluitur per hoc quod alique partes celi bene sūt calide vel frigide virtualiter sed non formaliter. ¶ Ad quartam dico q̄ in celo licet reperiantur alique qualitates similes qualitatibus secundis sicut sunt raritas densitas ⁊c. ille tamen non sūt eiusdem rationis cum qualitatibus secūdis repertis in istis inferioribus quia tales reperte in celo non generantur ex actionibus ⁊ passionibus qualitatum primarum adinuicem sicut

cem sicut reperte in istis inferioribus queadmodũ dicit Cõmentator in suo tractatu de substantia orbis.

Questio.III.



Tertio queritur vtrum preter quatuor elementa ⁊ celum sit ponendum sextũ corpus simplex. Et arguitur primo quod sic. nam sicut ponitur vnum corpus simplex mobile motu simpliciter sursum ⁊ vnũ aliud mobile motu opposito scilicet simpliciter deorsum: ita videtur esse ponẽdum vnum corpus mobile motu circulari: ⁊ hoc est celum: et vnũ aliud mobile motu opposito motui circulari: ⁊ sic erunt sex scilicet quatuor elementa mobilia motibus rectis: ⁊ quintum. s. celũ mobile motu circulari ⁊ sextum mobile motu opposito. ¶ Secundo nã sicut ponũtur duo corpora simplicia motu recto mobilia: puta graue ⁊ leue: ita debent poni duo corpora simplicia motu circulari mobilia. ¶ Tertio. nã põt esse sextum corpus simplex septimũ octauum ⁊ nonũ. licet talia corpora nõ moueantur aliquo motu.

Oppositum vult Aristoteles in litera. In ista questione erũt duo articuli. Primus erit iuxta materiã primi argumenti. s. vtrum motui circulari sit aliquis motus contrarius. secundus erit de quesito.

De primo sciendum est quod in proposito non intendimus de contrarietate propositionũ nec terminorum. hec enim pertinent ad logicum. sed in proposito intendimus de contrarietate rerum vel modorũ seu dispositionũ quomodo caliditas ⁊ frigiditas sunt contraria. Similiter locus sursum ⁊ locus deorsum sunt contraria: ⁊ similiter motus ad sursum: ⁊ motus ad deorsum. ¶ Itẽ de contrarietate formarum nihil pro nunc ad propositum sed de contrarietate locorum ⁊ motuum. Et anteꝗ̃ respondeatur ad articulum ponende sunt alique suppositiones. Et prima sit ista: ad contrarietatem locorum requiritur maxima distantia non simpliciter: sed in illo genere scilicet secundum differentias loci que sunt sursum ⁊ deorsum. ¶ Unde magis distant duo extrema totius diametri sphere corruptibilium quã centrũ ⁊ circunferentia: ⁊ tamen ista extrema non sunt loca contraria. Et ideo illa distantia maxima que facit ad contrarietatem locorum accipienda est non secundum totalem diametrum sphere corruptibilium: sed secundũ semidiametrũ eiusdem. Secunda suppositio ad hoc qꝺ loca sint contraria. requiritur qꝺ habeant contrarias virtutes. s. potentias conseruãdi contraria. vnde in loco simpliciter sursum est potentia cõseruandi leuissimum. In loco autem simpliciter deorsum est potentia conseruandi grauissimum. Leuissimũ autẽ ⁊ grauissimũ sunt contraria. tertia suppositio: quod ad contrarietatem motuum localium quatuor requiruntur. Primo quod sint de locis contrarijs ad loca contraria. Secundo requirit qꝺ fiant per lineã breuissimã. s. rectam. Tertio requiritur ꝙ fiant per candẽ lineam equiualentem. Quarto requiritur ꝙ si vnus illorũ est naturalis alicui alter sit violentus eidem. ¶ Iuxta primã sequitur qꝺ motus ad latus non sunt proprie contrarij. quia possibile est talia loca non esse proprie contraria. Propter secundum sequitur motum circularẽ motui recto non esse contrarium: propter hoc quia motus circularis non fit per lineam breuissimã per quã potest fieri. s. rectã: nec etiã aliquẽ motuum factum per lineam curuam esse contrarium motui facto per lineã rectã ex eo quia tunc plura eẽnt vni contraria. quod est contra Aristotelem in litera: ⁊ licet motus recti: sicut motus sursum ⁊ motus deorsum: plus cõueniant ꝗ̃ motus rectus ⁊ circularis tamen motus recti adinuicem contrariantur ⁊ non rectus ⁊ circularis queadmodum diceret de caliditate ⁊ frigiditate que plus cõueniunt ꝗ̃ caliditas ⁊ linea vel caliditas ⁊ albedo: comprehendunt enim sub eodẽ genere vel membro bone diuisionis: sub quo non continentur alia: nec etiam arguit contrarietatem motuum quod nõ possunt simul eidem conuenire sed successiue vt pateat ex suppositionibus. ¶ Propter tertium sequitur quod possibile est aliqua duo moueri motibus contrarijs et tamen continue distabunt equaliter sicut si aliqua terra descenderet de sphera ignis deorsum ad centrum ex vna parte centri: ⁊ describeret semidiametrum sphere corruptibilium ⁊ pro tunc vna alia terra moueretur sursum versus circunferentiam: per aliũ semidiametrum sphere corruptibilium ex alia parte centri: tunc iste due terre mouerentur motibus cõtrarijs: ⁊ tamen equaliter distarent in fine ⁊ in principio: qr vtrobiꝗ̃ per semidiametrũ mundi: ¶ Propter quartum sequitur quod motus terre deorsũ non est contrarius motui ignis deorsum ex eo quod vterꝗ̃ secundũ speciẽ est naturalis terre. ¶ Tunc sit conclusio responsalis ad articulum nullus motus est contrarius motui circulari celi: probatur primo ex parte locorum quia ad contrarietatem motuũ requiritur contrarietas locorum: modo oriens ⁊ occidens a quibus ⁊ ad que est motus celi non sunt loca contraria: qr sunt eque sursum ⁊ eque naturalia cuilibet parti celi: ita qꝺ eque naturaliter est sol in oriente sicut in occidente. Secundo. qr motus circularis celi est de eodẽ in idem. et ita esset si fieret ecõuerso. ergo non est ibi cõtrarietas. Tertio motus circularis celi sufficit ad acquirendum omnes differentias positionis igitur frustra poneretur alius motus alterius speciei sibi cõtrarius: sed sic non est de motibus rectis. ¶ Deinde probat eadem conclusio sic. si motui circulari celi esset aliquis motus contrarius ille posset esse in rerũ natura: sed hoc est falsum: consequentia patet ex hoc: quia si vnum contrariorum est in natura non repugnat esse reliquum: falsitas consequentis patet: quia si talis motus posset esse oporteret quod fieret ꝑ eandẽ viam omnino vel equiualentem opposito modo: sed talis motus non potest esse ex eo quod perpetuo celum mouebitur ab oriente in occidentem ꝑ meridiem. ⁊ ideo nunꝗ̃ erit aliquis motus ab oriente in occidentẽ per septemtrionẽ saltem per eandem viam ⁊ super eisdem polis ⁊ super eundem axem: primus enim propter sui perpetuitatem secundũ nũꝗ̃ fieri permittit. ¶ Si autẽ dicatur: si vnus orbis puta superior moueretur ab oriente in occidẽtem per meridiem: motus alterius orbis sub illo est sibi cõtrarius si fiat ab oriente in occidentem per septemtrionem. probo qꝺ non qr tales motus nõ fiunt omnino per eandem viã nec equiualentem ex eo ꝙ motus orbis superioris fit secundũ maiorem circulationẽ ⁊ motus orbis inferioris fit secundũ minorem: ⁊ ex alio: quia vnus illorum motuũ non impediret alium quare nõ essent contrarij. Secunda conclusio. motus circulares super eosdẽ polos circa eundẽ axem per eandem viam non sunt adinuicem cõtrarij. Pro quo suppono quod illi motus qui possunt adinuicem continuari non sunt contrarij: Istud patet quinto physicorum: tunc arguitur sic: tales motus circulares possunt adinuicem esse continui ergo non sunt contrarij: consequentia tenet per suppositionem: antecedens probatur ponẽdo casum quod aliquod corpus orbiculariter moueatur ab oriẽte in occidentem per meridiem super polos a. ⁊ b. ⁊ interim quod taliter mouetur vertatur: sic quod vbi erat polus a: fiet polus b. ⁊ econuerso: qꝺ eadem pars illius orbis que prius mouebatur ab oriente in occidentem per meridiem sine interruptione motus ab oriente in occidentem mouebitur per septemtrionem: ⁊ sup eisdem polis omnino: quare tales motus adinuicem continuantur. illud possumus clare videre si spheram materialem voluamus fortiter ad sinistrum: ⁊ interim ipsam vertamus sic quod polus qui prius erat superior fiat inferior ⁊ econtra ipsa sic versa adhuc ex primo impulsu mouebitur: ⁊ clare videmus quod eadem pars que prius mouetur versus sinistrum voluitur versus dextrum. Sed dices: per eandem rationem possemus probare quod motus sursum ⁊ motus deorsum non sunt contrarij: nam posito qꝺ musca ascendat super aliquã lanceam ⁊ musca continue ante se mota lãcea vertatur: quo facto eadem musca que primo ascẽdebat descendit sine interruptione media: ⁊ ꝑ consequẽs tales motus. s. ascensus musce ⁊ descensus nõ essent cõtrarij ꝙ tamen omnes negant. ¶ Respondeo quod non est simile: qr in versione sphere non fit interruptio per motum alterius speciei a motu circulari ipsius sphere: sed in vertendo lanceam fit interruptio per motuũ circularem alterius speciei ab illis motibus rectis: ⁊ hoc impedit quod illi motus recti non cõtinuantur. vnde non possum vertere lanceam nisi ipsam moueam vna cum musca motu circulari: ⁊ ideo nõ est simile hic ⁊ ibi. quod clarum est considerauti. Sic ergo patet ꝑ rationes quod nullus motus motui circulari est contrarius. Ex quo concludo quod motus circularis nulli corpori est violẽtus. nam si sic tunc motus naturalis illius corporis esset illi

motui circulari contrarius: et hoc est contra dicta. ¶ Sequitur secundo quod si motus circularis inest alicui corpori: et non inest ei naturaliter: est ei impertinens: et dicitur ei inesse preter naturam: postquam non sequitur ad illud corpus cum non sit ei naturalis nec repugnat cum non insit ei violenter sed tale dicitur alteri impertinens quod nec sequitur ad ipsum nec ei repugnat. ¶ Sequitur tertio quod cum quolibet motu motus circularis pot misceri: postquam nulli motui est contrarius. Unde unus motus circularis cum alio motu circulari pot misceri: sicut patet de motu circulari solis qui mixtus est ex motu circulari eius ab oriente in occidentem per meridiem super polis mundi et ex motu circulari ab occidente in orientem per meridiem super polis zodiaci. Similiter motus circularis potest misceri cum motu deorsum sicut si aliqua terra descenderet per arcum cuius semidiameter sphere corruptibilium esset chorda. ¶ Similiter pot misceri cum motu sursum sicut si ignis ascenderet per consimilem arcum. Sic autem non est de motibus rectis: quia motus sursum cum motu deorsum misceri non potest.

Quantum ad secundum pono unicam conclusionem: et sit ista: preter quinque corpora simplicia. s. quatuor elementa et quintam essentiam seu celum non est ponendum sextum corpus simplex distinctum ab eis specie. probatur: nam si poneretur: ipsum esset naturaliter mobile per primum articulum prime questionis: et tunc vel esset naturaliter mobile motu recto vel circulari: ut patet ex secundo eiusdem prime questionis: si motu recto tunc est eiusdem speciei cum corporibus elementaribus ex eo quod illis motus rectus inest naturaliter: et quia motus rectus est motus simplex non potest naturaliter inesse pluribus corporibus distinctis specie a corporibus elementaribus totum illud patet ex tertio articulo eiusdem prime questionis. Si autem naturaliter mobile motu circulari tunc erit eiusdem speciei cum corpore celesti: ex eo quod illi attribuitur motus circularis simplex: et idem motus simplex secundum speciem non potest inesse naturaliter pluribus distinctis corporibus secundum speciem sic. s. quod si sit idem secundum speciem specialissimam non potest naturaliter inesse pluribus corporibus simplicibus distinctis secundum speciem specialissimam. Si autem sit idem secundum speciem subalternam non potest inesse naturaliter pluribus corporibus simplicibus distinctis secundum speciem subalternam: nec si est idem secundum genus potest inesse pluribus corporibus distinctis secundum genus nec potest dici quod tale corpus esset mobile motu opposito motui circulari: cum ostensum sit in primo articulo quod nullus motus est contrarius motui circulari. ¶ Secundo persuadetur eadem conclusio sic in mundo non sunt nisi quinque corpora regularia distincta specie: quod bene videtur esse nature miraculum: ideo etiam videtur quod non sunt nisi quinque corpora simplicia distincta specie antecedens patet decimotertio elementorum euclidis et sunt ista diacedron exacedron icocedron octacedron et tetracedron: primum. s. diacedron est ex duodecim basibus penthagonalibus. Secundum autem: scilicet exacedron seu figura cubica est ex sex basibus quadratis. Tertium vero. s. icocedron est viginti basium triangularium Quartum autem. s. octacedron est octo basium triangularium: Quintum vero. s. tetracedron sive pyramis est quatuor basium triangularium: consequentia tenet testimonio antiquorum platonicorum in quorum tempore floruit geometria sicut dicit Commentator: tertio huius qui posuerunt tantum quinque corpora mundi simplicia: et hec figuras everunt dictis quinque figuris regularibus: unde celo dederunt diacedron: quia ipsum est capacissima figurarum regularium sicut patet ex decimoquinto elementorum euclidis: modo celum debet esse talis figure quod ipsum commodissime possit alia capere cum ipsum contineat omnia: et quia ignis ascendit in figura pyramidali dederunt igni figuram pyramidalem seu tetracedron: et quia aer in levitate et motu assimilatur igni dederunt ei figuram octacedron inter ceteras magis appropinquantem ad figuram tetracedron: et quia aqua habet varios motus in partibus suis flexuosos dederunt ei figuram icocedron propter multitudinem linearum et superficierum et angulorum eius: et quia terra est corpus firmum et stabile centrum aliorum ideo dederunt ei figuram exacedron seu figuram cubicam que fixa iacet ubi ponitur et inepta est ad motum.

Ad rationes principales: ad primam dico: quod non est simile de motu recto et circulari: quia sicut dictum est de motu recto bene est aliquis motus contrarius: motui autem circulari non. Et consimili modo dicatur ad secundum. ¶ Ad tertiam dico quod non possunt esse aliqua talia corpora quin ad minus sint mobilia cum omne corpus naturale sit naturaliter mobile per primum articulum prime questionis: et ideo si essent talia ipsa essent mobilia quero tunc quo motu: vel recto vel circulari sicut arguebatur primo ad conclusionem responsalem ad questionem: et quicquid dicatur erunt vel de natura elementari vel celesti.

Questio. IIII.



Quarto queritur utrum totalis mundus aggregatus ex quinque dictis corporibus simplicibus sit unum ens continuum. videtur quod sic. dictorum corporum materie sunt continue: ergo dicta corpora videntur esse continua et per consequens totalis mundus ex eis aggregatus videtur esse unum ens continuum: antecedens probatur: quia si ad imaginationem forme substantiales dictorum corporum corrumperentur materijs eorum remanentibus remaneret una massa continua. s. materia prima totalis que non minus antea videtur fuisse continua recte sicut partes qui anteque in eo depingantur imagines diversorum animalium existens continuus non desinit esse continuus propter talem picturam super eo factam: sic si materia prima totalis esset una massa continua ablatis formis: non videtur discontinuari propter positionem formarum in ipsa. ¶ Sed forte diceret aliquis: ista ratio non probat quod iste mundus inferior sit continuus mundo superiori propter hoc quod mundus superior scilicet celum non habet materiam. et si habet materiam saltem illa non est eiusdem rationis cum materia istorum inferiorum: licet bene videatur probare aliqualiter mundum inferiorem totalem esse unum continuum. Breviter istud non videtur valere: quia celum habet materiam et cum hoc materiam eiusdem rationis cum materia istorum inferiorum. ¶ Primum probatur primo autoritate Aristotelis dicentis primo huius: quod differt dicere celum et hoc celum: nam qui dicit celum dicit formam materie mixtam. i. compositam ex materia et forma. ¶ Confirmatur idem autoritate Commentatoris in tractatu suo de substantia orbis in principio: ubi dicit celum esse ex duabus naturis sed nature dicuntur secundo physicorum materia et forma. ¶ Confirmatur idem tertio. nam celum est unum numero: ergo celum habet materiam: antecedens notum est de se consequentia probatur per Aristotelem quinto metaphysice dicentem. quod unum numero sunt quorum materia est una: Confirmatur idem quarto. nam Aristo. primo huius volens probare mundum tantum esse unum dicit hoc esse ideo quia continet totalem materiam pertinentem ad formam mundi: et ita non restat alia materia ex qua posset fieri alter mundus. Ecce quomodo contingit mundum habere materiam: sed non accipit mundum solum pro isto mundo inferiori: sed pro mundo totali cuius celum est principalior pars: ideo videtur quod concedat celum habere materiam. ¶ Confirmatur idem quinto sic. Nam xij. metaphysice dicitur: in non habentibus materiam: non est possibile esse plura individua sub una specie. et tamen in corporibus celestibus inveniuntur plura individua sub una specie quare videtur quod celum non careat materia. ¶ Confirmatur idem sexto in celo reperitur rarum et densum: ergo in celo est materia antecedens patet: per hoc quod dicitur in secundo huius quod stella est densior pars sui orbis: consequentia tenet per Aristotelem in tertio huius diffinientem rarum et densum per habere materiam. unde dicit hoc esse densius quod sub equali vel minore extensione habet plus de materia: hoc autem rarius quod sub equali vel maiori extensione habet minus de materia. ¶ Deinde probatur secundum. s. quod habeat materiam eiusdem rationis cum materia istorum inferiorum: quia omnis materia secundum se est potentia pura: ideo nulla materia secundum se differt ab alia ratione: consequentia tenet per hoc quod differentia rationis est per formam et actum: et antecedens patet primo physicorum. ¶ Secundo ad principale: terra est continua aque: et aqua aeri: et aer igni: et ignis orbi lune: et orbis lune: orbi mercurii: et sic de alijs orbibus: ergo totalis mundus ex his aggregatus videtur esse unum

vnũ ens continuum:consequẽtia tenet,de se.antecedẽs pro=batur.primo:qꝛ superficies conuexa terre ⁊ cõcaua aque vi=dentur esse vna superficies:propter hoc qꝺ equaliter distãt a cẽtro mundi oĩno ex eadẽ parte centri:qꝺ.patet per hoc ꝙ nullũ est mediũ inter dictas superficies. ¶ Et confirmatur hoc secũdo dicte superficies sunt equales:qꝛ se habent sicut locus ⁊ locatũ:locus aũt est equalis locato.ideo si dicte su=perficies essent due:⁊ nõ vna:sequit̃ qꝺ circa idẽ centrũ pos sent esse duo circuli equales:qꝺ est impossibile ex tertio geo metrie:consequẽtia patet.si in dictis superficiebus imagine mur periferias circulorum.Tertio ad principale autoritate ⁊ testimonio Parmenidis ⁊ mellisi quoꝝ opinionem recitat Arist.primo physicorũ.⁊ dicit ipsos dixisse omnia esse vnũ: et credo ipsos nõ fuisse ita fatuos ꝙ hoc intellexissent sic ꝙ sor.⁊ plato essent vnũ:⁊ ꝙ celũ ⁊ terra essent vnũ:nã hoc nul lam videtur habere probabilitatem:ideo videtur qꝺ ipsi in tellexerunt hoc sic:quia omnia essent vnum continuum mo do quo exprimitur in titulo questionis:nam hoc videt̃ quã=dam habere probabilitatem.

Oppositum arguitur.partes mundi diuer sis mouent̃ motibꝰ:ergo non sunt adinuicẽ ꝯtinue:cõsequẽ tia tenet nam in quinto metaphysice dicit̃:continuũ est cuiꝰ motus est vnus:ideo si partes mundi essent continue:non possent moueri diuersis motibꝰ:antecedens patet:nã aqua mota ad vnã partẽ aer bene mouetur ad aliaꝫ.similiter hoc idem patet de orbibus celestibus qui diuersis mouent̃ mo=tibus ¶ In ista questione erunt duo articuli.Primus erit iuxta materiam primi argumẽti:vtrũ .s. celũ habeat mate=riam:⁊ si sic vtrũ illa sit eiusdẽ rationis cũ materia istoꝝ in=feriorũ.Secundus articulus erit de quesito principali.

Quãtum ad primum sciendũ est primo ꝙ hoc nomẽ materia pluribus modis accipitur aliqñ enim ac cipitur pro partibus quantitatiuis alicuius totius si.ut ac cipitur septimo metaphysice:⁊ sic non est dubiũ quin celum habeat materiã.Secundo modo accipit̃ materia pro substã tia subiecta motui modo quo accipit̃ octauo metaphysice: vbi dicit̃ qꝺ in omni eo qꝺ mouet̃ necesse est imaginari ma=teriam:⁊ iterũ sic accipiendo materiã non est dubiũ quin ce lum habeat materiã vel sit ipsamet materia. tertio modo accipitur materia pro substãtia potentiali ex qua cuꝫ forma sibi inherente componitur substantia per se subsistens: ⁊ sic accipiendo materiã dubiũ est vtrum celũ talem habeat ma teriam:de qua dubitatione.Egidius ⁊ sanctus Thomas in suis diuersificãtur opinionibus.vnde Egidius pro ista du=bitatione ponit tres conclusiones.quarũ prima est qꝺ celuꝫ habet materiã.secunda conclusio ꝙ illa est eiusdẽ rationis cũ materia istorũ inferiorũ.tertia conclusio.hoc non obstan. celum non est generabile nec corruptibile.Primam suã con clusionem probat rationibus illis que posite sunt iuxta pri mum argumentũ principale.Secundã autẽ probat sic nam si materia celi et materia istorũ inferiorũ nõ essent eiusdem rationis.tunc differrent specie:quod est falsum:ex eo ꝙ ma=teria secundũ secũ sit pura potẽtia nullam determinat sibi formã per quam posset differre specie ab alia materia vel a quocunqꝫ alio.Tertiam conclusionem probat sic:tali mate=rie celi nõ est annexa priuatio:ergo licet sit in celo non pro=pter hoc ipsum est corruptibile:cõsequentia patet:antece=dens probat per hoc ꝙ forma celi oẽs alias formas continet virtualiter:qꝺ patet per Aristo.secundo de generatione di=centem:forme rerũ sunt in terminis:hoc intelligit̃ qꝺ in cor=poribus celestibus terminantibus mundũ:⁊ per consequẽs materia habẽs formã celi non dicitur habere aliquã priua=tionem alicuius forme sibi annexam cũ includat eas virtua liter.¶ Scꝺo arguit sic:corruptio non est nisi ꝓpter genera tionẽ alterius forme ad quã materia habet appetitũ: modo nõ est aliqua forma alia a forma celi ad quã materia celi ha beat appetitũ:⁊ hoc propter excellentiã forme celestis existẽ tis in tali materia.¶ Tertio arguit sic:habens materiã nõ est corruptibile nisi qꝛ forma eius habet contrarium scꝺm se vel secundũ suas dispositiones naturales:modo forma celi nõ habet contrariũ aliquo istorũ modorũ:ideo nõ obstãte ꝙ celum habeat materiã eiusdẽ rationis cũ materia istorũ in=feriorũ adhuc est incorruptibile ⁊ ingenerabile:ecce opinio=nem Egidij.¶ De ista eadẽ dubitatione sanctus Thomas habet aliã opinionẽ concordans bene cuꝫ Egidio in prima sua conclusione.s.qꝺ celum habet materiã sed discordat ab eo in secunda.Nã dicit licet celũ habeat materia:tñ illa non est eiusdẽ rationis cũ materia istorũ inferiorum:⁊ hoc ꝓbat: nã aliter celum esset generabile ⁊ corruptibile sicut ista infe=riora ¶ Cõtra istos ambos pono cõclusiones.Prima: in ce=lo non est materia tertio modo accipiendo materiam.¶ Se cunda conclusio specialiter contra sanctum Thomã:in celo non est materia differens ratione a materia istoꝝ inferiorũ. ¶ Tertia conclusio:celũ circunscripta intelligentia est vna simplex substãtia corporea.¶ Quarta conclusio:ista substã=tia magis debet dici forma q̃ȝ materia. ¶ Prima conclusio probat̃:qꝛ si in celo esset talis materia:etiaꝫ in celo esset vna forma informãs illam materiã preter intelligentiã: ita qꝺ ce lum circũscripta intelligentia adhuc esset cõpositũ ex mate ria et vna forma alia ab intelligẽtia sicut dicti doctores vo=lunt:sed hoc est falsum:qꝛ tũc celũ esset ex se mobile natura=liter circũscripta intelligentia:quod negaret Aristo.conse=quentia tenet per hoc quod haberet in se principium actiuũ et passiuũ motꝰ scilicet materiã et formam adhuc circũscri=pta intelligentia.¶ Secũdo motꝰ localis circularis est sim=plicior motibꝰ rectis:ergo etiam corpus mobile naturaliter motu circulari debet esse simplicius corporibꝰ mobilibꝰ mo tibus rectis:sed hoc non esset si celum ita esset cõpositum ex materia et forma sicut corpora elementaria naturaliter mo=bilia motibus rectis.¶ Tertio.motor et mobile debẽt esse proportionabilia:sed motor celi est multo simplicior motori=bus elementorũ:ergo mobile scilicet celũ debet etiã esse sim plicius ipsis elementis:sed hoc non esset si esset cõpositũ ex materia et forma:intelligẽtia circũscripta.¶ Quarto: si ce=lum esset cõpositũ ex materia et forma sequeretur ꝙ ipsum esset naturaliter generabile et corruptile:cuiꝰ oppositũ pro=bat Aristoteles primo huiꝰ:cõsequẽtia patet ex eo ꝙ omne cõpositũ ex materia ⁊ forma est corruptibile:vt patet primo physicorũ ¶ Secũda conclusio probatur ꝑ primam:qꝛ si in celo non est materia:nec est ibi materia alteriꝰ rationis a ma teria istorũ inferiorũ.¶ Secundo quia si in celo esset mate=ria eiusdẽ rationis cum materia istoruꝫ inferiorũ tunc sicut materia celi maxime appetit formam celi:ita etiam materia istorũ inferiorũ maxime appeteret eandẽ.sed ipsaꝫ nũq̃ȝ ha bere posset:et sic aliquis esset appetitus frustra in materia eterno tempore:qꝺ est falsum.¶ Tertia cõclusio patet:qꝛ si celũ circũscripta intelligẽtia non est substantia cõposita ex materia et forma:sicut dicit prima conclusio:et tamẽ est sub stãtia corporea sicut notũ est ꝺ se:oportet ꝙ sit substãtia sim plex saltẽ ꝑ priuationẽ cõpositionis ex materia et forma:li=cet nõ ꝑ priuationẽ cõpositionis ex partibus quãtitatiuis. ¶ Quarta conclusio patet.ex eo ꝙ materia nulliꝰ est actiui=tatis.celũ autẽ alicuiꝰ est actiuitatis:qꝛ agit in ista inferio=ra lumine ⁊ influẽtia:ergo celũ magis debet dici q̃ȝ materia: nec ꝓpter hoc oportet ꝙ sit nature intellectualis ⁊ indiuisibi lis sicut arguit sanctꝰ Thomas.nã dico ꝙ nõ opꝫ oẽm actũ ꝑ se subsistẽtẽ esse naturã intellectualẽ ⁊ indiuisibilẽ nec va=luit illꝺ qꝺ dicit Egidiꝰ.s.ꝙ q̃uis celũ sit cõpositũ ex mate=ria ⁊ forma:tñ qꝛ materia illa est satiata forma celi quam hꝫ ꝓpter eiꝰ nobilitatẽ ꝓpter hoc celũ est incorruptibile:nam tũc multo plꝰ materia hoĩs dꝫ esse satiata forma hoĩs:⁊ per consequẽs homo esset incorruptibilis:nã forma hoĩs nobi=lior est q̃ȝ illa forma celi quã ponit Egidius esse in celo ꝑter intelligentiã.Nec etiã valet illud quod ipse dixit ꝙ ideo ce lũ nõ est incorruptibile:qꝛ eius forma nõ habet cõtrariũ nec secundũ se nec secũdũ suas dispositiões naturales:nã si sic: tũc subito talis forma reciperet̃ in materia istoꝝ inferiorũ: qꝛ hec materia istoꝝ inferiorũ appeteret illã formã:cũ scꝺm Egidiũ sit eiusdẽ rationis cũ materia celi.q̃ q̃dẽ materia ce li appetit illaꝫ formã.nec hec materia istorũ inferiorũ habet contrariũ illi forme.ideo statim illam formam reciperet si=cut recepit lumen quod quidem lumen etiam non habet cõ trarium in materia.

Quantum ad secundum articulum suppo= no primo ꝙ illa sunt continua quorum vltima sunt vnũ per se,⁊ ꝙ illa non sunt ꝯtinua quorũ vltima non sunt vnũ ꝑ se. ¶ Suppono secundo ꝙ illa que sunt diuersaruꝫ specierũ

nec vnum est in potentia ad reliquum non faciunt vnũ saltem per se licet bene per aggregationem eo modo quo exercitus dicitur vnus. ¶ Suppono tertio quod contigua sunt quorum vltima sunt simul. ¶ Sed diceres: si hoc esset verũ sequitur ꝙ si esset aliqua virga cuiꝰ vna medietas esset arida et alia viua nõ esset ens vnũ continuum ex eo qđ vltima suarũ medietatũ nõ facerent vnũ per se: postq̃ essent diuersarum specierũ. ¶ Respondeo concedendo consequens et consequentiã. ¶ Tũc sit prima conclusio. quatuor elemẽta non sunt adinuicem cõtinua: probatur: quia eorum vltima non sunt vnum: ergo nõ sunt continua: cõsequentia tenet ꝑ primã suppositionem: antecedens probatur: qꝛ quatuor elementa distinguunt̃ specie sicut dictum est in secunda q̃stione: ergo vltima eorũ non faciunt vnũ consequentia tenet ꝑ primam suppositionem. ¶ Secunda conclusio: quatuor elementa bene sunt contigua: probatur: qꝛ eorum vltima sunt simul ergo sunt contigua consequentia tenet per tertiã suppositionẽ: antecedẽs patet: quia inter aquã ⁊ terrã nulla est distãtia: nec inter aerẽ et aquã nec inter aerẽ ⁊ ignẽ. ¶ Tertia cõclusio. mundus inferior est cõtiguus mundo superiori et non continuꝰ. prima pars patet: qꝛ eorũ vltima sunt simul secũda pars patet: qꝛ vltima eorũ nõ sunt vnũ cũ distinguãtur specie vt dicebatur in secũda questione. ¶ Quarta conclusio. orbes celestes non sunt sibi inuicẽ cõtinui sed contigui prima pars patet: qꝛ diuersis mouentur motibus: patet hoc clare de octaua sphera et de sphera saturni et de alijs [illegible] aliter vnus [illegible] essent cõtinui vnus moueretur ad motum alterius ex eo qđ cõtinuorũ vnus est motus. secunda pars patet ex eo ꝙ vltima orbiũ supcelestium sunt simul: ergo sunt contigui: consequentia tenet per tertiã suppositionẽ: antecedens patet ex eo ꝙ nulla est distantia inter vltima orbiũ celestium: et hoc inter vltima secundum que sunt immediati.

Ad rationes: ad primam. omniũ corporũ mundi materie sunt continue ⁊c. nego antecedẽs: ad probationem dico ꝙ licet totalis massa prime materie esset vnum ens continuũ omnibus formis substãtialibus ablatis: ipsa tamẽ desinit esse cõtinuã propter positionẽ formarũ substãtialiũ in ipsa: nã ꝑpter illas non omnium in mundo immediatorũ vltima sunt vnum: nec est simile de pariete respectu [illegible] depictarũ in ipso ⁊ materia prime respectu formarũ substantialiũ existentiũ in ipsa: qꝛ portio materie prime cũ forma substantiali facit vnũ ens qđ est ꝑ se vnũ: sic autem nõ facit portio parietis cũ imagine sup eã depicta sed vnũ per accidens. Et quantum est de obiectione posita iuxta primũ argumentũ dico: ꝙ licet res mundi inferioris essent continue sicut tamen non sunt: adhuc mundus inferior nõ esset continuus mundo superiori qꝛ in mundo superiori non est materia: sed quando probatur primo autoritate Aristotelis primo huius: qui dicit celum dicit formam ⁊c. dico quod hic non loquebatur ex intensione sed disputatiue arguendo ad partem falsam. Et ad secundum dico ꝙ Cõmẽtator in loco preallegato accipit celũ pro aggregato ex orbe et intelligẽtia mouente appropriata orbi: et sic celũ est cõpositũ ex duabus naturis idest ex motore et mobili: cũ quo tamẽ stat qđ [illegible] substantia [illegible]. ¶ Ad tertium vnũ numero sunt ⁊c. dico ꝙ Aristoteles accipit materiam improprie scilicet pro re pro qua termini supponũt: ita ꝙ de illis terminis verificatur vnum in numero. quorũ materia est vna id est qui supponunt pro eadẽ re: sic enim bene concedimꝰ ꝙ sortes et homo scribens sunt vnũ et idem numero. ¶ Ad quartã dico ꝙ Aristoteles ibi per materiã mũdi intelligit corpora simplicia. s. quatuor elementa et celũ: ⁊ non tamen materiã ex qua cum forma substãtiali sibi inherente fit vnũ per se: et per formam mũdi intẽdebat ordinem istorũ corporũ simpliciũ vel ipsam primã causam. ¶ Ad q̃ntum dico ꝙ Aristoteles hoc intellexit sic: ꝙ in substãtijs nõ habentibus materiã: id est partes quantitatiuas non sunt plura indiuidua subꝰ vna specie: ita ꝙ capit ibi materiã ꝑ partibus quantitatiuis: et non capit materiam pro materia tertio modo dicta. ¶ Sed notandũ ꝙ dicta autoritas sic intellecta non est concedenda secundũ fidem nostrã et veritatem: quia deus posset facere tot angelos quot vellet omnino eiusdem speciei licet nõ haberent partes quantitatiuas.

¶ Ad sextum dico quod in celo est bene raritas et dẽsitas. non tamen eiusdem rationis cum raritate et densitate istorum inferiorum: quia corpora ista inferiora dicuntur rara vel densa ex eo quod habent minus vel plus de materia prima sub equali extensione: sed partes celi dicuntur rare vel dense: quia habent plus vel minus de substantia celesti sub equali extensione. vnde stella habet plus de substantia celesti q̃ vna alia massa celi sibi propinqua et equalis que non est stella. et propter hoc dicitur densior. pars autem propinquior dicitur rarior. ¶ Deinde quando ꝓbatur ꝙ celum habet materiã eiusdem rationis: dico ꝙ hoc esset bene verum si celum haberet materiam propter hoc quod nulla materia secundum se ab alia differt ratione modo celum non habet materiam sicut dictum est. ¶ Ad secundum principale dico. quod superficies conuexa terre et concaua aque non sunt quid vnum per se: quia sunt diuersarum specierũ. Ad probationem equaliter distant a centro mundi: nego: quia superficies concaua aque plus distat: vnde imaginor qđ quelibet dictarum superficierum est diuisibilis secundum profunditatem et non indiuisibilis sicut alij imaginantur. Et quando dicebatur nullum est medium inter dictas superficies: ergo equaliter distant a medio mundi: consequentia non valet. Ad confirmationem dicte superficies sunt equales: nego et quando dicebatur locus est equalis locato. dico quod si illa autoritas est vera oportet ipsam bene glossare vt dictum est quarto physicorum. Et ideo quando Aristoteles dicit locum esse equalem locato intelligit quãtum ad continentiam id est quãtum est locatum tantum precise eius locus capit et continet. ¶ Ad tertium principale dico quod parmenides et melissus fuerũt illius opinionis ideo negentur.

Questio. v.



Quinto queritur vtrũ mũdus sit perfectus. ⁊ arguitur primo quod non quia illud non est perfectum cui põt fieri additio: sed mundo potest fieri additio: ergo ⁊c. maior est nota: nam Aristoteles in litera propter hoc concedit lineam circularem esse perfectam quia sibi non potest fieri additio: et lineam rectam esse imperfectam: qꝛ sibi potest fieri additio: minor patet: quia per potentiam supernaturalem vltra istum mundum posset fieri de nouo vnus orbis vlterior: et per potentiam naturalem potest fieri mundus perfectior: quia potest de nouo generari naturaliter aliquis homo ex cuius additione mundus videtur fieri perfectior quam erat ante. ¶ Secundo: mũdus multas includit imperfectiones et defectuositates: ergo mundꝰ non est perfectus. consequentia tenet: nam in mundo sunt multa monstra et multa fiunt mala que sunt quidam defectus: sed hoc videtur mundo imperfectionem arguere. ¶ Tertio mundus est perfectior vna vice quam alia: ergo aliquando est imperfectus: patet consequentia: nam tunc deficit sibi aliqua perfectio quam alias habuit: antecedens patet: quia aliquando sunt plura indiuidua de vna perfecta specie q̃ consueuerunt esse: sicut plures homines vel plures equi: et etiam aliquando est perfectior constellatio: et aliquando imperfectior: propter quod mundus videtur esse aliquãdo perfectior: aliquando minus perfectus. ¶ Quarto. mũdus non est ens: ergo non est quid perfectum: consequentia tenet: antecedẽs probatur: quia vel esset substantia vel accidens: non substantia: quia mundus est quoddam aggregatum ex omnibus substantijs et omnibus accidentibus: tale autem non est substantia solum: etiam tale nõ est accidens solum.

Oppositum vult Aristoteles. ¶ In ista questione primo ponam quasdam distinctiones secundo cõclusiones. tertio aliqua dubia.

Prima distinctio mundus accipitur quatuor modis. vno modo pro aggregato ex deo ⁊ intelligẽtijs ⁊ oibꝰ alijs rebus: ⁊ sic mundꝰ dicit̃ esse vniuersitas entium. Secũdo modo accipit̃ mũdus ꝓ aggregato ex oibꝰ rebus excepto

excepto deo. Tertio modo accipitur mundus pro aggregato ex omnibus exceptis intelligentijs et deo: et sic accipitur in tractatu de sphera vbi mundus diuiditur in mundū superiorem et inferiorem. Quarto modo accipitur mūdus pro aggregato ex omnibus infra concauum orbis lune: ⁊ sic accipitur primo meteororum: vbi dicitur: necesse est mundū inferiorem esse continuum id est contiguum lationibus superioribus vt eius tota virtus gubernetur inde. Accipiendo mundū primo modo est perfectior mundo accepto secundo modo: et mundus acceptus secundo modo est perfectior mundo accepto tertio modo: et sic consequenter. ¶ Secunda distinctio est: perfectū dicitur dupliciter scilicet simpliciter et secundum quid. perfectum simpliciter dicitur de quo hoc nomen perfectum est affirmatiue verificabile sine additamento vt dicendo hoc est perfectū. Perfectū vero secūdū quid dicitur de quo est verificabile hoc nomē perfectū cum additione sicut dicendo hic est perfectus homo: brunellus est perfectus asinus. Ista distinctio patet quinto metaphysice. vbi dicitur quod quoddam est perfectum in genere: et quoddam est perfectum extra genus: et per perfectū in genere intelligit perfectū secundū quid: ⁊ ꝑ perfectū extra genus intelligit perfectum simpliciter. ¶ Et est sciendū ꝙ ad hoc qđ aliquid dicatur perfectū simpliciter requiritur qđ nihil sibi deficiat nec ei possit fieri additio nec aliqđ sit ꝑfectius eo nec possit esse. Ecce quatuor cōditiones requisitas ad ꝑfectionē simpliciter. ¶ Tertia distinctio: perfectū secūdum quid seu in genere dicitur dupliciter: scilicet quoddā substantiale ⁊ quoddā accidētale: substātiale est de quo est verificabile hoc nomē ꝑfectū cū additamento de ꝑdicamēto substātie: sicut dicendo sor. est perfectus homo. Sed perfectū accidētale dicit̄ de quo est verificabile hoc nomē ꝑfectū cū additamento de predicamento accidentis vt dicēdo sor. est ꝑfectus lector: mund⁹ est ꝑfecta magnitudo. Et istud posset subdiuidi secūdū genera predicamentorum accidentium. ¶ Quarta distinctio ꝙ corpus potest dici vnum: vel simpliciter: vel aggregatione.

Quantum ad secundū sit prima conclusio. Accipiendo mundū primo modo mundus est perfect⁹ simpliciter: probat̄ ex quid nominis perfecti simpliciter. ¶ Cōfirmat̄. q2 sic accipiendo mūdū includit deū q est ens perfectū simpliciter: modo totū nō est minoris ꝑfectionis ꝙ̄ sua pars. ¶ Secūda cōclusio. accipiendo mūdū in alijs tribus acceptionibus vltimis ipse non est ꝑfect⁹ simpliciter: probatur. q2 sic accipiendo: aliqđ est eo perfecti⁹: puta deus: sed si esset perfect⁹ simpliciter sic accipiendo mūdū nihil deberet esse eo ꝑfectius sicut patet ex quid nominis perfecti simpliciter. ¶ Tertia cōclusio. sic accipiendo mūdū scilicet secundo tertio et quarto modis: mundus est perfectus secundū quid idest mund⁹ est ꝑfect⁹ mūd⁹: ꝓbat̄: q2 nihil deficit ei de pertinentib⁹ ad perfectionē mundi: hoc probatur ꝙ̄tum ex parte corporū simpliciū distinctorū specie: quia nō sunt nisi quinqꝫ corpora simplicia specie distincta sicut probatur in tertia q̄stione: modo nullū istorū deficit mundo. Istā cōclusionē Aristote. principaliter intēdit in primo tractatu hui⁹. ¶ Quarta conclusio. mundus est ꝑfecta magnitudo: ꝓbat̄: q2 est diuisibilis secūdū omnē dimēsionē scilicet tā secūdū lōgitudinē ꝙ̄ latitudinē ꝙ̄ profunditatē ⁊ non sunt plures dimensiones secundū speciem sicut patet per Aristo. in litera. ¶ Quinta cōclusio. mundus est corp⁹ vnū loquendo de vnitate aggregatiōis: ⁊ nō de vnitate dicta simpliciter. vnde mundus non est corp⁹ vnū simpliciter sicut est sortes vel plato. sicut ꝓbauit quarta ratio: sed bene est corpus vnū aggregatione multarū rerum adinuicem.

**Quātum ad tertium dubitatur. vtrū accipiendo mundū primo modo. sit ꝑfectior deo. ꝓbat̄ ꝙ sic: q2 mund⁹ primo modo accept⁹ cōtinet ꝑfectionē dei et cū hoc perfectionē multarū aliarū rerū. ¶ Secundo dubitat̄. vtr ꝙ mūd⁹ nō sit diuisibilis secundū oēm dimensionē: q2 nō est diuisibilis secūdum dimensionē illi⁹ ligni vel illi⁹ lapidis. ¶ Tertio dubitat̄ ex quo mund⁹ est diuisibilis secūdū oēm dimensionē: penes quā ergo diametrū mundi cū sit sphericū debet capi eius longitudo: et penes quā latitudo: et penes quā ꝓfunditas: et illud non solū dubiū est de mūdo verūetiā de quocūqꝫ alio corꝑe spherico. ¶ Ad primū dico: ꝙ accipiendo mundū primo modo non est perfectior deo: ⁊ vlterius dico: ꝙ mundus primo modo acceptus non includit ampliorē perfectionē ꝙ̄ deus ex eo ꝙ cuiuslibet entis perfectionē includit deus. ¶ Ad secundū concedo qđ mund⁹ non est diuisibilis secundū omnē dimensionem: secundum numerū: tamē est bene diuisibilis secundū omnē dimensionē: secundū speciem que nō sunt nisi tres scilicet longitudo latitudo ⁊ profunditas: ex eo ꝙ nō possunt esse plures linee intersecātes se in aliquo corpore ad angulos rectos et penes vnā illarū linearū sic se intersecantiū capitur lōgitudo: et penes aliā latitudo: ⁊ penes aliā ꝓfunditas. ¶ Ad tertiū dico ꝙ diameter in corpore spherico mēsurans longitudinē potest accipi ad placitū mensurantis ex quo oēs diametri corporis spherici sunt equales: sed sic non est in corpore non spherico: et ideo ibi diameter mensurans longitudinem non accipitur ad placitum mensurantis.

Ad rationes. ad primā: mūdo posset fieri additio. dico ꝙ non pertinens ad perfectionē mundi essentialem: et quando dicebatur: deus posset apponere vnū orbem: dicendū est ꝙ non. ⁊ hoc propter immutabilitatem voluntatis diuine: ita diceret Aristoteles: sed tamen secundū fidem et rei veritatē concedendum est qđ deus valde bene posset facere mundū perfectiorem: imo potest facere vnum aliū mundū vel duos vel tres vel quot vellet: et quando dicebat̄ videt̄ ꝙ per potentiā naturalē posset fieri perfectior sicut si aliquis homo de nouo generetur dico ꝙ nō propter hoc fieret perfectior perfectione essentiali licet bene accidētali. ¶ Ad secundā: dico ꝙ ex hoc ꝙ in mundo sunt mōstra et defectuositates per talia non arguitur mundi imꝑfectio: sed magis perfectio. vnde si omnia in mundo essent eque perfecta non esset tanta pulchritudo mundi sicut modo est: aliquibus existentib⁹ perfectis aliquibus defectuosis. vñ maior pulchritudo et decor dom⁹ est parietes diuersis coloribus et imaginibus esse depictos vt ꝙ hic sit depicta figura leonis hic capre ꝙ̄ si omnes parietes consimili colore essent colorati ⁊ consimilibus imaginibus depicti. ¶ Ad tertiam: dico ꝙ est bene perfectior vna vice ꝙ̄ alia perfectione accidentali ⁊ non essentiali. Quarta ratio soluta est ex quinta conclusione.

Questio. VI.

Loquendum est modo de finitate ⁊ infinitate mundi postꝙ̄ locutū est de perfectione mundi: gratia cuius volo tractare aliquas questiones: primo vtrū possit esse aliqđ corpus infinitū immobile. arguit̄ ꝙ sic si vnum oppositorū est in natura ⁊ reliquum: sed corpus mobile finitū est in natura ⁊ ei opponitur corpus infinitum immobile: ergo ⁊c. ¶ Secundo quia extra celum de facto est spatiū infinitum immobile: quia aliter non potest imaginari quid sit extra mundum ⁊ illud spatiū videtur esse corpus cū sit longum latū et profundū. ¶ Tertio infinitum dicitur qđ totū occupat: sed tale corpus de facto est scilicet mundus. et cū hoc ipse est immobilis: q2 nō videt̄ ad quā differentiā positionis posset moueri ex quo totum occupat.

Oppositum arguitur. omne corpus est naturaliter mobile sicut prius probatur: ideo non est aliquod corpus immobile: et per consequens nec infinitum immobile. Secundo nam tale corpus esset frustra: cū nullam haberet operationē neqꝫ motū. ¶ Pro solutione hui⁹ questionis et sequentium presupponuntur dicta circa istam materiam de infinito in tertio physicorum.

Tunc sit prima cōclusio. nullū corpus infinitū simplex est immobile: ꝓbat̄ q2 illa non sunt nisi quinqꝫ secundū speciē ex ꝑcedētib⁹. s. quatuor elementa et celū: mō quodlibet eorū est mobile: elemēta quidē motibus rectis celum autē motu circulari: secundo nam si aliquod corp⁹ naturale simplex esset infinitum etiam locus eius naturalis esset infinitus: cū locus debeat esse equalis locato: sed hoc est impossibile: primo: q2 periret sursū et deorsū: nā in infinito nō ē mediū nec extremū: ⁊ tñ sursū ⁊ deorsū sūt [illegible]

medium et sic non essent amplius diuersi motus naturales diuersorum simplicium ex eo quod motus simplicium saltē elementorum sunt naturaliter sursum et deorsum modo tales motus non essent si nō esset sursum ⁊ deorsum. ¶ Confirmatur: q: sequeretur qđ lapis vel gleba terre si esset in illo loco infinito vel vbiq; moueretur vel vbiq; quiesceret. quod non apparet verum: consequētia patet: q: totus locus corporis naturalis debet esse consimilis: ideo dicit quarto physicorum: qđ idem est locus totius ⁊ partis. Si autem locus infinitus esset totus consimilis nature: non esset ratio quare aliquod corpus positum in eo moueret magis vel quiesceret magis in vna parte q̄ in alia ideo vel vbiq; moueretur vel vbiq; quiesceret qđ erat probandū. ¶ Tertio arguit de conclusione sic. nā sequeret qđ tale corpus infinitū simplex immobile nec haberet locum naturalē nec violentum: consequēs est falsum ex eo qđ omne corpus simplex postq̄ est mobile naturaliter sicut prius probatū est. habet aliquē locum naturalē ad quē vel in quo est naturaliter mobile. cōsequētia patet: q: locus est extrinsece continens locatū: modo impossibile est qđ vnum infinitum contineatur ab alio. ergo p impossibile esset tale corpus simplex infinitum contineri ab aliquo loco naturali vel violento. ¶ Quarto illud corp⁹ simplex infinitū immobile vel nec esset graue nec leue vel esset graue vel leue: si dicatur primum tunc vel esset celum et per consequens non immobile. vnde videmus celū moueri ab oriente in occidentē. etiā ex alio: nam tūc illud corpus tot occuparet. et sic nullū esset graue nec leue quod est falsum. Si autē dicatur qđ illud corpus esset graue: sic nullum esset leue: si autē esset leue tunc nullum esset graue: consequentie patent per hoc quod illud corpus totū spatiū occuparet et sic non permitteret secum aliquod aliud corpus. Si autem diceretur quod vna eius pars esset grauis. ⁊ alia leuis hoc non valet. nam tunc illud corpus esset compositū et nō simplex: nec etiam posset dici quā proportionem haberet pars grauis ad partē leuē vel ad partē que nec est grauis nec leuis. ¶ Secunda conclusio. nullū est corpus infinitū compositum ex simplicib⁹ immobile probatur: nā omne corp⁹ cōpositum seu mixtū ex simplicibus est mobile motu elemēti vel elementorū cuius vel quorū qualitates motiue dominātur in ipso: sicut ostensum est in prima parte hui⁹: ergo nullū tale est immobile: nec etiā aliquod tale est infinitū: q: vel esset compositū ex corporib⁹ simplicibus infinitis secundū multitudinē vel finitis: si infinitis tūc alicui⁹ rei naturalis essent principia infinita qđ improbatū est primo physicorum per Aristotelē contra anaxagorā. nec potest dici q̄ illud corpus infinitū sit compositū ex corporibus simplicibus finitis secundū multitudinē: q: hoc nō posset esse nisi vnū illorū corporū simpliciū esset infinitū: modo hoc est falsū: secundum quod dicit prima cōclusio. ¶ Tertia conclusio. nullum est corpus infinitū immobile: probatur: omne corp⁹ vel est simplex vel compositum ex simplicibus: si est simplex sic est mobile: per primam conclusionem. si est compositum ex simplicibus adhuc est mobile per secundā: secundo sicut nullum est incorporeum quin ipsum sit motiuū ita videtur proportionaliter corporeum quin ipsum sit mobile. ¶ Quarta conclusio responsalis ad questionem. nullum potest esse corpus infinitum immobile: probatur: quia tale si produceretur in esse oporteret quod esset simplex vel compositum: quodcunq; diceretur ipsum esset mobile. Diceres tu: nonne deus potest facere vnum tale corpus. dico quod non: nam posito qđ faceret vnum corpus q̄tūlibet magnum adhuc ipso facto non esset immobile: quia deus sicut ipsum fecit sic potest ipsum mouere.

Ad rationes: ad primam si vnum oppositorum ⁊c. dico quod non oportet de oppositis adinuicē priuatiue qualiter opponitur adinuicem finitum mobile ⁊ infinitum immobile. ¶ Ad secundam extra celum de facto est spatium infinitū, nego: sed de hoc videbitur postea diffusius. ¶ Ad tertiam infinitum dicitur quod totum occupat: concedo: sic occupat totum et verum et imaginatum. modo hoc nego de mundo: nam licet occupet totum spatium verum: non tamen totū imaginatum vel imaginabile: nam licet extra mundum non sit aliquod spatium verum: tamen bene possumus imaginari ibi aliquod esse. et hec de questione.

Questio. VII.



Ecundo circa finitatē et infinitatem mundi queritur vtrum possit esse aliquod corp⁹ infinitū mobile circulariter ⁊ videtur quod sic [illegible] debet habere [illegible] primum mouens est infinitū: patet octauo physicorū ideo primum mobile sibi correspondens debet esse infinitū: sed primū mobile est mobile motu circulari in eodē octauo physico. quia ibidē dicit primū motū esse circularē ⁊ illū esse primi mobilis: ideo non solū videt esse possibile: imo de facto videt esse corpus infinitū mobile circulariter: maior pbat q: si motor esset infinitus et mobile finitum virtus mouentis excederet sine pportione virtutē mobilis: et per cōsequēs moueret ipsum in nō tēpore siue in instāti: qđ est impossibile. ¶ Scđo. in infinitū paruū corpus est mobile circulariter. ideo videt qđ etiā in infinitū magnū corpus sit mobile circulariter: ⁊ p consequens infinitū: cōsequētia videt tenere a simili: antecedēs pbat: q: medietas celi est mobilis circulariter: ⁊ medietas medietatis eiusdē: ⁊ sic ī infinitū descēdēdo. ¶ Tertio. si ipossibile esset esse corpus infinitū mobile circulariter: hoc videret esse ideo qđ infinita velocitas nō potest esse in tēpore finito vt arguit Arist. sed hoc est falsum: pbat sic: infinita tarditas pōt esse in tpe finito: imo de facto est: ergo similiter infinita velocitas potest in tēpore finito: cōsequētia videtur tenere a simili: nam simile videtur esse quantum ad hoc de tarditate et velocitate: antecedens pbatur: nā ptes circūferentiales mole fabri mouent aliqua tarditate: et aliqua versus centrū in duplo tardi⁹: et alie adhuc versus centrū in quadruplo tardi⁹ ⁊ sic in īfinitū: ideo de facto in infinitū tarde mouetur aliqua pars: ⁊ hoc in tēpore finito.

Oppositum dicit Aristoteles. In ista questione. primo premittenda sunt duo. ¶ Secundo: ponende sunt conclusiones.

De primo sciendum est quod dupliciter dicit impossibile: scilicet simpliciter et secundū quid impossibile simpliciter dicit qđ nec est nec pōt esse per aliquā potētiā siue naturalē siue supnaturalē: impossibile autem secundum quid dicitur quod nō potest esse per aliquam potētiā naturalē licet bene supernaturalē. ¶ Secundo sciendū qđ infinitū corp⁹ esse mobile circulariter potest imaginari vno modo: quod sit vnus orbis qui moueat aliqua velocitate ⁊ supra illū sit vnus alius duplus ad primū qui moueatur in duplo tardius primo: et deinde sit vnus alius puta tertius duplus ad secundū qui moueatur in duplo tardius secundo: et sic in infinitum ascendendo continue secundum proportionem duplam in quantitate orbiū ⁊ tarditate motus eorundem: secūdo modo quod sit vnus orbis qui moueatur velocitate finita: et super illum sit duplus ad primū dupla velocitate motus: et super illum sit duplus ad secundū dupla velocitate motus ad velocitatem secundi et sic ascendēdo secundum proportionem duplam in quantitate orbium et in velocitate motuum eorūdē. tertio quod sit vnū corpus circulare et in infinitū protensum vndiq; mobile motu circulari: recte si imaginaremur vltimū celū esse in infinitū ptensum et cum hoc moueri circulariter.

Quantum ad secundū sit prima cōclusio. infinitum corpus mobile circulariter primo vel secūdo modo esse naturaliter est impossibile probatur: quia nō est aliqua potentia naturalis que sic posset facere infinitos orbes vnum super alium: nec etiam infiniti tales sunt: cum probatum sit in secūdo metaphysice quod in essentialiter ordinatis non proceditur in infinitū: quales essent tales orbes sic ordinati. ¶ Secunda conclusio infinitum corp⁹ mobile circulariter primo et secūdo modo potest esse supernaturaliter probat: nā aliquantū corpus mobile motu circulari pōt esse imo de facto est et duplū ad illud mobile circulariter potest esse per potentiā diuinā: ⁊ sic vlteri⁹ sine statu. ideo infinitū corpus circulariter mobile per potentiā diuinā potest esse. antecedens q̄libet catholicus habet concedere. cōsequētia patet p expositionē huius termini infinitū tēti syncathegorematice in quantitatibus continuis. ¶ Tertia conclusio est quod

est quod infinitum corpus circulariter mobile primo vel secundo modo esse est impossibile qualitercunq; accipiatur impossibile:nam si esset possibile quod infiniti tales orbes de facto essent: ipsi possent adinuicem continuari: ⁊ sic fieret ex eis vnū infinitū circulariter mobile tertio modo:sed esse tale est impossibile simpliciter sicut statim ꝓbabit. ¶ Quarta conclusio.si esset corpus infinitum circulariter motū tertio modo:ipsum haberet centrū ista conclusio probatur per diffinitionē motus circularis positam in prima parte hui⁹: dicebatur enim quod circulariter moueri est moueri circa centrum:et hoc absq; participatione ascensus vel descēsus: si talis motus circularis est simplex. ¶ Quinta conclusio.si esset corpus infinitum circulariter motū tertio modo ipsum non haberet centrum:probatur:quia centrum corporis dicitur medium illius corporis secundū equidistantiam ad extremitates:modo in tali īfinito nō essent extremitates:ideo non esset tale mediū.vnde si esset spatiū infinitū vnquaq; qua ratiōe hic parisius esset centrū vel mediū illius eadem ratione in roma vel vbicūq; placeret signare esset cētrū. ius dem. ¶ Sed iuxta hoc dubitat:q: dicit Arist.in secūdo metaphysice ꝙ infiniti si esset q̄libet pars esset media:et hic in primo huius dicit ꝙ nō. Ista duo dicta possunt concordari distinguendo de medio:ꝙ mediū in aliquo cōtinuo dicitur vno modo negatiue:q: nō est extremū imo aliquid est vltra et aliquid citra:et sic quelibet pars infiniti si esset esset media:alio modo dicit mediū positiue per equidistātiā ab extremis:⁊ sic nō esset mediū corporis infiniti. ¶ Ex dictis bene concluditur ꝙ impossibile est esse corpus infinitū circulariter motū. Et ista sit sexta cōclusio:quā Aristo.multipliciter probat in litera.primo sic:q: si esset possibile esse corpus infinitū circulariter motū tunc esset possibile in tēpore finito ptrāsiri spatiū infinitū:cui⁹ oppositū ostendit Aristo.vi. phy.ↄsequētia ꝓbatur:nā imaginentur due linee exeūtes a cētro illi⁹ corporis circa qd̄ mouent versus circūferentiam eiusdē corporis causantes angulū in cētro a quo egrediuntur:inter illas duas lineas sic imaginatas cadit spatiū infinitū:tūc illud spatiū infinitū sic imaginatū pertransitur ab vna illarū linearū in tēpore finito:postq̄ totale corp⁹ facit vnā circuitionē in tpe finito. ¶ Iuxta istā rationē dubitat: nā videt primo ꝙ spatiū interceptū inter illas duas lineas esset finitū.qd̄ ꝓbatur q: esset terminatū illis duab⁹ lineis. ¶ Et confirmatur hoc:nam posito ꝙ qn̄ ille linee incipiunt egredi a centro cōstituāt triangulū cū linea tertia q̄ vna cū illis recedat a centro:q̄ tertia in recedēdo sic crescat ꝙ cōtinue maneat sup illis duab⁹ lineis cū q̄b⁹ cōstituit triāgulū tūc qn̄ ille linee ꝑ infinitū recesserūt a cētro inter eas cadit spatiū finitū:q: figuratū figura triangulari. ¶ Secundo videt ꝙ dicta ratio sic posset impediri,q: diceret aduersarius ꝙ illud corp⁹ infinitū circulariter mobile nō faceret aliquā circuitionē pfectā in tēpore finito:sed bene in tpe infinito:⁊ sic nō oporteret vnā de dictis lineis imaginatā in tpe finito pertrāsire spatiū infinitū. ¶ Ad ista:ad primū bene cōcedo qd̄ si esset tale corp⁹ infinitū circulariter motū ⁊ in eo essent imaginate tales due linee infinite egredientes a centro qd̄ inter eas interciperet spatiū finitū.sed etiā cū hoc inter eas interciperet spatiū infinitū:ex quo ille linee cōtinue vadūt elongādo:⁊ sunt infinite.et q: inter illas lineas spatiū totale interceptū esse finitū ⁊ idē esse infinitū repugnāt adinuicē et sequuntur ambo ad esse corp⁹ infinitū circulariter motū:cōcludo qd̄ esse tale corp⁹ infinitū est impossibile postq̄ ad ipsum sequunt cōtradictoria. Et consimiliter respōdeat ad confirmationē. ¶ Ad secundū respōdeo illa obiectio nō valet:quia talis linea infinita imaginata vel in tempore finito describit aliquē angulū circa centrū vel nō:si non:tūc nō mouetur:et sic nec illud corpus infinitū mouet:si autem describit aliquē angulū tunc sicut deductū est:sequitur dictā lineā in tēpore finito pertransire spatiū infinitū imaginatū, et sic tale incōueniēs sequit ad dictā conclusionē siue illud corp⁹ infinitū circulariter mobile ponat cōplere vnā circuitionē in tpe finito siue in tpe infinito. ¶ Scd̄o. si esset possibile esse tale corp⁹ infinitū circulariter motū: seq̄ret qd̄ spatium pedale pertransiretur in non tpe siue in instanti:qd̄ est falsum:probatio consequētie:nā ponat qd̄ a cētro talis corporis protrahat in infinitū linea a.b.que cū illo corpore moto circumuoluitur:⁊ extra centrū imaginet vna linea infinita quiescens:que sit c.d.⁊ sit equidistās siue paralella linee a.b.⁊ spatiū inter eas pedale in latitudine:⁊ moueat linea a.b.versus lineā c.d.tunc sequit impossibile:scilicet qd̄ spatiū pedale pertransitur in nō tēpore siue in instanti: probat: q: in principio motus verū est dicere qd̄ linea a.b.secundū se totam ⁊ secundū quālibet sui partem distat pedaliter a linea c.d.⁊ immediate post hoc nō distabit:sed concurret cum ea:⁊ intersecabit eā:cū nunc sit equidistans ei ⁊ immediate post hoc non erit equidistans ei:⁊ cum necesse sit lineas nō equidistantes siue nō paralellas concurrere si in infinitum protrahant:⁊ sic cū nunc dicte linee distāt pedaliter ⁊ immediate post concurrunt:ideo sine tēpore medio pertransitum est spatium pedale ⁊ per motum continuum qd̄ est impossibile. ¶ Iuxta dictam imaginationē sequit qd̄ ita cito linea a.b.concurret cum linea e.f.multum ab ea distante sicut cū linea c.d.solum distante ab ea pedaliter:⁊ sic ita cito pertrāsiret spatium magnum sicut paruum vel sicut paruam partem eius. Probatio consequentie:quia cum dictis duabus lineis a.b.⁊ c.d.imaginetur tertia linea scilicet e.f.etiā equidistans linee a.b.multo plus tamen distās ab ea q̄ c.d.tunc in instanti in quo a.b.incipit moueri versus c.d.⁊ versus e.f.verum est dicere qd̄ a.b.est equidistans linee c.d. Et etiam linee e.f.⁊ immediate post non erit alicui earum equidistās: ⁊ cum omnes tres dicte linee sint infinite sequitur per diffinitionem linearum inequidistantium quod immediate post instans datum linea a.b.concurret cum linea c.d.⁊ etiā concurret cum linea e.f.cum immediate post instans datum erit inequidistans vtriq;.⁊ sic dicta linea a.b ita cito pertransibit spatium magnum interceptum inter ipsam ⁊ lineam e.f. sicut spatiū paruum interceptum inter ipsam et lineam c.d. ¶ Iuxta idem sequitur quod linea a.b.ita cito intersecaret lineam c.d.sicut eam tangeret:quod est inconueniens. Probatio consequentie patet ex dictis:⁊ ex hoc tunc vlterius sequitur quod linea a.b.immediate post instās in quo incipit moueri pertransibit spatium infinitum:quod iterum est inconueniens ⁊ imaginationi repugnans.probatio consequētie:quia immediate post illud instans intersecabit lineam c.d.sicut iam ostendebatur sed non potest ipsam intersecare nisi pertransiuerit spatium infinitum imaginatum versus circunferentiam dicti corporis. Ex eodem fundamento deduci potest:quod a linea b.minor b.linea a:possit fieri longior ea per solum motum localem:quod videtur inconueniens: probatur consequentia:sint a. et b.linee protracte in infinitum versus oriens sic tamen terminate versus occidens qd̄ b.terminetur ad centrum circuli et a.ad circunferentiā eiusdem versus oriens tunc vlterius imaginemur quod ille due linee circumuoluantur fixe tamen manentes secundum extrema finita earundem:tali circumuolutione facta a.protenditur vltra b.sicut b.prius protendebatur vltra a. sicut patet consideranti casum igitur per solum motum localem ⁊c. ¶ Tertio arguitur ad dictam cōclusionem sic:omnis linea circa centrum circumuoluta describit circulum scilicet maiorem maior:⁊ minorem minor. Ideo infinita linea circa centrum mota describeret circulum infinitum:⁊ hoc est impossibile:cum de ratione circuli et cuiuslibet figure sit esse terminatum:quod patet per diffinitionem figure positam in principio geometrie figura est que termino vel terminis clauditur:vnde non posset dici cuius figure esset infinitum:proportionabiliter ponenda esset conclusio de corpore infinito mobili motu recto: cuius probatio, sufficienter haberi potest ex litera philosophi et ex dictis. De possibilitate infiniti per dei potentiam dictum est in tertio physicorum.

Tunc ad rationes.ad primam potest dici quod virtus infinita libera potest bene mouere mobile finitum finita velocitate: quia non mouet quantumcunq; potest:sed quantum vult:⁊ ideo non oportet si sit potentia motiua infinita quod ergo sit mobile sibi correspondens infinitum. ¶ Ad secundam concedo antecedens:sed nego consequentiam:ratio negationis consequentie est: quia diminutio continui bene vadit in infinitum:sed non augmentatio. ¶ Consimili modo respondeatur ad tertiam: quia tarditas est diminutio motus:velocitas autem augmentatio: et ideo licet tarditas possit ire in infinitum: non tamen velocitas.

Questio.VIII.



Q Ueritur tertio circa dictã materiã de finitate mũdi vtrũ infinitũ possit esse maius vel minus alio si essent plura infinita. seu vtrũ sit vnũ cõparabile alteri. arguitur primo q sic: quia si essent plura quodlibet eorũ esset quantũ: proprium autem est quantitati secundũ eam equale vel inequale dici sicut dicit Arist. in predicamentis ergo infinita potest esse infinito equale vel inequale et per consequẽs cõparabile secundum maius et minus. ¶ Secundo omne cõparatũ alteri aut excedit ipsum: aut exceditur ab eo aut est equale ei. ergo sic videtur esse de ĩfinito respectu infiniti si essent plura. ¶ Tertio si esset infinitũ ipsum esset cõparabile finito: q2 maius est infinitũ: ergo a fortiori est cõparabile infinito: q2 comparatio fit inter res eiusdẽ rationis modo magis cõueniunt duo infinita q̃ finitũ et infinitũ. ¶ Quarto a. et b. ĩfinita si essent vel essent equalia vel inequalia si equalia sic sunt cõparabilia: si inequalia tũc vnũ est maius et alterũ minus. quia quinto metaphysice dicitur q inequale idẽ est qd maius aut minus. ¶ Quinto duo infinita sibi inuicem supposita sic se possunt habere quod neutrũ excederet aliud nec excederetur ab eo: ergo essent equalia: consequẽtia tenet per vnũ principiuz geometrie: antecedẽs patet: si essent duo ligna versus oriens infinita: et versus occidens vnũ eorũ nõ esset protensum vltra aliud: et vtrũq3 eorũ esset pedaliter latum. ¶ Sexto omne totũ est maius sua parte in aliqua proportione modo vnũ infinitũ potest signari tanq̃3 portio alterius sicut colũna infinita esset portio infiniti vndiq3 et multitudo partiũ medietatis est portio multitudinis partiuz totius. ¶ Septimo illud quod totũ occupat est maius illo quod nõ totũ occupat: q2 si non: tunc pari ratione vnũ occuparet totũ sicut alterũ: modo sic est de duobus infinitis quorum vnũ est infinitũ vndiq3 et aliud nõ. ¶ Octauo sit a. finitum duplũ ad b. tũc cõtinue per partes proportionales hore dupletur vtrũq3: tunc statim patet q nihil deperditur cõtinue per horam de ista inequalitate aut proportione: q2 cõtinue a. est duplũ ad b. ergo in fine adhuc est duplũ: q2 nõ deperditur subito in vltimo instanti cuz additio sit successiua: et tamen in fine sunt duo infinita vt statim sequitur ex casu: et per idẽ potest argui q vnũ infinitũ ad aliud sit duplũ triplũ quadruplũ etc. ¶ Nono sit a. mobile quod in qualibet parte proportionali hore pertranseat vnuz pedale et b. similiter tunc in fine a. et b. fuerũt equaliter mota: ergo pertransiuerũt spatia equalia: sed ex casu sequitur q illa spatia sunt infinita: ergo per imaginationẽ sequitur q duo infinita sunt equalia: et per consequens cõparabilia. ¶ Decimo arguitur sic. moueatur a. per bipedale et b. per pedale sicut prius in qualibet parte proportionali hore: tunc a. mouetur in duplo velocius cõtinue: ergo ex diffinitione velocioris posita sexto phy. a. in duplo velocius mouetur ergo in fine pertrãsiuit in duplo maius spatiũ: sed qd libet eorũ pertrãsiuit infinitũ: ergo vnũ infinitũ alteri est duplũ. et ita potest argui q infinitũ potest quadruplari: et sic vlterius. ¶ Deinde arguitur de infinito secundũ virtutẽ vel intẽsionẽ: nã sit a. vna columna infinita. et b. vna alia supposita. et sit a calidũ vniformiter in quolibet pũcto duobus gradibus intẽsiue: et b. infinitũ vniformiter frigidũ in quolibet suo puncto vno gradu frigiditatis: tũc patet qd qdlibet pedale ipsius a ager in partẽ b. cui supponitur: ergo totũ a. aget in totũ b. sed tam caliditas q̃ frigiditas est infinita: ergo vnũ infinitũ aget in aliud: et q2 agens excedit passuz et est maius eo statim sequitur q vnum infinitum est maius alio. ¶ Eodẽ modo esset si imaginaremur a. esse vnũ graue ita qd quodlibet pedale eius esset duarũ librarũ: et b. vnum leue: et quodlibet pedale eius esset sicut vna libra in grauitate: quo posito a. moueret b. et faceret b. descendere tali velocitate sicut bipedale moueret pedale: et hoc esset a proportione dupla ergo vnum infinitũ est alteri duplũ et per consequẽs maius. ¶ Secũdo sic: sit a. infinitũ calidũ infinite extensiue et intensiue: et b infinitũ habẽs caliditatẽ infinitã extensiue solũ: tũc cũ a. sit calidius b. in infinitũ. sequitur q caliditas eius sit maior in infinitũ q̃ sit caliditas b. que etiaz est infinita: quia in vno pedali ipsius a. est caliditas infinita: et tamẽ est maior in toto a. ¶ Deinde arguitur de proportione infinita. q2 dicitur quinto eucl dis. si aliqua fuerũt cõtinue proportionalia proportio primi ad tertiuz est dupla ad proportionem primi ad secundũ, modo qualis est proportio corporis ad superficiem talis est superficiei ad lineam: ergo proportio infinita corporis ad lineã est in duplo maior q̃ sit proportio corporis ad superficiẽ. ¶ Secundo in eodẽ quinto euclidis dicitur: q si due quantitates cõparantur ad tertiam illa tertia habebit ad minorẽ maiorem proportionẽ sicut quatuor maiorẽ habẽt proportionẽ ad vnũ q̃ ad duo ergo angelus rectus habebit maiorẽ proportionẽ ad angeluz contingentie minorẽ q̃ ad maiorẽ: et ad vtrũq3 habet infinitam: vt patet tertio euclidis: ergo vna proportio infinita est altera maior. ¶ Deinde arguitur de tempore. q2 si mundus fuit ab eterno sicut fuit secundũ Aristotelẽ: tũc luna fuit infinities ecclipsata: ergo totũ tẽpus quo luna fuit ecclipsata fuit infinitũ: ideo videtur q totũ tẽpus eternũ nõ sit maius illo tẽpore in quo luna fuit ecclipsata nisi tunc ponatur vnum infinitũ esse maius alio: secundo non esset fugibilius habere malum perpetuũ aliquantũ intensum q̃ in duplo vel in quadruplo magis intensum: qd videtur esse falsum: consequẽtia tenet: q2 vtrobiq3 esset malũ infinitũ, et si alterũ non esset maius tunc non esset fugibilius. ¶ Deinde arguitur de deo, sequeretur q deus non potest mouere infinitũ posito q fecisset vnũ infinitũ. consequentia tenet: q2 deus nõ esset potentior quo vnũ infinitũ nõ esset maius alio. ¶ Secundo si faceret qualitatem infinitam que esset virtus infinita tunc deus non esset maioris virtutis: quod est inconueniens.

Oppositum arguitur. nam infinitũ si esset occuparet locũ sibi equalez vel spatiũ imaginatũ quod esset infinitũ: et sic esset infinitum infinito equale quod Aristo. et Cõmẽtator reputãt ĩpossibile tertio physicorũ; modo si impossibile est infinitũ ĩfinito esse equale pari ratiõe videtur qd impossibile sit infinitũ infinito esse maius vel minus: et per cõsequẽs videtur q impossibile sit infinito infinitũ esse cõparabile. ¶ In ista questiõe primo ponã duas breues distinctiones. deinde conclusiones.

Prima distinctio est quod equale dicitur dupliciter, vno modo quando aliqua dicuntur equalia sine additione et totũ toti est equale in summa: et isto modo nihil simul est idẽ equale et inequale. Alio modo aliquid dicitur equale alteri secundũ quid. s. secundũ latũ vel secũdũ longũ aut a dextris aut a sinistris etc. et sic aliqua sunt equalia et inequalia secundũ quid: q2 aliqua equalia scd̃m profundũ sunt equalia secũdũ longũ et etiã latũ. ¶ Secũda distinctio. q aliqd dicitur maius alio dupliciter. vno modo proprie q2 ad. aliqd certũ habet maiorẽ proportionẽ sicut tripedale ad pedale habet maiorem proportionẽ q̃ bipedale: ergo est maius eo proprie sicut patet ex quinto euclidis. secũdo modo aliquid dicitur maius alio improprie: q2 cõtinet aliqd totũ et adhuc plus licet nõ habeat ad illud maiorẽ proportionẽ; sicut si a. esset aggregatũ per imaginationẽ ex vno corpore: et vna superficie. et b. esset corpus equale a. accepto sine illa superficie: tunc a. esset maius b. improprie. q2 indiuisibile additum diuisibili non reddit ipsum maius.

Quantum ad secundũ pro prima cõclusione ponende sunt tres suppositiões. ¶ Prima est q nihil potest fieri maius q̃ sit solum ex alia ordinatione et situatione partiũ. nec potest fieri minus sine subtractione vel condẽsatione, similiter nulla multitudo potest fieri maior multitudo sine additione vnitatis nec minor sine subtractione. ¶ Secunda suppositio quod quecunq3 sibi inuicẽ supposita vel per imaginationẽ applicata sunt si vnũ nõ excedit aliud nec exceditur: vnũ eorũ nec est maius nec est minus alio et similiter est de multitudinibus que sic se habent quod cuilibet vnitati in vna correspõdet vnitas in alia earũ vna non est maior altera neq3 minor: et hoc videtur per se manifestũ postq̃3. vnuz non excedit alterum. ¶ Tertia suppositio q infiniti ad infinitũ nulla est proportio finita sicut dupla vel tripla etc. quia tũc sequeretur quod finitũ esset medietas infiniti vel pars aliquota ita quod finities sumpta faceret infinitum: quod implicat: et intelligo hoc de infinitis que essent eiusdem rationis. ¶ Tunc sit prima conclusio. nullum infinitum altero infinito est maius aut minus: scilicet corpus corpore: superficies superficie: multitudo multitudine: tẽpus tempore

virtus

virtus virtute: probatur: nā impossibile est infinitū esse: sicut dictum est prius. ergo &c. ¶ Aliter arguitur sic. nā per imaginationē si est possibile sit a. vnum corpus infinitū vndiqꝫ & b. sit vnū aliud infinitū pedaliter latū & pedaliter profundū & in infinitum longū solum versus occidentem tunc per imaginationē dimisso a. sumatur primum pedale de b. & fiat sphericū deinde secundum addatur primo & fiat totū sphericum: deinde tertium: deinde quartū: & sic vltra: & non fiat rarefactio nec aliū de additio: & continuetur hoc secundum partes proportionales hore. quod aduersarius non reputaret impossibile. tunc in fine hore totū hoc erit infinitū vndiqꝫ: quia infinite sunt facte additiones equales. ponatur ergo per imaginationē ꝙ applicetur ipsi a. ac si duo corpora essent simul tunc non excedit a. nec excedatur. quia quodlibet vndique est extensum ergo per secundā suppositionē non erit maius neqꝫ minus: sed ipsi b. nihil est additum nec ipsum est rarefactum: ergo per primam suppositionē non est augmentatū: ergo in principio quando erat infinitum solum secundum longum & ab vna parte nō erat maius ꝙ̄ a. neqꝫ minus: sed tamen si aliquod infinitū est vel potest esse maius alio a. deberet esse maius b. ¶ Et si dicat ꝙ non imo forte sunt vel possunt esse duo alia infinita quorum vnū esset maius alio. hoc non valet: quia de quibuscūqꝫ alijs infinitis potest eodem modo argui vt fiat ratio in generali arguendo sic: omne infinitum potest taliter aptari sine diminutione vel augmentatione ꝙ alterum infinitum: non excedet ipsum nec excedetur ab eo. ergo nullum altero est maius vel minus. antecedens patet ex casu posito consequentia tenet ex suppositionibus. ¶ Iuxta eandē imaginationē sequitur ꝙ ex b. potest fieri infinitū vndequaqꝫ: & tamen b. adhuc non esset diminutū: vt si capiatur secundum pedale & deinde quartum & deinde sextū & deinde octauum & sic vlterius secundum partes alternatas & ponātur in globo sicut prius & alia pedalia remanentia coniungantur: tunc patet propositū. Nec solū hoc sequitur sed etiā ꝙ ex ipso b. nō diminuto potest fieri adhuc vnū aliud infinituꝫ per eandē viā imo infinities infinita. Ex hac imaginatione sequitur ꝙ impossibile est infinitum esse sicut dicebatur in precedenti questione. ¶ Secundo arguitur ad conclusionē sic. aut infinitū excederet infinitum excessu finito aut infinito: non finito: quia tunc esset proportio in infinitum parua: quod patet: quia si esset certa proportio sicut dupla tunc finitum esset medietas infiniti vel pars aliquota quod est contra tertiam suppositionem. & si est in infinitum modica tunc vnū non est maius alio proprie: sicut patet ex secūda distinctione. Nec potest dici ꝙ vnum infinitū excedat aliud excessu infinito: quia aut hoc esset finite: scꝫ in certa proportione sicut dupla vel tripla &c. aut infinite vltra omnem proportionē finitā: non potest dici primum: nam tunc vnum infinitum esset medietas alterius infiniti cuius oppositū ostenditur tertio physicorum: nam sicut prius dicebatur nō posset assignari vbi esset mediuꝫ: sicut patet de tēpore eterno. nec potest dici secundum: nam tunc non esset proprie maius sicut dicebatur in secunda distinctione sicut nec corpus est proprie maius superficie nec superficies linea. ¶ Tertio arguitur de multitudine: nam sit vnū pedale per imaginationē diuisum per partes proportionales tunc super primā partem sit aliquod album: super secundam sit aliquod nigrum: & super tertiam: iterum aliquod album: & super quartam iterum aliquod nigrum et sic alternatim de alijs partibus proportionalibus. tunc auferatur primum nigrum & transferatur secundum album super secūdam partem; deinde auferatur tertium nigrū transferendo sicut prius: & consequenter amoueantur omnia nigra: istum casum concederent aduersarij tunc clarum est ꝙ super quālibet partem erit aliquod album. ergo per primam suppositionem multitudo alborum non est maior nec minor multitudine partium proportionaliū: & per idē patet ex principio casus ꝙ tota multitudo alborum & nigrorū non est maior nec minor multitudine partium proportionaliū: ergo sequitur ꝙ alba & nigra simul sumpta non sunt plura nec pauciora ꝙ̄ alba solum. ¶ Pro secunda cōclusione sit prima suppositio: ꝙ portio alicuius non est equalis illi cuius est portio: & cum quo est eiusdem rationis: hoc videtur per se notū: quia si negaretur eodeꝫ modo posset dici quod pars & illud cuius est pars essent idem vel equalia. ¶ Secunda suppositio. si vnum superexcedit & transcendit aliud & nō ab aliqua parte exceditur ab illo: illa non sunt equalia. quod videtur esse per se manifestum ex quid nominis equaliuꝫ. ¶ Tertia suppositio. si ab equalibus equali demas que remanēt erūt equalia. siue dēpta habeāt proportionem ad residua siue nō sicut si a duobus angulis rectis remoueātur duo anguli cōtingentie equales: restant equalia. Et iterū si equalibus iungantur inequalia tota fiunt inequalia: siue habeant proportionē siue non: sicut prius non est ratio quare ista fuit magis vera de finitis ꝙ̄ de infinitis si essent. ¶ Tunc sit secunda conclusio. aliqua duo infinita nō sunt equalia: probatur: nā sit a. corpus infinitū vndequaqꝫ per aduersarium: tunc in eo potest signari portio que est pedaliter lata & profunda et in infinitum longa solū versus occidentem que sit b. tūc arguitur sic a. & b. non sūt equalia; ergo aliqua duo infinita non sunt equalia: antecedens patet: quia b. est portio a. ergo per primā suppositionem b. & a. non sunt equalia. ¶ Secundo sit a. pedaliter latum & profundū & in infinitum lōgum versus occidentem solum: & b. simili modo: & superponantur: ita quod vnum non transcendat alterū. tunc a. & b. videntur esse equalia si aliqua infinita sunt equalia. deinde iungatur ipsi a. corpus quatuor pedū. & sit c. & ipsi b. iungatur d. corpus vnius pedis: tunc arguitur. si a. & b. non sunt equalia habetur intētum: si sint equalia: ergo per tertiam suppositionē adiunctis c. & d. inequalibus tota fiunt inequalia. ergo duo infinita: scꝫ a. c. ex vna parte. & b. d. ex alia: sunt non equalia. quod est propositum. ¶ Confirmatur. sint a. & b. corpora vt prius. & trahatur a. ad orientem vsqꝫ quo a. transeat extremitatem b. tunc a. superpositum b. transcendit ipsum & non econuerso. ergo a. et b. non sunt equalia. ¶ Tertio. sint a. & b. duo infinita qualitercunqꝫ: non tamen vndequaqꝫ: tunc adiungatur c. quadrupedale. ipsi a. & d. vnius pedis. ipsi b. tunc vel duo infinita a. c. & b. d. non sunt equalia. & habetur propositū, vel sunt equalia. & tunc demptis equalibus. s. a. & b. remanent per tertiam suppositionem c. & d. equalia. quod est contra positum. Si dicatur ꝙ a. & b. nō sunt equalia. hoc est quod peto. & sic semper sequitur propositum. Consimiles rationes adduci possunt de multitudinibus infinitis. Consimili modo potest argui de virtutibus: quia non dicuntur infinite nisi quia possunt producere infinitum effectū: & ideo ex non equalitate effectuum arguetur non equalitas causarū vel virtutum. Cōcludatur ergo ꝙ in quolibet genere in quo possunt imaginari infinita aliquid alteri est nō equale & hoc concludatur iuxta dicta & concessa aduersariorū. ¶ Tertia conclusio. nulla infinita sūt adinuicem cōparabilia: probatur: nullum infinitum est maius alio nec minus per primā conclusionem: ergo vel omnia sunt equalia vel non sunt adinuicem cōparabilia: sed nō oīa sunt equalia per secundā conclusionem: ergo oīa nō sunt adinuicem comparabilia: & hoc dicit conclusio. ¶ Quarta conclusio. infinita si essent nō essent adinuicem cōparabilia: patet per conclusionem precedentē; etiam essent adinuicem cōparabilia: probatur: quia ad impossibile sequitur quodlibet: modo impossibile est esse infinitū; sicut dictū est ergo &c. ¶ Iuxta dictas conclusiones infero correlaria. ¶ Primū infinitū nō potest augeri nec addendo finitum nec addendo infinitū patet ex quo augeri est fieri maius: aliquid esset maius infinito: quod est contra primā conclusionē nec potest minui nisi tollendo infinitum & cum hoc ꝙ remaneat solum finitum: vnde existente infinito non potest minorari & sic non potest duplari nec triplari: quia hoc est augeri: nec etiam subduplari vel subtriplari. quia tūc diminueretur ipso remanente infinito modo nunqꝫ finitum est subduplū ad infinituꝫ. aliter enim ex duobus finitis posset constitui infinitum; quod est falsum. ¶ Secundo sequitur ꝙ infiniti non est pars proprie dicta: nec aliquota: sicut duo sunt pars ipsorum sex. nec etiam non aliquota sicut tria sunt pars ipsorum quinqꝫ: patet: nā talis pars infiniti nō est aliquid finitum; quia infiniti ad finitum non est aliqua proportio nisi sicut linee ad punctum. Nec est aliquid infinitum; quia tunc infinitū ad infinitum haberet aliquam certā proportionem que est inter maius et minus: etiam oīa pars est minor suo toto & sibi comparabilis. sed infinitum infinito non est comparabile: nec minus nec maius nec infinitum est totum nisi valde improprie: patet: quia totum dicitur relatiue ad partem: & iam ostensum est ꝙ nō habet partem: ergo &c. ¶ Tertio sequitur ꝙ per continuā augmētationem finitum fieret subito infinitum: si possibile esset fieri infinitum: ita ꝙ in instanti sit finitum & immediate post infinitum: vel econuerso: scꝫ in instanti est infinitum: & immediate ante erat finitum: sicut est dare primum instās in quo

quelibet pars proportionalis alicuius continui est pertransita: ⁊ immediate ante illud instans non: ⁊ ita per subtractionem finiti ab infinito infinitũ fieret subito finitũ: ita ꝙ in tali subtractione deueniretur ad aliquod instãs in quo primo erit verum dicere nunc illud per subtractionẽ factum est finitum ⁊ immediate ante hoc non. ¶ Ultimo sequitur ꝙ infinitum nõ potest mouere infinitum nec successiue nec subito: et hoc dicit Aristo. primo huius: non successiue qꝛ talis velocitas sequitur proportionẽ mouentis ad motũ: modo infiniti ad infinitũ non est proportio: nec subito: qꝛ tunc infinitũ esset maius infinito in infinitum: quod est falsum.

Ad rationes. Ad primã quãdo dicebatur infinitã si esset esset quantũ: verũ est: etiam si esset: ipsum nõ esset quantũ: cum ad impossibile sequantur cõtradictoria. ⁊ sic infinitũ si esset vel si essent plura vnum esset maius alio ⁊ esset sibi comparabile: ⁊ nõ esset maius alio nec esset sibi cõparabile: ⁊ ideo quicquid tibi placet sequitur ad infinitũ eẽ. ¶ Ad secundam omne comparabile ⁊c. concedo totũ. sed nego ꝙ sit sic de infinito: qꝛ infinitum non est alicui comparabile. ¶ Ad tertiã. si esset infinitũ ⁊c. concedo: etiã dico ꝙ nõ esset comparabile finito: cũ sicut iam dicebatur ad infinitum esse sequantur contradictoria p[...]ter finitum esse est impossibile sicut probatum est. ⁊ conformiter etiam potest responderi ad omnes alias rationes iuxta idem fundamentum.

Questio. IX.



Quarto circa dictam materiã queritur vtrum mundus sit magnitudo finita vel infinita. videtur ꝙ sit magnitudo infinita qꝛ totum occupat. tale autem est in infinitũ. ¶ Scd'o. nisi mundus esset magnitudo infinita extra mundũ videretur esse spatiũ infinitũ. ⁊ sic adhuc sequitur ꝙ esset dare actu infinitum: cuius oppositũ prius dictũ est. Et confirmatur. quia si mundus esset magnitudo finita aliquis existens in extremo mundi vtiqꝫ posset extẽdere brachiũ suum: cũ nullum videatur esse impediens ipsum: ⁊ per consequens ibi videtur esse spatiũ: ⁊ nõ finitum: qꝛ nõ videtur ratio vsqꝫ ad quantũ illud spatium esset extensum precise. Tertio qꝛ nisi extra mundum esset spatium vel locus sequeretur ꝙ vltimũ celum nõ moueretur localiter: hoc est falsum falsitas cõsequentis patet: qꝛ mouetur ⁊ nõ alio motu specie a motu locali ergo. consequẽtia probatur; nam tunc vltimũ celum nõ esset in loco: ⁊ per consequẽs nõ mutarẽt locum: et cum latio seu motus localis sit loci mutatio: sequitur illud quod dictum est scꝫ ꝙ vltimum celũ non mouetur localiter.

Oppositum vult Aristo. in litera qui probat hoc tanqꝫ vnã conclusionem principalem ꝙ mundus sit magnitudo finita. ¶ Hic erunt duo articuli. ¶ Primus erit de principali quesito. Secundus erit postqꝫ mundus est magnitudo finita vtrum extra ipsum sit aliquid: puta spatiũ infinitũ vel aliquid aliud: de quo iam tangebatur in arguẽdo.

De primo sit ista conclusio. ꝙ mundus est magnitudo finita: probatur: mundus est magnitudo iuxta prius dicta: vel ergo est magnitudo finita vel infinita: si finita habetur propositum: si infinita tunc seqtur ꝙ aliquid eẽt actu infinitũ: cuius oppositũ ostensum est in precedentibus.

De secundo videtur quod extra mundum vtiqꝫ sit spatium: quia extra mundũ deus posset adhuc creare vnum lapidem: sed talis nõ esset in indiuisibili: imo aliqđ spatium diuisibile videretur occupare. ¶ Secũdo. qꝛ deus talem lapidẽ extra mundũ creatum potest mouere motu recto: ⁊ facere eum distare plus ab vltimo celo qꝫ prius: sed nõ potest talia facere nisi per spatium. ¶ Tertio deus extra mũdum posset creare duos lapides quorũ vnus esset extra alterum: ergo videtur ꝙ de facto extra mundũ sit extra: sed extra est differentia loci vel spatij: ergo videtur ꝙ extra mundum sit spatium. ¶ Confirmatur. quia si tales lapides non essent sibi inuicẽ immediati: sicut deus posset eos creare: tunc vnus videretur distare ab alio: ⁊ per consequens extra celũ videretur esse distantia per quam tales lapides creati distarent. ¶ Quarto. nam ponatur ꝙ deus extra hunc mundum formet duos alios mundos ⁊ illi tres mundi contingerent se sicut sphere imaginantur se cõtingere: videtur ꝙ inter illos tres mundos ⁊ puncta in quibus cõtingerent se esset spatiũ mediũ ⁊ distantia media: aliter enim tãgerẽt se scḋm superficies ⁊ non scḋm puncta: quod est falsum. ¶ De isto articulo sit prima conclusio. extra mundũ non est corpus: probatur sic omne corpus vel mundus est pars mundi: imo omne ens: ⁊ non solum corpus: cum mundus sit vniuersitas entium: sed nec mundus nec pars mundi est extra mundum. ergo ⁊c. Secundo. si extra mundum esset corpus vel esset ibi naturaliter hoc non potest dici: qꝛ omne corpus siue simplex siue mixtum habet alibi quã extra mundum locum suum naturalem: ⁊ cum vnius corporis scḋm speciem nõ sint plura loca naturalia scḋm speciem seqtur ꝙ tale corpus nõ esset ibi naturaliter. nec potest dici ꝙ violẽter. quia tunc ille locus esset alicui alteri corpori naturalis qđ est impossibile: qꝛ neqꝫ esset naturalis simplici neqꝫ mixto. ¶ Secunda conclusio. extra mũdum nõ potest esse naturaliter aliquod corpus. probatur: quia nec potest ibi esse naturaliter corpus simplex nec corpus mixtum: quia tale nec potest ibi esse naturaliter nec violenter sicut iã probatur. cõsimiliter ꝙ extra mundum nec est nec potest esse naturaliter aliquis locus: probatur: nam si sit talis locus esset alicui corpori naturalis ⁊ alicui alteri violẽtus: quod est falsum: sicut patet ex iam probatis: ⁊ ita probaretur ꝙ extra mũdum nec est nec potest esse vacuum: nam vacuum dicitur vbi nõ est corpus: sed potest esse: modo licet extra celum nõ sit corpus cum hoc etiam nõ potest ibi esse corpus ⁊ per consequẽs nõ est ibi vacuum nec potest esse. vnde hic terminus vacuum cum sit terminus priuatiuus nõ significat solum carentiam corporis alicubi sed cum hoc cõnotat aptitudinem essendi corpus ibidem. ¶ Tertia cõclusio. nec extra mũdum potest naturaliter esse motus: probatur vbi nõ potest naturaliter esse corpus nec potest esse locus: ibi nõ potest esse motus: sed extra celum nõ possunt esse hec: ergo ⁊c. maior est nota ex hoc ꝙ ad omnẽ motũ reqritur corpꝰ: minor patet ex dictis. ¶ Quarta conclusio: extra mũdum nõ potest esse tempus: probatur: vbi nõ potest esse motus: ibi nõ potest esse tẽpus: sed extra mundum nõ potest esse motus per precedẽtem conclusionem: igitur nec tempus: maior patet ex hoc ꝙ tempus est idem cum motu: quarto physicorum. ¶ Quinta conclusio. deus ⁊ intelligentie nec sunt extra mũdum nec sunt in mundo circũscriptiue: patet ex eo: quia huiusmodi carẽt situ ⁊ magnitudine sed sunt extra mũdum priuatiue id est nõ habent situm in mũdo. cum quo bene stat ꝙ deus ⁊ intelligẽtie sunt pars mũdi licet nõ habeant situm in mũdo. ¶ Ex omnibus his cõcluditur hoc ꝙ Aristo. dicit in primo huius: qđ extra mũdum nec est corpus: nec est locus: nec est vacuũ: nec est motus: nec est tempus: sed extra mũdum sunt entia inalterabilia optimam vitam ducẽtia: exponẽdo ly extra priuatiue scḋm intellectum precedẽtis conclusionis. Ulterius dico ad saluandum ꝙ deus supernaturaliter extra mũdum posset creare vnum lapidem vel duos: vel vnum alium mũdum vel plures nõ oportet ponere ꝙ de facto extra [illegible] sit spatiũ vel vacuum vel distãtia vel aliquod tale: probatur: nam si extra mũdũ de facto esset aliqđ tale deus posset illud annihilare: nõ minus illo annihilato posset creare extra mũdum illa que vellet sicut modo: igitur. Consequenter cõcedo ꝙ deus potest talem lapidem creatum extra celum mouere: nõ motu locali: sed motu eiusdem rationis cum motu locali: absqꝫ hoc ꝙ fieret propinquior vel remotior lateribus celi. ¶ Iuxta dictam imaginationem vlterius possumus imaginari. ꝙ sicut deus posset omnia infra latera celi annihilare absqꝫ hoc qđ latera celi se tãgerẽt sic in aliquo paruo loco vt in grano milij ipse potest ponere vnum corpus ita magnum sicut totalis mũdus absqꝫ aliqua cõdensatione vel rarefactionẽ vel corporum penetratione. vnde ita imaginandum est de corpore Christi in hostia parua: nã in illa parua hostia corpus Christi est ita magnum sine cõdensatione ⁊ penetratione quãtumcũqꝫ: sicut erat pro nobis peccatoribus suspensum in cruce. ¶ Iuxta idem possumus imaginari quod in tali paruo grano milij posset creari vnum spatium centum vel mille leucarum: vel quotquot volumus. Et consequenter imaginandũ est ꝙ aliquis homo in vno grano milij posset ambulare per mille leucas de vno extremo anteqꝫ perueniret ad aliud: et plura alia similia iuxta hoc essent concedenda.

Ad rationes.

Ad rationes. Ad primam. mundus occupat totũ. potest hic dici ꝙ mũdus nõ occupat aliud spatium a se: et ideo sicut nõ occupat seipsum ita nõ occupat aliud spatium. Uel aliter dicatur sicut prius dicebatur qñ dicitur infinitũ est quod totũ occupat verũ est quod totũ occupat spatiũ verũ et imaginabile: sed hoc nego de mundo. ¶ Ad secundam. nisi mundus esset magnitudo infinita extra mundũ esset spatiũ infinitũ. nego consequentiã. quia nec propter hoc esset extra mundũ spatiũ finitũ nec infinitũ. Ulterius gratia materie argumẽti dico quod extra mundũ deus posset creare bene spatiũ finitum: tantũ quantũ sibi placeret absq; hoc quod illud spatiũ esset infinitũ. ¶ Ad confirmationẽ. si mundus esset magnitudo finita tunc aliquis existens in superficie ultimi celi posset extendere brachiũ suum: nego: et cũ dicebatur nullũ esset impedimentũ resistẽs ultra mundũ: placet mihi: sed ulterius dico quod hoc non obstante non posset ꝓpter defectũ receptaculi sicut loci vel spatii in quo brachium reciperetur brachiũ suum extendere. ¶ Ad terciã si extra celũ non esset locus vel spatiũ ultima sphera non moueretur localiter: concedo: cũ quo tamen bene stat quod mouetur motu eiusdẽ speciei cum motu locali: et de hoc dicebatur sufficiẽter in libris physicorum. ¶ Deinde erant ibi facte alterationes. iuxta secundum articulũ questionis quibus etiam probabatur ꝙ extra mundũ esset spatium: que etiam restant soluende. ¶ Ad primã. extra mundũ deus posset creare vnum lapidem: placet mihi: sed ulterius dico ꝙ talis lapis non esset in aliquo spatio neq; diuisibili neq; indiuisibili: qꝛ nõ eẽt in loco aliquo sicut nec totalis mundus: bene tamen concedo ꝙ quando crearetur lapis extra mundũ: etiam crearetur spatiũ extra mundũ et illud spatium non esset aliud q̃ ille lapis creatus. ¶ Ad secundã. deus potest illum lapidẽ creatũ extra mundũ mouere elongando ipsum a celo: dico quod verum est: sed hoc non potest esse nisi etiã crearet spatiũ in quo moueretur: et per quod haberet certũ sitũ ad centrũ vel celũ. et ad partes celi: sꝫ postq̃ deus absolueret illũ lapidẽ a determinato situ ad celuꝫ ipse nec esset prope celũ nec longe a celo: et de hoc dicebatur in corpore questiõis. ¶ Ad terciã. deus potest extra mundũ duos lapides creare: quoꝝ vnus esset extra aliũ: cõcedo accipiẽdo ly extra negatiue ad istũ sensuꝫ quod vnus esset in alio: sicut nec vna intelligentia est in alia sed ulterius dico quod non potest facere vnũ eorũ extra aliũ positiue: nisi concrearet eis spatium vel distantiaꝫ per quod vel quaꝫ vnus eorum esset extra alium. et ulterius dico quod extra negatiue acceptum non est differentia loci vel spatii: sꝫ bene extra positiue et affirmatiue acceptum. ¶ Ad quartam ex eodem fundamento dicatur.

Questio .x.



Onum est iuxta ordinem Aristotelis procedere et querere modo circa terciam materiam principalem quam pertractat Aristo. in primo huius scilicet iuxta finitatẽ mũdi in multitudine. circa quã primo querit vtrũ supposito ꝙ essent plures mundi terra vnius mũdi moueret ad mediũ alterius mũdi. arguitur ꝙ nõ. nã si deus ad istũ mundum faceret vnum alium nõ propter hoc terra vnius mundi haberet aliam inclinationẽ q̃ habet: sed iam nõ moueretur vel nõ inclinat moueri alicubi nisi ad mediũ huius mundi: ergo neq; tunc assumptũ patet ex eo ꝙ ex quo terra est vnum corpus simplex habet vnicã inclinationem: scilicet ad vnicũ locum et non ad diuersa. s. secundũ speciem. ¶ Secũdo. si sic vel hoc esset naturaliter vel violenter: non naturaliter nã terra istius mundi non posset moueri ad mediũ alterius mundi nisi ascenderet in isto mundo: sicut patet intuenti: modo ascendere non cõpetit naturaliter ipsi terre secundũ naturã eius propriã: sed violenter. Si aũt dicatur ꝙ terra huius mũdi moueretur violenter ad mediũ alterius mundi tunc non oporteret: nec esset necessariũ si plures essent mundi ꝙ terra huius mundi moueretur ad medium alterius mundi postq̃ esset violentũ. Et etiã hoc est contra Aristotelem in litera q dicit ꝙ naturaliter terra vnius mundi moueretur ad terrã alterius mundi. ¶ Tertio. si esset alius mundus ignis vnius mundi non moueretur ad ignem alterius mundi: igitur nec terra ad terrã: consequentia tenet a simili: antecedens patet: nam hoc non posset esse nisi ignis vnius mundi fieret centro alterius mundi propinquior: et sic ille ignis descenderet: quod non conuenit naturaliter igni: consequentia tenet ex hoc ꝙ centro fieri propinquius est descẽdere: sed ꝙ ignis non naturaliter descendat patet: qꝛ ex quo naturaliter ascendit eidem simplici conuenirent plures motus secundum speciem: et hoc naturaliter: cuius oppositũ est prius probatum. ¶ Quarto. si essent plures mundi illi essent eiusdem ratiõis igitur sicut terra in isto mundo quiescit in medio huius mũdi naturaliter: ita terra alterius mundi quiesceret in medio alterius mundi naturaliter: et sic vna non tenderet ad aliam sed ad medium sui mundi si esset extra ipsum: qꝛ tenderet ad mediũ sibi propinquius: sed si contingeret qꝺ equaliter ab vtroq; distaret quiesceret inter ambo sicut ferruꝫ inter duos adamantes equaliter trahẽtes. ¶ Quinto. nam terra vnius mundi non posset moueri ad terrã alterius mundi: nisi diuideretur celum huius mundi et etiam celum alterius mundi: modo hoc est impossibile postq̃ celũ est idissolubile. ¶ Sexto adhuc supposito quod diuideretur celũ nõ posset moueri vsq; ibi nisi transiret vacuũ interceptũ inter illos duos mundos qui postq̃ nõ possent se tangere secundum superficiem postq̃ essent spherici inter eos interciperetur vacuuꝫ: modo corpus simplex quale est terra non posset moueri in vacuo sicut patet quarto physicorum: igitur &c.

Oppositũ determinat Aristoteles. In ista questione primo ponende sunt quatuor conclusiones preãbule. secundo respondendum est ad quesitum.

Prima est. omnia grauia naturaliter mouentur ad suum locum naturalem scilicet deorsum: et leuia ad suũ scilicet sursum si non fuerit impedimentuꝫ: probatur ex hoc quod quanto aliquid est grauius tanto ceteris paribus descendit velocius: igitur nõ violenter sed naturaliter antecedens patet ad experientiam. consequentia tenet: quia si hoc non esset naturaliter sed violenter tunc grauitas resisteret et maior grauitas magis resisteret: et per consequẽs tardius moueretur. Ex ista conclusione patet falsitas duarum opinionum de motu terre ad medium Una dicit quod terra in principio mundi fuit prope celum: et quando celum incepit moueri: violenter pulsa erat ad medium: et sic adhuc fieret quando aliquod graue esset positum sursum sicut terra vel aliquod tale: violenter motu celi pelleretur ad medium terre: sicut quando ponitur aliqua faba vel aliquod tale in aliquam scutellam et velociter circũuoluitur illa scutella: faba propter motum scutelle pellitur ad medium. ¶ Erat secũda opinio qꝺ terra moueretur ad mediũ quando esset extra ipsum motu tractus: imaginabatur enim qꝺ centrum mũdi traheret sibi terram et sic alia grauia: et sic ambe iste opiniones imaginant̃ grauia moueri ad mediũ motibꝰ violẽtis. vna quidẽ dixit ꝙ hoc fieret motu pulsus: alia motu tractus: isti autem motus sunt violenti. ¶ Contra istas opiniones est cõclusio nostra. Cõtra tamen cuius probationẽ dubitatur. nã si valeret argueretur consimili forma: grauiora mouentur velocius sursum q̃ leuiora: igitur motus grauium sursum est naturalis: antecedens patet de plumbo quod velocius proiicitur sursum q̃ pluma. vnde si consequentia ad conclusionem facta valeret: et ista valere videtur. ¶ Respondetur qꝺ ista instantia non valet. nam dicebatur in ratione facta ad conclusionem vniuersaliter: quanto aliquid est grauius: tanto velocius descẽdit: modo quamuis grauius velocius proiiciatur sursum tamen falsum est ꝙ quanto aliquid est grauius tanto velocius moueatur sursum: imo aliquod posset esse ita graue ꝙ non posset proiici sursum sed nihil potest eẽ ita graue quin aptum natum sit descẽdere: imo quanto grauius tanto velocius. Hic incidenter possumus notare causam quare plumbũ remotius proiicitur quã pluma: et hoc a proiiciente sibi commensurato: cuius causa est: nam illud qꝺ est grauius est receptiuum pluris virtutis a proiiciente: et est diutius retentiuum illius virtutis propter pluritatẽ materie: q̃ vnũ leue sicut pluma vel aliquod tale: et ita mediante illa virtute recepta et retẽta velocius et remotiꝰ proiicitur. ¶ Secundo arguitur ad conclusionẽ sic. grauia in descendẽdo mouẽtur velociꝰ in fine q̃ in principio: et similiter leuia in ascendẽdo: ideo tales motus talibus corporibus sunt naturales et nõ violẽti: añs patet ad experiẽtiã: cõseque [illegible]

batur: qr propriū est motibus naturalib⁹ saltē in medijs vniformib⁹ in fine intendi: ⁊ motib⁹ violētis in fine remitti. nam in motib⁹ violentis virtus motiua fatigatur ⁊ debilitatur cōtinue: ⁊ sic in fine mouet tardius: qualiter nō est in motibus naturalibus. ¶ Tertio arguit̄ ad cōclusionē. si grauia non mouerentur naturaliter deorsum: sed violenter: sequeret̄ q̄d mouerent̄ naturaliter sursum: modo hoc est falsū: consequētia patet ex hoc q̄d cuiꝫ aliquis mot⁹ est violētus: est ei oppositus naturalis: ⁊ hoc si sunt mot⁹ simplices. ¶ Sed diceres contra: nā sequit̄ ꝙ si terra moueretur violēter ad sinistrū: moueretur naturaliter ad dextrū: postq̄ mot⁹ ad sinistrū ⁊ motus ad dextrū sunt motus cōtrarij. ¶ Respōdetur ꝙ non est simile: qr mot⁹ sursum ⁊ motus deorsum sunt motus cōtrarij simplices: motus aūt ad dextrū qr mot⁹ ad sinistrū sunt motus cōtrarij mixti: modo illud q̄d dicebat̄ intelligit̄ de motibus cōtrarijs simplicibus ⁊ nō mixtis. ¶ Scda conclusio. si esset alter mund⁹ terra istius mundi esset eiusdē speciei specialissime cū terra alterius mūdi: ⁊ sic de alijs corporib⁹ simplicibus ex quibus vterq̄ cōponeret̄. patet hoc primo: qr aliter hoc nomē mundus diceretur equiuoce de isto mūdo ⁊ de illo: modo hoc videtur esse falsum. ¶ Secundo. qr operationes taliū corporū essent cōsimiles sicut calefacere: exiccare: ⁊ huiusmodi. ¶ Tertio. quia eis deberentur ijdē motus ī specie. ¶ Quarto. vel isti duo mundi depēderēt ab eodē primo principio: vel diuersis: cū similib⁹ tamē ⁊ eiusdē speciei: vel a diuersis diuersarū specierū. istud patet per sufficientē diuisionē. Si dicatur primū: tūc isti mundi deberēt esse oīno cōsimiles: patet hoc: qr cā eadē ⁊ nullo modo diuersificata nō debet causare dissimiles effectus. cōsimili modo est dicendum si illi duo mundi sint a duob⁹ principijs eiusdē speciei: quia cause cōsimiles debēt causare cōsimiles effectus. si vero isti mundi sint a principijs diuersarū rationū seu specierū: tunc vnum istorū principiorū est altero melius ⁊ perfecti⁹: ⁊ sic naturaliter prius: ergo alterū principiū ab ipso dependeret et etiā mūdus suus: quia omnia essent adinuicē ordinata ⁊ ad vnū principiū. ¶ Tertia conclusio. corpus q̄d naturaliter inclinatur ad aliquē locū: inclinatur ad illum ad quācunq̄ distantiā: patet hoc: q̄d in quacunq̄ distantia ipso manēte obtinet suā formā que est causa talis inclinationis naturalis: modo posita causa ponitur effect⁹. ¶ Idē patet ex alio: quia terra posita magis sursum ita bene inclinat̄ ad locū suū naturalem sicut terra posita minus sursum. ¶ Sed cōtra diceret aliquis: terra in loco suo non est grauis: ergo in loco suo nō videtur habere talē inclinationē. dico ꝙ imo: quia in loco suo habet inclinationē ad manendū ibi: ⁊ extra locū suū habet inclinationē ad mouendū se ad locū suum naturalē: ⁊ ita proportionaliter dicatur de alijs elemētis. etiā falsum est q̄d terra in loco suo non sit grauis: vnde si extra locū suū est grauis: ⁊ cū venit ad locū suū nō perdit illā grauitatē sequitur ꝙ in loco suo est sic grauis sicut extra. verum est tn̄ ꝙ illa grauitas extra locū naturalē habet vnū officiū: ⁊ in loco naturali aliud: cū eñ terra extra locū suū fuerit posita: sua grauitas inclinat ipsam ad mouendū ad locū suū: ⁊ cū est in loco suo eadē grauitas inclinat ipsam ad quietem: ⁊ iō in loco suo naturali nō pōderat: ⁊ ad istū intellectū auctores de pōderibus cōcedūt corpora in suis locis naturalib⁹ nō esse grauia. ¶ Secūdo dubitatur: nā adhuc videtur ꝙ distātia aliq̄d faciat: vt si vnus ignis esset in medio mūdi vna pars moueretur versus vnā partē puta versus septētrionē: ⁊ alia versus meridiē ꝑsus celū ad locū ignis: ⁊ tamē si ille idē ignis esset ex vna pte centri mūdi tūc totalis ille ignis moueret̄ vl' ꝑsus vnā ptem solū vel ꝑsus aliā. ¶ Respondet̄ ꝙ distantia bene facit ꝙ aliquid inclinat̄ moueri sm̄ diuersas eius ptes p diuersas vias ad suū locū naturalē: sꝫ nunq̄ distantia faceret quin aliquid inclinaret̄ ad suū locū naturalē. ¶ Quarta cōclusio. q̄cūq̄ grauia eiusdē speciei: ⁊ quecūq̄ leuia eiusdem speciei tendūt vel inclinant̄ ad eundē locum numero si sunt simplicia: probat̄: qr si due terre dimittant̄ cadere ad deorsum videm⁹ ꝙ inclinant̄ ad eundē locū puta deorsū: ⁊ eodem modo. ⁊ p eandē viā si ponant̄ cadere de eodē loco successiue. ¶ Sed cōtra diceret aliquis: diuersa in specie tēdūt ad diuersa loca in specie: ergo diuersa in numero tendūt ad diuersa loca in numero. ¶ Secūdo. nulla inclinatio naturalis est ad impossibile: sed impossibile est plura in numero esse in eodē loco in numero naturaliter: ergo naturaliter nō inclinatur corpora distincta in numero ad eundē locum in numero. ¶ Tertio. nam videm⁹ ꝙ vnus ignis ascēdit ad locū suum ꝑsus septētrionē alius ꝑsus meridiē: modo ista sunt diuersa loca in numero. ¶ Ad ista. Ad primū: negat̄ similitudo. ⁊ ratio est: qr quecunq̄ simplicia vel similia eiusdē speciei nata sunt facere vnū p cōtinuationē: q̄d quidē vnū habꝫ vnū locū in numero naturalē sui: ⁊ cuiuslibet sue ptis: ergo ⁊ q̄libet ps inclinat̄ ad eundē locū in numero. ¶ Per hoc ad scdm̄ dico ꝙ nō est impossibile plura prtialia esse in eodeꝫ loco sui toti⁹: ⁊ hoc in eodē loco totali. ¶ Per hoc idē ad tertiū dico ꝙ ambo illi ignes mouent̄ ad eundē locū in numero totalem: qui est concauitas orbis lune: cū quo bene stat ꝙ partes totius habent distincta loca in numero partialia.

Quantum ad secundum pono vnicam conclusionem responsalem ad questionē. s. ꝙ si esset alter mundus nō concentricus huic mundo terra istius mundi haberet inclinationē mouēdi ad mediū alterius mundi et econuerso: licet forte haberet impedimentū veniendi ibi propter hoc ꝙ celum nō est dissolubile secundū quod arguebatur in principio questionis: probatur omnia simplicia eiusdē speciei naturaliter inclinātur ad eundē locum in numero per quartā conclusionē: ita ꝙ nulla distantia talem inclinationē posset impedire: per tertiā conclusionē: sed terra huius mundi ⁊ terra illius essent eiusdē speciei per conclusionem secundā: ⁊ terra huius mundi naturaliter mouetur ad mediū huius mundi: per primā conclusionē: igitur terra illius mundi moueretur naturaliter ad mediū huius. Sed quia hoc est impossibile: quia pari ratione fieret econuerso sm̄ Aristo. concluditur ꝙ impossibile est esse plures mundos nō cōcentricos naturaliter: cū quo bene stat ꝙ deus posset facere plures per suā omnipotentiam. sed de hoc in sequenti questione latius tractabitur.

Ad rationes. Ad primam dico ꝙ si miraculose fierēt plures mundi vnus extra alium eccentrici: nō mirum ꝙ tunc terra huius mundi inciperet habere aliā inclinationē q̄ ante habuit. etiam dico ꝙ deus bene posset facere ꝙ obtineret vnicam inclinationem. videlicet mouendi solum ad mediū sui mundi: sed Aristo. breuiter diceret ꝙ hoc non potest fieri. ¶ Ad secundā ⁊ ad omnes sequentes dico concedendo oīa consequentia illata ex concessione si miraculose fierent plures mundi eccentrici: sed sm̄ Aristo. concedende essent cōsequentie: ⁊ qr consequentia sm̄ ipsum essent impossibilia. antecedens secundū ipsum reputatur impossibile scꝫ esse plures mundos: ad quod secundū ipsum concederetur sequi quodlibet.

Questio. XI.



Secundo circa idem queritur vtrū sint vel possint esse plures mundi: probatur ꝙ sic: qr hic terminus mundus est terminus cōis: igitur vel actu vel potentia habet plura supposita: ⁊ per ꝯñs vel actu sunt vel possunt esse plures mundi: aññs patet per oēs: consequētia probatur per hoc ꝙ terminus cōis dicitur qui predicabilis est de pluribus. ¶ Secundo. melius est bonū ⁊ perfectū multiplicari q̄ non multiplicari: sed mūdus est quoddā bonū ⁊ perfectū sicut prius dicebatur: ergo melius est esse plures mundos quā vnum: ⁊ qr hoc est possibile apud deū: ⁊ cum deus faciat de possibilibus quod melius est: sequitur ꝙ sunt plures mundi. ¶ Tertio. mundus pōt gñare alium mundū sibi similē: ergo possunt esse plures mundi: consequentia tenet: antecedens probat̄: qr mundus est quoddā pfectum: ⁊ nō orbatum: tale aūt secundo de anima: potest gñare sibi simile cum generare arguat perfectionem. ¶ Quarto videtur q̄d saltem possunt esse plures successiue: qr iam sunt alia mixta in numero. Et similiter alia elementa: quā erant sunt centū anni: ⁊ illa sunt partes mundi: quibus non manentibus eisdem videtur etiam ꝙ mundus non maneat idem igitur.

Oppositum vult Aristote. In ista questione primo ponam distinctiones. secundo conclusiones.

Prima distinctio est. ꝙ esse plures mūdos possumus imaginari dupliciter. s. simul vel successiue: sicut

dicimus

dicimus ꝙ possunt esse plures phenices quarū vna succedit ad aliam. ¶ Secunda distinctio. plures esse mundos simul possumus imaginari: vel ꝙ essent cōcentrici: vel ꝙ essent ecētrici: concentrici quidē sicut si super vltimū celum nostri mūdi imaginamur vnū orbem terrerum: ⁊ vltra illum vnum orbem aqueū: ⁊ vltra illum vnum orbem aereū: ⁊ vltra illū vnū orbem igneū: ⁊ vltra illum orbes celestes cōsimiles orbibus celestibus nostri mundi. vel si imaginaremur nostrā terram vnū orbem: infra quem esset aggregatum ex orbibus celestibus contiguū concauitati orbis terre nostre: infra quod aggregatū ex orbibus supercelestibus imaginemur quatuor elementa sicut in nostro mundo: ⁊ sic possumus imaginari infinitos mundos concentricos et ascendendo et descendendo. ¶ Similiter possumus imaginari plures mundos ecentricos: vel ꝙ vnus totaliter sit extra aliū: ⁊ hoc quod contingāt se quemadmodū plures globi positi in vno sacco: vel quod non contingant se: sed sint separati abinuicē: vel sic ꝙ vnus non sit extra aliū: sed ꝙ in aliqua parte nostri mūdi sit alter mundus: sicut si in luna imaginaremur vnum alium mundū vel in sole ⁊ sic de alijs stellis.

Tunc sit prima cōclusio. si essent plures mūdi concentrici non oporteret ꝙ terra vnius mūdi moueretur ad terram alterius mundi: probatur: quia cuiuslibet mundi terra quiesceret naturaliter: propter hoc ꝙ omniū illarū terrarum vnū esset centrum seu medium. Unde imaginandum est ꝙ si terra esset concaua ⁊ in medio concauitatis esset medium mundi: ita quiesceret naturaliter sicut modo. Ex quo concluditur ꝙ contra pluralitatē mundorum concentricorum non valet ratio Aristo. qua arguit ꝙ nec sūt nec possunt esse plures mundi: propter hoc ꝙ terra vnius moueretur naturaliter ad medium alterius. licet illa ratio bene probet istam conclusionē que potest esse secunda conclusio huius questionis: impossibile est esse plures mundos ecentricos: ⁊ hoc naturaliter. ¶ Tertia conclusio. impossibile est naturaliter ꝙ sint plures mundi successiue vnus post alium: probatur: nā si sic tunc iste mundus esset corruptibilis secundū se totum: ⁊ tunc etiam celum esset corruptibile cuius oppositū postea ostendetur. verūtamen antiqui bene dixerunt mundum nō corrumpi totaliter: sed aliquādo fieri deordinationē entium ⁊ reuerti omnia in quoddā chaos confusum: ⁊ quando iterū entia ordinarentur debite dicebant iterum esse alium mundum: ⁊ istam deordinationē ⁊ ordinationem dicebant fieri per litem ⁊ amicitiā: sed istud non valet: quia per talē deordinationem mundus non corrūpitur: ex eo ꝙ deordinatio est vnū predicatū accidentale: ⁊ ideo potest verificari affirmatiue ⁊ negatiue successiue de aliquibus sine hoc ꝙ illa entia corrūpantur. ¶ Et si dicatur: quādo entia sunt deordinata tunc non dicuntur mundus: sed quando sunt ordinata tunc dicūtur mūdus. breuiter hoc non valet: nam tunc hoc nomen mūdus esset nomen connotatiuū. ¶ Quarta conclusio. impossibile est aliquo modo esse plures mundos: probatur: impossibile est esse plures primos motores: ergo impossibile est esse plures mundos naturaliter siue ecentricos siue concentricos: consequentia tenet: quia si essent plures mundi in quolibet esset vnum primū celum: ⁊ etiam vnus primus motor: antecedens concludit Aristo. xij. metaphysice in fine vbi dicit: mala autem est pluralitas principum: vnus ergo princeps. ¶ Sed aliquis diceret ꝙ non oporteret propter hoc esse plures principes omnium illorū mundorum: quia in quolibet esset vnus motor mouens propter illum primū tanꝗ propter finē hoc remouet Cōmentator: ⁊ dicit ꝙ hoc non valet: eo ꝙ primus motor mouet propter se: ⁊ hoc probatur sufficienter in xij. metaphysice: ⁊ ideo non valeret dicere tales primos motores mouere propter vnum aliū motorem. ¶ Secūdo arguitur ad idem ratione Aristo. quia iste mundus constat ex omni materia pertinente ad formam mundi: ergo nō esset materia ex qua posset esse vel fieri alter mundus: consequentia tenet: antecedens probatur: quia iste mundus continet omnia corpora simplicia: que non sunt nisi quinqꝫ secundū speciem: sicut prius dicebatur: que quidem corpora simplicia cum alijs corporibus hic in isto mundo existentibus [illegible] materia mūdi. ¶ Ultima conclusio. que stat cū precedētibus ꝙ est possibile supernaturaliter esse plures mundos tam simul ꝗ successiue. tam ecentricos ꝗ concentricos sicut deo placeret.

Ad rationes. Ad primam dico quod nō solum iste terminus mundus. immo etiam iste terminus deus: ⁊ ille terminus sol sunt termini cōmunes: non quia de facto supponant pro pluribus: nec quia [illegible] plures [illegible]bus supponant: sed quia non repugnat talibus terminis ex forma ⁊ modo impositionū supponere pro pluribus: licet ex parte rerū significatarum repugnet. ¶ Ad secundā: quando dicebatur: melius esset esse plures mundos. dico ꝙ non. [illegible] diceres semper maior multitudo bonorū est melior. illud est falsum: quia tunc melius esset esse plures deos ꝗ vnum: quod tamen est falsum: quia hoc est impossibile: ergo non est melius: vnde quando per multitudinē bonorū tolleretur ordo vniuersi non esset melius esse plura bona ꝗ vnum: qualiter fieret in proposito. ¶ Ad tertiā nego antecedens: ⁊ quādo dicitur generare sibi simile arguit perfectionē: verū est inter illa que nō possunt permanere secundum indiuiduum: sed inter corruptibilia hoc argueret imperfectionē. ¶ Ad quartā dico ꝙ illa bene probat ꝙ plures possunt esse mundi successiue diuersi abinuicem partialiter: ⁊ hoc bene conceditur: cum hoc tamen stat ꝙ non possunt esse plures mundi successiue diuersi abinuicem totaliter.

Questio. XII.



Unc expedit iuxta ordinē Aristo. tractare vtrum mundus sit generabilis ⁊ corruptibilis vel ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. Sed quia generabile ⁊ corruptibile includit potentiā: ideo iuxta istā materiam primo querenda sunt aliqua circa terminationē potentiarum: vnde primo querendū est vtrum quelibet potētia actiua terminetur per maximū in quod potest agere. videtur primo ꝙ sic per Aristotelē in littera. Secundo. si potētia actiua non terminaretur maximo in quod posset: tunc non esset dare pondus maximum quod sortes posset portare: sed hoc est falsum: nam si non tunc quecunqꝫ pondere dato quod posset portare adhuc maius potest portare: et sic in infinitum pondus potest portare: quod est falsum. ¶ Tertio. ponatur vnus lapis sicut octo in grauitate super caput sortis potentie sicut octo precise qui conseruetur in tali potentia per tempus ⁊ lapis similiter: tūc vel sortes sustinebit lapidē: vel lapis deprimet sortem: si dicatur primū. sequitur ꝙ potentia sortis est terminata ad maximū quod potest sustinere: quia ita grauem lapidē ⁊ non grauiorem. Unde quātumcunqꝫ iste lapis esset grauior excederet potentiā sortis. et cum quilibet excessus sufficit ad motum: statim ille lapis deprimeret sortem. si autem dicatur ꝙ sortes nō potest sustinere illum lapidē sequitur ꝙ ille lapis deprimet sortem ⁊ sic a proportione equalitatis fieret actio: ⁊ etiam sequeretur ꝙ potentia depressiua lapidis terminatur ad maximum quod potest deprimere: quia ad potentiā sortis vt octo: que si esset maior sustineret lapidem: cū quilibet excessus sufficiat ad actionem. ¶ Quarto. sit vnū mediū vniformiter difforme superius terminatū ad non gradū resistentie: inferius autem ad gradū resistentie equalem potentie motiue alicuius grauis descendentis per ipsum: ⁊ sit illud medium b. ⁊ mobile quod debet descendere per ipsum a. tunc b. est maximū spatium. quod a potentia motiua potest pertransire: ergo potētia actiua terminata est maximo in quod potest: consequētia tenet: antecedens probatur: nam tantū potest ⁊ non plus ex quo extremū ipsius b. est equale in resistendo cum potentia ipsius a in mouendo. ¶ Quinto. elongetur vnū visibile per aliquā distantiā a me vsqꝫ quo primo ipsum nō videam nec possum videre propter elongationē: tunc distantia inter oculū meum ⁊ illud visibile terminata ad ipsum exclusiue est maxima distantia per quā illud visibile potuit agere in visum meū visionē. Ex quo sequitur ꝙ est dare maximā distantiam per quam aliqua potētia actiua: puta obiectum: potest agere in suam potentiam passiuam: puta oculum. ¶ Sexto. non est dare minimā distantiā per quam non: ergo est dare maximā distantiā per quā visibile potest agere in visum: consequentia cōmuniter conceditur ab omnibus de hac materia loquentibus: antecedēs probatur: quia si esset dare minimā distantiam per quā non: tunc per illam non: ⁊ per quamlibet minorē visibile potest agere in visum: sed hoc non: nam sit illa verbi gratia pedalis: tunc arguo sic: visibile si poneretur bene prope oculum contingeret ꝙ propter paruitatem distantie non posset videri: ergo distantia pedalis non erat minima per quam illud visibile nō

potuit agere in visum: añs patet iuxta illud: sensibile positũ supra sensũ nõ facit sensationẽ. ¶ Septimo est dare maximã velocitatẽ qua potẽtia actiua põt mouere: q̃ terminata est p maximã; pñia tenet: añs patet primo de potẽtia superna virali: q̄ datur maxima velocitas qua mouet vltimã sphera: vñ propter immutabilitatẽ suã ⁊ sue voluntatis ⁊ propter inalterabilitatẽ vltime sphere non potest spherã vltimam neq̧ tardius neq̧ velocius mouere: hoc idem patet de potentia naturali: q̄ est dare maximã velocitatẽ qua a. mobile descendit per b. medium ex eo ꝙ potentia naturalis in sua actione agit sm vltimum sui conatus ⁊ potentie.

Oppositum arguitur. quia si potentia actiua terminaretur maximo in quod posset agere vel excederet illud vel non excederet: si non excederet: non potest agere in ipsum ex eo ꝙ a proportione equalitatis non prouenit actio: nec a proportione minoris inequalitatis. si autem excederet: vel excessu diuisibili vel indiuisibili non indiuisibili sicut cõmuniter cõceditur: cum non sit dare excessum indiuisibilem si diuisibili: ergo per medietatẽ illius excessus in maius posset: cum quilibet excessus sufficit ad motũ: ⁊ per consequens illud non erat maximũ in quod illa potentia actiua potuit: ⁊ hoc est intentũ. ¶ Notandum est hic ꝙ potentia actiua potest comparari vel ad resistentiã: vel ad distantiã vel ad effectũ vel ad tempus: vel ad velocitatem: vel ad spatiũ in motu locali. ¶ In ista questione erunt sex articuli. in primo enim ponã quasdã distinctiones ⁊ terminorum expositiones. secũdo dicam de comparatione potentie actiue ad resistentiam. tertio de comparatione potentie actiue ad distantiã. quarto de cõparatione potentie actiue ad effectum. quinto de cõparatione potentie actiue ad velocitatẽ. sexto de cõparatione actiue ad spatiũ. De cõparatione autem potẽtie actiue ad tempus videbitur seorsum in tertia questione proposita.

Quantum ad primum sit prima distinctio quod potentiarũ quedam dicitur actiua ⁊ quedam passiua. ¶ Secunda distinctio. potentiarũ passiuarum quedam dicitur receptiua solum ⁊ de illa nihil ad propositũ: quedam est receptiua ⁊ cum hoc resistitiua ⁊ de illa ad propositũ. ¶ Tertia distinctio. potentiarum actiuarũ quedam finita: sicut potentia naturalis: quedam infinita sicut potẽtia dei. ¶ Quarta distinctio. potentiarum actiuarũ quedam est motiua quedam portatiua: quedã leuatiua: quedã productiua. ¶ Quinta distinctio. potentiarũ productiuarum quedã est productiua substantie: quedam productiua qualitatis. ¶ Sexta distinctio. potentiarũ productiuarũ qualitatum quedã est productiua qualitatis sibi similis: sicut caliditas productiua caliditatis: quedam autẽ est productiua qualitatis dissimilis sicut lux est productiua luminis: ⁊ color est productiuus speciei visibilis. ¶ Septima distinctio. adhuc potentiarũ quedam est productiua alicuius effectus qui postq̃ productus est iuuat potentiam ad vlterius producendũ: quedam autem non. Exemplũ primi sicut ignis qui postq̃ produxit ignẽ prope se iuuat ipsum ad producendũ ignem a se magis remote. Exemplũ secundi: sicut est lumen: hoc enim postq̃ productũ est a luce nõ iuuat ad vlterius producendũ lumen: ita filius postq̃ productus est a patre nõ iuuat patrem ad vnũ alium filiũ producendũ. ¶ Octaua distinctio. potentiã finitam terminari contingit quadrupliciter imaginari: vel maximo: vel minimo: vel maximo in quod non: vel a quo non; vel per qd̃ non: ⁊c. vel minimo in quod non: vel minimo per quod non ⁊c. Maximũ vocatur in quod potest vel a quo potest aliqua potẽtia agere vel pati: ⁊ in nullũ maius sed in quodlibet minus: vel a nullo maiori: sed a quolibet minori: sed minimum vocatur in quod vel a quo aliqua potentia põt agere vel pati ⁊ in nullũ minus vel a nullo minori: sed in quodlibet maius vel a quolibet maiori. Sed maximũ quod non; vocatur qd̃ non: vel a quo non: vel per qd̃ non: sed quolibet maiori illo datur minus qd̃ sic. Sed minimũ qd̃ non: vocatur illud quod non vel per quod non vel in quod nõ: sed quolibet minori illo datur maius in quod vel per quod sic. Ecce quatuor descriptiones quatuor terminorũ. In istis descriptionibus quatuor quantũ ad primas duas descriptiones istorum duorũ terminorũ maximũ ⁊ minimũ concordo cum cõmuniter loquentibus in ista materia: sed quantũ ad duas alias descriptiones discordo ab eisdẽ. ⁊ apparet mihi ꝙ quantũ ad hoc melius sit describere alio modo illos duos terminos maximũ quod non ⁊ minimũ quod non q̃ ipsi describãt. vnde ipsi vocant maximũ a quo non illud a quo non nec ab aliquo minori: sed a quolibet maiori. ⁊ minimũ in quod nõ: illud in qd̃ nõ nec in aliquod maius: sed in quodlibet minus. in hoc apparet mihi ꝙ non bene dicant nisi plus addant. nam secundũ hoc non posset saluari quod esset dare minimã distantiã vltra quam aliquod visibile posset videri: quod tamen est falsum immo oppositum ipsi dicunt nam secunda eorum expositionẽ esset minima distantia vltra quam non aliquod visibile potest videri. sit ergo illa pedalis. tunc vltra illam distantiam illud visibile non potest videri: sed vltra quãlibet minorem: ⁊ tamen hoc est falsum: quia aliqua posset esse distantia ita parua prope oculũ quod visibile si esset vltra illam ⁊ non remotius ab oculo nõ videretur: sicut arguebatur etiam ante oppositum. ¶ Tunc sit prima conclusio. quod potentia infinita non terminatur maxima resistẽtia nec minima nec maxima in quã non. nec minima in quã non potest agere: probatur: quia talis potentia non est terminata: ergo nec sic: nec sic postquã est infinita. ¶ Secundo. ad hoc quod aliqua potentia aliquo dictorum modorũ terminetur requiritur ꝙ in aliquã resistentiam possit et in aliquã non: modo sic non est de potentia infinita ex eo quod in quamlibet potest. ¶ Deinde anteq̃ ponam conclusiones de potẽtia finita et naturali pono primo vnam conclusionem preambulam quã oportet supponere in probationibus sequentiũ: ⁊ sit ista: si quilibet excessus sufficit ad continuandũ motum inceptũ tunc quilibet excessus sufficit ad motũ incipiendũ ⁊ inchoandũ: istius conditionalis antecedens cõmuniter omnes concedunt: licet non cõmuniter omnes concedant consequens: sed probo dictam conditionalem esse veram: ⁊ ideo si conceditur antecedens oportet concedere consequens: vnde arguo sic: si non quilibet excessus sufficeret ad inchoandũ motum: ⁊ tamen sufficeret ad continuandũ motũ: hoc videretur esse ex eo quod inchoare motũ esset difficilius q̃ continuare motum: tunc sic: vel ergo inchoare motũ est finite difficilius vel infinite quã continuare motum: non potest dici quod infinite: quia tunc oporteret esse excessum infinitum: nec aliquis excessus finitus sufficeret ad inchoandũ motum; cuius oppositum patet ad experientiam. si autem dicatur quod inchoare motum est finite difficilius quã continuare motum: sit ergo verbi gratia quod solum in duplo ⁊ sit excessus a. qui per aduersariũ non sufficit ad inchoandum: sed bene ad continuandum. Tunc sic: quilibet excessus per aduersarium sufficit ad continuandum: ergo medietas a. sufficit ad cõtinuandũ: ⁊ cum inchoare sit solum in duplo difficilius sequitur quod a. duplum ad suam medietatẽ sufficit ad inchoandum: quod est intentum. Consimili modo argueretur si diceretur quod inchoare motũ esset in decuplo difficilius q̃ continuare: ⁊ sic de quacunq̧ alia proportione finita: ⁊ sic si quilibet excessus sufficit ad continuandũ motum: ⁊ cũ solum finite difficilius sit inchoare q̃ continuare: sequitur qd̃ quilibet excessus sufficit ad inchoandũ. ¶ Secundo ad idem: ⁊ suppono primo sicut communiter conceditur ꝙ proportio velocitatum in motibus sequitur proportionem proportionũ potentiarũ mouentiũ ad suas resistentias. hoc supposito sit a. vnus motor qui excedit b. mobile excessu non sufficiente ad motũ inchoandũ secundũ aduersariũ: tunc sit vnus alius motor c. qui excedat d. mobile excessu sufficiẽte ad motũ inchoandũ ⁊ ad mouendũ certa velocitate: ⁊ sit ille motus e. tunc clarũ est quod proportio c. ad d. habet certã proportionẽ ad proportionẽ a. ad b. cum nulla earũ sit in infinitum magna nec in infinitum parua: sit ergo verbi gratia: quod sit dupla ad eam: tũc cũ c. ad motum e. sit dare motum sub duple velocitatis sicut patet quarto et sexto physicorũ sequitur per suppositionẽ quod ille producetur ⁊ inchoabitur secundũ proportionem alicuius motoris ad mobile sub duplã ad proportionẽ c. ad d. sit ergo illa proportio ipsius f. motoris ad g. mobile. ex quo sequitur proportionẽ f. ad g. esse equalem proportioni ipsius a. ad b. cũ vtraq̧ earũ sit sub dupla ad eandẽ proportionẽ. puta ad proportionẽ ipsius c. ad d. tunc vltra. proportio f. ad g. est equalis proportioni a. ad b. sed a proportiõe f. ad g. prouenit motus. quia sub duplus ad motũ e. ideo etiã a. proportione a. ad b. prouenit motus. quare excessus a. ad b. sufficit ad motũ non solum continuando sed inchoando: quod erat probandum.

¶ Ista

¶ Ista conclusione preambula supposita ponam conclusiones de potentijs naturalibus.

Quãtum ad secundum articulum fit prima

conclusio ista. non est dare maximam resistentiam in quã aliqua potentia actiua potest: probatur: quia si sic sit a. potentia actiua et resistentia b. tunc arguitur sic a. vel excedit b. vel non excedit b. si dicatur quod non excedit b. sequitur q̃d non potest in b. cum omnis potentia actiua debeat excedere quantum ad posse agere ipsam potentiam resistitiuã quantum ad posse resistere: quod supponitur tanq̃ vnum principium in naturali scientia. si autem dicatur ꝙ a. excedit b. vel ergo excessu diuisibili vel excessu indiuisibili: si dicatur ꝙ excessu indiuisibili hoc non valet: quia nullus talis est: si autẽ dicatur ꝙ excessu diuisibili: sint ergo partes illiꝰ excessus c. d. tunc si ipsum b. augeretur intantũ ꝙ adhuc ipsum a. moueret ipsum excedens solum in d. medietate excessus prioris adhuc a. ageret ĩ b. cum q̃libet excessus sufficiat: et ad inchoandum et ad continuandum motum sicut dixit conclusio preambula: et cum b. tunc esset maius q̃ ante erat: sequitur ꝙ b. non erat maximũ in quod potuit a. et ita argueretur de quolibet alio quod aduersarius diceret esse maximum in quod potentia actiua posset. ¶ Secunda conclusio. nõ est dare minimã resistentiam in quã potentia actiua potest: probatur: nam sit illa b. tunc arguitur sic: a potẽtia actiua potest in b. resistentiam: ergo potest in suam medietatẽ: q2 quod potest in maius potest in minus: sed si a. potest in medietatem b. et cum illa sit minor b. sequitur ꝙ b. nõ erat minimũ in quod a. potentia actiua potuit. ¶ Tertia conclusio. non est dare maximã resistentiam in quam potentia actiua non potest: nam sit illa b. tunc sic a. non potest in b. ergo a. nõ potest ĩ maius b. saltẽ maius in resistendo: quia q̃d non põt in minus non potest in maius: sed si a. non potest in maius b. sequitur ꝙ b. non erat maximum in quod a. non potuit. ¶ Quarta cõclusio est dare minimã resistentiam in quã potentia actiua finite non potest: probatur: oĩs potentia finita in aliquã resistentiã potest: et in aliquã nõ potest: ergo per sufficientẽ diuisionem vel datur maxima resistentia in quã potest: vel minima in quã potest: vel maxima in quã non potest: vel minima in quã non potest non potest dici primũ [illegible] tertiũ: secundũ primam et secundã et tertiam conclusiones: ergo relinquitur quartũ: et hec est conclusio. ¶ Secundo data aliqua potentia actiua puta a. est dare aliquã resistentiam sibi equalẽ sit illa b. sed talis est minima in quã a. non potest: ex eo ꝙ in illã non potest ex quo non excedit ipsam: sed qualibet minori illa datur maior in quam potest ex eo ꝙ qualibet minori illa datur maior quã a. potẽtia excedit: et cũ quilibet excessus sufficiat ad motũ: sequitur ꝙ qualibet minori illa. s. b. datur maior in quã a. potentia actiua potest: et cũ in b. non possit sequitur per expositionẽ minimi q̃d non prius positã ꝙ b. sit minimũ in quod a. nõ potest. ¶ Circa istã conclusionẽ dubitatur: nam ꝫm ipsam esset concedendũ ꝙ esset dare minimũ pondus q̃d sortes non potest portare vel leuare vel mouere vel aliquid huiusmodi: sed hoc est falsum: consequẽtia nota est de se: falsitas consequentis probatur: q2 sit illud pondus b. tunc arguitur sic: virtus et potentia sortis potest augeri: ergo potest portare maius pondus q̃ sit b. et per ꝯñs b. non est minimũ q̃d sor. non potest portare ex quo ipsum potest et maius ipso potest per augmentationẽ virtutis. ¶ Secundo. nã sit illud pondus b. pedale et vnius libre: et sit c. vnũ pondus duplũ in quantitate: et sub duplum in grauitate ad ipsum b. tunc arguitur sic: sortes potest portare põdus in duplo maius b. ergo b. non est minimũ quod sor. nõ potest portare: consequentia tenet: antecedens probatur: q2 potest portare c. cum potentia sortis sit maior q̃ resistentia c. et c. est in duplo maius b. per casum: ergo potentia sortis põt in duplũ ad b. et hoc erat probandũ. ¶ Tertio. si lapis in infinitum distaret a centro adhuc descende: et non obstante ꝙ infinitus aer resisteret sibi: ergo videtur ꝙ nulla sit resistẽtia minima in quam ille lapis nõ posset. ex quo in resistentiã vel distantiam infinitam posset. ¶ Ad ista. ad primum illa bene ꝓbat ꝙ non est dare minimũ pondus quod sor. non potest portare ꝫm potentiam eius remotã ꝫm qualem potẽtiam diceremus puerũ habere potentiã pugillandi vel currẽdi: nihilominus cum hoc bene stat ꝙ est dare minimã resistentiã in quã potẽtia actiua nõ potest ꝫm potentiam eius propinquã. ¶ Ad secundum illa bene probat ꝙ non est dare minimã resistentiã et hoc ꝫm quantitatẽ in quã potentia actiua non potest: cum quo bene stat ꝙ est dare minimã resistentiã secundũ grauitatem vel secundum aliquã aliam qualitatẽ in qua data potẽtia actiua non potest. ¶ Ad tertiã dico ꝙ in tali casu nõ esset infinita resistentia intensiue: de qua solũ intendimus in proposito: sed bene infinita extensiue. ¶ Quinta conclusio. cum dictis conclusionibus bene stat ꝙ est dare maximã resistentiam in quã aliqua potentia actiua potest cũ aliquibus certis circunstantijs: sicut cũ tanta velocitate vel cum tanta tarditate in tali vel in tali medio: patet hoc: q2 licet non sit dare maximum põdus quod sor. potest portare et hoc simpliciter: tamen bene est dare maximũ pondus q̃d sor. potest portare tanta velocitate in tali medio: ꝙ si pondus esset maius et medium grossius et minus dispositũ sor. non posset portare illud pondus tanta velocitate: ita proportionaliter dicatur de minimo. ¶ Diceres tu sicut arguebatur in ꝓncipio questionis Aristo. dicit in litera ꝙ potentia actiua terminatur per maximũ. dico ꝙ verum est: sed nõ per maximum in quod potest nec per maximũ in quod non potest: sed per maximũ infra quod potest: et illud idem est minimum in quod non potest: et sic cum dictis stat sententia Aristo.

Quantum ad tertium articulum videndũ

est de comparatione potentie actiue ad distantiam. vbi premittendum: ꝙ iuxta terminationẽ potentie actiue motiue localiter distantia non proprie habet locum: q2 semper in tali actione potentia actiua motiua est simul cũ moto: sicut patet ex septimo physicorũ et maxime hoc est verũ de mouente [illegible] et hoc semp est sic [illegible] motus talis localis [illegible] p alterationẽ modo quo magnes alterando ferrũ mouet ipm trahendo per aliquã distantiã: licet hoc non faceret per oẽm et ideo quantum ad propositũ videndũ est de comparatione actiue alteratiue ad distantiam quomodo talis sit terminata distantia et q̃ñ non. ¶ Secundo est premittendũ ꝙ differentia est inter distantiam per quam fit vel non fit actio: seu in qua fit vel nõ fit actio ex vna parte: et distantiã vltra quã fit vel nõ fit actio ex altera parte. vñ per illã distantiã vel in illa distantia dicitur fieri actio: que sic se hꝫ ꝙ quãdiu passũ est in aliquo puncto intrinseco illius distantie tam diu agẽs agit in ipm. sed illa distantia dicitur esse distantia vltra quã fit actio: que sic se habet ꝙ passo existente non in aliquo puncto intrinseco eius: sed extrinseco agens agit in ipsum: ꝓportionaliter dicatur de distantia per quã non fit actio: et de distantia vltra quã non fit actio. ¶ Tunc sit prima conclusio. non est dare maximã distantiam vltra quam aliqua potẽtia actiua potest agere: nec simpliciter: neq₃ cum certa resistẽtia probatur quantum ad primũ: nam sit illa distantia et sit resistentia b. tunc ex quo potentia actiua vltra a. agit in b. sequitur ꝙ eadem potentia in sub duplo ad b. ageret ad maiorem distantiam. et sic a. distantia non erat maxima vltra quam dicta potentia poterat agere. ¶ Et confirmatur: nam sit b. pro instanti presenti vltra maximã distantiã vltra quã potentia actiua põt agere: et ĩ hoc instanti incipiat elongari ab a. sequitur ꝙ in presenti instanti a. agit in b. et immediate post hoc instans a. non agit in b. et sic presens instans esset vltimũ instãs esse actionis: et sic daretur vltimũ instans esse motus. q̃d est impossibile. Deinde probatur eadem conclusio quantum ad secundũ: q2 si agens agit in b. passum cum certa resistentia c. gradũ velocitatis idem agens potest agere in idem passum remotius remissiori gradu velocitatis: et ideo dicta distantia non erat maxima simpliciter nec maxima cum certa resistentia vltra quam dictum agens poterat agere in b. passum: cũ quo bene stat ꝙ dicta distantia erat maxima vltra quam dictum agens poterat agere in b. passum cum certa resistentia et certo gradu velocitatis. ¶ Secunda conclusio. nec est dare minimam distantiam vltra quam agens potest agere in passum: probatur: quia tunc vltra illam posset et non vltra minorem: et sic si passum inciperet approximari agenti esset dare vltimum instans esse actionis. quod est inconueniens. ¶ Tertia conclusio. nec est dare maximam distantiam vltra quã non agens potest agere in passum: q2 tunc vltra illã nõ: et qualibet maiori illa daretur minor vltra quã sic. que tñ minor esset maior illa vltra quã non mõ. hoc est falsũ iuxta illud

quod non potest vltra minus non potest vltra maius: saltē propter remotionē quod notāter addo ꝑpter visibile quod ad aliquā paruā distantiā nō pōt agere in visum: sed hoc est propter propinquitatē sed vltra maiorem potest. ¶ Quarta conclusio. est dare minimam distantiā vltra quā non agens potest agere in passum: probatur a sufficiēti diuisione: vltra aliquam distantiā agens potest agere in passum: ꝛ vltra aliquā non: vel ergo est dare maximam vltra quā potest: vel minimā vltra quā potest: vel maximā vltra quā non potest: vel minimā vltra quā nō potest: non potest dici primū per primā conclusionem: nec secundū per secundam: nec tertiū per tertiam: ergo relinquitur quartum et hec est quarta conclusio. ¶ Quinta conclusio. est dare maximam distantiā per quam agens potest agere in passum: probatur: eadem est distantia maxima per quā potest agere: ꝛ minima vltra quam nō: sed est dare minimā distantiā vltra quā non per precedentē conclusionē: ergo ꝛc. antecedens probatur nam data minima distantia vltra quam ignis non potest agere in passum: tunc q̄diu passum est in aliquo puncto intrinseco istius distantie vel equiualentis ignis potest agere in ipsum: ꝛ q̄ cito est in aliquo puncto extrinseco illiꝰ distantie vel equalentis ignis non potest agere in ipm: ꝛ illud patet si aliquod passum elongaretur ab igne tādiu ꝙ primo esset verū dicere: nunc ꝑpter distantiā ignis non potest agere in illud passum: ꝛ imediate añ hoc potuit: tūc tota distantia ab igne vsqꝫ ad passum esset minima distantia vltra quā ignis non pōt agere in passum: et esset maxima in qua vel per quam ignis potest agere in passum. ¶ Pro istis conclusionibus est sciendū ꝙ duplex est agens. quoddā quod sic se habet ꝙ si potest agere vltra aliquam distantiā tunc potest agere vltra quācunqꝫ minorem: sicut est ignis vel calor vel aliquod tale. alia est potentia que si potest agere vltra aliquam distantiā non tamen vltra quācunqꝫ minorem: sicut est visibile: nam licet visibile vltra aliquā distantiam possit agere non tamen vltra quamcunqꝫ minorē: quia potest esse ita prope oculum ꝙ non posset agere in ipsum. similiter si esset aliquod luminosum ꝛ essent duo foramina recta: ꝛ luminosum esset minus q̄ spatiū inter illa duo foramina: non potest vltra quamcunqꝫ distantiam paruā lucere per illa duo foramina. vnde potest esse ita prope ꝙ non posset: etiam posset esse ita remote ꝙ non posset: ꝛ ideo potest impediri in sua actione vel propter nimis paruā distantiam vel propter nimis magnā: sed sic non est de agētibus primo modo dictis: quia licet possent impediri in suis actionibus in passa propter nimis magnā distantiā: non tamen propter nimis paruā. Modo vos debetis scire quod quinqꝫ conclusiones iam posite principaliter posite sunt de agentibus primo modo dictis. Sed propter maiorem explanationē ponende sunt conclusiones de agentibus secundo modo dictis. ¶ Et sit prima ista. recedendo ab oculo pro inceptione visionis non est dare minimā distantiā vltra quam a. visibile nō potest agere visionem in visum propter distantie paruitatē: nec minimā vltra quam potest: primū patet. ex eo ꝙ quacunqꝫ distantia data vltra quā non potest propter paruitatē est dare minorem vltra quā non potest propter paruitatem: qꝛ enim non potest vltra maius propter eius paruitatē non potest etiā vltra minus. secunda pars patet: quia sit a. distātia minima vltra quā potest: que si esset minor vltra ipsam non posset: sequeretur ꝙ in approximatione visibilis ad visum esset dare vltimum instans esse visionis: quod est falsum: cōsequētia nota est intueti. ¶ Secunda conclusio. recedendo ab oculo pro inceptione visionis est dare maximā distantiā vltra quā a. non potest videri propter distantie paruitatem probatur: quia inter omnes distantias vltra quas nō potest propter paruitatem est dare vnā maximam vltra quā nō potest: sed qualibet maiori illa datur minor vltra quā potest ex eo ꝙ si visibile esset precise vltra illā distantiam ꝛ in presenti instanti inciperet elongari a visu illud visibile nunc nō sed immediate post hoc instans ageret visionē in visum. ¶ Tertia conclusio: visibili accedente ad oculū pro corruptione visionis propter nimis paruam distantiam visibilis ab oculo est dare primum instans non esse visionis: ad istum intellectum quod aliquando primo erit verum dicere nunc nō est visio a. visibilis: ꝛ immediate ante hoc fuit: ꝛ huius ratio est quia ex quo visio desinit esse per talem appropinquationem visibilis ad visum: ꝛ non datur vltimum instās esse visionis oportet quod detur primum instans non esse. ¶ Quod autē non detur vltimum instans esse visionis sicut sepe sumptum est potest sic probari: nam quero vtrum visio pro illo instanti sit alicuius intensionis vel non: non potest dari secundū: ꝛ si dicatur quod sic: oportet quod successiue et gradualiter deperdatur: ꝛ sic instans datum nō erat vltimū instans esse visionis. ¶ Quarta conclusio. distantia que est inter visibile quando desinit videri propter nimiam propinquitatem eius ad oculum: ꝛ inter visibile quando desinit videri ꝑpter nimiam remotionem eius ab oculo est maxima distantia in qua seu per quam illud visibile potest agere visionem in visum illum: probatur: quia quādiu illud visibile est in aliquo puncto illius distantie ipsum agit in visum visionem: sic qꝺ nec est defectus propter paruitatem distantie: nec ꝑpter magnitudinem eiusdem. ¶ Quinta conclusio. eadem distantia est minima vltra quam illud visibile non potest agere visionem in illum visum ꝛ hoc propter illius distantie magnitudinem: probatur: quia inter omnes illas distantias vltra quas nō potest propter distantiarū magnitudinē hec est minima.

Quātum ad quartum articulum sit prima

conclusio. loquendo de potentia productiua effectus que iuuatur a suo effectu producto ad vlterius producēdum sicut est ignis vel calor: non terminatur per maximum neqꝫ per minimum effectum: ꝛ hoc nec affirmatiue nec negatiue quantū est ex se: patet: quia dato aliquo tali agēte sicut est ignis ipse potest producere vnum alium ignem ꝛ cum illo iterum vnū alium: ꝛ sic quantumlibet quantum est de se: si non esset impedimentum ex defectu materie que non est infinita: et hoc est quod dicit Aristo. ij. de anima: quod ignis esset augmentabilis in infinitum si combustibile apponeretur in infinitū nihilominus cum hoc stat quod determinatur maximo effectu: puta maximo igne quem potest producere in istam materiam ꝛ isto tempore. ¶ Secunda conclusio. loquendo de potentia productiua alicuius effectus que non iuuatur ab illo effectu producto ad vlterius consimilem producendum vel priorem intendendum sicut est corpus lucidum: talis potentia terminatur minimo effectu quem non potest producere: probatur: quia lumen ita intensum sicut est lux corporis lucidi illud corpus lucidum non potest producere: sed quolibet remissiori illo dato: datur lumen intensius quod potest producere. vel in proposito possumus dicere ꝛ quodlibet remissius illo illud corpus lucidum potest producere. verū est tamen quod idem corpus lucidum nō semper in quodlibet medium in quod agit producit equalem gradum luminis: sed secundum quod medium est melius vel peius dispositū ad recipiendum lumen secundum hoc corpus lucidum intēsius vel remissius lumen producit in ipsum cum fuerit ei applicatum. ¶ Hic sunt aliqua dubia iuxta istam materiam. ¶ Primo enim dubitatur vtrum possibile sit aliquod lucidū producere in aliquod medium quemlibet gradum citra gradū summum lucis existentis in lucido. ¶ Ad hoc apparet mihi pro nunc esse dicēdum quod non: ꝛ ad hoc adduco talem rationem. nam si hoc esset possibile: ponatur ergo quod a. corpus lucidum producat in aliquod medium quemlibet gradum luminis citra summum gradum lucis existentis in a. lucido: et sit illud lumen b. et lux ipsius a. sit c. tunc queritur vtrum c. excedat b. vel non: si dicatur quod non tunc non tantum est productus quilibet citra summum: sed cum hoc summus: quod est contra hypothesim. si dicatur quod c. excedat b. vel ergo excessu diuisibili vel indiuisibili: si dicatur excessu diuisibili sequitur quod potuisset fuisse productum citra gradum summum lumen intensius quam sit productum; ꝛ sic non quilibet gradus citra summum esset productus: quod est contra hypothesim. Si dicatur quod excedat excessu indiuisibili. hoc est falsum: quia nullus talis est. etiam hoc esset non excedere. et sic excederet et non excederet. quod implicat contradictionem. Sed diceret aliquis expers logice a. lucidum quemlibet gradum citra summum potest producere in aliquod medium ergo possibile est a. lucidum quemlibet gradum citra summum producere in aliquod medium. ¶ Respondetur negando consequentiam ex eo quod ibi arguitur a sensu diuiso vero ad sensum compositum falsum: qui sensus sunt sibi inuicem impertinentes.
¶ Secundo dubitatur. Utrum corpus lucidum illuminet medium

medium cũ resistentia medij vel sine resistentia: videt̃ q̇ cũ resistentia: quia licet in medio diaphano illuminabili a lucido diaphaneitas non resistat: tamen opacitas resistere videtur: in tm̃ ꝙ magis opacũ nõ ita intense illuminat̃ ab eodem lucido. nec ad tantã distãtiã sicut minus opacũ ⁊ magis diaphanũ. ¶ Ad oppositũ arguit̃: qꝛ si opacitas resisteret lucido tunc ꝑ longiorẽ morã lucidi fieret illuminatio intẽsior recte sicut est de calefactione: ⁊ tamẽ hoc est falsum: qꝛ statiʒ lucido applicato medio illuminat mediũ ad tãtã distãtiã ⁊ ita intense sicut facit postea cũ fuerit presens medio ꝑ horaʒ vel ꝑ diem. ¶ Ad illud respondet̃ ꝙ nulla est resistentia medij illuminabilis ad lucidũ illuminãs: propter hoc: qꝛ resistentia est ꝑ cõtrariũ vel ꝑ inclinationẽ ad cõtrariũ: sed in medio illuminabili nec est cõtrariũ lumini: nec inclinatio ad contrarium ipsius luminis: cũ lumẽ nõ habeat cõtrariũ: vnde licet isti termini lumen ⁊ tenebra opponant̃ priuatiue: nõ tamẽ ꝓpter hoc lumini est aliquid cõtrariũ. ¶ Tunc ad rationẽ factam ante oppositũ dico ꝙ causa quare minus diaphanũ et magis opacũ minus intense ⁊ ad minorẽ distantiã illuminatur est minor passibilitas respectu luminis: ex eo eñ corpus est passibile ⁊ receptiuũ luminis qꝛ est diaphanũ: ita ꝙ quãto est diaphanius tanto est passibilius ⁊ receptiuũ intensioris luminis ab eodẽ lucido. ¶ Tertio dubitatur. si calidum in summo agat quãtũ põt ⁊ producat calorẽ in summo in aliquod passum ⁊ superueniat aliqḋ calidũ simile: tunc illud calidum non põt in illud passum agere calorẽ in ipso intendendo: ⁊ tamẽ si aliqḋ luminosum producat lumen in aliqḋ medium tantũ quantũ põt ꝓducere in illud mediũ cum talibꝰ circunstantijs: ⁊ superueniat luminosum simile intenderet illḋ lumẽ que sit causa huius diuersitatis. Pro cuius responsione supponitur ꝙ nihil agat vltra gradũ suũ propriũ. Ex hoc ad dubitationẽ dico ꝙ qꝛ calidũ in summo põt sibi assimilare passum: si aliud calidũ sibi simile superueniret non intenderet illũ effectũ: aliter eñ oporteret ꝙ ageret vltra gradũ suuʒ ꝓpriũ: postq̃ʒ illud passum iam est sibi assimilatum per actionem prioris calidi in summo. Sed quia luminosum seu corpus lucidũ nõ assimilet sibi passum. ideo alio luminoso superueniente põt lumẽ illud intendere absq̃ʒ hoc qḋ propter hoc agat vltra gradũ suum propriũ. an talis debeat esse proportio effectuũ sicut causarũ agentium quo ad intentionem vel extensionem dictum est questione. xj. secundi physicorum.

Quantum ad quintum articulum de cõparatione potentie ad velocitatẽ

sit prima cõclusio. quantum est de se nulla potentia naturalis terminatur ꝑ maximã velocitatẽ quã potest facere nec affirmatiue nec negatiue: nec etiã ꝑ minimam: probatur: quia velocitas consequitur ꝓportionem potentie ad resistentiã ꝑ Cõmentatorẽ: secundo huius: sed huiusmodi proportio in infinitum potest diminui: ergo in infinitum tarditas potest augeri. Similiter huiusmodi proportio in infinitum potest augeri per diminutionẽ resistentie secundum Aristo. quarto physicorum: ergo in infinitum velocitas potest augeri. ¶ Secunda conclusio. respectu certe resistentie date: potentia naturalis naturaliter agens terminatur per maximam ⁊ per minimam velocitatẽ quam potest producere rebus sic stantibus: patet ex eo quia lapide in aere dato s̃m totum sui conatum descendet nec potest moueri maiori velocitate nec minori q̃ʒ mouetur. ¶ Hic dubitatur vtrum de facto sit aliqua maxima velocitas: videtur quod sic: nam de facto vltima sphera velocissime mouet̃ probatur quod non: quia quacunq̃ʒ pte data in vltima sphera vna alia mouetur ea velocius. ¶ Respondetur quod non est dare de facto maximã velocitatẽ: probat̃: nã si sic hoc maxime videret̃ de velocitate vltimi celi: sʒ ꝓbat̃ ꝙ nõ: qꝛ si vltia sphera mouet̃ velocissime vtiq̃ʒ aliq̃ eius ps mouet̃ velocissime: sed ꝓbo ꝙ nõ: qꝛ hoc maxie esset ps celi circa equoctialẽ: sed ꝓbo ꝙ nõ: qꝛ illa vel est diuisibilis in latitudine: vel non: si dicat̃ ꝙ nõ: hoc est falsuʒ: qꝛ nec in celo nec in aliquo continuo est aliq̃ ps quãtitatiua sine latitudine: si aũt dicat̃ ꝙ illa ps habeat latitudinẽ tũc aliq̃d eius est ꝓpinq̄us polo: ⁊ reliquũ remotiꝰ ab illo: sed illḋ qḋ est ꝓpinq̄us polis mouet̃ tardius: ⁊ qḋ remotiꝰ mouetur velocius: ⁊ sic illius partis aliq̃ pars mouetur velocius ⁊ aliqua tardius: ⁊ sic illa pars non est pars velocissime mota in vltimo celo: ⁊ ita põt argui de q̃cunq̃ʒ parte in celo. Cõsimili modo probatur ꝙ nõ est aliqua pars in celo tardissime mota: ex eo ꝙ illa esset versus alterũ polorũ: ⁊ cum nulla pars sit immediata polo s̃m se ⁊ quodlibet sui propter diuisibilitatẽ illius partis: sequitur ꝙ etiam illius partis vna pars mouetur tardius: puta q̃ est versus polum: ⁊ alia velocius que magis distat a polo. concluditur ergo ꝙ nec vltima sphera mouetur velocissime: nec tardissime: veruntamen secundum imaginationem mathematicam imaginando lineas indiuisibiles ⁊ puncta indiuisibilia est bene dare in vltimo celo aliquid velocissime motum: ⁊ hoc est punctus existens in linea circũferentiali maxime distante ab vtroq̃ʒ polorum mundi que quidem linea imaginatur in conuexo vltimi celi: ⁊ non in concauo nec in medio inter concauum ⁊ conuexum: ⁊ tunc si dicamus velocitatem alicuius mobilis attendi penes spatiũ lineale verum vel imaginatum descriptum ab eius puncto velocissime moto: esset cõcedendum ꝙ vltimum celum mouetur velocissime. si autem velocitatem mobilis cuius alique partes mouẽtur velocius alique tardius dicamus attendi penes spatium lineale descriptum a puncto medio inter punctum velocissime motum ⁊ punctum tardissime motum vel non motum: dicendum est. vltimam spheram seu vltimum celũ moueri ita velociter sicut mouetur punctus medius inter lineam equinoctialem ⁊ alterum polorum. de hoc vtrum debeat dici sic vel sic videndum ad sextum physicorum.

Quantum ad sextum articulum. scilicet de

comparatione potentie actiue ad spatium sit prima conclusio. potentia actiua naturalis sicut est potentia actiua grauis deorsum vel sicut leuis sursum non terminatur maximo spatio neq̃ʒ minimo simpliciter nec affirmatiue nec negatiue patet: qꝛ quocunq̃ʒ spatio dato per diminutionẽ resistentie talis potentia potest pertransire ⁊ per augmentationem resistentie ad equalẽ gradum potentie motiue non potest pertransire. vnde a quacunq̃ʒ distantia graue descenderet ad cẽtrum si nõ esset impedimentum. ¶ Secunda conclusio. ꝙ cũ certis circunstantijs terminatur ad maximũ spatiuʒ qḋ põt pertransire: que circunstantie sunt velocitas tẽpus duratio. vnde est dare maximum spatiũ per quod talis lapis potest moueri in tanto tempore cum tali resistentia vel tali velocitate. et sic de alijs.

Ad rationes principales. ad primam auto

ritatẽ Aristo. cum dicit potentiam actiuam terminari maximo. dico ꝙ hoc non est contra dicta: determinatur enim maximo: id est cognoscitur quanta est potentia secundum fortitudinem per maximũ infra quod potest: ⁊ hoc idem est minimũ in quod non potest. Aliter etiam potest dici quod Arist. intellexit sic: ꝙ potentia actiua terminatur maximo numerato. sine fractione. vnde cẽtum potest esse maximus numerus librarum quas sor. potest portare: quia q̃ʒuis possit modicum plus non tamen potest plus in vna libra. ¶ Ad secundã concedo ꝙ non est dare maximũ pondus quod sor. potest portare: ⁊ quando dicebatur: ergo quocũq̃ʒ põdere dato qḋ potest portare adhuc maius potest portare: concedo: ⁊ quando dicebatur: ergo infinitum põdus potest portare: negatur consequentia: qꝛ sit status ad minimũ pondus qḋ nõ potest portare. ¶ Ad tertiã de lapide posito super caput sortis dico ꝙ tam sor. q̃ʒ grauitate lapidis conseruatis in suis potentijs sor. sustineret lapidem: nec propter hoc actio fieret a proportione equalitatis: qꝛ nec propter hoc sor. ageret in lapidẽ sed resisteret sibi: nec lapis caderet deorsuʒ. ⁊ similiter lapis resisteret sorti ne aliquo modo moueret se sursum: consimile esset si duo corpora sibi obuiarent in aliquo medio: quorum vnum esset in ascendendo: ⁊ reliquum in descendendo: ⁊ vnũ haberet precise tot gradus grauitatis: quot reliquũ gradꝰ leuitatis. ¶ Ad quartam dico ꝙ si in perpetuum tale mobile moueretur nunq̃ʒ pertransiret illud medium vniformiter difforme inferius terminatum ad gradum resistentie equalem potentie motiue illius mobilis: sic ꝙ aliquando illud totale mediũ ab illo mobili esset ptrãsitũ: ⁊ hoc satis põt cõuinci ex illa rõne: ⁊ idõ illud mediũ nõ est maximũ qḋ a tali potẽtia põt esse ptransitũ. ex eo ꝙ nullo mõ a tali potẽtia põt eẽ ptransitũ tali resistẽtia manẽte. ¶ Ad quintã cũ logët̃ vnũ visibile. ⁊c. admitto: ⁊ vlteriꝰ dico ꝙ qñ visibile prĩo nõ vr̃ distãtia inter ipm ⁊ oculũ est bñ maxia in q̃ illud visibile poterat videri: ⁊ hoc nõ ẽ ꝯ dicta. cũ hoc tñ stat ꝙ nõ ẽ maxima vltra quã: sʒ est bene minima vltra quã nõ. ¶ Sed ꝯ hic fuit sexta

ratio: nam si illa esset minima distantia vltra quam non: tūc vltra illam non: ⁊ vltra quamlibet minorem: negaretur consequentia: nam non sic exponendum est minimū vltra quod non: sicut dicebatur in primo articulo huius questionis. sed bene sequitur talis distantia est minima vltra quam non: ergo vltra illam non: ⁊ qualibet minore illa datur maior vltra quam sic: ⁊ hoc est verum: cum quo adhuc stat ꝙ visibile potest esse ita prope oculum ꝙ propter paruitatem distantie nō potest videri. ¶ Aliter potest dici qꝺ dicta distantia est minima vltra quam non: propter magnitudinē: ⁊ ideo non est aliqua minor infra ipsam que impediat propter magnitudinem licet bene sit aliqua infra ipsam que impediat propter paruitatem. ¶ Ad septimam nego quod sit dare maximam velocitatem qua potentia actiua supernaturalis potest mouere: imo nec de facto est maxima velocitas qua mouet: quia hec maxima esset velocitas vltie sphere: modo sicut dicebatur in quinto articulo vltima sphera nec mouet velocissime nec tardissime nisi loquendo secundum imaginationem mathematicam: ⁊ vlterius dico quod quacunqꝫ velocitate data potentia supernaturalis posset mouere velocitate maiori licet forte Aristo. hoc negauisset. ¶ Et si diceretur contra tūc voluntas potentie supernaturalis esset mutabilis. respōdetur negando consequentiam: vnde si post hoc moueretur velocius ꝙ̄ modo mouet non propter hoc esset mutatio facta in ipsa licet bene in re extra. hoc perfecte discutere magis pertinet ad octauum physicorum. ¶ Ad vltimā qua arguitur de potentia naturali: illa bene probat quod est dare maximam velocitatem qua aliqua potentia motiua mouet in tali medio et cum tali resistentia ⁊ cum aliis circunstantiis: sed non est dare maximam velocitatem simpliciter qua potentia motiua pōt mouere: ⁊ hoc totū dictū est in corpore questionis.

Questio. XIII.

Secundo queritur vtrum quelibet potentia passiua terminetur per minimum a quo potest pati. videtur primo quod sic. per Aristo. ⁊ Cōmentatorē qui hoc videntur dicere. ¶ Secundo. nam dicit Aristo. in de sensu ⁊ sensato ꝙ est dare minimum visibile quod visus potest videre: visus autē est potentia passiua: ergo. ⁊c. ¶ Tertio sit vna rota adamantina infra cuius circunferentiam sit vnum ferrum: tunc arguitur sic: est dare minimum arcum illius rote a quo illud ferrū potest retineri: ergo est dare minimū a quo potentia passiua potest pati: consequentia tenet: antecedēs probatur: nam illud ferrum potest ita modicum arcum illius rote super se derelinquere ꝙ non retineretur imo descenderet: descendat ergo tādiu ꝙ habeat super se arcum sufficientem retinere ipsum: ⁊ cum in tali descensu ferri deueniatur ad primum instans non esse sui motus sequitur arcū quē super se habet esse minimum a quo illud ferrum potest retineri; quia si a minori potuisset fuisse retentum prius quieuisset; ⁊ sic instans datum nō fuisset primū instans non esse motus seu descensus ferri: sed vnum aliud ante ipsum: ⁊ quodcunqꝫ dares aliud: equaliter concluderem arcū pro tunc super ferrum existentem esse minimum potentem illud ferrum retinere. ¶ Et confirmatur aliquis arcus illius rote sufficit illud ferrum retinere: ⁊ aliquis non: vel ergo est dare maximū ꝗ sufficit; vel minimū qui sufficit: vel maximū qui nō sufficit vel minimū ꝗ nō sufficit. nō pōt dici primū: qꝛ quocūqꝫ arcu dato qui sufficit: maior illo etiam sufficit: ad qꝺ enim sufficit minus ad hoc idem sufficit maius. Si dicatur secundum: habeo propositum. Sed si dicatur tertium scilicꝫ ꝙ sit dare maximum arcum qui non sufficit: sit ille a. tunc sic a. non sufficit sed quelibet maior a. sic sit ergo ꝙ in presenti instanti illud ferrum habeat super se arcum a. ⁊ cum ille non sufficit retinere illud ferrum sequitur ꝙ pro hoc instanti illud ferrum non quiescit: sed immediate post hoc descēdet tandiu quod habeat super se arcum sufficientem ipsum retinere: postq̄ꝫ a. arcus non sufficit: sed si immediate post hoc instans mouebitur tunc immediate post hoc instans habebit maiorem arcū super se q̄ꝫ sit arcus a. ⁊ per consequens immediate post hoc habebit arcum super se sufficientem ipsum retinere: postquā a. arcus erat maximus qui non potuit: ⁊ sic dictum ferrū immediate post hoc quiescet: ⁊ cum idem ferrū immediate post illud instans mouebitur: sequitur ꝙ simul mouebitur ⁊ quiescet. ⁊ vlterius sequitur ꝙ sit dare vltimum instans esse motus: quia si dictum ferrū continue ante datum instans descēdisset vsqꝫ ad hoc instans: tunc hoc instans videretur esse vltimū instans esse illius motus: postq̄ꝫ immediate post hoc instās dictum ferrum quiescet: sicut iam dicebatur. Nec potest dici quartum scilicet ꝙ sit dare minimum arcum qui non potest nec sufficit dictum ferrum retinere: qꝛ sic ille arcus non sufficeret: sed minor eo sufficeret: ⁊ sic ad aliquem effectū producendum sufficeret minus ad quod non sufficeret maius: quod est inconueniens.

Oppositum arguitur. potentia actiua terminatur minima resistentia in quam non potest: ergo potentia passiua terminatur maxima potentia actiua a qua non potest: antecedens patet ex precedente questione: consequētia probatur: nam detur aliqua potentia actiua ⁊ sit a. ⁊ minima potentia passiua seu resistentia in quam non potest: et sit b. tunc in b. a. non potest: sed in b quodlibet maius a. potest: ergo a. est maxima potentia actiua a qua b. non potest pati: consequentia patet per significationem eius qꝺ est maximum a quo non: prima pars antecedentis patet ex eo qꝺ b est minimum in quod a. non potest: ⁊ si sic tunc in b. a. non potest. secunda pars eiusdem antecedentis patet: quia qꝺlibet maius a. excedit b. ⁊ cū quilibet excessus sufficiat ad motum inchoandum ⁊ continuandum: sicut probatur in precedenti questione: sequitur quod quodlibet maius a. potest in b. tunc vltra: potentia passiua terminatur maxima potentia actiua a qua non potest pati: ergo non terminatur minima a qua potest pati. ¶ Secundo potentia actiua non terminatur maximo in quod potest agere. ergo nec passiua terminatur minimo a quo potest pati: antecedens patet ex precedenti questione: consequentia probatur ex eo quod oppositū cōsequentis interimit antecedens: da enī oppositū consequentis scilicet potentia passiua terminatur minimo a quo potest pati: ex hoc sequitur quod illa potentia passiua est maximū in quod illa potentia actiua potest agere: ⁊ hoc repugnaret antecedenti. ¶ In ista questione primo ponende sunt alique distinctiones de potentia passiua. secundo conclusiōes.

Quantum ad primum sit prima distinctio:

⁊ ista etiam ponebatur in alia questione. potentiarū passiuarum quedam dicitur receptiua solum quedam autem dicitur receptiua ⁊ cum hoc resistiua: exemplum primi sicut est materia prima: exemplū secūdi sicut est aqua respectu ignis. ¶ Secunda distinctio. potentiarum passiuarum quedaꝫ est passiua tantum: et quedam cum hoc est etiam actiua: exemplum primi sicut est vnum paruum frigidum quod patitur ab vno magno calido a tam magna distantia quod licet illꝺ calidum posset agere in illud frigidum tamen illud frigidū propter nimiam distantiam non potest reagere in illud calidum: exemplum secundi: sicut est frigidum quod patitur a calido: ⁊ cum hoc reagit in ipsum. ¶ Tertia distinctio. potentiarum passiuarum que cum hoc sunt actiue quedaꝫ dicitur cognitiua sicut est potentia visiua: quedam dicitur non cognitiua sicut frigidum quod patiendo a calido reagit in ipsum. ¶ Quarta distinctio. potentiarum passiuarum non cognitiuarum que cum hoc sunt actiue quedam reagunt in agens: vt frigidum in calidum: quedam autem agūt in aliud ab agente, vt mediū illuminatum passum a lucido agit: quia calefacit. non tamen agit in ipsum puta solem. sed aliud ab illo. ¶ Quinta distinctio. potentiarum passiuarum quedam patiuntur per abiectionem contrarii: sicut calidum cum patitur a frigido vel econtra: quedam autē sine abiectione contrarii: sicut medium cum illuminatur: in huiusmodi enim illuminatione non abiicitur aliquid quod sit contrariū lumini generato: ex eo quod lumini nihil est contrarium.

Quantum ad secūdum articulum sciendū

est quod potentia passiua potest cōparari vel ad potentiam actiuam a qua potest pati: vel ad distantiaꝫ in qua vel vltra quam potest pati: vel ad effectum quem potest recipere ⁊ pati: vel ad tempus per quod potest pati: vel ad velocitatē qua potest alterari vel moueri: vel ad spatium super quo potest moueri motu locali. Et preterea adhuc est aliqua potentia specialis: sicut visiua: que potest comparari ad angulum sub quo potest pati vel videre. ¶ Tunc discurrendo

per omnia

per omnia ista sicut factum est in alia questione sit prima cõclusio ista: potentia passiua resistitiua non terminatur minima potẽtia actiua a qua potest pati: probatur: nam sit illa potentia actiua a. ⁊ passiua b. tunc si b. debet pati ab a. oportet ꝙ a. excedat b. ex eo ꝙ aliter a proportione equalitatis vel minoris inequalitatis fieret actio: quod est falsum et etiam quia in omni actione agens debet esse prestantius passo. sed si a. excedit b. non potest excedere ipsum excessu indiuisibili: cum nullus talis sit excessus: relinquitur ergo quod excessu diuisibili: ergo cum quilibet excessus sufficiat ad motum: sequitur ꝙ si a. per solam medietatẽ illius excessus excederet b. adhuc b. põt pati ab a. sed tunc a. esset minus ꝙ̃ ante erat: ergo a. non erat minimum a quo b. poterat pati. ❡ Secũda conclusio. nec potentia passiua talis terminatur maxima potentia actiua a qua potest pati: probatur ex eo ꝙ quicquid potest pati a magno potest pati a maiore illo: ⁊ si sic nullum est maximum: saltem finite potentie: a quo talis potentia possit pati. ❡ Tertia cõclusio. nec talis potentia passiua terminatur minima potentia actiua a qua nõ potest pati: quia tunc a tali non posset pati: sed a minori illa posset pati: sed hoc est falsum ex eo ꝙ illud quod nõ potest pati a maiori: non potest pati a minori. ❡ Quarta conclusio. talis potẽtia passiua terminatur maxima potẽtia actiua a qua non potest pati: probatur per sufficientem diuisionem. sicut potẽtia actiua equalis resistentie est maxima a qua illa potentia resistitiua non potest pati. eadem potẽtia resistitiua est minima in quã illa potentia actiua non potest agere. ❡ Sed contra istud diceres. videtur ꝙ potentia actiua equalis resistentie non sit maxima a qua potentia resistitiua non potest pati: nam tunc ab illa non ⁊ a quabet maiori potest pati: sed hoc videtur esse falsum: quia potentia actiua posset augeri insensibiliter: et tñ non propter hoc posset in illam resistentiam: verbi gratia: si potentia leuatiua fortis equalis resistentie vnius libre augeretur insensibiliter non ꝓpter hoc leuaret libram. ❡ Respõdetur: sicut potentia actiua esset aucta insensibiliter: ita põt leuare per spatium insensibile: ⁊ sic forte fortes potest leuare sic ꝙ non perciperet se illud posse leuare: nec hoc est aliquod inconueniens. ❡ Adhuc diceres: si potentia actiua terminaretur minima potentia passiua in quam non potest: scilꝫ sibi equali. tunc cum visibile habeat se sicut potentia actiua respectu visus: sicut patet secundo de anima: etiã visibile terminaretur minima potentia visiua in quã non potest: ⁊ sic in illam non potest. sed in minorem ⁊ debiliorem illa posset: sed hoc est falsum: quia si aliquod visibile nõ potest agere in aliquam potentiam visiuam: multo minus potest agere in potentiam visiuã minorem ⁊ debiliorem illa saltem ceteris paribus: sicut patet de se. ❡ Ad hoc respondetur ꝙ illud quando dictum est de terminatione potentie actiue respectu potentie passiue intelligitur de potentia actiua agente in passiuam non coagentem nec concurrentem ad effectum: nec ad actionem illius potentie actiue: sed sic nõ est in proposito de visibili ⁊ potentia visiua: quia visibile non solum causat visionem in oculo: nec potentia visiua concurrit mere passiue ad visionem: sed visibile per suam speciem vna cum virtute visiua actiue concurrente producunt visionem in oculo. ⁊ in potentia visiua: non est incõueniens idem esse partiale agẽs ⁊ totale recipiens respectu eiusdem: licet esset bene inconueniens idem esse totale agens ⁊ totale recipiens respectu eiusdem. ❡ Quinta conclusio. omnis potentia passiua mere receptiua sicut est materia prima potest pati saltem quantum est ex se a quocunqꝫ magno vel paruo agente sine termino: patet statim: quia quodlibet agẽs talẽ potentiam passiuam excedit. ❡ Deinde comparando potentiam passiuam ꝙ̃tum ad distantiam sit prima conclusio: ꝙ potentia passiua nõ cognitiua ꝙ̃tum est ex se potest pati a qualibet distantia quãtacunqꝫ magna vel parua probatur: quia quacunqꝫ distantia agens potest agere a tali distantia potentia passiua põt pati ⁊ ideo si talis potentia passiua potest pati ab aliqua distantia parua: tunc ab alia potentia dupla vel quadrupla potest pati a dupla vel a quadrupla distantia: ⁊ sic vlterius: et sic talis potentia passiua non est terminata distantia: quantum ad magnitudinem. Sed etiam probo ꝙ non quantum ad paruitatem: quia talis potentia passiua nõ cognitiua nõ desinit pati propter paruitatem distantie sicut bene desinit pati potentia passiua cognitiua. vnde frigidum non desinit pati a calido propter nimiam propinquitatem calidi ad ipsum imo quanto calidum est propinquius frigido in tantum frigidum plus patitur a calido. ❡ Secunda cõclusio. talis potentia passiua respectu date potentie actiue terminatur minima distantia vltra quam non potest pati: ⁊ hoc a tali agẽte: probatur: nam datum agens terminatur minima distãtia vltra quã non potest agere respectu date potentie passiue: ergo etiam econuerso potentia passiua data terminatur minima distantia vltra quam non potest pati ab agente dato ❡ Tertia conclusio. potentia passiua cognitiua sicut est potentia visiua ⁊ etiã alia potẽtia passiua requirens moderatam distantiam terminatur ab vtraqꝫ parte: ita ꝙ prope visum est vna maxima distãtia omnium illarum in quibus nõ potest pati propter paruitatem distantie: ⁊ de longe est vna minima distantia in qua non potest pati propter magnitudinem: ⁊ illud potest probari ex his que dicta erant quantum ad hoc de potentia actiua in alia questione. ❡ Deinde comparando potentiam passiuam ad effectum sit conclusio ista ꝙ potentia passiua receptiua potest recipere quemcunqꝫ effectum quem potentia actiua potest facere: ⁊ ideo quãtum est de se materia prima est infinite receptibilitatis: nec repugnat sibi recipere caliditatem infinitam si esset qui causaret eam: ⁊ ita de aliis nisi sit aliquid aliud impediens [illegible] hoc ꝙ potentia est passiua sit etiam actiua sicut est potentia visiua. ❡ De comparatione autem potentie passiue ad velocitatem ⁊ ad spatium dicatur omnino sicut dictum est de potentia actiua in precedenti questione. ❡ De comparatione autem eius ad tempus videbitur in secundo de generatione.

Ad rationes. ad primam dico quod quando Aristo. dicit potentiã passiuã terminari minimo: intelligitur minimo numerabili sine fractione: modo quo dicebatur in alia questione de maximo. Consimili modo ad secũdã. ❡ Ad tertiã dico: ꝙ retinere nõ est proprie agere: sꝫ bene est motuꝫ talis ferri impedire: sicut si duo homines eque fortes traherent se vnus ad vnam partem et alter ad aliam: vnus nihil ageret proprie in alterum: sed vnus bene impediret alterum. ⁊ tale impedimentum potest bene fieri a proportione equalitatis modo quo etiam dicebatur in alia questione de lapide vt octo in grauitate posito super caput fortis vt octo in potentia: sic dico in proposito ꝙ in talis ferri descensu deuenitur ad aliquod primum instans in quo quiescit: ⁊ tunc relinquit super se minimum arcum qui ipsum retinet et impedit ꝙ non potest descendere: nec propter hoc potentia passiua terminatur minima potentia actiua a qua potest pati: ex eo ꝙ illud non est proprie agere. Ulterius dico ꝙ ille idem minimus arcus qui sufficit ferruꝫ retinere est maximus qui non sufficit ferrum attrahere: quod quidem attrahere est proprie agere. Ecce ergo tunc maximam potentiam actiuam a qua non potest pati illa potentia passiua.

Questio. XIIII.



Queritur consequenter vtrum omne corruptibile necessario corrũpetur. arguitur primo quod non de partibus cẽtralibus terre que sunt corruptibiles quia composite ex materia ⁊ forma: ⁊ tamen nõ necessario corrumpentur: quia non videtur quomodo sibi posset applicari corrumpens: sicut est ignis aut aer que sibi sunt contraria. Similiter sic potest argui de igne contiguo concauo orbis lune. Et confirmatur: quia talia simplicia non senescunt: ergo nõ corrumpentur. consequentia videtur tenere ex eo quod corruptio videtur presupponere senectutem: antecedens patet: nã dicitur quarto meteororum quod ignis non putrescit: ⁊ cum senectus sit quedam putrefactio sequitur quod ignis non senescit. ❡ Secundo arguitur de auro quod est corruptibile: quia habet materiam: et tamen nunqꝫ corrumpetur: prout alchimiste dicunt se esse expertos: qui habent artem corrumpendi omnia alia metalla ⁊ non habent artem corrumpendi aurum. ❡ Tertio arguitur de qualitate symbola que manet eadem in genito que fuit in corrupto: sicut est calidas que manet eadem in igne que fuit in aere quando ex aere generatur ignis: si ergo ex aere fiat ignis: ⁊ ex igne aer absqꝫ hoc quod illa materia aliquã subiciat forme aque vel forme terre: nunqꝫ illa caliditas corrũpetur: ⁊ tamen est corruptibilis: ergo ⁊c. ❡ Quarto lumẽ lune ad quod nõ attigit vmbra terre est corru-

ptibile: τ tñ nunq̃ corrũpetur: ergo nõ omne corruptibile necessario corrũpet: cõsequẽtia tenet: prima pars antecedẽtis ꝓbatur: nã lumẽ lune ad qð põt attingere vmbra terre τ lumen lune ad qð nõ põt attingere vmbra terre sunt eiusdem speciei sed primũ est corruptibile: nã aliquãdo corrũpetur, sicut in eclipsi lune qñ terra diametraliter interponitur inter solẽ τ lunã. ergo secundũ est corruptibile: τ tamẽ nunq̃ corrumpetur ex eo qð nñq̃ applicabitur sibi corrũpẽs. ¶ Quinto. aliquod corruptibile cõtingenter corrumpetur: ergo non omne corruptibile necessario corrumpetur; consequentia: tenet: añs patet de sorte ꝙ forte cras a casu occidetur: modo quod a casu corrumpetur contingenter corrumpetur.

Oppositum videtur velle Aristo, et Commentator. ¶ In ista questione primo ponam aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

Prima distinctio est ista. quod refert dicere oẽ corruptibile necessario corrũpet: τ dicere oẽ corruptibile corrũpi est necessariũ: prima em̃ est diuisa: τ scða est cõposita sicut scitur ex logica. ¶ Secũda distinctio de corruptibili. corruptibile vno modo dicit de omni illo qð põt corrũpi siue sit: siue nõ sit: τ ſm illã acceptionẽ diceremꝰ antichristũ eẽ corruptibilẽ: τ ita large nõ accipit corruptibile in proposito alio mõ sumit corruptibile ꝓ omni illo qð est et põt corrũpi: τ sic accipitur corruptibile in proposito: τ dicitur de substantia corruptibili: τ similiter de accidente corruptibili. ¶ Tertia distinctio: ꝙ duplex ẽ potẽtia. s. naturalis τ supnaturalis

Tunc sit prima conclusio. secundum potentiã supnaturalẽ nõ opꝫ ꝙ omne corruptibile aliqñ corrũpat: ꝓbatur: nã talis potẽtia posset aliq̃ rẽ corruptibilẽ ex se perpetuare τ conseruare in perpetuũ. Predictã tñ conclusionem nõ cõcederet Aristo. licet nos secundũ fidẽ nostrã ipsam cõcedere debeamus. ¶ Tunc sit alia conclusio secunda secundum philosophũ. omnis substãtia corruptibilis corrũpetur: probatur primo ex parte materie: quia omnis substantia corruptibilis habet materiã que semper est in potẽtia ad essendum sub alia τ alia forma: τ cũ talis potẽtia nõ sit perpetuo frustra: sequitur qð aliquãdo reducetur ad actũ: τ tunc recipiet vnã aliã formã a forma quã iam habet: τ tũc oportet formam precedentẽ corrũpi: cũ non sit possibile secundũ potentiam naturalẽ tales duas formas stare simul in eadẽ materia: cũ autẽ talis forma precedẽs corrũpitur: etiã substantia cõposita cuius illa est pars. s. essentialis corrũpitur. ¶ Secũdo ratione Aristo. si aliquod corruptibile posset semꝑ durare sequeretur ꝙ idem potest non esse τ non potest non esse: ꝓbatur consequentia: quia sequitur: est corruptibile: ergo habet aliquã potentiã resistendi contrariis: τ tunc si potest resistere per infinitum tẽpus habet potentiã infinitã intensiue: ergo a nullo contrario pot remitti vel corrumpi talis potẽtia quia infinitũ nõ potest pati a finito nec ab infinito: τ sic illud est incorruptibile quod ponebatur corruptibile; τ vltra: ergo nõ potest non esse: τ qꝛ est corruptibile põt nõ esse τ sic potest non esse: τ non potest nõ esse: qð est probandũ. ¶ Tertia conclusio. nulla substantia corruptibilis necessario corrũpitur: probatur: omnis substantia corruptibilis contingẽter corrũpitur: ergo non necessario: consequentia tenet: antecedens probatur: nã omnis substantia corruptibilis vel corrũpitur ab intrinseco: vł ab extrinseco: si ab extrinseco hoc est per applicationẽ contrarii: talis autem applicatio per liberum arbitrium potest impediri: τ sic contingenter corrũpitur ab extrinseco: si autẽ corrũpitur ab intrinseco: hoc est ex eo quod vnum elementũ dominatur super alia: τ est fortius sup alia: modo actio elementi fortioris etiã potest impediri puta per aliquã medicinam vel huiusmodi. ¶ Quarta conclusio: de intentione Aristo. hec est necessaria: omnis substantia corruptibilis corrumpetur: probatur: quia si non tunc eius oppositum stabit: scilicet aliqua substantia corruptibilis non corrumpetur modo hoc est falsum: et contra secundam conclusionem. ¶ Sed dices tu: iam dixisti de substantia corruptibili quod aliquando corrumpetur: quid diceres tu de accidentibus corruptibilibus: vtrum aliquod tale corruptibile nunq̃ corrumpetur. Distinguo de accidẽtibus: quedã sunt accidentia que corruptibilia sunt per se sicut caliditas: vel ex consequenti sicut albedo: alia sunt accidentia corruptibilia nõ a suis cõtrariis per se vel ex consequẽti: sed ꝓpter absentiã conseruantis: sicut est lumen: vł species in medio. De accidentibus primo modo dictis dicendũ est sicut dictũ est de substantiis corruptibilibus. ¶ De accidẽtibus aũt secũdo modo dictis sit quinta cõclusio: ꝙ quodlibet tale est corruptibile: τ tñ possibile est ꝙ nunq̃ corrumpatur: sicut prius arguebatur de lumine. vnde lumini de natura sua non repugnat quin corrũpatur: τ tñ aliunde sicut per presentiã cõseruantis põt perpetuo conseruari. Et ratio est: quia tale accidens non habet contrariũ positiuum: τ ideo nullius est virtutis ad resistendum contrario: τ propter hoc non oportet si nunq̃ corrũperetur; sed duraret in perpetuũ: ꝙ ergo haberet virtutẽ resistendi infinitam. ¶ Sed diceres: nam si talia accidentia sunt corruptibilia τ possibile est ꝙ nunq̃ corrumpantur: sequitur ꝙ potentia eorũ ad corruptionẽ est frustra. ¶ Respondetur distinguendo de potentia: quedã est potentia ad contrariũ positiuum: sicut frigidum est in potẽtia ad calidum: τ si materia nunc frigida que potest esse calida nunq̃ haberet caliditatem potentia talis materie ad caliditatẽ diceretur esse frustra: τ talem potentiã frustrari ꝑpetuo non concederet philosophus alia est potentia ad priuationẽ eo modo quo nunc existens medium illuminatũ potest fieri vmbrosum: τ talem potentiã frustrari non est inconueniens. nec talis est potentia nisi conditionaliter: ex hoc põt solui instãtia.

Ad rationes. Ad primam. scilicet de partibus centralibus terre. τ de igne in concauo orbis lune: dico aliquando corrũpetur; propter motũ τ continuũ fluxum partium illorum tandẽ tales partes sufficienter applicabuntur contrariis. ¶ Ad confirmationem dico qꝛ oĩs senectus fit ꝑ alterationem: τ mixta continue alterantur: ideo continue senescunt per processum tẽporis sed quia simplicia sicut ignis a sphera sua τ partes centrales in centro per multos annos non alterantur: etiam per multos annos nõ proprie senescũt licet appropinquent corruptioni; sed statim cum alterantur senescunt: non tamen per putrefactionẽ quemadmodũ mixta: sed per dispositionem eorũ ad corruptionẽ factã per eorũ contraria. ¶ Ad secundam de auro: dico ꝙ imo aliquando corrumpetur: τ quando arguitur alchimiste non possunt ipsum corrumpere per artem suam: ergo nõ corrumpetur: neganda est consequentia: qꝛ natura multa potest que non potest ars vnde q̃uis ars bene disponat ad corruptionem tamen non potest eã complere; hoc tamen potest natura: τ ideo natura vigorosior est ad corrumpendũ q̃ ars. Ulterius dico ꝙ bene aurum propter diuturnitatẽ suam τ breuitatem vite hominũ videtur ꝙ nunq̃ corrũpatur: licet ita non sit. ¶ Ad tertiam de qualitate symbola. dico ꝙ necesse est in aliqua reuolutione celi ꝙ illa materia que est sub forma aeris vł ignis aliquãdo fiat sub forma terre vel aque: nec est possibile ꝙ ita perpetuo ex aere fiat ignis τ econuerso: modo quando materia aeris vel ignis erit sub forma terre vel aque tunc talis caliditas de qua arguit corrũpitur: τ ita dico de qualibet alia materia ꝙ talis est cursus nature ꝙ quelibꝫ portio materie sub qualibet specie fuit infinities τ erit: licet forte non ordine eodem: τ hoc supposita eternitate quã credidit Aristo. ¶ Ad quartam de lumine ad quod non attigit vmbra terre potest dici secundum ꝙ dictum est in quinta conclusione. aliter potest dici ꝙ non est aliquod lumen lune quin corrumpatur: lꝫ aliquod aliquãdo corrũpatur per vmbrã terre: aliquod etiã corrũpitur aliunde. vnde propter motum solis põt dici ꝙ in luna continue est aliud τ aliud lumen ꝓpter diuersum aspectũ quem sol habꝫ ad lunã. vnde in medio illuminatio a sole in quolibet instanti est aliud τ aliud lumen: propter hoc ꝙ in quolibet instanti sol habet alium τ alium aspectum super illud mediũ. ¶ Ad quintã concedo totum argumentũ: quia nihil de necessitate corrũpetur sicut dixit tertia conclusio: cũ hoc tamen bene stat ꝙ sortem τ similiter platonem τ quãcunq̃ aliam substantiam corruptibilem corrumpi est necessariũ. Et sic est finis questionis.

Questio. XV.

Queritur vtrum aliquid de nouo genitum possit perpetuari: τ aliquod eternum possit corrumpi: id est vtrum aliquod non perpetuũ a parte ante possit perpetuari a parte post: τ aliquod perpetuum a parte ante possit non esse perpetuum

petuũ a parte post. ¶ De primo arguitur primo quod sic: de anima intellectiua que nõ est perpetua a parte ante: cũ cuiuslibet hominis anima intellectiua de nouo incipiat esse illo homine incipiente esse: et tamẽ est perpetua a parte post. ¶ Deinde arguitur de secundo: nam possibile est q aliquis mons fiat nouiter in terra: ratione cuiꝰ in aliqua parte celi causetur vmbra ⁊ corrũpat lumen quod perpetuo a ite fuit: et sic ꝑpetuũ a parte ante non perpetuabitur a parte post. ¶ Secũdo. nã potẽtia materie ad formã sortis fuit ꝑpetua a parte ante; que modo est corrupta in aduẽtu forme sortis. ¶ Deinde arguit̃ simul ad vtrãq̃ partẽ questionis: nã non videtur esse impossibile q aliquid sit finitũ ab vna parte et infinitũ ab alia: ergo nec videt̃ esse impossibilis prima pars questionis nec secunda: antecedẽs ꝓbat̃ de linea gyratiua transeunte per omnes partes proportionales alicuius colũne: que est finita ex vna parte: ⁊ infinita ex alia: vnde est finita versus partes proportionales maiores: et infinita eundo versus partes ꝓportionales minores. Hoc idem videtur de tempore preterito: quod a parte ante dicitur perpetuum: et a parte post non perpetuum: tempus autem futurum a parte ante dicitur non perpetuum: a parte autem post dicitur perpetuum.

Oppositum videtur velle Aristote. et Cõmentator. vnde potest argui sic: semper ens ⁊ semper nõ ens sunt contraria: ita quod semper ens necessarium est: et semp non ens est impossibile: ergo mediũ inter ea videtur esse cõtingens: sicut est illud qđ est aliquãdo ens et aliquãdo non ens; ergo quicquid est et aliquãdo nõ fuit est cõtingens: et per cõsequens potest nõ esse: ⁊ cũ potentia non sit ad p̃teritum sed ad futurũ: sequitur q tale quantũ ad futurã potest non esse: ⁊ cũ talis potẽtia nõ frustrabit̃ ꝑpetuo tpe: sequit̃ q hoc aliquãdo non erit: ⁊ sic nõ erit perpetuũ a parte post. ¶ Per istam rationẽ videt̃ posse ꝓbari q nõ ꝑpetuũ a pte ante nõ est ꝑpetuũ a parte post. Et sic si anima intellectiua incepisset esse de nouo nõ perpetuaretur a parte post; et sic esset improbata prima pars questionis. ¶ Secundo contra eandẽ partẽ arguitur sic: si aliquod esset nõ ꝑpetuũ a parte ante: et perpetuũ a parte post: sicut solemꝰ dicere de anima intellectiua: tunc esset dandũ vnũ tẽpus infinitũ p qđ illud ꝑpetuo non fuisset a parte ante: ⁊ tunc non esset ratio quare talis res magis inciperet esse in vno instãti quã i alio: ex eo q in tempore infinito vnũ instans nõ habet magis rationẽ medij vel termini q̃ reliquum: et sic si talis res per tempus infinitũ non fuisset nunq̃ esse inciperet: et sic nõ esset perpetua a parte post. ¶ Deinde arguitur contra ambas partes questionis simul: nam si ambe partes questionis essent ve. sequeretur qđ essent concedẽda plura infinita: cuius oppositum vult Cõmẽtator: probat̃ consequentia: nã pro re non perpetua a parte ante ⁊ ꝑpetua a parte post oporteret cõcedere vnũ tempus infinitũ per quod illa res ꝑpetuo duraret a parte post: et ꝓ re perpetua a parte ante et nõ perpetua a parte post oporteret cõcedere aliud tẽpus infinitum per qđ illa res perpetua durasset a parte ante: et sic oporteret cõcedere duo tẽpora infinita: vnũ a parte ante: aliũ a parte post.

Pro respondendo ad istam questionẽ distinguendũ est de impossibili. vno modo accipitur impossibile solũ pro illo qđ implicat cõtradictionẽ et possibile ꝓ illo quod non implicat cõtradictionẽ. alio modo accipit̃ impossibile ꝓut extendit se ad illud qđ nõ potest fieri secundũ cursum nature: licet possit fieri per potentiã supnaturalẽ et possibile solũ pro illo qđ potest fieri secundũ cursum nature.

Tunc sit prima conclusio. capiẽdo impossibile secũdo modo. impossibile est qđ aliquod proprie genitũ sicut est mixtũ vel elementũ vel habẽs cõtrariũ ꝑpetuet̃: ꝓbat̃; nã hoc esset extra cursum nature: cũ tale habeat in se cõtraria q̃ sunt principia sue corruptionis: vel aliquãdo applicabit̃ suo cõtrario ipsum corrumpẽti. ¶ Secundo quod licet tale est substãtia corruptibilis vel accidens corruptibile a suo contrario per se vel ex consequẽti: sed omne tale aliquando corrũpetur per p̃cedẽtẽ cõclusionẽ: aliter enĩ sicut dicebatur in precedẽti questione haberet infinitã potentiã resistendi suis cõtrarijs. sciendũ tamen quod cum illa conclusiõe bene stat quod aliquod tale bene posset perpetuari per potentiam supernaturalem. ¶ Secunda conclusio. vniuersaliter de omni nouo genito determinãte sibi contrariũ impossibile est loquẽdo iterũ de impossibili secundo modo ipsum perpetuari: probatur sicut precedẽs. ¶ Ex ista conclusiõe sequitur: qđ si anima intellectiua est forma inherẽs materie determinãs sibi quantũ ad suũ esse qualitates habẽtes cõtraria secũdũ cursum nature nõ est perpetua a parte post si non est perpetua a parte ante. Si autẽ vellemꝰ dicere q anima intellectiua q̃tũ ad esse in corpore ⁊ q̃tum ad exercere operationes corporales indigeret qualitatibꝰ habentibus cõtraria sed non indigeret talibus q̃tum ad esse suum simpliciter: diceretur q non esset inconueniens ipsam extra corpus manere ꝑpetuo. Sed forte hoc philosophꝰ nõ concederet: lꝫ nos secũdũ nostrã fidẽ ⁊ veritatẽ cõcedere debeamꝰ. ¶ Tertia ꝯclusio: si aliqđ est de nouo genitũ vtẽdo gñatione pro inceptione: et non habet contrariũ nec determinat sibi cõtrariũ sicut est lumẽ: possibile est qualitercũq̃ accipiatur possibile illud perpetuari q̃tuꝫ est ex se idest nõ repugnat sue nature: patet ex p̃cedẽte questione. ¶ Quarta cõclusio: impossibile est materiã perpetuã a parte ante non esse perpetuã a parte post: probat̃: qꝛ si ipsa desineret esse vel per corruptionẽ vel ꝑ annihilationẽ: vtrũq̃ est impossibile: non per corruptionem quia corruptio proprie relinquit post se materiã que fuit pars corrupti: modo si materia corrũperetur materie esset materia quod est falsum: nec potest dici quod materiã esse nõ ꝑpetuam a parte post sit possibile per annihilationẽ: quia talẽ annihilationẽ oporteret fieri ꝑ primam causam que est immutabilis: sed si perpetuo materiã conseruauisset in esse: et nunc eã annihilaret prima causa videret̃ esse mutabilis ita argueret cõmentator. ¶ Quinta cõclusio: celum perpetuum a parte ante esse non perpetuum a parte post est impossibile: probatur: qꝛ celuꝫ conseruatur in esse immediate a causa immutabili: ideo si talis ꝑpetuo ipsum conseruasset ⁊ modo non: talis causa videretur esse immutabilis. ¶ Sexta cõclusio. aliquã intelligentiã citra primã perpetuã a parte ante: esse nõ perpetuã a parte post est impossibile: probatur sicut precedens. ¶ Iste cõclusiões de substantia debent intelligi de impossibili secunduꝫ cursum nature. ¶ Septima conclusio. primam causam esse non perpetuã a parte post est impossibile: ꝓbatur: qꝛ si desineret esse hoc esset vel a se vel ab alio: non a se: qꝛ tunc aliquid esset destructiuũ suipsius: nec ab alio: qꝛ tunc aliquid esset potẽtiꝰ prima causa: et sic prima causa non esset prima causa: qđ implicat. ¶ Secundo. dato opposito conclusionis prima causa esset mutabilis: quod est impossibile. ¶ Octaua conclusio. aliquã substantiã esse perpetuã a parte ante et non perpetuam a parte post est impossibile: probatur: omnis substãtia perpetua a parte ante vel est materia prima: vel celũ vel intelligentia citra primã vel ipsamet causa pria: sed de quaslibet istarũ est verũ dicere qđ ipsam non esse perpetuã a parte post est impossibile: sicut dixerunt conclusiones precedentes: igitur ⁊c. Et est differentia q̃tum ad hoc de substantijs perpetuis a parte ante: et de accidentibus: qꝛ si aliqua sunt talia accidentia illa non dependent immediate a causa non mutabili: sed mediate: et imediate a causa mutabili: ⁊ ideo non mirũ si talia accidẽtia perpetua a parte ante: si aliqua sint talia possint esse non perpetua a parte post: licet hoc nõ sit possibile de substantijs.

Ad rationes. Ad primam. Aristote. et Cõmẽta. dixissent animã intellectiuã nõ incepisse de nouo: sed esse perpetuã tam a parte ante q̃ a parte post: et esse vnam numero in olbꝰ hominibus: cuius determinatio magis pertinet ad tertium de anima. ¶ Ad aliã diceretur qđ illa iret pro tertia conclusione. Uel potest dici supposita eternitate mundi quã credidit vel determinat Aristo. q terra nõ posset augeri in aliqua parte quin aliquando fuisset ibi aucta isto modo ante multa secula: et sic nullũ esset lumẽ nec fuisset lumen in celo ꝑpetuũ a parte ante: qđ nunc corrũperet̃ vel aliquãdo alias corrũperet̃. ¶ Ad aliã dicendũ q talis potentia in aduentu forme sortis. nõ corrũpet̃: qꝛ talis potẽtia nõ est aliud a materia: nihilominꝰ materia desinit esse in potentia ad talẽ formã: ad istũ intellectũ q talis propositio desinit esse vera: materia est in potentia ad taleꝫ formã. ¶ Ad vltimam dico sicut prius dicebat̃ q nulla linea gyratiua est infinita nec ad vnam partẽ solũ: nec quomodolibet aliter.

¶ Ad confirmationē dico etiā q̄ꝺ nullū est nec fuit tempus preteritū infinitum: quia nec dies: nec septimana: nec mensis: nec annus: nec duo anni: nec tres anni: et sic de alijs. nihilominus bene concedo quod infinitū fuit tempus preteritū: quia quātolibet tempore preterito dato maius fuit tempus preteritum: nec hoc est contra predicta: proportionabiliter est dicendum de tempore futuro.

Deinde ad rationes post oppositum que videntur probare vniuersaliter quod nullū ens siue substantia siue accidens de nouo genitum posset perpetuari et nullum perpetuum a parte ante potest corrumpi quod videtur esse contra tertiam conclusionē. ¶ Ad primam quando dicitur semper ens et semper non ens sunt contraria placet mihi: sed semper ens est necessario hoc potest negari quia aliquid potest esse semper ens quod tamē non necessario semper est ens sed contingenter. Iterum semper non ens non est impossibile [illegible] post semper non esse ens [illegible] hoc quod impossibile sit ipsam esse ens et sic negaretur fundamentum istius rationis. Et vlterius quando dicebatur si aliquid non esset semper ens nec semper non ens tunc esset contingens: placet mihi ergo potest non esse: adhuc placet mihi: ergo non perpetuabitur negatur consequentia. Et quando dicebatur tunc talis potentia ad nō esse frustraretur. Respondetur sicut dicebatur in precedenti questione non esse inconueniens potentiam frustrari [illegible] ¶ Ad secundam [illegible] [illegible] in alio.

Questio. XVI.



Queritur vtrum generabile et corruptibile conuertantur adinuicem: et similiter ingenerabile et incorruptibile. et arguitur primo quod non: omne corruptibile aliquādo corrūpetur per predicta in precedenti questione: sed nō omne generabile corrūpetur: ergo non omne generabile est corruptibile: discursus est bonus: quia in baroco: et maior patet: minor probatur: nō omne generabile generabitur: igitur non omne generabile corrumpetur: consequētia tenet: nā si aliquod generabile debet corrūpi oportet quod prius generetur: antecedēs probatur primo: quia ex hoc vino est generabile acetū: et tamē forte nunquam generabitur quia prius vinū potabitur. Secūdo. ista mulier que est perfecta et apta ad generationem potest maritari et longo tempore viuere: et sic possibile est quod ex ea generentur filij: et tamen possibile est quod illi nunquam generabuntur: quia possibile est quod ipsa cras casualiter interficiatur. ¶ Tertio. si est necessarium quod omne generabile generabitur: tunc omnia que eueniunt necessario euenirēt: sic quod non est possibile ea non euenire: sed hoc est falsum et contra Arist. in fine primi perihermenias: et contra fidem. ¶ Secūdo arguitur ad principale: si generabile et corruptibile adinuicē conuerterentur: et cum generabile habeat potentiā ad esse: et corruptibile ad nō esse: sequitur quod idem simul haberet potentiam ad esse et non esse: ex quo idem esset generabile et corruptibile: postquam generabile et corruptibile adinuicē conuertūtur. ¶ Tertio. sortes qui est iam genitus est corruptibilis: et tamē nō est generabilis: igitur non omne corruptibile est generabile: prima pars antecedentis patet: secūda pars probatur: quia quod semel genitum est amplius generari nō potest: quod probatur sic: nam si semel genitum amplius generari posset: vel generatione qua prius generabatur vel alia generatione: non pōt dici primū: potentia nō est ad preterita: vnde annus preteritus non pōt iterato esse: nec potest dici secundū: quia antequam generaretur illa generatione alia a priori oporteret quod prius corrūperetur: et sic idem numero post sui corruptionē posset redire: quod est falsum et improbatum per Aristotelē secūdo de generatione. ¶ Quarto. sicut se habet generabile ad generatū ita corruptibile ad corruptū: ergo a transmutata proportiōe sicut se habet generabile ad corruptibile ita genitum ad corruptum et econuerso: sed nō omne genitum est corruptum sicut notum est de se: ergo non omne generabile est corruptibile.

Oppositū videtur velle Aristoteles. et arguitur sic. quecunque cōuertuntur cum aliquo tertio conuertuntur inter se: sed ingenerabile conuertitur cū semper ente. et incorruptibile cōuertitur cum eodē: ergo ingenerabile et incorruptibile conuertuntur inter se. ¶ Similiter generabile cōuertitur cū aliquando ente et aliquādo non ente: et corruptibile cum eodē: ergo generabile et corruptibile cōuertuntur inter se. ¶ In ista questione primo videndū est de quo tangitur in primo argumento vtrū scilicet hec sit cōcedenda: omne generabile generabitur: secūdo respōdendū est ad quesitū.

Quantum ad primum sit prima distinctio: generabile dicitur dupliciter: vel quod potest generari subiectiue: vel quod pōt generari terminatiue generabile subiectiue dicitur nō quod capit esse postquam non fuit: sed quod potest esse subiectū generationis eius quod capit esse postquam nō fuit: generabile aūt terminatiue dicitur quod potest esse terminus generationis per quem aliquid capit esse postquam non fuit. isto modo forma vel compositum dicitur esse generabile. Istam distinctionem ponit Cōmentator primo phy. et Aristote. similiter eam videtur innuere in litera. ¶ Secunda distinctio: de ista questione possumus loqui supernaturaliter aut naturaliter: ac si opinio Aristo. esset vera: qua opinabatur mundum esse eternum tam a parte ante quam a parte post. ¶ Tunc sit prima conclusio. si loquamur quantum possibile est per potentiā supernaturalem: concedere debemus quod aliquid est generabile siue subiectiue siue terminatiue: quod forte nunquam generabitur: patet: quia materia huius hominis est generabilis subiectiue: et tamen deus pōt facere quod nunquam ex ea aliquid aliud generaretur: quia potest eam annihilare vel ipsam cū anima in celū assumere: ita quod nunquam ex ea alia forma generaretur. patet hoc etiā de anima antichristi que potest generari terminatiue: et deus posset facere quod nunquam generaretur: imo adhuc hoc posset fieri naturaliter. ¶ Deinde ponā conclusiones de ista dubitatione quas Arist. posuisset: et prima sit ista: omne generabile subiectiue generatione substantiali generabitur: quia omne tale generabile est prima materia que aliquādo generabitur subiectiue: quia ipsa est sub forma corruptibili que aliquā corrumpetur: et nō corrumpetur nisi alia generetur. cū materia nō possit esse naturaliter sine forma: ergo ista materia tunc generabitur subiectiue. ¶ Secunda conclusio in substantijs omne generabile terminatiue generabitur: si ponamus quod ista dictio omne distribuat solū vsque ad species non vsque ad indiuidua: probatur: nam si lapis est generabilis hoc est ex aliqua materia: et ab agente quod potest materie illi applicari: et si potest applicari applicabitur etiam infinities propter eternitatē motus celi. Sed talibus applicationibus ipsius agentis ad ipsam materiā factis pro generatiōe lapidis lapis generabitur: Et nō oportet quod iste: sed sufficit quod iste vel ille et sicut argutū est de lapide: ita pōt argui de asino et de quacunque alia specie. ¶ Tertia conclusio: non omne generabile terminatiue generabitur: faciendo distributionē ad indiuidua: et hoc probant ille tres rationes sufficienter posite in principio questionis. ¶ Sed cōtra istā conclusionē dubitatur sit a. generabile quod generabitur: tūc arguitur sic: a non generabitur: et idē a. generabitur ergo quod generabitur nō generabitur: discursus est bonus: et conclusio est impossibilis: ergo aliqua premissarū: non minor: ergo maior. Quod minor non sit impossibilis probatur: quia ex quo a. est generabile per positum: nō est impossibile quod a generabitur. ¶ Secundo tunc aduersarius haberet concedere istam copulatiuam a. est generabile et tamen a. non generabitur: sed hoc est falsum quoniam ad vnā eius partē sequitur oppositū alterius: sequitur enim ad istam partem a. non generabitur ista a. non est generabile que repugnat prime parti dicte copulatiue. ¶ Ad ista. ad primū quādo arguebatur sic a generabitur etc. concedo quod discursus est bonus et quod conclusio est impossibilis: et vlterius dico quod non propter hoc oportet aliquam premissarum esse impossibilem: sed sufficit quod totale antecedens est impossibile propter suarum partium incompossibilitatem: quod patet in simili sic arguendo: omne currēs est homo: equus est currens: ergo equus est homo: discursus est optimus: quia in tertio modo prime figure: et cōclusio est impossibilis: non tamen propter hoc aliqua premissarum est impossibilis: sicut vos videtis sed bene premisse sunt incompossibiles.

sibiles. ¶ Ad secundā.tunc aduersarius ⁊c.concedo:⁊ cum dicebatur:illa est vna copulatiua cuius vna pars infert oppositū alterius:nego et quando dicebatur a.non generabitur:ergo a.nō est generabile:neganda est consequentia qꝛ cū ista a.non generabitur:bene stat ista a.potest generari:⁊ per consequēs ista a.est generabile. ¶ Sed diceres:si a.non generabitur:tūc si aliquis homo protulisset heri istā propositionē a.nō generabitur ipse dixisset verum:ex quo a.nō generabitur:et si ista propositio fuisset vera:sequitur ꝙ impossibile est ipsam nō fuisse veram:qꝛ qđ fuit impossibile est non fuisse:ergo etiā impossibile est illud ad qđ sequitur ipsaȝ nō fuisse verā:sed ad istā propositionē a.generabitur sequitur nō fuisse verā que dicebat a.nō generabitur:ergo sequitur ꝙ hec est impossibilis a.generabitur:ad quod vltra sequitur quod a.non potest generari:ideo concluditur ꝙ a.non est generabile.et sic a primo ad vltimū sequitur a non.generabitur.ergo a.nō est generabile. ¶ Ad istud quando dicitur ꝙ ad hanc a.nō generabitur sequitur ꝙ hec prepositio a.nō generabitur heri prolata fuit vera:cōcedo:⁊ quādo dicebatur:ergo impossibile est ipsam non fuisse veraȝ:cōsequentia negatur:imo dico ꝙ adhuc est possibile ipsam non fuisse verā:quoniam talis dependet ex actu futuro ad quē adhuc non est facta determinatio. Et quando dicebatur omne quod fuit impossibile est nō fuisse:concedo:et ideo bene cōcedo quod impossibile est illam propositionē nō fuisse:vlterius tamen dico quod hec est falsa:omne quod fuit veruȝ impossibile est non fuisse verum.

Quantum ad secundum dicit Arist.quod generabile et corruptibile dicuntur secundū potentias:generabile quidē quod potest generari:⁊ corruptibile qđ potest corrūpi iste enim sunt proprie significationes dictorum terminorū. Et vltra dicit Aristoteles ꝙ non est potentia ad preteritum:non enim est possibile quod sit annus preteritꝰ:et secundū ista dicta videtur sequi ꝙ asinus qui iam est genitus non sit generabilis sicut prius arguebatur:tamen ipse bene est corruptibilis:ergo non omne corruptibile est generabile:et sic dicti termini secundū propriā eorū acceptionē nō conuertuntur:imo corruptibile est in plus ꝙ̄ generabile:quia omne generabile est corruptibile:sed nō omne corruptibile est generabile. Et sic etiā isti termini generatū et corruptuȝ non conuertuntur imo generatū est in plus:qꝛ omne corruptum est generatū sed non omne generatum est corruptuȝ:sicut etiam prius arguebatur. Ita etiam ingenerabile ⁊ incorruptibile non conuertuntur:imo ingenerabile est in plꝰ. vlterius Aristo.dicit ꝙ tam generabile ꝙ̄ corruptibile conuertitur cū aliquando ente et aliquando non ente:ita quod omne generabile ⁊ etiā omne corruptibile est aliquādo ens et aliquando non ens:sed istud de proprietate sermonis nō est verū:nā dictū est in precedenti articulo ꝙ aliqua sunt generabilia quenunꝙ̄ generabuntur:et sic illa nec sunt nec vnꝙ̄ fuerunt nec erunt:de talibus ergo non est verum dicere quod ipsa aliquando sunt ⁊ aliquando non sunt:⁊ tamē verum est qđ sunt generabilia:ergo ille terminus generabile est in plus ꝙ̄ ille terminus copulatꝰ ⁊ aliquādo ens ⁊ aliquando non ens. ¶ Ex omnibus his finaliter dico quod si volumus tenere conclusiones Aristo.oportet dare aliquos sensus qui forte non sunt secundū propriam impositionē terminorū:cū enim dicimus qđ isti termini generabile et corruptibile conuertuntur adinuicem:et cum illo termino copulato aliquando ens et aliquando non ens:oportet accipere tam generabile ꝙ̄ corruptibile pro eo quod aliquādo potest vel potuit vel poterit esse:et etiam potest potuit vel poterit non esse:et etiā oportet istū terminū copulatum aliquando ens et aliquando non ens accipere non secundum actualeȝ existentiam vel non existentiam:sed pro illo quod pōt esse ⁊ potest non esse:⁊ cuȝ hoc oportet vti isto termino pōt siue ad esse siue ad nō esse:non prout potest connotat carentiā actꝰ sed pro non repugnantia essendi vel non essendi.

Et iuxta ista solui possunt rationes facte hinc inde.

Questio Ultima.



Queritur finaliter circa primū librum de celo vtrum mundus sit perpetuus. Arguitur primo quod non:mundꝰ est generabilis et corruptibilis:ergo non est perpetuus:consequentia tenet:antecedens probatur:quia ex quo ad corruptionem partis totius non manet idem totū quod ante erat sequitur quod ad corruptionem alicuꝰ particule mundi non manet idem mundus qui ante erat:⁊ per consequens cū corrumpitur aliqua pars mundi:puta equꝰ vel homo videtur quod corrūpatur mundꝰ:et sic etiam videtur quantū ad generationem. ¶ Secundo quelibet pars mundi est corruptibilis ergo totalis mundus est corruptibilis:et per consequens non perpetuus:antecedens probatur:nam totalis mundus sufficienter diuiditur saltem exclusis deo et intelligentijs in munduȝ inferiorē ⁊ superiorē modo clarū est ꝙ quelibet pars mundi inferioris pōt corrūpi:siue sit elemētū:siue mixtū:de mūdo etiā superiori sicut est celū:probatur quod sit corruptibile:qꝛ qđ est alterabile est corruptibile:celū est alterabile:ergo ⁊c.maior patet primo de generatione:vbi dicitur:si impossibile est aliquid corrūpi impossibile est ipsuȝ alterari:minor patet:ex eo ꝙ nūc aliqua pars celi est illuminata que ante non erat illuminata:illuminari autem est alterari. ¶ Et confirmatur hoc secundo:agens remotū ab alterabili nō alterat ipsum nisi prius alterādo medium sibi propinquum:modo constat quod ꝙ sol ⁊ stelle alterant ista inferiora:ergo videtur quod alterant sphęras celestes intermedias:et per consequens celum videtur esse alterabile. ¶ Et confirmatur hoc:nam corpora celestia sicut planete:maiores habent virtutes in aliquibus signis celi:⁊ minores in alijs:ergo videtur quod talia sint alterabilia. ¶ Tertio ad principale:mundus dependet a deo in conseruari qui est voluntatis omnino libere:ideo potest velle non amplius conseruare ipsum et ita mundus corrumperetur:cum non possit manere sine conseruatione a deo. ¶ Quarto quod est augmentabile et diminubile est corruptibile ⁊ non perpetuū:mūdus est huiusmodi:ergo ⁊c.probatio minoris qꝛ sol et luna et alie stelle que sunt partes mundi de quibus minus videtur sunt augmentabilia et diminuibilia:qđ probatur:quia in ortu eorum et in occasu apparent maiora in medio autem celi minora.

Oppositū vult Aristoteles.et probatur ratione mundus est perpetuus a parte ante sicut credidit Arist.se demonstrasse in octauo physico.ergo etiā est perpetuus a parte post:probatur consequētia:ex hoc quod probabatur prius in vna questione quod nullum perpetuū a parte ante potest esse non perpetuum a parte post. ¶ In ista q̄stione primo ponā aliquas distinctiones. Scđo ꝯclusiones.

Quātum ad primum sciendū est quod duplex est alteratio quedam est cū abiectione contrarij disponens ad corruptionem vel generationem sicut est calefactio vel frigefactio vel aliqua talis. Alia est alteratio qui nō fit cū abiectione contrarij sicut est illuminatio que secundū se non est dispositiua ad generationem nec ad corruptionē licet bene per accidens. ¶ Secūda distinctio:quod sicut differunt generabile et creabile:ita etiam differūt corruptibile et annihilabile vnde generabile dicitur quod ad sui inceptionē presupponit materiam ex qua ipsuȝ fit vel in qua ipsum fit.sed creabile dicitur quod ad sui inceptionem nō presupponit materiam ex qua ipsum fiat:nec in qua ipsum fiat ita corruptibile dicitur quod post sui desitionem derelinquit materiā que manet. Annihilabile autem quod sui desitionem nihil derelinquit quod fuerit pars eius. ¶ Tertia distinctio est ꝙ aliquid potest dici perpetuum cuius q̄libet pars est perpetua.alio modo cuꝰ principalior pars est perpetua:et cum hoc ipsum obtinet cōsimilem figuram ⁊ dispositionem:et propter hoc licet hominis principalior pars sit perpetua:puta anima intellectiua:tamen quia ipse homo non perpetuo obtinet consimilem dispositionem et figuram non dicitur perpetuus.


Quantum ad secundū sit prima conclusio. secundum fidem nostram deus posset celuȝ quod est princi-

palior pars mundi annihilare:sed non posset corrumpere: primã partẽ fide credimus.secũda pars probatur ex eo qđ celum non habet materiã:ita proportionaliter probaretur adhuc secundũ fidẽ nostrã quod deus non posset generare intelligentiã:sed bene creare:accipiendo generare dicto modo. ¶ Sed secundum principia que credidit Arist. sit prima conclusio:celum nec est generabile nec corruptibile:et ratio est:quia non habet materiam. ¶ Secundo quia non habet aliquod contrariũ nec secundũ suam substantiã nec secundũ suas naturales dispositiones. ¶ Tertio.nam communiter omnes attribuunt deo et intelligentijs istum locum scilicet celum:quia deos ponunt esse perpetuos sed perpetuis non debent attribui loca corruptibilia. ¶ Secunda cõclusio:celum non est alterabile alteratione corruptiua:probatur:quia talis fit cum corruptione qualitatis contrarie et cũ resistentia:talis autẽ nõ est in celo.secundo.nam tales alterationes ordinantur ad generationes vel corruptiones.ideo non inueniuntur in celo:cum celum non sit generabile nec corruptibile. ¶ Tertia conclusio:celum bene est alterabile alteratione secundo modo dicta que fit sine abiectione cõtrarij et sine resistentia:patet:quia bene aliqua pars celi illuminatur que ante non illuminabatur:patet de luna. Similiter patet de spheris inferioribus que recipiunt influentias solis et astrorum superiorũ:aliter enim nõ possent ille influentie multiplicari ad ista inferiora. ¶ Quarta conclusio:celum nõ est augmẽtabile per rarefactionem nec diminuibile per cõdẽsationẽ patet hoc:quia talem augmentationẽ oporteret fieri cum alteratione precedente que quidẽ alteratio fieri per qualitates primas contrarias:puta per caliditatẽ et frigiditatem:sed talis alteratio non inuenitur in celo per secundam conclusionẽ. ¶ Quinta cõclusio:nec celum est augmentabile per appositionem aliquarum partium que essent de natura celesti:nec etiam diminuibile per amotionem talium:quia non apparet vbi iste essent:nec vnde venirent nec quomõ venirent ad ipsum celum:quia si essent distantes a celo non possent peruenire ad celum nec a celo recedere nisi per motus aliqualiter rectos:modo dictum est prius quod celum et partes que sunt de natura celesti non sic nate sunt moueri. ¶ Sexta conclusio:etiam celum non est augmentabile per nutritionẽ:quia nutritio requirit quãdã generationem substãtialẽ scilicet conuersionem nutrimenti in substantiam nutriti:sed celo non conuenit generatio substantialis:nec alteratio requisita ad talem generationem sicut patet ex precedẽtibus cõclusionibus prima et secunda:ergo etc. ¶ Proportionaliter probatur quod celum non est diminuibile diminutione opposita tali augmentioni:nam tunc in celo esset aliqua corruptio substantialis. Ex his conclusionibus infertur quod celum est perpetuum. ¶ Septima conclusio:mundus non est perpetuus primo modo:patet quia multe eius partes sunt corruptibiles sed bene mundus est perpetuus secũdo modo:quia principalior eius pars est perpetua scilicet celum sicut patet per precedentes conclusiones. Ex dictis patent falsitates trium opinionũ antiquorũ de productione et corruptione mundi que patent sufficienter cum impugnationibus earũdem in textu philosophi.

Ad rationes:ad primam.dico quod bene probat mundũ non esse perpetuũ primo modo accipiendo perpetuum:cũ quo bene stat mundũ esse perpetuũ secũdo modo. ¶ Ad secundã negatur antecedens:et quando dicebatur celũ est corruptibile:nego:vlterius quando dicebatur ipsum est alterabile concedo:alteratione nõ corruptiua:nec oportet si est sic alterabile quod sit corruptibile:et quando probauit Aristoteles primo de generatione:si generatio est impossibilis alteratio est impossibilis:intelligitur de alteratiõe corruptiua que fit cũ abiectione contrarij et resistẽtia disponente ad generationẽ vel ad corruptionem:et nõ de alteratione improprie dicta. ¶ Ad tertiã deus potest velle nõ conseruare celũ:concedatur:et ideo bene conceditur quod supernaturaliter celũ est annihilabile:sed Aristo. hoc negauisset propter hoc quod deus est immutabilis voluntatis nec illud est contra libertatẽ sue voluntatis:quia Aristo. reputat liberũ simpliciter:nõ quia potest opposita:sed quia est sui ipsius gratia tanquam finis aliorũ. ¶ Ad quartã negatur antecedens:et qđ stelle apparẽt maiores in ortu et occasu quam in medio celi causa est:quia tũc videntur per fumos grossos eleuatos a terra:que sunt cã refractionis radiorum:que quidem refractio vlterius est causa eius quod visibile apparet maius:qđ patet de denario in fundo aque:qui apparet maior quam quãdo est extra aquã. cum autẽ sol et luna vel alie stelle sunt in medio celi nõ vidẽtur per fumos grossos:et adhuc posito quod sic:nõ tamen viderẽtur per tantã rarefactionem vel refractionem radiorũ sicut quando sunt in ortu vel occasu:ex eo quod in medio celi sunt propinquiores zenith nostro sicut apparet ex perspectiua:si visibile esset in zenith videretur per radiũ perpẽdicularẽ qui trãsiret per media diuersarũ rationũ in diafaneitate et raritate sine fractione:ideo quanto visibile est propinquius zenith tãto ceteris paribus iudicium visus quantum ad veram quantitatem et locũ visibilis est magis verax. Et sic cum gratia dei questionibus super primum celi finem imponamus.

¶ Explicite sunt questiones supra librum primum de celo et mundo.

Questio. I.



Circa tres materias principales quas pertractat Arist. in secundo libro de celo intendo formare questiões:et primo circa illa que concernunt celum secundum se totum vel partes eius maiores quam sint astra sicut sunt orbes. Et quantum ad hoc.primo illa que pertinent ad differentias positionis in celo. Secundo illa que pertinẽt ad figuram celi. Tertio illa que pertinent ad partes maiores totalis celi sicut sunt orbes. Quarto illa que pertinent ad motum celi.

Quantum ad primum queritur primo vtrũ in celo sint sursum et deorsum:ante et retro:dextrũ et sinistrũ. arguitur primo quod non:nam ignis in sphera sua dicitur simpliciter sursum:ideo in celo super ipsum nõ debet esse deorsum aliter deorsum esset super sursum quod est falsum. ¶ Secundo celũ est sphericũ:et similiũ partiũ:sed in quibus inueniuntur huiusmodi differẽtie sunt dissimiliũ partium:sicut sunt homines et boues et alia pecora campi etc. ¶ Tertio sursum et deorsum habẽt assignari secundũ longitudinẽ:quia distantia alicuius rei inter sursum et deorsum illius rei dicitur longitudo illius rei:et dextrũ et sinistrũ habẽt assignari secundum latitudinẽ rei:modo in celo nõ est lõgitudo alia a latitudine ex quo celũ ponitur esse sphericũ. ¶ Quarto.a dextra parte debet incipi motus:sed in celo nulla est pars a qua incipiat motus ipsius celi:postquam celũ perpetuo mouebatur. ¶ Quinto:sursum est principium motus secundum augmentum:ante est principium motus secundum sensum:ad ante enim sunt sensationes:et maxime visiones que fiunt per lineas rectas non reflexas:sed augmentatio et sensatio non inueniuntur in celo secundum quod dicebatur in vltima questione primi:ergo in celo non inueniuntur sursum et ante:et per cõsequens nec differentie positionis his opposite. ¶ Sexto secundum diuersos motus dicte differentie assignantur corporibus:sed in celo non sunt diuersi motus cum celum sit corpus simplex:corporis autem simplicis est solum vnus motus ex primo huius:ergo etc.

Oppositum vult Aristoteles et ad hoc ipse arguit sic in littera:in corporibus imperfectis sicut in inanimatis nõ inueniuntur dicte differentie positiõis propter eorũ imperfectionẽ:vñ in lapide nõ dicimus vnã partẽ esse dextrã et aliã sinistrã et aliã ante et aliã retro.nisi in ordine ad nos. In plantis autem que sunt perfectiores ipsis inanimatis iã inueniuntur sursum et deorsum:sed nõ alie. Sed in animalibus perfectis inueniuntur omnes dicte differẽtie:cũ ergo celũ sit corpus maxime perfectum sicut probatũ est primo huius.videtur quod in eo debent reperiri omnes dicte differẽtie. ¶ Secundo arguit Arist. ad idem quia aliter nõ posset assignari ratio quare celũ magis moueretur ad vnã partẽ quam ad aliã nisi ibi assignaretur dextrũ et ante:et cũ de hoc debeat assignari rõ cũ hoc nõ sit a casu:sequitur etc. In ista questiõe primo aliqua sunt supponẽda.deinde ponẽde sunt aliq̃ conclusiões.

Quantum ad primũ supponendũ est primo quod iste

quod iste due differentie sursum et deorsum aliquib⁹ corpo-
ribus attribuuntur simpliciter secundū diuersas partes di-
uersarū potētiarū existētes in illis corporibus sicut homini-
bus et animalibus ꝑfectis: sursum eni᷉ est principiū augmē-
tationis et nutritionis: et sic est caput sursū ⁊ os per qḋ ca-
pit nutrimētū: et secundū hoc radices ꝑ quas plante sumūt
suū alimentū debēt dici sursum hoc vult Aristo. secundo de
anima: cū hoc tamē bene stat ꝙ in respectu ad loca elemēto-
rū radices sunt deorsum: et ita non est inconueniēs ꝙ secun-
dū aliā et aliā acceptionē ei⁹ qḋ est sursum et eius qḋ est de-
orsum idē dicatur sursum et deorsum. Aliquibus autē cor-
poribus dicte due differentie non attribuuntur simpliciter:
sed solum respectiue: sicut in corporib⁹ inanimatis. vnde in
talibus sursum et deorsum dicuntur solū respectiue ad lo-
ca elementorū. vnde in lapide illa pars dicitur sursum que
versa est ꝟsus locū leuiū: et illa deorsū q̄ versa est ꝟsus locū
grauiū: ⁊ si ille lapis ꝟtit: tūc pars q̄ añ dicebat sursū pos-
tea dicitur deorsum ⁊ econuerso. ex quo pꝫ qḋ dicte due diffe-
rentie solum reperiuntur ibi respectiue: sed sic non est de ho-
mine: qualitercunqꝫ enim homo vertatur semper caput ⁊ os
dicit sursum in homine: et pedes deorsum in eodē ⁊ sic patet
ꝙ iste due differentie sursum et deorsum in aliquibus corpo-
ribus reperiuntur simpliciter: in aliquibus autē nō nisi re-
spectiue. et hoc vult suppositio. Secunda suppositio simili-
ter dextrū ⁊ sinistrū in aliquibus reperiuntur simpliciter.
In aliquibus autem respectiue solum: patet hoc: nam in ho-
mine illa pars dicitur dextra a qua incipit motus ⁊ pars ei
opposita dicitur sinistra in lapidibus autem et in plantis
que non sunt mobilia nisi tali motu quo mouentur grauia
et leuia: dicte differentie positionis scilicet dextrū ⁊ sinistrū
non reperiuntur simpliciter: sicut in homine: sed respectiue
ad nos. vnde per motum lapidis eadem pars efficitur sini-
stra q̄ prius erat dextra: sed sic nō est de homine. vnde qua-
litercunqꝫ homo moueatur illa pars que fuit dextra manet
dextra: et que fuit sinistra manet sinistra. ¶ Tertia supposi-
tio. ꝙ similiter iste due differentie ante et retro in aliquib⁹
corporibus reperiuntur simpliciter: in aliquibus autem re-
spectiue solum: patet quia in animali illa pars dicitur ante
in qua magis vigent virtutes sensitiue: et pars ei opposita
dicitur retro: sed in corpore minus perfecto dicte differētie
dicuntur respectiue: quod patet qꝛ per taliū corporū motū
potest fieri qḋ eadē pars que prius dicebat ante postea di-
citur retro: sed qualitercūqꝫ moueat animal: semꝑ illa pars
dicitur ante in qua magis vigent virtutes sensitiue: nec ea-
dem pars fit retro que prius fuit ante per motum localē ⁊ hoc
in ipsis animalib⁹. ¶ Quarta suppositio ꝙ corpora in qb⁹
dicte differentie positionis reperiuntur simpliciter habent
partes diuersarum virtutum ⁊ potentiarū: quarū vna dici-
tur ante et alia retro: vna sursū et alia deorsū: vna dextra
et alia sinistra. Sed corpora in quibus dicte differētie repe-
riuntur respectiue solū nō oportet habere partes diuersarū
virtutū ⁊ potētiarū distinctas secundū distinctionē dicta-
rū differentiarum positionis: et qꝛ in plantis sursum ⁊ deor-
sum reperiuntur simpliciter: ideo plante habent illas ptes
diuersarū operationū ⁊ virtutū sed qꝛ in eisdē ante et retro
dextrū ⁊ sinistrū nō reperiunt nisi respectiue: ideo nō habēt
illas partes diuersarū operationū. ¶ Ex istis suppositioni-
bus pōt trahi quinta. scilicet ꝙ sursum et deorsū deseruiūt
ad motū augmentationis ⁊ nutritiōis: dextrū aūt ⁊ sinistrū
quantum ad motū localē: sed ante ⁊ retro solū quātū ad sen-
sationē: et hoc in corporibus in quib⁹ dicte differentie posi-
tionis reperiunt simpliciter et nō respectiue solum.

Quantum ad secundum sit prima conclu-

sio. iste due differentie positionis: scilicet sursum et deorsum
sunt naturaliter omnib⁹ alijs priores: patet qꝛ cōmuniores:
vbicūqꝫ eni᷉ reperiunt alie ibi reperiunt iste sed non ecōuer-
so: patet hoc de plantis: qꝛ in plātis reperiunt naturaliter
sursum et deorsum: sed alie differentie non nisi respectiue.
¶ Secundo probatur hoc idē ex ordine dimensionū quia
inter dimensiones longitudo est prior: qꝛ simplicior: sed sur-
sum et deorsum capiuntur secundū longitudinē. s. de capite
ad pedes: dextrū autē ⁊ sinistrū secundū latitudinē: sed añ
et retro secundū profunditatē: ⁊ ideo etiā sursum ⁊ deorsum
sunt differentie simpliciores et priores alijs differentijs.
¶ Tertio probatur hoc idem ex parte motuum quibus di-
cte differētie deseruiunt. vñ sicut dicebat quinta suppositio
sursum et deorsum deseruiūt motui nutritiōis ⁊ motui aug-
mētatiōis: ⁊ dextrū ⁊ sinistrū motui locali: añ ⁊ retro motui
sensationis: sed modo nutritio et augmentatio in aīalib⁹ ꝓ-
cedit alios mot⁹: pri⁹ eni᷉ opꝫ ꝙ aīalia nutriant ⁊ augmēten-
tur anteqꝫ moueant se ꝓgressiue: ⁊ anteqꝫ ꝑfecte sentiant: et
adhuc si cōparem⁹ oēs dictas differētias ad motū augmē-
tatiōis: adhuc corpa pri⁹ augmētant secūdū lōgitudinē secūdū
quā accipit sursum: deinde ẜm latitudinē secūdū quā acci-
pit dextrū ⁊ sinistrū deinde ẜm ꝓfunditatē ẜm quā accipit
añ et retro. ¶ Quarto natura magis fuit solicita circa p-
tes quarū vnā dicim⁹ sursum ⁊ aliā deorsū ipsas distinguē-
do atribuēdo eis circa alias partes ⁊ hoc videt arguere prio-
ritatē ⁊ principalitatē illarū ptiū sup alias: Assumptū pꝫ:
qꝛ in homine ⁊ silr in alijs aīalib⁹ et plātis natura distinxit
sursum et deorsū ẜm figuras: qḋ non fecit de dextro ⁊ sini-
stro: qḋ pꝫ de capite ⁊ pedib⁹ ⁊ brachijs: quorū vnū est dex-
trū aliḋ sinistrū: ⁊ silr de lateribus. ¶ Scḋa cōclusio. si i ce-
lo sunt aliq̄ dictarū differētiarū positionis: tūc in ipso sunt
iste sursum ⁊ deorsū ꝓbat: qꝛ iste due differētie sunt ceteris
differentijs cōmuniores: ꝑ p̄cedērē cōclusionē: ergo vbicūqꝫ
reperiunt aliq̄ differētie positiōis vtiqꝫ ibi reperiuntur iste
due cū alie sint eis posteriores. ¶ Tertia conclusio. ꝙ in ce-
lo sunt iste due differētie dextrū ⁊ sinistrū: ꝓbat qꝛ vbi deter-
minate inuenit principiū mot⁹ ab vna pte ad aliā ibi debet
poni dextrū ⁊ sinistrū: cum de rōne dextri sit ꝙ ab eo incipit
mot⁹ naturaliter: sed celū determinate mouet ab vna parte
versus aliā. s. ab oriēte versus occidētē ꝑ meridiē: ⁊ nō econ-
uerso: ergo in eo debet assignari dextrū. s. in oriēte ⁊ sinistrū
in opposito. s. in occidente. ¶ Quarta cōclusio in celo sunt
omnes dicte differētie: ꝓbat: in celo reperiunt dextrum ⁊ si-
nistrū ꝑ precedentē conclusionē q̄ sunt alijs differentijs po-
steriores: si autē in celo reperiunt posteriores differētie ra-
tionabile est ꝙ in ipso etiam reperiant priores. s. ante retro
sursum ⁊ deorsum. ¶ Secūdo pōt persuaderi ex hoc ꝙ dicte
differentie quodammodo inueniunt in magnete: qui quidē
magnes multum habet de influentia celesti intantum ꝙ di-
in quodā tractatu de magnete: ꝙ qui faceret vnā spherā de
magnete ⁊ eā disponeret ẜꝫ suos polos ad polos mundi mo-
ueretur motu diurno sicut celum: ⁊ ex hoc bene posset fieri
certissimum horologium.

Ad rationes: ad primaꝫ. dico quod illa bñ

ꝓbat ꝙ secūdū respectū ad loca elemētorū in celo nō est sur-
sum neqꝫ deorsum: cū quo bene stat ꝙ ẜm ꝓprietates motus
localis celi bene sunt ibi dicte differentie: secundū ꝙ postea
magis declarabitur. ¶ Ad secundā illa bene ꝓbat ꝙ celum
nō habet distinctas partes secūdū figuras cū quo bñ stat ꝙ
hꝫ distinctas partes secundū potētias ⁊ ꝓprietates ptinē-
tes ad motū localē celi. vñ poli habēt aliā ꝓprietatē i motu
celi: cū sint immobiles q̄ꝫ ptes in equinoctiali circulo: q̄ ve-
locissime mouent. ¶ Ad tertiā dico ꝙ vbi est diuersa figu-
ra longitudinis ad latitudinē: ibi secundū illas figuras dif-
fert sinistrū vel sursum a dextro: et sic de alijs differentijs:
sed in corpore sphērico sufficit ꝙ differāt secundū proprieta-
tes pertinentes ad motū localē illi⁹ spherici: et ideo nego ꝙ
semꝑ sursū ⁊ deorsum debeāt capi ẜm lōgitudinē ⁊ dextrū
⁊ sinistrū ẜm latitudinē. ¶ Ad quartū. dico ꝙ lꝫ i oriēte non
incipiat mot⁹ celi: tñ ibi inciperet vel incepisset si aliqñ ince-
pisset ⁊ nō ꝑpetuo durauisset: ⁊ hoc sufficit. ¶ Ad quintam:
dico ꝙ vbi est augmētatio ⁊ sensatio ibi dicte differētie bñ
deseruiūt ad augmētationē ⁊ sensationē: sꝫ vbi reperit solū
mot⁹ localis dicte differētie possunt deseruire soluꝫ ad illū:
ita ꝙ illa ps dicat dextra a qua incepit vel incepisset mot⁹:
et illa añ ꝑ quā: ⁊ illa sinistra ad quā: ⁊ pars opposita añ di-
cat retro: ⁊ tūc puncta terminātia lineā circa quā fit ille mo-
tus dicantur vnum sursum et alterū deorsum. Per hoc idē
respondeatur ad sextam.

Questio .II.



Ecundo queritur vtrum in celo
debeant sumi sursum et deorsum secundum po-
los: ita ꝙ vnus polorum sit sursum ⁊ alter de-
orsum. Arguitur primo ꝙ non: quia sursum et
deorsū debent sumi in corpore secundum ter-

minos longitudinis sed nunc est ita q̄ non est magis lõgitudo capienda inter duos polos q̄ inter orientem et occidentē: ex eo ꝙ vtrobiqȝ linee essent sibi inuicē equales. ergo non magis debēt assignari sursum et deorsum secundū polos q̄ secundū oriente ꝛ occidētē. ¶ Secūdo. distātia de polo ad polū est latitudo: ergo quātū ad polos nō debent accipi sursum et deorsum: sed magis dextrū ꝛ sinistrū postq̄ dextrū ꝛ sinistrū sunt termini latitudinis: antecedens probat: q: astrologi ꝛ Aristo. in secundo meteororū vocant longitudines climatū secundū ꝓcessum de oriente in occidentē. sed vocant latitudines climatū secundū ꝓcessuȝ de polo ad polum. ¶ Tertio secundū Cōmētatorē sursum est ibi vbi est magis principium motus: sed hoc non est in aliquo polorū: sed magis circa equinoctialem circulū. ¶ Quarto in nobis sursum est nobilior pars: quod patet de capite: ideo proportionaliter sursum in celo debet poni pars nobilior: sed illa nō est polus: imo pars nobilior celi est per quā mouent planete: et in qua ponunt imagines signorū sicut est zodiacus: quem Arist. ij. de generatiōe vocat obliquū circulū: cū scd̄m illa signa et planetas maxime fiant astrologie iudicia.

Oppositum vult Aristote. in litera. ¶ In ista questione primo premittende sunt suppositiones. deinde ponende sunt conclusiones.

Prima suppositio sit ista quod in celo debent imaginari tres dimensiones: vna de polo ad aliū secūdo ab oriente in occidentē. tertia a puncto meridiei ad punctum sibi oppositum: istorum sex punctorum tales tres dimensiones terminantiū vnus vocat punctus orientis: alter punctus occidentis: et alius punctus medij celi: et aliꝰ punctus seu angulus terre: et aliorū duorū pūctorū vnus vocat arcticus et alter antarcticus seu terminus motus vel axis circa quem celum reuoluit. ¶ Secūda suppositio ꝙ partes celi circa dicta puncta existentes aliā ꝛ aliam habent virtutem et potentiā. vnde sol et ceteri planete aliā: et aliam habent potentiam in oriente: et aliam in occidente: et aliam in medio celi: et aliā in angulo terre. sic similiter aliā habēt virtutē stelle existētes circa vnū polum: et aliā existētes circa aliū: quod patet primo de sole qui aliā habet virtutē in oriēte q̄ in medio celi: ex eo igitur ꝙ racemi siti versus orienteȝ sunt dulciores q̄ racemi siti versus meridiē. patet hoc etiā de luna: que habet suā fortitudinem maiorem super motum et tumescentiam aquarum ipsa existente in puncto medij celi: vel in puncto quem vocamus angulum terre.

Quantū ad secundum sit prima conclusio. sursum deorsum ante retro dextrum ꝛ sinistrū in celo debēt sumi secundū dicta sex puncta imaginata in celo tanq̄ terminū dictarū trium dimensionū imaginatarū ibidem. Probatur differentie positionis sumuntur in corpore secunduȝ diuersas potentias et virtutes et proprietates diuersarum partium in illo corpore: quod patet de differētijs positiōis in homine et in alijs animalibus: sed dicta sex puncta imaginata in celo diuersas habent potentias et virtutes secundum ꝙ dixit suppositio immediate precedēs: ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio. oriens debet poni dextrū in celo. probatur q: a dextro debet incipere motus sicut dictuȝ est in libro de motibus animaliū: modo ab oriente incipiunt astra et partes celi moueri s. per nostrū hemisperium ergo ꝛc. ¶ Tertia conclusio. occidens seu punctus siue angulus occidētis quod totuȝ idē est in celo debet dici sinistrū. probatur: quia punctus occidentis opponit puncto orientis: et quia semp dextrū opponit sinistro: et cū dextrū in celo dicat oriens per precedentem conclusionem: sequitur ꝙ sinistrū in celo dicat occidens. ¶ Quarta conclusio. punctus siue angulus meridiei debet poni ante in celo: probatur: quia motus incipiēs a dextro tendit per ante ideo q: astra mouentur ab oriente ad occidentē per meridiem sequitur ꝙ pūctus meridiei debet dici ante. ¶ Quinta conclusio punctus oppositꝰ pūcto meridiei: sicut est angulꝰ noctis debet dici retro in celo: patet ex eo ꝙ opponit ante: modo ante et retro debent adinuicem opponi. ¶ Sexta conclusio. responsalis ad questionem quod polorum vnus est sursum et alter deorsum: probatur: nam secundum dicta sex puncta de quorū numero sunt duo poli debent accipi differentie positionis in celo per primam conclusionem: et quia iste quatuor differētie positionis dextrum et sinistrum: ante et retro accipiuntur secūdū quatuor puncta de illis sex punctis per precedentes cōclusiones: sequitur quod sursum et deorsum debent sumi secunduȝ alia duo puncta: et hec sunt poli: igitur ꝛc.

Ad rationes. ad primam: bene concedo ꝙ ex nulla distantia in celo debet poni longitudo celi propter lineam esse longiorem: sed secundū proportioneȝ ad animal distantia de polo ad polū potest dici lōgitudo: q: proportionatur distātie que est in animali de sursum ad deorsum que est longitudo animalis et est illa proportio: in motu circulari hominis imaginatur axis de sursum ad deorsum: et ideo quia in celo vnꝰ polorū dicitur sursum ꝛ alter deorsum: ideo distantia inter eos pōt vocari longitudo. ¶ Ad secundā dico quod q̄dā est longitudo motus celi quedā est longitudo q̄titatis celi: sic simili modo dico de latitudine. Tūc ad propositum dico: quod secundū processum de polo ad polū bñ attenditur longitudo q̄titatis celi: cū quo stat ꝙ penes eundem ꝓcessum attendit latitudo motꝰ celi: sed secundū processum ab oriente in occidentem attenditur latitudo q̄titatis celi: cum quo stat ꝙ penes eūdē processum attēditur longitudo motus celi. Ex quo patet quomodo possunt concordari modi loquendi scilicet Arist. ꝛ astrologorū. ¶ Ad tertiam dico ꝙ licet secundū apparētiā in animali sursum magis sit principiū motus sensationis: q: in capite quod dicit sursum apparent maxime organa sensuū exteriorum requisitorum ad motum: tamen secundum veritatē principale principium motus et sensus in animali non est sursuȝ neqȝ deorsum: sed in intermedio sicut in corde sicut dicit Aristo. in libro de morte et vita: tamen illud nihil facit ad propositū de celo: ex hoc ꝙ celum nō mouetur per sensum. ¶ Ad vltimaȝ potest negari antecedens imo cor quod est principiū motꝰ in homine videt esse pars nobilior: et ideo etiam in celo dextrum vel ante videtur esse pars nobilior: dextrum quidē q: ab ipso incipit motus. Aliter posset dici negando consequētiā: dicendo quod non est simile q̄tū ad hoc de homine ꝛ de celo: quia differentie positionis in homine capiuntur secundum quod deseruiunt motui nutritionis augmentationis et sensationis: secundum quos non accipiuntur dicte differentie in celo: ex eo quod tales motus non reperiunt in eo.

Questio. III.



Ertio queritur vtrum polus arcticus scilicet polus nobis apparēs sit deorsum: et alter scilicet antarcticus sursum. Et arguitur primo quod neuter eorum debeat magis dici sursum vel deorsum q̄ alter: nam si sic hoc videretur esse propter quasdam virtutes et ꝓprietates celi receptas in vno et non in alio. sed hoc est falsum: cōsequētia videtur tenere per hoc: q: sic accipiunt sursuȝ et deorsuȝ in nobis: falsitas consequentis tenet ex hoc q̄ nulla videt esse differentia q̄tū ad polos: nisi ꝙ vnus terminat axē ex vna parte: et alter ab alia: circa quem voluit celum: igit ꝛc. ¶ Secundo polus noster scilicet arcticus est nobilior q̄ alter polus: ergo polus noster debet dici sursum. et alter deorsum: cōsequentia videt tenere ex hoc ꝙ semper sursuȝ est nobilius q̄ deorsum: antecedēs ꝓbat: primo q: terra habitabilis est magis sita versus polū arcticū: q̄ non videt esse nisi propter maiorem nobilitatem et virtutem ipsius. ¶ Secundo confirmatur hoc: q: si non esset differentia nisi in ordine ad nos: cuius oppositū nondum est ꝓbatū per precedentia: nos deberemus dicere polum arcticum esse sursum: quia est eleuatus super nostrum hemisperium: et alterum deorsum: q: est depressius sub nostro hemisperio.

Oppositū vult Aristoteles in litera: et ad hoc determinandum et concedendum Commentator ponit taleȝ imaginationē de hoīe vocato atlas vnde imaginatur de eo ꝙ sit ita magnus homo ꝙ est mirabile: habens caput in polo antarctico: ꝛ pedes in polo nostro scilicet arctico: habens faciē suā versam ꝯsus ptē celi nobis meridionalem: ꝛ culum versus partē oppositā parti meridionali: habēs dextram manum in oriēte ꝛ sinistrā in occidente: ac si continue cum manu dextra volueret celuȝ circa se per ante versus sinistrum:

nistrum: modo sicut in illo hoīe caput dicit̄ sursum: pedes deorsum: ita in celo alter polus. s. polus antarcticus dicitur sursum τ polus noster dicitur deorsum: τ ita ꝓportionaliter dicatur de alijs differentijs positionis in celo.

De ista questione sit prima conclusio non apparet ex parte motus celi quare magis vnus polorum debeat dici sursum τ alter deorsum: probat̄ primo: quia nō apparet quomodo illi poli differenter faciant vel deseruiāt ad motum celi: nā sicut vnus est terminus axis circa quem fit motus: ita alter. Secūdo. nam non magis motus celi est ad vnum eorum q̄ ad alium. Tertio nec intelligentia mouens simplex τ indiuisibilis existens est magis in vno polo q̄ in alio. ¶ Secunda conclusio. propter motum sensus vel nutritionis non debet dici vnus polus magis sursum q̄ alter: patet ex eo q tales motus non inueniuntur in celo. vnde celuꝫ nec nutritur nec sentit: verum est tamen si consideremus ad motū nutritionis bene differunt sursum τ deorsum in animalibus τ plantis: quia illa pars in illis dicitur sursum ꝑ quā sumitur alimētū: τ pars illi opposita dicitur deorsum ꝑ quā eijcitur alimentū sicut dicit Aristo. in de morte τ vita: sed celum sicut clarum est non indiget talibus partibus. Si etiaꝫ consyderamus quantū ad motum sensationis: bene sursum τ deorsum distinguuntur in animalibus in ordine ad illum motum: sed non in celo: vnde in animali dicimus illā parteꝫ esse sursum vbi est maior congregatio organorum requisitorum ad sensationem: sed illā dicimus deorsum vbi minor: tales aūt partes non sunt in celo: nec celuꝫ talibus indiget: ex eo q sicut dictū est prius ipsum nō sentit. ¶ Tertia conclusio est ista ꝓpter nobilitatem partiū celi vnus polus debet dici sursum τ alter deorsum: τ hoc si dicte sex differentie positionis distinguant̄ in celo naturaliter: probatur: naꝫ in quocunq corpore dicte sex differentie distinguuntur naturaliter τ non solum respectiue sursum dicitur nobilior pars τ deorsum minus nobilis pars: sicut patet in hoīe. ¶ Quarta conclusio. polus nobis occultus sicut est polus antarcticus dꝫ dici sursum τ polus arcticus deorsum ꝓbat̄: nā inter partes quarū vna dicitur sursum τ alia deorsum: τ hoc naturaliter τ non respectiue solum nobilior pars debet dici sursum per p̄cedantē conclusionem: sed circa polum nobis occultum est nobilior pars celi q̄ circa polum nobis manifestum: dicitur enim ab aliquibus astrologis quod ibi sūt nobiliores stelle q̄ hic circa polum nobis apparentem et maiores in magnitudine τ influentia: τ illud intelligendum est de polis primi argumenti.

Ad rationes. Ad primā nego quod non sit alia differentia inter polos q̄ q vnus terminat axem mūdi ab vna parte τ alter ab alia imo est alia scḋm quod tam dicebatur. ¶ Ad secundā terra habitabilis magis declinat ad polum arcticū: admitto: τ quando dicebatur: sed terra habitabilis debet esse versa versus nobiliorem partē celi: breuiter dico q in celo totali duo sunt consyderāda: scilicet orbes planetarum: τ primū mobile. Ulterius dico q̄ꝺ aliter est sursum τ deorsum assignandum quantum ad orbes planetarū τ aliter quantū ad primū mobile: secundum q diffusius declarabo in sequenti questione. modo dico q̄ꝺ nō oportet terram habitabilem esse versam versus nobiliorem partem primi mobilis: sed sufficit ipsam esse versam versus nobiliorem partem orbiū planetarū. ¶ Ad tertiā dico q bene verū est secundū vulgares loquendo τ ad nos cōsyderādo q polus arcticus diceret̄ sursum: τ antarcticus deorsum: nihilominus consyderando dictas differentias quantuꝫ ad nobilitatem partium dicendum est econtrario. Et sic est finis.

Questio. IIII.



Quarto queritur vtrum dicte differentie positionis reperiantur in celo ex natura rei: vel solum in habitudine ad nos. τ arguitur primo q̄ꝺ nō: quia celum est sphericum: ideo ex natura celi vna pars non debet dici magis sursum q̄ alia: nec magis dextra q̄ alia. ¶ Secundo nam si sic cum oriens dicat̄ dextrū: τ occidens sinistrū: vbiq in celo esset dextrū τ similiter sinistrū: quia vbiq est oriens respectu aliquorū: τ similiter vbiq est occidens respectu aliquorum: vbi enim nobis est oriens ibi alijs est occidens: quādo enim sol nobis oritur aliquibus alijs sol occidit. ¶ Tertio quia celum continue mouetur: ergo si illa pars que est in oriente nunc est dextra: qz ipsa post erit in occidēte ipsa erit sinistra: τ ita potest argui de ante τ retro. ¶ Quarto. primum oriens terre habitabilis τ vltimū occidens eiusdem nō opponunt̄ diametraliter: imo sunt loca valde ꝓpinqua vt dicit Cōmētator in fine huius secundi: ergo non sunt extrema latitudinis celi: quod tamē deberet esse si vna esset dextra τ alia sinistra; ex eo q̄ꝺ in corpore puta in homine vbi ex natura illius corporis inueniuntur dextrū τ sinistrū ipsa sunt extrema latitudinis illius corporis.

Oppositū arguitur quia nisi in celo dicte differentie distinguerentur ex natura rei: nō esset ratio quare celum magis moueretur ad vnā partem q̄ ad aliam: de hoc enim non debet dari ratio ex parte terre vel ex parte nostra: qz celum non ordinatur nec regitur per ista inferiora: sꝫ magis econuerso. nec apparet quod aliūde de hoc possit reddi ratio: nisi per distinctionem dextri τ sinistri. vnde per hoc τ non per aliud reddit Aristoteles de hoc ratonē. ¶ Secūdo in inanimatis non sunt distincte huiusmodi differētie ex natura rei ꝓpter hoc q ex se non mouentur plus ex vna parte q̄ ex alia. vnde q lapis moueatur vertendo vnam parteꝫ sursum τ aliā deorsum: nō inest sibi ex natura sua: sed accidētaliter: ergo ꝑ oppositū dicte differentie vident̄ esse in celo distincte ex natura celi: qz celum mouet̄: τ nō ex omni parte similiter: imo ad vnaꝫ partē τ nō ad aliā. ¶ Tertio in magnete sunt realiter vel naturaliter dicte differentie positionis: τ apparet in ea dictarū differētiarū distinctio in ordine ad celum ita q vna pars correspōdet vni polo: τ altera alteri. et tū constat q magnes nō habet talē distinctionē nisi a celo: ergo principalius sunt distincte dicte differentie in celo: quā in magnete: τ ꝑ consequens naturaliter. ¶ In ista questione primo volo recitare tres opiniones de quesito. ¶ Secundo volo tertiam illarum opinionum declarare. quia ipsam ceteris credo esse veriorem.

Quātum ad primum est vna opinio que dicit dictas differentias positionis in celo non distingui nisi in ordine ad nos: τ non ex natura celi: τ illa habet pro se aliquas rationes de rationibus positis ante oppositum. Huius opinionis improbatio τ rationum suarū solutio patebit in declaratione tertie opinionis. τ in soluendo ratiōes principales. ¶ Secunda opinio dicit quod dicte differentie distinguuntur in celo ex natura celi: non tamen ex natura celi moti: sed ex natura vnius celi: seu orbis celestis quiescentis. τ imaginatur ista opinio quod vltra omnes celos sit vnum celum quiescens: τ quod in illo celo sint partes diuersarum naturarum τ diuersarum influentiarum quarum partium vna dicitur sursum τ alia deorsum: sursum quidem dicit̄ illa sub qua est polus nobis occultus: deorsum autē illa sub qua est polus noster dextra autem dicitur esse illa pars sub qua sunt partes celi moti quādo oriuntur habitantibus directe sub equinoctiali: vbi dicit̄ secundum aliquos astrologos cēsita vna ciuitas que vocatur Arym: pars autē illi opposita diceretur occidens: pars autē illa dicit̄ ante que directe est sup orizōtem habitantium in dicta ciuitate arym: pars aūt illi opposita dicit̄ retro. De hoc autē postea loco suo faciam vnā questionem scilicet vtrum sit ponendū aliquod celum quiescens. ¶ Tertia opinio distinguit dictas differētias in celo ex diuersa influentia intelligentie mouentis in vnā partem τ in aliam.

Quantum ad secundum pro declaratione huius tertie opinionis: sciendū est q differentia est inter verum oriens τ non verum. vnde oriens nō verū diuersificatur secundū diuersitatem orizontiū: τ ita occidens similiter. sed oriens verum dicit̄ oriens quantum ad orizontem habitantium sub equinoctiali in ciuitate arym: τ occidens pars ei opposita: τ in illo oriente Atlas imaginatur habere manum dextram τ in occidente manum sinistram: cum imaginat̄ habere caput versus polum antarcticum τ pedes versus poluꝫ articum τ faciem versus hemisperiū quod est sup orizontem dicte ciuitatis arym. ¶ Et sciendum est quod posito quod nō esset ibi illa ciuitas nec aliqua habitatio nec talis homo

alias imaginaret̃ sic se habere sicut dictum est: adhuc non minus illa pars celi dicta diceretur oriens verum ⁊ dextra pars celi: ⁊ pars ei opposita diceretur occidens ⁊ sinistra pars celi propter hoc ꝙ ex illa parte intelligẽtia maiorẽ causat influentiam. Unde imaginandum est quantum ad hoc de intelligentia: ad celum sicut de anima intellectiua ad corpus. vnde licet anima intellectiua sit tota in toto ⁊ tota in qualibet parte corporis: tamẽ maiorem causat influentiam in vna parte corporis q̃ꝫ in alia: sic proportionaliter imaginandum est de intelligentia ad celum: ita ꝙ pars celi in quã intelligentia causat maiorem influentiam dicitur pars dextra: ⁊ ideo quia maiorem causat influentiam in partem illaꝫ a qua celũ incipit moueri vel incepisset sicut est pars oriẽtalis: talis pars dr̃ dextra ⁊ ei opposita sinistra. ¶ Secundo sciendum est ꝙ orbes planetarũ mouentur contra motũ primi mobilis sicut dicunt astrologi: ⁊ verum est ⁊ ideo in orbibus planetarũ aliter oportet assignare dextrum ⁊ sinistrum: similiter ⁊ alias differentias positionis q̃ꝫ in primo mobili. Unde in orbibus planetarum debet assignari dextrum versus occidens ⁊ sinistrum primi mobilis: Et occidens orbiuꝫ planetarum seu sinistra pars eorum debet assignari versus dextram partẽ ⁊ orientalẽ primi mobilis. Et proportiõaliter dicat̃ de aliis differentiis positiõis in ipsis: recte ac si essent duo tales Atlãtes seu homines: quorum vnus haberet caput versus vnum polũ mundi: ⁊ alter versus partem bene prope: puta versus polum zodiaci haberet pedes: et versus quam partem vnus haberet manum dextram: alter haberet manum sinistram ita ꝙ sicut motor primi mobilis influit aliter in partem dextram sui orbis ⁊ aliter in sinistram: ita etiã motor orbis planete influit aliter in partem dextram sui orbis et aliter in sinistram. ¶ Ex his respondeatur ad questionem iuxta tertiam opinionem: q̃ᵭ in celo distinguuntur ex natura rei dicte differentie positionis ⁊ non solum in habitudine ad nos: ⁊ pro hoc adducentur rationes quibus arguebatur post oppositum.

Et respondeatur ad alias rationes probãtes oppositum. ¶ Ad primã: celum est sphericũ ⁊c. negatur consequẽtia: naꝫ posito ꝙ homo fieret spherice figure adhuc vna pars hominis diceretur dextra ⁊ alia sinistra: alia sursum alia deorsum: alia ante alia retro: propter diuersas virtutes ⁊ potentias adhuc existentes in diuersis partibus hominis: licet non propter diuersas figuras. ¶ Ad secundam. negatur consequentia: ad probationem dico q̃ᵭ non quodcũqꝫ oriens dicitur dextra pars celi: nec quodcunqꝫ occidẽs dicitur sinistra pars celi: sed oriens verum duntaxat dextra pars celi dicitur: quod accipiendum est ad ciuitatem arym: ⁊ pars ei opposita dicit̃ occidẽs: ¶ Ad tertiaꝫ illa bñ ꝓbat ꝙ pars celi que modo est dextra aliqñ erit sinistra: ⁊ ideo nõ eadẽ pars celi secundũ numerũ manet dextra vel sinistra: sꝫ bene secundum equiualentiam. ¶ Ad quartã: illa bene probat q̃ᵭ oriens ⁊ occidens non verũ nõ sunt dextra pars ⁊ sinistra pars celi: cum hoc tamẽ stat ꝙ bene oriens et occidẽs verum accepta ad ciuitatẽ arym sunt dextra ⁊ sinistra pars celi: ⁊ hoc quantum est ex parte diuerse influentie primi motoris in illas partes.

Questio. V.



Nunc sequitur tractare de figura celi: de qua formet̃ vnica questio. s. vtrũ celũ sit spherice figure. arguitur primo q̃ᵭ nõ: quia celũ est orbiculare. ergo nõ est sphericũ cõsequentia tenet: nam differunt orbiculare ⁊ sphericum: orbiculare enim dicitur corpus concauum sphericum autem dicit̃ corpus solidum antecedens patet de se. ¶ Secundo figura spherica est omnium figurarum isoperimetrarum minima: ergo celum non est spherice figure: consequentia patet pro tanto quia celum cum sit maxime capacitatis sibi non competit figura minima: ꝙ autem sit maxime capacitatis patet: quia omnia corpora totius vniuersi preter ipsum includit: antecedens patet per archimenidem in libro de isoperimetris.

Oppositũ vult Aristoteles in litera: quod probat pluribus rationibus: que videbuntur ponẽdo conclusiones.

Pro questione primo notandum est quod questio potest intelligi de figura celi vltimi quo ad superficiem eius conuexam: vel de figura totalis celi quãtuꝫ ad superficiem concauam: vel de figuris orbium intermediorum inter orbem supremũ ⁊ infimum quantuꝫ ad eorũ sup̃ficies concauas ⁊ conuexas.

Tunc sit prima conclusio. non est demonstrabile celum vltimum quantum ad eius superficiem cõuexam esse spherice figure: patet: nã posito q̃ᵭ quãtũ ad dictã superficiem esset figure oualis ⁊ columnaris non ꝓpter hoc sequeretur aliquid contra principia naturalia. ¶ Secũda conclusio. bene est demonstrabile celum vltimum non esse figure angularis posito quod moueatur. patet: nam si sic tũc tali aliquo angulo moto extra spatium imaginatum q̃ᵭ occurreret relinqueretur vacuũ: quod est contra principia naturalia. ¶ Tertia conclusio nec est demonstrabile celũ quãtum ad eius superficiem concauã infimã non esse angularis figure: patet hoc: quia ad motũ talis anguli aliud corpꝰ sicut ignis succederet ⁊ repleret locum quem prius repleuit ille angulus: ⁊ sic non opoteret ponere vacuum. ¶ Quarta conclusio: necessarium est secundum principia naturalia orbes inter medios inter supremum ⁊ infimum esse sphericos tam quantum ad superficies concauas q̃ꝫ quantum ad sup̃ficies conuexas: hoc probatur supponendo primo q̃ᵭ orbes intermedii mouentur super aliis polis motu ꝓprio q̃ꝫ primum mobile: sicut super polis zodiaci. ¶ Secundo supponitur. ꝙ celũ non est frangibile: nec condensabile: nec rarefactibile. Tertio supponit̃: ꝙ dimẽsionum penetratio non est possibilis. ¶ Istis superpositis patet conclusio: nã si orbes intermedii essent alterius figure quo ad eorũ sup̃ficies concauas vel conuexas: tunc ex quo mouẽtur super aliis polis q̃ꝫ primum mobile sicut dixit prima suppositio: oporteret vel ꝙ celũ esset frangibile: vel condẽsabile: vel rarefactibile: cuius oppositũ dicit secũda suppositio: vel oporteret fieri penetrationẽ dimensionũ: cuius oppositũ dicit tertia suppositio vel oporteret esse vacuũ inter orbes intermedios: q̃ᵭ etiã suppono esse falsum. ¶ Quinta conclusio. rationabilius est ponere celũ quo ad omnem eius superficieꝫ tã concauã quã conuexam esse spherice figure q̃ꝫ alicuius alterius: probatur Primo celum est corpus simplicissimum sicut patet ex prius dictis: ergo sibi debetur figura spherica que est figura simplicissima: quod patet ex eo quod ipsa est vna linea vel superficie contenta: alie autem pluribus cõtinentur: sicut sunt figure triangulares ⁊ quadrangulares ⁊c. ¶ Secundo celum cum sit corpus perfectissimum rationabile est quod sibi tribuatur figura perfectissima: sed talis est figura spherica: quod patet ex eo quod linee circunferentiali vel superficiali continenti circulum non potest fieri additio: nec superficiei circunferentiali continenti spheram vel orbẽ: lineis aũt vel sup̃ficiebus aliis bene põt fieri additio: pfectũ autẽ dicitur cui non põt fieri additio: ergo ⁊c. ¶ Tertio. celo debetur talis figura q̄ est aptissima ad motũ: cũ motus celi sit velocissimus: talis aũt est figura spherica: vñ aptior est vnus globus sphericus ad hoc ꝙ voluatur sup terrã: q̃ꝫ sit vnũ corpus cubicũ. ¶ Quarto. celum cõtinet oĩa: ergo rõnabile est ꝙ habeat figurã capacissimã: talis autẽ est figura spherica: vnde demonstratũ est ab archimenide in libro de isoperimetris figuram sphericam oĩm figurarũ sibi isoperimetrarũ eẽ capacissimã. Unde figure isoperimetre sup̃ficiales dicũtur quarũ linee vnius quibꝰ cõtinet̃ simul iuncte lineis alterius coniunctis q̄bus alia ꝯtinet̃ sunt equales: verbi gratia: sicut si eẽnt tres figure. s. circulus: triãgulus: quadratꝰ sic se habẽtes ꝙ circũferẽtia circuli in rectũ ꝯtensa eẽt equalis lineis triãguli simul iũctis ⁊ positis vna ante aliã: sil'r lineis quadrati: tũc dicte tres sup̃ficies dicerent̃ isoperimetre. Proportionaliter dicat̃ de figuris isoperimetris in solidis. ¶ Quinto corpori elõgatissimo a corruptiõe ⁊ lesiõe debet̃ figura q̄ est magis saluatiua figurati: sꝫ hec est figura spherica: quia in tali figura partes adinuicẽ magis vicinant̃: vicinitas autẽ p̃tiũ in toto est ꝓp mutuã [illegible] coaceruarũ. ¶ Deinde ꝓbat̃ specialiter ꝙ celũ est sphericũ quantũ ad sup̃ficiem eius concauã: nã omnia instrumẽta quibꝰ certificant̃ celestia sunt spherica: vel ad naturã sphere reducta: q̃ᵭ vr̃ esse signũ celũ esse spherice figure quantum ad dictam sup̃ficiem: ¶ Secundo ꝓbat̃ ꝙ celũ quantũ ad eius concauum nõ est figure ad modum

dã quadrati seu quadranguli vel trianguli: nam si sic tunc stelle quando essent in oriente et occidente magis longe distarent a nobis q̃ quando essent in meridie quia tunc essent supra capita nostra: sed hoc videtur falsum: quia tunc apparerent minores in oriente vel in occidente q̃ in medio celi: hoc tamen est falsum: quia sol apparet maior in oriente q̃ in medio celi. ❡ Sed tunc aliquis diceret: ergo videtur quod quando sol est in meridie sit a nobis remotior q̃ quando est in oriente vel in occidente: et tamen hoc est falsum: supposito quod terra sit in medio celi et vlterius supposito q celum sit sphericum. ❡ Respondetur q causa eius q sol apparet nobis maior in oriente vel in occidente non est maior propinquitas solis ad nos: sz hoc est propter aliam causam. s. quia quando sol est in oriente tunc inter nos et solẽ sunt positi quidam vapores per quos videtur sol per rarefractionem radiorũ: propter quam tunc apparet maior: sicut denarius in aqua positus apparet maior q̃ extra: propter defectum aũt talis refractionis radiorũ sole existente iam meridie, nõ apparet nobis ipse sol tante quantitatis.

Ad ratiões. Ad primã celũ est orbicularis

figure et c. negatur ꝯñtia: q: solemus vti istis terminis: sphera orbis: pro eodem: sed hoc est large accipiendo dictos terminos: nihilominus accipiendo ipsos secundum significationes proprias ipsorum habent diuersas descriptiones exprimentes quid nominis. et ideo quando sic accipiuntur esset dicendum q celum non esset sphericum sed orbiculare. ❡ Ad secundam. dico q figura spherica inter figuras omnes sibi isoperimetras est minima quantum ad loci occupationem: cum hoc tamen stat q inter easdem est maxima quantum ad interriorem capacitatem et ideo expedientius et cõmodius est celum esse spherice figure q̃ alicuius alterius.

Questio.VI.



Vlterius querendum est circa partes maiores ipsius celi: sicut sunt sphere seu orbes celestes: et quantum ad hoc volo querere duo. Primo de numero spherarum vtrum sint octo vel nouem vel plures vel pauciores. Secundo vtrum ad saluandum illa que apparent ex motib' planetarum oporteat ponere ecentricos et epiciclos.

Quantum ad primũ arguitur primo quod

non sint plures orbes celestes seu sphere: nam si sic vel illi essent continui vel contigui: non potest dici quod continui: nam tunc omnes mouerentur vno motu simplici: quod tamen est falsum sequela patet ex eo quod continuorum adinuicem vnus est motus. Nec potest dici quod sunt inuicem cõtigui: probatur sic. quorũ vltima sunt vnum non sunt adinuicem cõtigua: sed cõtinua: sed sic est de orbibus supercelestibus sibi inuicem immediatis. Nam capiantur orbis lune et orbis mercurij qui ponuntur adinuicẽ immediati: et arguatur sic: superficies conuexa orbis lune et concaua orbis mercurij sunt vna superficies: ergo illi duo orbes sunt adinuicẽ continui et non contigui: antecedens probatur primo: quia dicte ambe superficies equaliter distant a centro mundi. ❡ Secundo. quia dicte superficies sunt sibi inuicem equales: ergo sunt vna superficies: antecedens probatur quia se habent sicut locatum et locus: sed illa sibi inuicẽ sunt equalia: quarto physicorum. consequentia probatur quia si dicte superficies sint sibi inuicem equales: et sunt due tunc sequitur quod est possibile circa idem centrũ esse duos circulos vel duos orbes sibi inuicem equales: quod est contra tertiũ geometrie. Proportionaliter potest argui de quibuscunq; alijs orbibus sibi inuicem immediatis. ❡ Secundo ad principale. non sunt plures sphere ignis: nec etiam sunt plures sphere aeris et c. ergo nec videntur esse plures sphere celestes consequẽtia videtur tenere per simile: et probatur etiã consequens ratione alia: nam si essent plures sphere celestes cum omnium sit vnus motus scilicet motus circularis: sequeretur quod vnus motus simplex naturalis esset plurium corporum simplicium: cuius oppositum dictum est primo huius. ❡ Tertio probatur quod saltem non sit ponẽda nona sphera: seu nonus orbis celestis: primo Cõmentatoris autoritate: q nõ ponit nisi octo: et pbatur hoc ratiõe: nã videt q frustra poneret nona sphera ꝑpter hoc q si poneret nõ influeret aliqd in istis inferiorib': pp hoc q orbis oẽm influẽtiam quam habet: habet ratione stelle vel stellarum existentiũ in ipso: modo in nona sphera non ponitur aliqua stella nã omnes stelle fixe ponũtur in octaua sphera: alie autem que dicuntur stelle erratice seu planete ponuntur in alijs septem spheris. ❡ Quarto. probatur q sint plures q̃ nouẽ. nam clarum est quod plures sunt stelle q̃ nouẽ: modo quelibet stella est vna sphera celestis: quia est corpus celeste rotundũ solidum in cuius medio est punctus a quo omnes linee ducibiles ad circunferentiam sunt equales. ❡ Confirmatur q plures sint orbes celestes q̃ nouẽ. nam pro solo motu solis assignantur tres orbes: vnus quidem. s. inferior concentricus mundo quo ad concauum et ecentricus quo ad conuexum: secundus qui vocatur deferens ecentricus mundo tam quo ad concauum q̃ quo ad conuexum tertius autem qui est ecentricus mundo quo ad concauum et concẽtricus quo ad conuexum: et ita pro quolibet alio planetarum oportet assignare, plures orbes propter quod videtur esse plures q̃ nouem orbes seu sphere celestes.

In oppositum sunt omnes philosophi et

astrologi qui ponunt plures celestes orbes: licet in numero orbium sint diuersificati: nam quidam ponunt solum octo. quidam nouem. quidam decem. ❡ In ista questione primo videndum est propter quid philosophi mouebantur ad ponendum plures orbes celestes. secundo videndum est de numero orbium celestium.

Quantum ad primum sciendum est quod

philosophi viderunt plures stellas moueri ab oriente in occidentem et cum hoc viderunt semper illas stellas manere vel moueri in equali propinquitate et distantia abinuicem: propter quod mouebantur ad ponẽdum vnicam spherã pro omnibus illis stellis: in qua quidẽ sphera ille stelle sunt fixe sicut clauus in naui: vel ps in toto quã qdẽ spherã vocabãt spherã octauã seu celũ stellatũ, deinde cũ experiebant de septẽ planetis q aliqñ pl' appropinquarẽt adinuicẽ et aliqñ plus recederent abinuicẽ et etiã aliquando aliquib' stellis fixis essent propinquiores: aliquando vero ab illis stellis fixis essent remotiores: moti erant ad ponendũ septẽ orbes planetarũ p quolibet planeta vnũ orbẽ. accipiendo orbẽ pro aggregato ex omnibus orbibus sufficientibus ad motũ vnius planete. ❡ De ordine aũt taliũ orbiũ septẽ planetarũ: quidã posuerunt primo spherã saturni: deinde spheram Iouis deinde spherã martis: deinde spherã veneris: deinde spheram mercurij: deĩde spherã solis: et vltimã spherã lune: ita q illi posuerũt venerẽ et mercuriũ sup solẽ. Alij autem posuerunt venerẽ sup solẽ: et mercuriũ infra. Alij autem econuerso. sed quicquid de hoc sit rationabilius esse videtur q tres planete sint sup solẽ et tres infra: et sol in medio tanq̃ rex in regni medio: ad finẽ q supra et infra possit equaliter intueri et illuminare. ❡ Sed contra hoc aliquis diceret si infra solem sunt venus mercurius et luna: et cum luna aliquando eclipsat solem per interpositionem eius inter visum nostrum et solez que est causa q sic non facit venus et mercurius cum tamen etiam aliquando contingat ipsos situari inter visum et solẽ. ❡ Potest dici quod hoc est ꝑpter magnã diaphaneitatẽ veneris et mercurij et propter minorem diaphaneitatem ipsius lune. ❡ Aliter potest dici: quod hoc est ꝑpter maiorẽ ꝑpinquitatem lune ad nos: vnde vos videtis si aliquod opacuz ponitur inter oculum et visibile quanto illud opacum est ꝑpinquius oculo tanto maiorem partem visibilis occultat et quanto est remotius ab oculo et ꝑpinquius visibili tãto minorem partẽ visibilis occultat: sic in proposito luna propinquior visui posita inter visum et solem sensibilem partem solis potest occultare: venus autem et mercurius remotiores a visu et propinquiores visibili scilicet soli minorem partez solis occultãt: et ita paruam quod non propter hoc sol apparet eclipsari. ❡ Vlterius sciendum est: quia aliqui philosophi non perceperunt octauam spheram moueri plurib' motibus: sed vnico. s. ab oriente in occidẽtẽ: dixerũt spherã octauã esse vltimã et nullã esse vltra: et etiã pp hoc q habet plures stellas ipsa est nobilior alijs: et p ꝯñs dz eẽ supma et vltia. Alij autẽ percipiẽtes octauã spherã plurib' motib' moueri: vno

quidem ab oriente in occidentem super polis mundi faciendo in die naturali vnam reuolutionem circa terrã: alio autẽ moueri ab occidente in orientem super polis zodiaci: centũ annis gradu vno: moti erant ad ponendum vltra octauum orbem nonum: quem vocant primum mobile: quod dicũt moueri vnico ꝛ simplicissimo motu ab oriente in occidentẽ; qđ quidẽ primum mobile ꝑducit motũ octaue sphere diurnum rapiendo ipsam secum ab oriente in occidentẽ: ꝛ etiam consimiles motus in orbibus planetarũ: ſʒ qđ octaua sphera mouetur ab occidente in orientem centũ annis vno gradu. hoc est per motorem sibi appropriatũ: ꝛ ita similiter est de cõsimili motu orbiũ planetarũ: sic ergo patet ꝓpter quid philosophi moti erant ad ponendũ plures orbes.

Quantum ad secundum primo premittenda est vna distinctio ꝛ sit ista: ꝙ sphera vel orbis dicitur vn⁹ tripliciter. vno modo quia est quedam pars celi spherica nõ separata a toto nec suppositaliter existens: illo modo stella bene dicitur vna sphera: ꝛ sic ſm talem intellectum loquẽdo valde multe sunt sphere celestes. Scḋo mõ sphera vel orbis dicitur vnus qꝛ est vnus orbis suppositaliter existẽs: siue sit cõcentricus mundo siue sit ecentricus mũdo: ꝛ sic accipiꝭ cũ dicit qđ solis sunt tres orbes: scilicet ecentricus deferens solem ꝛ duo alij orbes illũ includẽtes: quorũ inferior est cõcentricus mũdo quantũ ad concauũ ꝛ ecentricus quantum ad conuexum: superior aũt ecentricus quantũ ad concauũ ꝛ cõcentricus autẽ quantũ ad conuexum sicut dictum est prius. ¶ Tertio modo capitur pro orbe concentrico mundo vel ꝓ aggregato ex omnibus orbibus q̃ requirunt ꝛ sufficiunt ad saluandum motus vnius planete: quod quidem aggregatũ est concentricũ mundo tam quantum ad concauum q̃ quantum ad conuexũ. Primis duobus modis nolo accipere orbẽ in ꝓposito sed vltimo modo: nam non est dubium ꝙ accipiẽdo orbem primo vel secundo modo multo plures sunt orbes celestes quã nouem vel decem: sed accipiendo orbes vltimo modo diuerse sunt opiniones de numero orbium. Nã vna est opinio q̃ ponit nouẽ orbes celestes: scilicet septem orbes planetarũ ꝛ octauum orbem stellatũ ꝛ sup illum orbem nonum quẽ vocant primũ mobile. ¶ Pro probatione istius ista opinio supponit: qđ octauus orbis seu octaua sphera mouetur pluribus motibus: vno enim mouetur ab oriente in occidentem ꝛ hoc super polos mundi: alio autẽ motu mouetꝛ ab occidente in orientẽ super polos zodiaci in centum annis vno gradu. Secundo supponit: qđ vnus orbis nõ mouetꝛ plurib⁹ motibus ab eadem intelligẽtia nec idẽ orbis mouetur a pluribus intelligẽtijs sibi eque primo appropriatis: illud satis ostendit Aristo. duodecimo metaphysice. Tertio supponit qđ sphera inferior nõ mouet secũ spheram superiorẽ: ſʒ bene superior mouet secum inferiorem. ¶ Ex his tribus suppositionibus concluditur esse nonã spheram: nã postq̃ octaua mouetur pluribus motibus: sicut dicit prima suppositio: et nõ ab eodem motore nec a pluribus motoribus sibi eque primo appropriatis sicut dicit secunda suppositio: nec a sphera inferiori sicut dicit tertia suppositio: relinquitꝛ ꝙ opꝫ esse nonam que appropriate mouetur ab oriẽte in occidentẽ: ꝛ illo motu moueat secum octauam spherã ab oriente in occidentem: ꝛ sic tunc octaua sphera mouetur motu ꝓprio ꝑ intelligentiam sibi appropriatam ab occidente in orientem super polos zodiaci cum hoc quod mouetur ab oriente in occidentem ad motum none sup polis mũdi. ¶ Alia est opinio que non ponit nisi octo ꝛ ista habet diuersos defensores diuersimode ipsam defendentes. vnde primi erant antiqui philosophi qui non perceperunt octauam spheram moueri alio motu q̃ ab oriente in occidentem: ꝛ sic quia crediderunt octauam spheram moueri solum vnico motu dixerunt quod nõ essent nisi octo sphere: nã frustra poneretur nona: quia illa nona nõ esset necessaria ad saluandũ aliquẽ motum octaue: cũ ipsa non moueatur nisi simplici motu ab intelligentia sibi appropriata: sicut ipsi crediderunt. ¶ Alij autẽ sunt qui dictã opinionẽ defendere volũt: ꝛ cũ hoc concedere octauaꝫ spheraꝫ moueri pluribus motibus. sed ipsi dicunt quod hoc est a pluribus intelligentijs eidem orbi appropriatis: quarũ vna mouet octauam spheram ab oriente in occidentẽ ꝛ alia ab occidente in orientem modo quo dictum est. ¶ Sed breuiter illud non valet: nam vni orbi nõ sunt plures intelligentie appropriate: aliter enim. vnuꝫ corpus simplex moueretur naturaliter ꝛ eque primo pluribus motibus simplicibus cuius oppositum ostensum est in primo huius. etiam hoc est cõtra Aristote. duodecimo metaphysice. quod eidem orbi sunt appropriate plures intelligentie. ¶ Aliter pot sustineri qđ non essent nisi octo orbes: ꝛ quod octaua sphera non mouetur pluribus motibus: sed quod ipsa apparet moueri pluribus motibus est ex eo quod terra mouetur ab occidẽte in orientem: ꝛ per vnum alium motum terre possit saluare apparentia motus accessus ꝛ recessus octaue sphere quem inuenit thebit. ¶ Sed istud nõ videtur esse omnino tutum: qꝛ non apparet prima facie quid terram sic moueret: nihilominus forte qui niteretur in defensionem huius opiniõis posset excogitare faciliter modum hoc euadendi ꝛ plura alia dictam opinionem multum colorantia. ¶ Aliter adhuc opinionem non ponentes nisi octo spheras potest quis sic defendere adhuc sustinendo ipsam octauam spheram moueri pluribus motibus: ꝛ dicere quod octaua sphera mouetur ab intelligentia sibi appropriata ab occidente in orientem sup polis zodiaci: sed quod moueatur ab oriente in occidentem cũ alijs orbibus planetarum hoc prouenit non ab intelligentia sibi appropriata: sed hoc prouenit a primo motore appropriato toti aggregato ex omnibus orbibus celestibus. Et tunc iuxta hoc diceretur quod per primum mobile nõ deberet intelligi vna sphera partialis sed totum aggregatum ex omnibus spheris: ꝛ quod illud aggregatum ex omnibus spheris mouetur vnico motu et simplici ꝛ regulari ab oriente in occidentem a primo motore. ¶ Ista opinio nõ habet aliquid cõtra se nisi solum hoc quod non bene potest saluare motuꝫ accessus ꝛ recessus octaue sphere: quem inuenit thebit. ¶ Alia est opinio quam inter ceteras magis approbo: quod decem sunt orbes: ꝛ non plures: probatur: quia per tot possum⁹ saluare illa que apparent quantum ad motum celi. vnde imaginandum est quod decimus mouetur vnico motu ꝛ simplici ab oriente in occidentem: ꝛ vocatur primum mobile: quo motu omnes orbes inferiores mouet secum. secundus autem mouetur motu proprio tali motu qualem decimus ei motui accessus ꝛ recessus: ꝛ consimilem producit in octaua sphera. Et octaua sphera mouetꝛ motu ꝓprio ab occidẽte in orientẽ per meridiem super polis zodiaci in centũ annis gradu vno ꝛ consimilem producit in orbibus planetarum. Deinde quilibet planetarum mouetur motu proprio ab occidente in orientem per meridiem: licet non omnes super eisdem polis: et etiam non omnes equali velocitate quod nõ omnes mouentur super eisdem polis quantum ad motum eis propriũ patet: ex eo quod sol nunq̃ exit eclipticam ꝛ propter hoc non dicitur habere motum latitudinis: Alij autem planete exeũt eclipticam: in tantum quod vestigia que imaginãtur describi ab alijs planetis in eorum motu intersecant vestigium qđ imaginatur describi a sole: quod non esset si omnium planetarum orbes mouerentur super eisdem polis ab occidente in orientem.

Ad rationes. ad primam vel essent cõtinuꝭ ꝛc. solutio huius argumẽti videatur in primo huius. ¶ Ad secundam rationem: non sunt plures sphere ignis ꝛc. negatur consequentia: nec est simile de vno ꝛ de alio: ꝛ quando dicebatur vnus motus simplex secundum speciem: negatur cõsequentia: quia motus primus circularis inest primo mobili naturaliter: alijs autem ratione primi mobilis. ¶ Ad tertiam dico quod Commentator fuit illius opinionis: et ideo transeat cum alijs: sed quando dicebatur quod frustra ponitur nona sphera: negatur: ꝛ causa propter quam ponitur dicta est in questione. ¶ Ad quartaꝫ illa bene probat quod plures sunt sphere celestes q̃ nouẽ vel decẽ: accipiẽdo spheram primo vel secundo modo: sed nõ ꝓbat qđ sint plures accipiendo spherã vltimo modo. ¶ Ad confirmationem respõdeatur consimili modo.

Questio. VII.



Secundum propositorum erat vtrũ ad saluandũ illa que apparent ex motibus planetarũ oportet ponere orbes ecentricos ꝛ epiciclos. Et arguitur ꝙ nõ primo ꝯ ecẽtricos: nã si sic sequeretur qđ nulluꝫ graue simplex posset moueri naturaliter consequens

ter: consequens est falsum: ⁊ cōtra ea que dicta sunt in primo huius: cōsequētia p3: q2 si ponerentur ecentrici essent plura centra vel media ad q̄ grauia mouerenť: ⁊ sic cũ non possint moueri vt quiescant in vtroq3 medio naturaliter: ad neutrũ mouebunť naturaliter: q2 finis motus naturalis est quies in termino ad quē. ¶ Secũdo si sic: sequereť q̄ꝺ terra nō esset in medio mũdi consequens est falsum: ꝓbatur consequētia: q2 terra nō est in medio sphere solis ex quo orbis solis esset ecentricus mundo: ⁊ eadē ratione nō esset in medio orbium aliorũ planetarũ: cũ etiā ponanť ecentrici mundo: ⁊ per cōsequēs terra nō erit in medio totius ex his aggregati. ¶ Tertio. si sic tunc in celo oporteret ponere condēsationē ⁊ rarefactionē vel vacuũ: q̄ꝺlibet illorũ est falsum: ꝓbať cōsequentia q2 si ponanť ecentrici ad quorũ motũ moueňť corpora planetarum: oportet dum aux venit ad locũ vbi prius erat oppositum augis: relinquere vacuũ in loco vbi prius fuit aux: vel fieri rarefactionem sphere superioris pro replendo illud vacuum ⁊ ex alia parte quando aux venit in locũ vbi pri⁹ erat oppositũ augis: oportet fieri condēsationē ipsius augis vel alterius orbis superioris: vel fieri penetrationē quorũ quodlibet est inconueniens. ¶ Quarto si ponerentur ecentrici: sequeretur q̄ꝺ mot⁹ planetarũ nō essent motus simplices: q̄ꝺ est falsum: probatur consequentia: q2 quando planete mouerentur versus augem recederent a centro mundi: ⁊ quando ponerentur ad oppositum augis accederent ad centrũ mundi: ⁊ sic motus eorũ videretur esse compositus ex circuitiōe ⁊ motu recto cũ a centro mundi elongari sit ascendere: ⁊ centro mundi appropinquare sit descendere: ascensus autem ⁊ descensus sunt motus recti. ¶ Quinto arguitur cōtra epiciclos. luna non habet epiciclu3: ergo nec alij planete: cōsequētia tenet: nā tantum vel magis luna indiget epiciclo ad saluandũ apparentia in suis motibus: quantũ aliqs aliorũ planetarum antecedens probatur: q2 si luna haberet epiciclũ ⁊ moueretur ad motũ epicicli sequeretur q̄ꝺ illa imago seu ille vir habens pōdus spinarũ in dorso deberet aliqñ apparere euersus: sic q̄ꝺ aliquando pedes essent sursum ⁊ caput deorsum: sed hoc est falsum. ¶ Ad istam rationem quidā dicũt negando consequentiam: nā dicũt q̄ corpus lune nō solũ mouetur ad motũ deferētis ⁊ epicicli: s3 ipsa mouetur in epiciclo secundũ se contra motum epicicli: sic proportionaliter q̄ quando epiciclus fecit vnā circuitionē ad oppositũ circa cētrum suũ ꝓpriũ tunc luna etiā fecit vnā circuitionē ad oppositu3 circa centrũ suũ propriũ: ⁊ per hoc pōt saluari quod illa imago semper apparet consimili modo: ⁊ nunq̄3 euersa. Hoc non valet: q2 alie stelle nō mouentur motibus proprijs circa centra sua ꝓpria: ergo nec luna: consequentia tenet: nā consimilis videtur esse ratio hic ⁊ ibi: antecedens probatur: nam talis motus stellarum videretur esse frustra: cum propter talem motũ nō diuersimode influerent in ista inferiora: et cum motus superior non fiat nisi propter diuersam influentiā in ista inferiora. vnde cũ stella sit eiusdem nature per totũ consimiliter influit in ista inferiora secundũ vnā suā partē sicut secundũ aliā. ¶ Ultimo arguiť cōtra ecentricos ⁊ epiciclos simul autoritate Cōmētatoris q̄ sup istũ Cōm celi dicit ī pluribus cōmētis q̄ opinio mathematicorũ de ecentricis et de epiciclis est impossibilis.

Oppositum dicũt communiter omnes moderni astrologi ⁊ inter ceteros maxime ptolomeus in pluribus dictionibus libri almagesti.

¶ De ista questione primo exponendi sunt termini quidam. Secundo respondendum est ad questionem.

Quantum ad primum sciendum est quod

orbis ecentricus seu egresse cuspidis seu egredientis centri quod idem est: dicitur orbis habens centru3 suũ aliud a centro mundi: sub cuius tamen vtraq3 superficie tam cōcaua q̄3 conuexa est centrũ mundi: licet non directe in medio eius: ⁊ quidam talium orbiũ quātum ad vtramq3 eorũ superficiē tā concauam q̄3 conuexam sunt ecentrici mundo: quidā autem quantum ad superficiem eorum concauam sunt concentrici mũdo sed sunt ecentrici quantũ ad supficiem eorũ cōuexam quidā autē sunt ecentrici mundo quantũ ad superficiē concauam concentrici autē quantũ ad superficiē conuexam. Similiter quidam eorũ sunt vniformis spissitudinis: sicut sunt illi q̄ sunt ecētrici mundo quantũ ad ambas eorũ supficies: quidam autē sunt difformis spissitudinis: sicut sunt illi qui sunt ecētrici mũdo quantum ad vnam eorum superficiem: ⁊ concentrici quantũ ad aliam. S3 epiciclus dicitur vna parua sphera existens in supficie ecentrici: sub cuius supficie cōuexa non est centrũ mundi. Istud posset declarari depingēdo de hoc figuram in pariete. Sed orbis cōcētricus mundo diciť ille cuius centrũ est idem cũ centro mundi. ¶ Secũdo est notandũ q̄ꝺ tam in epiciclo quā in ecentrico assignantur puncta distincta: quorũ vnũ diciť aux scilicet ille punctus q̄ magis eleuatus est a centro mũdi: punctus autē sibi oppositus dicitur oppositũ augis. ¶ Sed puncta intermedia inter illa dicuntur longitudines medie.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio.

Ad saluandum apparentia ex motu solis non oportet ponere sole3 moueri in ecētrico: nec oportet ponere moueri in epiciclo cum concentrico: nec oportet ponere ipsu3 moueri ī epiciclo moto in ecētrico: probatur: nam ꝑ quodlibet istorũ sine reliquo contingit saluare apparētia in motu solis: ergo nullum necesse est ponere ad saluantia ea: consequētia nota est antecedens patet per ptolemeum dictione tertia almagesti minoris: vbi demonstrat q̄ꝺ quolibet istorũ modoru3 est possibile saluare apparentia ex motu solis. ¶ Secũda cōclusio. ad saluandum apparentia ex motu solis necesse est ponere solē habere ecentricum sine epiciclo vel cōcētricum epiciclo vel ecentricum cum epiciclo: ꝓbatur: quia nisi altero istoru3 trium modorum ponamus solem moueri non videtur posse saluari diuersitas distantie solis a terra: secundu3 q̄ꝺ sol est sub diuersis gradibus zodiaci vnde istis tēporibus quādo sol est in fine geminorũ est magis remot⁹ a terra q̄3 qñ est in principio capricorni: cum iam aux solis dicatur esse prope finem geminorũ ⁊ eius oppositũ prope principiũ capricorni. ¶ Secundo ꝓbatur hoc idē ex inequalitate motus solis in orbe signorũ: que certis deprehensa est instrumētis: cũ enim in suo deferēte equaliter moueatur sicut ex naturalib⁹ principijs supponēdũ est: nō pōt moueri in orbe signorũ inequaliter nisi detur q̄ habeat ecentricũ: vel epiciclũ: vel vtrunq3. ¶ Tertio. hoc idē cognosciť ex eclipsi. nam cũ aliquādo terram inter solē ⁊ lunā diametraliter contingat interponi: luna nullam vel paruā habente latitudinē: ⁊ tamē luna nō patiatur eclipsim: ⁊ aliquando facta interpositione ⁊ manente latitudine eadē patiatur: alia causa dari nō pōt nisi q̄ꝺ vmbra terre aliquādo ita breuis est q̄ eius corpus nō pōt attingere corpus lune: ⁊ aliquando est vmbra longior in tantũ q̄ tunc eius corpus obtenebrat corpus lune: abbreuiatio autē ⁊ elongatio vmbre esse nō pōt nisi ꝑ appropinquationē ⁊ elōgationem solis a terra: quanto enim aliq̄ꝺ corpus lucidum maius corpore vmbroso ꝓpinquius est vmbroso: tāto vmbra breuior existit: eo q̄ radij ꝓpinquius vniunť quanto vero remotius tanto vmbra fit longior. ¶ Hoc idē similiter habeť ex diuersa longitudine solis a terra: que secundũ viā geometricam inuenitur: sicut patet in quinta dictione almagesti. c. quintodecimo. ¶ Tertia conclusio. ad saluandum apparentiam ex motibus aliorum sex planetarum ponendum est ipsos habere epiciclos cum ecentricis: probatur: nam aliter non appareret modus quo modo possemus saluare quod illi planete aliquando sunt magis distantes a terra aliquādo minus: ⁊ aliquando sunt retrogradi: aliquando stationarij: aliquando directi: ⁊ aliquando processiui: excepta luna que non dicitur stationaria: nec retrograda: licet bene dicatur cursu velox vel tarda.

Tunc ad rationes: Ad primā negatur consequentia:

⁊ ad ꝓbationem: dico q̄ q̄3uis sint plures orbes celestes diuersa habentes centra: nō tamen propter hoc sunt plures termini motuũ grauium simpliciter: quia non cuiuslibet orbis celestis medium est terminus motuu3 naturaliũ grauium simpliciter: et locus ipsorum naturalis: sed solum vnum medium scilicet centrum totius aggregati ex orbibus supercelestibus quod dicitur medium mundi vel vniuersi: ⁊ ad illud tendunt simpliciter grauia. ¶ Ad secundam negatur consequentia: ad probationem: dico quod terra est in medio totalis sphere cuiuslibet planete: saltē quantũ ad centrum sue grauitatis: nec obstat q̄ꝺ terra nō est in medio ecētricorum: quia ecentrici includunť in orbib⁹ totalib⁹ planetaru3. ¶ Ad tertiā negatur cōsequētia: ad ꝓbationē dico q̄

ratio imaginatur vnum falsum: imaginaẗ enim ꝙ motus eccentricorum fiat circa centrū mundi sic ꝙ quilibet pūctus eccentrici deferentis continue maneat in eadem remotiōe ad terram: ⁊ illud est falsum nec ponitur ab astrologis: imo ponūt eccentricos moueri circa centra propria: circa q̄ etiā quelibet puncta eccentricorū cōtinue eandem seruant distantiā: et ad talem motū saluandū deseruiunt nobis eccentrici difformis spissitudinis infra se includētes eccentricū spissitudinis vniformis. ¶ Ad quartam negantur cōsequentia: ad probationem: dico qꝺ nō omne elongari a centro mundi est ascēdere nec omne appropinquare ad centrū mundi est descendere: sꝫ solum elongari a centro infra concauū orbis lune vel appropinquare ad centrum infra concauū orbis lune est ascendere vel descendere. istā rationē iam solutam taliter qualiter que nō solum vadit contra eccentricos: imo etiā ⁊ magis cōtra epiciclos: suppositis principijs naturalibus: ceteris reputo fortiorem. ¶ Ad quintā luna nō habet epiciclū: negaẗ antecedens: ⁊ quando dicitur tunc illa imago ⁊c. breuiter nescio quid sit de illa imagine: pluries enim inspexi lunaꝫ ⁊ bene vidi ibi quandam maculam nigrā nullo tamen modo poteram ibi apprehendere imaginem talem: quam quidam dicunt ibi apparere. s. imaginem viri habentis pondus spinarum in dorso: nihilominus quicquid de hoc sit pro saluando illud ꝙ talis imago nō appareat euersa potest dici: ꝙ hoc accidit propter motum lune specialem: quem habet circa centrum proprium contra motum epicicli [illegible] in arguendo. Et quando dicebatur: alie stelle non habēt motus proprios circa earum centra propria: ergo nec luna: negatur consequentia: nam luna non omnino est eiusdem nature in suis partibus sicut alie stelle: ⁊ ideo ipsa secundū vnā eius partem potest aliter influere ⁊ aliter secundū aliam. ¶ Ad vltimā. s. ad autoritatem Cōmentatoris: dico quod ipse negandus est in hoc: ⁊ non mirum: quia ipsemet dicit sup duodecimo metaphysice qꝺ in iuuentute sua sperauit pertingere ad aliam astronomiam q̄ ptolemei ponentis epiciclos ⁊ eccentricos: sed in senectute desperauit: ⁊ ideo inutilis debet eius positio ⁊ probatio hic reputari. Alij autem negātes epiciclos ⁊ eccentricos non fuerunt: nec sunt nisi sophiste verbosi: sicut heu sunt multi q̄ ad pauca respicientes de facili enūciant: ⁊ superfluas falsas imaginationes euomere ꝑsumūt.

Questio. VIII.



Sequitur consequenter pertractare illa que concernūt motuꝫ celi ⁊ suarum partium tam maiorum sicut sunt orbes q̄ minorum sicut sunt astra ⁊ quantū ad hoc volo querere aliquas questiones. Prima est vtrum omne celum sit mobile: vel sit ponenduꝫ aliqꝺ celum quiescens: accipiendo celum ꝓ orbe celesti. arguitur primo quod sic q꜡ sicut dicit Aristo. in litera: celum mouetur circulariter sꝫ tale potest moueri ad vnā partē vel ad aliam indifferenter vt de a. in c. per b. vel de a. in c. per d. modo videmus qꝺ celum determinate mouetur ad vnā partē: ita ꝙ nō ad aliā ⁊ nō a casu neca fortuna: cū semꝑ sic moueatur. Ideo querēda est ratio ⁊ causa quare sic magis moueatur ad vnā partē q̄ ad aliam: ⁊ non potest illius reddi ratio ex parte istorū inferiorum. Nec illius potest reddi ratio ex parte corporū celestiuꝫ nisi per dextrum ⁊ sinistrum ante ⁊ retro: sicut videtur velle Aristo. quia per hoc ⁊ non per aliud ipse nititur ꝑdicti accidentis reddere rationē. s. quia motus debet incipere a dextro ⁊ tendere ad ante ⁊ non ad retro. Sed ista ratio nō videtur sufficere nisi recurramus ad aliquod celū quiescens: eo qꝺ nunq̄ posset vna pars celi ad aliam partē eiusdē celi moti peruenire: Ergo videtur ꝙ oporteat ponere celū quiescēs q꜡ ꝑ illud poterit valde bene reddi ratio de predictis. Istud enim celū quiescens haberet in diuersis suis partibus diuersas influentias proprietates ⁊ virtutes: ꝑ quas distinguerētur differentie positionū in celo. ¶ Secundo. omne ꝙ per se mouetur localiter debet habere locum per se; ⁊ cum vltima sphera mota moueatur per se localiter debet habere locuꝫ ꝑ se: sed hoc non haberet nisi sup eā esset alia sphera nō mota continens ipsam. ¶ Tertio. nullū ꝑ se mobile est ꝑ se fixum imo indiget fixione ꝑ aliquod quiescens: vt patet in libro de motibus animalium: sed corpora celestia non habent fixionem ex ipsa terra: sed magis econuerso ergo in celestibꝰ oportet ponere celum quiescens ⁊ per se fixum per quod omnia alia habent fixionem. ¶ Et confirmatur. quia polos mundi oportet esse fixos ⁊ immobiles: modo in spheris planetaruꝫ nulli poli sunt fixi propter duplicem motum illarum spherarum: nec etiam in octaua sphera: quia adhuc illa secundum astrologos mouetur pluribus motibus: ⁊ vniuersaliter nullius celi moti poli sunt immobiles: ergo vt videtur preter omnes celos motos oporteret ponere celū immobile in quo assignantur poli immobiles. ¶ Quarto. nam videmus magnā diuersitatem in fructibus in moribus hominuꝫ in pluribus alijs inter orientē ⁊ occidentē quibus polus est adhuc equaliter eleuatus: sed illa diuersitas non potest saluari per spheras mobiles ⁊ stellas que sunt in eis: cum omni die cedē oriātur stelle istis ⁊ illis: sed illis qui sunt versus orienteꝫ citius ille stelle oriuntur: ⁊ tardius illis qui sunt versus occidentē ergo vꝫ qꝺ ad saluandū dictā diuersitatem oporteat ponere preter spheras mobiles vnā immobilem que secundū diuersas eius partes quas habet fixas sup illis patrijs sit causa talis diuersitatis talium patriarū. ¶ Quinto. nā consimili ratione nō videẗ esse causa quare vna pars terre esset habitabilis magis q̄ alia: naꝫ illius causa non potest reddi ex celo moto: quia cedē partes celi voluuntur circa vnam partē terre que est habitabilis: ⁊ circa vnam aliā que est inhabitabilis: ergo oportet de hoc reddere causam ex celo quiescente cuius vna pars que est sup nos habet influentiā ⁊ dominiū sup salutē animaliū ⁊ plantarum ⁊ alia magis habet dominiū congregationū aquarum. ¶ Sexto nam dicunt astrologi ꝙ planete maiorem habent virtutem in oriente q̄ qñ sunt aliqualiter eleuati sup orizontē: sed hoc nō potest esse ex parte celi moti: propter hoc qꝺ sphere mote eadē pars q̄ primo erat in oriente postea est eleuata cū planeta: ergo oportet vt videtur ꝙ hoc sit ꝓpter naturā celi quiescētis: qꝺ in oriente aliā habet influentiam: ⁊ in occidente aliam.

In oppositum videntur esse illa que dicebātur primo huius: nā si poneretur tale celū quiescēs: vtiq; ipsum esset corpus naturale sicut alij celi: ⁊ cum cuilibet corpori naturali debeatur aliquis motus naturalis: tale celum non esset semper quiescens: sed mobile. ¶ Secundo. illud celum si esset: deberet esse nobilius celis motis: postq̄ esset super eos ⁊ continens eos ⁊ dans eis virtutem secundū prius arguta. Sed probo qꝺ non: quia motus est prior et nobilior quiete: sicut habitus priuatione: ergo videtur quod corpora mota sint naturaliter nobiliora quiescētibus: vnde terra ponitur quiescere que est ignobilissima: ⁊ sic ad positiōeꝫ illius celi immobilis videẗ sequi ꝙ ipsum esset nobilius alijs celis ⁊ nō esset nobiliꝰ alijs celis: ꝙ implicat. ¶ Tertio: licet illud celuꝫ esset quiescēs: tamē esset mobile: probaẗ q꜡ deus posset ipsum mouere: modo videẗ incōueniens ꝙ potētia ad actuꝫ ⁊ perfectionē cuiusmodi est motus fuisset frustra toto tēpore eterno: ideo videtur esse inconueniens esse tale celum qꝺ nunq̄ fuisset motum. Breuiter propter istas tres rationes Aristoteles concessisset omne celum esse mobile: et nullum esse immobile.

Et ad rationes primo factas: secundum sua principia sic respondetur. ¶ Ad primam: diceret ꝙ celū magis moueretur ad vnam partē q̄ ad aliam: nō est ex parte celi quiescētis: sed ex parte intelligētie: que aliter influit in vnam partē ⁊ aliter in aliam: sicut prius declarabatur in consimili de anima intellectiua in ordine ad corpus. Et propter hoc vna pars celi dicitur dextrum ⁊ alia sinistrū: ⁊ alia ante: ⁊ alia retro. Et q꜡ motus est a dextro ꝑ ante ad sinistrā. Ex hoc est qꝺ celum taliter mouetur qualiter mouetur: Posset etiam dici quod hoc esset ex libera voluntate intelligētie mouentis. ¶ Ad secundam dico quod vltima sphera nō mouetur motu locali sed bene mouetur motu eiusdeꝫ speciei cū motu locali: de hoc prius fuit dictum in primo huius. ¶ Ad tertiam: dico quod celum non habet fixionem oppositā motui: sed habet bene fixionē motui recto oppositam: ⁊ illa sufficit: ⁊ habet illam a sua natura ⁊ a deo. ¶ Quando autem dicitur in de motibus animaliū: omnē motuꝫ indigere aliquo fixo: intelligitur de motibus animalium. ¶ Ad quartā ⁊ ad quintam simul dicendum est quod ab eterno sic ordinatum

fuit a

fuit a deo: sed quomodo naturaliter maneat vel varietur talis ordinatio dicam postea cũ tractabo questiones de centro celi sicut est terra. ¶ Ad vltimã dico q nõ est ad ꝓpositũ: q si esset celũ quiescens tunc alibi t alibi habitantes haberent in suis orientibus aliã t aliam plagã celi quiescentis: et ita etiam in suis occidentibus t in suis meridiebus t in angulis terre t in angulis noctis. Et cum omnes astrologice iudicantes aspicerent ad ascendentia in suis orientibus: t ita nõ faceret ad propositum virtus talis vel talis plage ipsius celi quiescentis t immoti. Causa aũt quare planeta in vna parte celi est vigorosior q̃ in alia est alius t alius modus proijciendi suos radios super ista inferiora quando est in oriente t quando est alia in parte celi.

Questio.IX.



Secundo circa eandem materiam queritur vtrũ celum moueatur cum pena t fatigatione. ¶ Arguitur primo q sic: celum mouetur cũ resistentia: ergo celum mouetur cũ fatigatione t pena: consequentia tenet: quia resistẽtia est causa fatigationis t remissionis potentie motiue: antecedens probatur: quia celum mouetur certa velocitate: t cum certa velocitas sequatur certam proportionẽ potentie mouẽtis ad resistentiã: sicut patet. vij. physicorũ: videtur qꝺ celũ moueatur cum resistentia. ¶ Et confirmatur hoc secundo: quia nisi celũ moueretur cum resistentia: sequeret q moueretur velocitate infinita: hoc est falsum: cõsequẽtia probatur ex eo q potentia naturalis mouens sine resistentia moueret velocitate infinita sicut solet dici de motu grauis simplici in vacuo. ¶ Et confirmatur hoc tertio: si circa idem mobile sint diuerse virtutes diuersos motus intendentes ille sibi inuicem resistunt t quandam violentiam inferunt per quaꝫ causatur fatigatio: sed sic est in celo: nam motor diurnus quamlibet spheram planetarum mouet t inclinat ad vnum motũ: scilicet diurnum t alter motor scilicet proprius mouet t inclinat eandem spheram ad alium motuꝫ. s. in obliquo circulo contra diurnum: ergo illi motus t illi motores sibi inuicem resistunt. ¶ Confirmatur hoc quarto: q Aristo. dicit secundo huius in dãdo causam quare superiores planete longius tempus apponunt in perficiendo suas circuitiones q̃ planete inferiores quãtũ ad suos motus proprios: hoc enim dicit esse: quia vltima sphera motu diurno mouetur velocissime: t eam quantũ ad illum motũ assequunt sphere planetarum: t sic q ille motus velox videtur resistere motibus proprijs t magis videtur posse resistere spheris propinquioribꝰ ideo ille tardius mouẽtur motibus suis proprijs: ergo videt quod Aristo. in motu celi imaginetur resistentiam t violentiam. ¶ Et cõfirmatur hoc quinto. vnum corpus simplex nõ habet nisi vnũ motum simplicem naturalem sicut dictum est primo huius: ergo cum sphera lune sit corpus simplex: t moueatur pluribus motibus: oportet vnum illorum motuum esse preter naturam t habentem quasi motũ violentie: t hoc concordat dictis astrologorũ dicentium: quod vltima sphera rapit alias inferiores motu diurno: raptus autẽ videtur sonare quandã violentiã. ¶ Secũdo ad principale illa que quandoq mouent tardius: quandoq velocius vident moueri cũ fatigatione: sic est de quibuscunq planetis: ergo tc. maior est nota: q retardatio motus videt esse signũ fatigatiõis minor patet de planetis qui qñq dicunt stationarij: qñq directi: qñq retrogradi. ¶ Tertio. nisi virtus motiua celi esset fatigabilis sequitur qꝺ ipsa esset infinita intẽsiue. hoc est falsum: ꝯñtia patet ex eo qꝺ de facto haberet potentiã mouẽdi per tẽpus infinitum sine fatigatione: vnde si esset aliqꝺ animal qꝺ posset vigilare per tẽpus infinitũ sine fatigatione: videtur esse potẽtie infinite. ¶ Quarto. nam dicit Arist. in de somno t vigilia: qꝺ omnis virtus naturalis est fatigabilis: modo motus celi cũ sit naturalis est a virtute naturali ergo videtur esse a virtute fatigabili: quod est intentum.

Oppositũ volũt Aristote. t Commẽtator dicit enim Aristo. q celũ mouet sine labore t sine aliqua violentia t difficultate: t Cõmenta. dicit q sine fatigatiõe quia nõ est ibi aliqua cõtrarietas que dicit esse causa fatigatiõis. ¶ In ista questione erũt duo articuli. Primo enim videbit quid sit fatigatio t q̃ sit causa fatigatiõis t in quibus reperiatur. ¶ Secundo respondebitur ad quesitum.

Quantum ad primum sciendum est quod fatigatio proprie loquendo est diminutio virtutis actiue cognoscitiue ꝓpter longã actionẽ: que quidẽ virtus diminuta per requiẽ potest restaurari vel recuperari. Et dicitur notãter virtutis actiue ad denotandũ qꝺ potentia pure passiua nõ est fatigabilis: t additur cognoscitiue: ad denotandũ q potentie actiue non cognoscitiue nõ sunt fatigabiles. vñ lapidem in descẽdendo nõ dicimus fatigari: nec ignẽ in cõburendo: t sic de alijs. Et vlterius additur ꝓpter longam eius actionem etiã ad denotandũ q homo nõ ꝓprie fatigat si sit factus impotens ex senectute vel egritudine vel ex defectu membri. Sed si fiat impotens vel minus potens: quia nimis ambulauit vel nimis vigilauit dicimus ipsum esse fatigatũ qua quidem impotentia vel minor potentia fit propter exhalationem spirituum: quos natura mittebat ad membra laborantia; qui cum expirauerint membra fiunt impotentia: donec tales spiritus p requiem fuerint recuperati: t nõ solum spiritus imo etiam humores mittuntur ad mẽbra laborãtia: t fit quedam inordinatio in corpore ꝓpter quam corpus fit minus potens donec per requiem fuerint spiritus recuperati: t humores ordinati. ¶ Tunc sit prima conclusio. nulla fit fatigatio sine actione disponente ad corruptionem: probatur nulla fit diminutio virtutis sine tali actione: ergo nulla fit fatigatio sine tali actione: consequentia tenet: quia omnis fatigatio est diminutio virtutis per diffinitionem fatigationis: antecedens probatur; quia si debet esse virtutis diminutio: oportet quod sit alteratio: t per cõsequens actio corruptiua. ¶ Secunda conclusio quod causa fatigationis est contrarietas: patet hoc: quia contrarietas est causa actiõis corruptiue t actio corruptiua est causa fatigationis: ergo similiter contrarietas est causa fatigationis: consequẽtia patet per illaꝫ maximaꝫ: quicquid est causa cause est causa causati: antecedens patet: quantum ad primam eius partẽ primo de generatione: secunda autem pars antecedentis erat conclusio precedens. ¶ Tertia conclusio. nulla virtus agẽs sine resistentia est fatigabilis: patet: quia ibi deficit causa fatigationis puta resistentia t contrarietas. ¶ Sed diceres sensus agit sine resistentia t contrarietate: t tamen fatigatur. Respondetur quod ad cognitionem sensitiuam concurrunt plures actiones: vna est actio obiecti in sensum: alia est ipsamet cognitio: deinde alie sunt ibi actiones concurrẽtes alteratiue t dispositiue ad corruptionem organi t potentie. Modo licet prime due actiones fiant sine resistentia t contrarietate tamen vltime actiones non. Et ideo bene conceditur quod ex primis duabus actionibꝰ potentia sensitiua nõ fatigatur: nihilominus ex actionibus vltimo dictis bene accidit fatigatio imo aliquando totalis corruptio. ¶ Quarta conclusio. licet contrarietas sit causa fatigationis; nõ tamẽ omnis potentia agens cum contrarietate est fatigabilis patet de igne qui licet agat cũ contrarietate tamẽ nõ solemus dicere ignem fatigari: t hoc est ex eo; quia licet contrarietas sit causa fatigationis nõ tamẽ est causa fatigatiõis sufficiẽs sed cũ hoc requirit qꝺ potẽtia agens cũ cõtrarietate vel ad cuius actionẽ ꝯcurrit actio ꝯtrarioꝝ sit cognoscitiua. ¶ Quinta cõclusio: omnis potẽtia cognoscitiua agens cum ꝯtrarietate vel ad cuius actionẽ requirit actio contrariorum est fatigabilis. patet: quia iuxta actionẽ illius potẽtie possunt esse sufficientes cause fatigationis.

Quantum ad secundum articulum sit ista conclusio: q quilibet motus celi fit sine fatigatione: ista conclusio probatur ex parte mobilis: illud mouetur infatigabiliter quod nullo modo cõtrariatur motori: nec per se: nec p accidens: sed sic est de celo respectu intelligentie: igit tc. maior est nota ex ꝓcedenti articulo: nã causa fatigatiõis est cõtrarietas t resistentia per se vel p accidens reperta in actione mouentis vel in aliqua alia presupposita ad actionem mouẽtis vel ipsam concomitante: minor patet: quia celum omnino absolutum est a grauitate: leuitate: caliditate: t vniuersaliter ab omni tali qualitate cui aliquid est contrarium. ¶ Secundo celum non resistit motori: ergo motor mouet ipsum sine fatigatione: consequentia tenet ex ꝓcedenti articulo: antecedens probatur: nã si resisteret motori tunc inclina-

retur ad quietem vel ad motum contrarium: et si ita esset: tunc eam moueretur violenter: sed hoc est falsum ex eo quod tunc nullo modo fuisset tādiu sic motū: ꝑpter hoc ꝙ nullū violētum diu durat. ¶ Tertio arguitur ad idem: et hoc ex ꝑte virtutis mouentis: nā si intelligentia fatigaretur in suo motu quem facit in mouēdo celū nō posset mouere ꝑpetuo: cuius tamen oppositū ꝓbat Ari. octauo physicorū nisi ipsa eē infinita intensiue: modo hoc est falsū: nā tūc quelibet intelligētia mouens esset deus: quod nullus concederet sane mentis.

Ad rationes. Ad primā celum mouetur cū

resistentia: negatur: ad probationē: velocitas sequitur proportionem etc. dico qꝺ intelligitur de mouētibus mere naturaliter nō de agentibus volūtariis: qualis est intelligentia mouēs. ¶ Ad secundā confirmationē negatur cōsequentia: ex eo ꝙ celum mouetur ab agente volūtario: vnde qꝺ dubitat an potētia mouens volūtaria pōt mouere aliquod graue in vacuo successiue nō obstāte ꝙ moueret sine resistētia: nec est simile de graui motu in vacuo a potentia naturali. ¶ Ad tertiā cōfirmationem: dico ꝙ motus diuersi diuersorū orbiū non sibi inuicem resistunt. nec sunt sibi inuicem ꝯͣrii: qꝛ dictū est prius ꝙ motui circulari nihil est contrariū: et etiā ex eo quia motus diuersi ipsorum orbium celestium quorū vnus est versus vnā partē et alter versus aliā sunt super diuersis polis: et ideo nō se mutuo impediunt. ¶ Ad quartā confirmationē, dico qꝺ hoc nō est ꝑpter hoc ꝙ superiores orbes plus violentētur sed hoc est ꝑpter influētiā superioris orbis est maior est in orbibus planetarū superioribus ꝗ̄ inferioribus: de hoc posterea dicetur diffusius. ¶ Ad quintā confirmationem: cōcedo qꝺ vnū corpus simplex nō habet secundū naturam sibi appropriatam nisi vnū motum simplicem naturalem: sed cum hoc pōt stare ꝙ habet illum et vnū alium qui tamen nō est sibi naturalis nec violentus sed inest ei preter naturā. Et quādo dicebatur ꝙ in motibus orbiū planetarū sit quidā raptus dico ꝙ hoc nō est bene dictū: licet ad bonū intellectū possit capi scilicet qꝺ in orbibus planetarum recipitur influentia ab orbe supremo regulariter moto ab oriente in occidentem que quidē influētia mouet tales orbes motu diurno cū hoc qꝺ dicti orbes mouentur motibus propriis. ¶ Ad secundū principale: dico ꝙ ibi aliquādo est retrogradatio: et nō est ꝑpter lassitudinem vel fatigationē potentie mouentis: nec ꝑpter planetam motū cū resistentia: sed hoc accidit ꝑpter aggregationē plurium motuū in vno mobili. ¶ Ad tertium negatur cōsequentia, ꝑpter hoc ꝙ intelligentia nō mouet celū cū resistentia verumtamē si moueret cū resistentia et cū hoc nō esset fatigabilis tūc sequeretur ipsam esse infinitā intensiue. ¶ Ad quartā principale dico ꝙ Aristo. hoc intellexit nō simpliciter de omni virtute naturali: sed de omni virtute cognoscitiua: que ꝑ longā eius actionem diminuitur.

Questio. x.



Ertio queritur circa materiā motus celi vtrū illa cōsequētia sit bona celum mouetur: ergo necesse est terrā quiescere: probatur ꝙ nō: consequens est falsum et antecedens verū ergo cōsequētia non valet: cōsequētia tenet: aīs ꝓbatur: qꝛ nullam terrā necesse est quiescere ꝙ nullā terram necesse est esse. ¶ Secūdo cōfirmatur hoc: qꝛ possibile est terrā moueri: ergo nō necesse est ipsam quiescere: ꝯsequētia tenet: aīs ꝓbatur: qꝛ possibile est qꝺ plus generetur de grauitate ex vna parte ꝗ̄ ex alia: et si sic fieret: ipsa moueretur. ¶ Probatur tertio ꝙ de facto semꝑ mouetur: qꝛ semꝑ grauitas ab aliqꝫ ꝑte plus diminuitur ꝗ̄ ab alia. s. a parte quā respicit sol, que cōtinue est alia et alia secundū ꝙ sol mouetur circulariter super terrā: ergo ad hoc qꝺ mediū grauitatis terre maneat mediū mundi videtur ꝙ oporteat terrā semꝑ moueri: si cōtinue alia et alia pars terre efficitur leuior. ¶ Secūdo. ad principale: oppositū consequētis nō interimit antecedens: ergo ꝯñtia nō est bona: ꝯñtia tenet ex regulis ꝯñtiarū: antecedēs ꝓbatur: qꝛ nō sequitur terra nō quiescit: ergo celū non mouetur: ex eo qꝺ motus celi est prior naturaliter quiete terre: et ideo ex positione vel remotiōe quietis terre nō sequitur positio nec remotio motus celi. ¶ Tertio si tota terra esset in loco ignis ipsa moueretur descēdendo sicut vult Aristo. in litera: et tamē nō ꝑpter hoc celū desineret moueri. ¶ Quarto si dicta cōsequētia valeret hoc videretur esse pro tanto quod si terra moueretur et nō quiesceret: tunc celum nō haberet se aliter et aliter ad terrā sꝫ probo qꝺ non propter hoc: qꝛ lꝫ hoc ita esset si terra moueretur cū celo ab oriente in occidentē tñ hoc nō sic esset si terra moueretur cōtra celum. ¶ Quinto deus pōt mouere totā terram cum ipso celo. nec ꝑpter hoc celum quiesceret.

Oppositum vult Aristoteles in litera.

Pro ista questione sciendum est quod cum dicitur celum mouetur ergo necesse est terrā quiescere ly necesse potest esse determinatio consequentie: vel potest esse pars consequentis modo in proposito ly necesse debet accipi ꝙ sit nota consequentie et non pars consequentis. Etiam clarum est dictam consequentiam non valere gratia forme: nō enim tenet in omnibus terminis et ideo in proposito intenditur vtrū sit bona gratia materie. ¶ Et quantum ad hoc sciendū est: ꝙ plures sunt modi quibus diuersi volunt ostendere dictā consequentiam valere gratia materie: primus supponit qꝺ hec est necessaria: terra quiescit: secundo supponit ꝙ hoc necessariū sequitur ad quodlibet sicut ex impossibili sequitur quodlibet. Tunc diceret consequentia valere gratia materie virtute duarum dictarum suppositionum. Sed hoc non valet: quia terram quiescere non est necessarium simpliciter vnde sicut non ex omni impossibili sequitur quodlibet: sed solum ex impossibili implicante contradictionem. sic etiā non quodlibet necessarium sequitur ad quodlibet. ¶ Secundo hoc non intendit Aristoteles quia sic non magis sequitur terram quiescere ad celum moueri ꝗ̄ ad sortem moueri. ¶ Secundus modus defendendi dictam consequentiam est iste: supponit enim qꝺ omne quod mouetur indiget quiescēte fixo vt dicit Aristoteles in libro de motibus animaliū: et ideo si celum mouetur oportet ꝙ sit talis motus circa aliqꝺ quiescens fixum: quod non videtur aliud ꝗ̄ terra quiescens. ¶ Sed illud adhuc non sufficit: quia Aristo. in de motibus animalium solum loquitur de motu progressiuo: ita ꝙ semꝑ animal in suo motu indiget aliquo appodiamento fixo: nec adhuc oportet ꝙ illud quiescat simpliciter: sꝫ quod quiescat vel moueatur aliter ꝗ̄ ipsum animal quod mouetur: sicut patet de homine qui potest moueri in naui mota sꝫ quia celum non mouetur motu progressiuo ipsum non indiget aliquo tali appodiamento fixo super quo moueatur. ¶ Tertius modus defendendi dictam consequentiam est supponens ꝙ moueri est aliter se habere ꝗ̄ prius respectu alicuius quiescētis: ergo si nullū esset quiescens videretur qꝺ celum nō moueretur modo nullum est quiescēs respectu cuius motus celi se habeat vniformiter aliter et aliter nisi terra que est in cētro: ergo necesse est ipsam quiescere in centro. ¶ Sꝫ iste modus adhuc nō videtur sufficere. nam ad hoc ꝙ aliqꝺ moueatur nō oportet quod habeat se aliter ꝗ̄ prius ad aliquod extrinsecum: sed sufficit ꝙ habeat se aliter et aliter quam prius intrinsece: vt dictum est in libris physicorum. ¶ Secundo. nam si terra moueretur cōtra motum celi: celum posset se habere aliter et aliter ad terram: et tamen tunc terra nō quiesceret sed moueretur: sed ipsum celum non haberet se aliter ad terram cum terra moueretur cum celo ab oriente in occidentem. circulatione eque veloci.

¶ Quartus modus defendēdi dictā ꝯsequentiā est magis probabilis: et illum approbo: ꝑ quo supponitur primo ꝙ motus celi secundaria intentione tamē ꝗ̄ propter finem est propter generationem et corruptionem istorum inferiorum: put dicit Commentator. Supponitur secundo qꝺ si generatio et corruptio sunt necesse est elementa et alia esse: et eo modo quo debent ordinari respectu generationis et corruptionis et pro salute generabilium et corruptibilium. Tunc arguitur sic: celum mouetur ergo generationes et corruptiones istorū inferiorum sunt: consequentia tenet per locum ab effectu cause finalis ad causam finalem per primam suppositionem: tūc vltra: generationes et corruptiones istorum inferiorum sunt ergo elementa et alia sunt scilicet requisita ad generationem et corruptionem et ad salutem generabilium et corruptibilium sed hoc est terram quiescere in medio: super cuius vna parte aquis discooperta generabilia et corruptibilia: sicut sunt homines: plante: et alia animalia saluentur: ergo terra quiescit consequentia tenet per secundam suppositionē: ergo a primo ad vltimum. si celum mouetur terra quiescit. ¶ Sed notandum

tandum est q̃ illud nõ intelligitur de quiete terre simpliciter:sed de quiete terre a motu circulari vna cũ celo circulando eque velociter. ¶ Et sic patet quomodo dicta consequentia est necessaria:nõ simpliciter:sed supposita generatione ⁊ corruptione naturali in ordine consueto.

Ad rationes.ad primam potest dici quod semper est eadem terra;saltem vnitate continuatiõis:eo modo quo dicimus secanam esse modo eãdem qui fuit sunt centum anni:licet non sit eadẽ terra semper identitate simpliciter dicta quomodo dicimus celum esse modo idem q̃ fuit sunt centum anni. Uel potest dici:q̃ terra non semper quiescit:licet semper quiescat terra. ¶ Ad confirmationem secũdam bene concedo q̃ non est necessarium simpliciter terrã quiescere:licet bene sit necessariuz ex conditione:sicut dictũ est in questione.vel potest dici:q̃ semper terra quiescit saltẽ taliter quod non potest naturaliter multum amoueri de suo loco:licet quandoq; moueatur tota:semper tamẽ adhuc manet in eodem loco vel prope. Et per idem respondeaꝛ ad tertiam confirmationem:⁊ aliter potest responderi ad tertiam confirmationem:dicendo quod nõ quecunq; leuificatio ab vna parte facit eã moueri ⁊ hoc ꝓpter aerem resistentem ex alia parte. ¶ Ad secundum principale:dico ꝙ illa ratio bene probat q̃ motus celi non est causa quietis terre nec econtra:licet celum ⁊ influentie sint cause quietis per influentiã generalem. ¶ Ad tertiã illa bene probat dictam consequentiam non esse necessariam simpliciter sicut dictum est. ¶ Ad quartam patet ex quarto modo defendẽdi dictã consequentiam. ¶ Ad quintã dico ꝙ bene probat dictã cõsequentiam nõ esse bonam simpliciter.

Questio.XI.



Quarto circa idem queritur. Utrum ista consequentia sit bona:celum semper mouetur ergo necesse est ipsuz moueri pluribus motibus. ¶ Et arguitur ꝙ non:antecedens est verum ⁊ consequens falsum quod consequens sit falsum patet ex eo quod ipsius celi nõ sunt plures motus:patet nam celum est vnũ corpus naturale.vnius autem corporis naturalis non est nisi vnus motus naturalis sicut dicebatur primo huius. ¶ Et confirmatur.nam alia simplicia sicut sunt ignis:aer:aqua:terra:nõ sunt mobilia nisi vno motu naturali:igitur nec celum est mobile pluribus motib⁹ ¶ Secundo supremum celum semper mouetur ⁊ tamẽ non mouetur pluribus motibus:ergo consequentia proposita non valet.

Oppositum vult Aristoteles in litera.

Pro ista questione sciendum est quod ad hoc quod dicta ꝯñtia valeat nõ sufficit dicere ꝙ cõsequẽtia valeat:q: cõsequens est necessariũ:⁊ ꝓpter hoc sequitur ad quodlibet.sed oportet assignare aliã causam fm processum Arist.sicut dicebatur in priori questione. ¶ Et ideo sciendũ est ꝓ responsione ad questionem ꝙ celum moueri pluribus motibus non intelligitur de toto celo cathegorematice sumpto:sed intelligitur ꝙ vna pars celi moueatur vno motu et alia alio. ¶ Deinde sciendũ est:ꝙ Aristo.in litera quinq; facit consequentias principales. ¶ Prima est de qua dicebaꝛ in precedenti questione celuz.semp mouetur:ergo necesse est terrã semp quiescere. ¶ Secunda:necesse est si terra est ignẽ esse. ¶ Tertia est:si duo elemẽta extrema sunt:necesse est intermedia esse scilicet aerez ⁊ aquã. ¶ Quarta est.si quatuor elemẽta sunt:necesse est generationem ⁊ corruptionem esse. ¶ Quinta est:si generatio ⁊ corruptio sunt.necesse est celum moueri pluribus motibus. Ex quibus sequitur sexta principalis arguẽdo a primo ad vltimuz.s.si celum semper moueꝛ necesse esse ipsum moueri pluribus motibus. ¶ Tunc de bonitate istarũ consequẽtiarũ videamus ꝑ ordinẽ. ¶ De prima visum est in ꝓcedenti questione:Secũda aũt ꝓbatur:si vnũ oppositorũ est in natura:⁊ reliquum:modo ignis ⁊ terra sunt cõtraria secundum suas qualitates:ergo si terra est ignis est. ¶ Secũdo:si vnũ extremũ est aliud est:ita quod si deorsum est sursum est:⁊ impossibile est ꝙ locus sursum sit vacuus:⁊ illud quod ibi est naturaliter est leue sicut ignis:ergo si terra est deorsum ignis est sursum. ¶ Sed diceret aliquis:videtur q̃ non oportet ꝙ si vnũ contrariorũ sit in natura q̃ reliquũ sit vel possit esse:nam plenũ ⁊ vacuum sunt contraria:⁊ tamen non oportet si plenũ sit ꝙ vacuum sit vel possit esse.similiter finitum ⁊ infinitum sunt contraria:et tamen nõ oportet si finitũ sit ꝙ infinitũ sit vel possit esse. ¶ Secũdo diceret aliquis:nã videtur quod ignis ⁊ terra nõ sunt cõtraria:nam igni contrariatur aqua:ergo si cũ hoc sibi contrariaretur terra:tunc vni plura essent contraria:modo hoc est falsum:nã tantũ vnum vni opponitur per Aristo.x.meta. ¶ Ad ista. Ad primũ dico ꝙ plenũ ⁊ vacuum nõ sunt contraria:sed sunt priuatiue opposita:⁊ ita similiter nec finitum nec infinitum. ¶ Ad secũdũ dico ꝙ nõ est incõueniens vni plura esse contraria secundũ diuersas qualitates qualiter est in ꝓposito. ¶ Tertia consequẽtia probatur.s.si terra ⁊ ignis sunt:alia elementa intermedia sunt. Primo:si vnũ cõtrariorũ est in natura reliquũ est in natura:modo ignis principaliter contrariatur aque:⁊ terra aeri:vt patet secũdo de generatione:nã sicut arguitur ibi:qualitates prime.s.caliditas:frigiditas:humiditas:⁊ siccitas:sex modis possunt combinari quorum duo sunt impossibiles:⁊ alij quatuor sũt possibiles:secundum quos accipitur numerus quatuor elementorũ:que sunt terra:ignis:aer:⁊ aqua.s.duo extrema:et duo intermedia. ¶ Tertio posset adduci per hoc ratio platonicorũ qui imaginantur q̃ duo elementa extrema.s.ignis ⁊ terra sint sicut duo numeri cubici:sed necessario inter quoscũq; tales duos numeros sunt duo numeri medij proportionales qui videntur esse correspõdentes duobus elemẽtis medijs. ¶ Quarta cõsequẽtia ꝓbatur:q: si quatuor elemẽta sunt generatio ⁊ corruptio sunt:q: sunt cõtraria secundũ suas qualitates:ergo alterabilia:⁊ cõicantia in materia ergo generabilia ⁊ corruptibilia:cũ alteratio sit ꝓpter generationẽ sicut patet primo de generatione. ¶ Quinta consequẽtia ꝓbatur s.si generatio ⁊ corruptio sunt:necesse est celum moueri pluribus motibus supponẽdo quod isti motus inferiores depẽdent a celo moto:licet non a motu celi:sicut patet primo meteororum ⁊ secundo de generatione:⁊ ꝑ experientiam:sz ad causandum generationes ⁊ corruptiones specierũ nõ sufficeret vnus motus celi:imo necessario requiritur cũ motu diurno motus solis ⁊ planetarum in obliquo circulo:aliter non fierent hyems:estas ⁊ mutationes tẽporũ nec ꝑ cõsequẽs generationes ⁊ corruptiões eo modo quo fiunt:ergo si generationes ⁊ corruptiones istorũ inferiorũ sunt ⁊ debent fieri modo cõsueto oportet ꝙ celũ moueatur pluribus motib⁹. Tũc probatur sexta cõsequẽtia arguẽdo a primo ad vltimũ sic:si celũ semp mouetur:necesse est terrã semp quiescere:⁊ ꝑ cõsequẽs semp esse;sed si terra est ignis est:⁊ si terra ⁊ ignis sunt elemẽta intermedia.s.aer ⁊ aqua sunt:sz si quatuor elemẽta sunt generationes ⁊ corruptiones diuerse sunt ⁊ fiũt in istis inferioribus:sz si generationes ⁊ corruptiones diuerse sint ⁊ fiant in istis inferioribus necesse est celũ moueri plurib⁹ motibus:ergo de primo ad vltimũ:si celum semp mouetur necesse est ipsum moueri pluribus motibus ꝑ illã regulã:quãdo ad aliquod antecedẽs sequitur cõsequens:quicquid sequiꝛ ad ꝯñs ad antecedẽs. ¶ Sz sequiꝛ diceres quia consequẽtie ꝓdicte non sunt formales nec similes sz tenent ⁊ probantur ꝑ diuersa media:ergo in talibus non valet arguere de primo ad vltimũ:sicut põt exemplificari sic arguẽdo.si nullũ tẽpus est:dies non est:si dies nõ est:nox est:⁊ si nox est:aliq̃ tẽpus est:nõ tamẽ sequiꝛ a primo ad vltimũ nullu3 tẽpus est.ergo aliquod tẽpus est. ¶ Respondetur q̃ omnis cõsequẽtia de primo ad vltimũ est bona:si intermedie sint bone:q̃tũcunq; vario modo probent:quod pz ꝑ illam cõmunẽ regulã consequẽtiarum:si aliquid sequitur ad cõsequẽs:sequitur ad antecedens. ¶ Aduertenduz tamẽ ꝙ illa cõsequẽtia de primo ad vltimũ nunquã est melior vel formalior:q̃z sit debilior illarum intermediarum ita ꝙ si aliqua illarũ sit vt nunc vel materialis:tunc illa de primo ad vltimũ erit vt nunc vel materialis. Et causa est:q: tz in virtute illius iter medie vel intermediorũ sic[illegible] sunt. ¶ Tũc ad illud [illegible] ꝙ ad[illegible]cebatur.si nullũ tempus ⁊c.dico ꝙ primũ antecedens vel est possibile vel impossibile.s.nullum tempus est:si est possibile tunc illa consequentia intermedia nõ valet:dies nõ est ergo nox est:⁊ ideo non mirum si etiã illa a primo ad vltimũ non valeat:nullũ tẽpus est.ergo aliq̃ tẽpus est. Si aũt primum

antecedens est simpliciter impossibile. s. nullū tēpus est: tūc consequētie intermedie sunt bone. & etiā a primo ad vltimū. s. nullum tps est ergo aliquod tēpus est: cum ad impossibile simpliciter sequatur quodlibet.

Ad rationes. Ad primam dico: quod vtriq ipsius celi sunt plures motus: imo q plus est aliq celū oīno idē in numero. s. aliquis orbis pōt moueri simul pluribus motibus: verū est tamē q nō ambo sibi insunt naturaliter sed vnus est sibi naturalis & alter est sibi impertinēs, & qñ dicebat: alia simplicia sicut elemēta nō mouenē pluribus motibus: dico q nō est simile de motu illorum & de motu celi: propter hoc q plures motus recti non possunt adinuicem commisceri in eodē mobili. & hoc propter eorū repugnantiā & contrarietatem sed bene plures motus circulares adinuicē in eodē mobili miscentur. ¶ Ad secundā illa bene pbat q cōsequentia pposita non est formalis: cū quo tamen bene stat q est bona gratia materie.

Questio. XII.



Uinto queritur vtrū ista consequētia sit bona. si necesse est generationes & corruptiones esse hic inferius necesse est esse plures motus celestes. Et arguitur q nō: quia si celū quiesceret adhuc hic inferius essent generationes & corruptiones: ergo ad hoc q plures sint generationes & corruptiones hic inferius: non oportet esse plures motus celi. Sicut q consequens consequētie pposite non valet consequentia tenet antecedens probatur: nā quāuis celū quiesceret adhuc cōtraria sicut ista inferiora puta elemēta eēnt adinuicē applicata: & p cōsequēs agerēt inter se: & illud: q esset fortius corrūperet illud quod esset debilius: talis enim est contrariorū natura: q sint adinuicem actiua & passiua. si fuerint adinuicē applicata: nec apparet quid phiberet quin cōbureretur & corrumperet stupa si ei applicaretur ignis nō obstante q celū quiesceret. ¶ Secūdo supposito q celū nūc inciperet quiescere nō ppter hoc animalia & plante que modo sunt semp manerent. sed si nō semp manerent aliquando corrūperent: sed quando corrumperentur: ex eis alia generarentur: cū corruptio vnius sit generatio alterius primo de generatione: propter hoc q materia nō potest esse sine forma ideo nō obstāte quiete celi: adhuc fierent generationes & corruptiones in istis inferioribus. ¶ Tertio. celū nō agit in ista inferiora solū p motū: imo etiā p lumē & influentiam: ideo licet motus a celo auferretur: tamē adhuc ipsū ageret in ista inferiora p suū lumen & influentiam & ita p illā actionē possent hic inferius aliqua generari & aliqua corrūpi. ¶ Quarto posito q celum vnico motu moueat: adhuc p illū vnicum motū applicarent nobis successiue planete frigidi & calidi: & sic successiue generaret apud nos modo caliditas: modo frigiditas: sicut videmus p motū solis diurnū: in die est nobis calor: & in nocte est nobis frigus.

Oppositum vult Aristo. dicet etiam in secundo de generatione. Et arguit sic ratione: in essentialiter ordinatis remoto priori remouent posteriora: sicut patet secundo metaphysice: sed intelligētie primo: & cōsequēter corpora celestia secūdario: & deinde ista inferiora sunt agentia subordinata: ergo remoto motu & actiōe celestiū vario: remouerent varij motus & actiones in istis inferioribus: que apparent modo fieri: & p cōsequēs si in istis inferioribus debēt fieri varie generationes & corruptiōes generabiliū & corruptibiliū: videt q oportet esse varios & diuersos motus celi. ¶ Pro ista questione premittēda est primo vna suppositio. Deinde ponēde sunt conclusiones.

Suppositio sit ista: quod celū agit in ista inferiora triplici instrumēto. s. motu lumine & influētia. Motu quidē: nā trahit ignē secū vna cū aere existēte vltra montes altissimos: sicut patet primo meteororū: Lumine etiam sicut patet ad experientiā: nā suo lumine calefacit ista inferiora: influentia etiā: qa in pfundo terre vbi nō attingit motus celi nec lumē: generant quedam metalla: & hoc est mediante influentia celi que est quedā qualitas spiritualis in medio sicut species albedinis vel nigredinis: que qualitas non est per se sensibilis.

Tunc sit prima conclusio. si celum cessaret a motu stante lumine & influētia: adhuc in istis inferioribus multi fierent motus & mutationes & generatiōes & corruptiones: probatur: qa ablato motu celi sed stante lumine & influētia: adhuc sol calefaceret ista inferiora: & ipsum celum influeret in ista inferiora: mediantibus quibus scilicet lumine & influentia adhuc in istis inferioribus fierent generatiōes & corruptiones: pbari etiā potest ista conclusio p secundā rationem ante oppositum. ¶ Secunda cōclusio. si celū cessaret a motu: nō tamē a lumine & influētia: adhuc eternaliter fierēt generationes & corruptiones alterationes & motus locales: imo generationes & corruptiones hominū: animaliū & plantarū: patet: qa licet sub sole esset nimia caliditas & essent oīa visibilia vsta & ex opposito esset nimia frigiditas tamen in quadris mediis esset temperamentū mediū & habitatio conueniens pro salute plantarū & animalium. ¶ Probatur hoc idem: quātum ad generationes elemētorū. s. q perpetuo fierent generationes elemētorū adinuicē: qa sub sole conuerterentur omnes aque in aerem vel in ignē: & proportiōaliter ex opposito propter frigiditatem ibi existentē: ignis & aer corrūperent: & cōuerterent in aquā: & tunc aqua ibi valde augeretur: modo naturale est quod aqua vbi est eleuatior moueat ad locū decliuiorē: & ideo illa aqua continue moueret circa terram ad locū existentē sub sole: & ille aer vel ignis generatus sub sole moueret etiā ad partē oppositā: & semper aqua sic veniens sub sole iterum conuerteretur in aerem: & aer vadens ad oppositū cōuerteretur in aquā. ¶ Tertia cōclusio. cessante motu celi: nō tamē lumine & influētia: licet fierent generationes & corruptiones in istis inferioribus: aliter tamen fierent q̄ modo fiant: nec ita vario modo fierent sicut modo fiunt: patet hoc ex eo qa sol & ceteri planete nō diuersimode applicarent istis inferioribus sicut modo applicant cum celum mouetur. ¶ Quarta conclusio. si celū nō moueret nisi vnico motu adhuc fierent generatiōes & corruptiōes in istis inferioribus: probat: qa nō minus fierent q̄ si celū quiesceret sed si celū quiesceret dicte mutatiōes adhuc fierent: sicut dicit secūda cōclusio. ¶ Quinta conclusio. & ista est pro intentione Aristo. in litera: si celum non moueretur nisi vnico motu nō fierent generationes & corruptiones tam elementorū q̄ aliorū fm illū ordinē & fm illa loca fm quē ordinē & fcōm que loca apparent nobis esse: & pmanere in hoc mūdo: pbat qa nō essent applicationes agentium celestiū ad hoc sufficiētes. ¶ Ex hac sequitur sexta cōclusio responsalis ad questionem. q si debent generatiōes & corruptiones in istis inferioribus fieri & pmanere fm ordinē & fm loca fm que apparēt fieri & pmanere: necesse est celū moueri pluribus motibus. s. motu diurno & motu obliquo: qui motus obliquus est planetarū sub zodiaco: patet: nā fm hoc sol & alij planete aliquando accedunt ad nos & aliqñ recedunt a nobis & faciūt nobis diuersitatē tēporū: scilicet hyemē & estatem & diuersitatē generationū & corruptionū in istis inferioribus.

Ad rationes. ille rationes que posite sunt ante oppositum sunt pro nobis. Ille aūt ad oppositū adducte videnē esse cōtra nos. & ideo ad istas dicatur. ¶ Primo quidē ad auctoritatē Aristo. quid sit dicendū patet ex quinta cōclusiōe. ¶ Deinde ad rationē post hoc factā que arguebat de agentibus subordinatis: nos diceremus q nulla esset simpliciter necessaria subordinatio agentium nisi ad ipsum deum: vnde ita deus si vellet potest comburere ligna si non essent corpora celestia sicut si essent.

Questio. XIII.



Exto queritur vtrum motus celi ab oriente in occidentem sit regularis: hic vnū supponitur: & aliud queritur: supponitur enim q celum mouetur. quo supposito queritur vtrū motu regulari.

Contra suppositum arguitur sic terra mouetur ab oriente in occidentem: ergo celum non sic mouetur imo quiescit: cōsequētia probatur: qa si ambo mouerent ab oriēte in occidentē cōtinue idē punctus celi eundē punctū terre eodē modo respiceret: saltē si sic mouerent eque velociter quod

quod est falsum: primo ad experientiā nā: tūc sol nobis non oriretur nec occideret: postq̄ semꝑ eandē partē terre eodem modo respiceret: nec etiā tunc fierent generationes ⁊ corruptiones in istis inferioribus: ſm illū ordinem ⁊ ſm illa loca. ſm que apparent fieri: antecedens ꝓbaẗ: q: ignis moueẗ ab oriente in occidentē: ⁊ aer similiter: ergo ⁊ terra cū aqua: cōsequentia tenet: nā nō videtur esse maior ratio neq̄ minor de istis q̄ de illis: antecedens patet per Aristo. primo meteororum. ¶ Arguitur secūdo: posito ꝙ celū esset in loco nō moueretur localiter: probo sic: naꝫ cōtinue maneret in illo loco nō mutando illum nec secundū se nec ſm suas partes: qꝺ nō ſꝫ se patet: qꝺ nō ſm suas partes probaẗ: nā medietas celi que est ex vna parte equinoctialis ita continue maneret in eodē loco sicut medietas celi que est ex alia parte equinoctialis.

Deinde arguitur ad questionem motus celi

est naturalis: ergo motus celi nō est regularis: antecedēs notum est de se: ⁊ cōsequētia ꝓbatur: q: motus naturalis est in fine velocior q̄ in principio: sed talis motus non est regularis: ex eo qꝺ motu regulari quātum ad suas partes ī equalibus partibus tēporis equalia ꝑtranseuntur spatia: talis aūt nō est velocior tā in fine q̄ in principio. ¶ Secundo aliq̄ partes celi moueẗ velocius ⁊ alique tardius: ergo totalis motus celi videẗ esse difformis: ⁊ ꝑ cōsequens nō regularis: consequētia tenet: antecedens probaẗ: naꝫ partes celi prope polos mouentur tardius q̄ partes celi ꝓpe equinoctialem qꝺ patet: q: in equalibus temporibus minores circulos describunt. ¶ Tertio. stelle deferunẗ in celo tanq̄ infixe ei: ⁊ iō si stelle mouentur irregulariter: tūc etiā celum moueẗ irregulariter: sed stelle moueuẗ irregulariter: pꝫ de luna ⁊ aliis planetis: qui aliquādo moueuẗ velocius ⁊ aliqñ tardius: ꝓpter quod astrologi dicunt planetas esse aliqñ directos: aliquādo retrogrados: aliquando stationarios.

Oppositum probat Aristoteles in litera.

¶ In ista questione primo exponēdi sunt quidam termini. Secundo videndum est de supposito in questione. Tertio videndum de quesito.

Quantum ad primum sciendum est quod

differentia est inter motū regularem ⁊ vniformē: nam vniformitas motus attenditur quantū ad partes mobilis: ita qꝺ ille motus dicitur vniformis quo moueẗ aliqꝺ mobile: cuius vna pars mouetur ita velociter sicut alia: sicut si lapis aliqs descenderet: nō obstante ꝙ ille motus in fine esset velocior q̄ in principio. Motus autē diciẗ difformis cuius vna pars mouetur velocius ⁊ alia tardius: sicut esset motus rote: partes enim eius circa axem non mouentur ita velociter sicut ꝑtes circa circūferentiam: licet bene ille partes eque velociter circueant. Et ideo non est inconueniens aliquē motuꝫ esse motum difformē: ⁊ tamē esse circulationē vniformem. Regularitas autē motus attenditur ex parte tēporis: ita ꝙ motus ille diciẗ regularis quando ipsum mobile moueẗ eque velociter in vna parte temporis sicut in alia: sed ille motus diciẗ irregularis quo moueẗ aliqꝺ mobile qꝺ in vna parte moueẗ velocius ⁊ in alia tardius. Verūtamē sciendū est ꝙ aliq̄ distinguunt de vniformitate motus: dicētes ꝙ pōt attendi vel ex parte partiū mobilis vel ex parte partiū tꝑis. Uniformitas primo modo dicta est omnino eadem cū vniformitate distincta cōtra regularitatē: sed vniformitas scꝺo modo dicta est eadē cū regularitate. Sed illi nō vtunẗ ita ꝓprie vniformitate sicut nos vtimur ſm dictas descriptiōes. ¶ Ulterius sciēdū est qꝺ nō est incōueniens aliquem motum esse vniformē ⁊ nō esse regularem: patet de motu grauis deorsuꝫ in medio vniformi: quod mouetur vniformiter: q: vna eius ꝑs moueẗ ita velociter sicut alia: ⁊ tamē nō mouetur regulariter: quia mouetur in fine velocius q̄ in principio. Similiter nō est incōueniens aliquē motū esse regularē: ⁊ tamē nō esse vniformem: patet de rota que in equalibus partibus tꝑis equalia spatia describeret talis enim motus rote esset regularis nō tamen vniformis postq̄ partes illius rote centrales nō mouerenẗ ita velociter sicut partes circūferētiales. Similiter non est inconueniēs aliquē motū simul esse vniformē ⁊ regularem: sicut si aliqꝺ graue descenderet in aliquo medio sic ꝓportionato ex parte resistentie: qꝺ illud graue in equalibus partibus tēporis equalia ꝑtrāsiret spatia: tunc enim motus illius grauis esset vniformis ⁊ regularis simul. ¶ Ulterius sciendum est qꝺ in celo motus potest dici simplex vel cōpositus: ⁊ vocatur motus circularis simplex: quia est vnius mobilis cōtinui ⁊ super eosdem polos ⁊ ab vno motore circūscripto omni motu preterq̄ suꝑ illos polos. Sed motus compositus diciẗ resultans ex aggregatione pluriū motuuꝫ simplicium in eodem mobili suꝑ diuersos polos a diuersis motoribus. Et iste motus cōpositus in ipsis planetis est ille qui nobis apparet. Simplices autē non apparent nobis distincti ab inuicem nisi per ratiocinationem.

Quantum ad secundum: sciendū est quod

quidam antiquorum erāt opinionis qꝺ terra moueretur ab occidente in orientem: complendo in die naturali vnā circulationē: ⁊ qꝺ celum quiesceret: ⁊ ꝑ hoc crediderunt posse saluare apparentia illa que nos saluamus ex motu celi: sicut ꝙ sol aliquando est nobis in oriente: aliquando in medio celi: aliquando in occidente: aliquādo in angulo noctis: credentes terram se habere sicut assaturam: ⁊ solē sicut ignē assantem: modo sicut ignis nō mouetur circa assaturā: sed assatura mouetur circa ignem: ita dixerunt solem non moueri circa terram. sed magis terrā circa solem: ꝓpter hoc ꝙ terra indiget sole: ⁊ non econuerso. ¶ Quantum ad opinionem istam pono aliquas cōclusiones: quarū prima sit ista: terra nō mouetur ab occidente in orientē motu diurno nec econuerso: ꝓbatur: nā si sic sequereẗ ꝙ esset difficilius ire contra occidentem q̄ ꝯ orientem: quod est cōtra experientiam: probaẗ consequentia: nam ex quo terra moueẗ ab occidente versus orientem ⁊ aer cum ea simul: tunc qui ambularet ꝯ occidentē haberet aerem contra se motum: qui autē contra orientem moueretur cū aere moto: sed difficilius esset moueri ꝯ aerē motum q̄ cum aere moto. ⁊ ita difficilius esset proiicere lapidem contra occidentē q̄ cōtra orientē. ¶ Secundo. sequereẗ qꝺ aues nō possent bene volare cōtra oriētē: quia aer insequēs tantum eleuaret pennas earū qꝺ nō possent bene volare: vnde videmus ꝙ aues non volant cum vento: sed cōtra vētuꝫ. ¶ Tertio sequeretur qꝺ proiectum directe sursum nō econuerso caderet ad locum a quo incepit moueri: qꝺ est falsum cōsequentia tenet: nā interim ꝙ graue proiiceret sursum terra vlterius moueret: ⁊ sic in descendendo directe nō caderet suꝑ partē terre sibi suppositā tunc cū incepit moueri. ¶ Secunda conclusio. si terra sic moueret ab occidēte in orienteꝫ bene possemus ex hoc saluare aliqua que nobis apparent ex motu celi: sicut ortum ⁊ occasum solis ⁊ stellarum: patet hoc nā sicut iam sol nobis in termino nostri orizontis existens cōtinue ascendit plus ⁊ plus suꝑ nostrū orizontē vsq̄ ad mediū celi: ⁊ tunc ad occidentē: ⁊ tunc ad angulū noctis moueẗ: ita si sol quiesceret: ⁊ terra moueret ab occidente versus oriētē: ⁊ nos vna cū ea: sol continue magis nobis ⁊ magis eleuareẗ tandiu ꝙ appareret in medio celi: ⁊ tunc ꝑ vlteriorē motum appareret nobis declinare ad occidentem: ⁊ sic tandē iterū appareret nobis in oriente. ¶ Tertia conclusio. non omnia apparentia in celo possent saluari ꝑ quietē celi: ⁊ talem motum diurnū terre: ꝓbaẗ nā ꝑ quietē celi ⁊ motū talē diurnū terre nō possent saluari oppositiōes ⁊ cōiunctiōes planetarꝫ ⁊ distantie eorū: aliqñ maiores: ⁊ aliqñ minores a stellis fixis vnde ad saluanduꝫ ista oportet ponere celū moueri. Ex his concludi potest ꝙ celum circulariter mouetur.

Quantum ad tertium articulum sit prima

conclusio ista: motus ipsius celi non est vniformis probaẗ ex eo ꝙ nō oēs ꝑtes celi mouentur eque velociter. partes enim celi circa equinoctialem moueẗ velocius q̄ partes celi circa polos: ex eo ꝙ in equalibus partibus tēporis maius spatium lineale describunt: puta maiorē circunferentiam circa axem mundi: cōsequētia tenet ꝑ diffinitionē motus vniformis. ¶ Secunda conclusio. nullus motus simplex in celo est irregularis: ita ꝙ nec celuꝫ nec aliquod astrū nec aliqua ꝑs celi mouetur velocius in vno tꝑe q̄ in alio: ⁊ hoc motu simplici. s. circunscriptis aliis motibus. Et hoc ꝓbat Aristo. sic primo quia oīs motus qui aliquādo est velocior aliquando tardior: vel ille est velocior in principio sicut est motus violentus: vel ille est velocior in fine sicut est motus naturalis grauium ⁊ leuium: vel est velocior in medio sicut est motus animalis: sed motus celi nec est velocior in principio nec in fine nec in medio: cum nec habeat principiuꝫ neq̄ finem neq̄ me-

dium: propter sui eternitatem et celi sphericitatem in quo nec est assignare principium neqꝫ finē neqꝫ medium. ¶ Secūdo ꝙ irregularitas motus nō pōt venire nisi ꝓpter mutationē mobilis aut motoris: modo mobile puta celū est inalterabile. Similiter motor mouens celū est immutabilis sicut intelligentia: ergo non est vnde potest velocitas celi variari.
¶ Tertia conclusio. motus celi simplex est circularis vniformis: non obstāte ꝙ nō est motus vniformis quēadmodū dicit prima cōclusio huius articuli. Probatur: nam ex quo motus celi simplex est regularis: tunc partes eius in equalibus partibus temporis equales describunt angulos circa axem mundi: et hoc sufficit ad circulationē vniformem. ¶ Quarta conclusio. motus in celo vel in aliqua parte eius cōpositus ex pluribus pōt esse irregularis: patet hoc de motibus planetarū: qui aliquando mouentur velocius: aliquando tardius p aggregationē plurū motuū in suis orbibus in tantū ꝙ astrologi sicut arguebaꝛ ante oppositū dicunt eos esse aliquando retrogrados aliquando stationarios aliquando directos: aliquādo processiuos.

Ad rationes. Ad primam nego quod terra mouetur ab oriente in occidentem. Et quādo dicebaꝛ de igne et aere sup altissimos montes: bene concedo qꝺ moueanꝛ vna cū celo ab oriente in occidentem: quia sunt ita prope celū quod virtute influētie celestis possunt sic moueri: sed hoc nō oportet de terra ꝓpter magnā eius distantiam a celo. ¶ Ad secūdam: illa bene probat ꝙ celum nō moueꝛ motu recto: cū quo bene stat ꝙ mouetur motu circulari nec est incōueniens aliquid moueri motu circulari: et continue secundum se totū cathegorematice nō mutare locū: sꝫ sufficit ꝙ mutet locū ꝫm suas partes. vel mutar et si esset in loco. ¶ Et qñ dicebaꝛ: videtur ꝙ celū adhuc si esset in loco nō mutaret locū ꝫm suas medietates: quarū vna est ex vna parte equinoctialis: et alia et alia: hoc ꝯceditur: cū quo tamē stat ꝙ mutaret locū scꝺm partes eius assignatas ꝫm aliā diuisionem: vt si imaginaremur celum diuidi ꝫm coluros.

Deinde respondeatur ad rationes factas ad questionem. ¶ Ad primam dico quod non oportet omnē motum naturalem in fine esse velociorem: sed solum hoc est verum de motu naturali locali recto. ¶ Ad secūdam: illa bene probat quod motus celi non est vniformis: cum quo bene stat qꝺ est regularis. ¶ Ad tertiam: illa vadit pro vltima cōclusione secundi articuli.

Questio. XIIII.



Queritur septimo vtrū sphere celestes sicut sunt sphere planetarum pluribus moueātur motibus. s. ab oriente in occidentem motu diurno: et ab occidente in orientem motu proprio. Et arguitur primo qꝺ non. naꝫ tales diuersi motꝰ vel essent eque fortes et eque veloces vel vnus esset velocior et alter tardior: si essent eque veloces: tūc cōtinue planete manerent in eodem situ et aspectu ad nos: sꝫ hoc est falsum: consequentia probatur a simili: nam si aliqua musca ascendat super aliquā lanceā aliqua velocitate: et lancea interim descendat ꝺcise equali velocitate: musca nō mutauit situm nec aspectum ad aliquod quiescens: sed continue habebit se simili modo et non aliter ad tale quiescens. Si autem dicatur ꝙ motus ipsorū orbium planetarū quorū aliqui sunt ad vnā partē et aliqui ad aliā sic se habent ꝙ vnꝰ est velocior alio: capiam ergo sphaeram solis: et quero vtrū velocius moueatur ab oriente in occidentē motu diurno vel velocius ab occidente in orientem motu ꝓprio. Si dicatur primū tūc nō mouetur nisi motu diurno: ꝓbatur sic in simili de musca mota sup lancea: nā si descēsus lancee sit velocior: musca nō dicitur ascendere sed descendere: solum aliter enim idē simul moueretur motibus cōtrariis. Si aūt motus ꝓprius sphere solis esset velocior motu diurno eiusdē: tunc ꝓpter consimilem rationē non diceretur moueri vt videtur nisi motu proprio: qꝺ tamen est falsum. ¶ Et confirmaꝛ hoc: nam sphera solis quasi omni die naturali facit vnā reuolutionem motu diurno: vbi in vno integro anno non facit nisi vnā reuolutionem motu ꝓprio: ergo nō pōt dici ꝙ motus ꝓprius sphere solis sit velocior motu diurno eiusdē. ¶ Sc̄ꝺo. impossibile est idē simul moueri pluribus motibus localibus: ergo questio falsa: cōsequētia tenet: antecedens probo: quia impossibile est idē corpus simul esse in diuersis locis: et quia diuersi motus locales sunt ad diuersa loca videtur etiā ꝙ impossibile sit idē corpus simul et eque primo moueri ad diuersa loca: sed si mouetur ad diuersa loca prius tamen mouetur ad vnū et postea ad aliud. ¶ Tertio. si questio esset vera sequeretur ꝙ vnus illorū motuū esset tali orbi naturalis: et alter violentus: et sic ille alter non diu duraret in tali orbe: cum nullum violentum diu duret primo huius: sed cōsequens est falsum: nam omnibus motibus qui nunc sunt in celo semper consimiles erant in eodē et semper erunt supposita eternitate mundi: cōsequētia probaꝛ ex eo ꝙ ostensum est primo huius: vnius corporis simplicis nō esse nisi vnū motū naturalem simplicē: cū ergo sphere celestes sint corpora naturalia simplicia: neutra earū habebit plus ꝙ vnū motū sibi naturalem simplicem: et ideo si aliquis alter ei inest videtur ei inesse violenter.

Oppositum vult Arist. in litera: et similiter vult Ptolemeus et alij astrologi ꝗplures. ¶ In ista questione primo recitanda est vna opinio de quesito cū eius improbatione. Secundo respondendum est ad quesitum.

Quantum ad primum: sciendum est quod erat vna opinio. s. alpetragij ꝙ omnes orbes celestes mouerentur ab oriente in occidentem: et ꝙ nullus orbiū celestiū moueretur ab occidente in orientē: vnde imaginabatur qꝺ in die naturali primū mobile faceret vnā cōpletam reuolutionem sup polos mundi ab oriente in occidentē: et qꝺ interim etiam orbes planetaꝝ mouerenꝛ ab oriente in occidentē super aliis tamen polis: suos motus incurtando in tantū ꝙ orbis saturni in die naturali tantū deficit ꝙ nō facit vnā cōpletā circuitionē quod in triginta vel tredecim annis facit vnā reuolutionē minus ꝗ primū mobile. sed orbis iouis: qui est remotior a primo mobili plus deficit in die naturali ꝙ nō faciat vnā completam circuitionem: in tantū ꝙ in minori tēpore ꝗ saturnus facit vnā reuolutionē minus ꝗ primū mobile: et proportionaliter suo modo dicit de orbe martis et alijs orbibus planetarum. vnde motus solis ab oriente in occidentem tantum incurtatur a motu primi mobilis ꝙ in vno anno facit vnā reuolutionē minus ꝗ primū mobile: sed orbis lune qui est infimus orbiū planetarum et maxime distans a primo mobili in tantū incurtatur in suo motu ab oriente in occidentem ꝙ in vno mense facit vnā circuitionē minus ꝗ primum mobile: ita qꝺ ille imaginatur ꝙ ꝫm orbes planetarum plus distāt a primo mobili ꝫm hoc plus suos motus ab oriente in occidentem incurtant: propter hoc qꝺ omnis virtus finita ab aliquo agēte deriuata fortior est propinqua ꝗ remota: et ideo orbes propinquiores orbi primo velocius ab oriente ad occidentē mouentur et remotiores tardius: et vlterius dicit ꝙ ꝓpter huiusmodi incurtationem apparet sensui qꝺ orbes planetarū moueantur contra motū primi mobilis: et declarat hoc exēplo: nam cū duo homines mouentur: nō eque velociter ad idem vbi: videtur alicui longe distanti qꝺ tardior ad vbi cōtrariū moueatur a quo velocior recedere dignoscitur. ¶ Sed breuiter ista opinio est contra opinionē Ptolemei et omniū astrologorū: et pōt contra ipsam argui duabus rationibus. ¶ Prima est. si non esset in motibus orbium nisi differentia incurtationis tunc venus et mercurius certis tēporibus deberent esse oppositi radijs solis qꝺ nunꝗ visum est: vel enim sunt sub radijs solaribus vel sunt vespertini vel matutini. vnde scꝺm alphraganum in libro suo triginta differentiarū: differentia quinta decima ad plus venus a sole elongaꝛ quadraginta octo gradus: et mercurius per. xxvi. ¶ Secunda ratio nā tunc ꝫm proportionē distantie orbium planetarū a primo mobili deberet esse proportio incurtationis: qꝺ falsum est: cū sol venus et mercurius in suis differentibus quasi equaliter moueantur. luna aūt multum inequaliter. cū tamen mercurius sequatur immediate.

Quantum ad secundum sciendū est quod aliquid moueri simul pluribus motibus circularibꝰ pōt intelligi duobꝰ modis. vno mō sup eisdē polis: alio modo sup diuersis polis. ¶ Tūc sit prima cōclusio impossibile est eūdē orbē moueri ab oriente in occidētē: et cū hoc ab occidente in orientē sup eisdē polis: istā ꝯclusionē sufficiēter ꝓbāt prima et scꝺa rōnes posite aꝺ oppositū. ¶ Scꝺa cōclusio. orbes planetarum

netarum mouentur ab oriente in occidentē sup polis mūdi: et cū hoc ab occidēte versus orientē super alijs tamē polis: probatur: primo ꝙ moueant̄ ab oriente ad occidentē notum est ad experientiā: sed secūda pars ꝓbat̄: q2 nos videm⁹ qꝺ si aliquis planeta mō est in ariete postea est i tauro ⁊ postea in signo geminorū et sic de alijs signis zodiaci: sed hoc non pōt saluari nisi ꝑ motū planetarū ad orientē vel ꝑ incurtationē suorū motuū ab oriēte in occidentē. nō secundū: si dicat̄ primū: cū hoc non possit saluari sup eisdē polis sup qb⁹ mouentur ab oriente in occidētē ꝑ ꝓcedētē cōclusionē: opꝫ ꝙ hoc sit sup alijs polis: et hoc dicit secūda pars conclusionis. ex hoc ptꝫ responsio ad questionē. s. ꝙ orbes planetaruꝫ simul et semel mouent̄ plurib⁹ motib⁹. s. ab oriente in occidētē ꝑ meridiē: et ab occidēte etiā per meridiē in orientē: licet tamen super alijs ⁊ alijs polis. ¶ Sed sciendum est qꝺ isti motus non prou- niunt ab eadē intelligētia: Sed imaginandum est ꝙ orbes planetarū mouentur ab oriente in occidentem ex influentia quam recipiunt a primo mobili. et cum hoc quilibet orbis planete habet intelligentiam sibi appropriatam que mouet ipsum ab occidente in orientem. et ille motus est illi orbi proprius.

Ad rationes. Prima et secūda vadūt pro prima conclusione secundi articuli. ¶ Ad tertiaꝫ dico quod non oportet ꝙ si alicui mobili insunt plures motus locales: quod si vnus illorū sit et naturalis ꝙ aliter sit et violentus: sed sufficit quod ei insit preter naturam.

Questio.XV.



Queritur octauo circa dictam materiam de motu corporum celestium: vtrum corpora celestia suis motib⁹ causent sonū. et videtur quod sic: q2 sunt corpora magna ⁊ solida nō cōdēsabilia nec rarefactibilia: ergo confricatione eorum adinuicem per suū motū videntur causare sonū q2 sic videmus fieri in alijs corporib⁹. ¶ Secūdo. quia ex motu violēto corporū solidorū causatur son⁹: modo primū mobile videt̄ violenter rapere secū orbes planetarū: ergo ex tali violentia videt̄ causari sonus ¶ Tertio. nā videmus hic inferius qꝺ corpora velociter mota causant sonum: sicut patet de virga velociter percussa ad aereꝫ: sed q2 celū velocissime mouet̄ videt̄ vtiqꝫ suo motu causare sonuꝫ. ¶ Quarto arguitur. ad idē autoritate antiquoruꝫ qui talē sonum vocant musicam mundanam.

Oppositum volunt Aristote. et Commentator secūdo huius. ¶ In ista questione primo vidēde sunt de hoc opiniones antiquorum. Secūdo respōdendū est ad questionem secundum intentionem Aristotelis.

Quantum ad primum sciendum est quod de ista questione fuit vna opinio: sicut tangit Aristo. in litera: quod corpora celestia causarēt armoniā suo motu: ⁊ hoc posuerūt multi philosophi: sicut est pythagoras: plato: tullius: macrobius: ⁊ probāt hoc rationib⁹ ante oppositū positis. vnde dixit macrobi⁹ ꝙ secunduꝫ hoc theologi illi⁹ tpis posuerūt nouē musas ita ꝙ octaua erat celū stellarū. et alie erant septē orbes planetarū: ⁊ nona aggregatū ex illis orbibus cōtinēs totā illā consonantiā. ¶ Scđo de hoc dixit plato ꝙ in singulis celestib⁹ orbib⁹ site sunt syrenes. i. decātatores laudis dei. vnde syren grece idē est qꝺ deo canēs latine. ¶ Tertio de hoc dixerūt pythagoras et tulli⁹ volētes reddere causam quare anima delectet̄ in musica: dicūt qꝺ hoc est ideo: q2 anima originem sumpsit ex celo: vbi est musica: ⁊ ideo delectat̄ in musica q2 tunc quodā modo rememorat̄ de illa musica celesti dulcissima. et qn̄ dicebat̄ istis bonis antiquis patrib⁹ cur nō audim⁹ talē sonū: dicerēt ꝙ ꝓpter consuetudinē illū sonū nō ꝑcipim⁹. recte sicut fabri ꝓpter ꝯsuetudinē audiēdi sonū malleorū illū sonū nō ita ꝑcipiūt sicut nō assueti: qꝺ patet: q2 nō obstāte tali sono fabri loquuntur adinuicem: nec impediunt̄ ꝑ talē sonū: ꝙ tñ nō esset de alijs qui nō essent assueti hmōi audire sonū: silr sic est de illis qui morantur circa strepitū aquarū: illi etiā propter consuetudinem audiendi i lum sonum non sic iudicant de eo nec sic impediunt̄ per ipsum queadmodū faciunt illi qui talē sonū audire nō sunt assueti. ¶ Aliter posset dici supponendo qꝺ sonus est quedā qualitas in corporibus sonantibus et non qualitas existens in aere medio: q2 si esset qualitas realiter existens in medio: tunc perueniret ad sensum et superponeretur auditui et non fieret sensatio: et ideo sicut dicimus de colore ꝙ est qualitas nō existēs in medio realiter sed multiplicat speciē suā ⁊ similitudinē vsqꝫ ad visum sic videretur dicendum de sono ꝙ esset qualitas existēs in corporibus sonantibus. ⁊ nō audiret̄ nisi per speciē eius multiplicatā per mediū vsqꝫ ad auditū. ¶ Secundo supponeret̄ ꝙ sicut ad hoc ꝙ species colorum multiplicet̄ in medio requirit̄ lumen existens in medio tanqꝫ disp sitio disponēs mediū ad recipiendū species visibiles sic ad hoc ꝙ sonus multiplicet speciem suā per mediū requirit̄ ꝙ aer circunstet corpora sonantia et sit tremibilis ad hoc. ꝙ per ipsum possit multiplicari species soni: et tunc dicerent ꝙ in corporibus celestib⁹ esset sonus: sed nō audiretur: propter hoc ꝙ aer contiguus ipsis non tremit: et ideo species illi⁹ soni non multiplicatur ꝑ ipsum vsqꝫ ad nos. Quod aer contiguus eis nō tremat: patet: q2 ipsa suo motu non mouent aerem motu saltem tremoris. ¶ Contra istā opinionē licet non possit demonstrari: tamē contra ipsaꝫ potest argui taliter qualiter. Primo q2 si corpora celestia facerent talē sonū: ille vtiqꝫ variaret̄ sicut velocitates et tarditates in corporibus celestibus variant̄: et si sic vtiqꝫ son⁹ qui modo esset talis qualis sonus ꝓcedens non erat: a nobis deberet percipi ex eo ꝙ audire talē nō essemus assueti. ¶ Secundo q2 bene ꝑcipimus sonos minores: ergo magis debem⁹ percipere illos. Tertio. q2 talis sonus est ita magnus ꝙ destrueret omnia ista hic inferi⁹. ¶ Quarto. maxime destrueret organū audit⁹: cū excellens sensibile corrūpat sensum imo bene minores soni ꝙ̄ essent illi sunt destructiui organi audit⁹: ergo magis illi. ¶ Quinto arguitur cōtra idem ex causis soni: q2 ibi nō fit violenta confricatio: ex eo ꝙ corpora celestia sunt simpliciter plana ⁊ lenia: et tamē violenta confricatio requiritur ad hoc ꝙ corpora suo motu causent sonum.

Quantum ad secundum pono vnicam conclusionem responsalem ad questionem secundū opinionem Aristo. ꝙ corpora celestia in mundo nō faciunt sonum: probatur: nā frustra esset ibi talis son⁹: ex quo toto tēpore eterno talis sonus non audiretur: probatur etiam per rationes improbantes opinionem recitatam.

Tunc ad rationes. ad primā dico quod licet corpora celestia sint corpora magna et solida: tamē nō est ibi aliqua ꝑcussio vel expulsio aeris q̄ reqrit̄ ad sonū. Et si dicat̄ ꝙ talis expulsio aeris solū reqrat̄ ad multiplicādum speciē ⁊ nō ad gñationē soni: hoc nō valet: q2 sic ego possū dicere cōsili rōne ꝙ in quolibet corpore q̄escēte esset sonus sed nō audiret̄: q2 tale corp⁹ q̄escēs nō moueret aerē ꝓpe se motu tremoris q̄ q̄dē tremor reqrit̄ ad hoc ꝙ son⁹ audiat̄ ꝑ speciē suā multiplicatā ꝑ aerē sic tremētē. ¶ Ad secundā. nego ꝙ vn⁹ orbis rapit violēter aliū vn̄ ibi nō est aliqs rapt⁹ vni⁹ orbis ꝑ aliū: ex eo ꝙ corpa celestia sunt lenia secundū eorum supficies intātū ꝙ ibi deficit illud quo vnus orbis posset se tenere ad aliū quo vnus raperet alium. ¶ Ad tertiā. dico ꝙ verū est ꝙ motus ꝓpter sui velocitatē causet sonū. dūtamē ibi etiā adsint alia reqsita ad generationē soni: sicut confricatio: aeris expulsio ⁊ cōsilia: sed illa deficiūt in motu corporū celestiū. ¶ Ad quartā dico ꝙ illi boni āntiqui patres fuerunt illius opinionis. Aristo. autem fuit alterius.

Questio.XVI.



Queritur nono vtrum orbes inferiores planetarum velocius debeant moueri motibus proprijs quam orbes superiores: vt verbigratia orbis iouis velocius debeat moueri motu proprio quam orbis saturni: et orbis martis velocius ꝙ̄ orbis iouis: et sic consequenter. Et arguitur primo ꝙ nō: nā primū mobile. s. orbis suprem⁹ velocissime mouet̄ motu ꝓprio. s. ab oriēte i occidētē sup polos mundi: qꝺ nō eēt nisi velocissime moueri seu velocit̄ moueri argueret ꝑfectionē i orbib⁹ celestib⁹. tūc sic: quāto orbes sūt supio-

res tanto sunt nobiliores et tanto velocius debent moueri motib⁹ proprijs:ergo orbes planetarū superiores velocius debent moueri motibus ꝓprijs q̃ orbes inferiores:⁊ ꝑ cōsequens orbis saturni veloci⁹ mouet̄ vel: deberet moueri motu proprio q̃ orbis iouis:cuius oppositū querit q̄stio. ❡Secundo. de orbibus celestib⁹ videt̄ esse imaginandū proportionaliter sicut de corporib⁹ infra sphērā lune:sed sic est de corpib⁹ īfra sphērā lune:ꝙ maiora veloci⁹ mouētur:pȝ hoc:nā equ⁹ veloci⁹ mouet̄ q̃ formica:⁊ magn⁹ lapis veloci⁹ mouetur vel descendit q̃ paruus:ergo similiter videt̄ ꝙ orbes maiores debeāt moueri veloci⁹ sed hi sunt orbes superiores ergo ⁊c. ❡Tertio. sphere mercurij ⁊ veneris sunt inferiores sphera solis:⁊ tamē nō mouent̄ velocius:nam ille tres sphere equale tēpus apponūt ad pficiendū suas circuitiones. s. vnum annū:ergo non est vl'r verū ꝙ orbes inferiores velocius mouentur motibus proprijs q̃ superiores.

Oppositum vult Aristote. et alij astrologi qui dicunt:saturnus cōplet suam circulationem motu proprio lōgiori tēpore q̃ iupiter:⁊ iupiter in longiori tēpore q̃ mars:⁊ mars in lōgiori tēpore q̃ sol:ex quo sequitur ꝙ sphere inferiores velocius cōplent suas circulatiōes q̃ superiores:cū iupiter sit sub saturno:et mars sub ioue:sicut sol sub marte. ❡Pro ista questione sit prima conclusio ista:qꝺ ista cōsequētia nō valet:orbis iouis citius pficit suā circuitionē q̃ orbis saturni:ergo orbis iouis veloci⁹ mouetur q̃ orbis saturni:pbat̄ ex eo ꝙ penes aliud mensurat̄ ⁊ cognoscit̄ velocitas circuitionis ⁊ penes aliud velocitas motus:et ideo magna est differentia inter moueri velocius ⁊ circuire velocius:nā partes circūferentiales alicuius circuli moti circa centrū suū quiescens mouent̄ velocius q̃ partes centrales et tamen non circueunt velocius. ❡Secūda cōclusio. aliq orbes inferiores aliquib⁹ orbibus superiorib⁹ veloci⁹ complent suas circuitiones motibus ꝓprijs:patet:nā docet experientia iouē citius circuire centrū mundi eundo de signo in signum q̃ saturnū:⁊ mars circuit citius ioue:⁊ sol citius marte:et luna citius sole. ❡Tertia cōclusio. non oportet ꝙ quāto orbes planetarū sunt inferiores tāto veloci⁹ cōpleāt suas circuitiones:⁊ semp intelligit̄ de motib⁹ ꝓprijs:patet de venere et de mercurio qui sunt inferiores sole:et tamē nō cōplēt suas circuitiones tardi⁹:⁊ si modico tardius vel velocius hoc tamē non est secundū illā proportionē secundū quā sunt inferiores. ❡De eo autē quare orbes inferiores orbibus superiorib⁹ suas complēt circuitiones velocius sunt opiniones. ❡Prima est opinio que imaginat̄ ꝙ hoc sit propter maioritatē resistentie. Unde q: orbes planetarū mouētur plurib⁹ motib⁹ scilicet motu diurno ⁊ motu in obliquo circulo:⁊ quia motus diurnus maiorē habet virtutē in orbibus superiorib⁹ q̃ inferiorib⁹:ideo magis retardat motū orbium superiorū q̃ inferiorū:⁊ maiorē ibi facit resistentiā q̃ facit in orbibus inferiorib⁹:ꝓpter hoc ꝙ motus diurnus et motus orbiū planetarū in obliquo circulo sunt ad diuersas differentias positionis:cū autē motus diurnus maiorē faciat resistētiā in orbibus planetarū superiorib⁹ q̃ inferioribus videtur esse eo ꝙ orbes planetarū superiores sunt ꝓpinquiores primo mobili qꝺ ex se mouetur motu diurno et suo motu mouet alios orbes inferiores ꝯsimili motu. ❡Sȝ breuiter istud non potest stare:q: in celo nō est aliqua talis resistētia seu impedimentū:nā illa esset ratione cōtrarietatis vel cōtrarie inclinatiōis:modo in celo nō videtur esse talis cōtrarietas. Et ex alio:nā pri⁹ ꝓbatū est motui circulari nō esse aliū motū cōtrariū:⁊ ꝑ cōsequēs motus diurn⁹ motui planetarum in obliquo circulo nō est cōtrarius:nec resistēs nec impediēs aliquo modo motū planetarum ꝓpriū. ❡Alia opinio imaginat̄ ꝙ causa quare orbes planetarum superiores tardi⁹ cōplent suas circuitiones est propter magnitudinē orbiū. Unde nō obstante ꝙ intelligētie orbiū superiorū sunt maioris virtutis et maioris perfectionis q̃ intelligentie orbiū inferiorū:tamē q: habent reuoluere orbes multo maiores q̃ sunt orbes planetarū inferiorū inde est qꝺ reuoluunt eos tardi⁹:verbi gratia:intelligētia orbis saturni est multū maioris perfectionis q̃ intelligētia orbis lune. Et ideo bene concederē si orbis saturni esset ita paruus sicut orbis lune quod sua intelligentia multū citius ipsuȝ reuolueret quam reuoluatur orbis lune. Et etiam si orbis saturni haberet consimilē proportionē in magnitudine ad orbem lune qualē habet proportionē intelligētia orbis saturni in pfectione ad intelligentiā orbis lune:tunc eque velociter precise orbis saturni ⁊ orbis lune reuoluerentur:Sed q: orbis saturni ad orbē lune multo maiorē habet proportionē in magnitudine q̃ habeat intelligentia orbis saturni ad intelligētiā orbis lune in perfectione:inde est ꝙ multo tardi⁹ reuoluitur orbis saturni q̃ orbis lune:et hoc motu proprio:non obstante ꝙ sua intelligētia est maioris perfectionis q̃ intelligentia orbis lune:ita ꝙ finaliter ista opinio imaginat̄ causaȝ questionis proposite scilicet quod vnus orbis planete reuoluitur tardi⁹ et alter veloci⁹ esse determinatū excessum intelligentiarū inuicē in vigore:cōbinando adinuicem magnitudines mobiliū et velocitates circulationū:cū enīȝ virtus intelligentie mouentis sic terminata ipsa nō moueret quātūcunq; mobile nec quacunq; velocitate licet nulla esset resistentia:quod patet in simili de lucido finite potentie quod nō illuminat diaphanū in infini:tū licet non sit resistentia in ipso diaphano. ita etiā in proposito imaginanduȝ est:licet in orbibus non sit resistentia ad intelligentiā mouētem:tamen quia sunt finite potentie non mouent orbes quātūcūq; magnos q̃tacūq; velocitate motu reuolutiōis ⁊ circuitionis. ❡De orbibus autē solis:veneris et mercurij:qui eque velociter reuoluuntur. dico ꝙ hoc est ꝓpter hoc qꝺ ibi eadē est ꝓportio perfectionis intelligentiarū adinuicē:qualis est ꝓportio magnitudinū suorū orbiū adinuicē quos mouent:ita ꝙ qualē proportionē habet orbis solis ad orbē veneris in magnitudine talē etiā ꝓportionē habet intelligentia orbis solis ad intelligentiā orbis veneris in pfectione:⁊ ideo ita cito sicut intelligentia solis reuoluit suū orbem magnum:intelligentia veneris minoris perfectionis reuoluit suū orbē minoris magnitudinis:⁊ mercuri⁹ similiter suum. Sed quia quantū ad alios orbes planetarū non est consimilis proportio perfectionis intelligentiarū adinuiceȝ qualis est proportio magnitudinū orbiū adinuicē:inde est ꝙ illi orbes a suis intelligētijs dissimiliter reuoluuntur.

Ad rationes prime duc bene probāt quod orbes planetarū superiorū mouent̄ velocius q̃ inferiorum:sed propter hoc non oportet qꝺ reuoluant̄ et circueāt velocius. vnde si essent duo homines. s. sortes ⁊ plato:⁊ sortes deberet circuire ecclesiā nostre domine:et plato villā parisiensem:possibile esset platonē in centuplo velocius moueri q̃ sortē:et tamē sortes citius cōpleret suā circuitionē q̃ plato. De tertia ratione quid sit dicendum patet ex questione.

Questio. XVII.



Queritur decimo:vtrum sol et luna paucioribus debeant moueri motib⁹ q̃ alij planete. Et arguitur primo qꝺ nō:q: naturalia debent esse rationabiliter ordinata:et quia suprema sphera vno solo motu mouetur:rationabile est quod sphere quanto sunt sibi propinquiores tanto paucioribus moueantur motibus:et ideo videtur qꝺ sphera immediate post supremā debeat moueri duob⁹ motib⁹:⁊ tertia trib⁹:⁊ sic vlteri⁹. ❡Scđo. corp⁹ nobili⁹ plures debet habere operatiōes. vñ hō plures habet operationes quam brutum:et brutū plures q̃ planta:sed sol est nobilior planeta q̃ ven⁹ et mercurius:ergo etiā debet habere plures motus q̃ habeat venus et mercurius.

Oppositum volunt Aristote. et similiter astrologi.

De ista questione quātum ad quia est non dubitatur in proposito:imo presupponitur ꝙ sol ⁊ luna paucioribus mouent̄ motib⁹ q̃ alij planete. hoc p̄supposito dubitatur ꝓpter qđ ita sit. Istā dubitationē nitit̄ soluere Arist. in litera:⁊ est cōsimilis dubitatio huic:cū princeps habeat paucā actionē quare qui sunt sibi ꝓpinqui sicut p̄positi vel ballivi habēt valde multiplices actiones:⁊ iteruȝ burgenses qui sunt remoti⁹ ab ipso habent pauciores actiones:in hoc enī non videt̄ esse ordo conueniens. Cōsimiliter dubitatur cum primū mobile habeat vnicā actionē siue vnicū motum:q̄ño erit qꝺ saturnus iuppiter et mars qui post sequūtur:habent

tur: habēt plures et sol qui postea sequitur habet paucos et venus ⁊ mercuri⁹ qui solē sequūtur habent plures: ⁊ iteruꝫ luna habet paucos: hoc videtur esse valde mirabile cum nō appareat hic aliqua ordinatio. Arist. soluit oīa illa per ordinē oīm ad vnū finē vltimatū: quē finē optime se habens attingit cū pauca actiōe. non autē optime se habēs cum pluri actione. Alter autē non potens ad illum finē attingere attingeret ad vnū finē inferiorē. qui tamē est ordinat⁹ ⁊ deseruiens ad illum finē principalē: et tunc ad illū finē inferioreꝫ attingēdum nō indiget nisi pauca actione: sed alter sequēs ad eundē finem attingenduꝫ pluri indiget actione: et sic in multis alijs. Conformiter videtur de principe et balliuo et burgensibus: princeps enim ⁊ balliui intēdūt cōe bonū populi: ad quē finē princeps attingit cū pauca actione. s. cōsulendo et precipiēdo sed balliui et ppo iti ad illū finē attingēdum indigēt pluribus actionib⁹: sed postea vn⁹ burgensis qui remotior est a principe nō attingit illū finē nec intendit: imo intendit vnū finem inferiorē. s. diuitias ⁊ regimē ꝓprie domus: qui tamē finis subordinat̄ fini primo ad quē tendit princeps cū balliuo: q² ex diuitijs ⁊ bono regimine bonoruꝫ partialiū resultat bonū cōmune ciuitatis. Modo burgēsis siue paterfamilias et filij sui et alij principaliores sui seruitores omnes ad eundē finē intendunt scilicet ad cōmunem ꝑfectū dom⁹: ⁊ ad illū finē attingēdū paterfamilias pauca vtitur actione. s. cōsulendo ⁊ ꝑcipiendo: sed filij q̄ntū ad hoc plurib⁹ vtunt̄ actiōibus: ⁊ seruitores principaliores adhuc plurib⁹. Postea magis recedēdo veniūt coqu⁹ ⁊ pistor q̄ nō intendūt ad cōe bonū dom⁹: sed quilibet eorū intēdit quoddā partiale bonū: quod indiget multa actiōe. Sic imaginādū de intelligētijs hominib⁹ brutis ⁊ plantis: homines enī et intelligētie tēdūt ad ꝯtēplationē diuinā. s. d. intelligētie cū sint ꝑfectiores attigūt ad hoc ꝑ suas essentias sine actiōe eis inherēte: sed homo q̄ est remotior a primo in ꝑfectiōe indiget ad hoc multis actiōib⁹ vt dictum finē attingat: bruta autē ad hoc nō intendūt: sed ad aliq̄d multominus. s. ad cognitionē sensitiuā: ad quā nō indigēt tanta actiōe sicut hō ad intelligere ⁊ tūc vlteri⁹ plāte nō attingētes ad sensationē etiā pauca indigēt actiōe. Ita similiter de corporib⁹ supcelestib⁹ est imaginādū ⁊ hoc facit ad ꝓpositū: nā supponendū est ꝙ corpora celestia ordinant̄ ad regimē hui⁹ mundi inferioris sed differenter: q² sphera stellata cū saturno: ioue: et marte: habēt proprietatē super esse ⁊ durationē rerū ⁊ bonā habitudinē earū: ⁊ ad hoc cōsequēdū sphera stellata ⁊ propter ei⁹ nobilitatē ꝑficit suū officiū vno motu: multe enī stelle pl⁹ operant̄ ꝑ vnū motū q̄ȝ vna stella ꝑ multos: ⁊ ita tres dicti plane ad suū finē intentū cōsequēdū indigēt iam pluribus motib⁹: sed sol: venus: ⁊ mercuri⁹: dictū finē nō sunt intendētes sed vnū aliū: q² eorū influētia est sup mot⁹ ⁊ mutationes rerū que est inferior fine primo: ⁊ illū finē attingit sol pauca actione: ven⁹ autē ⁊ mercurius cū sint inferiores sole ad hoc indigēt pluri actiōe. deinde est luna q̄ ad illā finem non intēdit: sed ad aliū inferiorē. s. ad disponēdū materiaꝫ in istis inferiorib⁹ ad bene recipiēdū influētias aliarū stellarū: ⁊ ad illū finē attingēdū nō indiget multa actione. Ex his patet respōsio ad questionem. s. ꝙ sol ⁊ luna debent moueri paucioribus motibus quam alij planete: cā huius patet ex his que dicta sunt.

Ad rationes. ad primaꝫ: illa bene procederet si oēs planete suis motib⁹ ad eūdē finē intēderēt: sed q² oēs orbes sup solē itēdūt ad vnū finē: ⁊ sol cū venere ⁊ mercurio intēdūt ad aliū: ⁊ luna ad aliū: nō opꝫ talē esse ordinē in multitudine motuū qualis est ordo in situ orbiū. ❡ Ad secūdā. nego ꝙ corp⁹ nobili⁹ debeat habere plures opatiōes in attingēdo eundē finē: imo dico ꝙ pauciores: bene tamen cōcedo ꝙ assignato vno corpore tendēte ad vnū finē: et vno alio tēdēte ad aliū: verbi gratia sicut homine ⁊ bruto: bene est possibile inter ista corpora corp⁹ nobilius habere plures operationes: ⁊ nō mirū q² tendit in finē nobiliorem.

Questio. XVIII.



Queritur vndecimo: vtrū stelle moueantur per se vel moueantur solū ad motū sui orbis. arguitur quod per se: quia corpori simplici debetur aliquis motus simplex per suam naturā: sicut dictum est primo huius: et per consequens debetur ei aliquis mot⁹ per se: quod enim in est alicui per suam naturam inest et per se: sed stelle seu astra sunt corpora simplicia: igitur ⁊c. ❡ Secūdo. stelle apparēt moueri de oriente ad occidentē: aut ergo sic mouentur naturaliter aut violenter: si naturaliter tunc per se: ⁊ si violenter hoc est falsum: q² in corporibus supcelestibus non est aliq̄d violentū. ❡ Tertio. sol habet aliquē motū ꝑ se qui debetur ei vltra motum sui orbis: ergo similiter alie stelle: consequētia tenet: nam videtur esse cōsimilis ratio vtrobiq̄ȝ: antecedens probatur: primo q² sol de mane cum oritur apparet moueri motu saltationis. ❡ Scdo. nā quādo sol fortiter aspicit̄ apparet rotari et moueri circa centrū propriū. ❡ Tertio. nam quādo radi⁹ solis trāsit ꝑ paruū foramē bene longe: tūc videt̄ scintillare: ac si sol iret retrocedēdo. ❡ Quarto ad principale. nā q̄libet stella q̄ non est planeta cū aspicitur appa ret scintillare et per se moueri. ❡ Quinto. nam secūdū Aristo. quelibet stella est spherica: modo motus spherici debet esse spheric⁹ circa centrū ꝓpriū: sicut patet de motib⁹ orbiū celestiū. ❡ Sexto. luna habet specialē motū circa suū cētrū in epiciclo: ergo videt̄ ꝙ cōsimiliter alie stelle debent moueri circa sua centra propria: consequētia tenet: nam videt̄ esse consimilis ratio hic et ibi: antecedēs ꝓbat̄: q² cum luna moueatur ad motum sui epicicli: et sit aliquando in superiori parte epicicli: aliquādo in inferiori: oporteret ꝙ macula que apparet in luna aliquando appareret euersa nisi luna moueretur circa centrum proprium motu opposito scilicet contra motum epicicli. vnde aliter non videtur bene posse saluari lunam habere epiciclū ⁊ maculam que apparet in luna semper consimili modo nobis apparere nisi dicto modo poneretur luna moueri circa suum centrum proprium.

Oppositum vult Arist. ❡ In ista questione primo ponende sunt alique distinctiones. Deinde cōclusiones ad quesitum.


Prima distinctio. stellā moueri per se potest intelligi dupliciter: vno modo per se: q² per suam naturam licet cum orbe et ad motū orbis sicut pars ad motū totius vel contētū in aliquo ad motū sui continētis: alio modo potest intelligi ꝙ stelle mouentur: per se: i. est solitarie: q² nō ad motū orbis vel ad solū motū orbis: sed aliquo motu qui in est eis ex eorū parte propria. ❡ Secūda distinctio: stellas moueri ꝑ se hoc est solitarie nō ad motū orbis potest intelligi dupliciter: vno modo ab oriente ad occidētē: non tanq̄ȝ delate ab orbe: sed diuidentes orbem sicut auis cum volat per aerē: vel piscis cum natat in aqua: Alio modo ꝑ se idest solitarie circa cētra earū propria: qui motus potest vocari motus gyrationis vel volutationibus.

Tunc sit prima conclusio. nullū astrū moueatur per se hoc est solitarie in orbe ab oriente ad occidentē diuidendo orbem sicut auis volans per aereꝫ diuidit aerē: et piscis natans per aquā diuidit aquā probatur primo q² tunc celum esset diuisibile et scissibile: et per consequēs corruptibile: cum diuisibilitas disponat ad corruptionē: sed cōsequēs est falsum: ergo ⁊c. ❡ Secundo. si stelle sic mouētur per se diuidentes orbes in quibus essent: tunc stelle indigerent organis ad talē motum: vt pedibus vt alijs huiusmodi que in eis non inueniūtur. cū sint sphericē figure. ❡ Sed iuxta istā rationem forte aliquis instaret et diceret q̄d hoc non oportet: quia graue descendit de loco ad locum sine talibus instrumentis seu organis. ❡ Respondetur. quod est dissimile hic et ibi: graue descendit deorsum ex eo quia per suam naturā determinat sibi illū locum si nō sit alibi violenter detentū: sed astruꝫ non magis determinat sibi locum in oriente quam in occidente: modo indifferens ad diuersa loca indiget talibus organis. ❡ Secunda conclusio. nullum astrum preter lunam mouetur per se circa centrum suum proprium: probatur. Pro quo supponitur quod quodlibet astrum preter lunam sit vniforme per totum: sic quod vna eius pars apta nata est causare omnem consimilem influentiam in istis inferioribus qualeꝫ alia. Ulterius supponitur quod motus qui sunt in superioribus corporib⁹ sicut in corporibus celestib⁹ fiunt propter diuersas influētias causandas in ista inferiora. Tunc arguitur sic: si astra mouerent̄ ꝑ se motu volutationis circa centra eorum propria tūc motus

[illegible] ppter diuersas influētias causandas in ista inferiora: patet per secundā suppositionē:sed hoc non nā ex tali motu volutationis astri nō causaretur diuersa influētia in ista inferiora ppter hoc qđ quodlibet astrū excepta luna est vniforme p totū sicut dixit prima suppositio:ꝛ ideo si aliqđ astrū vertit iam vnā sui partē ad nos et postea aliam verteret ad nos:non ppter hoc causaret in nobis aliā et aliā influētiā: sed semper consimilē:ppter similitudinē nature suarū partiū. ¶ Tertia cōclusio.si luna habet epiciclū:tunc luna mouet p se circa centrū suū propriū cōtra motū quo mouet i circumferentia epicicli:probat:qꝛ aliter nō posset saluari sicut prius arguebat:quin illa macula que apparet in luna aliquā apparet in luna aliquādo appareret euersa:sic scilicet qđ si modo apparet caput supra ꝛ pedes infra:postea appareret pedes supra:et caput infra:modo cōsequēs est falsuꝫ. ¶ Et si dicatur.talis motus lune circa centrū propriuꝫ videt esse frustra:cū ex tali motu nō proueniat aliqua diuersitas influētie in ista inferiora:cū luna cōsimiliter videat influere scđm vnaꝫ ei⁹ partē in ista inferiora sicut scđm aliā:cū luna videat esse vniformis nature p totā. ¶ Respondet q talis mot⁹ lune nō est frustra nec est concedendum q luna sit vniformis nature per totum sicut alia astra.vnde est valde diuersa in raritate et densitate in suis partibus:sicut postea videbit:ꝛ ideo non consimiliter influit secundū vnā partē sicut scđm aliā:ꝛ propter hoc talis motus lune circa centrū propriū nō est frustra:imo vtilis ppter diuersam influentiā causandaꝫ in ista inferiora. ¶ Quarta cōclusio.omnia astra mouent p se et secundū eorū naturā ad motū orbiū in quibus sunt:nā astra apparent moueri de oriente ad occidentē:sed hoc non est diuidēdo orbes.sicut dixit prima conclusio:ergo oportet q hoc sit ad motū orbiū:sed talis mot⁹ inest astris p se ꝛ secunduꝫ eorū naturas:ex eo qđ astra sunt partes orbiū:dicit eñ Cōmētator q stella est densior pars sui orbis:modo motus naturalis toti etiam est naturalis parti ergo ꝛc.

Ad rationes. Ad primaꝫ dico sicut iam dicebatur:q stella est quedā pars orbis cui est infixa ideo nō oportet q habeat motū simplicē aliū a motu cui⁹ est pars:et adhuc si stella esset vnū corp⁹ totale diuisum ab orbe sufficeret q moueretur delata a proprio continente:ꝛ tunc licet nō haberet per se aliquē motū passiue:haberet tamē per se aliquē motū actiue:secundū quē alteraret ista inferiora:qꝛ adhuc stella aliter influeret in ista inferiora q̄ orbis. ¶ Ad secundā.illa bene probat quartā cōclusionē.s.q stellis debētur aliqui motus per se:id est secundū earū naturā:sed non probat qđ debeantur eis aliqui mot⁹ p se idest solitarie:qui non insint eis ratione orbiū. ¶ Ad tertiā.nego antecedēs. Ad probationes. Ad primā de saltatione solis:dico qđ hoc fit ppter motū vaporū mediorū qui refrāgūt radios. ¶ Ad secūdā dico:q sol apparet rotari ꝛ moueri circa centrū propriū cū aspicitur est propter debilitatē oculi:ita q ob forteꝫ lucē solis visam ab oculo cū labore:spūs missi ad oculū pro cōfortādo virtutē visiuā mouent ꝛ vertunt circa axē visus: et propter talē motū imperceptum a potētia visiua apparet talis motus in sole. ¶ Ad tertiā de radio scintillāte dico q hoc est ppter vapores positos in medio vel propter diuersitatem densitatis inter ignē et aerē:vbi fit.quasi quidā motus inundatiōis:ppter quē motū radi⁹ solaris apparet dicto modo scintillare et titubare:recte sicut tremit vmbra in fundo aque cui⁹ supercies fluctuat ꝛ mouet hinc inde. ¶ Ad quartū.principale de scintillatione stellarū q̄ nō sunt planete:dico q hoc est aut ppter mediū:aut ppter debilitatē visus:aut ppter earū magnā distantiā a visu aut propter ista simul. Ad quintā.dico quod nō oportet omne corp⁹ sphericū habere motū ppriū circa cētrū suū:sed sufficit multis corporib⁹ sphericis moueri circulariter ad motū corporū:q̄bus sunt infixa:et sic est de stellis q̄ mouent circulariter ad motū orbiū q̄bus deferunt:et hoc sufficit eis absq hoc q vltra hoc habeāt speciales mot⁹ circa centra ppria. ¶ Ad sextā. illa vadit pro tertia cōclusiōe:ꝛ est dissimile q̄tū ad hoc de luna ꝛ alijs astris qꝛ luna nō est cōsimilis nature q̄tum ad oēs suas partes sicut alia astra:et ideo nō mirū si luna mouetur circa centrū proprium ppter diuersas influētias causandas in ista inferiora:et alia astra non.

Questio. XIX.



Nunc quantum ad secundū tractatū huius secundi libri de celo et mūdo restat principaliter tractare illa q̄ concernūt ptes celi minores sicut sunt astra:postq̄ tractatū est de differētijs positionis in celo:et de figura celi et de illis que concernunt partes celi maiores sicut sunt orbes et [illegible] q̄ concernunt ptes celi minores sicut sunt astra [illegible] [illegible] primo vtrum oīa astra sint eiusdem speciei specialissime. Arguit primo q sic [illegible] orbes celestes sunt eiusdē speciei specia[illegible] ergo oīa astra [illegible] probat [illegible] astrum est eiusdē speciei cū orbe in quo est [illegible] ptum probatur scilicet q stella est eiusdē speciei cū orbe in quo est [illegible] in isto secundo et com[illegible] militer:q stella est densior pars sui orbis:modo rarū ꝛ densum nō diuersificāt speciē. ¶ Et confirmatur.qꝛ astra et orbes eodē motu mouent naturaliter:qđ non esset si essent diuersarū specierū. ¶ Et confirmatur hoc secundo.omniū orbiū celestiū est loc⁹ idē in numero:vt probat in isto secundo a cōmentatore in pbando ecentricos sed illa simplicia quorū est idē loc⁹ in numero sunt eiusdē speciei specialissime sicut dictū est primo hui⁹. ¶ Et cōfirmatur hoc tertio motus simplices ipsorum orbiū sunt eiusdem speciei specialissime: ergo et ipsi erūt eiusdē speciei specialissime:consequētia tenet ex his q̄ dicta sunt primo huius:antecedens patet ex eo q omnis motus circularis omni motui circulari videt esse eiusdē speciei specialissime:mot⁹ autē naturales ipsorum orbiū celestiū sunt motus circulares. ¶ Secūdo ad principale [illegible] oīs aer cū alio aere est eiusdē speciei:ꝛ ita similiter est i alijs corporib⁹ elementaribus simplicibus:ergo a simili argumēto videt sic esse in corpore simplici celesti.scilicet in celo qđ omnis portio celi cū qualibet alia est eiusdem speciei:et magis adhuc hoc videt de celo q̄ de elementis:cū celuꝫ sit simplicius elementis:sed si quelibet portio celi cū alia est eiusdem speciei et stelle sunt quedam portiones celi sicut deductum est:videtur quod quelibet cum alia sit eiusdē speciei. ¶ Tertio.si stelle distinguerentur contra se inuicem specie: tunc multo plura essent in mūdo corpora simplicia q̄ quinq distincta secundū speciē:sed hoc est falsum:consequentia tenet ex eo q valde multe sunt stelle in celo:falsitas cōsequētis patet ex his q̄ dicta sunt primo huius:nā probatū est ibi q nō sunt nisi quinq corpora simplicia distincta secundum speciem scilicet quatuor elemēta et quinta essentia.s.celum. ¶ Quarto.nos videmus in animalibus ꝛ in plantis q illa q̄ determinant sibi consimiles figuras sunt eiusdem speciei et econuerso:et que dissimiles sunt dissimilis speciei et econuerso:modo omnes stelle sunt consimilis figure:quia oēs sunt spherice:ideo videtur quod omnes sunt eiusdē speciei. ¶ Quinto.nam commentator ponit super isto libro q totū celum est sicut vnū animal:et sphere celestes et stelle sunt sicut mēbra eius ideo totius celi primus motor est quasi anima:ergo totum celū simul ab illo primo motore mouet modo quo animal mouet a sua anima:modo vnum animal et mēbra eius sunt eiusdē speciei specialissime i genere substātie:quia sunt informata vna forma substantiali scilicet anima sensitiua:ergo similiter sic videt esse dicēdū de toto celo et sic tam orbes q̄ stelle videntur esse eiusdē speciei specialissime. ¶ Sexto.totale celū est vna essentia simplex:ergo nō videtur esse cōpositum ex entibus diuersarū specierū:ꝛ cuꝫ sit cōpositū ex multis orbibus et multis stellis:sequitur huiusmodi non distingui abinuicem specie:antecedēs probatur eo eo q mouetur a motore simplici:qui non produceret nisi motum simplicem:qui motus simplex non inesset naturaliter nisi corpori simplici.

Oppositum arguitur. quecunq sunt eiusdē speciei specialissime debēt habere consimiles proprietates naturales:sed sic non est de stellis:patet hoc:qꝛ q̄dam stelle influunt in ista inferiora caliditatē:quedā frigiditatē:q̄daꝫ humiditatē:q̄dā siccitatē:q̄dā inimicitias:q̄dā amicitias: et sic de alijs diuersis pprietatib⁹ q̄ in isto mundo inferiori inueniunt et proueniūt a diuersis proprietatibus ꝛ virtutib⁹ stellarum:tales autē diuersitates virtutū ꝛ operationū specificas videt arguere diuersitatē specificā stellarum. ¶ Secundo.

cundo. natura non fecit sub vna specie plura indiuidua nisi propter corruptionē indiuiduorū: vt saluaret species: ideo cum oēs stelle sint ꝑpetue: si omnes essent eiusdē speciei frustra essent plures cū species illa posset saluari et perpetuari in vna illarū. ¶ Tertio. illa nō sunt eiusdē speciei quorū vnū habet ex se lucē: alia autē non: sed ab alio: sed sic est de stellis: qꝛ sol habet lucē ex se: alia autē astra capiunt lumen suum a sole: quod maxime patet de luna que deficit a lumine: cum inter ipsam et solē ponitur terra impediens illustrationem lune a sole. ¶ In ista questione premittēda est vna distinctio. Secundo videndum est vtrum omnes orbes celestes inter se sint eiusdem speciei. Tertio. an omnes stelle inter se sint eiusdem speciei: siue sint in diuersis orbibus siue in eodem orbe. Quarto. vtrum orbes sint alterius speciei ab astris que sunt in ipsis.

Quantū ad primū sit distinctio ista: q aliqua dicuntur eadē specie dupliciter. Uno modo: qꝛ sunt termini significatiui sub eodē termino specifico cōtēti in recta linea predicamētali: sicut sunt isti termini sortes ⁊ plato cōtenti sub isto termino homo. Et per oppositū diuersa specie dicūtur termini significatiui cōtenti sub diuersis terminis specificis in linea predicamētali: isto modo isti termini sor. ⁊ brunellus dicunt differre abinuicē specie: alio modo aliqua dicuntur esse eiusdē speciei: qꝛ sunt res significate per eūdē terminū specificū: et hoc de ꝑdicamēto substātie: ⁊ sic diuersa specie dicuntur res significate vel etiā significabiles per terminos differentes specie etiā existētes in ꝑdicamēto substantie. Isto modo tu ⁊ ego dicimur eiusdē speciei: sed tu et brunellus diuersarū specierū. ¶ Modo sciēdū est q in ꝓposito nō intēdit de eisdē specie vel diuersis primo modo: sed secundo modo: in quo notanter apposui ly de predicamēto substātie. Nā res diuersarū specierum bene sunt significabiles per eundē terminū specificuz predicamēti accidentis: sicut per diuersos terminos specificos res eiusdē speciei significari possunt. Finaliter in proposito intenditur de eisdez specie vel diuersis q̄tū ad speciē de predicamēto substātie: secūdū q illa dicim⁹ esse eadē specie: que significabilia sunt per eandem speciem de predicamento substantie: et illa diuersa specie que significabilia sunt per diuerses species seu terminos specificos de predicamento substantie.

Quantū ad secūdū sit prima cōclusio. oēs orbes celestes et omnes stelle sunt eiusdē nature secundum speciē in genere substātie: ⁊ etiā in genere corpoꝝ simpliciū. patet qꝛ diuersis motibus simplicib⁹ oportet correspondere diuersas naturas substātiales: sed tres sunt species diuerse motuū simpliciū scilicet a medio sicut est motus sursum: ad medium sicut est motus deorsum: circa mediū sicut circularis: ideo sequitur q tres species corporū simplicium scilicet grauia: leuia: et celestia: ⁊ nō est vis si predicta nomina non sint de predicamēto substantie: quia non omnib⁹ generib⁹ ⁊ speciebus subalternis in predicamēto substantie sunt noīa imposita: vt generi propinquo ad equū ⁊ asinū nō est impositū nomē: nec etiā generi propinquo ad canē et lupum: sed hmōi ꝑ nomina accidētalia circūloquimur. Ideo ponam⁹ qđ oīa grauia absolute sine cōnotatiōe extranea. significentur cōmuniter ꝑ hoc nomē a: ⁊ oīa leuia ꝑ hoc nomē b. ⁊ oīa celestia ꝑ hoc nomē c. tūc illi termini a. b. c. essent tres spēs diuerse de ꝑdicamēto substātie significātes oīa corpora simplicia. ¶ Secūda cōclusio. ille tres species nō sunt species specialissime: patet hoc: qꝛ grauiū sunt due species. s. terra ⁊ aqua: ⁊ leuiū due. s. aer et ignis: ⁊ ita possum⁹ dicere q cum Arist. dixit ī isto scđo. stellā esse de natura sui orbis: intellexit q esset secū eiusdē nature: nō secūdū speciē specialissimā sed sm speciē subalternā distinctā cōtra speciē grauiū ⁊ leuiū: qꝛ stelle ⁊ orbes neq3 sunt graues neq3 sūt leues. ¶ Tertia cōclusio: intelligētie adinuicē sunt diuersarū specierum specialissimarū: ptz hoc: qꝛ in intelligentijs non sunt aliqua accidētia. ideo intelligētie si essent eiusdē speciei specialissime: oēs essent similes: secūdū virtutes et operatiōes quascūq3: qđ est falsum: qꝛ sic nulla esset ratio quare illū orbē moueret magis vna intelligētia q̄3 alia Similiter nec vna earum esset nobilior alia: Similiter sic in separatis a materia essent plura indiuidua sub vna specie specialissima: quorū omnium oppositum ostenditur in. xij. meta. ¶ Quarta conclusio. orbes moti appropriate a diuersis intelligentijs sunt abinuicem diuersarum specierum specialissimarum: probatur: diuersarū causarū secundū speciē specialissimā effectus primi et immediati sunt diuersi secūdū speciē specialissimā: sed sic est quod effect⁹ primi et immediati intelligentiarum in quocūq3 genere causandi hoc sit: sunt orbes quibus intelligentie ille appropriant: ergo cuz tales intelligentie sint diuersarū specierū per precedentē cōclusionē: sequit etiā eorū effectus puta orbes esse specierū diuersarū. ¶ Secundo. si omnes orbes celestes essent eiusdē speciei specialissime tūc quecūq3 intelligētia mouēs vnū orbē posset mouere oēs: qđ est falsum: cōsequētia ꝓbat: qꝛ si mobilia sint eiusdē ratiōis et cōsimilis nature: quicūq3 motor posset mouere vnū istoꝝ mobiliū ipse posset mouere alterū: vel saltem quicūq3 posset mouere maius mobile ipse posset mouere minus: et sic intelligentia saturni posset mouere orbē solis ⁊ orbē lune: nō enī obstaret debita applicatio. Intelligentie enī sunt separate a magnitudine nullū habētes situ determinatū: et ideo q̄libet intelligētia posset esse cuilibet orbi presens et indistans et applicata: ⁊ sic frustra ponerētur tot intelligētie quot ponunt. ¶ Tertio. nō oēs orbes habēt consimiles ꝓprietates naturales: ergo non oēs sunt eiusdem speciei specialissime: assumptū patet de primo mobili. et de spheris planetarū: qꝛ ista quasi modo cōtrario habēt sua dextra et sua sinistra: sicut prius dicebat. vnde ad illā partē vbi est sinistruz primi mobilis ibi est dextrū orbiū planetarū. ¶ Quarto. si orbes non different abinuicē specie: tūc nō essent ordinati nisi accidētaliter vnus super aliū: quod tamē est falsuz. ¶ Quinto. si omnes essent eiusdē speciei: tunc essent adinuicē cōtinui: qđ est falsum: quia diuersis mouent motibus: consequētia probatur: quia ad continuationē aliquorū sufficit immediatio rerū omnino similiū: sicut patet de cōtinuatione duarū aquarum adinuicem. vnde nisi hoc sufficeret posset dici qđ quelibet partes essent discontinue abinuicem: quod tamen non esset bene dictum.

Quātū ad tertiū sit prima cōclusio sol est alterius speciei a luna et alijs stellis. Istam conclusionē ponit et probat Aristo. in libro de proprietatibus elementorū: et dicit sic: dico autē q substantia corporis solaris est alia a substantia corporum stellarū ⁊ lune qđ est: qꝛ sol de se habet lumē et lucē: lumē autē lune et stellarū est acquisitū a sole: ita q Arist. fundat se super hoc q substantie eiusdē speciei specialissime debēt habere accidentia propria et naturalia consimilia: et si habeant dissimilia hoc est propter extranea agentia et concurrentia ad corruptionē: vel ꝓpter diuersas dispositiones sue materie aut suorū agentiū: talia autē non habēt locū in celo ¶ Secūda cōclusio responsalis ad questum est. quod planete adinuicē et oēs stelle fixe sunt diuersarū specierū: probat: qꝛ habēt proprietates ⁊ virtutes naturales valde diuersas et actiuas effectū specie diuersorum et contrariorum in hoc mundo inferiori: sicut cōmuniter cōcedunt omnes astrologi: et sicut prius arguebatur.

Quantū ad quartū: sit ista cōclusio: quod orbes sunt alteri⁹ speciei ab astris que sunt in eis. istā cōclusionē ponit et probat Aristo. in libro de proprietatibus elementorū dicens: et similiter substātia corporis orbis est alia a substantia corporis stellarū: qđ patet: qꝛ stelle illustrant a sole: et non orbes. ¶ Et cōfirmatur hoc: si orbis octau⁹ esset eiusdem speciei specialissime cum stellis suis: tunc oēs ille stelle essent eiusdem speciei: cuius oppositum dixit cōclusio immediate precedens.

Ad rationes. ad primam negatur antecedens. s. q oēs orbes sint inter se eiusdē speciei et nature: ⁊ negatur etiā vnū assumptū in probando cōsequētiā. s. q astrū sit eiusdē speciei cū orbe in quo est et quādo probatur. nā dicunt Aristo. et cōmētator stella est dēsior pars sui orbis: bñ cōcedo: et vlterius cōcedo q bñ verū esset si stella nō differret ab orbe nisi secūdū densitatē ⁊ raritatē qđ tūc esset eiusdem speciei cū orbe: sed qꝛ stelle etiā aliter differūt ab orbibus. s. secundū virtutes earū naturales sicut dictū est: ipse nō sunt eiusdē sed alteri⁹ speciei ab orbib⁹. ¶ Alterius qñ dicebatur astrū et orbes oīno mouent eodē motu: pōt dici qđ licet stella moueatur ad motū orbis ⁊ nō habeat motum

per se passiue: tamē actiue habet diuersam operationē ꝛ virtutē: modo ita bene vel melius debet argui distinctio specifica ex diuersa actione sicut ex diuersa passione: cum forme sit agere et materie sit pati: et specifica distinctio in substātijs est potius secundū formas ꝙ̃ secundū materias. ¶ Deinde ad aliā confirmationē omniū orbium est idem loc⁹: negatur: et quādo arguebaꝛ autoritate cōmētatoris: negaꝛ cōmētator in hac parte: q2 hoc dixit ad destruēdū eccentricos quos ponunt astrologi in quo magis credēdū est eis ꝙ̃ cōmētatori. ¶ Ad aliā cōfirmationē quādo dicebaꝛ: mot⁹ simplices ipsorū orbiū sunt eiusdē speciei specialissime: breuiter hoc negaꝛ. q2 sicut nō omnis mot⁹ deorsum omni motui deorsum est eiusdē speciei specialissime: licet bn̄ subalterne: ita nec ois mot⁹ circularis omni motui circulari est eiusdeꝫ speciei specialissime. ¶ Aliter posset dici: ꝙ licet diuersitas motuū arguat diuersas naturas corporum simpliciū: tamē nō oportet ꝙ similes mot⁹ arguāt eandē naturā saltē scđm speciē specialissimā: lꝫ bene arguāt naturas easdem secūdū genus vel secūdū speciē subalternā: vnde equus ꝛ mulus ꝛ asinus bene habēt similes mot⁹ naturales. ¶ Ad secunduꝫ principale. omnis ignis ꝛc. dico ꝙ nō est similitudo: q2 totū elemētū ignis est homogeneum: sed sic nō est de celo ꝓpter diuersitatē motuū existētiū in ipso ꝗ̄tum ad suas partes. s. orbes. vnde licet celū sit magis simplex per priuationē cōpositionis ex partib⁹ essentialib⁹ sicut sunt materia et forma: non tamē ꝑ priuationē cōpositionis ex partib⁹ integralib⁹. ¶ Ad tertiā: cōcedo ꝙ plura sunt corpora simplicia distincta secundū speciē specialissimam ꝙ̃ quinqꝫ: cū quo stat ꝙ̄ non sunt nisi quinqꝫ corpora simplicia secundū speciē subalternam: q2 celū non est species specialissima: sed subalterna. ¶ Ad quartā posset dici ꝙ diuerse figure naturales bn̄ arguunt diuersas naturas: sed nō oportet ꝙ similes figure arguant identitatē secundū speciē specialissimā vbi inueniūtur alie diuersitates naturales: imo sufficit ꝙ arguant idētitatē secundū gen⁹: vel secundū speciē subalternam. ¶ Ad quintā. posset dici admittēdo ꝙ totū celū sit sicut vnū aial: et stelle et oēs orbes sunt sicut mēbra ei⁹: ꝛ vlteri⁹ posset concedi ꝙ prim⁹ motor appropriareꝛ totali aggregato ex orbib⁹ licet cū hoc cuilibet orbi speciali esset appropriata specialis intelligentia distincta specie ab intelligētia appropriata alteri: recte sicut in homine licet anima intellectiua sit tota in toto ꝛ tota in qualibet parte corporis: tamē cū hoc in diuersis partib⁹ corporis sunt diuerse forme partiales quib⁹ ille partes distinguuntur abinuicē specie: vnde in carne est vna specialis forma ꝛ in osse alia: per quas os ꝛ caro distinguunꝛ abinuicē specie: sic recte in proposito videꝛ esse dicendum. ¶ Ad sextam: bene concedo q2 totū celū est vna essentia simplex: et hoc ꝑ priuationē cōpositionis ex materia et forma: cū quo tamen bene stat ꝙ est cōpositū ex diuersis partibus integralibus distinctis abinuicē specie: nec est inconueniēs totale illud aggregatū ex illis partib⁹ moueri simul vnico simplici motu scilicet diurno ab vna simplici intelligentia sicut a primo motore: sicut nec est inconueniens animam intellectiuam que est forma simplex mouere corpus humanū: quod est corpus etherogeneum.

Questio. XX.



Secundo queritur vtruꝫ omnia astra alia a sole habeant lumen suum a sole: vel a se. Probatur primo de luna ꝙ habeat lumē ex se: nā aere existēte sereniori luna existēte in prima quadra videꝛ totale corpus lune: licet illa pars que est versa ad solē videaꝛ lucidior ꝙ̃ alia pars versa a sole: ꝛ cū illa pars que est versa a sole videaꝛ: et nō ratiōe coloris: cū color sit qualitas secūda que nō reperiꝛ in corporib⁹ celestib⁹: oportet ꝙ videaꝛ rōne lucis: et si ratione lucis proprie: habeꝛ propositū: si dicaꝛ ꝙ̄ ratione lucis vel luminis recepti a sole: hoc non pōt esse: q2 ad illā partē lune versam a sole nō ꝑtendunꝛ radij solares. ¶ Scđo ꝓbaꝛ ꝙ oīa alia astra habēt lumē suū ex se ꝛ non a sole: q2 alias secundū accessum et recessum solis ad ipsa: vel ipsorū ad solē: deberēt apparere cornuta sicut luna: ita ꝙ talia astra secundū partes eorū versas ad solē deberent esse illuminata et secundū alias non: et si sic vtiqꝫ apparerent consimilis figure qualis apparet luna cū est ante oppositionem vel post. s. figure arcualis: quod tamen nunꝙ̃ visum est.

Oppositum arguitur. primo de luna quod habeat lumen suū a sole: patet manifeste ex ei⁹ augmento et decremento in lumine per eius accessum et recessum a sole: patet hoc etiā per eclipses lune q2 cū terra īterponiꝛ diametraliter soli et lune: luna deficit a lumine: hoc nō esset nisi q2 lumen non potest recipere a sole propter impedimentuꝫ ꝙ̄ facit terra. ¶ De astris autē alijs arguiꝛ ꝙ etiā habeant lumen suū a sole: q2 videꝛ esse consimilis ratio de ipsis et de luna. ¶ Et confirmaꝛ hoc: nā propter hoc videꝛ sol esse posit⁹ in medio planetarum: vt tam planete inferiores ꝙ̃ superiores possint ab ipso recipere lumē. ¶ In ista questione primo recitabo duas opiniones quas quidā habuerūt de sole: luna: et alijs astris. Secundo videbiꝛ de quesito: quātū est de luna. Tertio videbiꝛ de quesito quantū est de alijs astris.

Quantum ad primum sciendum est quod quidam imaginanꝛ stellas non esse partes dēsiores orbiuꝫ: nec etiā solē nec lunā: sed imaginanꝛ ꝙ supremū celū est omnino lucidū secundū se ꝛ oēm ei⁹ partē. Ulterius imaginantur ꝙ in celo infra illud sunt quedā foramina: quedā maiora: q̄dā minora: ꝑ q̄ videm⁹ aliquas partes illi⁹ supremi celi ita lucidi: ꝛ illud ꝙ̄ ꝑ maius foramē videm⁹ dicimus esse solē: et ꝙ̄ per minorē videmus dicim⁹ esse alia astra: ꝛ scđm ꝙ illa foramina mouenꝛ vna cū celo in quo sunt et oriunꝛ et occidūt: secundū hoc nūc in occidente nūc in oriēte videm⁹ tales partes talis celi ita lucidi. ¶ Ista opinio non valet: q2 secundū ipsam nō bene posset reddi ratio augmenti ꝛ decrementi luminis lune. ¶ Secundo. ꝑ hoc etiā nō pōt saluari diuersitas colorū qui apparent in stellis ꝛ planetis. vnde Mars apparet coloris valde rubri et ita similiter stelle fixe que sunt de natura martis. Saturnus autē apparet coloris plūbei: et similiter stelle fixe de natura ei⁹: et sic de alijs planetis et stellis. talis diuersitas in apparitiōe coloris nō potest saluari ꝑ talia foramina. ¶ Alia opinio est ꝙ totuꝫ celū est immobile: tamē sunt quidā spirit⁹ seu intelligentie: q̄ isto modo mouenꝛ in celo: ꝛ voluntarie assistunt nunc vni parti deinde alteri: et cū illa pars cui assistunt virtute sua fit luminosa apparet sicut vna stella. ¶ Sed illa opinio nō valet nā videꝛ irrationabile ꝙ̄ sint tot intelligētie sicut sunt stelle fixe: et moueanꝛ ita ordinate sicut mouentur stelle fixe. Et etiam quia nihil moueꝛ nisi sit corpus vel moueatur cū corpore: q2 quicquid debet moueri saltē localiter opꝫ ꝙ habeat partē in termino a quo et parteꝫ in termino ad quē: et si sic oportet ꝙ̄ sit corporeū: vel saltē magnitudo: vel habēs magnitudinē: ꝛ non indiuisibile: quēadmodū sunt tales spiritus seu intelligentie. Imaginandū est ergo quod astra sunt densiores partes suorum orbium existentes in suis orbibus contigue ipsis et diuise vel diuerse ab eis quemadmodum locatum a suo loco.

Quantum ad secundū pono vnicam cōclusionē in qua cōmuniter quasi oēs cōcordāt: luna recipit a sole lucē vel lumē quo ipsa nos illuminat notabiliter: hoc apparet ex eo q2 sicut arguebaꝛ: ꝙ̄ luna eclipsaꝛ non nos illuminat ꝓpter hoc ꝙ radij solares nō attingunt ad eā. ¶ Secundo ptꝫ hoc: ex eo ꝙ quando luna est crescens vel decrescens nō illuminat nos nisi scđꝫ partē illā ad quā attingūt radij solares. Uerū est tamē ꝙ aliq̄ imaginanꝛ lunā scđꝫ vnā medietatē habere lucē ex se: ꝛ secundū aliā non: ꝛ ꝙ luna in orbe suo mouetur circa cētrū ꝓpriū cōplēdo in mense vnam circuitionē motu distinctio a motu quē habet ex suo orbe: ꝛ ꝙ̄ successiue vertit ptē lucidā ad nos: ꝛ in oppositione illa tota pars lucida esset versa ad nos, ꝛ alia retro ipsam esset versa a nobis ꝛ post oppositione incipit paulatim se abscondere aliqua pars lune lucida ꝛ aliqua pars nō lucida vertere se versus nos. Isto modo isti voluerunt saluare crementum ꝛ decremētū luminis lune absqꝫ hoc ꝙ luna reciperet lumen suum a sole. ¶ Breuiter licet isti secūdū istā imaginationē bene saluarent crementū et decrementū luminis lune: nō tñ per dictā imaginationē possent saluare illa que apparēt in eclipsi lune: et ideo tutius videtur esse dicēdū lunā habere lucem vel lumen suuꝫ a sole quo illuminat nos notabiliter. ¶ Iuxta istam conclusionem dubitatūr de modo per quem recipiat lumen a sole. De quo sunt opiniones. Nā dicit vna opinio

opinio ꝙ superficies lune est perfecte lenis sine aliqua asperitate: sic ꝙ ab ea bene reflectitur lumen solis ad nos: sicut a speculo bene terso ⁊ polito reflectuntur species coloris: ⁊ per talem reflexionē luminis solis super lunā ipsa luna videtur lucere. Sed illud non valet: quia licet a corpore leni ⁊ bene polito reflectantur radij ad visum: tamen hoc non est ab omni parte illius corporis lenis: sicut patet de speculo: nā cum facies mea est obiecta speculo licet a qualibet parte speculi reflectatur cuiuslibz partis faciei mee species seu radius: tñ non a qualibet parte speculi fit reflexio cuiuslibet radij ad oculū meū: sed aliquoꝝ ad oculū meū ⁊ aliorum ad aliā partem: ⁊ hoc est ideo: quia radius nō reflectitur ad visum meū nisi ab illa parte speculi in qua radius a facie mea cadens super speculū ⁊ radius veniens ad oculū constituunt angulos equales ad superficiem speculi qui dicūtur angulus incidentie ⁊ angulus reflexionis: sed hoc non est in qualibet parte speculi: ⁊ propter hoc accidit ꝙ moto speculo vel mota facie ad latus apparent partes faciei in alijs et in alijs partibus speculi: ⁊ ideo si dicto modo lumen solis reflecteretur a luna ad nos tanꝙ a speculo: licet tunc in tota superficie lune bene appareret nobis aliqua modica claritas: tamen intensa claritas nō deberet apparere nobis nisi in quadam parua parte. s. in illa in qua angulus incidentie ⁊ angulus reflexionis ad oculos nostros essent equales. ¶ Sed forte aliquis posset impedire istam rationem per hoc: naʒ si radij solis cadant super parietem paries apparebit totus illuminatus: ⁊ nō solum vbi radius incidens ⁊ radius reflexus ad oculum causant angulos equales. s. angulos incidentie ⁊ reflexiōis. Sed illud non valet: nam quantū ad hoc nō est simile de pariete ⁊ corpore lunari nam ꝓpter asperitatē parietis pōt accidere quod a multis partibus parietis possunt reflecti radij ad oculū nostrū: ⁊ propter hoc tūc apparet nobis magna pars parietis illuminata bene lumine claro. Nihilominus si paries esset perfecte lenis sicut speculum: vel sicut corpus lune: tunc ex incidenti radiorum solarium super illū parietē nō appareret nobis magna claritas per totum parietem sʒ solum in parua parte. s. ibi vbi radius imaginatus protēdi ab oculo super parietē cū radio veniente a sole sup eundē constitueret angulos equales. s. angulū incidentie et angulū reflexionis: ⁊ hoc manifeste apparet in aqua quiescēte, vnde in ea vna sola parua pars representat nobis intense lucē solis vel alicuius alterius astri: sʒ si illa eadē aqua moueatur aliqualiter vt non sit ita lenis ſm eius superficiem apparebit nobis intense lux solis per maiorem partem eiusdem aque. ¶ Et ideo dicendū est aliter: vnde dico ꝙ lumen solis incorporatur in luna: ita ꝙ luna est corpus perspicuum ⁊ transparens: saltem circa superficiē eius: ⁊ forte per totum: licet propter magnitudinē corporis lunaris lumen solis nō possit totum corpus lunare penetrare: sic ꝙ eque intēse appareat lumen in parte lune versa a sole sicut in parte lune versa ad solem. Sic ergo lumen lune qd̄ videmus non est solū lumen solis reflexum super corpus lune: sed lumen solis lune imbibitum ⁊ incorporatum. ¶ Etiam aliter posset dici; scʒ ꝙ licet luna non sit in actu lucida: nec de se possit mouere diaphanū: tñ est in potentia propinqua per suā naturalē dispositionē ad lucíditatē: quequidem potentia reducitur ad actum luciditatis per casum luminis solis super eam: recte sicut colores non sunt in actu sufficienti ex se ad mouendū visum: sed fiūt in actu suffienti per lumen cadens super ipsos.

Quantum ad tertium articulum sciēdum est ꝙ de hoc sunt opiniones. In hoc eñ Aristo. cū Auerroi contrariantur Auicenne Macrobio ⁊ pluribus alijs. Arist. enim in libro de proprietatibus elementorum vult dicere qd̄ oēs stelle habent lumen a sole sicut luna; ⁊ ꝙ non sunt de se lucide: quia apparet sibi ꝙ consimili modo debeat esse de luna ⁊ alijs astris. sed Auicenna cum suis socijs licet concedat lunā habere lumen a sole: ponit tamen istam conclusionem: ꝙ omnia alia astra habent lumen a se. Et ad hoc possent adduci alique rationes. ¶ Prima est quia si alij planete ⁊ alia astra haberent lumen suum a sole: tunc per eorum recessum a sole ⁊ accessum eorum ad solem deberent consimili modo suscipere crementū ⁊ decrementū luminis sicut luna: quod tñ non videmus. Secundo. quia si venus ⁊ mercurius qui ponuntur sub sole nō haberent lumen ex se sed ex sole: sed ex se essent corpora sine luce: tunc per interpositionem veneris vel mercurij inter visum nostrū ⁊ solem deberent eclipsare solem sicut facit luna: ⁊ tñ hoc non est visum. ¶ Tertio. videtur saltem ꝙ planete supra solem ⁊ stelle fixe non habeant lumen a sole: ex eo ꝙ inferiora nō influunt in superiora: ⁊ ex eo ꝙ quāto astra sunt superiora tanto vidētur esse nobiliora: ⁊ ideo si sol habet lumen ex se: tunc magis astra super solē viderētur habere lumen ex se non ex sole. ¶ Quarto. tūc consimili modo per interpositionē terre inter Saturnum vel inter Iouē vel inter Martem ⁊ Solem deberet fieri eclipsis ⁊ defectus luminis Saturni vel Iouis vel Martis sicut fit eclipsis lune propter interpositionē terre inter ipsaʒ ⁊ solem: ex quo dicti planete nō haberēt lumē ex se. sed a sole sicut ⁊ luna. ¶ Quinto. si oīa astra haberent lumen a sole. tunc cuiuslibet astri lumen calefaceret ⁊ exiccaret sicut lumen solis postꝙ cuiuslibʒ astri lumen nō est aliud a lumine solis. ¶ Sexto. lumen martis est simile lumini ignis: ⁊ lumen saturni est simile albedini tendenti ad plumbeitatē: ita ꝙ lumina planetarū sunt diuerse apparitionis: ⁊ tamen oīa deberent esse consimilis apparitionis si oēs planete ⁊ oīa astra haberent lumen suum a sole. ¶ Breuiter ista dubitatio vtrum oīa astra preter lunā ⁊ solem habeant lumen suū a sole est quasi vnum probleuma neutrū: sic ꝙ rationes que fiunt pro vna parte possunt solui faciliter: sicut rationes adducte pro alia. ¶ Et ideo ob amorem Aristotelis principis philosophorū soluam rationes iam factas pro opinione Auicenne contra Aristo. ⁊ c. tenendo cū Aristotele ꝙ oēs stelle preter lunam ⁊ solem: siue sint planete siue stelle fixe: habēt lumina sua a sole. ¶ Ad primā sequeretur ꝙ cōsimili ratione per accessum ⁊ recessum a sole deberent apparere arcualis figure sicut luna ⁊ maxime hoc videretur de venere et mercurio; qui sunt sub sole: negatur consequentia: ⁊ ratio est quia venus ⁊ mercurius sunt tante transparentie ⁊ tante perspicuitatis ꝙ lumen solis incorporatur eis ⁊ imbibitur ſm omnes eorum partes: qualiter non est de luna: quia illa non est corpus ita perspicuū ⁊ ita transparens. Et per hoc idē soluitur etiam ratio secunda. ¶ Ad tertiā. dico ꝙ licet sphera solis sit minus nobilis quantū est ex situ ⁊ motu eius imo etiā intelligētia appropriata soli nō est ita nobilis sicut intelligētia saturni: tamen ipse sol habet nobilitatē a motore diurno appropriato toti celo sicut cor hominis rōne anime totius corporis habet influentiam tam in partes superiores ꝙ̄ inferiores: non obstante ꝙ cerebrum hʒ nobiliorem sitū in corde: ita recte in proposito dicatur de sole in ordine ad alia astra. ¶ Ad quartū. tunc consimili ratione alie stelle deberent eclipsari per interpositionē terre inter solem ⁊ ipsas: dico ꝙ non: ⁊ hoc est ideo qz vmbra terre nō protenditur vsqꝫ ad orbes alioꝝ astroꝝ; saltē que sunt super solem. ¶ Sed diceres ad minus mercurius potest eclipsari ꝑ interpositionē terre inter ipsuʒ ⁊ solē non haberet lumen ex se sed a sole; quia per Campanū in sua theorica vmbra quā facit terra ex eius obiectione ad solem protenditur vsqꝫ ad spheram mercurij. Respondetur negando consequentiā: propter hoc ꝙ licet vmbra terre bene protendatur vsqꝫ ad spheram mercurij; tamen mercurius nunꝙ tantū recedit a sole quod inter ipsuʒ ⁊ solem sit interposita terra diametraliter. ¶ Ad quintam: negatur ꝯña: quia ꝙ lumen vnius astri causat calorē ⁊ lumen alterius frigiditatem in istis inferioribus hoc est propter diuersas naturas ipsorum astrorum quibus illud lumen incorporatur ⁊ imbibitur: secundum quas illud lumen aliam ⁊ aliam operatur actionē in istis inferioribus. Proportionaliter respondeatur ad sextam.

Tunc ad rationes principales. Ad primā bene conceditur ꝙ luna ⁊ quodlibet aliud astrum habet lumen debile ⁊ remissum ex se: sed ꝙ habet lumen notabile qd̄ nos notabiliter illuminat hoc est a sole. ¶ Ad scd̄am. illa soluta est in soluēdo rationes adductas ꝓ opinione Auicēne.

Questio. XXI.

Tertio queritur vtrū omnia astra sint generatiua caliditatis per lumen in istis inferioribus. Arguitur ꝙ non: primo: qz tunc nulla essent astra frigefactiua quod est contra astrologos q̄ dicunt aliqua astra esse actiua caliditatis aliqua frigiditatis aliqua humiditatis aliqua siccitatis:

probatur ꝯña: q2 aſtra non agūt in iſta inferioꝛa niſi per ſua lumina: ⁊ per ſuos motus: ideo ſi ſint aliqua que agūt frigiditatem in iſta inferioꝛa: ſicut ſunt per aſtrologos: vel ergo illa agunt frigiditatem in iſta inferioꝛa per ſua lumina: ⁊ habetur propoſitū: vel per ſuos motus ⁊ hoc non: q2 motus eſt calefacere ſicut dicitur pꝛimo metheoroꝝ. ¶ Secūdo. ſi queſtio eſſet vera ſequeretur ꝙ magis calefacerēt montes altos ꝙ̄ valles: ⁊ magis mediam regionē aeris ꝙ̄ inferioꝛem: hec omnia ſunt falſa: ſicut patet in libro metheoroꝛum: ꝯña tenet ex eo ꝙ lumina eoꝝ pꝛius attingunt ad loca alta ꝙ̄ ad loca baſſa: et etiam foꝛtius ex eo ꝙ agens foꝛtius agit in propinquū ꝙ̄ in remotum. ¶ Tertio. caliditas cauſatur a motu ſicut ſepe dictum ⁊ allegatū eſt pꝛius: ergo non a lumine: ꝯña tenet ex eo ꝙ conſimiles effectus debent eſſe a conſimilibus cauſis. ¶ Quarto. ſequeretur ſi queſtio eſſet vera ꝙ contrarium caloꝛis generaret a contrario luminis: ſed hoc eſt falſum: q2 lumen non habet contrarium: ꝯña tenet: q2 contrarioꝛum contrarie ſunt cauſe: ſcḋo de generatione. ¶ Quinto. lumen in medio non habet niſi eſſe intentionale et ſpirituale: tale aūt non videtur agere caloꝛem realem. ¶ Sexto. ſequeretur ꝙ lumen eſſet qualitas pꝛioꝛ naturaliter quam caliditas: ⁊ ſic caliditas non eſſet vna de qualitatibus pꝛimis: qḋ eſt falſum. ¶ Septimo. ſequitur ꝙ ſol calefaceret ſpheras celeſtes inferioꝛes quod eſt falſum: quia nō ſunt calefactibiles ꝯſequētia tenet ex hoc ꝙ agens pꝛius agit in propinquum quam in remotum.

Oppoſitum patet de ſole per experiētiam. De luna autē probatur autoꝛitate Ariſtotelis in quarto de partibus animaliū: dicit enim ꝙ noctes in plenilunio ſūt calidioꝛes propter plenilunium. Et ſicut eſt de luna ſic etiam videtur eſſe de aliis aſtris: quia nō videtur ꝙ lumen lune debeat magis calefacere ꝙ̄ lumen alioꝛū aſtroꝝ: cum ſm̄ aſtrologos luna ſm̄ eius naturam propꝛiā ſit frigida et humida. ¶ In iſta queſtione erunt duo articuli. Nam pꝛimo ponam concluſiones: quibus poſitis patet reſponſio ad queſitum. Secūdo videbitur de modo per quem lumen cauſat caloꝛē.

Quantum ad pꝛimum ſit pꝛima concluſio. ſol per ſuū lumen cauſat caloꝛem: iſtud patet ad ſenſuꝫ: nam exiſtens in radiis ſolaribus ſtatim calefit. patet hoc idem ſecundo: quia ſi per ſpeculum concauū vel per aliqua conſimilia inſtrumenta fiat multa cōgregatio radioꝛū ſolis nō ſoluꝫ cauſatur calefactio: imo combuſtio: ⁊ q2 ſol nō eſt foꝛmaliter calidus ſed virtualiter: videtur ꝙ hoc fiat per lumen ſolis ⁊ non per caloꝛem ſolis ei inexiſtentē. ¶ Scḋa concluſio. omnia alia aſtra per ſua lumina calefaciunt: probatur: nā alioꝝ aſtroꝛum lumen non eſt niſi lumen ſolis ſicut patet ex precedenti queſtio. ⁊ cum omne lumen ſolis ſit calefactiuū per precedentem concluſionem: ſequitur etiam ꝙ lumen alioꝝ aſtroꝛum ſit calefactiuū. ¶ Secundo. nam congregando radios planetaꝝ per ſpeculum ſuper certam materiam poſſunt generari animalia per putrefactionē: quod non fit ſine calefactione: ſicut patet quarto metheoroꝛum: ⁊ hoc videtur eſſe lumen taliū aſtroꝝ eſſe calefactiuum. ¶ Tertia concluſio. hoc nō obſtante aliqua aſtra ſunt cauſatiua frigiditatis in iſtis inferioꝛibus: patet per aſtrologos dicentes hoc. ¶ Secūdo. nam ſola remotio ⁊ carentia caloꝛis non ſufficeret ad frigiditatem ita intenſam et ita momentaneā cauſandā: ſicut tamē apparet ſepe euenire: ⁊ ideo talis frigiditas ita intenſa que aliquando ſatis cito poſt magnum caloꝛem euenit videtur cauſari ab aliquibus aſtris. ¶ Quarta cōcluſio. opoꝛtet ſtellas habere virtutes alias a ſuis luminibus: patet nā alique ſtelle frigefaciūt per precedentē concluſionē: ſed non per earum lumen ex quo per lumen calefaciunt: per ſecundam concluſionem: ⁊ q2 non per idem poſſunt calefacere ⁊ frigefacere opoꝛtet ꝙ preter lumen habeant alias virtutes mediātibus quibus frigefaciant.

Quantum ad ſecundum ſciendu3 eſt ꝙ de hoc ſunt opiniones. Quidam enim dicunt ꝙ lumen aſtroꝛū tranſiens per ſpheram ignis incoꝛpoꝛat ſibi caliditatem per quam pertingens ad inferioꝛa calefacit ea: recte ſicut lumen tranſiens per vitruꝫ coloꝛatū coloꝛem vitri videtur ſibi incoꝛpoꝛare. ¶ Sed illud non valet: quia ex quo lumen non eſt coꝛpus vt probatur ab Ariſto. ſecundo de anima: nihil videtur ſibi icoꝛpoꝛare. ¶ Secundo. q2 multiplicatio luminis videtur eſſe ſubito: caloꝛis autem non: ideo videtur ꝙ dicto mō lumē coꝛpoꝛum celeſtiū nō calefaciat iſta inferioꝛa. ſ. per incoꝛpoꝛationem talē. nam tunc ſicut lumen ſubito venit ad nos: ita caloꝛ ei incoꝛpoꝛatus ſubito veniret ad nos: qḋ eſt contra naturā caloꝛis: cū conditio eius ſit multiplicari ſucceſſiue. ¶ Tertio. nam qua ratione lumen aſtroꝝ incoꝛpoꝛaret ſibi caliditatem in ſphera ignis pari ratione incoꝛpoꝛaret ſibi frigiditatē tranſeūdo p̄ mediā regionē aeris que ſemper eſt frigida: ⁊ ſic haberet in ſe caliditatē ⁊ frigiditatem: ⁊ per ꝯñs idem lumen eſſet calefactiuū ⁊ frigefactiuū eiuſdem coꝛpoꝛis. ¶ Quarto. nā iſta opinio imaginatur ac ſi lumen aſtroꝝ in ſphera ignis accipiēs in ſe caloꝛem deſcēderet ad nos per motū localē: modo hoc eſt falſum: cum nunꝙ̄ lumen quod recipitur in ſphera ignis veniat ad nos cum accidens non tranſeat de ſubiecto in ſubiectū. ¶ Alia eſt opinio quā reputo eſſe veram: ꝙ ſicut naturalis ꝓꝓꝛietas grauitatis eſt mouere deoꝛſum ſubiectū in quo eſt ſi non ſit deoꝛſum ⁊ non ſit reſiſtentia excedēs virtutē grauitatis: ita naturalis proꝓꝛietas luminis ē calefacere ſubiectū ſi ſit calefactibile ⁊ reſiſtentia nō ſit maioꝛ ꝙ̄ actiuitas luminis. Nam ſicut lumen eſt nobiliſſima qualitas ⁊ multū cōmendata ab antiqͥs philoſophis: ita bene rationabile eſt ꝙ ipm̄ ſit eductiuū ⁊ ꝓductiuū nobilioꝛis qualitatis actiue: ſicut caliditatis: cuius eſt diſponere ad foꝛmā nobilioꝛis elemēti. ſ. ignis: qḋ oibꝰ aliis elementis eſt nobilius: cuius nobilitas p3 ex hoc ꝙ chaldei adoꝛabant ⁊ colebāt ignea tanꝙ̄ deos. Et ſicut non opoꝛtet querere ꝓpter quid grauitas mouet deoꝛſum niſi q2 hec eſt naturalis eius ꝓꝓꝛietas: ſic nō opoꝛtet querere ꝓpter quid lumen calefacit niſi q2 naturalis ꝓꝓꝛietas luminis eſt calefacere. Verū eſt tamen ꝙ lumen nō eſt qualitercunꝙ̄ calefactiuum: ſed mediante reflexione.

Tunc ad rationes. Ad pꝛimā dico ꝙ bene multe ſtelle frigefaciūt: ſed hoc non eſt p̄ eaꝝ lumen ſed per alias virtutes ſuas quas influūt in iſta inferioꝛa. ¶ Ad ſecūdam. dico ꝙ lumen nō magis calefacit montes ꝙ̄ valles: q2 in vallibus per reflexionē luminis fit maioꝛ congregatio radioꝝ ꝙ̄ per mōtes: ſicut per ſpecula concaua magis ꝙ̄ gibboſa ⁊ ſi montes ſint valde alti: tunc attingūt ad medium regionem aeris que eſt naturaliter frigida: ⁊ ideo lumen ſolis habet ibi paruū poſſe ⁊ ergo ibi lumen non inducit caloꝛem propter nimiā reſiſtentiā ibi exiſtenteꝫ ad caloꝛis productionem. ¶ Ad tertiā. dico ꝙ licet conſimiles cauſe ꝓducunt naturaliter effectus conſimiles: tñ cum hoc ſtat ꝙ ſepe effectus ſiles producūtur cauſis diſſimilibus: qḋ p3: nam mures aliqñ generantur per putrefactionē: aliqñ per prolificationē: ⁊ ideo non ſequitur ſi caliditas gñatur a motu: ꝙ ergo nō gñetur a lumine: ſicut nec ſequitur: mures gñantur per putrefactionem: ergo nō gñantur per prolificationē. ¶ Ad quartā. dico ꝙ non opoꝛtet contrarioꝝ eſſe contrarias cauſas foꝛmaliter: ſed ſufficit ꝙ virtualiter. ¶ Ad quintā dico ꝙ eſſe intentionale eſt eſſe verū ⁊ eſſe reale. ſciētie enim ⁊ virtutes in aīa ſunt res veriores ⁊ nobiliores quam caliditas ⁊ frigiditas: ⁊ ideo ſi lumen habet eſſe intētionale in aere: non propter hoc ſequitur quin habeat eſſe reale: ⁊ quin poſſit facere effectum realē. ¶ Ad ſextam. concedo ꝙ multe qualitates celeſtes et influxe in iſtis inferioꝛibus a coꝛpoꝛibus celeſtibus ſunt pꝛioꝛes naturaliter ꝙ̄ ſit caliditas frigiditas humiditas ⁊ ſiccitas: veꝝ eſt tamen ꝙ ille quatuoꝛ qualitates caliditas ⁊ alie tres dicuntur pꝛime inter qualitates tangibiles ⁊ elementares. ¶ Ad ſeptimā. dico ꝙ lumen aſtroꝝ non calefacit ſpheras celeſtes: quia tales non ſunt calefactibiles: nec diſpoſite ad recipiendum caloꝛem.

Queſtio. XXII.



Quarto queritur vtrum macula illa que apparet in luna cauſetur ex diuerſitate partium lune vel ab aliquo extrinſeco: ⁊ arguitur pꝛimo ꝙ non ex diuerſitate partium lune: ex eo q2 ipſa luna eſt coꝛpus ſimplex: coꝛpis aūt ſimplicis partes ſunt ſimiles eiuſdeꝫ rationis: ſicut p3 de aqua: ſimiliter de aere: ⁊ ſic de aliis coꝛpibus ſimplicibꝰ.

¶ Secundo.

¶ Secundo. solis ⁊ aliarū stellarū partes sunt similes ⁊ vniformes in raritate ⁊ dēsitate: ꝗ͛ silr partes ipsius lune: ⁊ per ꝯñs non ex diuersitate partiū lune videtur prouenire apparitio macule in luna. ¶ Tertio. nā si sic. hoc esset quia alique partes lune essent magis rare ⁊ alique minus: sed probatur ꝙ non: nā tunc in eclipsi solis radius luminis a sole trāsiret ad nos per partes lune magis raras: qđ tñ apparet falsum. ¶ Deinde probatur ꝙ talis macule phantasia proueniat ab aliquo extrinseco: nā ex quo corpus ipsius lune est corp⁹ tersum ⁊ bene politū ⁊ speculare: videtur ꝙ terra obiecta lune causet suā similitudinē ⁊ imaginē in ipsa luna tanꝗ̄ in speculo: ⁊ per ꝯñs nobis inspicientibus lunā ⁊ videntibus terrā in luna reflexe appareat nobis talis macula. ¶ In ista questione primo videndū est de quesito. ponendo opiniones de hoc. ⁊ improbationes earum. Secūdo ponam de hoc opinionem quam reputo esse veram. ¶ Tertio videbitur de figura talis macule.

De prima erat vna opinio quod causa macule apparētis in luna est vapor eleuatus ab ipsa luna interpositus inter nos ⁊ lunā: per quē nobis obumbratur aliqua pars lune. Et dicit cōmentator: ꝙ aliqui dixerūt ipsam lunā attrahere ad se talem vaporem ad sui nutritionē. ¶ Aliqui dixerunt ꝙ q: luna habet magnam proprietatē super aquas ⁊ humiditatē: ideo sue nature est attrahere sub se talem vaporem: ⁊ isti haberent concedere dictā maculam in luna apparentē non ex diuersitate partium lune: sed ab extrinseco prouenire. ¶ Sed ista opinio non valet: q: exalationes ⁊ vapores non vniformiter attrahuntur omni tp̄e ⁊ in consimili figura: sꝫ valde difformiter ⁊ tñ illa macula apparet semper vniformis ⁊ eiusdem figure. ⁊ per ꝯñs nō causatur ex tali exalatione ⁊ vapore interposito inter nos ⁊ lunam. ¶ Nec valet precipue illud qđ dixerunt primi. s. ꝙ luna attrahit ad se vaporē ad sui nutritionē: postꝗ̄ corpora celestia non sunt nutribilia: cum nec sint generabilia nec corruptibilia nec alterabilia. ¶ Scđa opinio erat ꝙ illa macula nō est aliud ꝗ̄ imago representatiua aliquorū corporum hic inferius: sicut terre vel mōtiū: vel aliquorū hmōi: quequidem corpora videntur in luna ad modū ad quē possum⁹ videre corpa in speculo reflexe. Et hoc ideo: quia sicut dixit illa opinio luna est corpus politum tersum ⁊ speculare: sed illud non valet: nā oporteret ꝙ ad motū lune talis imago appareret in alia ⁊ in alia parte lune: recte sicut speculo moto imagines apparent in alia ⁊ in parte eius: sed ꝯñs est falsum. ¶ Secūdo. si luna haberet sic virtutem reflectendi imagines corporū: tunc imago totalis terre deberet nobis apparere simul in ipsa luna: sed hoc est falsum: q: non est talis figure sicut est illa macula.

De secundo est tertia opinio scilicet cōmentatoris quā reputo esse veram: ꝙ talis macula prouenit ex diuersitate partium lune ſm raritatem ⁊ densitatem maiorem ⁊ minorē: nam partes in quibus apparet macula sunt rariores: ⁊ ideo minus bene possunt lucere: partes aūt iuxta illas sunt densiores: ⁊ ideo magis possunt lucere: ptꝫ hoc in simili de alabastro. vnde illa pars que est bene densa vel non transparens est valde alba: ⁊ illa que est transparens ad modum vitri est obscura ⁊ tendens ad nigredinem. Et si q̄ratur quare luna est taliter difformis in suis partibus dicatur qđ hoc est de eius natura.

Quantum ad tertium: scilicet de figura talis macule. dicit Albertus ꝙ ibi est quasi figura leonis cui⁹ caput est versus orientē ⁊ sup dorsum ei⁹ est quasi arbor trāsuersaliter sita: similiter imago hois lateraliter appodiati: cuius pedes sunt versus posteriora leonis: ⁊ dicit ꝙ talis figura melius potest videri aliquantulum post plenilunīū: ⁊ circa ortum solis: q: tunc aer est purus ⁊ serenus.

Ad rationes. Ad primā. dico quod corpus lune bene est simplex substantialiter cū hoc tamen stat ꝙ potest habere aliquā diuersitatē in suis partibus quantum ad raritatē ⁊ densitatē in suis partibus. ¶ Ad secundā dico ꝙ non est simile de sole ⁊ alijs stellis ex vna parte: ⁊ luna ex altera: nec oportet assignare causam dissimilitudinis nisi quia de natura istorū corporū sit. ¶ Ad tertiā. dico quod licet vna pars lune sit aliquantulū rarior alia: tamen non est ita rara ꝙ lumen solis possit transire totā profunditatē lune. ¶ Ad vltimam patet ex improbatione secunde opinionis.

Questio. XXIII.



Postquā circa secundū de celo tractata sunt que concernunt totū celum ⁊ deinde que cōcernūt partes eius maiores: sicut sunt orbes: ⁊ deinde que cōcernunt partes eius minores: sicut sūt astra. Nunc tractandū de his que concernunt centrū eius sicut est terra: de quo primo queritur vtrū terra sit in medio mundi sicut punctus respectu celi naturaliter situata. ꝓbatur ꝙ non: nam si terra esset in medio mundi: tunc videretur ꝙ terra esset nobilissimū elementū: modo hoc est falsum: quia nō est nisi sicut fex aliorum elementorū: probatio ꝯñe: nam nos videmus sic esse in corpore hūano ꝙ nobilissima eius pars est situata in medio: sicut cor: silr hoc videmus in regno: nam nobilissimus regni: sicut rex: habitat ⁊ ponit se in medio regni. ⁊ ita videtur ꝙ si terra esset in medio mundi situata ꝙ ceteris corporibus mundi esset nobilior. ¶ Deinde probatur ꝙ non se habeat sicut punctus respectu celi: nam luna nō se habet sicut punctus respectu celi: patet ad experientiā: ⁊ tamen luna est minor terra: ergo multominus terra se habet sicut punctus respectu firmamenti: ꝯñā tenet: assumptū probaꝛ: q: nisi terra esset maior et luna minor: nunꝗ̄ ex interpositione terre diametraliter inter solē ⁊ lunā posset tota luna eclipsari: et eo ꝙ vmbra quā facit terra cōtinue vadit diminuēdo versus circūferentiam celi: ⁊ ideo si vmbra versus illā partem pōt totaliter lunā eclipsare: signū est ꝙ diameter lune est multo minor ꝗ̄ sit diameter illius vmbre tornatiliter ⁊ pyramidalr extense: sed talis vmbre diameter est diameter ipsius terre. ¶ Deinde ꝓbaꝛ ꝙ terra nō sit in medio mūdi naturalr situata: qlꝫ ps terre ē situata violēter: ꝗ͛ nō totalis terra ē situata naturalr: ꝯñā tenꝫ: aña ꝓbaꝛ: nā nō cuiuslibet partis terre mediū grauitatis est medium mundi: ergo non quelibet pars terre est naturaliter situata: cōsequētia tenet ex eo ꝙ ad sitū naturalē corporum grauium requiritur ꝙ centrum grauitatis eorū sit medium mundi: antecedens notum est de se.

Oppositū vult Aristo. in litera. ¶ In ista questione primo videbitur: vtrum terra sit in medio mūdi. Secundo vtrū terra sit sicut punctus respectu celi. Tertio. vtrum tota terra sit situata naturaliter.

De primo. Pono primo duas distinctiones. quarū prima est ista: corporū grauiū duplicia dicuntur esse: media vel centra. s. centrū magnitudinis: ⁊ centrū grauitatis: in corporalib⁹ eīn grauib⁹ difformiter nō est idē centrum magnitudinis ⁊ grauitatis: sed in corporib⁹ grauibus vniformiter pōt bñ esse idē cētrū magnitudinis et grauitatis. ¶ Secūda distinctio. aliqđ esse in medio mūdi intelligitur dupliciter. Uno modo q: centrū sue magnitudinis est in medio mūdi: Alio modo q: centrū sue grauitatis est in medio mūdi. ¶ Tūc suppono ꝙ terra non est vniformiter grauis: qđ patet ex eo: q: vna pars terre est discooperta aquis propter habitationē animaliū ⁊ plantarū: ⁊ pars opposita est cooperta aquis: modo aer q̄ est naturaliter calidus ⁊ sol calefaciunt partē terre discooptā aquis: ⁊ sic eā aliquo mō subtiliant ⁊ rare faciunt ⁊ alleuiāt: ⁊ pars terre coopta aquis remanet magis cōpacta et magis grauis. Et hoc statim sequitur ꝙ ipsi⁹ terre aliud est mediū grauitatis: et aliud est mediū magnitudinis. ¶ Tūc sit prima cōclusio. ꝙ terra nō est in medio mundi quātū ad cētrū sue magnitudinis: probaꝛ: nā si sic: tūc tota terra esset coopta aquis: modo hoc est falsum: cōsequētia ꝓbaꝛ: nā postꝗ̄ terra esset in medio mundi secūdū cētrū sue magnitudinis: tūc ipsa terra vndiꝗ̄ ſm suas partes exteriores esset equaliter distans a celo postꝗ̄ ponit esse sphērice figure: ⁊ sic nō esset ratio quare aq̄ plus fluerēt ad vnā partē ꝗ̄ ad aliā: cū nō magis inuenirēt locū decliuiorē in vna parte ꝗ̄ in alia. ¶ Secūda cōclusio. ꝙ terra est in medio mundi quo ad cētrū sue grauitatis: probaꝛ: nā oēs partes terre tendūt ad mediū ꝓ suā grauitatē: sicut dicit Arist. ī litera: ⁊ verū est: modo pars q̄ esset grauior pelleret aliā tādiu ꝙ mediū grauitatis totalis terre esset ī medio mundi: ⁊ tūc starēt due ptes eq̄ graues: licet vna maior

et alia minor quantum ad magnitudinem contra se inuicē: sicut duo pondera in equilibra. ¶ Ex quo sequitur qđ terra est propinquior celo in parte discooperta aquis ꝙ̄ in parte cooperta aquis: ⁊ ita ad partem coopertam aquis est maior decliuitas: ⁊ sic ad illam partē fluunt aque tanꝙ̄ ad locū decliuiorem ⁊ tanꝙ̄ ad locū eis naturalem. ¶ Sed diceres. videtur ꝙ centrū grauitatis terre non sit mediū mundi: sed magis centrū grauitatis aggregati ex terra ⁊ aqua: nam ex quo terra est cooperta aquis ex vna parte videtur ꝙ illa aq̄ vna cum illa parte terre aquis cooperta pōderet contra aliā ⁊ debeat pellere aliam sic ꝙ tandem centrū totius aggregati ex aqua ⁊ terra sit in mediū totius mundi. ¶ Respōdetur negando qđ centrum grauitatis totius aggregati ex terra ⁊ aqua sit mediū mundi: nā si ad imaginationē totalis aqua amoueretur: mediū grauitatis terre esset mediū mūdi iuxta secūdā conclusionem: ⁊ q₂ terra essentialiter est grauior quā aqua: p₂ de vna parua terra aque descendit in vna magna aqua. ideo ꝙ̄tumcūꝗ̄ de aqua positū sit ad vnam partē terre ⁊ nō ad aliam: nō propter hoc vna pars terre recipit adiutorium in ponderando ⁊ impellendo aliā plus ꝙ̄ ante: ex eo ꝙ aqua est minus grauis essentialiter ꝙ̄ sit terra. ¶ Ex hoc patet ad argumentū: dico enim ꝙ pars terre cooperta aquis nō ponderat plus cōtra aliam ꝙ̄ si non esset cooperta aq̄s.

Quantum ad secundū articulum premitto istam distinctionē: terram esse sicut punctum respectu celi intelligitur tripliciter: vno modo sicut punctū .i. sicut aliquid indiuisibile: alio modo esse sicut punctū respectu celi .i. non facit diuersitatē in perceptione stellarum fixarū ⁊ aliarū partium celi oculo existente super terrā ⁊ ipso existente in cētro terre supposito ꝙ vna eius medietas esset amota: tertio modo terrā esse sicut punctū respectu celi intelligitur sic ꝙ si terra esset posita in celo stellato non videretur sed esset insensibilis non obstante ꝙ esset facta lucida sicut vna alia stella. ¶ Tunc sit prima conclusio. terra nō se habet sicut punctus respectu celi primo modo patet: q₂ tunc terra esset indiuisibilis: quod est falsum. ¶ Secunda conclusio. terra bene se h₂ sicut punctus respectu celi: ⁊ hoc scđo modo: probatur: q₂ nō faceret diuersitatē in perceptione stellarum fixarū oculo existente in centro terre posito ꝙ vna medietas terre esset amota: ⁊ oculo existente in sup̄ficie terre cōuexa: q₂ vtrobiꝗ̄ videret medietatem celi ⁊ nō plus saltem sensibiliter hic quā ibi. ¶ Tertia conclusio. terra bene est sicut punctus respectu celi stellati seu firmamenti: ⁊ hoc tertio modo: patet hoc: nam plures sunt stelle in firmamēto que vix a nobis vidētur quarum quelibet est multo maior ꝙ̄ sit terra: sicut patet per Alfraganum in lib. xxx. differentiarum. Ideo si terra esset in firmamento posita nullo modo videretur non obstante ꝙ esset facta lucida sicut vna alia stella. ¶ Quarta conclusio. licet terra respectu firmamenti haberet se sicut pūctus: ⁊ hoc tertio modo: non tamen sic se haberet si esset posita in orbe lune ⁊ esset facta lucida sicut luna: patet hoc ex eo ꝙ luna que est minor terra sicut arguebatur: nō apparet sicut pūctus: ⁊ hoc respectu sui celi: ideo minus ipsa terra: cum sit maior luna.

Quantum ad tertium sit prima conclusio: ꝙ totalis terra est naturaliter situata: p̄batur: q₂ totalis terra est grauis naturaliter sicut suppono: ⁊ verum est: ⁊ centrū grauitatis eius est mediū mūdi sicut dictum est in primo articulo: ergo ipsa est naturaliter situata: ꝯña tenet ex eo ꝙ tūc grauia naturaliter sunt situata cū centra suarū grauitatum sunt medium mundi. ¶ Secūda conclusio. ſm vnam diuisionem partium ipsius terre nulla eius pars est naturaliter situata: patet hoc: nam si diuideretur per superficiem planā transeuntem per centrum sue grauitatis nec vna pars esset naturaliter situata: nec alia: ex eo ꝙ nec vnius medietatis centrum grauitatis est centrum mundi nec alterius. ¶ Tertia conclusio ſm aliā diuisionē partiū terre quelibet pars eius est naturaliter situata: patet hoc: si terra diuideretur per orbes tūc cū quilibet illorū orbium terrestriū esset naturaliter situatus ex quo medium sue grauitatis est medium mundi.

Ad rationes. ad primam dico quod terra non ponitur in medio mundi propter hoc ꝙ ipsa sit nobilior aliis elementis: sed ideo q₂ est grauior aliis elementis: et est sicut fex aliorū elementorum: ⁊ ideo est posita bassissime: recte sicut videmus in vino ⁊ ceruisia ꝙ feces in eis cadūt ad fundum: s₂ ꝙ cor positum est in medio corporis hoc est ad istum finem ꝙ melius possit influere spiritum ⁊ calorē singulis mēbris: melius enim hoc facit cum est in medio ꝙ̄ cum esset in circunferentia: ⁊ quia celum satis potens est ad influendum non obstante ꝙ sit in circunferentia: terra est in medio tanꝙ̄ minus nobilis ⁊ alia elementa in circūferentia tanꝙ̄ magis nobilia. ¶ Ad secundā. illa bene probat ꝙ non se habet sicut punctus primo modo: nec etiā sicut punctus tertio modo: et hoc respectu orbis lunaris: cum quo bene stat ꝙ se habet sicut punctus scđo modo. ¶ Ad tertiā p₂ ex vltimo articulo.

Questio. XXIIII.



Secundo queritur vtrum terra in medio celi seu in medio mundi semper quiescat vel semper moueatur. videt[ur] ꝙ non semper quiescat: primo quia [illegible] quod habet in se principium ⁊ potentiam mouendi nō semper quiescit: terra est huiusmodi: ergo ⁊c. maior est nota: nā aliter illud principium ⁊ illa potētia essent in eo frustra: minor p̄batur. nam terra est corpus naturale: ideo habet in se naturā: ⁊ per ꝯñs principium ⁊ potentiam mouendi. per diffinitionē nature positam secundo physico. ¶ Secundo. terra est alterabilis ⁊ de facto alteratur: ergo nō semper quiescit: ꝯña tenet ex eo ꝙ alteratio est species motus: añs patet: quia de facto est applicatum sibi contrariū ex vna parte: sc₂ aqua que est humida: terra autem sicca. ¶ Tertio. q₂ continue terra ex illa parte super quā directe est sol leuificatur: ergo cum centrū grauitatis terre debeat esse medium mundi: sequitur ꝙ alia pars istam leuificatam pellit sursum tādiu ꝙ centrū grauitatis totius sit mediū mundi: ⁊ ideo quia continue sic aliqua pars terre leuificatur: videt[ur] ꝙ cōtinue sic terra moueat[ur]. ¶ Quarto. terra continue mouet[ur] circulariter: ⁊ non semꝑ quiescit: cōsequentia tenet: antecedens probat[ur]: quia celū quiescit: ⁊ stelle celi successiue nobis oriunt[ur] ⁊ occidunt: ergo terra cōtinue mouet[ur] circulariter: consequentia scita est esse bona: quia si celū quiescit: ortus ⁊ occasus stellarum nō pōt saluari nisi ꝑ motum: ⁊ antecedens est dubium: quia ꝑ nullas expientias nec appentias possumus scire celū moueri: ergo dubiū est vtrū celum moueat[ur]: cū ergo consequentia sit scita esse bona: ⁊ añs dubium: ꝯñs non est simpliciter negandum scilicet terrā moueri circulariter: ⁊ possunt adduci p̄suasiones ad hoc ꝙ terra moueat[ur] ⁊ celum quiescat: quartum prima sit ista: celū non indiget ad aliquid sibi acquirendū terra: ⁊ terra indiget celo ad aliquid acquirendum .s. influentiam: ergo rationabili⁹ videt[ur] ꝙ terra moueat[ur] ⁊ celum quiescat ꝙ̄ econtra. ¶ Confirmat[ur]. motus est propter indigentiā: modo illud quod pluri indiget plus debet moueri: terra autem pluribus indiget ꝙ̄ celum: ergo ⁊c. ¶ Tertio quies est nobilior conditio ꝙ̄ mot⁹ quia est finis motus: ergo quies debet attribui corporibus nobilibus sicut est celum: ⁊ motus minus nobilibus: de quorum numero est terra. ¶ Quarto melius est saluare apparentia per pauciora ꝙ̄ per plura: patet: nam primo physicorū dictum est peccatum est fieri per plura ⁊c. modo cū facilius sit mouere paruum ꝙ̄ magnum: melius ⁊ rationabilius videtur ꝙ terra que est valde parua velocissime moueat[ur]: ⁊ sphera suprema quiescat quā econuerso. ¶ Quinto ad p̄ncipale terra est figure spherice: figura autem spherica est multū apta ad motum ⁊ maxime circularē: ideo nisi terra de facto moueretur circulariter: vel aliquando saltem videretur quod talis aptitudo terre ad motum esset frustra.

Deinde probatur quod nō semper moueatur autoritate Aristo. ⁊ maxime circa principium huius: vbi ponit istam consequentiam tanꝙ̄ bonam: celum semꝑ mouetur: ergo necesse est terram semper quiescere. In ista questione primo ponende sunt distinctiones. scđo conclusiones.


Quantum ad primum sit prima distinctio. quod terram moueri potest intelligi vel secundum qualitatem vel quantitatem: vel vbi: vel secundum mutationē eius in substantia accipiendo motum largo modo: in proposito non intelligo nisi de motu secundum vbi. ¶ Secunda distinctio: terram moueri secundum vbi potest imaginari dupliciter scilicet motu recto: vel motu circulari: ⁊ intelligo propositum de tota

tum de tota

tum de tota terra cuius mediũ grauitatis est medium mundi. ¶ Tertia distinctio terra moueri circulariter potest intelligi vno modo circa cẽtrum sibi extrinsecũ: modo quo stelle mouẽtur circa centrũ mundi. secundo modo circa cẽtrum proprium ⁊ super polos proprios: ⁊ hoc potest imaginari vel ab oriente ad occidentem: vel econuerso: vel a meridie ad septẽtrionem: vl' econuerso. ¶ Tunc sit prima conclusio. terra non mouetur circulariter circa centrum sibi extrinsecum patet hoc: nam tunc centrũ grauitatis terre non esset in medio mundi: cuius oppositum dictum est in alia questione. ¶ Secunda cõclusio nec terra mouetur circulariter a meridie ad septẽtrionem vel econuerso circa centrum propriũ ⁊ circa polos proprios probatur: quia tunc non semper polus appareret nobis equaliter eleuatus: cuius oppositũ docet experientia ¶ Tertia conclusio. nec terra mouetur circulariter ab oriente ad occidentem nec econuerso: saltẽ motu diurno sicut quidam antiqui voluerunt: dixerunt enim celum quiescere ⁊ terram moueri: huius conclusionis probatio: ⁊ horũ antiquorum improbatio fiebat prius in illa questione: vtrum motus celi ab oriente in occidentem sit regularis. ¶ Quarta conclusio. bene verisimile est ꝙ semper quelibet pars terre totalis moueatur motu recto: quod persuadetur sic: nam continue de ista terra elementari discooperta aquis cum fluuijs fluunt. multe partes terre ad profundum maris: ⁊ sic augetur terra in parte cooperta aquis: ⁊ in parte discooperta aquis diminuitur: ⁊ per ꝯñs non remanet idem mediũ grauitatis sicut ante: medio autem grauitatis mutato illud quod de nouo factum est mediũ grauitatis mouetur vt sit medium mundi: ⁊ illud quod ante erat medium grauitatis ascẽdit versus partem discoopertã aquis ⁊ tandem per talem continuum fluxũ ⁊ motum illa terra que aliquãdo erat in medio erit in circũferentia ⁊ econuerso. Et iuxta illud potest apparere quomodo generati sunt magni montes: nam non est dubiũ quin alique partes terre magis tenent se simul quam alie: ⁊ ideo quãdo ille partes que non tenẽt se simul fluunt cum fluuijs ad mare: relique tenentes se simul manent ⁊ faciunt eminentiam super terram: sed verum est ꝙ tandẽ per motum terre vel alio modo euertũtur ⁊ cadunt ⁊ destruũtur. ¶ Iuxta istam conclusionem dubitatur. posito ꝙ aliquod graue vniforme in grauitate haberet mediũ sue grauitatis extra medium mundi: omni impedimento extrinseco amoto: nihil sibi addẽdo: nec aliquid ab eo remouendo: an sic moueretur ꝙ tandem medium sue grauitatis esset medium mundi. Dico ꝙ non: quia prius quam medium sue grauitatis fieret medium mundi descẽderet aliqua tarditate ⁊ dupla ad illam ⁊ quadrupla ad illã ⁊ sic in infinitum ⁊ ideo si perpetuo maneret perpetuo descẽderet: ⁊ nunquam mediũ sue grauitatis fieret medium mundi.

Ad rationes. ad primam dico quod illa nõ probat terram semper moueri in suo loco naturali: sed bene moueretur si esset extra ipsum: ⁊ licet talis potentia nõ reducatur ad actum in totali terra tamen bene in suis partibus. ¶ Ad secundã: illa non arguit ad propositum: quia in proposito intelligitur de motu locali: ⁊ de quiete sibi opposita: ⁊ nõ de motu alterationis. ¶ Ad tertiã: illa bene arguit pro vltima conclusione. ¶ Ad quartã: dico ꝙ vtique per certas experientias haberi potest ꝙ celum non quiescit. vnde si quiesceret: quomodo tũc sol ⁊ luna ⁊ ceteri planete aliquãdo essent propinquiores aliquando remotiores: certe impossibile esset hoc nisi celum moueretur. ¶ Deinde respondeo ad persuasiones illas quibus probabatur terram moueri ⁊ celum quiescere. ¶ Ad primã. bñ cõcedo ꝙ terra recipit influẽtias a celo: sed ad hoc nõ requiritur terram se habere actiue: sed sufficit se habere passiue: sic ꝙ ipsa illam influentiam recipiat: et ipsum celum illam influẽtiam causet per suum motum ꝓpter hoc ꝙ celum est perfectius terra: magis aũt de ratione perfecti est dare alijs perfectiones quam quis ex hoc nihil recipiat quam econuerso. ¶ Ad secundam bene concedo ꝙ quicquid pluri indiget plus debet moueri nisi aliud moueretur ad dandũ sibi quo indiget: sed sic est in proposito ꝙ terra quiescente celum mouetur dando ei illud quo indiget. ¶ Ad tertiam bene cõcedo ꝙ perfectius est esse in quiete quam in motu quãtum ad illa que mouentur ad finem veniendi ad sua loca naturalia: sed de illis que semper sunt in suis locis naturalibus ⁊ que non mouentur ad aliquid acquirendum sibi aliud a motu: ita ꝙ motus localis est perfectio finalis eorũ: dico ꝙ talibus perfectius est moueri quam esse in quiete: ⁊ sic est de corporibus celestibus. ¶ Ad quartã. dico ꝙ verum est facilius esset mouere corpus paruum quam magnũ si cetera essent paria: sed non est ita: quia corpora grauia ⁊ terrestria sunt inepta ad motum. Unde clarum est ꝙ facilius mouemus aquam quam terrã: ⁊ adhuc facilius aerem: ⁊ sic ascendẽdo corpora celestia sunt per suas naturas facilius mobilia. ¶ Ad vltimã. dico ꝙ his quibus debetur motus circularis conueniens est figura spherica: ⁊ similiter quibus debetur quies naturalis circa idẽ centrum etiam conueniens est figura spherica: modo ad propositum dico ꝙ terre non conuenit figura spherica propter moueri circulariter: sed propter ipsam quiescere circa centrum mundi.

Questio. XXV.



Ertio queritur vtrum totalis terra sit spherica. Arguitur primo ꝙ non nam si sic sequeretur ꝙ oculus existens in superficie terre non videret medietatẽ celi: cuius oppositum dicũt astrologi imo videret minus: probatur consequentia: quia si esset spherica ⁊ cũ ponatur in medio celi sicut prius dicebatur: tũc linea ipsam contingens imaginata protendi ex vtraque parte vsque ad concauũ celi resecaret a celo arcum multum minorem mediate celi sicut potest apparere in figura: sed illa eadem linea contingeret oculum existentem in superficie terre: ergo ille oculus non videret plus de celo quam esset super illam lineam. ¶ Secũdo. si terra esset spherica sequeretur ꝙ oculus modicum eleuatus super superficiem terre sicut est oculus alicuius hominis stãtis sup terrã videret plus quam medietatem celi quod iterum est cõtra astrologos: pbaẽ consequentia ex eo: quia si oculus esset directe in centro terre: ⁊ vna medietas terre esset amota: tunc videret precise medietatẽ celi: sed oculus existẽs super sup̱ficiẽ terre est altior quam si esset in centro: ergo cum esset super superficiem terre videbit plus quam medietatem celi. ¶ Tertio. si terra esset spherica. sequitur ꝙ sol deberet apparere secũdum superficiem arcualẽ in eius ortu: et similiter in eius occasu: cuius oppositum videmus probaẽ cõsequẽtia quia cum sol nondũ totaliter est ortus vna eius pars videtur et alia occultatur: sed ille partes distinguũtur ab inuicem quo ad apparere et nõ apparere ratione terre: ideo si ipsa esset spherica vtique parẽ solis sup terrã deberet nobis apperere arcualis figure ⁊ hoc cõcaue: recte sicut apparet nobis pars solis nõ absconsa ꝑ lunã in eclipsi solis. ¶ Quarto. si q̃stio esset vera sequitur ꝙ terra totaliter esset cooperta aquis: hoc est falsum: falsitas patet ad sensum: probatur cõsequentia: pro cuius ꝓbatione suppono primo ꝙ aqua sit spherica vel tendens ad sphericitatem. secundo suppono ꝙ terra ⁊ aqua tendunt ad idem cẽtrũ: tũc sic: impossibile est duo esse spherica nisi vnũ circundet aliud ⁊ hoc si eorũ idẽ sit centrũ. ergo cũ aqua sit spherica per vnam suppositionem: ⁊ cũ vnũ sit centrũ terre et aque tunc si terra esset spherica vtique esset totaliter aqua circundata. ¶ Quinto. nã ad sensum apparent in terra multe gibbositates ⁊ concauitates montiũ ⁊ vallium: ⁊ vbi non sunt montes et valles apparet esse plana: quod non esset si esset spherica. ¶ Sexto mobilibus motu circulari naturaliter debetur figura spherica: sicut patet de celo: ergo mobilibus motu recto naturaliter debetur figura recta ⁊ non spherica: sed terra est naturaliter mobilis motu recto ergo ⁊c.

Oppositum vult Aristoteles in litera. In ista questione primo ponam conclusiones. Secundo quedã correlaria.

Quantum ad primum sciendum est primo quod sphericum proprie dicitur quod quo ad eius superficiem exteriorem est sine aliqua asperitate: et cum hoc a puncto eius medio omnes linee ducibiles ad superficiem eius exteriorem sunt equales: sed rotundũ potest dici quod accedit ad sphericitatem: licet non sit perfecte sphericum. Exemplũ primi sicut est mũdus: mũdus enĩ quo ad eius superficiẽ exteriorẽ est sine aliqua aspheritate et perfectissime curuatus vel formatus a primo motore: exẽplũ secundi sicut est pomum vel aliquod tale. ¶ Secundo notandum quod accipiendo large sphericũ ⁊ rotundũ solet capi vnum pro alio. ¶ Tunc sit

prima conclusio terra non est perfecte sphericaꝫ patet: quia multos hꝫ montes ⁊ valles. ¶ Secūda conclusio. terra est rotunda inter orientē ⁊ occidentem: probatur: nam si nō sequeretur ꝙ eedem stelle eque cito orirētur ⁊ occiderent habitantibus versus occidente sicut habitantibus versus orientem: sed hoc est falsum. ꝯña tenet ex eo ꝙ causa talis diuersitatis non videtur esse alia nisi tumor terre et gibbositas: falsitas consequentis patet ex eo ꝙ habitantibus versus orientē citius fit dies ⁊ citius fit nox ꝙ̄ habitantibus versus occidentem: qđ patet ex eo ꝙ plures eadē eclipsis lune visa fuit ab orientalibus in tertia hora noctis: ⁊ ab occidētalibus in prima hora vel secunda: secundū ꝙ erant magis vel minus occidentales: modo hoc nō fuisset nisi orientalibus citius facta fuisset nox. ¶ Tertia conclusio. similiter terra hꝫ rotunditatem a septētrione ad meridiē: probatur: nam aliquis potest a meridie procedere tantū versus septētrionem ꝙ polus sibi sensibiliter magis eleuatur: modo illud non videtur prouenire nisi propter quendā tumorē terre existentem inter meridiem ⁊ septētrionem. Et ita aliquis potest tantum ambulare a septētrione versus meridiē. ꝙ alique stelle sibi apparēt que prius sibi non apparebant: ⁊ alique sibi occultātur que prius sibi apparebant: modo hoc nō videtur esse nisi propter tumorē terre inter septētrionem ⁊ meridiem. ¶ Quarta conclusio. terra vndiqꝫ est rotunda sic ꝙ eleuationes montium sūt parue in respectu totalis terre ⁊ quasi nō notabiles: probatur primo: quia grauia vbi cadunt super terrā non montosam nec vallosam cadunt ad equales angulos: quod non [illegible] grauia petunt idem centrū [illegible] partes terre [illegible] graues: sequitur ꝙ oēs petunt idem centrum: hoc nō [illegible] nisi terra esset rotunda vel tenderet naturalr ad rotunditatē. ¶ Secūdo. partes terre equaliter tēdunt ad mediū mūdi: ⁊ descendūt ad loca decliuiora: nisi vna aliā sustineat: sicut pꝫ de montibus: nihilominus per lapsum tēporis quelibet descendet ⁊ ru[illegible] versus mediū mundi quod videtur esse causa rotūditatis terre. ¶ Unde sciendum est ꝙ si terra esset fluxibilis sicut aqua: ita ꝙ vna pars non sustineret aliā fieret ad omnimodā rotunditatem: ⁊ perfectam sphericitatē. ¶ Tertio si terra esset plana ⁊ nō rotunda montes multum alti deberent videri a multo remotiori ꝙ̄ videntur: sed ꝙ nō ab ita remoto vidētur huius causa nō videtur esse alia nisi tumor terre existēs inter tales mōtes ⁊ visus nr̄os. ¶ Quarto. luna cū eclipsatur propter interpositionē terre inter ipsam ⁊ solē pars nō eclipsata videtur arcualis figure sed hoc non esset nisi terra esset rotunda quā contingūt radij solares protēsi vsqꝫ ad lunā qui distinguūt partē lune visam nō eclipsatam a parte lune eclipsata que est posita in vmbra causata ex interpositione terre inter solem ⁊ lunam: ergo vbicūqꝫ apparet talis eclipsis lune pars nō eclipsata apparet arcualis figure signum est ꝙ vndiqꝫ terra sit rotunda. ¶ Iuxta istam cōclusionē est sciendū ꝙ isto modo posset experiri ꝙ terra est rotunda saltem inter meridiē ⁊ septētrionem: ꝙ aliquis ambularet ab aliquo loco versus septētrionem tandiu ꝙ polus esset sibi eleuatus plus vno gradu ꝙ̄ ante: ⁊ tunc mēsuraret spatium pertransitū: hoc facto rediret ad locū pristinum: et ab eodem loco ambularet versus meridiē: tandiu ꝙ polus esset sibi eleuatus minus vno gradu ꝙ̄ erat in loco signato a quo ambulauit: ⁊ iterum mensuraret illud spatium pertrāsitum: tunc si illa spatia inuenirentur equalia: signum esset rotunditatis terre inter septētrionem ⁊ meridiem.

Quantum ad secundū: primo sequitur ex hoc ꝙ terra est rotunda ꝙ linee exeuntes directe de superficie terre exteriori versus centrū continue vadunt appropinquando: ⁊ in centro concurrunt. ¶ Secundo sequitur qđ si herent due turres ad perpendiculū quanto irent altius tanto elongarētur plus abinuicem: ⁊ quanto irēt bassius tanto appropinquarētur plus adinuicem. ¶ Tertio sequitur ꝙ si fieret aliquis puteus ad perpendiculum inferius esset strictior: ⁊ superius esse latior. ¶ Quarto sequitur ꝙ omnis linea eque distans fm̄ quemlibet eius punctum a centro mundi est curua: pꝫ nam si est recta: tunc aliquis pūctus eius est propinquior centro ⁊ alius remotior: ⁊ sic non equaliter distat a centro seu a deorsum: secundum quēlibet eius punctū. vnde quacunqꝫ linea recta data contingente superficiem terre secundum punctum eius medium ipsa est propinquior centro terre secundum punctum eius medium secundum quem contingit terram ꝙ̄ secundum puncta eius extrema. Ex hoc sequitur ꝙ quicunqꝫ ambulās secundum lineam rectam pro parte tēporis descendit: ⁊ pro alia parte ascendit: nā pro parte temporis pro qua mouetur versus punctum qui est propinquior centro ipse descendit: sed pro alia parte tēporis ꝓ qua mouetur ab illo puncto ipse ascendit: patet ex eo ꝙ in prima parte temporis continue appropinquat plus ⁊ plus centro mundi: in alio autem tēpore continue elongatur ab eodem modo appropinquare centro mundi est descendere: ⁊ elōgari ab eodem est ascendere. ¶ Quinto sequitur ꝙ ambulantium super terram caput mouetur velocius pedibus nā caput in aere describit maiorem circūferentiam ꝙ̄ pedes super terram: vnde homo posset esse ita magnus ꝙ caput moueretur in duplo velocius ꝙ̄ pedes: quia in duplo maiorem circunferentiam describeret in aere ꝙ̄ pedes super terram.

Ad rationes. ad primam concedo ꝙ oculus si esset infixus superficiei puere terre videret multo minus ꝙ̄ medietatem celi: sicut ratio demonstrauit: nihilominus bene concedo ꝙ oculus potest in tali proportiōe esse eleuatus sup superficiē terre ꝙ videret precise medietatem: ita ꝙ suus orizon diuideret celum in duo equalia: ⁊ cuꝫ hoc stat ꝙ oculus pōt esse tantū eleuat⁹ sup supficiē terre ꝙ videret plusꝙ̄ medietatē celi. Et ex hoc tunc patet ad secundū argumentum. ¶ Ad tertium. dicunt aliqui de magistris meis qđ secundū rei veritatem cū vna pars solis est orta ⁊ alia non orta linea diuidens partē ortam a parte non orta ipsius est linea curua ⁊ arcualis: sed tamen pars orta ipsius solis nō apparet nobis figure arcualis: ꝓpter hoc ꝙ quādo linea curua a remotis videtur: apparet recta. ¶ Sed breuiter prout mihi ap[illegible]aret hoc non est verū vnde dico ꝙ secundū rei veritatem pars solis orta non debet apparere arcualis figure: sed debet apparere sicut medietas vel sicut portio vnius circuli eo modo quo apparet. vnde imaginor ꝙ noster orizon debet imaginari sicut circulus resecans et diuidens partem solis ortam a parte solis non orta: modo quando vnus circulus secundū eius periferiam cadit super superficiem latam alterius circuli diuidit ⁊ resecat vnam partem ab alia sine quacunqꝫ interiori concauatione illarum partiū secundū veritatem vel apparentiam: recte ac si ille partes distinguerentur abinuicem per lineā rectam ⁊ propter hoc pars solis nobis orta dꝫ nobis apparere consimili mō ac si distingueret a parte non orta per lineam rectam vel ac si esset oculus in centro terre vna medietate terre amota: ita ꝙ gibbositas terre nihil facit ad hoc ꝙ sol in eius ortu secundū eius partem ortam deberet nobis apparere arcualis figure: ſꝫ ad hoc ꝙ sol nobis taliter apparet sicut oritur facit noster orizon. ¶ Ad quartā illa bene procederet si centrum magnitudinis terre esset centrum mundi: sed quia sic non est sed multum est eleuatum super centrum mundi non oportet ꝙ terra sit totaliter cooperta aquis licet tam ipsa ꝙ̄ aqua sit rotunda. ¶ Ad quintam illa bene probat ꝙ terra non sit perfecte spherica sicut dixit prima conclusio. ¶ Ad vltimam. dico ꝙ non oportet mobile motu recto esse figure recte: licet bene oporteat motum eius naturalem simplicem esse per lineam rectam.

Questio. XXVI.



Quarto queritur vtrum tota lis terra sit habitabilis. Uidetur primo ꝙ nulla pars terre sit habitabilis: nā ex quo terra est spherica vt dictuꝫ est in alia questione: ⁊ aqua similiter vt probat Aristo. in hoc secundo ⁊ cum terra sit grauior aqua et in medio mūdi situata vt dictum est prius: videtur ꝙ terra vndiqꝫ cooperta aquis ⁊ per consequens vndiqꝫ inhabitabilis propter aquas. ¶ Nec valet si diceretur quod eleuationes montium qui sunt in terra impediunt ne totalis terra sit cooperta aquis: ⁊ quantum ad huiusmodi eleuationes ipsa terra est habitabilis. Nam ex quo mundus fuit ab eterno vt credidit Aristo. si aliquando fuissent montes ⁊ tales eleuationes iamdiu essent consūpti: propter hoc quod omne graue tendit deorsum nec perpetuo potest sic sursum sustineri: quare iam totalis terra esset facta

spherica

spherica ⁊ vndiqꝫ aquis cooperta. ¶ Secundo sicut sphera aeris excedit spheram aque: ita sphera aque debet excedere spheram terre: ⁊ per consequens debet totam terram cooperire: ⁊ per consequens debet totam ipsam terram vndiqꝫ inhabitabilem facere. ¶ Deinde probatur quod totalis terra est habitabilis: nam vna quarta eius est habitabilis: vt communiter omnes concedunt: ⁊ non videtur esse maior ratio de vna ꝙ de alia igitur ⁊c.

Oppositum amborum iam probatoruꝫ patet per experientiam: nam aliqua pars terre est habitabilis vt patet: ⁊ aliqua inhabitabilis propter aquas ⁊ aliqua propter nimium frigus sicut illa que est supposita polo arctico vel antarctico: quia terra potest esse inhabitabilis propter excessum frigiditatis vel caliditatis: vel potest esse inhabitabilis propter excessum aquarum. ideo in questione duo erũt articuli. nam in primo videbitur de habitatione vel inhabitatione terre propter temperiem vel ex[illegible] caliditatis vel frigiditatis. Secundo videbitur de habitatione terre vel inhabitatione quantum est ex parte aquarum.

Quantum ad primum supponẽdum est primo terram diuidi in quinqꝫ partes: secũdum quinqꝫ partes: secundum quinqꝫ zonas imaginatas in celo quarum vna est supposita illi parti celi que est inter circulum arcticum ⁊ polum arcticum. secunda autem est supposita illi parti que est inter circulum antarcticum ⁊ polum antarcticum. tertia autem supponitur illi parti que est inter tropicum cancri ⁊ circulum arcticum: quarta supponitur illi parti que est iter tropicum capricorni ⁊ circulum antarcticum. quinta autem ⁊ vltima supponitur illi parti celi que est inter duos tropicos directe sub equinoctiali. ¶ Tunc sit prima cõclusio. due prime partes terre sunt inhabitabiles propter defectum caloris et abundantiam frigiditatis: primum patet quia huiusmodi partes nimis distant a sole qui est causa caloris in istis inferioribus: ⁊ quia ad esse ⁊ viuere plantarum ⁊ animalium requiritur calor sequitur quod ibi nec crescunt plante nec habitant animalia: ⁊ hoc scilicet propter defectum caloris. secũda pars patet: quia ibi est excessus frigoris propter eleuationem vaporum commixtorum aeri qui non possunt ibi consumi propter defectum caloris: ⁊ illi tantum aerem ibi existentem ingrossant ⁊ infrigidant ⁊ condensant: quod nulla viuẽtia possunt ibi manere. ¶ Secunda conclusio. tertia pars terre est habitabilis propter temperiem frigoris et caloris ⁊ caloris ⁊ illa pars terre est in qua nos habitamus: ⁊ quod in est temperies caloris et frigoris est ex eo quod in estate nostra sol est prope suam augem: ⁊ sic non facit nobis nimium calorem propter maiorem eius distantiam a terra: ⁊ in hyeme nostra est prope oppositum sue augis ⁊ sic non causatur nobis nimium frigus sui absentia: propter hoc quod licet non diu moretur super nos: tamen est terre tũc propinquior. ¶ Iuxta istam conclusionem et eius probationem bene sequitur quod secundum mutationem augis ipsius solis alique partes terre redduntur peius vel melius habitabiles. ¶ Tertia cõclusio. quarta pars terre ẽ inhabitabilis ꝓpter nimiam abundantiam caloris in estate: ⁊ nimiam abundantiã frigiditatis in hyeme: et est illa pars terre que est opposita illi parti terre in qua nos habitamus. Sed verum est qꝺ in ista conclusione non omnes concordant: ⁊ probo eam sic: nam ex quo aux solis iam est prope finem geminorum ⁊ oppositum augis prope finem sagittarij: ⁊ cum existentibus in dicta parte terre si aliqui ibi existerent sit istas sole existente iuxta oppositum sue augis: sol eis in estate nimium facit calorem propter nimiam eius propinquitatem ad terram ⁊ cuꝫ eisdem sit hyems sole existente iuxta augem in hyeme ꝓpter absentiam solis ⁊ nimiam eius distantiam a terra est nimiũ frigus ibidem. ¶ Quarta conclusio: quinta pars terre: scilicet que est inter duos tropicos sub equinoctiali est habitabilis: quantum est ex parte frigiditatis vel caloris: imo non solum habitabilis: sed locus temperatissimus pro habitatiõe. ¶ In ista iterum conclusione non omnes concordant. vnde autor sphere manifeste dicit oppositum: istam tamen conclusionem ponit Auicenna in sua physica. Et probatur sic: primo autoritate Isido. in libro etymologiarum: qui dicit quod paradisus est situs in loco alto versus orientẽ fere attingẽs globum lune et sub equinoctiali: sed cõstat quod paradisus terrestris est locus amenissimus ⁊ optime habitabilis. Idẽ patet ex vno quod semel legi in vno libro nam in anglia fuit quidam homo sancte vite: qui asserebat se fuisse in quodam loco vbi fuit facta incãtatio et citatio cuiusdam spiritus qui dixit se velle portare ficus maturas pro quolibet tempore anni ne amplius siccitaretur: tunc dixit incantator quõmodo hoc esset: dixit spiritus: est locus in terra qui existimatur inhabitabilis ab hominibus: vbi in omni tempore anni fruct⁹ maturi secundum diuersitatem generum fructuum inueniũtur: et de illo loco dixit se velle portare fructus ⁊ ficus statim in sequenti die circa festum natalis domini: ⁊ ficus ac plura fructuum genera recentia sibi apportauit: ⁊ certe videtur ꝙ talis locus sit sub equinoctiali: nam de illo plures dicunt ꝙ sit inhabitabilis propter intemperiem et excessum caloris. ¶ Deinde probatur dicta conclusio rationibus. primo: pro quo supponitur quod celum ⁊ astra sunt ordinata ad gubernandum istum mundum: ⁊ maxime homines ⁊ animalia et plantas de quibus natura propter eorum nobilitatem maxime debet esse sollicita. Ideo rationabile est quod in illo loco sit hominũ perfectissima habitatio ad queꝫ omnes stelle celi ordinate: ⁊ simul habent aspectum: sed hoc est ad locum sub equinoctiali: illis enim omnes stelle oriuntur ⁊ occidunt nobis vero non oriuntur nec occidunt ille stelle que sunt circa polum antarcticum. ¶ Secunda ratio ⁊ causa temperiei dicti loci sub equinoctiali est equalitas distantie ab vtroqꝫ polo. calor enim illius loci obtemperatur propter frigiditatem vtriusqꝫ loci equaliter respicientis locum illum. ¶ Tertia causa est equalitas diei ⁊ noctis in omni tempore anni: frigiditas enim noctis obtemperat calorem diei. ¶ Quarta causa est breuitas estatis ⁊ hyemis naꝫ nec hyemalis frigiditas excedit: nec calor estatis nimis adurit. ¶ Contra istam conclusionem dubitatur per rationes illorum. qui tenent partem oppositam: primo quidem arguunt sic: aliquis est locus inhabitabilis propter nimium frigus: ergo etiam videtur ꝙ aliquis sit inhabitabilis propter nimium calorem: sed talis non videtur esse alius quam ille sub equinoctiali. ¶ Secundo. si habitarent ibi aliqui: vtiqꝫ de talibus aliqui venirent ad nos: ⁊ de nostris ad illos: quod tamen nunquã est perceptum. ¶ Tertio. nam cum vadimus versus tropicum cancri tandem inuenimus homines valde nigros sicut sunt ethiopes ⁊ hoc est propter magnum calorem ibi existentem: ergo si procederemus vltra tropicum: tantum inuenitremus caloreꝫ vt videtur: quod nullus posset habitare. ¶ Quarto. nam ibi existentibus sol bis in anno currit per zenith capitum eoruꝫ ideo videtur eis facere tantum calorem qꝺ nõ est eis conueniens habitatio: vnde videmus quod nobis in estate quando adhuc non est in zenith aliquando est tantus calor quod est mirabile: ⁊ ideo si curreret bis in anno per zenith: videretur tantum debere causare calorem quod nullo modo possemus viuere. ¶ Quinto. nam videmus quod ex reflexione radiorum incidentium perpẽdiculariter super superficiem speculi cõcaui causatur ignis: ideo cum sol proijciat bis in anno sicut quando est in principio arietis ⁊ libre: radios suos perpendiculariter super terram suppositam equinoctiali: videtur quod talis terra sit inhabitabilis propter nimium calorem adustiuum causatum ex tali incidentia radiorum solis perpendicularium. ¶ Ad primum dico quod licet sit reperire terram inhabitabilem propter nimiam elongationem a sole ⁊ hoc sub vtroqꝫ polo: non tamen propter hoc oportet qꝺ aliqua sit inhabitabilis propter appropinquationem ad solem: quia cum frigus sit mortificatiuum ⁊ calor viuificatiuus et causa vite: ideo est quod natura melius compatitur siccũ excessiuum caloris quã frigoris: nec etiam sub equinoctiali est excessiuus caloris: sed temperamentum optimũ: vt dictum est. ¶ Ad secundum dico: quod ideo nullus potest illuc ire nec aliquis venire vsqꝫ huc: quia oporteret talem trãsire per terram suppositam tropico cancri: vbi est nimius calor propter nimiam moram solis super orizontem saltem in estate. Nec etiam quis in hyeme sola nec estate potest transire per illam partem propter hoc quod autoritate quorundam versus equinoctialem sunt quidam montes qui habẽt naturam attrahẽdi carnẽ humanã sicut magnes attrahit ferrũ: ⁊ hec est causa quare nullus trãsit. Aliter dicũt quidã ꝙ locus intermedius iter illos ⁊ nos est desert⁹ multũ ⁊ plen⁹ serpẽtib⁹:

⁊ deficiens aquis dulcibus itaꝙ nullus potest illum locum transire: ⁊ propter hoc non percipimus aliqua noua de illis nec ipsi de nobis. ¶ Ad tertiam: bene concedo ꝙ sub tropico cancri est maior calor ꝗ̄ sub equinoctiali: ⁊ hoc ideo: quia licet sol bis currat in anno per zenith capitum habitantium sub equinoctiali: ⁊ nō nisi semel in anno per zenith capitum morantium sub cancro: tamen quia minus moratur super zenith capitis existentium sub equinoctiali ⁊ diutius super zenith capitum existentium sub tropico cancri: inde est ꝙ maiorem facit calorem sub tropico cancri quā sub equinoctiali. Per hoc idem respondeatur ad quartā. ¶ Ad quintam: dico ꝙ non est simile de reflexione radiorum incidētium ꝑpendiculariter: sup̄ sup̄ficiem speculi concaui ⁊ de radijs ꝑpendiculariter incidētibus super superficiē terre: licet bene aliquo modo esset simile de incidentia radioꝝ perpēdicularium super superficiē speculi conuexi ⁊ super superficiē terre: cum terra nō sit concaua: sed conuexa vel spherica ⁊ ideo sicut radij incidentes super superficiē speculi conuexi non causant ignem ex reflexione eorum: quod tn̄ bene faciunt cū incidūt super concauū: ita dico ꝙ nec radij perpendiculariter incidētes super superficiē terre conuexam causant tantū calorem sicut causarent si caderent super superficiem terre concauam: ⁊ ex hoc patet ad argumentum.

Quantū ad secūdum articulum est vna opinio que imaginatur ꝙ aqua ⁊ terra simul faciunt vnā spheram. Et ꝙ non plus habemus de aquis nisi quantum est in vallibus terre. Et ita ponunt partes terre habitatas nō esse nisi quasdā insulas. Et imaginantur in qualibet parte terre de dictis duabus partibus terre esse multas tales partes a[quis] discoopertas ⁊ tales dicerent in qualibet dictarum duarum partium esse habitationem: saltē ꝗ̄tum est ex parte aquarum licet alique eaꝝ sint inhabitabiles ꝓpter defectum vl' abūdantiā frigoris vel caloris. ¶ Sed ista opinio nō valet ꝓpter duo. ¶ Primo ex quo ab eterno fuit mūdus: diu illa canalia aquarum fuissent repleta per fluxum partiū terrestriū cum aqua in illa canalia ⁊ sic iam terra vndiꝙ esset aquis cooperta: ꝓpter repletionem talium canalium. ¶ Secundo: tunc vtiꝙ oēs aque essent faciliter permeabiles: si nō esset plus de aq̄ ꝗ̄ currat in talibus canalibus ⁊ vallibus terre: sed ꝯñs est falsum ex eo ꝙ est vnum mare impermeabile in cuius signū quod est impermeabile Hercules posuit ibi columnas: ⁊ nullus tenet ipsum permeare. ¶ Secūda opinio: ⁊ illam approbo imaginatur ꝙ nō est idem centrum grauitatis ⁊ magnitudinis terre: ⁊ ideo terra ex vna eius parte est propinquior celo ⁊ aquis discooperta: ⁊ ex alia parte est remotior a celo: ⁊ aquis coop̄ta: ⁊ ad illam partē fluunt aque q[ue] ibi erūt ꝓpinquiores medio mūdi. Et ideo pro distinctione partium terre habitabiliū a ꝑtibus terre inhabitabilibus propter aquas imaginandū est in terra vnaz esse lineam transeuntē ab oriēte in occidentē directe suppositam equinoctiali eque distantem secūde linee imaginate in terra supposite circulo artico: inter quas imaginatur tertia linea eque distans vtriꝙ. Ulterius imaginatur totum quod est ab equinoctiali per polū meridionalē: ⁊ per polum septētrionalē vsꝙ ad circulū arcticum esse cooptum aquis ⁊ residuum q͛d nō est nisi vna quarta terre: imo adhuc non integre esse discoopertum aquis. et vlterius imaginatur a medio illius linee supposite in terra discoop̄ta aquis protrahi vnam lineam ꝑpendiculariter versus lineam eque distantē ei suppositā circulo arctico. ¶ His lineis sic imaginatis manifestum est in figura quomodo ista pars terre discop̄ta aquis est diuisa in quatuor ꝑtes quaruz due sunt versus occidentē ⁊ due versus orientē: ⁊ inter illas que sunt versus occidentez illa que est propinquior equinoctiali vocatur africa: ⁊ que est propinquior septētrioni vocat europa: deinde alie due sunt versus orientez: ⁊ inter eas illa que est versus equinoctialē vocatur asia maior: sed propinquior septētrioni vocatur asia minor. Quantū ad huius partes terre coop̄tas ⁊ discoop̄tas aquis dicit Cāpanus in sua theorica in cap. de luna hec verba. Aggregētur autem aque que sub celo sunt in locum vnum: vt appareat in terra arida ⁊ habitet homo: qui quodammodo est finis omniū locuz sue habitationis cōgruentē: ideoꝙ credendum est solum illum locum terre detectum esse ab aquis qui humano vsui fuerit necessarius: quia ergo sola quarta pars terre quā continent duo semicirculi: quorū vnus ab oriēte in occidentē sub equatore protēditur: ⁊ alius per polum septētrionalem ab oriente in occidentem inhabitabatur: vt omnes aiunt. oportet alias tres quartas terre esse coop̄tas aquis. ¶ Sed diceres sicut prius arguebatur: ex quo continue cum fluuijs fluunt ꝑtes terre ad mare: quare ergo tandem terra ex alia parte vbi est cooperta aquis non efficitur eque propinqua celo sicut illa que est discooptata aquis: vnde cum hoc fieret terra vndiꝙ coopertretur aquis. ¶ Respondetur ꝙ hoc nunꝗ̄ fiet: ⁊ hoc ideo: quia quando particule terre fluunt ad aliam partē: tūc alia pars fiet magis grauis ⁊ pellet aliam sursum: vt prius dicebatur in vna alia questione: ⁊ sic semper erit ⁊ hoc ꝓpter difformitatem grauitatis terre: quam difformitatem ab eterno deus ordinauit pro salute animalium ⁊ plantarū. ¶ Ueruntamen credo ꝙ propter mutationē augis eccentrici solis: illa pars terre que modo est coop̄ta aquis prius erat discoop̄ta ⁊ que modo est discooperta prius erat coop̄ta: ⁊ hoc videtur velle satis manifeste Aristo. in sc͛do metheororum: licz non exprimat quod hoc sit propter mutationē augis solaris.

Ad rationes. Ad primam cum suis confirmationibus nō procedit iuxta secundam opinionē vna cum hoc ꝙ non est idem centrum grauitatis ⁊ magnitudīs terre. ¶ Ad secundam: dico ꝙ ordinatum est a deo ꝙ sphera aque non deberet tantum excedere spheram terre quantum sphera aeris spheram aque: ⁊ hoc ordinatum est propter salutem animalium ⁊ plantarum: nam si esset tātus excessus aque ad terram sicut aeris ad aquā: tota terra esset cooperta aquis: ⁊ sic non possent saluari planete ⁊ animalia. ¶ Ad vltimam: dictum est in questione quod non est eadē ratio de vna quarta sicut de alia quantum ad ipsam esse habitalem vel inhabitabilem.

¶ Explicit Liber Secundus
¶ Incipit Liber Tertius.

Questio. I.



Postquā tractaui circa primum huius quasdaz dubitationes concernentes totalem mundum: et similiter tractaui circa secūdum huius dubitationes concernētes partem nobiliorem mundi: scz celum: et cum hoc terram: prout est cētrum celi ⁊ totalis mundi nunc volo tractare dubia concernētia grauia ⁊ leuia sicut sunt elemēta: que sunt partes mundi totalis minus nobiles quā sit celum. De quibus quidem grauibus ⁊ leuibus Aristo. in tertio huius determinat secundum opinionem antiquorum: ⁊ in quarto huius secundum opinionem propriam: ⁊ ideo simul questiōes circa hos duos libros intendo pertractare. primo quantum ad grauitatem ⁊ leuitatem ipsorum grauium ⁊ leuiū. Queritur vtrū aliquod elementum sit simpliciter graue ⁊ aliquod simpliciter leue ⁊ aliquod leue vl' graue in respectu. Arguitur primo quod nihil sit simpliciter graue: nā si sic hoc videtur esse terra pura: sicut dicit Arist. in litera: modo hoc est falsum: nam sit illa terra a. tunc arguo sic a. est aliquo grauius: ⁊ aliquo minus graue: ergo a. non est simpliciter graue: consequentia tenet: nam graue simpliciter debet esse graue in summo: sed graui in summo nihil est grauius: nam aliter non esset summum: antecedēs probatur: quia a. terra est minori terra grauior: ⁊ minori terra minus grauis. Consimiliter probatur ꝙ ignis non est simpliciter leuis. ¶ Deinde probatur ꝙ quodlibet elementum est graue vel leue simpliciter: primo sic quia si non: hoc esset ex eo ꝙ aqua non esset grauis simpliciter: et aer non esset leuis simpliciter: sed probo quod imo: ⁊ arguo sic de aqua: illud quod grauiori simpliciter est grauius vtiꝙ est graue simpliciter: sic est de aqua: patet: nam vnum doliū de aqua est grauius in aere ꝗ̄ sit vnus pugillus terre: ⁊ tamē talis terra per Arist. in litera dicitur esse simpliciter grauis: assumptum patet: nam cuilibet manifestum est ꝙ difficilius multo est sustinere magnū pondus aque ꝗ̄ vnum pugillum terre. ¶ Et cōfirmatur de aqua ⁊ de aere simul: nam illud dicitur graue simpl'r quod dicitur graue sine addito: ⁊ illud leue

z illud leue simplr qđ dicitur leue sine addito : sic est de aq̃ z de aere: pz hoc nã aquã dicimus esse grauem sine addito z aerem leuem sine addito. ¶Secundo. nisi aqua esset simpliciter grauis: z aer simpliciter leuis: oporteret q grauitati aq̃ essent commixti quidam gradus leuitatis z leuitati aeris essent commixti quidã gradus grauitatis: sed hoc est falsum: ꝯña tenet ex eo q aliter aqua esset simpliciter grauis et aer simpliciter leuis: illud enim qđ habet grauitatem sine leuitate est simpliciter graue z quod habet leuitatem sine grauitate est simpliciter leue: recte sicut est in alijs qualitatibus: sed falsitas ꝯñtis probatur: primo: nam si sic tunc aqua simplex posset successiue descẽdere in vacuo: z aer simplex posset successiue ascendere in eodem si esset: qđ est contra Aristo. z Cõmentatorẽ in quarto physicorum: ꝯña tenet ex eo q haberent sufficientẽ resistentiam intrinsecam: vnde in aqua leuitas resisteret grauitati: z in aere grauitas resisteret leuitati. ¶Et confirmatur hoc. qz forma substantialis aque est simplex: z similiter forma substantialis aeris: ergo grauitas que est qualitas motiua aque ꝯñs illam formam substantialem etiam debet esse simplex: z similiter leuitas ipsius aeris: et si sic aqua est grauis sine leuitate: z aer leuis sine grauitate: et per consequens aqua est grauis simpliciter: z aer leuis simpliciter quod erat probandum.

Oppositũ vult Aristo. z Commentator in multis locis: qui pluries distinguũt graue in graue simpliciter z in graue in respectu. vnde volunt terram esse graueẽ simpliciter z ignem leuem simpliciter z aquam z aerem grauem z leuem in respectu. In ista questione primò ponam quasdã distinctiones. secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio: aliquid dicitur graue simpliciter quatuor modis vno modo quia eo existẽte graui nihil est eo grauius secundo modo: qz grauitati sue nullus gradus leuitatis est commixtus. tertio modo: quia de pronomine demonstrante ipsum est predicabilis iste terminus graue absqz addito iuxta illud : hoc simpliciter dico qđ sine addito dico. quarto mõ: eo qz in quocũqz illorum trium elementorum ponatur que sunt ignis aer z aqua. ipsum aptum natum est descendere ¶Secũda distinctio. proportionaliter se habet de leui simpliciter. nã vno modo aliquid dicitur leue simpliciter. quia ipso ẽxistẽte leui nihil est eo leuius. secũdo modo quia leuitati eius nullus gradus grauitatis est commixtus. tertio modo. qz ly leue est predicabile de eo sine addito. quarto modo qz in quocunqz istorum trium elementorum ponatur que sunt terra: aqua: aer: ipsum est aptum natum ascendere. ¶Tertia distinctio. graue non simpliciter sz in respectu dicitur duobus modis. vno modo: quia sue grauitati est aliquis gradus leuitatis pmixtus. secundo modo quia in aliquo elementorum aptum natum est ascendere. z in aliquo aptum natum est descendere. ¶Quarta distinctio. ponatur proportionaliter de leui non simpliciter: sed in respectu.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio. nulla particula terre est grauis simpliciter primo modo. Probatur: quia quacunqz particula terre data vna maior est ea grauior. ¶Secunda conclusio. quelibet particula terre pure est grauis simpliciter secundo z tertio z quarto modis: de secundo modo patet: qz sue grauitati nullus gradus leuitatis est permixtus. Aliter enim non esset terra pura: quod est contra hypothesim. de tertio modo pz: nam graue est p̃dicabile de pronoīe demonstrante illam particulaz simplr z sine addito. De quarto modo ptz: nam quacunqz particula terre pura data: siue esset in igne: siue in aere: siue in aqua: ipsa apta nata esset descendere: sicut docet experiẽtia: z si non descẽderet: hoc esset ꝑpter ꝓhibens z violẽtãs ipsam . ¶Notandum tñ q in proposito solum dicimus aliquid graue simplr propter hoc q in quocunqz poneretur dictoꝝ triũ elementorum ipsum aptum natum esset descẽdere. ¶Sed diceres videtur q isto quarto modo non q̃lz particula terre sit simplr grauis: qz non q̃lz talis descendit in aere ptz de illis paruis corporibus atomalibus q̃ apparẽt in aere in radijs solaribꝰ proiectis per aliquã fenestrã. ¶Rñdetur q vtiqz particule tales apte nate sunt descẽdere: sed q non descẽdunt est propter hoc q nõ sufficiunt diuidere aerẽ sub se existentem propter eorum paruitatẽ: ideo qđ ibi retinent̃ hoc est eis violentum. ¶Sed diceres imo quãdoqz ascendũt in aere. Respõdeo q verũ est: sed hoc est propter alterationẽ factam in eis per calorẽ solis inducẽtẽ in eis leuitatẽ et trahẽtẽ eas a simplicitate z naturalitate sua. ¶Tertia conclusio. nulla particula ignis est leuis simpliciter loquẽdo de leui simpliciter primo modo dicto: ꝓbatur: quia quacũqz data maior ea est leuior. ¶Quarta ꝯclusio quelibet particula ignis est leuis simplr secũdo z tertio z quarto modis: licet in proposito dicatur esse leuis simpliciter iuxta quartum modũ: probat̃ ꝓportionaliter sicut probatur conclusio secunda de grauitate terre. ¶Ex istis cõclusionibus sequitur aliquod elementuz esse graue simpliciter: z aliquod esse leue simpliciter: qđ erat prima pars questionis proposite. ¶Quinta conclusio. aqua et aer non dicuntur graues nec leues in respectu primo modo: probatur: quia si sic tunc in quolibet eorũ esset aliquis gradus leuitatis z aliquis gradus grauitatis: sed hoc est falsum: primo: nam tunc quodlibet eorum posset successiue moueri in vacuo. secundo. nam tunc eorum nullum esset elementum simplex necqz purum: ex eo q sua qualitas motiua non esset simplex. ¶Sexta cõclusio. tam aqua q̃z aer est grauis et leuis in respectu secũdo modo probatur: qz aqua in aliquo elemento posita ascenderet: et in aliquo posita descenderet: et similiter sic ẽst de aere: ideo quodlibet eoruz dicitur graue z leue in respectu secundo modo: consequentia tenet ex distinctione tertia et quarta primi articuli: sed antecedens probatur: nam talis est ordo entiuz naturaliũ quod grauiora appetũt esse sub leuibus: et leuiora appetunt esse super grauiora: patet hoc: nã aliter lignũ non ascenderet in aqua nec oleum cuius oppositum videmus. Et ideo quandocũqz aqua hẽret super se terram immediatã et vbicunqz esset: mouerẽt z ascẽderet super eã si non esset impedimentum. [illegible] aqua haberet sub se ignẽ vel aerẽ vbicũqz esset descẽderet si non impediretur vt esset sub eisdẽ: idez patet de aere qui si haberet sub se imediate ignẽ descenderet vt esset sub eo: sed si haberet super se immediate aquã vel terrã ascẽderet si non impediretur vt esset super eam sic ergo patet q aqua in aliquo elemẽto ascẽderet et in aliquo descenderet z aer similiter. ¶Ex quo concluditur aerẽ z aquã esse grauia et leuia in respectu non quod in eis sit grauitas cõmixta leuitati: sed quod in eis est vna qualitas simplex motiua que [illegible] descendere quando sub eis est aliquod leuius et eadem [illegible] quando super ea est aliquod grauius. ¶[illegible] graue z leue in respectu põt vbiqz [illegible] naturaliter z vbiqz descẽdere naturaliter. probatur nam vbicunqz esset aqua dum tñ sub ipsa immediate esset aer ipsa descenderet z [illegible] vbicunqz esset aqua dum tñ super ipsam esset terra [illegible] apta nata esset ascẽdere: z ascẽderet naturaliter si non impediretur: quia sicut dictum est: semper minus graue appetit esse super magis graue: modo terra est grauior q̃z sit aqua: alr enim nõ descẽderet in aqua. Ex isto patet differẽtia inter graue simpliciter z graue in respectu: z leue simpliciter z leue in respectu: qz graue simpliciter nullibi ascẽderet naturaliter: z leue simpliciter nullibi descẽderet naturaliter: sed graue z leue in respectu vbiqz possunt ascẽdere et vbiqz possunt descẽdere naturaliter. ¶Sed dubitatur iuxta hoc primo: nam dicit Aristo. quarto huius qđ aer ascẽdit violente in elemento ignis. ¶Secundo dubitat̃ nam iuxta dicta videretur sequi q aqua nõ deberet dici magis grauis aere: quia sicut vbiqz aer potest naturaliter ascẽdere vel descendere: ita et aqua cum vtrumqz sit graue et leue in respectu. ¶Tertio: si graue et leue in respectu sicut aq̃ et aer possent vbiqz naturaliter ascendere et vbiqz naturaliter descendere: tunc idem mobile simplex posset moueri naturaliter motibus contrarijs: cuius oppositum demonstratum vel determinatum est primo huius. ¶Ad ista respondetur. Ad primum dicẽdum est q dictum Aristo. dz intelligi q aer violẽte ascẽderet in sphera ignis quando ibi esset ignis cum hoc tamen stat q aer ascẽderet ibi naturaliter vel saltẽ aptus natus esset ibi ascendere: si in sphera ignis esset aliqđ corpus grauius aere: ꝑpter naturalem ordinẽ grauium z leuium. ¶Ad secundũ dico: q aqua vtiqz est grauior aere: sz non propter hoc q aqua descenderet alicubi naturaliter vbi aer non posset descendere casu ad voluntatẽ posito: sed ideo aqua dr̃ grauior aere: qz aqua apta nata est descẽdere ĩ aere z eẽ sub aere: aer aũt nõ aptus natus est descẽdere in aqua.

¶ Ad tertiũ. nego ꝙ illi motus essent contrarij: licet possint esse a terminis contrarijs ad terminos cõtrarios. vnde dico ꝙ hoc non sufficit ad contrarietatẽ motuũ: sed cum hoc requiritur ꝙ tales motus fierent per cõsimilia media in grauitate vel leuitate. ¶ Octaua conclusio. si aliquid ascẽdit naturaliter: saltẽ in medio pleno: aliquid descendit naturaliter: et similiter si aliquid descendit naturaliter: aliquid ascendit naturaliter: patet: nam si ignis ascendit naturaliter in aere: aer qui est super ipsum descendit naturaliter: cum grauius appetat esse sub leuiori: sĩr si terra descẽdit naturaliter per aerem: tunc aer qui est leuior terra ascẽdit naturaliter: quia vult grauius esse sub ipso.

Ad rationes prima bene probat quod terra est grauis simpliciter primo modo: nec etiam ignis est leuis simpr̃ primo modo: sicut pz ex conclusionibus positis: cum quo tñ bene stat ꝙ terra est simpr̃ grauis secundo et tertio et quarto modis: et ignis sĩr est leuis simpliciter scd̃o et tertio et quarto modis. ¶ Ad scd̃am: nego ꝙ aqua vel aer sit grauis vel leuis simpr̃. Et quando dicebatur vnũ dolium aque in aere est grauius ꝙ̃ vnus pugillus terre: bene concedo: sed non propter hoc sequitur ꝙ vnum dolium aque sit grauius vno pugillo terre simpr̃: nam nõ sequitur est grauius in aere ergo est grauius: nam grauitates et leuitates simpr̃ sicut patet ex primo articulo cõparantur inter elementa quã tum ad motũ vnius elementi in altero: quicquid enĩ ascenderet in aere dicitur leuius aere: et quicquid descenderet in aqua dicitur grauius aqua. ¶ Ad confirmationem: bene concedo ꝙ secundum vnam acceptionẽ grauis simpliciter aqua diceretur grauis simpliciter et aer similiter: scilicet prout illud diceretur graue simpliciter de cuius pronomine demonstrãte verificatur ly graue simpr̃ absq̃ addito: verũtamen nec aqua nec aer dicitur graue simpliciter prout graue simpliciter dicitur quod in quocunq̃ elemento alio ab ipso descenderet; quomodo graue simpliciter accipitur in proposito. ¶ Alia ratio bene ꝓbat ꝙ nec aqua nec aer dicitur grauis in respectu primo modo cum hoc tñ stat ꝙ tam aqua ꝙ̃ aer dicitur grauis in respectu secundo modo.

Questio. II.



Secundo queritur vtrũ quodlibet corpus quod est alio grauius in aere sit eodem grauius in aqua. et ar. primo ꝙ sic. nam si non sit: ergo a. grauius b. in aere et b. ecõuerso sit grauius ipso in aq̃: sequitur ꝙ non potest sciri quod illorum in rei veritate sit alio grauius: nam si tu dicas ꝙ a. est grauius b. ex eo ꝙ a. descendit velocius in aere ꝙ̃ b. ego dicam ꝙ b. est grauius a. quia velocius descendit in aqua quam a.

Oppositum arguitur. nam vnum magnum lignũ paruo plumbo in aere est grauius: quia velocius in aere descendit ꝙ̃ paruũ plumbũ: et tamen in aqua idem paruũ plumbũ est grauius illo magno ligno: quod patet: quia illud paruum plumbũ descendit vsq̃ ad profundum aque et lignũ non. ¶ Iuxta istam questionẽ primo volo ponere conclusiones circa quesitũ. secundo iuxta hoc volo ponere quosdam modos: quibus possumus inuenire sine ponderatione ꝓportionem corporũ grauium et leuium adinuicẽ in grauitate diuersarum grauitatum secundum speciem.

Quantum ad primum sit prima conclusio. non quodlibet corpus quod est grauius alio in aere est eodẽ grauius in aqua: pz de magno ligno et paruo plumbo: sicut arguit̃ post positũ. ¶ Secunda conclusio. non quodlibet corpus est eque graue in aere et in aqua: patet de ligno quod in aere descendit vsq̃ ad profundũ aeris: et in aqua non: quod non esset nisi in aere esset grauius et in aqua minus graue. ¶ Tertia conclusio. non quodlibet corpus est eque graue in aqua et in oleo patet de ligno qđ non ita profunde descendit in aqua sicut in oleo. ¶ Ex quo vlterius sequitur quarta cõclusio. non quodlibet corpus quod est grauius alio in aqua est grauius eodem in oleo et econuerso: et non solum istud verum est de aqua et oleo: sed de omnibus corporibus diuersarum grauitatum secundum speciem.

Quantum ad secundum supponendum est primo: que dicantur equaliter grauia secundum speciem et que inequaliter. vnde illa dicũtur equaliter grauia secundũ speciem que sic se habent ꝙ equales portiones eorũ in magnitudine equaliter ponderant. illa vero dicuntur inequaliter grauia secundum speciem que sic se habẽt ꝙ portiones eorũ equales in magnitudine inequaliter ponderant. vnde si capiantur due portiones vna ligni et tanta plumbi portio plũbi plus ponderat. ¶ Tunc sit prima conclusio. datis duobus corporibus solidis: an sint eiusdẽ grauitatis in specie vel diuersarum et quod eorũ sit grauius possibile est sine ponderatione in equilibra inuenire: nam sint illa duo corpora a. et b. et capiãtur de a. et b. portiones eq̃les in magnitudine si a. et b. sint inequalia in magnitudine et dimittantur ille portiones cadere in eandem aquã: tunc si eque velociter descendũt in profundum aque: vel tanta pars de vna quanta de alia: dic ꝙ dicta corpora sunt equalis grauitatis in specie: si autẽ ineq̃ velociter descendunt vsq̃ ad profundum: vel plus de vna illarum portionum submergitur in aqua et minus de alia: dic ꝙ illud est grauius secundũ speciem: cuius portio velocius descendit: vel cuius portiõis submergitur plus in aqua fundamentũ istius positũ est in precedente questione. ¶ Secũda conclusio. datis duobus corporibus solidis diuersarum grauitatum in specie: ambobus tñ supernatantibus in aqua secundum aliquas sui partes: nõ solum sine põderatione in equilibra contingit inuenire quod illorũ sit grauius: sed etiam proportionem in qua alterũ est altero grauius: et hoc põt inueniri sic: nam sint duo talia corpora duo ligna diuersarũ specierum et diuersarũ grauitatum in specie: capiantur de eis due portiones equales: et quelibet illarũ diuidatur in latus in aliquot partes equales: verbi gratia in .xij. que partes vocentur puncta: quo facto dimittantur cadere in aquam: et videatur de quo plura puncta submergũtur et de quo pauciora: et vlterius videat̃ quot puncta submerguntur de vno: et quot de alio: et sm̃ hoc iudicetur proportio eorũ adinuicem in grauitate verbi gratia: sit ꝙ vnius submergãtur duo pũcta et alterius quatuor; tunc dic ꝙ illud cuius quatuor puncta submergũtur est in duplo grauius sm̃ speciem ꝙ̃ illud cuius solũ duo puncta submergũtur. ¶ Tertia ꝯclusio. datis duobus corporibus liquidis diuersarũ grauitatum adinuicẽ sm̃ speciẽ est possibile sine põdere inuenire qđ illorũ sit grauius nam sint duo talia aqua et oleum: et dimittatur vnũ lignum in aquam primo. et deinde in oleũ. si de illo ligno minus submergitur in aqua et magis in oleo; dic ꝙ aqua est grauior et oleũ est leuius: patet; nam semper idem graue in leuiori profundius descendit ꝙ̃ in grauiori. ¶ Quarta cõclusio. datis duobus corporibus liquidis diuersarũ grauitatũ in specie: possibile est sine pondere inuenire non solũ quod eorũ sit altero grauius: sed etiã in qua ꝓportione alterũ est altero grauius: nã sint duo talia corpora liquida aqua et oleũ: et capiat̃ vnũ lignũ quod dicto modo sit diuisum in .xij. partes eq̃les: et dimittatur illud primo in vnũ eorũ: verbi grã in aquã: et videatur quot de illis partibus submergãtur in aqua: et sit verbi grã ꝙ quatuor eius pũcta: et deinde dimittatur in oleũ: et videatur quot puncta eius submergãtur in oleo. et sint verbi grã tria hoc considerato dic ꝙ in illa ꝓportione aqua est grauior oleo sm̃ speciẽ in qua numerus punctorũ illius corporis submersorũ in aqua se hz ad numerũ pũctorũ eiusdẽ corporis submersorũ in oleo: et quia ꝓportio illorũ numerorũ adinuicẽ est sesquitertia: quia quatuor ad tria; dic ꝙ aqua in sesquitertia proportione est grauior sm̃ speciem ꝙ̃ sit oleũ. ¶ Quinta cõclusio datis duobus corporibus; vno solido et altero liquido: possibile est sine põdere inuenire an sint eque grauia sm̃ speciem vel vnũ eorũ sit altero grauius sm̃ speciem: nã sit corpus liquidũ aqua et corpus solidũ sit plumbũ vel lignũ vel aliquid hmõi: et dimittatur illud in aquã tunc si descendit in aqua vsq̃ ad profundũ: dic ꝙ est grauius aqua sm̃ speciẽ: si autẽ descendit vel eius superficies superior stat eque alta cũ superficie superiori aq̃: dic qđ illud corpus solidũ et aqua sunt eque grauia sm̃ speciẽ; si autẽ sm̃ aliquas eius partes descendit in aquã et sm̃ aliquas supernatat; dic ꝙ est leuius aqua sm̃ speciem: sicut est lignum. ¶ Sexta conclusio. datis duobus corporibus: vno solido et altero liquido diuersarũ specierum in grauitate: corpore tamen solido natãte in liquido: et

nõ descẽdente

non descēdēte ad ꝓfundū: porꝫ est inuenire in qua proportione vnū illorū sit alio grauiꝰ scḋm speciē: nā sit corpꝰ liquidum aqua ⁊ corpꝰ solidū sit vnū lignū: ⁊ diuidaꝶ illud lignū dicto mō in .xij. portiones equales: quo facto dimittatur in aquā: ⁊ videaꝶ quot eiꝰ puncta submergātur in aqua: et sint verbi gratia quatuor: quo facto videaꝶ in qua ꝓportiōe totalis numerꝰ pūctorū duodecim habeat se numerū punctorū submersorū in aq̄. s. ad quatuor: dic φ in ea. s. tripla ꝓportione illud liquidū est grauiꝰ secundū speciē illo solido: ptz nā si illud lignū secundū oīa eiꝰ pūcta descēderet in aquam vsqꝫ quo eiꝰ superficies superior fieret eque alta cum superficie eq̄ superiori: esset precise eque graue cū aqua: ideo in quāto minꝰ de ligno descēdit in aquā: in tanto aqua est grauior ligno: ideo si medietas illiꝰ ligni. s. sex puncta descēderet in aquā aqua esset ꝓcise in duplo grauior: sed si minꝰ φ̄ medietas. s. tertia: vt puta quatuor puncta: aqua esset in triplo grauior: qualis est proportio .xij. ad quatuor. ¶ Tunc respōdeatur ad rationem ante oppositū. Quādo dicebaꝶ: tūc non posset sciri qḋ illorū secundū rei veritatē esset grauiꝰ secūdum speciē: dico φ imo: nā illud in rei veritatē ē grauiꝰ ꝯm speciem quod est grauiꝰ in grauiori: puta in aqua: sicut est plūbū: sicut patet ex iam dictis in q̄stione. ⁊ in q̄stione ꝓcedente.

Questio.III.

Ertio queritur vtrū aliquod elementū in suo ꝓprio loco sit graue. ⁊ videtur primo qḋ sic: qꝛ vesica repleta aere plus trahit i equilibria φ̄ si nō esset repleta: quod non esset nisi aer in suo proprio loco esset grauis. ¶ Secundo. aliquid est aere existente in suo proprio loco grauiꝰ: ideo aer in suo proprio loco grauis est: ꝯsequentia tenet ex eo qḋ in vtroqꝫ comparatorū debet reperiri forma seu qualitas: secundū quā cōparātur adinuicē. ¶ Tertio si aer esset in sphera ignis descenderet ad suū locū ꝓpriū per suā grauitatē: quā tamē grauitatē nō amitteret: sed retineret ipso existente in suo proprio loco: ergo aer in suo proprio loco est grauis. ¶ Quarto ad idē. nam dicit Commētator cōmēto .xxxvij. quarti huius qḋ si auferatur aqua q̄ est sub aere aer descendit ad replendū locū aque sine difficultate ⁊ violentia. tamē si auferreꝶ aliqua pars aeris sup aquam: aqua nō ascēderet nisi cū quadā violētia ꝓ replēdo locū aeris. Siſr si aliqua pars ignis in sphera sua propria existēs sup aerem auferretur: aer nō ascēderet ad replendū locū illum nisi cum quadā violētia: istud videꝶ esse signū qḋ tam aer φ̄ aq̄ sunt grauia in suis locis et non leuia. ¶ Quinto terra in proprio suo loco est grauis adhuc grauitate actuali: ergo q̄stio vera ꝯsequētia tenet de se: antecedens ꝓbaꝶ: nā si aliqs niteret eleuare aliquā pꝫtē terre adhuc ipsa existēte in suo loco ipsa resistēt eleuāti: sed nō nisi ꝑ grauitatē: ergo ⁊c. ¶ Sexto. nā ptes inferiores terre sunt solidiores φ̄ superiores: qḋ nō videtur esse nisi ex eo φ superiores eas cōprimūt sed talis cōpressio est virtute grauitatis ergo ⁊c. ¶ Septimo. ignis vbicūqꝫ sit: est calidus actualiter: ergo videꝶ φ etiā vbicūqꝫ sit: sit leuis actualiter: ⁊ ꝑ ꝯsequēs in suo loco est leuis: et pari ratione terra in suo loco proprio est grauis. ¶ Octauo ar. de aqua: nam si fiat foramen in terra aqua descēdit in terram: non obstante quod aqua existit in suo loco proprio: sed hoc non videtur esse nisi per grauitatem.

Oppositū arguitur. nā si aliquod elemētū esset graue in suo ꝓprio loco: hoc nō magis videreꝶ de vno elemētorū grauiū φ̄ de alio neqꝫ minꝰ: ⁊ ideo si aliqḋ elemētū esset graue in suo loco ꝓprio: aq̄ eēt grauis in suo loco ꝓprio: ſz hoc est falsum nā si eēt grauis i suo loco ꝓprio: tūc ille q̄ haberet supra se cētū vel mille dolia aq̄: bñ deberet sentire grauedinē eiꝰ: ſz tñ ipse nō sentit: pꝫ hoc de nautis: q̄nā aliq̄ aliq̄n descēdit vsqꝫ ad fundū maris: ⁊ tūc hꝫ super se plusqꝫ cētū dolia aq̄: ⁊ tñ nullā eiꝰ grauedinē sentiūt. Siſr si aer i suo loco eēt grauis: vtiqꝫ ꝓbem illa grauitatē ꝑciperēt: cū multū ꝯ aere existat sup nos. ¶ Scḋo arguiꝶ autoritate Archimenidis i libro suo ꝯ pōderibꝰ vbi dicit nullū corpꝰ i seipso graue esse: vñ nec aq̄ in aqua: nec oleū in oleo est graue.

Pro respōdēdo ad istā q̄stionē pono primo vnā distinctionē: ⁊ est ista: qḋ dupliciter pōt capi grauitas. Uno modo ꝑ dispōne quādā habituali ⁊ potētiali ꝯsꝫ formā grauis: siue actualiſr inclinet ad motū siue nō: ⁊ illa vocaꝶ grauitas habitualis seu potētialis. Alio mō accipiꝶ grauitas ꝑ tali dispōne actualiſr iclināte ad motū. ⁊ illa vocatur grauitas actualis. Cōsimilis distinctio pꝫ poni de leuitate.

Tunc sit prima conclusio: vbicunqꝫ sit elementū graue ipsum hꝫ grauitatem habitualē: ꝓbaꝶ: nā talis grauitas est q̄litas q̄dā ꝯsꝫ formā substātialē ipsius grauis nec pōt tolli nec auferri nisi ꝑ corruptionē forme substātialis: ⁊ nō ꝑ solū motū localē. ¶ Scḋa ꝯclusio. elemētū graue in suo ꝓprio loco hꝫ grauitatē habitualē: ꝓbaꝶ primo ꝑ ꝓcedentē ꝯclusionē. scḋo nā ꝑ eādē qualitatē ꝑ quā elemētū mouetur ad suū locū ꝓpriū cū fuerit extra ipsum: quiescet naturaliter in suo ꝓprio loco cū fuerit in ipso. ſz hoc est grauitas quātum ad elemēta grauia. Et sic eadē grauitas q̄ aliq̄n dicitꝶ actualis: sicut q̄n actualiter inclinat ad motū deorsū: Aliq̄n dꝫ habitualis ⁊ potētialis sicut q̄n nō actualiter inclinat ad motum. ¶ Consimiliter pꝫ poni due ꝯclusiōes de elemētis leuibus. ¶ Tertia ꝯclusio. nullū elemētū i suo loco ꝓprio hꝫ grauitatē actualē: ꝓbaꝶ: qꝛ nullū elemētū existens in suo loco ꝓprio inclinaꝶ actualiter ad motū deorsum: ergo nullū elementū in suo loco ꝓprio hꝫ grauitatē. ꝯsequētia tꝫ ex q̄d nominis grauitatis actualis: antecedēs pꝫ ꝑ experientiā. Sic simili mō diceretꝶ de leuitate respectu elementorum leuium. ¶ Sed contra istam conclusionē dubitatur primo: nam posito quod aqua sit in loco suo ꝓprio ⁊ dimittaꝶ aliqua magna pars terre in ipsam: tūc illa aqua naturaliter ascendit supra ipsam terrā cū minus graue appetat esse sup magis graue. qḋ nō dicitꝶ esse nisi ꝑ eandē qualitatē ꝑ quā aqua descenderet ad suū locū ꝓpriū: si esset extra ipsum. Sꝫ hoc esset grauitas actualis ꝑ quā descenderet: ergo videꝶ φ hec etiā sit grauitas actualis ꝑ quā ascēdit sup terrā nō obstāte quod ipsa aqua sit in suo loco sibi ꝓprio: ergo videꝶ φ aqua in suo loco ꝓprio hꝫ grauitatē actualē: ex quo habet grauitatē actualiter inclinantem ad motum. Secūdo si super aerem auferretur aliqua pars ignis: ipse ascenderet ne fieret vacuum: et non nisi per leuitatem actualem: ergo aer in sua propria regione videtur habere leuitatem actualem.

¶ Ad primum istorum concedo quod per eandem qualitatem per quam aqua descenderet naturaliter ad suum locum proprium si esset extra ipsum etiā ascendit super terrā dimissam in eam: vnde nō est imaginandum quod in aqua sit vna qualitas. s. grauitas per quā descendit infra aerem: et vna alia que sit leuitas per quam ascendit super terram: nam tunc aqua non esset elementum simplex: verum est tamen qḋ illa eadē qualitas vocaꝶ grauitas cū inclinat ad descensum vel quietem deorsum. Sed vocatur leuitas cum inclinat ad motū sursum vel quietē sursum. Tunc ad ꝓpositum dico: qḋ quando aqua existens in sua ꝓpria regione ascendit sup terram dimissam in ipsam: hoc nō est per grauitatē actualem licet hoc sit per eandē qualitatem que aliquando dicitꝶ grauitas actualis sicut quando actualiter inclinat ad motū deorsum ⁊ nō ad motū sursum. ¶ Sed diceres ad minus ergo aqua in sua propria regione est actualiter leuis. Nam terra missa in ipsam existentem in sua propria regione: ipsa ascendit sup terrā grauiorē ea: qḋ nō videtur esse nisi ꝑ leuitatem actualem. ¶ Ad istud dico φ ita cito φ ponitur terra immediate super aquā ipsa aqua desinit esse naturaliter locata: ex eo φ ipsa existens minꝰ grauis est situata immediate sub existente magis graui. Et iō ꝯcedo qḋ tūc aqua ꝑ suā leuitatem actualē ascendit sup terrā: nec propter hoc potest concludi eā in suo loco proprio esse actualiter leuem. Nam tunc non est in loco sibi proprio ⁊ naturali. ¶ Ad secundam dico qḋ si super aerem amoueretꝶ aliqua pars ignis: ⁊ latera ignis non confluerent: vtiqꝫ aer ascenderet ne fieret vacuū: ⁊ quando dicebatur: ergo aer in sua propria regione haberet leuitatem actualem: concedo. Et quādo dicebatur: oppositū dicit conclusio: respondetur. conclusio debet intelligi ⁊ modificari quod elementa grauia ⁊ leuia suis locis proprijs non habent grauitatem actualem nec leuitatem actualem: ⁊ hoc rebus naturalibus dimissis in sua naturalitate: Sed quando super aerem amoueretur aliqua pars ignis: aliqua fieret violentia in rebus naturalibus: ergo ⁊c. Uel aliter: ⁊ ꝯcedaꝶ solutiō prīe dubitatiōis: q̄n dicebaꝶ: si amoueretꝶ sup aerē aliqua ps ignis ⁊c. ꝯcedo φ aer moueꝶ sursum ꝑ leuitatē actualē.

Et quādo dicebatur: ergo aer in suo loco proprio ⁊ naturali haberet leuitatem actualē: nego: nam dico ꝙ tūc aer nō esset in suo loco naturali: ex eo ꝙ ad aerem naturaliter esse locatū requiritur ipsum secundū eius superficiem conuexā esse immediatum igni. Sed si aliqua pars ignis superius amoueretur: aer desineret esse immediatus igni: ⁊ per consequens desineret esse naturaliter locatus: ideo non est mirum si per suā leuitatem exiret in actū ascendendi seu mouendi sursū.

Ad rationes principales. Ad primam dico ꝙ si aer existens in vesica cum vesica plus ponderat in aere ꝙ̄ vesica solum: hoc est propter hoc ꝙ aer in vesica est aliqualiter condensatus ⁊ compressus ⁊ factus grauior ꝙ̄ aer exterior: ꝗ grauius in minus graui descendit ergo ⁊c. ¶ Ad secundam dico ꝙ quando est existens aliquod lignum in aere: tunc iste aer sub ligno existens nō est naturaliter locatus: ex eo ꝙ iste aer qui est minus grauis est sub ligno magis graui ⁊ propter hoc tunc lignum descendit: ⁊ aer ascendit nec propter hoc concedi potest elementū in suo loco naturali esse actualiter graue vel leue ⁊c. ¶ Ad tertiā. illa bene probat ꝙ aer in suo loco naturali habet grauitatem vel leuitatem habitualem nō tamen actualem. ¶ Ad quartam. quando dicit Cōmentator: ꝙ si infra aerem amoueatur aqua: ipse aer naturaliter descendit: sed si super aerē amoueatur ignis: ipse aer ascendit cū violentia: dico ꝙ hoc intellexit sic: ⁊ si intellexit sicut verba sonant ipse male dixit. Pro quo supponendū ꝙ latera ignis abinuicē diuisa facilius ⁊ citius confluūt quā latera aque abinuicem diuisa. Silr sic est de lateribus aeris abinuicē diuisis ꝙ etiam facilius ⁊ citius confluūt ꝙ̄ latera aque abinuicē diuisa. Silr latera aque abinuicē diuisa facilius ⁊ citius confluūt adinuicē ꝙ̄ latera terre: ⁊ hoc propter grossitiē ⁊ soliditatem terre. ¶ Tunc ad propositū dico: ꝙ si infra aerē amoueatur aliqua pars aque: aer naturalr descendit ad replendū locum: ⁊ valde cito: ⁊ hoc est ideo ne fiat vacuum ⁊ ꝙ latera aque abinuicē diuisa non ita cito possint cōfluere sicut aer pōt descendere ⁊ illum locum replere. Sed si super aerē amoueretur aliqua pars ignis: nō ita cito aer ascenderet: quia citius ille locus repleretur. Iterū sic est de igne respectu aeris per fluxū laterū ignis adinuicē: qui ignis citius posset hoc facere ꝙ̄ aer. Sic simili modo est de aqua respectu terre ⁊ aeris. Nā si aliqua pars terre infra aquā moueatur: statim aqua descendit ad replendū istum locum; ppter hoc ꝙ latera ipsius terre nō possent ita cito confluere ad replendū istum locum. Sed si super aquā amoueatur aliqua pars aeris; nō propter hoc aqua ascenderet. Nā statim latera aeris remanentis cōfluunt ad replendū istum locum: ⁊ citius ꝙ̄ faceret aqua ascendens. ¶ Ad quintā: nego antecedens: ⁊ quando dicebatur: si aliquis vellet eleuare aliquā partem terre de loco suo ipsa resisteret: cōcedo quia ita cito sicut aliquis vellet violentare terram illa grauitas terre que prius dicebatur habitualis solū: exiret in actū resistendi eleuanti ⁊ tunc diceretur grauitas actualis: ⁊ ideo bene concedo qꝺ graue in suo loco naturali cū violētaretur haberet grauitatem actualē. Nam grauitas non ex hoc solo dicitur actualis ꝗ actualiter inclinet ad motū deorsum: sed etiam ex eo quod resistit ⁊ nititur contra violentans: ⁊ iuxta hoc concedendū est ꝙ graue prohibitum ⁊ detentū sursum per aliquam colūnam est actualiter graue. Nam licet eius grauitas nō actualiter moueat: tamen actualiter nititur deprimere detinens ipsum violēter. ¶ Ad sextā dico ꝙ partes centrales terre nō propter hoc sunt densiores ꝙ comprimantur a superioribus. Nam superiores nō pōderant super ipsas. Sed hoc est ex eo ꝙ superiores sunt magis mixte: ⁊ sunt magis porose; ꝗ pori sūt repleti aere. Sed centrales sunt magis solide: ꝗ minus commixte partibus alterius rationis. ¶ Ad septimā. ignis vbicunqꝫ est: est calidus actualiter: id negatur: ꝗ non vbicunqꝫ est actualiter cōburit: sicut nec grauitas vbicūqꝫ est actualr ponderat; vnde ignis immediatus concauo orbis lune non actualiter comburit: cum non sit sibi combustibile approximatum. ¶ Ad octauam. dico ꝙ statim sublata aliqua parte terre infra aquam: ista aqua desinit esse locata naturaliter cum non habeat infra se immediate aliquod grauius se. Et ideo non mirum ꝙ tunc ponderat ⁊ descendit. Et per totam istam questionem per locū propriū intelligo locū naturalem

Questio. xxi.


Quarto queritur vtrū grauitas ⁊ leuitas sint forme substantiales grauis et leuis. Et videtur ꝙ sic: grauitati et leuitati competit diffinitio nature. Ideo vtraqꝫ earū est natura ꝯña tenet: nam cuicūqꝫ competit diffinitio eidem cōpetit diffinitum: modo si vtraqꝫ earū est natura: ⁊ non natura que est materia sicut clarum est de se cum materia nullius sit actiuitatis: grauitas aūt ⁊ leuitas alicuius sunt actiuitatis agunt enim ad motū deorsum ⁊ ad motū sursum: sequitur ꝙ vtraqꝫ earum sit forma substantialis: sed non aliorū ꝙ̄ grauium ⁊ leuiū: ergo. añs probatur: ꝗ grauitas est per se principium motus localis deorsum: ⁊ leuitas sursum: quod cōpetit soli nature nec aliquid deficit grauitati ⁊ leuitati de diffinitiōe nature: nam manente eadē forma substantiali idem mobile aliquando naturaliter ascendit ⁊ aliquādo naturaliter descendit ppter solā variationē grauitatis ⁊ leuitatis. Sed hoc videt esse signū ꝙ tales mot⁹ p se prouenitūt a dictis qualitatibus: ⁊ nō a forma substātiali. Assumptū pꝫ: ꝗ idē vapor calefactus ⁊ leuificatus ascēdit naturaliter: ⁊ postea refrigeratus descendit naturaliter: semper manēte eadē forma substātiali. Ex quo sequit ꝙ tales motus diuersi actiue ꝓueniant ⁊ per se ꝓducantur a grauitate ⁊ leuitate. ¶ Secundo. nisi grauitas ⁊ leuitas essent nature ⁊ forme substātiales grauiū ⁊ leuium: sequitur: ꝙ vapor leuefactus nō moueretur sursum naturaliter: ⁊ refrigeratus ⁊ grauefactus nō descenderet naturaliter ꝓbatur ꝯñtia: ꝗ tales motus nō prouenirent a forma substantiali vaporis cū leuitas nō poneretur forma substātialis leuis nec grauitas forma substātialis grauis. Tertio. grauitas ⁊ leuitas sunt forme priores caliditate frigiditate humiditate ⁊ siccitate: ergo grauitas ⁊ leuitas sunt forme substantiales grauium ⁊ leuiū: ꝯña ꝓbatur: nam dato ꝙ sint priores dictis qualitatibus alteratiuis: ⁊ non sint forme substantiales sed accidentales sequitur ꝙ caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas non sunt qualitates prime: pꝫ ꝗ grauitas ⁊ leuitas essent qualitates eis priores: ꝯñs est falsum ꝑ Arist. in scđo de generatione ⁊ .iiij. metheororū: añs ꝓbatur: ꝗ sicut se hꝫ motus localis ad motum alterationis sic qualitates motiue localiter .s. grauitas ⁊ leuitas se hñt ad qualitates alteratiuas sicut sunt caliditas frigiditas humiditas et siccitas. Sed motus localis est prior motu alterationis per Ari. in litera dicentem: primus erit vtiqꝫ ꝯm substantiam hic motus .s. localis grauium ⁊ leuium ⁊c.

Oppositū arguitur grauitas ⁊ leuitas sūt per se sensibiles .s. sensu tactus. Nā aliqs ꝯm tactū sentit grauitatē lapidis: sꝫ nulla forma substātialis: nec aliqua substātia ē ꝑ se sēsibilis: pꝫ ꝑ Arist. scđo de aīa. igit ⁊c. ¶ Scđo. forme substantiales elementorū grauiū ⁊ leuiū non manent in mixtis: sicut ad pñs supponitur. Sed grauitas ⁊ leuitas elementorū manēt in mixtis: ꝗ grauitas ⁊ leuitas elemētorū: nō sunt forme substātiales eorū. Tertio. substātia nō est ꝯria substantie: ꝑ Arist. in p̄dicamētis. Sed grauitas est ꝯria leuitati: ꝗ grauitas ⁊ leuitas nō sunt substantie: ⁊ ꝑ ꝯñs nec forme substātiales grauiū ⁊ leuiū. ¶ Quarto. manēte eadē forma substantiali variātur grauitas ⁊ leuitas. Ideo nō sūt forme substantiales grauiū ⁊ leuiū: consequentia tenet: antecedēs probatur: de fumo qui qñ est bene calidus est leuis et qñ est refrigeratus est grauis: ⁊ tñ manet eadē forma substātialis.

Pro ista questione sit prima conclusio grauitas nō est forma substātialis grauis: nec leuitas leuis: probat per rōnes imediate positas. Scđa cōclusio. grauitas nō est idē qꝺ densitas nec leuitas est idem qꝺ raritas sicut qdā dixerunt: probat: nā fumus calefactus est leuior aere: ex quo ascēdit in aere: ⁊ tñ non est rarior: sed densior aere: ex ꝗ sequitur ꝯclo ꝙ leuitas nō est raritas: nec grauitas est densitas. ¶ Tertia ꝯclo. grauitas ⁊ leuitas sūt q̄litates scđe naturalr posteriores caliditate: frigiditate: hūiditate ⁊ siccitate: ꝓbat ꝗ calefaciēs primo intēdit ꝓducere caliditatē: ad ꝙ̄ ꝯñter gñat grauitas vł leuitas: ꝯm ꝙ materia est apta nata recipe iuxta exigētiā forme substātialis sibi inherētis sic silr mō frigefaciēs ꝑncipalr intēdit ⁊ gñat frigiditatē: ad ꝙ̄ silr ꝯseqt grauitas vel leuitas ꝯm ꝙ materia est apta nata recipe alterum istorū: qꝺ nō esset nisi grauitas ⁊ leuitas essent naturalr qualitates posteriores dictis qualitatibus alteratiuis que

sunt

sunt caliditas:frigiditas:humiditas et siccitas.

Ad rationes. Ad primam nego quod gravitati et levitati cōpetat diffinitio nature. unde dato quod motus locales graviū et leviū immediate provenirēt a gravitate ꝛ levitate:nō propter hoc adhuc gravitas et levitas essent nature: Nam ad hoc ꝙ aliquod sit natura non sufficit quod sit principiū ꝑ se movendi et quiescendi:sed ultra hoc requirit̄:ꝙ sit in illo primo cui⁹ est principiū ꝑ se movendi ꝛ quiescendi:modo hoc nō cōuenit dictis qualitatib⁹:nā non insunt primo gravib⁹ ꝛ levib⁹:sed secūdo.s.post qualitates primas alterativas:ꝛ post formā substātialē gravis ꝛ levis. ¶ Ad secūdā ꝑ nunc dicat̄ motū vaporis sui esse naturalē: vel quantū est ex parte materie:vel q̄tū est ex parte forme. De hoc postea diffusius dicā. ¶ Ad tertiā nego antecedens et quando dicebat̄ motus locales graviū et leviū sunt priores motibus alterativis:dico ꝙ hoc est verū via ꝑfectionis. Sed nō via generationis: Nā mot⁹ locales graviū ꝛ leviū ꝛ etiā animaliū habēt cōmuniter subiecta magis perfecta:nā grave et leve perfectū est illud ꝙ optime movet̄ localiter:nihilominus antecedit perfectio nō precedit bene secundū tempus alterationes:ꝛ hoc notavit Aristo. dicens qđ latio. i. motus localis est perfectior et est ultimus secundum generationem ex quo concludit quod est prius secundum substātiam idest perfectionem modo predicto ꝛc.

Questio.V.

Quinto queritur utrū ex parte gravitatis ꝛ levitatis concludi possit corpora non esse composita ex indivisibilib⁹ arguitur primo quod nō: Nā si sic hoc videtur esse sicut Arist. facit in litera:Sed probo quod non:nā Aristo. volēs ꝓbare hic ex parte gravitatis et levitatis corpora nō esse composita ex indivisibilibus supponit duo quorū utrunqꝫ probat̄ esse falsum:quo ꝓbato sua demonstratio est conquassata. Primū qđ supponit est illud qđ nullū indivisibile est grave aut leve:nec etiā grave nec leve si esset secūdū quod supponit est:ꝙ nullū grave cōponit̄ ex non gravibus nec leve ꝛ ex non levib⁹. ¶ Cōtra primū arguit̄ sic q: indivisibile si esset:vel esset substātia vel accidens. Si substantia se queret̄ ꝙ ipsum esset grave vel leve:q: ois substātia naturalis est gravis vel levis: Si accidens:tunc oporteret illi accidenti assignare substātiā et subiectā adequate:ꝛ sic ista substātia esset indivisibilis ꝛ tamē erit gravis sicut dicebatur: ergo indivisibile si esset:esset grave. ¶ Contra secūdū fundamētū arguit̄ sic:ex non sensibilib⁹ pōt fieri sensibile:ergo ex nō gravib⁹ pōt fieri grave:cōsequētia tenet a simili:añcedens ꝓbat̄ ꝑ Ari. in de sensu et sensato ubi declarat ꝙ aliqđ corp⁹ est sensibile cui⁹ cētesima pars separata est insensibilis. secundo ex nō rubus pōt fieri rubiū:sicut ex mixtione colorū:ergo pari rōne ex nō gravibus pōt fieri grave. ¶ Tertio. nam homo est gravis:ꝛ tñ cōponit̄ ex nō gravibus. s. ex prima materia q̄ nō est gravis de se:ꝛ ex anima intellectiva q̄ similiter non est gravis. ¶ Quarto. multe particule terre non sunt graves:sicut ille que volāt in aere et apparent in radijs solarib⁹ intrātib⁹ per fenestrā:ꝛ tamē si multe tales componerent̄ facerēt unū grave:Sed illud videt̄ esse cōpositum ex nō gravibus:tales eñ particule terre postq̄ movētur sursum in aere videntur esse non graves.

Oppositum vult Aristoteles in litera.

Breviter sicut dictū est Aristoteles ad demonstrādū ex parte gravitatis ꝛ levitatis corpora non esse cōposita ex idivisibilib⁹ ꝑdemōstrat duas cōclusiōes ꝑambulas quarū prīa est ista:ꝙ nullū idivisibile est grave:quā ꝓbat sic:oē grave est aliquo gravi⁹. Sed oē qđ est aliq̄ gravi⁹ est divisibile:ergo oē grave est divisibile. Sed breviter ista rō nō esset demōstrativa cōtra adversariū.q: statim adversari⁹ negaret utrāqꝫ ꝑmissarū:diceret eñ ꝙ nō solū terra sed etiā aqua ꝛ aer haberēt gravitatē. Et diceret ulteri⁹ qđ esset dare plura indivisibilia ex qb⁹ cōponeret̄ terra:et silr esset dare pl'a indivisibilia ex q̄bus cōponeret̄ aqua:Et silr pl'a ex qb⁹ cōponeret̄ aer:Et diceret̄ ultra oia ista. indivisibilia esse gravia:Et indivisibile aeris esse grave:licet nullo alio sit gravi⁹ ꝛ sic esset intercepta maior postea diceret̄ qđ unū indivisibile terre est gravi⁹ [illegible] indivisibili aque ꝛ [illegible] uno indivisibili aeris nec ꝓpter hoc sequit̄ [illegible] divisibile [illegible] subiecta [illegible] ad divisione graduale forme. [illegible] in eodē subiecto non facto maiori [illegible] intēdi qualitas ꝛ remitti: Jmo adhuc in subiecto indivisibili:sicut ptꝫ de intellectu ꝛ habitib⁹ [illegible] ¶ [illegible] facit unā ratione ad [illegible] cōclusionē q̄ magis videt̄ esse demonstrativa [illegible] ista.oē simplr grave est densum ꝛ omne simplr leve est rarū sed oē rarū vel densum est divisibile:ergo oē grave vel leve est divisibile. maior videt̄ esse nota.q: cū terra q̄ est simplr gravis est densa ꝛ cū ignis q̄ est simplr levis est rar⁹ [illegible] qđ non [illegible] multū hꝫ de materia sub parva q̄titate [illegible] qđ [illegible] multū de materia est divisibile [illegible] qđ parum hꝫ de materia sub multa q̄titate:sed qđ multā hꝫ q̄titatē est divisibile:ꝛ sic oē dēsuꝫ vel rarū est divisibile. ¶ Scđa cōclusio fundamentalis est [illegible] omnis pars ex qua cōponit̄ grave est gravis [illegible] hoc nō de ptib⁹ essentialib⁹ sicut sunt materia ꝛ forma q̄ nō sunt [illegible] sed intelligēdo de ptib⁹ q̄titativis q̄ sunt [illegible] est bñ pōle ꝙ pars essentialis alicui⁹ gravis [illegible] sicut arguebat̄ ante ꝓpo [illegible] de aīa intellectiva ¶ Ad propositū ergo suppono de simplr gravib⁹ sicut est terra quod illud qđ est mai⁹ est gravi⁹ [illegible] experit̄ [illegible] experiri pōt ꝙ maior terra est gravior minori ceteris ptib⁹. Tunc capio unū grave cōpositū ex trib⁹ ptibus [illegible] a b c ꝛ sibi addat̄ quarta ps [illegible] precedētib⁹ q̄ sit d [illegible] sequit̄ ꝙ a b c d est mai⁹ ꝙ a b c q: hoc est de rōne ptis q̄titative ꝙ redd[illegible] totū mai⁹ et extēsi⁹ [illegible] ꝛ ultra per supposit[illegible] sequit̄ ꝙ a b c d ꝓpter additionē ipsi⁹ d est gravi⁹ ꝙ esset a b c.q: dictū fuit ꝙ mai⁹ est gravi⁹ [illegible] nō est possibile ꝙ aliq̄ fiat gravi⁹ ꝑ additionē alicui⁹ qđ nō habeat gravitatē ergo d hꝫ gravitatē. Ex quo sequit̄ ꝙ etiam a habebat gravitatē [illegible] ponebam⁹ [illegible] data [illegible] omnibus [illegible] partibus precedentibus et sic quelibet pars ex qua illud grave componebatur erat gravis et hec erat conclusio.

Ad rationes. Ad primaꝫ qua probatur ꝙ indivisibile si esset:esset leve:nā indivisibile si esset vel esset substātia vel accidēs:dico ꝙ esset substātia ꝛ esset accidēs ꝛ esset divisibile ꝛ non esset divisibile ꝛ esset grave ꝛ non esset grave. Nā idivisibile esse est iposibile:sicut hꝫ ostēdi alibi: Et ad iposibile seq̄t̄ qđlibet:ꝛ illđ itelligit̄ de idivisibili hñte positionē i ꝯtinuo. ¶ Deiñ ad rōnes cōtra secūdū fundamētū:qb⁹ ꝓbat̄ ꝙ ex nō gravibus posset cōponi grave:ꝛ arguebat̄ prio ex nō sensibilib⁹ ꝛc. dico ꝙ licet aliq̄ ptes tales sint isensibiles separate:tñ sunt sensibiles cū inexistūt toti:q: una sentit̄ cū alia:ꝛ sic bñ ꝯcedere ꝙ ex illis quorū seorsum gravitas nō ꝑciperet̄ bñ posset cōponi grave [illegible] est contra itētionē Ari. ¶ Ad scđam de coloribus:dico nō est sile. Nā rubedo est una q̄litas mixta ex extremis et inexistētib⁹ formaliter vel saltē virtualiter:Sed sic nō est de gravitate. Nā illa est qualitas simplex. Vel aliter bñ ꝯcedo ꝙ ex nō rubus fit rubiū:Nā tales ꝑtes nō rubie ex qb⁹ cōponit̄ rubiū sunt ptes diversarū colorū:Sed i ꝓposito loq̄mur de ptibus q̄titativis q̄ sunt adinuicē eiusdē rōnis:cū eñ unā sit uni⁹ coloris ꝛ alterā alteri⁹:nō est possibile ꝙ aggregatū sit eiusdē coloris cū altero eorū tātū:Sed ptes terre vel aeris sunt inter se eiusdē rōnis:Jdeo nō erat sile. ¶ Ad tertiā. dico ꝙ dictū Arist. intelligit̄ de ptib⁹ integralib⁹:rō aūt ꝓcedit de partib⁹ essentialib⁹ ꝛc. ¶ Ad ultimā. dico ꝙ utiqꝫ iste ptes terrestres volātes in aere in radijs solarib⁹ sunt graves:sꝫ ꝙ nō descēdūt causa est:quia non habent tantā gravitatem quod sufficiant dividere medium:et etiā quia alterate sunt per calorem ipsius solis.

Questio.VI.

Sexto queritur utrum ex parte gravitatis et levitatis possit concludi numerus quaternarius elementorū. arguitur qđ non Nam si sic hoc videtur esse per istum modum per quem Aristoteles intendit hic facere: Unde arguit sic:unum est elementum simpliciter leve sicut est ignis. Et aliud simpliciter grave:sicut

terre: ⁊ illa sunt contraria secundū grauitatē ⁊ leuitatē. Et inter contraria oporteret esse media. Ideo sunt quatuor elementa quorū vnū est simpliciter graue ⁊ vnū est simpliciter leue ⁊ vnū est graue in respectu ⁊ reliquū est leue in respectu et sic erunt quatuor. ¶ Sed pbaꝛ ꝙ talis mod⁹ non valeat ad ostendendū ꝙ elemēta sint quatuor ⁊ nō plura. ¶ Primo quia mediū nō debet poni elementū: cū mediū sit cōpositū ex extremis formaliter vel virtualiter: Sicut patet de tepiditate: ⁊ de medijs coloribus: Sed elemētū nō debet esse cōpositū ex extremis sed simplex hoc enim ptinet ad naturā elementi: quare ⁊c. ¶ Scdo quia posset esse mediū inter illa cōtraria extrema. s. inter grauitatem simplr et leuitatē simplr: ⁊ hoc per equidistantiā. Et ideo diceretur ꝙ inter terrā ⁊ ignē nō esset nisi vnū mediū p equidistātiā. Et si tu diceres ꝙ inter terrā ⁊ ignē esset vnū mediū. s. aer et inter aerē ⁊ terrā vnū aliud mediū. s. aqua ⁊ ꝙ sic essent quatuor elemēta. Ego silr dicerem ꝙ inter aerē ⁊ ignē esset vnū mediū sicut inter aerē ⁊ terrā: et sic essent quinq;. ¶ Tertio cōtrariorū nihil prohibet esse plura media ꝙ̄ duo: sicut patet in coloribus ⁊ in saporibus: Ideo inter elemētū graue simpliciter et elementū leue simpliciter nihil phibet esse plura elemēta intermedia ꝙ̄ duo et p cōsequēs nihil phibet esse plura elementa ꝙ̄ quatuor.

In oppositum est Arist. et Cōmentator nā necesse est esse quatuor qualitates simplices distinctas specie et nō plures: inclināntes ad diuersos mot⁹ locales sursū et deorsum. Et ad qetes in diuersis locis. Sed istis debent correspondere quatuor corpa simplicia grauia ⁊ leuia: ⁊ nō plura distincta specie mobilia motib⁹ rectis simplicibus: et ista vocam⁹ elemēta igitur ⁊c. ¶ In ista questiōe primo vidēdum est vtrū ad saluādū oēs mot⁹ grauiū ⁊ leuiū simplices nobis apparētes oporteat ponere quatuor qualitates motiuas simplices et nō plures: quas vocamus grauitates ⁊ leuitates. ¶ Secūdo respondēdū est de quesito ⁊c.

Quantum ad primum sciēdū est ꝙ motus simplices recti nobis apparentes distincti specie specialissima ipsorū grauiū ⁊ leuiū non sunt nisi quatuor. s. mot⁹ simpliciter ad mediū ⁊ mot⁹ simplr a medio ⁊ mot⁹ ad locū vbi est aqua tanꝗ̄ in loco sibi naturali. s. immediate sup terrā et mot⁹ ad locū vbi est aer immediate sub igne. ¶ Tunc sit prima conclusio ad saluandū tales motus simplices nō sufficit vna qualitas motiua: quia si sic sequeretur ꝙ oia mobilia motu recto inclinarentur sursum: licet secūdū magis ⁊ minus: vel omnia deorsum licet etiā secūdū magis ⁊ minus secūdū ꝙ plus vel min⁹ haberēt de ista qualitate vna motiua localiter consequēs est falsum. ¶ Secūda cōclusio. Ad saluandū dictos mot⁹ simplices nō sufficiunt due qualitates motiue cōtrarie etiā cū medijs ex mixtione earū puenientib⁹: Ista conclusio pbaꝛ p hoc ꝙ secundū hoc nō possent saluari apparētia: ⁊ hoc declaratur sic: nam sint iste due nature cōtrarie. s. a. ⁊ b. ita ꝙ a inclinet deorsum ⁊ b. sursum. Tunc q̄ro quare aqua est grauior aere: ⁊ magis inclinaꝛ deorsum ꝙ̄ aer: ⁊ nō pōt responderi secundū istas duas naturas nisi altero triū modorū: vn⁹ est ꝙ aqua pl⁹ hꝫ de a. ꝙ̄ aer. Secund⁹ modus est ꝙ aqua min⁹ hꝫ de b. ꝙ̄ aer. Terti⁹ mod⁹ est qḋ pportio ipsi⁹ a ad b. est maior in aqua ꝙ̄ in aere. Sed null⁹ istorum modorū sufficit: quia ꝫ primū modū magnus aer eēt grauior parua aqua: nā plus esset in magno aere de ipso a. ꝙ̄ in parua aqua. Sed iuxta secūdū modū paruus aer esset grauior magna aqua: quia paruus aer min⁹ haberet de ipso b. ꝙ̄ magna aqua. Sed si ponaꝛ terti⁹ mod⁹ tūc erūt equales grad⁹ adinuicē in magna aqua ⁊ in parua aqua: ⁊ etiā magn⁹ aer et paruus aer: quia eadē esset pportio a. ⁊ b. adinuicem in magna aqua ⁊ in pua aqua: Sicut si aliqd sit vniformiter tepidū qualis est pportio caliditatis ad frigiditatē in toto: talis et in pte: rō ista pōt trahi ex litera Aristotelis. ¶ Secundo ad idem. etiā non posset saluari quare in regione aeris vna magna portio aque esset grauior vno paruo globo terre et in regione aque esset econuerso: Nā enim cōbinatio ex duobus sufficeret ad hoc saluādū. ¶ Tertio. contraria adinuicem miscibilia infinitis possunt misceri proportionib⁹: ideo videꝛ qḋ possunt esse plura elementa media ꝙ̄ duo. ¶ Tertia conclusio ad saluanduꝫ dictos mot⁹: quatuor simplices sufficiunt quatuor qualitates motiue distincte specie: nec requiruntur plures: probatur: quia per illas sufficienter possunt saluari apparentia iuxta dictos quatuor motus simplices grauiū ⁊ leuiū: naꝫ sint iste quatuor qualitates a. b. c. d. tūc potest dici ꝙ a. inclinat ad motū simpliciter deorsum: vt ad locū terre ⁊ d. ad motū simplr sursum: vt ad locū ignis: ⁊ b. ad locū deorsum in respectu: vt ad aquā q̄ est sup terrā et sub aere: et c. ad locū sursum in respectu vbi est aer q̄ est sup aquā et sub igne. Per dictas etiā qualitates oia alia apparentia circa dictos mot⁹ possunt saluari quorū aliqua gratia exēpli recitabo. Unde primo p istas potest saluari quare ois aq̄ est oi aere grauior: et ois aer omni aqua leuior. Uñ hoc est ideo: quia oē b. iclinat ad esse sub c. ⁊ omne c. ad esse supra b. quia sic se habēt loca naturalia ad q̄ iclināt. ¶ Secūdo iuxta dicta pōt saluari quare in regione aeris magna aqua est grauior puo globo terre cū tñ paru⁹ globus terre sit simpliciter grauior. vñ hoc est ideo: quia tā qualitas b ipsi⁹ aq̄: ꝙ̄ qualitas a. ipsi⁹ terre existētes in aere inclināt deorsum: Et posito ꝙ essent equales magitudinis: tūc terra forti⁹ iclinaret ⁊ veloci⁹ descēderet. Sed tñ nō in infinitū velocius. imo secūdū aliquā pportionē determinatā: ⁊ tūc pōt aqua ⁊ virtus ei⁹ intm̄ multiplicari: ꝙ virtus ei⁹ excedat virtutē illi⁹ parue terre. Et ideo ista aqua magna in aere est grauior illa parua terra ⁊c. ¶ Tertio iuxta dicta pōt saluari in q̄ pportiōe terra sit grauior aq̄. Uñ posset dici ꝙ in aere vel in igne esset certa pportio: quia vtrūq; eorū moueretur velocitate finita sed finiti ad finitū certa est proportio: sed in aqua vel in terra nulla apparet pportio terre ad aquā in grauitate siue in inclinatione deorsum: in terra enim aqua nō diceretur grauis sed leuis. Sed in aqua terra bene diceretur grauis: sed aqua nō diceretur grauis aut leuis: ad intellectū prius dictum in vna questione. s. vtrū elementū in sua regione sit graue vel leue: ⁊ oia ista puenīunt ex dictis quatuor qualitatibus simplicibus. s. a. b. c. d. ¶ Quarto iuxta dicta pōt saluari quare lignū ⁊ oleū in aere sunt grauia ⁊ in aqua sunt leuia. Nā hoc est ex eo ꝙ in ligno abūdant terra ⁊ aer: ⁊ est ibi multū de aere ppter porositates: in tantū ꝙ aer existens in ligno: si lignū sit in aqua: hꝫ fortiorē tractū sursum ꝙ̄ terra deorsum: ideo facit lignū ascēdere ad superficiē aq̄. Sed in aere iste aer nō haberet tractū nec supra nec infra. Et ita diceretur de oleo in q̄ magis abundat aqua ꝙ̄ aer: ideo si oleū sit in fundo aq̄ aer trahit ipm sup aquā: cū aqua nō habeat tractum in suo loco: sicut dictū est prius. Sed si sit in aere tūc aqua trahit oleum deorsum: ⁊ aer nō trahit. Ideo oleum descendit. Et illud totum prouenit ex dictis quatuor qualitatibus.

Quātum ad secundū articulū pono vnicā conclusionē responsalem ad questionē. Qḋ ex parte grauitatis ⁊ leuitatis potest probari numerus quaternarius elemētorū que dicunt corpora simplicia mobilia motibus rectis: probatur: nā primo ex hoc ꝙ ad sensum apparēt nobis quatuor motus simplices grauiū ⁊ leuium: ⁊ non plures distincti specie concludimus [illegible] ab effectu ad causam quatuor esse qualitates motiuas distinctas specie: ⁊ nō plures: quas vocamus grauitates vel leuitates: cū dicti quatuor motus simplices nō possint saluari p pauciores nec ad saluandū eas oportet ponere plures sicut dictū est in primo articulo: ergo econuerso arguēdo a [illegible] effectū ex nūero dictarū qualitatū motiuarū quaternario ɔcludim⁹ esse q̄tuor mot⁹ simplices rectos ⁊ nō plures neq; pauciores distinctos specie: ⁊ cū quilibet corpꝰ debeat [illegible] mobilis simplicis nec possit [illegible] naturaliter corporib⁹ simplicibus distinctis specie: sequiꝛ ꝙ dictis quatuor motib⁹ distinctis specie correspōdēt quatuor corpora simplicia distincta specie ⁊ nō plura: ⁊ ista vocam⁹ q̄tuor elemēta: q̄re ex pte grauitatis et leuitatis pōt cōcludi demonstratiōe ppter quid numer⁹ quaternari⁹ elemētorū ⁊c.

Ad rationes: dico quod omnes rationes facte nō arguūt cōtra pdicta. Nā pcedūt ac si grauitas ⁊ leuitas aeris et aque puenīāt ex mixtiōe grauitatis terre et leuitatis ignis: modo hoc falsum. Nam oēs dicte qualitates quatuor motiue sunt eque simplices.

Questio. VII.

Sequitur nunc tractare de motib⁹ grauiū et leuiū: postꝗ̄ tractata sunt aliqua cōcernentia grauitatem et leuitatem ⁊ quantum ad illud queritur. Primo vtruꝫ loca naturalia grauium

grauiū et leuium sunt cause suorum motuum.arguit̄ primo ꝙ nō.Nā si sic vel eēnt cause materiales vel formales:vel efficiētes vel finales.Nullū istorum potest dici:ergo ⁊c.maior est nota:probat̄ minor:nō enim potest dici ꝙ sint cause materiales vel formales.Nā materia ⁊ forma nō sunt sepate ab eo cuius sunt cause:cū sint cause intrinsece:ergo locꝰ naturalis ipsius grauis nō est cā materialis aut formalis ipsiꝰ grauis:vel motus eiꝰ.Nā qñ mouet̄:separatū est a suo loco.Similiter est de leui.¶Deinde ꝓbatur ꝙ nō sit cā efficiēs seu mouēs.Nā dicit Arist.ꝙ graue mouetur a generāte vel a remouēte ꝓhibens:neutrū aūt istorū est locꝰ.¶Et cōfirmat̄:nā mouēs debet esse simul cum moto.Sed locus naturalis ipsius grauis nō est simul cū graui qđ mouetur deorsuʒ nec locꝰ naturalis ipsiꝰ leuis naturalis est simul cū leui qñ mouetur sursum ergo ⁊c.¶Deinde etiā probat̄ ꝙ locus naturalis grauis nō sit cā finalis ipsius motus.Et siliter erit de leui.Nā forma ⁊ finis coincidūt sicut Aristo.ostēdit.ij.phy. Sed locꝰ naturalis ipsius nō est cā formalis ipsius grauis sicut prius ꝓbat̄:ergo etiā nō est cā finalis.Et confirmatur hoc:finis debet esse nobilior ⁊ melior his q̄ sunt ordinata ad finē:sʒ loca naturalia grauiū ⁊ leuium nō sunt nobiliora grauibus ⁊ leuibus:ꝓbat̄:qr locꝰ est superficies corporis:vt dicit.iiij.phy.graue aūt est corpus ⁊ leue similiter.Sed superficies non est nobilior corpore:ergo ⁊c.

Oppositū arguitur primo autoritate Cōmentatoris dicentis:ꝙ loca naturalia grauiū ⁊ leuium sunt fines eorū:nō tamē fines intrinseci:sicut est forma substātialis:sed fines extrinseci.¶Secundo autoritate Arist.dicētis esse simile in ꝓposito de motu augmētationis ⁊ de motu alterationis ⁊ de istis motibus localibꝰ.Nā videt̄ velle ꝙ sicut sanitas se habet ad sanabile ⁊ sanationem ⁊ ꝑfecta magnitudo ad augmētabile ⁊ ad augmētationē.Ita locus deorsum se habet ad graue ⁊ ad motū eiꝰ.Sed sanitas est finis ad quē tendit sanatio ⁊ est ꝑfectio formalis ipsiꝰ sanabilis cū acquisita fuerit.Et sic etiā est de ꝑfecta magnitudine ad augmētationē ⁊ augmētabile:ergo a simili dʒ cōcedi de loco deorsum quantū ad ipsum graue ⁊ motū eius.¶Tertio.nam dicit Arist.ꝙ ꝓportio cōtinētis ad cōtentū est sicut ꝓportio forme ad materiā.Sed locus est continens locatum. Ideo concludit ꝙ locus se habet ad locatum sicut species seu forma ad materiam.

De ista q̄stione sit prima conclusio locus naturalis ipsiꝰ grauis sicut est locꝰ deorsum:nō mouet actiue ipm graue:qñ graue mouet̄ deorsum.Et silr dicat̄ de leui i ordie ad suū locū:ꝓbat̄:nā mouēs dʒ eē sil̄ cū moto.Sʒ talis locꝰ nō est sil̄ cū graui descēdēte:qr multum distat ab eo:ergo ⁊c.¶Scđa ꝯclusio.nec locus grauis vel leuis attrahit graue vel leue eo mō q̄ adamas attrahit ferrū quemadmoduʒ quidā imaginant̄.Nā si sic tunc locus naturalis ipsius grauis attraheret fortius ⁊ velocius graue sibi propinquū q̄ʒ remotū.Et sic graue propinquū velocius moueret̄:sicut est de ferro ad magnetē seu ad adamātē:mō hoc est falsum. Nā q̄uis graue descendens velociter ꝯtinue in suo motu:nō tñ velocius incipit moueri qñ est ꝓpinquum suo loco:ꝙ qñ est remotū ab eo.secūdo:nā ꝑm hoc grauiꝰ tardius deberet descendere qđ est falsum:cōsequētia ptʒ per simile.Nam ferrū grauius tardius mouet̄ ad magnetē q̄ʒ ferrum minus graue.¶Tertia conclusio.locꝰ naturalis est causa agēs respectu locati nō per motū producētis ipm:sed per motuʒ cōseruātis quādo locatum iam fuerit in eo.Nā si locꝰ cōseruat locatū tam per virtutē elementarē.qr secum cōuenit in vna qualitate elemētari:q̄ʒ per virtutē a celo influxā.¶Quarta conclusio.locus deorsuʒ pōt dici causa finalis grauis.Et similiter motus eiusdē:rōne illius virtutis conseruatiue:qr ꝓpter hoc graue naturaliter appetit ⁊ intēdit esse deorsum s.vt ibi naturaliter conseruetur.¶Quinta conclusio.si locꝰ accipiatur nō pro loco continente:nec pro superficie eius:sʒ pro ista virtute conseruatiua quā celum ad talē distantiam influit:tunc locus pōt dici causa formalis ipsius locati sibi inherens:quando locatum est in suo loco naturali:probat̄:qr ista influentia veniens a celo:multiplicata vsq; in locum naturalem alicuius corporis:vlterius multiplicatur in ipm locatum:⁊ est sibi dispositio naturalis ⁊ conueniens:ꝓpter quā ipsum graue naturaliter mouet̄ ad istum locū vnde cū homo localiter mouet̄ ad ignē non solum mouet̄ ad ignem:vt coniungat̄ igni:sed vt ab igne recipiat calorē sibi inherētez.¶Sed aliquis diceret.videtur ꝙ nihil sit de tali influētia quā sic dicis multiplicatā a celo.Nā si esset aliqua talis influentia vtiq; eā sentiremus.Secūdo:nam si virtus conseruatiua ipsius grauis influit̄ a celo ista fortius influit̄ ꝓpe celū.s.in sphera ignis q̄ʒ remotius a celo.Corpꝰ enim naturale fortius influit prope q̄ʒ longe:ergo illic puta ad spherā ignis prope celum graue magis deberet cōseruari:⁊ illuc naturaliter moueri.¶Ad ista respondet̄.Ad primum dico quod non debemus negare talem influentiā ex eo quod non percipimus eam sensibiliter:quia etiam non percipimus istaʒ que de magnete multiplicatur vsq; ad ferrū:que tamē non minus est in rerū natura.¶Ad secūdū dico ꝙ debemꝰ imaginari a toto celo vnam influentiam continuam vsq; ad centrum:nihilominus ista influētia prope celum et remote habet aliam proprietatem et virtutem:et propter istā influētiam sic virtualiter diuersificatā superius et inferius ordinant se grauia et leuia in hoc mundo inferiori.

Ad rationes factas ante oppositū respondetur faciliter per ista que iam dicta sunt in cōclusionibꝰ.

Questio.VIII.

Secundo queritur vtruʒ graue vel leue moueatur naturaliter sursum vel deorsum a suo generante vel remouēte prohibens.Et arguitur primo qđ nō:qr si generans vel remouens prohibens annihilaret̄ nō minus graue descēderet si esset sursuʒ:ergo nō mouet̄ ab aliq̄ istorum.¶Secūdo mouens ⁊ motū debet esse s.ꝑ indistantia:sicut pʒ.vij.phy.sʒ graue puta sagitta qñ descēdit deorsū nō est cū suo gñante nec cū remouēte ꝓhibēs ergo ⁊c.¶Tertio diuersorū motuū ⁊ effectuū debēt eē diuerse cause:nā dr.ij.de gñatiōe ꝙ idē inquantū idē semp est aptū natū facere idē.Sed generatio ipsiꝰ grauis ⁊ motꝰ eiꝰ deorsum sunt diuersi motꝰ siue diuersi effectꝰ:ergo debēt habere causas diuersas ⁊ ꝓprias:Sed generationis causa ꝓpria est ipsum generans ergo illud nō est causa ꝓpria motꝰ deorsum.¶Quarto motꝰ grauis deorsum est naturalis:ergo debet esse a natura:et per consequens a principio intrinseco:natura enim est principium motus eius in quo est:sicut patet.ij.phy.Sʒ generans vel remouens ꝓhibēs nō sunt intrinseca ipsi graui moto:ergo non mouetur ab illis.

Oppositum arguitur autoritate Arist.in viij.phy.et in.iiij.huiꝰ:nā in isto.iiij.Arist.dicit:mouet autē qđ a principio venit ⁊ impedimentū remouens ⁊ addidit ꝙ nihil horū.s.grauiū et leuiū seipsum mouet.¶In ista q̄stione primo ponam conclusiones.Secundo dubitationes aliquas contra secundā conclusionem.

De primo sit prima conclusio:motus naturalis ipsius grauis deorsum nō immediate ⁊ actiue a generāte ipsum graue:nec etiā a remouēte ꝓhibens ꝓbatur per rōnes positas ante oppositū.¶Scđa ꝯclusio ad hoc ꝙ graue incipiat moueri deorsum requiritur generans vel remouens ꝓhibens:probatur:quia quando graue incipit moueri deorsum ipsum est sursum:vel ergo anteq̄ʒ incepit moueri deorsum erat graue vel in actu vel solū in potētia:si erat in actu graue:⁊ tamē non mouebatur:hoc erat ꝓpter aliquod impediēs qđ oportuit remoueri anteq̄ʒ moueret̄ deorsum: Et sic indigebat remouēte ꝓhibens.Sʒ si nō erat actu graue:sed solū in potētia anteq̄ʒ incipiat moueri nunq̄ʒ incepisset naturaliter moueri deorsuʒ:nisi fuisset factū actu graue:⁊ ad hoc indigebat generante:⁊ ꝑ ꝯñs ad hoc ꝙ incipiat naturaliter moueri deorsum necesse est cōcurrere generās vel remouens ꝓhibens.¶Tertia cōclusio.si graue sit in potentia naturali ⁊ essentiali ad moueri deorsum:tunc indiget generante ad hoc ꝙ incipiat moueri deorsum:patet hoc:naʒ si sit in potētia naturali ad moueri deorsum:tunc est actu leue.Sed si est actu leue nō mouebit̄ naturaliter deorsuʒ:nisi concurrat generās quod faciat ipsum actu graue.¶Quarta conclusio.si aliq̄d sit in potentia accidentali ad moueri deorsum et detineatur violenter:necesse est quod concurrat

remouens prohibens ad hoc quod illud moueatur deorsuz: patet hoc: q2 si hoc est violente sursum: ⁊ non descendit: tunc est impeditum: cum per cōsequēs opꝫ concurrere aliquod remouēs illud impedimētū: si illō debeat descēdere. ¶ Secundū istas duas cōclusiōes vltimas debēt intelligi plura verba Arist. ⁊ Cōmētatoris quib⁹ dicūt ꝙ generās mouet ipsuz graue de potentia naturali ⁊ essentiali: ⁊ remouēs ꝓhibens mouet ipm̄ graue de potentia accidentali et violenta etiā. Secundū ista pōt exponi differentia posita ab Aristotele. inter aīata ex vna pte quantū ad eorū motū: et grauia et leuia inanimata ex altera parte. s. qꝺ animata mouētur ex se: grauia autē ⁊ leuia inaīata nō mouent̄ ex se. Hoc est aīal mouet̄ ex se: q2 ad incipiēdū motū nō indiget extrinseco motore. Sed graue inanimatū nō sic mouet̄ ex se: qn indigeat extrinseco motore ad incipiēdū motū. s. vel generante vel remouēte ꝓhibēs. Uerūtū nec generās nec remouēs ꝓhibēs mouēt ꝓprie loquendo ipsum graue deorsuz: imo remouēs prohibēs mouet ipsum ꝓhibēs: ⁊ nō mouet ipsum graue: sed prohibente amoto ipm̄ graue mouet se deorsum. Silr̄ generans nō mouet ipsum graue deorsum: sed bene generat grauitatem per quā ipm̄ graue mouet se deorsum.

Quantum ad secundū. dubitatur contra

secundam conclusionē: nā ponatur quod lapis sit supra columnam: ita ꝙ colūna ꝓhibeat ipsum cadere: tūc non oportet remouere colūnā ad hoc ꝙ lapis cadat. Sed sufficit trahere vel pellere lapidem extra colūnā. Respondet̄: ꝙ pro eodē debet reputari in proposito si prohibēs remoueat̄ ⁊ si graue auferat̄ a ꝓhibente. ¶ Secūdo dubitat̄. nā si sagitta moueatur sursum: postea incipit moueri deorsum: et tamē nullum prohibēs auferret̄: q2 si erat aliquod prohibens: illō nō erat nisi aer sed iste non aufert̄. ¶ Respondet̄: ꝙ prohibens erat illud quod mouebat sagittam sursum: sicut erat impetus siue aliquod aliud: quē oportet auferri ⁊ destrui anteꝙ̄ sagitta descēdat: ⁊ si fuisset aer impulsus cum sagitta pulsu suo mouēs sagittā etiā oporteret motū illi⁹ aeris destrui et remoueri pri⁹ ꝙ̄ sagitta descēderet. ¶ Tertio. dubitat̄. naz vapor aque eleuatus ab aqua videt̄ esse adhuc substātialiter aqua: ⁊ tamē iste primo ascendit ⁊ postea descendit sine hoc ꝙ remoueatur ibi aliqꝺ prohibens: similiter sine hoc ꝙ ibi concurrat aliqꝺ generans: ꝙ autē vapor eleuat⁹ sit substantialiter aqua videtur patere ex hoc: nā si sit superi⁹ aliquod impediens: sicut est in distillatione aquarū. statim apparebit esse aqua. ¶ Respondet̄: ꝙ cū vapor eleuatur ⁊ econuerso descendit: oportet vtiqꝫ concurrere generans: nō tñ generans aquā: sed generās grauitatē in isto quod erat leui factum. Cōsimilis posset fieri dubitatio de argēto viuo: qꝺ si ponatur super ignem statim euaporat ꝑ fumū: ⁊ si iste fumus superi⁹ detineat̄ ꝑ aliqꝺ obstaculū superius positū statim reuertet̄ argentū viuum et sic videt̄ ꝙ nunꝙ̄ fuit corruptum. cū tale detinens superius nō videat̄ habere naturā ⁊ potētiam generandi tale metallum. Ex quo sequit̄ ꝙ iste fumus erat substantialiter argētū viuū: ⁊ cū primo ascendat et postea descendat sine remouente ꝓhibēs ⁊ sine generante: videtur quod secunda conclusio sit falsa. Ista dubitatio soluitur sicut dubitatio immediate precedens.

Rationes autem facte hinc et inde ambulant vijs suis.

Questio. ix.



Tertio queritur vtruz grauia et leuia moueant̄ actiue a grauitate et leuitate. Et arguitur primo ꝙ non: nā grauia et leuia mouētur actiue a suis formis substātialibus. Sed iste non sunt grauitas et leuitas: sicut prius dicebatur: ergo ⁊c. assumptum probatur. Nam ex quo motus grauiū et leuiū est naturalis: oportet ꝙ sit a natura: et cum non sit a natura q̄ est materia: cū materia nullius sit actiuitatis: oportet ꝙ sit a natura que est forma substantialis: cū natura non dicat̄ nisi de materia et forma. ¶ Secundo. motus grauiū et leuiū est naturalis: Ideo est a natura. Sed nec grauitas nec leuitas sunt nature: ergo motus grauiū ⁊ leuiū non ꝓuenit actiue a grauitate et leuitate: maior est nota. Sed ꝓbat̄ minor: q2 grauitas ⁊ leuitas sunt accidētia: sicut pri⁹ dictū est: Sed accidētia nō sunt nature: sed entia fm̄ naturā sicut dicit Aristo. ij. phy. ergo ⁊c. ¶ Tertio. si graue moueret̄ a grauitate ⁊ cū ad motum grauis oporteat moueri grauitatē: sequeretur quod grauitas moueretur a grauitate ⁊ sic idē moueret̄ a seipso: quod est impossibile. sicut ostendit Aristo. vij. ⁊. viij. phy. ¶ Quarto si graue moueretur a grauitate: ⁊ cū grauitas sit intrinseca graui: tūc graue moueret̄ a pricipio intrinseco: et per cōsequēs graue moueret̄ a se: cui⁹ oppositū dicit̄ in isto quarto ⁊ octauo phy.

Oppositum arguitur. Ab illo mouetur gra

ue quo intēso intēditur motus ceteris paribus ⁊ quo remisso remittitur motus. Sed sic est de grauitate. vnde videmus ꝙ ceteris paribus grauius velocius descendit ⁊ minus graue minus velociter. ¶ Scd̄o: sicut se habēt caliditas ⁊ frigiditas humiditas ⁊ siccitas ad alterationē. Ita grauitas et leuitas ad motum localem. Sed caliditas et frigiditas ⁊c. sunt principia actiua alterationum: ergo grauitas ⁊ leuitas sunt principia actiua motuum localium grauium ⁊ leuium. ¶ In ista questione primo recitabo vnā opinionem cum aliquali eius probatione. ¶ Scd̄o. respondebo ad questionem.

Quantum ad primum est vna opinio. que

imaginatur graue obtinens formā substātialem grauis posse moueri naturaliter dupliciter. Uno modo deorsum. Alio modo sursum: verbi gratia sicut est vapor ⁊ fumus. vnde qꝺlibet istorum manente eadē forma substantiali aliqñ ascēdit naturaliter: sicut qñ est in eo leuitas: deinde cū fuerit refrigeratum ⁊ condensatuz descēdit naturaliter: ⁊ declaratur hoc per simile: de aqua: que aliquando naturaliter frigefacit: sicut quando est actualiter frigida: ⁊ aliqñ naturaliter calefacit sicut qñ est actualiter calida. Deinde ista opinio ponit duas conclusiones ad questionē. Prima est: ꝙ aqua cū actualiter habet grauitatē mouetur actiue a forma eius substantiali ⁊ instrumentaliter a grauitate. ¶ Secunda conclusio. quādo aqua actualiter habet leuitatem: sicut quando est fumus vel vapor mouetur actiue a leuitate: ⁊ nullo modo ab eius forma substantiali. ¶ Prima conclusio: probatur ꝑ sile de aqua actualr̄ existēte frigida: frigefactio enim actiua talis aque procedit a forma substantiali illius aque tanꝙ̄ ab agente principali. Sz ꝓcedit a frigiditate tāꝙ̄ ab agente instrumentali: ita in ꝓposito videtur de descēsu ipius grauis. ¶ Scd̄am conclusionem etiā probat per sile: nam calefactio actiua procedēs ab aqua calefacta procedit actiue a caliditate tanꝙ̄ ab agente principali ⁊ non a forma substātiali aq̄ ex eo ꝙ forma substantialis aq̄ magis trahit ipsam aquā a caliditate versus frigiditatē priorē: ita videtur in proposito ꝙ qñ aqua que est vapor ascēdit: ꝙ principale principiū actiuum illius ascēsus nō videtur esse forma substantialis aque. Sed magis leuitas inexistens vapori: ⁊ maxime ideo ꝙ forma aque est forma simplex. Et per ꝯñs nō pōt esse principiū actiuū principale motus deorsum ⁊ mot⁹ sursuz. ¶ Breuiter videt̄ ꝙ ista opinio nō sit oīno vera. Primo qdē: ꝓpter hoc ꝙ supponit aliqꝺ accidēs esse principale principiū actiuuz alicui⁹ effect⁹: sicut verbi gratia ꝙ caliditas in aq̄ calefacta sit principale principiū calefactionis: ⁊ nō forma substātialis aq̄: ⁊ silr̄ ascēsus ipsi⁹ vaporis dicūt principale pricipiū actiuū esse leuitatē: ⁊ nō formā substātialē. ¶ Sed illꝺ non valet. Nā si caliditas se sola sine forma substātiali ipsi⁹ calidi posset ꝓducere caliditatē: et sic posset producere ignem modo hoc est īpossibile. Nā tūc ꝓducēs esset minus nobile ꝙ̄ productū: falsitas cōsequētis ptꝫ ꝑ illā cōmunē regulam videlicet ꝙ nihil agit vltra gradū proprium sue speciei. Nec valet ratio istius opinionis scilicet ꝙ si vapor ascēderet per suā formā substantialē habēs leuitatē: ⁊ postea descēderet per eandē habens grauitatē: eadē forma simplex esset productiua distinctorū motuū. Certe veruz est: nec hoc reputo inconueniens: quando hoc fit mediātib⁹ diuersis instrumētis. Nōne anima intellectiua q̄ est forma valde simplex valde diuersas habet operationes mediantibus diuersis istrumentis: vnde per aliqua instrumēta videt: ⁊ ꝑ aliqua tāgit: et per aliqua audit ⁊c. Sic dico ī ꝓposito nō esse īcōueniēs eādē formā substātialē aq̄ mediāte caliditate calefacere et mediāte frigiditate frigefacere ⁊ mediāte leuitate ꝓducere motū sursuz: ⁊ mediāte grauitate ꝓducere motuz deorsum.

Quantum

Quantum ad secundũ sit prima cõclusio. Motus grauiũ ⁊ leuiũ naturales nullo modo proueniũt a grauitate et leuitate tanq̃ a principijs actiuis principalib⁹. ¶ Secunda conclusio. dicti motus proueniũt a formis substantialib⁹ grauiũ et leuiũ tanq̃ ab agẽtib⁹ principalib⁹: lz a grauitate ⁊ leuitate pueniãt tanq̃ ab agẽtib⁹ istrumẽtalibus. ¶ Prima cõclusio pbat: nã dato opposito cõclusiõis sequeret̃ φ grauitates ⁊ leuitates essent nature. Sed hoc est falsuz: ex eo φ oĩs natura est substãtia. Sed grauitates ⁊ leuitates nõ sunt substãtie: sed accidẽtia sicut dicebat̃ prius: igit̃ ⁊c. cõsequẽtia tenet ex eo φ hoc dicit̃ esse natura qḋ est principiũ actiuũ pricipale mot⁹ naturalis: sicut ptz p diffinitionẽ nature. ¶ Scḋa cõclusio pbat: nã tales mot⁹ sunt naturales: sicut supponit̃ ĩ cõclusionib⁹. Jdeo opz φ pueniãt actiue a natura grauiũ ⁊ leuiũ tanq̃ ab agente principali: ⁊ cũ in graui ⁊ siliter ĩ leui nõ sunt nisi due nature. s. materia et forma: opz φ dicti mot⁹ pueniãt actiue vel a materia vel a forma ⁊ hoc substãtiali. Sed nõ a materia: cũ ipsa nullius sit actiuitatis: relinquitur ergo φ a forma substantiali.

Ad rationes dico quod iste que posite sunt ante oppositũ bñ probant φ mot⁹ grauiũ ⁊ leuiũ naturales nõ pueniũt a grauitate ⁊ leuitate tanq̃ a principijs actiuis principalibus sed magis a forma substãtiali cum hoc tamẽ bñ stat φ a dictis qualitatib⁹ dicti mot⁹ pueniunt tanq̃ ab agẽtib⁹ istrumẽtalib⁹. ¶ Ad alias rationes post oppositũ. Ad primã: ad intensionẽ grauitatis intendit̃ velocitas ⁊c. dico φ p illã rõnẽ bñ ↄcludit̃ φ grauitas est pricipiũ actiuũ instrumẽtale mot⁹ nõ tñ pricipale alicui⁹. pari em̃ rõne ↄcluderẽ φ calefactio pcedẽs actiue ab igne pcederet a caliditate ignis tanq̃ a pricipio actiuo pricipali cui⁹ oppositũ dicũt aduersarij. Probarẽ cõsequẽtiã p hoc φ ad intẽsionẽ caliditatis intẽdit̃ calefactio ignis. ¶ Ad secũdã: concedo maiorem: sed nego minorẽ. vnde dico φ caliditas ⁊ frigiditas ⁊c. non sunt principia actiua principalia calefactionis: frigefactionis ⁊c. sed instrumentalia duntaxat: principalia autem dictarũ operationum sunt forme substantiales que mediantibus dictis qualitatibus agunt dictos effect⁹ tanq̃ mediantibus instrumentis.

Questio.X.



Quarto queritur. vtruz forme secundũ quas fiunt mot⁹ grauiũ ⁊ leuiuz sint naturaliter mobiles secundũ locum sicut est forma terre vel forma ignis. ⁊ probatur quod non: omnis mot⁹ naturalis debet esse a pricipio intrinseco: sed forme secundum quas fiunt motus grauium et leuium nõ habẽt principia intrinseca: ergo ⁊c. maior est nota. Nam per hoc differt motus naturalis a violento: minor patet: q2 tales forme sunt simplices: saltẽ simplicitate opposita cõpositioni ex partib⁹ essentialib⁹: q̃ vocant̃ materia et forma quarũ forma debet esse principiũ intrinsecũ actiuum mot⁹: materia vero passiuũ. ¶ Scḋo. si q̃stio esset vera seq̄ret̃ φ idẽ mot⁹ naturalis in specie cõpeteret distictis corporib⁹ naturalib⁹ ĩ specie: cui⁹ oppositũ ostẽsũz est ĩ primo huius: pbat̃ cõsequẽtia. Nã si forma terre secũdũ quã terra est mobilis deorsum esset mobilis secũdũ locũ naturaliter ipsa nõ esset mobilis secundũ locũ naturaliter nisi etiã deorsuz: et cũ forma terre distinguat̃ specie a totali terra: seq̄ret̃ qḋ idẽ mot⁹ deorsum simplex cõpeteret duob⁹ distinctis corporibus in specie. s. terre ⁊ forme sue. ¶ Tertio. nã si forma terre esset naturaliter mobilis deorsum: q̄ro a quo: vel a se: vel ab alio: nõ a se: nã dicit̃ septimo physicorũ qḋ oẽ qḋ mouet̃ ab alio mouet̃. Et cõfirmat̃: nã si a se: idẽ semel ⁊ simul esset in actu ⁊ in potentia: ex eo quod eadẽ forma moueret. ⁊ moueretur. Nec etiã põt dici φ ab alio: naz hoc esset a materia terre vel a grauitate terre: nõ a materia q2 illa nulli⁹ est actiuitatis: nec potest dici φ a grauitate. Nam illa non faceret talẽ motũ in alio sine principio actiuo principali qḋ esset natura sicut dictũ est in alia questione.

Oppositum arguitur. nam cũ grauia et leuia moueant̃ naturaliter: manifestũ est φ forme eorũ q̃ sunt in eis sm̃ quas fiũt illi mot⁹ mouerẽtur: iuxta illud: motis nobis mouent̃ oĩa q̃ sunt ĩ nobis. Cũ ergo aliqua terra moueat̃ deorsum forma sua q̃ est in ea secũdũ quã fit iste motus etiã mouet̃ deorsum: vel ergo naturaliter: vel violẽte. Si naturaliter habet̃ ppositũ. Si violẽte: ergo mot⁹ motui deorsum cõtrari⁹ inesset ei naturaliter: et sic adhuc esset naturaliter mobilis: cõsequẽtia pbat̃. Nã sicut ostensum est primo hui⁹: si alicui inest aliq̃s mot⁹ violente. eidẽ inest naturaliter mot⁹ cõtrari⁹ illi q̃ inest ei violente. ¶ Jn ista q̃stiõe primo videbit̃: nũquid forme sm̃ quas fiũt mot⁹ grauiũ ⁊ leuiũ essent naturaliter mobiles si existerẽt p se sepate a suis materiebus. Scḋo videbit̃ a quo mouent̃. Quibus visis patebit etiam quid sit dicendum de eis quantũ ad hoc ipsis existentibus in suis materiebus.

Quantũ ad primũ sit prima cõclusio. si forma motiua terre deorsum esset separata a materia: nec esset ei grauitas coniuncta: nõ moueret̃ naturaliter deorsum: posito adhuc φ esset posita sursum: probatur: q2 dato opposito cõclusionis: seq̄t̃ φ forma substãtialis grauis posset pducere motũ deorsum sine grauitate: sed hoc est falsum: consequẽtia nota est de se: falsitas cõsequẽtis pbat̃: nã tũc natura frustra dedisset grauitatẽ ipsis grauib⁹ vltra formã substãtialẽ eorũ: postq̃ sine grauitate forma substantialis grauis naturaliter vel equaliter posset mouere graue deorsuz. Cõsimili modo diceret̃ de forma substãtiali leuis ⁊ de leuitate. ¶ Sed tu diceres. si talis forma substantialis sic posita sursum nõ descẽderet cũ nõ haberet grauitatẽ sibi annexam: oporteret φ quiesceret: vel ergo naturaliter vel violente nõ naturaliter: ex eo φ tunc naturaliter moueret̃ ad illũ locũ: si esset extra ipm̃: qḋ est falsum. Si violẽte q̄rit̃ de violẽtante. Respondet̃ φ quiesceret ibi violente: et qñ querit̃ de violẽtante. dico φ aliquid potest imaginari quiescere violẽte. dupliciter: vno modo ppter aliqḋ violẽtans potẽti⁹ ipm̃ detinẽs et prohibẽs. alio modo ppter defectũ ⁊ carentiã alicuius req̄sit ad suũ motum naturalẽ. ¶ Tunc dico φ dicta forma in dicto casu nõ quiesceret violẽte primo modo. Sed secundo modo. ¶ Secũda ↄclusio. grauitas separata a materia ⁊ a forma substãtiali existens sursum nõ descẽderet: nisi forme substãtialis vices supplerent̃ aliũde: probat̃ hoc: q2 instrumẽtũ sine dirigẽte et mouẽte nõ agit cum ergo grauitas se habeat sicut instrumẽtũ mediãte quo forma substãtialis producit motũ deorsum: seq̄t̃ φ ipsa grauitas sine forma substãtiali nõ descẽderet nec aliquẽ motũ deorsum efficeret. Et notanter dixi nisi forme substãtialis vices aliũde supplerẽtur: ppter sacramẽtũ eucharistie seu altaris vbi sunt accidẽtia sine subiecto. s. albedo grauitas ⁊c. ⁊ tñ grauitas in illo sacramẽto descẽdit nõ obstãte φ nõ sit cõiuncta forme substantiali grauis. verũ est tñ φ ibi forme substantialis vices supplerent̃ aliũde. s. p primã cãm. ¶ Tertia conclusio. si forma substãtialis terre esset sepata a materia: ⁊ esset sibi cõiuncta grauitas: ⁊ esset posita sursum: nec esset aliqḋ ĩpediens seu phibẽs: moueret̃ deorsum: ptz hoc: q2 ibi esset principiũ actiuũ principale mot⁹ deorsũ ⁊ instrumẽtale silr: ⁊ esset ibi subiectũ receptiuũ mot⁹ deorsuz sufficiẽs. s. forma substãtialis: ⁊ silr grauitas: ideo vtrũq̃ fieret ibi mot⁹ postq̃ nullum ibi esset ĩpediẽs sicut ponit hypothesis. ¶ Quarta ↄclusio. talis mot⁹ esset naturalis: pbat̃: q2 talis pueniret ex ĩclinatiõe naturali essendi deorsuz talis forme substãtialis. ¶ Cõtra tertiã ↄclusionẽ dubitat̃. nã dicit Aristo. primo de generatiõe: φ si caliditas esset sepata a materia: bñ ageret in frigiditatẽ existẽtẽ ĩ materia: sed nõ pateret̃ ab ea: ideo videtur quod forma grauis separata a materia non moueretur: cum moueri sit pati. ¶ Respondetur negando consequentiam. Et ratio: quia frigiditas non ageret in caliditatem separatam: nisi corrumpendo illam caliditatem: et quia ad corruptionẽ istius caliditatis separate nõ sequeret̃ alicuius alteri⁹ generatio. Et cũ generaliter nõ corrũpat̃ aliquid nisi pp aliud gñari: ubi nõ fieret actio in illã caliditatẽ separatã. Sed si forma substãtialis grauis est separata: ⁊ si in ipsa agit̃ mot⁹ localis: hoc bñ põt fieri: nam nõ ppter talẽ motuz ipsam corrũpit: imo magis saluat̃. Et ideo quãtũ ad hoc dissimile est de motu alteratiõis q̃ fit cũ corruptiõe vel dispositione ad corruptionẽ: ⁊ de motu locali: q̃ põt fieri tam absq̃ corruptione q̃ absq̃ dispositione ad corruptionem.

Quantũ ad secundũ: dico quod talis motus prouenit effectiue a forma substãtiali tanq̃ ab agẽte pn

ncipali:non tñ principalissimo.⁊ a grauitate tanq̃ ab agente instrumētali:probat᷑:nā si forma et accidens in genere cause efficientis cōcurrit ad ꝓductionē alicui⁹ effect⁹:tūc substātia cū sit nobilior accidēte tenet locū agētis principalis accidēs aūt tenet locū agentis instrumētalis.Sed sic est ī ꝓposito.Nā talis motus ꝓuenit effectiue ab ābob⁹:nō em̄ apparet a quo alio tanq̃ ab efficiēte ꝓueniret ex quo non est ibi pl⁹ q̃ forma substātialis ⁊ grauitas.Et notāter dixi in cōclusione nō tñ tanq̃ ab agēte pricipalissimo:qꝛ agēs pricipalissimū in isto motu sicut etiā in alijs est causa prima que sua generali influentia ad quēcūq̃ motū ꝓducendū in istis inferioribus concurrit effectiue.

Ad rationes.Omnis mot⁹ naturalis prouenit a principio intrinseco.dico q̧ hoc verū est de motu naturali corporū ꝯpositorū ex materia ⁊ forma q̄ vulgo magis sunt manifesta q̃ forme substātiales:q̄ nō min⁹ talib⁹ corporib⁹ ꝯpositis ex materia ⁊ forma sunt naturaliter mobilia. ¶ Ad secūdā.dico q̧ null⁹ mot⁹ simplex in specie ꝓuenit naturaliter distinctis corporib⁹ in specie:corporib⁹ dico cōpositis ex materia ⁊ forma:cū quo tñ bn̄ stat q̧ idē mot⁹ simplex pōt cōpetere naturaliter plurib⁹ corporib⁹ quoꝝ vnū est forma substātialis alteri⁹. ¶ Ad tertiā.si forma terre esset naturaliter mobilis deorsū:vel a se vel ab alio:dico q̧ a se nō tamen solum a se sed etiā ab alio:puta a causa prima cōcurrente.Et per hoc soluitur autoritas de septimo physicoꝝ: omne q̄d mouet᷑ ab alio mouet᷑:etiā si vellem⁹ allegare litterā sicut iacet nō esset cōtra hoc:nā in littera sicut qlibet videre potest nō est ab alio:sed ab aliquo:sed expositores exponūt ab aliquo.i.ab alio. ¶ Ad cōfirmationē.idē simul esset in actu et in potētia:dico q̧ hoc nō est incōueniēs respectu diuersoꝝ:qualiter est in ꝓposito.Nam talis forma esset in actu.actualiter se mouēdo deorsū:⁊ ī potētia essendi deorsum. ¶ Et si diceret᷑.Idē esset agēs ⁊ patiēs:qꝛ ageret istū motū:⁊ reciperet eundē.Dico nō esse incōueniēs idem esse partiale agens et totale recipiēs:⁊ sic est in proposito.

Questio.XI.



Quinto queritur.vtrū grauia appetāt descēdere ꝑ lineas breuissimas. ¶ Et arguit᷑ ꝓbo q̧ nō.Nā si sic ꝑi ratione leuia appeterēt ascēdere per lineas breuissimas puta ꝑ rectas ⁊ nō ꝑ obliq̃s. Sed hoc est falsum.Nā si sic:tūc terra pura deberet descendere ita velociter ⁊ nō veloci⁹ in ignem sicut ī aere:cōsequēs est falsū eo q̧ ignis est rarior q̃ aer:⁊ ꝑ cōsequēs min⁹ resistens eidē mobili q̃ aer:⁊ per cōsequēs si idē mobile descēdat ꝑ ignē et postea ꝑ aerē veloci⁹ debet descēdere ꝑ ignē q̃ ꝑ aerē:cōsequētia ꝓbat᷑.Pro quo suppono q̧ leui⁹ pl⁹ appetit esse sup aliud graue q̃ min⁹ leue.verbi gratia:si aliq̄d graue ponat᷑ sup ignē et deinde ponat᷑ sup aerē:ignis qꝛ est leuior aere:pl⁹ appetit esse sup illud graue q̃ aer appetat esse sup idē graue.Tunc sic:si aliqua terra pura debeat descēdere ī igne:sicut illa appetit esse sub igne ita ignis appetit esse sup illā terrā:⁊ ideo sicut terra descēdit vt sit sub igne:ita ignis existens sub terra ascēdit vt sit sup terrā.Et qꝛ grauia appetūt descendere ꝑ lineas rectas ⁊ leuia ascēdere ꝑ lineas rectas sequit᷑ q̧ ꝑ eandē lineā ꝑ quā terra appetit descēdere in ignē:ꝑ eā obuiādo aere appetit ascēdere sup terrā.Et qꝛ ignis pl⁹ appetit esse sup terrā q̃ aer:sequit᷑ q̧ ignis cū maiori appetitu et conatu mouet᷑ cōtra terrā:cū illud graue descēdit in igne q̃ faciat aer cū idē graue descendit in aere.Ergo videt᷑ q̄d tantū vel pl⁹ impediat᷑ graue in descēdēdo in ignē q̃ impediat᷑ in descēdēdo in aerē. ¶ Secūdo.si sic:seq̄ret᷑ graue nūq̃ descēderet oblique.Sed hoc est falsū:falsitas patet.Nā sępe videm⁹ aliquē lapidē bene descendere sup aliquā tabulā trāsuersaliter positā:cōsequētia arguit᷑.Nā sit a aliq̄d graue positū ī summitate alicui⁹ tabule trāsuersaliter positę.Ita q̧ linea recta nō possit ꝓtrahi ꝑ superficiem tabule ad centrū mundi:⁊ sit d.centrū.⁊ b.c.tabula.Et nō possit a.descēdere nisi per b.c.quo facto illō a.graue vel appetit equaliter descēdere per lineam rectam et per lineam obliquam: vel plus per rectam q̃ per obliquam:vel plus per aliquam quam per rectam.Si dicatur primum vel secundū:sequitur quod illud graue positū super dictam tabulam non descendet per lineam b.c.ex quo tantus vel maior appetitus eius est descendere per lineā b.d.cui⁹ tamē oppositū docet experientia.Si dicatur tertium:questio est falsa.s.q̧ grauia magis appetant descēdere ꝑ lineas rectas q̃ per obliquas.Et posset ista ratio declarari exemplo.Nam presentatis duob⁹ cōtrarijs incōpossibilibus voluntati scilicet a.b.Tūc si ista mouēt equaliter voluntatē:volūtas perplectit᷑ ad ꝓsequēdum vnū vel alteruꝫ ꝓpter hoc q̧ equaliter appetit ea:et sic appetitus vni⁹ retrahit volūtatē a prosecutione alteri⁹.Si autē a.magis mouet voluntatem q̃ b.vel econuerso:tūc voluntas vadit in prosecutionem illius quod magis appetit ⁊ a quo magis mouetur.

Oppositū arguit᷑.grauia per easdē lineas appetunt descēdere per quas descēdūt:cū nō fuerint impedita.Sꝫ hoc est ꝑ lineas breuissimas q̄ possunt ꝓtrahi ab eis vsq̧ ad cētrū mūdi:ergo ⁊c.maior est nota:probatur minor: qꝛ descēdūt ꝑ semidiametros mundi:vel ꝑ lineas que sunt partes semidiametroꝝ mūdi.Sed ille sunt breuissime que possunt ab eis ꝓtrahi vsq̧ ad centrū.assumptū patet ꝑ hoc nā datis duob⁹ grauib⁹ descēdētib⁹ illa descēdūt ꝑ lineas rectas cōcurrētes in cētro mūdi:ex quo quodlibet illorum grauiū tendit ad cētrū mūdi.Sed tales linee sunt semidiametri mūdi:vel partes earū.ergo ⁊c.De ista q̄stione dicunt quidā q̧ grauia appetunt descēdere ꝑ lineas rectas quādo possunt et nō sunt impedita.Sed quādo impediunt᷑ ne possint descēdere ꝑ lineā rectā:tunc mutāt appetitū descēdēdi ꝑ lineā rectā in appetitū descēdēdi ꝑ lineā obliquā ꝑ quam tunc saltē possint fieri ꝓpinquiora cētro q̃ pri⁹. ¶ Sed breuiter ista opinio nō valet ex eo q̧ si appetitus forme grauis sic mutaretur:nec forma grauis esset forma cognoscitiua q̄d est falsum:cōsequētia tenet:qꝛ sic mutare appetitū solū debetur formis cognoscitiuis. ¶ Secūdo.graui intrīsece nullo modo mutato pōt vna vice descēdere ꝑ lineā obliquā:et postea ꝑ lineā rectā:ꝓpter solā mutationē medij extrinseci: ergo nō mutat᷑ de vno appetitu in aliū.Nā cū tali mutatiōe appetit⁹ nullo modo posset stare q̧ idē graue haberet se omnino eodē modo intrinsece nūc ⁊ prius. ¶ Aliter ergo dicēdū est q̧ graue nō appetit descēdere pl⁹ ꝑ vnam lineā q̃ per aliā.Sed q̧ descendit ꝑ vnā lineā ⁊ nō ꝑ aliam:hoc est ſm q̧ applicat᷑ tali vel tali resistentię:ita q̧ finaliter ex applicatione alia ⁊ alia ipsius grauis ad medium extrinsecum determinatur q̧ per talē vel talem lineā descendit.Ita q̧ bene ex se appetit descēdere.Sed modus descendendi determinat᷑ ſm aliā ⁊ aliā applicationē eius ad mediū extrinsecū. ¶ Sꝫ diceret aliquis.videt᷑ vtiq̧ q̧ graue plus appetat descendere per lineā rectam q̃ ꝑ obliquā.Nam videm⁹ q̧ q̄ñ graue descēdit per lineā rectā:difficili⁹ pōt arrestari ⁊ impediri ab eius descensu q̃ quando descendit per lineam obliquā:hoc autem videtur esse signum quod plus appetit descendere ꝑ lineā rectā q̃ ꝑ obliquā. ¶ Ad istud dico quod graue quādo descendit per lineam rectaꝫ difficilius arrestatur q̃ quādo descēdit per lineā obliquam.Sed huius causa nō est maior appetitus descendēdi per lineā rectā q̃ ꝑ obliquam:sed hoc est propter hoc q̧ quando descendit ꝑ lineā rectā minorem habet resistentiā q̃ quādo descēdit ꝑ lineā obliquā:vt puta sup tabulā trāsuersaliter positā:modo difficili⁹ est idē impediens cū minori resistentia impedire motū alicui⁹ potētie mouentis q̃ cum maiori.

Ad rationes ergo factas hinc inde. ¶ Ad primā negat᷑ cōsequētia:ex eo q̧ quādo terra descēdit ī ignē ignis non appetit ascēdere ꝑ eandem viā ꝑ quā descendit terra:ex eo q̧ terra ipsum a tali ascensu impediret.Et ideo tunc ignis propter resistentiaꝫ extrinsecā determinatur ad ascendendū per aliam viā:vbi inuenit resistentiam minorē. ¶ Ad secundam.sequeretur quod graue nūq̃ descenderet oblique:negatur consequentia:quia non dico quod graue ex se magis appetat descendere per lineam rectam quā per lineam obliquam:sed qꝛ appetit esse propinquius centro:descendit per quācūq̧ lineam potest:⁊ q̧ sic vel aliter descēdit ad hoc determinatur ex alia et alia applicatione eius ad resistentiam quia quando ex descensu ꝑ lineas rectam haberet maiorem resistentiā:descendit per lineā obliquā.Quando autem ex descēsu eius per lineam obliquaꝫ haberet maiorē resistentiā:tunc descēderet ꝑ lineā rectam. ¶ Tunc ad rōnem factam

nem factam in oppositum:per easdem lineas grauia appetunt descendere 7c.dico quod nõ oportet:Sed sufficit ꝙ eorum descensus per tales lineas determinetur ex tali applicatione grauium ad talem resistentiam.

Questio.XII.



Ecto queritur.vtrum aer naturaliter moueatur in proiectiõe lapidis vel alterius proiecti in eo.arguitur ꝙ nõ. Nã si sic:sequeretur qꝺ aer nunꝙ in tali motu desineret moueri saltem ꝗdiu maneret in loco proprio: consequens est falsum:consequentia videtur tenere.Nam si aer moueretur naturaliter versus sursum vel ad latus ipso existente in loco proprio: qua ratione moueretur per aliqꝺ tempus:eadem ratione ꝑ aliud:nã si quiescat hoc nõ est propter nouũ locũ in specie:nec ꝓpter aliquẽ locũ sibi naturalẽ de nouo acquisitum ex eo ꝙ tali motu aer mouet̃ in loco proprio.¶Secũdo.nã ponatur ꝙ proiectũ proiciatur ad latus tũc si in tali motu aer moueretur naturaliter:oporteret vti ꝙ qꝺ hoc esset mediante grauitate vel leuitate ipsius aeris Sed hoc non:ex eo ꝙ grauitas 7 leuitas nõ inclinãt naturaliter nisi ad motũ sursum vel deorsum. ¶Tertio.si questio esset vera pari ratiõe ꝓiectũ moueret̃ naturaliter:sed hoc est falsum:cõsequẽtia ꝓbat̃. Nã sicut aer in ꝓiectione pellitur a proiiciente:ita proiectũ:7 ꝑ cõsequens qua ratione motus vnius esset naturalis:eadem ratione motus alterius.

Oppositum arguitur.nam in proiectione lapidis aer retro lapidem insequitur lapidẽ ne fiat vacuum ergo in ꝓiectione lapidis aer mouetur naturaliter:cõsequẽtia tenet ex eo qꝺ motus corporũ quo mouent̃ ad replendum vacuũ est corporibus naturalis:antecedens pꝫ: qꝛ nisi lapidem proiectũ sequeret̃ aer maneret vacuũ in loco quẽ exiuit lapis intrando aliũ locum in tali motu.¶In ista questione primo videndũ est de principali quesito.secundo videndum est de proiecto a quo moueatur:7 vtrũ naturaliter vel violẽter post recessum a proiiciente.

Quantum ad primum sciendum est:quod in proiectione lapidis est duplex motus aeris:scilicet aeris ante lapidẽ qui resistit proiecto 7 diuiditur vel vltra naturalem qualitatẽ suã condensat̃ per ipsum proiectum.alius est aer qui retro ipsum ꝓiectum insequit̃ ad finem ꝙ nõ remaneat vacuũ.¶Tunc sit prima conclusio.in proiectione lapidis motus aeris antecedẽtis ꝓiectũ nõ est naturalis. Probatur:nam tunc sequeret̃ ꝙ non resisteret proiecto:quod est falsum:talis enim aer non minus resistit proiecto ꝗ aer resistat graui descendenti vel leui ascendẽti naturaliter.¶Secundo.nã cõdẽsatio aeris vltra suam naturalem raritatem est sibi violenta.Sed in tali motu talis aer antecedens condensatur vltra densitatẽ sibi naturalẽ:ergo 7c.¶Secunda conclusio.motus aeris insequẽtis proiectũ est naturalis.ꝓbatur:qꝛ est a principio intrinseco scilicet a forma substãtiali ipsius aeris:que inclinat ipsum aerem ad insequẽdũ proiectum:ad finem qꝺ nõ fiat vacuum.¶Sed contra istã conclusionẽ arguitur:nã iuxta hoc esset concedendũ idẽ elementum simplex habere duos motus naturales distinctos specie quod est cõtra dicta primo huius consequẽtia probat̃. Nam aer vel aliquod aliud corpus haberet motũ naturalem quo moueret̃ ad suũ locũ naturalẽ:7 vnũ aliuꝫ motũ naturalem quo moueret̃ ad replendũ vacuũ.Ad istꝺ respõdet̃ qꝺ alicui corpori simplici inesse naturaliter plures motus intelligitur dupliciter.Vno modo ꝙ ambo insint illi corpori secundum naturã propriã illius corporis.Alio modo ꝙ vnus illorũ motuũ insit illi corpori secundũ naturã propriã 7 alter secundũ naturã cõmuneꝫ illi 7 aliis corporibus naturalibus. Tunc dico ꝙ bñ ostensum est primo huius ꝙ impossibile est eidẽ corpori inesse naturaliter distinctos motus in specie ꝫm naturã ꝓpriã:cũ hoc tñ bene stat vni corpori simplici inesse plures motus distinctos specie:7 hoc naturaliter:quorũ vnus inest ei ꝫm naturã propriã alter vero secundũ naturã cõem.
¶Circa illud dubitat̃ quis illorũ motuũ sit magis naturalis: Vtrũ ille q̃ inest corpori secũdũ naturã ꝓpriã:vel ille q̃ inest corpori secundũ naturam cõem:vel an sint eque naturales.
¶Respondet̃ ꝙ motus qui inest corpori secundũ naturã cõmunẽ est magis naturalis puta motus quo mouerent̃ corpora ad replendũ vacuũ.Et ratio huius est ista:qꝛ videmus ꝙ corpora dimittunt sua loca ꝓpria 7 naturalia ad que sũt mobilia naturaliter secundũ naturã eorũ propriã.7 mouent̃ ne fiat vacuũ motu qui est eis secundũ naturã cõmunẽ:qꝺ pꝫ: nã cũ aliquis ponit aliquã fistulã ad aquã 7 extrahit per os aerẽ de fistula.aqua dimittit locũ suũ 7 ascendit in fistulam: 7 hoc est signũ ꝙ plus inclinat̃ ad motũ ꝑ quẽ cauetur vacuũ ꝗ ad motũ quo est mobile ad locũ propriũ.¶Et nota ꝙ per naturã cõmunẽ nõ intelligo aliquã reꝫ que insit pluribus corporibus.Sed hoc voco inesse corporibus secundũ naturam cõmunẽ.qꝺ inest vni corpori naturaliter 7 cõsimiliter inest aliis corporibus distinctis ab illo specie:sic est de moueri ne fiat vacuũ:hoc enim inest omnibus corporibus.vnde anteꝗ natura permitteret vacuũ:celũ descenderet 7 impleret:sicut dicit cõmentator quarto physicorũ.verũ est tamen ꝙ aliqui dixerũt:ꝙ sic insequi corpora ne fiat vacuũ inest solũ aeri et aque:que sunt elemẽta media que qꝛ sunt grauia 7 leuia pñt moueri indifferenter huc vel illuc:sed sicut dicunt nõ sic est de elementis extremis.quorũ vnum est simpliciter graue:7 aliud simpliciter leue.¶Sed breuiter illud nõ valet.Nam ad sensum videmus ꝙ puluis ascendit per fistulã subtracto aere:ꝑ qꝺ cõstat terrã ascendere ad sequendũ corpus aliud naturaliter:sicut facit aer vel aqua.

Quantum ad secundum articulũ sciendum qꝺ de hoc sunt plures opiniones recitate 7 impugnate in fine octaui physicorum:7 finaliter ibidẽ posita est opinio quã reputo veriorẽ:qꝺ proiectũ post exitũ eius a manu vel recessum a proiiciente mouet̃ a quadã vi seu impetu sibi impresso ab ipso proiiciente.Et sicut tandem illa virtus motiua sic sibi impressa remittitur vsqꝫ ad nõ gradũ sic finaliter proiectũ desinit moueri motu proiectionis.Et secundũ istam opinionem possunt saluari apparentia iuxta motũ proiectionis vt patet in loco predicto.Ex his patet qꝺ motus proiecti nõ est proiectio naturalis sed violenter:patet hoc:qꝛ talis motus prouenit ab aliquo impresso ipsi ꝓiecto ab extrinseco.¶Si diceres:talis motus est a principio intrinseco moti:ergo naturalis.Respõdeo negãdo consequẽtiã:nã vltra hoc requiritur qꝺ naturalis inclinatio mobilis non sit ad oppositum.

Ad rationes Ad primam:quando dicebatur:sequeretur ꝙ aer in tali motu nũꝗ desineret moueri:negatur consequẽtia:7 rõ huius est:quia in tali motu aer rarefit et cõdẽsat̃ vltra gradũ raritatis vel dẽsitatis sibi debitũ: et ideo aer appetẽs redire ad statum pristinum tãdem desinit a tali motu.¶Ad secũdam:proiiciatur proiectum ad latus: placet mihi.tu dicebas ꝙ aer tũc nõ insequit̃ naturaliter:dico qꝺ imo:7 vlterius dico ꝙ hoc est mediante forma tãꝗ mediante principio actiuo pricipali:7 mediante leuitate:tanꝗ instrumẽtali:7 quãdo dicebatur:leuitas nõ inclinat nisi ad motum sursum:dico ꝙ hoc est verũ quando mobile mouetur motu sibi naturali secundũ naturã sibi propriã:tamẽ quando mobile mouet̃ motu sibi naturali secundũ naturã cõmunem sibi 7 aliis:sicut est in ꝓposito ne fiat vacuũ:leuitas bene mouet ad latus seu ad aliã differentiã positionis ꝗ sursum.¶Ad tertiã:ista bene ꝓbat ꝙ ꝓiectũ moueret̃ naturaliter:7 hoc si aer precedens ipsuꝫ moueret̃ naturaliter:quia ille pellit̃ sicut proiectũ:tamẽ nõ oportet:si aer insequẽs proiectũ moueat̃ naturaliter ꝙ ergo ꝓiectũ moueat̃ naturaliter qꝛ aer insequens nõ pellitur sicut pellitur proiectũ.Et ideo dissimile est de motu proiecti 7 de motu aeris insequentis proiectum:quare 7c.

Questio.XIII.



Nunc restat vltimo querere circa figuram corporum simplicium elementarium 7 quantum ad hoc queram vnicã questionem scilicet vtrũ elemẽta quatuor determinent sibi figuras a natura:7 videtur quod sic:Nã quintum corpus simplex scilicet celũ determinat sibi figuram a natura:scilicet sphericã:vt prius dictuꝫ est:ergo videt̃ qꝺ alia quatuor corpora simplicia scꝫ elemẽta determinẽt sibi figuras a

Queritur vtrum si generatio esset impossibilis alteratio esset impossibilis. ¶ Et arguit̄ primo qd̄ nō: nā generatio z alteratio sunt mutationes distincte: sicut dicebat̄ in alia questione: ergo possibile est vnā esse sine alia: nec ad positionē vnius sequit̄ positio alterius: nec ad destructionē vnius destructio alterius. ¶ Scdo. possibile est aliquid alterari: qd̄ tū impossibile est generari: ergo falsum est dicere q si generatio vnius sit impossibilis qd̄ alteratio eius sit impossibilis: cōsequētia tenet: aūs pbat̄: nā te possibile est alterari: tu enim calidus potes fieri frigidus: z tū te impossibile est generari: q enim semel genitū est amplius generari nō pōt. ¶ Tertio arguit̄ sic. sicut se habet esse vel non esse ad esse z nō esse sic se habet posse esse vel nō posse esse ad posse esse z non posse esse: sed modo ita est q aliqñ generatio est z alteratio nō est: z ecōuerso: ergo etiā generatio pōt non esse alteratiōe existēte: quare falsu3 est si generatio sit impossibilis q alteratio sit impossibilis. ¶ Quarto arguitur sic. si questio esset vera: hoc esset ex eo q alteratio ordinat̄ in generationē tanq̄ in finē: ex eo qd̄ si finis sit impossibilis: ordinata in finē sunt impossibilia. modo hoc est falsum: nā qd̄libet ens maxime appetit se pmanere: z oēs suas actiōes dirigit in hoc q pmaneat: z tū ipsu3 semp manere est impossibile nō obstāte qd̄ actiōes que ordinant̄ in illū fine3 sint possibiles. Ita in pposito videt̄ quāuis alteratio ordinaret̄ in gñationem tanq̄ in finē: nō tamē ppter hoc oportet alterationem esse impossibilem si generatio sit impossibilis. ¶ Quinto arguitur sic. nullius partis celi gñatio est possibilis: z tamē alicuius partis celi alteratio est possibilis: ergo questio falsa: cōsequētia patet: z prima ps antecedentis nota est per Aristo. primo celi: secūda ps antecedētis probat̄: nam aliquādo aliqua pars celi est magis lucida: z aliqñ minus. Simili modo argueret̄ de alteratiōe aīe intellectiue: cuius alteratio est possibilis: q2 alteratur de ignorantia in scientiam: z tamē eius generatio est impossibilis. ¶ Sexto arguit̄ sic. ex quo ista cōsequentia non est formalis generatio est impossibilis. ergo alteratio est impossibilis: z si tenet hoc: op3 esse p aliquem locum. queritur ergo vnde locus.

Oppositum vult Aristo. primo huius vnde dicit: si impossibile esset elemēta generari ex se inuicē impossibile esset eorū alteratio abinuicē. ¶ Breuiter ista questio pōt solui dupliciter. vno modo ad hominē. alio modo scdm veritatē. vnde faciliter fm dicta empedoclis saluaret̄. Empedocles enim ponit quod quodlibet elementū determinaret sibi certas qualitates que nō possent remitti ipso elemēto manēte. vnde ponit q aqua manens aqua nō posset calefieri ergo fm eū si gñatio vnius elemēti ex alio esset impossibilis tunc alteratio eorū abinuicē esset impossibilis: z sic faciliter questio esset expedita. S3 vidēdo qd̄ sit dicendū secundum veritatē ponā primo aliquas distinctiōes. secūdo quia necessariū z impossibile opponunt̄: videndum est quomodo generationē esse sit necessariū. tertio videndū est de questio.

Quantum ad primum sit prima distinctio ista: qd̄ impossibile dicit̄ aliquādo de significabili incomplexe. alio modo de significabili complexe. simili modo dicatur necessarium. ¶ Secundo notandum est quod si iste aliquādo dicuntur de complexo sicut de oratione: hoc est equiuoce

vnde orationes nõ dicunt impossibiles nec necessarie: nisi sicut vrina dicitur sana vel egra: qr est signũ sanitatis vel egritudinis. ¶ Secũda distinctio est, qꝺ adhuc impossibile dicit dupliciter. vno modo quo ad omnes differentias tẽporis: z isto modo dicimus ꝙ deũ nõ esse est impossibile: nã tam quo ad presens ꝙ̃ quo ad pteritũ ꝙ̃ quo ad futurũ est impossibile. Simili modo aliqd dicitur necessariuz ſm omne tempus. sicut deum esse est necessarium secundum omne tempus. Secũdo modo dicitur impossibile: nõ quo ad omne tempus sed quo ad aliquod: z sic accipit impossibile cũ dicitur ꝙ propositio falsa de preterito est impossibilis. Et sic similiter dicimus ꝙ me bibisse est necessariũ: z sic simili modo accipit necessarium cũ dicimus propositionem veram de preterito esse necessariam: z secundũ istam acceptionem de ly impossibile z necessarij bene concedimus ꝙ impossibile erit aliquãdo necessarium: z qꝺ necessarium fuit aliquãdo impossibile: verbi gratia: quamuis modo sit impossibile me fuisse rome: tamen si vadam romã z redeam: me fuisse rome erit necessariũ. similiter quãuis me bibisse modo sit necessarium: tamẽ anteꝙ̃ bibi me bibisse fuit impossibile: qr fuit vnũ falsum de preterito. ¶ Tertia distinctio est ista. impossibile aliquando dicit qꝺ implicat contradictionez: z isto modo dicimus qꝺ sor. esse et sor. nõ esse in a. instanti est impossibile. simili modo dicit deũ nõ esse est impossibile: quodlibet enim istorũ implicat cõtradictionem. Alio modo capit impossibile quod nõ dicitur impossibile: qr implicat contradictionem: sed qr nõ est possibile secundũ cursum naturalem: z isto modo dicimus qꝺ celuz nõ moueri est impossibile: nã hoc nõ est possibile ſm cursum nature consuetum. simili modo dicimus necessarium dupliciter: vno modo opponitur impossibili quod implicat cõtradictionem: z sic dicimus deum esse est necessarium: alio modo dicitur necessariũ prout repugnat impossibili put capit impossibile ſm cursum nature cõsuetũ: z isto modo dicimus ꝙ celum moueri est necessarium.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio generationẽ esse: nõ tamẽ cõtinue sed intercise nõ est necessariũ prout necessariũ ꝯdicit impossibili ꝙ implicat ꝯdictionẽ pz: qr generationẽ nõ esse nõ implicat ꝯdictionẽ. ¶ Secũda cõclusio: generationẽ esse: nõ tñ cõtinue sed intercise est necessariũ put necessariũ opponit impossibili: put aliqd dicit impossibile ſm cursum nature. ergo generationẽ esse mõ predicto est necessariũ: antecedens patet: nã impossibile est materiã sub vna forma manere perpetue ꝓpter variam et multiplicem alterationẽ quesit in istis inferioribus propter continuum motum celi z multiplicem influentiam a corporib9 supercelestibus in ista inferiora.

Quantum ad tertium videlicet de quesito sciendũ est qꝺ ꝙ̃uis Aristo. bene cõcedat qꝺlibet elementũ determinare sibi certas qualitates sibi conuenientes: sicut ignis caliditatẽ z siccitatẽ: aer caliditatẽ z humiditatem: tñ nõ negauisset quin elemẽtis manentibus eorũ qualitates remitti possent. Cuius oppositum dixit Empedocles. Alteri9 Aristo. dixisset talẽ alterationem in quolibet nõ fieri gratis imo in aliquem finem: vz i istũ: ꝙ ex vno elemẽto posset aliud generari: ita ꝙ ſm Aristo. talis alteratio ordinat in generationẽ tanꝙ̃ in finem. Et hec sit vna suppositio. ¶ Scda suppositio est qꝺ ordo naturalis est necessarius ſm speciem: ita quod nõ potest impediri in toto: licet bene in parte: sicut illũ hominem non generari est possibile z illum: z etiã illum: sed non est possibile simul de quolibet.

Tunc sit conclusio respõsalis ad quesituz si generatio est impossibilis: alteratio est impossibilis: probatur sic: nã p primã suppositionem alteratio ordinat in generationem tanꝙ̃ in finẽ: ergo in virtute scdꝫ suppositionis: si generatio est possibilis: alteratio est possibilis: ergo ad destructionem cõsequẽtis: si nulla generatio est possibilis: nulla alteratio est possibilis. ista consequentia tenet per hoc qꝺ impossibile est naturam omnino frustrari in eius actiõe. Si ergo nõ esset possibile fieri generationem: z non esset possibile fieri alterationem secundũ cursum nature: nunquã eñi natura ageret alterationẽ: nisi aliquando fieret generatio propter quã tanꝙ̃ propter finem alteratio agitur a natura. Et ex hoc potest patere per quem locũ tenebit hec consequẽtia: generatio est impossibilis: ergo alteratio est impossibilis: tenet enim per locum a causa finali ad suũ effectũ: per istã maximaz: si finis est impossibilis: effectus est impossibilis in virtute illius: deus et natura nihil agit frustra: hoc est secundũ cursum nature: nõ enim in toto actiões naturales frustrant suis finibus. ¶ Sed diceres tu: ex quo sicut dicis alteratio ordinatur in generationẽ tanꝙ̃ in finẽ: ponatur ergo qꝺ per imaginationem sit vna frigiditas ab omni subiecto separata: z applicetur sibi vnũ calidum excedens ſm illam caliditatem illam frigiditatẽ: tunc queritur vtrum fiet actio in illã frigiditatem. z videt qꝺ nõ: nã nõ est possibile ꝙ fiat ibi aliqua generatio nec assimilatio passi ad agẽs: cũ ergo actio alteratiua ordinetur in generationẽ: videtur ꝙ ibi nõ fieret aliqua actio. vnde si calidũ ageret in istam frigiditatem ad corruptionem illius frigiditatis nulla sequeretur generatio nec assimilatio. Breuiter dico ꝙ non aget in illam frigiditatem: z primo posset secundum hoc assignari ratio iam facta. ¶ Secundo ex alio: nã naturalia in suis actionibus nõ intendunt principaliter corruptionẽ: sed principaliter generationem: sed non posset fieri alicuius generatio nisi fieret alterius corruptio: ergo oportet agentia naturalia corrũpere: si volunt generationẽ facere: modo in casu ꝑdicto: cum nulla posset fieri generatio sequit ibi nullã fieri corruptionẽ frigiditatis. ¶ Tertio. ex alio: qr ibi nõ esset aliquod subiectũ ex quo illa frigiditas ponit separata a subiecto qꝺ est receptiuum talis actiõis ipsius caliditatis. finaliter ergo dico ꝙ in illam frigiditatem non fieret actio.

Ad rationes Ad primam dico: non obstante qꝺ generatio z alteratio sunt mutationes distincte: tamen quia alteratio ordinat in generationem: videt qꝺ si generatio est impossibilis: alteratio est impossibilis: verũ est tñ qꝺ illa cõsequẽtia nõ est formalis: sz tenet supposito ordine nature. ¶ Ad secundam dico: quãuis sit possibile esse alicuius alterationẽ: cuius nõ est possibile esse generationẽ tamẽ possibile est esse generationẽ alicuius alterius alteratio nõ ordinatur in generationem illius qꝺ alteratur: sed in generationem alicuius alterius ex illo. ¶ Ad tertiaz dico: ꝙ quamuis possibile sit esse alterationem quã non immediate sequit generatio: tamen non est possibile esse aliquã alterationẽ: quã non tunc vel alias sequatur generatio. ¶ Ad quartam: quãdo dicit alteratio ordinatur zc. concedo: z quando dicitur sepe finis est impossibilis: z ordinata in finẽ sunt possibilia dico ꝙ nunꝙ̃ simpliciter finis est impossibilis: quando ordinata in finem sunt possibilia: z quãdo dicitur de permanentia: dico qꝺ simpliciter talis finis non est impossibilis: quamuis enim entia naturalia non possunt semper manere secunduz indiuiduum: tamen possunt manere secundum speciem: z sic licet frustrarentur in eorum actionibus in parte: non tamen in toto. ¶ Ad quintã: dico ꝙ questio intelligitur de alteratione que est inter qualitates actiuas z passiuas: q̄ de per se ordinãtur in generationẽ. sed modo talis alteratio nõ est in aliqua parte celi. Cõsimili modo dicat de alteratiõe anime intellectiue. ¶ Ad sextã quando dicitur vnde locus. dictum est superius in questione zc.

Questio. IIII.

Queritur. vtrũ generatio vni9 sit corruptio alterius. ¶ Et arguitur primo quod non: nam si sic: tunc generatio esset corruptio: sed hoc est falsum: falsitas patet: qr generatio z corruptio sunt mutationes oppositez per consequens vna nõ est alia. ¶ Secundo arguitur sic: corruptio est forma que corrumpitur: z generatio forma que generatur. modo vna illarum formarum non est alia ergo zc. ¶ Tertio. si sic sequitur quod semper esset equalis multitudo suppositorum sed hoc nõ est necessarium: licet prthagoras hoc ponebat consequentia tenet ex eo quia cum vnũ corrumpitur aliud generatur. ¶ Quarto. alicuius generatio est plurium corruptio ergo non semper generatio vnius est corruptio alterius imo plurium: antecedens patet de generatione mixti ex elementis vbi quatuor corrumpuntur elementa z vnum solum generatur scilicet mixtũ ¶ Quinto arguit sic in nutritione z precipue in nutritione hominis aliqd corrumpitur puta alimentum: z tamen nihil ibi generatur non enim

enim potest dici quod ibi generatur aliqua forma noua vel aliqua pars forme ex eo ꝙ anima intellectiua prius existebat: ⁊ etiaȝ quia anima intellectiua est indiuisibilis. ¶ Sexto arguitur sic: nā quādo animal corrumpitur non videtur quod vna forma generetur: nam aliter idē a quolibet pluriuȝ agētium pōt gn̄ari: ex eo q̄d animal a quolibet pluriū agētiū potest corrumpi idem enim est corrumpens formā preexistentē ⁊ generans sequentem: cū ergo animal indifferenter a pluribus agentibus potest corrumpi: tunc si post eius corruptionem generetur vna alia forma: illa forma a pluribus agentibus indifferenter posset generari: quod tamen est falsum sicut postea videbitur. ¶ Septimo arguitur sic: nam quando generatur homo: tunc ibi est generatio alicuius: ⁊ tamen videtur q̄d non propter hoc sit ibi corruptio alterius: ex eo q̄d forma preexistens: sicut forma embrionis disponebat ad generationem hominis: ergo videtur q̄d ipsa possit manere cū forma hominis: ⁊ per consequens non corrumpitur in aduētu forme hominis. ¶ Octauo arguitur sic. nam in separatione anime intellectiue a corpore est generatio alicuius forme in materia in qua prius erat anima: ⁊ non corrumpitur post eius separationem a corpore. ¶ Nono arguitur sic: in generatione luminis in medio nihil corrumpitur: ⁊ similiter in generatione scientie in anima: ergo nō cuiuslibet generatio est alicuius corruptio. ¶ Decimo arguitur sic: nam cum ex elementis fit mixtum: tunc generantur ibi sapores ⁊ odores: et consimiles qualitates absq̄ corruptione aliquarum qualitatum aliarum eis oppositarum: ex eo quod nulle sunt tales qualitates in elementis: purum enim elementum caret odore ⁊ sapore ⁊ colore ⁊c.

In oppositum est Aristo. in primo huius

nam per hoc probat Aristoteles perpetuitatem generationis. ¶ Breuiter ista questio potest habere duplicem intellectum ⁊ secundum vtrunq̄ respondendū est ad ipsam. ¶ Primus intellectus est. vtrum ista propositio sit vera. generatio vnius est corruptio alterius: id est q̄d illud idem q̄d est generatio est corruptio. ¶ Secundus intellectus est talis: an generationeȝ vnius sequatur vel precedat corruptio alterius. Primo ergo respondendū est ad questionē secundū primum sensum. Secundo ẜm secundum.

Quantum ad primum sit prima conclusio

ista: q̄d si generatio ⁊ corruptio sumantur pro subiecto illius quod de nouo capit esse postq̄ nō fuit: vel nō esse postq̄ fuit generatio est corruptio: probatur: quia sic ideȝ: pura materia est generatio ⁊ corruptio: que est eadem in genito que fuit in corrupto: ⁊ hoc conceditur q̄d continue ⁊ perpetue sine intercisione generatio est ⁊ similiter ⁊ corruptio est: patet hoc q: continue perpetue ⁊ sine intercisione materia est: sed tamē cū hoc concedēdū esset q̄d quāuis generatio ꝑpetue est sine intercisione: nō tamē generatio est ꝑpetue generatio sine intercisione. nā aliquādo materia non est generatio: aliquādo enim quiescit per tempus sub aliqua forma. Secunda cōclusio est ista: ꝙ si generatio capit̄ ꝓ forma vel pro cōposito ꝙ generat̄: ⁊ corruptio ꝓ forma vel cōposito q̄d corrūpit̄: gn̄atio nō est corruptio: ꝓbat̄: nā cōpositū q̄d generat̄ nō est cōpositum q̄d corrumpitur: nec forma ⁊c.

Quantum secundum intellectum potest poni

ista conclusio: intelligendo questionem indefinite generatio vnius est corruptio alterius: patet: nā videmus ꝙ cum generatur aqua ex igne: vel econuerso corruptionē vnius cōcomitatur generatio alterius. Sȝ intelligendo questionē secundū predictū sensum vniuersaliter: tunc est maior difficultas: vcȝ: vtrū semꝑ gn̄atio vnius sit corruptio alterius. Et sic ad videndū de hoc: primo ponā aliquas distinctiones. scd̄o cōclusiones de generatiōe ⁊ corruptione accidentiuȝ. tertio de generatione ⁊ corruptione substantiarum.

Quantum ad primum sit prima diuisio ista

quedam est generatio alicuius qualitatis non habentis contrariū: sicut est generatio luminis in medio: ⁊ generatio scientie in anima: quedam autem est generatio alicuius qualitatis habentis cōtrariū: sicut generatio caliditatis vel albedinis. ¶ Scd̄a diuisio est ista: quedā sunt accidētia a quibus vel eorū cōtrarijs materia nūq̄ denudat̄: sicut sunt caliditas: ⁊ frigiditas: humiditas: ⁊ siccitas: grauitas: ⁊ leuitas vcȝ si materia stet sub forma mixti: siue sub forma elemēti: nūq̄ denudatur ab aliquibus istarū qualitatū. Alia sunt accidentia a quibus aliquādo: ⁊ ab eorū contrarijs denudat̄: sicut sunt iste qualitates odor sapor ⁊c. vȝ: cuȝ materia stat sub forma elemēti: primo est denudata a colore quolibet: ab odore quocunq̄: ⁊ sapore quocūq̄. ¶ Tertia diuisio est ista: quedam est generatio vel corruptio simpliciter substantie: sicut elementi: alia mixte vt hominis. ¶ Quarta diuisio. generatio substantie mixte quedam est substātie inanimate sicut ligni vel lapidis: ⁊ quedam animate: ⁊ hoc est vel anima intellectiua vel sensitiua.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio

non oportet ꝙ generatio qualitatis nō habentis cōtrarium sit corruptio alterius: nec oportet corruptionem eius esse generationem alterius: patet hoc de generatione ⁊ corruptiōe luminis: ⁊ similiter de generatione ⁊ corruptione scientie in anima. ¶ Secūda cōclusio in generatione accidentiū: a quibus vel eorum cōtrarijs materia potest denudari: nō oportet ꝙ semꝑ generatio vnius sit corruptio alterius: pȝ hoc: nā ex elementis fit mixtū ⁊ generat̄ sapor absq̄ corruptione alicuius saporis sibi cōtrarij: ⁊ similiter odor ⁊ color: ⁊ similiter cū mixtū corrūpit̄ in elementa: corrūpunt̄ huiusmodi qualitates absq̄ generatione qualitatū sibi cōtrariaꝝ. ¶ Tertia cōclusio. in generatione qualitatū habentium contrarium a quibus materia nō pōt denudari sic est ꝙ semꝑ gn̄atio vnius est corruptio alterius: pȝ hoc nā materia: nec sub forma elementi: nec sub forma mixti pōt stare sine hm̄ōi qualitatibus ergo semper oportet ꝙ aliqua taliū qualitatū sit in materia ⁊ cū nō possint esse simul in materia ꝓꝑ cōtrarietatē eorum oportet ꝙ cū vna generatur alia corrūpatur ⁊ econuerso.

Quantum ad tertium sit prima conclusio

ista generatio mixti ex elementis si elementa nō ponant̄ manere in mixto: est nō corruptio vnius: sed pluriū: pȝ: q: est corruptio pluriū elementorū. ¶ Scd̄a cōclusio. gn̄atio mixti ex elemētis: si elemēta ponant̄ manere ī mixto: ⁊ cū hoc ponant̄ ꝙ forme elemētoꝝ substātiales nec intendant̄: nec remittant̄ est sine aliqua corruptiōe substātiali: quāuis bene aliq̄ gradus qualitatū elemētoꝝ corrūpant̄: pȝ ex quo elemēta ponūtur manere: ⁊ forme substātiales eoꝝ ponunt̄ nec intēsibiles nec remissibiles. ¶ Tertia cōclusio est ista. generatio mixti ex elemētis si elemēta ponunt̄ manere in mixto: ⁊ cū hoc forme substātiales eoꝝ ponunt̄ intēdi ⁊ remitti est cum quadā corruptiōe substātiali: puta formaꝝ substātialiū elemētoruȝ nō tamen totali: sed ẜm aliquos gradus. patet ex quo forme substātiales elemētorū ponunt̄ intēdi ⁊ remitti. ¶ Pro quarta cōclusiōe sit prima suppositio: ꝙ materia nūq̄ pōt ēē sine forma substātiali. ¶ Scd̄a suppō. materia non pōt simul habere nisi vnā formā substātialē. ¶ Tūc sit quarta ꝯclusio ista ꝙ qñ vna forma substātialis corrūpit̄ alia gn̄at̄ ⁊ ecōuerso ꝓbat̄ sic: nā aut forma gn̄at̄ ī materia in qua ꝓexistebat forma: aut gn̄at̄ in materia ī qua nō ꝓexistebat forma: nō dr̄ primū ꝯ ꝓ scd̄aȝ suppositionē: materia nō pt̄ simul hr̄e plures formas substātiales: oꝑȝ ergo ꝙ forma ꝓexistens corrūpatur. ⁊ sic generatio vni⁹ forme ē corruptio alterius. si scd̄o dr̄ ẜm: hoc est ꝯ primā suppositionē. ¶ Sciēdū est tn̄ ꝙ talē ꝯclusionē ponit ph̄us: sȝ tn̄ credendū est ꝙ aliqua forma pōt gn̄ari absq̄ corruptiōe alterius forme. vn̄ ẜm illos q̄ in hōie nō ponunt nisi animā intellectiuā: ī sepatiōe a materia gn̄atur noua forma in materia: absq̄ corruptiōe forme ꝓcedētis. similiter ī nutritiōe hominis corrūpitur forma alimenti absq̄ noua generatiōe alicuius forme substātialis: nā forma alimēti corrupta aīa intellectiua incipit informare illā materiaȝ absq̄ hoc q̄d ipsa de nouo generet̄. Et ideo q̄ volūt stare in ꝑdicta ꝯclusione cū ph̄o ponūt in hōie ꝓter aīam intellectiuā vnā formam substātialē eductā de potētia materie: ⁊ dicūt nō esse impossibile in eadē materia esse plures formas substātiales: quaꝝ vna est educta de potētia materie: ⁊ alia non. modo dicit: et verū est: ꝙ aīa intellectiua nō sit educta de potētia materie: ⁊ ideo secundum hoc quod diuersi diuersimode opinarentur oportet modificare quartam conclusionem: sicut patet inspicere volenti.

Ad rationes. Ad primā et secundam patet

ex dictis. ¶ Ad tertiaȝ dico: quod adhuc non oportet quod

sit equalis multitudo suppositorum: nam aliquando generatio vnius est corruptio plurium. ¶ Ad quartam ⁊ quintã patet ex dictis. ¶ Ad sextam dico: q̃d prout postea videbitur nõ est inconueniens idem a pluribus agentibus nõ influentibus in effectũ indifferenter posse generari: quãuis hoc bene sit incõueniens in influentibus in effectũ. ¶ Ad alias rationes patet ex superius dictis quid sit dicendum.

Questio .v.



Ueritur. vtrũ in generatione simpliciter fiat resolutio vsq; ad materiã primam. ¶ Et arguit primo q̃ nõ. nã si sic sequit q̃d ex semine hominis non potius deberet generari homo q̃ asinus vel aliquod aliud indiuiduum alterius speciei ab homine sed hoc est falsum ⁊ consequẽtia probatur nam ex quo in genito nihil remaneret preter materiã primã que fuit in corrupto sequit q̃d ede dispositiões ⁊ qualitates existẽtes in semine hois disponẽtes ad generationẽ hominis corrũperentur materia anteq̃ generaret forma hois sed tamen qñ tales dispositiões materie sunt corrupte materia est omnino indifferens ad quãcunq; formã generandã ergo nõ potius ex illa materia generabit homo q̃ asinus vel bos. ¶ Secundo arguitur sic. aliqua forma substãtialis manet in genito que prius erat in corrupto ergo in generatiõe simpliciter nõ fit resolutio vsq; in materiã primam. consequentia tenet. antecedẽs probat nã forma corporeitatis manet eadẽ probat nã si nõ sequit q̃ nõ maneret idẽ corpus hoc est falsum: qz manet eadem materia que est vnũ corpus est enim longa lata ⁊ profunda. ¶ Tertio arguitur sic eadẽ est forma ossis mortui que fuit ossis viui: ergo in generatione et corruptiõe simpliciter non fit resolutio vsq; ad materiã primã: consequentia tenet: nã vbi manet idẽ nomẽ substantiale ⁊ eadem diffinitio: ibi etiã manet eadẽ forma substãtialis: sed sic in osse viuo et mortuo: ergo ⁊c. maior est nota: minor probatur: qz os mortuũ ita dicitur os: sicut os viuum. similiter ita cõuenit sibi diffinitio ossis: sicut ossi viuo. ¶ Quarto arguitur sic in generatione ⁊ corruptione simpliciter manet eadẽ qualitas ⁊ eadem figura: ergo questio falsa antecedens probat nã videmus q̃ in boue mortuo manet eadẽ quãtitas: ⁊ similiter figura q̃ fuit in boue viuo. Si enim aliquis bos viuus est bicubitus: ipso interfecto adhuc obtinet illã quantitatem. ¶ Quinto arguitur autoritate Cõmen. di. q̃ dimensiones materie sunt eterne in materia. ¶ Sexto arguitur sic. in genito manet eadem qualitas que fuit in corrupto: ergo questio falsa: consequentia tenet: antecedens patet de qualitate symbola: si enim ex aqua fit aer manet eadem humiditas in genito que fuit in corrupto. Et similiter si aliquis bos interficiatur ipso interfecto statim post manet aliqua caliditas: sed non videtur q̃ sit de nouo ibi genita: quia non apparet quis illã caliditatem generasset ibi.

Oppositum dicit Aristo. primo huius dicens: generationem simpliciter esse trãsmutationem huius totius in hoc toto nullo sensibili remanente.

Pro resolutione materie prime notãdum est: q̃ per resolutionẽ in materiã primã intelligit an in generatione ⁊ corruptiõe simpliciter aliq̃d aliud q̃ materia prima maneat in genito q̃d prius fuit in corrupto. Resolutio ergo in materiã primã nihil aliud est p̃ter materiã primã manere in genito que prius fuit in corrupto. Et ad hoc q̃ fiat talis resolutio videt autoritas Arist. allegata. si nullũ sensibile maneat genito q̃d prius fuit in corrupto: videt q̃ sit facta huiusmodi resolutio. ¶ Ulterius sciendũ est q̃ huiusmodi resolutionem possumus imaginari dupliciter: vno modo quantũ ex parte forme substãtialis: sic videlicet: q̃ nulla forma substãtialis maneat in genito que prius fuit in corrupto. alio modo quantum est ex parte formarũ accidẽtaliũ: sic videlicet: q̃ nulla forma accidẽtalis maneat in genito que prius fuit in corrupto: modo in ista questione videndum est de huiusmodi resolutione quantum est ex parte forme substantialis: ⁊ in sequenti questione videbitur de huiusmodi resolutione quantum est ex parte forme accidentalis.

Quantum ad primum sciendum est quod aliqui imaginant in eodẽ supposito plures formas substantiales vnã quã ponũt manere perpetue in materia. s. formã corporeitatis per quã materia est corpus: ⁊ aliã formã substãtialem per quã tale indiuiduũ ponit in tali specie vel in tali: ⁊ isti quantũ est ex parte forme substãtialis negant resolutionem vsq; in materiã primã in generatione vel corruptiõe simpliciter. vnde dicunt q̃ cũ bos interficitur: tunc forma substãtialis per quã fuit bos corrũpitur: sed adhuc manet forma corporeitatis per quã fuit corpus. ¶ Alij imaginant formas substantiales elementorũ manere in mixto: ⁊ isti etiã habent negare quantũ est ex parte forme substãtialis vel formarũ in generatione simpliciter ⁊ corruptiõe fieri resolutionẽ vsq; in materiã primã. vñ cũ bos interficit cõcedunt easdẽ formas substãtiales elemẽtorũ manere ĩ boue iterfecto q̃ erãt ĩ boue viuo.

Contra istos pono talem conclusionem q̃ in nullo indiuiduo sũt plures forme substãtiales totales educte de potẽtia materie: probat: nã sicut impossibile est eandem cerã simul hr̃e diuersas figuras totales: ita ĩpossibile ẽ materiã simul hr̃e diuersas formas substãtiales. vñ ex quo quãlibet formã substãtialẽ distinctã ab alia sequit figura distincta si in vna materia essent plures forme substantiales totales: tũc talis materia haberet simul plures figuratiões totales quarũ quelibet esset mere extensa: si ergo hoc est impossibile de materia: sequit hoc esse ĩpossibile de quolibet indiuiduo. ¶ Scd̃o arguit sic. nã dato opposito q̃ nũs: tale indiuiduũ esset in diuersis speciebus: si enim aliq̃d indiuiduũ haberet plures formas substãtiales: ille nõ possent ẽẽ eiusdẽ speciei: nã aliter vnũ indiuiduũ alicuius speciei ẽẽt duo indiuidua illius speciei. si aũt ponerent distincte in spẽ per quãlibet [illegible] formarũ: illud indiuiduũ reponeret sub alia spẽ distincta: ⁊ sic sequitur q̃d tale indiuiduũ esset diuersarũ specierũ: q̃d fuit probandum. ¶ Tertio arguitur sic. nã si esset aliqua talis forma q̃ perpetue maneret in materia: sicut aliq̃ imaginauerũt: sequitur q̃ materia nullã aliã formã reciperet: nã sicut dicit Cõmẽ. super primo physi. materia hñs vnã formã nõ recipit aliã. etiã si poneret vna forma in materia q̃ remaneret in receptiõe alterius illa ita reciperet a forma preexistẽte ⁊ manente sicut a materia: sed hoc nõ: propter hoc q̃ sicut materie repugnat informare ita forme repugnat recipere. vñ Cõmẽ. in de substãtia orbis actui repugnat recipere. ¶ Sed cõtra istã cõclusionẽ diceres in eodẽ indiuiduo sunt plures forme accidẽtales. sicut in eodem. s. lacte est albedo ⁊ dulcedo: quare etiã in eodẽ nõ possunt esse plures forme substantiales. ¶ Secundo ad idem nam in boue est forma substantialis oculi: ⁊ similiter forma substãtialis ossis: similiter forma substãtialis carnis: modo iste forme substãtiales sũt specifice distincte ex eo q̃ oculus ⁊ caro differunt specie. ¶ Tertio arguitur sic. nã in eodẽ homine. s. in sor. est simul anima intellectiua ⁊ sensitiua: que sunt forme substantiales distincte specie.

Ad ista dico. Ad primum: quod licet aliq̃d indiuiduũ possit habere diuersa esse accidẽtalia: tñ non pot̃ habere diuersa esse substãtialia. Ideo ĩ eodẽ indiuiduo possũt esse plures forme accidẽtales totales: sed nõ substantiales. ¶ Ad secundum dico: nõ est inconueniens q̃ in eodem sint plures forme substantiales partiales distincte specie existẽtes partes integrales vnius forme totalis: per quã aliquod indiuiduum est alicuius speciei pro tunc. vnde dico q̃ forma totalis ipsius bouis est cõposita ex partibus integralibus diuersarum rationum: vnde sicut bos est vnũ corpus etherogeneum: ita forma totalis ipsius bouis est vna forma etherogenea. Unde vlterius dico. cuius oppositum alij dicũt q̃ si illa pars forme bouis que est in pede esset in oculo: ipsa ita modo cum videret sicut modo: nec ista sunt cõtra cõclusionẽ. nam conclusio dabat de formis substantialibus totalibus. ¶ Ad tertiã dico: q̃ illa nõ est cõtra cõclusionẽ. nã conclusio dabat de formis substãtialibus eductis de potẽtia materie. vtrũ autem in homine anima intellectiua ⁊ sensitiua sint forme distincte: ⁊ de hoc non curo ad presens. nã hoc pertinet ad librũ de aĩa. ¶ Secũda conclusio est ista: quãtum est ex parte forme substãtialis in generatiõe simpliciter fit resolutio vsq; ad materiã primã: patet: nã forma substãtialis preexistens nõ potest manere cũ forma que generatur: aliter enim ĩ eodẽ indiuiduo essent simul plures forme substãtiales: q̃d est cõtra primã cõclusionẽ. ergo adueniẽte forma q̃ generat forma preexistens corrumpitur

corrumpitur: sic quod primũ instans esse forme generate est primũ nõ esse forme corrupte: modo hoc est fieri resolutionem usq; in materiã primã quãtũ est ex pte forme substantialis. ¶ Ex ista cõclusione sequitur q nihil qđ est de substãtia generati fuit de substantia corrupti nisi materia. ¶ Secundo sequitur illam manere eandẽ in genito et corrupto. ¶ Tertio sequitur illã de se nullã habere diuisionẽ et discõtinuationẽ in suis partibus. unde omnẽ diuisionẽ quã habet secundum suas partes est ex parte formarũ substantialiũ. ¶ Quarto sequitur qđ oĩa que sunt infra concauum orbis lune quantum est ex parte materie sunt unum continuũ. Unde si omnes forme accidentales et substantiales annihilarentur materia nõ annihilata: maneret una massa cõtinua protensa ad cõcauitatẽ orbis lune: que tũc secundũ diuersas eius partes diuersis formis esset depicta: sicut una superficies cõtinua parietis diuersis imaginibus depicta.

Ad rationes. Ad primam negatur consequẽtia. unde quãuis in generatiõe hominis ex semine oĩa preexistentia corrũpant preter materiã: tamẽ q2 nõ p tẽpus materia maneret sine illis ante generationẽ forme hominis: sequitur potius ex illa gñari hominẽ q̃ asinũ. ¶ Ad secundã patet ex cõclusionib9. ¶ Ad tertiã silr patet ex dictis. ¶ Ad quartã de qualitate negat. ¶ Ad quintã similiter. ¶ Ad sextã etiã patebit in alia questione.

Questio. VI.



Queritur. utrum maneat aliqua qualitas in generato q̃ fuit pri9 in corrupto. ¶ Et arguitur primo q sic. nam si nõ: sequit q in habẽtibus symbolum nõ esset facilior transitus: sed hoc est falsum: consequẽtia tenet: q2 oẽs qualitates pexistentes corrũperentur. ¶ Scđo arguitur sic. q2 si nõ: sequit q frigiditas generaret caliditatẽ: sed hoc est falsum: nã ponatur q frigiditas corrũpat aliquod animal tũc si in cadauere est aliquis nouus calor qui nõ prius erat in corpore viuo: ille nõ videt esse genitus nisi ab illa frigiditate. ¶ Tertio. nã in corruptione hominis nõ videt a quo generet illa figura et imago: que est in cadauere: nisi tunc dicat q eadẽ figura et imago que est in cadauere fuit in homine: et p cõsequens videt aliquã qualitatem manere in genito que prius erat in corrupto. ¶ Quarto sic. omne qđ generat: gñatur ex cõtrario tanq̃ ex termino si habeat cõtrariũ: modo si in cadauere fieret noua caliditas: illa nõ fieret ex contrario supposito q illud ex quo generat cadauer prius fuisset calidum. ¶ Quinto. nã nisi aliqua qualitas que prius fuit in corrupto maneret in genito: sequeretur q aliquod accidens generaretur sine alteratione successiua: sed hoc est falsum: et cõsequẽtia patet: nã si aliquis homo generatur: tunc si caliditas eius nõ preexistebat in materia: sed de nouo generat cum ipso sequitur qđ illa caliditas generaretur subito sicut homo. ¶ Sexto arguitur sic. nã in interfectione bouis corrumpitur caliditas et generatur similis noua in cadauere: sed hoc videtur esse frustra. natura agens corrumpens bouẽ frustra caliditatem illã corrumperet ex quo statim aliam consimilẽ in cadauere generaret. ¶ Septimo arguitur sic. nam querit cum ex aqua generat aer quid corrũpit humiditatem aque: et probatur q nõ aer: q2 secundũ nullã eius qualitatem contrariatur humiditati aque: humiditas est qualitas symbola aeri et aque. ¶ Octauo. nam videmus q si aliquis homo habeat aliquã cicatricem: q eadẽ cicatrix manet in cadauere cũ homo fuerit corruptus: sed cicatrix est qualitas: est enim de quarta specie qualitatis: ergo aliqua eadẽ qualitas que erat in genito manet in corrupto.

In oppositum arguitur. nam si aliqua qualitas etc. sequitur q diffinitio generationis: quam ponit Aristoteles primo huius: non esset bona: vz generatio est transmutatio huius totius in hoc totũ nullo sensibili remanente modo si aliqua qualitas eadẽ maneret in genito que prius fuit in corrupto: tunc aliquod sensibile maneret in genito: q prius fuit in corrupto: cuius oppositum dicit predicta diffinitio. ¶ Secundo. si aliqua qualitas maneret eadem in genito que prius fuit in corrupto: sequitur quod subiectum generationis simpliciter esset ens in actu: esset enim ens in actu per illam qualitatẽ: cõsequens est contra Aristotelẽ. ¶ Tertio. sicut se habet accidens ad substantiam: ita se habet compositum accidentale ad compositum substantiale: sed ita est qđ quodlibet accidens presupponit substantiam: ergo etiam quodlibet compositum accidentale presupponit compositũ substantiale: modo sic non esset si aliqua qualitas eadem in materia maneret in genito et corrupto: nam tunc compositum actu tale scilicet compositum ex materia et forma et tali qualitate non presupponeret cõpositum substãtiale: ex eo qđ sicut in alia questione dicebatur: in generatione simpliciter: quantum est ex parte forme substantialis: fit resolutio usq; in materiam primam. ¶ Quarto arguitur sic. si maneret aliqua qualitas eadem in genito que fuit in corrupto. sequitur qđ accidens migraret de subiecto in subiectum: quod est falsum: cõsequentia patet: nam accidens quod prius fuisset in corrupto modo esset in genito. ¶ Quinto. sequitur qđ corruptibile posset perpetuari: sed hoc est falsum: et consequentia probatur: ut si ex aere generaretur aqua: iterum maneret eadem humiditas: deinde iterum ex aqua generaretur aer et seruaretur idem circulus perpetue: et tamẽ est corruptibilis quia potest corrũpi. ¶ Sexto. si ex igne fieret aer: cum caliditas aeris sit remissior: et si aliqua pars caliditatis ignis manet eadem in aere que fuit in igne tunc oportet q aliqs gradus caliditatis ignis corrumpatur: et cũ non sit maior ratio de uno q̃ de alio: videtur qđ qua ratione corrumpitur unus gradus: eadem ratione corrumpat alius: ergo videtur q tota caliditas ignis corrumpit: et omnino noua caliditas in aere generatur: et p consequens nõ manebit aliqua eadẽ qualitas in genito: que prius erat in corrupto: postq̃ non manet qualitas symbola de qua magis videt. ¶ Septimo. nam calor qui est in cadauere est putrefactiuus: calor aũt q̃ fuit in viuo preseruabat a putrefactiõe: ergo nõ sunt idẽ calor q̃ est in mortuo et qui fuit in viuo. et per consequens sic videtur esse de omnibus aliis qualitatibus. ¶ Octauo arguitur sic. nam si qualitates alique manerent eedem in genito que fuerunt in corrupto: tunc etiam forme substantiales elementorum quas ille qualitates consequuntur deberent manere eedẽ in generato que fuerũt in corrupto: sz hoc est 9 dicta precedẽte questionis: nã si sic tũc nõ fieret resolutio usq; in materiã primã quantũ est ex parte formarũ substantialiũ in generatione et corruptione simpliciter.

In ista questione sunt due opiniones quarum quelibet potest probabiliter sustineri. unde una est qđ eadẽ qualitas maneat in genito que fuit in corrupto ut cum ex boue fit cadauer manet eadẽ caliditas in carne mortua q̃ fuit in carne viua: similiter cũ ex aqua fit aer manet eadẽ humiditas. ¶ Et ista opinio haberet p se primas octo ratiões et secundũ istã opinionẽ deberet dici q quãuis in generatione simpliciter fiat resolutio usq; in materiã primam: quantũ est ex parte formarum substantialiũ: non tamen quantum est ex parte formarum accidentalium.

Et secũdum istam opinionem possunt poni alique cõclusiões: quarũ prima est alique q̃litates manẽt eedẽ sub eisdẽ gradibus in genito et in corrupto: sicut in osse corrupto manet eadẽ albedo sub eisdẽ gradibus. sicut ante. ¶ Scđa cõclusio est ista: alique bene manent: sed nõ sub eisdem gradibus sicut qualitates prime: cũ enim ex igne fit aer bene manet eadẽ caliditas q̃ fuit in igne: sz nõ remanet sub eisdem gradibus. i. ita intensa. ¶ Tertia cõclusio. ille qualitates et solũ ille q̃ immediate post gñationẽ appent sensui similes illis que apparebãt ante in corrupto manent eedem frustra enim gñarent alie. ¶ Ista opinio hz soluere ratiões viij. secũdo loco positas. ¶ Secũda opinio est q2 impossibile est idẽ accidẽs esse in genito qđ prius erat in corrupto. et sm istã opinionẽ deberet concedi in gñatiõe simpliciter fieri resolutionem usq; in materiã primam tã ex pte formarũ substãtialiũ q̃ accidentalium. Et ista opinio habet p se rationes secũdo loco positas: sed haberet soluere octo rationes positas in principio.

Tenendo autem primam opinionem soluamus rationes secundo loco positas. Ad primam quando dicitur generatio est transmutatio huius totius in hoc totũ nullo sensibili remanente: concedo ut substantia per se sube

sistente: totum enim compositũ per se subsistens prout ly totum tenetur cathegorematice ⁊ non syncathegorematice corrumpitur in aliud totũ: puta in aliud quod de nouo generatur: cũ hoc tamen stat ꝙ bene manet eadē qualitas sensibilis in genito q̄ prius erat in corrupto. ¶ Sꝫ d. tu: ergo videt̃ ꝙ ibi maneat aliquod subiectũ sensibile: q2 materia cũ illa qualitate sensibili. Dico ꝙ hoc bene verũ est: sed hoc nō est subiectum ꝑ se subsistens hoc aliquid ĩ actu: de quo subiecto intellexit Aristo. cũ dixit generationē esse trāsmutationē huius totius in hoc totũ: nullo sensibili remanente vt subiecto eodem. ¶ Ad secundā quando dicit̃ sequitur qđ subiectum generationis esset ens in actu. dico ꝙ hoc nō est impossibile ꝙ sit ens in actu ꝑ formā accidentalem: bene tamē est impossibile ꝙ sit ens in actu per formā substantialem. ¶ Ad tertiā ꝓ eius solutione notandũ est qđ compositum substātiale vocatur cōpositum ex materia ⁊ forma: compositũ autem accidentale est duplex: quoddam est cōpositum ex materia ⁊ accidente: quoddam aũt est cōpositum ex materia ⁊ forma ⁊ accidente. Et tunc ad rationē dico ꝙ sicut quodlibet accidēs p̄supponit subiectum ita quodlibet cōpositū accidentale secundo modo dictũ presupponit cōpositũ substātiale: sed tamen hoc nō oportet de cōposito accidentali primo modo dicto. ¶ Ad quartā quando dicit̃. sequitur qđ accidens ⁊c. ꝓ solutione illius est sciendum ꝙ duplex dicit̃ esse subiectũ accidentis: quoddā inherentie: ⁊ quoddā denominationis: modo dicendũ est secundũ istā opinionē qđ cuiuslibet accidentis alicuius cōpositi ex materia: materia prima est subiectũ quo ad inherentiā: quāuis cōpositum sit eius subiectũ quo ad denominationē. vnde q2 cōpositum est nobis notius q̄ materia: denominamus ab ipso accidente: quāuis materia sit illud in quo vere est illud accidens. vnde dicimus hominem esse calidum ⁊ nō eius materiā. Ex hoc patet ad rationem: qđ nō oportet ponere migrationē accidentis de subiecto in subiectum: quāuis bene successiue plura denominet.

¶ Ad quintam dico: qđ propter ordinē nature ⁊ motuꝫ celi non est aliqua portio materie quin successiue oporteat eā esse sub cuiuscunq3 speciei aliqua forma ⁊ sic negāda est talis circulatio perpetua de qua dictum erat in argumento. ¶ Ad sextaꝫ dico: qđ imo est ratio: quare vnus gradus caliditatis prius corrumpitur q̄ alius: nam gradus vltio genitus prius corrumpitur: ꝓpter hoc qđ habet esse minus fixum ⁊ minus radicatum in subiecto. ¶ Ad septimam dico: qđ idem calor potest esse p̄seruatiuus a putrefactione: ⁊ postea putrefactiuus: ⁊ hoc est ꝓpter aliam ⁊ aliā formā substantialeꝫ que mediante ipso agit tanq̄ mediante instrumento. ¶ Ad vltimam. dico nō ꝓpter hoc manere formas substātiales in mixto ⁊ easdem in genito: que prius erant in corrupto: nā qualitates mixtorum: sicut sunt caliditas frigiditas ⁊c. non sunt qualitates elementorum: quāuis sint eis similes: de quibus postea diffusius videbitur.

Tenendo autem secundam opinioneꝫ soluamus rationes positas in principio questionis. ¶ Ad primā. dico qđ in habentibus symbolum non est facilior transitus: ꝓpter hoc qđ qualitates pauciores corrumpantur: sed ꝓpter hoc qđ ibi sunt pauciores contrarietates. ¶ Ad secūdam. dico ꝙ frigiditas corrumpit hoc animal ⁊ remittendo eius caliditatē continue generat nouam ⁊ nouā caliditateꝫ modo concedendũ est qđ frigiditas remittendo caliditateꝫ bene pōt generare caliditatē: sed nō est concedēdũ ꝙ frigiditas possit generare caliditatē de nouo per intēsionē caliditatis. ¶ Ad tertiā. dico ꝙ ipsa nihil ꝓbat: quia figura nō est res distincta a re figurata seu a re extensa. ¶ Ad quartā notandum est qđ omne quod habet contrariũ generatur ex contrario sibi tanq̄ ex termino. vnde aliquando potest generari ⁊ non ex contrario cum generatur ad generationē subiecti. verum tamen cũ generatur in aliquo subiecto p̄supposito: tunc generatur ex sibi contrario. ¶ Ad quintā dico. qđ non est incōueniens accidens generari subito ad generationē subiecti: quāuis hoc bene esset incōueniens ad generationem aliquo subiecto preexistente. ¶ Ad sextam dico: qđ nō frustra accidens preexistens corrumpitur ⁊ accidens nouũ sibi simile generatur: hoc enim fit propter hoc quod accidēs non potest transire de subiecto in subiectum. ¶ Ad septimā quando dicitur quod quando ex aqua generatur aer: quid est quod corrumpit humiditatem aque: dico qđ hoc est aer: ⁊ quando dicitur: tamen sibi non contrariatur ⁊c. ¶ Respōdetur qđ quāuis hoc sit verum: tamen quia corrumpit frigiditatem aque cui contrariatur corrumpit etiam humiditatē aque que consequitur frigiditatem aque. ¶ Ad vltimam cum dicitur de cicatrice. rñdetur sicut rñdebatur. de figura.

Questio. VII.



Queritur vtrũ dato aliquo generabili ipsum a plurium agentium quolibet possit generari: verbi gratia: dato a. generabili quod cras producetur a. b. agēte vtrum ab alio q̄ a. b. agente possit generari vel produci. ¶ Et arguitur primo ꝙ questio sit vera: nā capiatur vnum ouum ex quo debeat generari pullus: ⁊ ponatur sub vna gallina ⁊ generetur: tunc non est verisimile: quin ideꝫ pullus in numero genitus fuisset ex illo ouo si fuisset positũ sub alia gallina: quare a plurium gallinarum qualibet idē pullus poterat generari. ¶ Secũdo arguitur sic: nam capiatur aliquod lignũ ⁊ ponatur ad ignē. ita qđ ex eo generatur ignis: tunc non est verisimile quin idem ignis fuisset generatus ex illo ligno si fuisset positũ in aliũ ignē. ¶ Tertio arguit̃ sic. nā si aliquis calefaciat manũ suā prope aliquē ignē: sic ꝙ in manu sua generet̃ aliqua caliditas nō videt̃ quin eadē caliditas fuisset genita in manu sua si calefecisset manuꝫ suā ꝓpe aliquē aliũ ignē ita intensum: quod nō esset nisi ideꝫ effectus: vt puta caliditas: a pluriũ agentiũ quolibet posset produci. ¶ Quarto arguitur sic. si sor. interficeret aliquē bouem generaret̃ cadauer: ⁊ tunc plato potuisset interficere eundē: ⁊ plato idem cadauer generasset: ergo ⁊c. ¶ Quinto arguitur sic. sortes generat in intellectu meo intentionem eādem communem quā generaret plato: ex eo qđ talis intentio cōmunis est representatiua amborũ: ex quo est intentio cōmunis omniũ hominũ ergo idem effectus. sicut est intentio communis in anima: a plurium agentiũ quolibet sicut sunt obiecta potest produci. ¶ Sexto arguit̃ sic: sensatio a pluriũ agentiũ quolibet indifferenter pōt cōseruari: ergo etiā a plurium agentiũ quolibet potest generari: cōsequentia tenet ex eo ꝙ nullus effectus potest ab aliquo conseruari in esse: nisi etiā ab eo poterat ꝓduci: añs ꝓbat̃: nā si alicui ꝓponeret̃ vnuꝫ ouum. ⁊ imperceptibiliter sibi amoueret̃: ⁊ vnum aliud apponeretur omnino sibi simile in loco eius: conseruatur eadeꝫ sensatio in sensu. Similiter continue est idem lumen in medio: quāuis flamma candele a qua conseruatur illud lumen cōtinue sit alia ⁊ alia ergo videtur quod idem effectus productus ab vno pōt conseruari ab alio: ⁊ per consequens etiā poterat produci ab eo.
¶ Septimo arguitur sic: a distinctis agentibus in specie possunt produci effectus distincti solum numero: ergo etiam videtur quod ab agentibus distinctis solum numero possit ꝓduci idem effectus in numero: assumptuꝫ patet: nam ab aliquo igne potest produci aliqs ignis qui est eiusdem speciei cum igne producto a radijs solaribus reflexis super aliquo speculo cōcauo. ¶ Octauo arguitur sic: agentia sunt cause extrinsece: ⁊ cum effectus non dependeat a causis extrinsecis: nec per consequens capit ab eis aliquā distinctionem: et si sic: tunc a plurium agentium quolibet ideꝫ effectus potest produci. ¶ Nono arguitur sic: eiusdem effectus indiferēter possunt esse plures fines ⁊ non vnus. vnde bene potest aliqs ire ad forum non solum propter emere panem: verum etiam propter emere oua ⁊ huiusmodi. ¶ Decimo arguitur sic. omnes cause agentes preter primam sunt instrumentales: modo cause agentes instrumentales nō influunt aliquid in effectum: sicut patet de cultello in scindendo panem: et de securi in diuidendo ligna: modo a pluriũ agentiũ quolibet non influentiũ in effectũ idem effectus pōt produci: ergo ⁊c.

In oppositum arguitur sic. secundum aliā ⁊ aliam influentiam in effectum: fit aliũs ⁊ alius effectus cũ ergo a pluriũ agentiũ quolibet sit alia ⁊ alia influentia ĩ numero. sequit̃ ꝙ nō a quolibet pluriũ agentiũ idē effectus numero possit generari ⁊ hoc propter aliā ⁊ aliā influentiā numero. ¶ In ista questione. primo ponā aliquas distinctiōes Secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio ista: qđ causarũ quedā dicunt̃ intrinsece: ⁊ quedā extrinsece

intrinsece

intrinsece sunt sicut materia ꝛ forma extrinsece sunt efficiēs et finis. ¶ Secūda distinctio Agentiū qdā influunt et qdā non. ¶ Tertia distinctio. Agentiū non influentiū qdā sunt mere instrumentalia: sicut est cultellus vel securis: ꝛ quedā dicuntur occasionalia sicut agens consilians: agens applicans actiua passiuis: sicut est medic⁹: vel aliquis ponens lignum ad ignez ad hoc vt comburat. ¶ Quarta distinctio. agentium influentiū quoddā est qđ nullo modo dicit instrumētale: sed dicit agēs primū sicut prima causa. alia aūt oīa agentia dicunt quodāmō instrumentalia respectu prime: ꝗuis non omnia dicantur nec sint mere instrumētalia: sed influentia aliquid in eorum effectus.

Quantum ad secundum ponam primo cōclusiones de causis intrinsecis. secundo de causis extrinsecis. sicut sunt agentia.

¶ Tūc sit pria cōclusio. ad variationē materie sequit variatio effect⁹. Ex ista conclusione sequitur: qđ non fuisti: nec potuisses fuisse genitus ex alio semine ꝗ ex illo ex quo tu fuisti genit⁹: ꝛ pbatur sic: nā ex quo materia est pars effectus: ꝛ cum effectus non sit aliud ꝗ sue partes: sequit ꝙ si materia est alia ꝙ effect⁹ est alius: quare ad variationē materie sequitur variatio effectus. ¶ Secūdo sequitur: ꝙ non potes fuisse genitus ab alio patre: nec cōceptus ab alia matre ꝗ a tua: qꝛ si ab alia fuisses concept⁹ vel genitus tu nō fuisses genit⁹ ex illo semine quomodo es genitus: et per consequēs nō esses ille qui modo es. ¶ Tertio sequitur qđ non potuisses fuisse genitus in alio instanti ꝗ in illo in quo generat⁹ fuisti: patet: qꝛ non fuisset eadē materia: cū cōtinue partes materie fluant ꝛ refluant ꝑpter cōtinuā ei⁹ alterationē prouenientē a corporib⁹ supercelestib⁹ que sunt in continuo motu. ¶ Secūda cōclusio: non est possibile ꝙ eadem forma generanda a plurium materiaruz potentia educat: nā dato opposito cōclusionis sequit ꝙ possibile esset eandē formā informare vnā materiā parisi⁹ ꝛ aliā rome. ¶ Tertia conclusio. eadē forma generanda a pluriū materierū potētia nō potest educi: pbatur nam si sic: sit igit a. forma generanda q̄ indifferēter a. b. c. materijs possit educi: ꝛ educatur primo a. b. materia: tunc ex quo a. forma ex b. materia est educta: et nulla facta fuit mutatio in c. materia videtur ꝙ adhuc ex c. materia a. forma possit educi: ꝛ cū iaz forma a. sit educta de b. materia: sequit ꝙ postꝗ a. forma sit genita: possibile est adhuc eā generari: qđ est inconueniens: postꝗ enim aliquid semel genitū est: ampli⁹ generari nō potest: ista ratio tamē non est demonstratiua. ¶ Secundo. arguitur sic. si a. forma potest indifferēter ex b. ꝛc. materijs generari: tunc simus in illo instanti in quo potest generari ex b. materia: ꝛ pōt gn̄ari ex c. materia: ꝛ per consequens ꝓ eodem instanti aliqua forma potest generari parisius ꝛ rome: quia parisi⁹ ex b. materia: et rome ex c. materia.


Quantum ad secūdum sit prima cōclusio.

a plurium agentiū quolibet indifferenter non influentiū in effectū idē effect⁹ generand⁹ potest generari: pbat sic: nam ab agentib⁹ nō influētib⁹ effect⁹ nō capit de intrinseco: nec aliqd qđ sit pars sue substātie. ꝛ ꝑ cōsequēs nec distinctionē. ergo a pluriū taliū quolibet potest ꝑduci. ¶ Secunda cōclusio. a pluriū agentiū quolibet influentiū aliqd in effectū nō pōt idē effect⁹ ꝑducēd⁹ ꝑduci: pbat sic: naꝫ a talib⁹ effectus capit aliquid de intrinseco ꝛ parte sue substātie: ꝛ ꝑ consequēs distinctionē: ꝛ per cōsequēs a pluriū taliū quolibet non potest idem effectus numero produci.

Ad rationes. Ad primaz dico ꝙ si gallina

est agens influens aliquid in pullum producendū ex eodez ouo non fuisset genit⁹ idē pullus numero: ꝗuis bene in specie sub alia gallina ab illa sub qua ponit: si vero in generatione pulli gallina non est agens influens: tunc esset concedendum quod idem pullus fuisset genitus ex eodez ouo posito sub alia gallina. ¶ Ad secundum dico: quod si aliquod lignum poneretur ad ignem generaretur ex eo ignis: et si fuisset positus in alium ignem non fuisset ex eo genitus idē ignis numero: sed bene consimilis. ¶ Ad tertiā simili modo respondetur. ¶ Ad quartam dico: quod non est contra predicta: propter hoc quod sor. ꝛ plato non sunt agentia influentia aliquid in cadauer quod generatur ex interfectiōe bouis. ¶ Ad quintā dico: ꝙ non est eadē intentio cōmunis causata in itellectu meo a sor. obiecto q̄ fuisset causata a platone: sed est bene consimilis: ꝛ ꝑpter hoc ipsa est representatiua vtriusqꝫ: ꝗuis nō sit eadē causata ab vtroqꝫ. ¶ Ad sextam: negatur ꝙ idez effect⁹ numero possit conseruari a plurium agentiū quolibet. Et quando dicitur de mutatiōe imperceptibili: dico ꝙ nō maneret eadē sensatio: sed fieret alia etiaz imperceptibiliter. Ulterius quando dicit de flamma: dico ꝙ cōtinue est aliud ꝛ aliud lumen in medio: sicut cōtinue est alia ꝛ alia flāma. ¶ Ad septimā dico: ꝗuis a pluribus agētib⁹ distinctis specie possit idem effect⁹ specie gn̄ari: negat tamē ꝙ a distinctis numero: secundū hoc influentibus pōt idē effect⁹ nūero generari: sicut etiā ꝗuis plura accidentia distincta specie possint esse in eodē: sicut albedo et dulcedo in lacte: nō tn̄ distincta solum numero. ¶ Ad octauam dico: quod ꝗuis agētia dicantur cause extrinsece: ꝛ ꝙ non introducunt positionē effectus: tamen aliqua influunt aliquid de intrinseco in effectum. ¶ Ad nonā negat consequentia: ꝑpter hoc ꝙ fines non influūt aliquid in effectum: aliqua autem agentia influunt aliquid in effectum. ¶ Ad vltimam dico: ꝙ ꝗuis oēs cause preter primā dicant instrumentales et hoc in comparatione ad primam: non tamē omnes sunt ita mere instrumentales quin aliqua earū influat aliquid in effectum.

Questio. VIII.



Ueritur vtrum dato aliquo generabili ipsuz in pluriū instantiū quolibet indifferēter potest gn̄ari. arguit primo. qđ q̄stio sit vera: nā oē gn̄abile cōtingenter generabitur: quod nō esset: vt videtur: nisi in pluriū instantium quolibet indifferenter posset generari. ¶ Secundo. nā si questio esset falsa: tunc vel essent infinita instantia in quibus nihil posset generari: vel essent infinita generabilia que nunqꝫ generarentur sed vtrunqꝫ istoꝝ est falsum: probatur cōsequētia nā capiatur aliquod [illegible] sit a. vel ꝓ illo est aliquid generabile vel nihil: si nihil: consimili modo arguam de infinitis alijs instantibus: si aliquid: generatio illius potest impediri pro illo instanti: ergo si questio esset vera: tunc illud nunqꝫ generabitur: et simili modo arguitur de instantibus alijs. ¶ Tertio arguitur sic in plurium instātium quolibet idem corruptibile potest corrumpi: ergo etiā videtur quod in plurium instantium quolibet idem effectus possit generari. videtur enim simile esse de hoc quo ad generationem ꝛ corruptionem: minor patet: quia dato aliquo boue interficiendo indifferenter potest interfici hodie et cras. ¶ Quarto arguitur sic. ex eodem boue generatur idem cadauer: cuz ergo in plurium instantium quolibet idem bos potest corrumpi: sequitur quod in plurium instantium quolibet idem cadauer possit generari. vnde si aliquis bos hodie interficeretur: non ex eo generaretur aliud cadauer quam si heri fuisset interfectus. ¶ Quinto arguitur sic: nisi questio esset vera: sequitur quod generatio non posset differri: et ita si tu non fuisses genitus in illo instanti in quo fuisti: nunquam postea fuisses genitus: consequētia tenet postꝗ in plurium instantium quolibet idem generabile non potest generari. ¶ Sexto arguitur sic. nisi questio esset vera: sequitur quod iam hec esset possibilis: sor. generabitur: et si in instanti in quo est generabilis non generabitur: illo instanti elapso hec erit impossibilis: sortes generabitur: et sic propositio possibilis erit impossibilis: nulla facta in re mutatione. ¶ Septimo arguitur sic. si questio esset falsa: tunc in tempore b. desinerent posse generari infiniti ignes: probatur: nam sit quod in tempore b. in isto ligno non generetur ignis: et tamen omnino verum erat dicere quod in illo ligno poterat generari ignis in tempore b. Et cuz infinite sint partes proportionabiles b. temporis in quarum qualibet poterat generari aliquis ignis in isto ligno: ꝛ si ille ignis qui potuit generari in ipso in prima parte proportionabili tēporis nō potuit generari in ipso in secunda: nec ille in secūda potuit generari in tertia: et sic vltra: sequitur ꝙ b. tēpore elapso infiniti ignes secundū infinitas partes proportionabiles b. temporis desinunt vel desierunt posse generari in illo ligno.

In oppositũ arguitur. nam si questio esset vera: sequitur ꝙ corruptum posset iterum generari: sed hoc est falsum: consequẽtia probatur: nam sit ita ꝙ a. sit generabile in b. ⁊ in c. instantibus: ⁊ generetur in b. ⁊ corrũpatur ante c. instans: tũc cum propter hoc non debeat tolli possibilitas generationis eius in c. instãti: vt videtur: videtur ꝙ adhuc in c. instanti possit generari: ⁊ ita postq̃ȝ semel corruptum est iterum potest generari. ¶ In ista questione. Primo ponam duas conclusiones preambulas. Deinde ponam conclusionem responsalem ad quesitum.

Quantum ad primuȝ sit suppositio quod impossibile est tempus preteritum redire: imo secundum aliquos implicat contradictionem. Et similiter dato aliquo tẽpore impossibile est ipsuȝ prius fuisse q̃ȝ fuerit: ⁊ similiter impossibile est ipsum prius fore q̃ȝ erit.

Tunc sit prima cõclusio: dato aliquo motu facto in aliquo tẽpore impossibile est ipsuȝ fuisse futurum in alio tẽpore; probatur; impossibile est motuȝ celi qui modo est seu reuolutionem hodiernã prius fuisse: ergo cõsimili modo sic est de quolibet alio motu: consequentia tenet ex eo q̃ motus istorum inferiorum depẽdent a motu celi tanq̃ȝ a causa principali: sed sicut dictũ est in alia questione: ad variationem cause principalis sequitur variatio effectus. ¶ Ex ista conclusione sequitur: ꝙ si sor. mouetur nunc aliquo motu si expectasset fuisset motus alio motu. ¶ Secũda cõclusio. mutationũ distinctaruȝ numero; sunt distincti termini numero ad quos sunt ille mutationes: quiquidem termini producũtur in esse per huiusmodi mutatiões: patet hoc ex eo ꝙ distinctio mutationum specifica attenditur penes distinctionem specificam terminoꝝ ad quos. Et notãter dico in conclusione; quiquidem termini producuntur in esse per tales mutationes: ad innuendũ non esse impossibile distinctas mutationes numero esse ad eundem terminũ ad quem numero: cum talis terminus ad quem nõ producatur in esse per tales mutationes: sicut est de mutationibus localibus: patȝ hoc: nam pluries vadimus ad nostram dominã: vt ad terminũ ad quẽ illorum motuum: quiquidem terminus ad quem nõ producitur in esse per huiusmodi mutationes ⁊c.

Quantum ad secunduȝ sit tertia cõclusio responsalis. dato aliquo generabili impossibile est ipsum in plurium instantium quolibet generari; vel dato aliquo genito ipsuȝ in plurium instãtiũ q̃libet est impossibile fuisse generatum: probatur: nã si fortes sit productus a. productione in b. tempore: tunc arguitur sic: impossibile est a. productionẽ fuisse in alio tẽpore vel instanti q̃ȝ in b. per primã conclusionem: sed impossibile est fuisse sor. productũ alia productione q̃ȝ a. productione: ꝑ secundã conclusionem: ergo impossibile est fuisse [illegible] sor. ꝑ aliquo product q̃ȝ in b. tempore vel instanti. ¶ Secundo arguitur sic. Et suppono ꝙ data influẽtia celi q̃ est in b. tempore: impossibile est eãdẽ numero prius fuisse vel postea fore: q̃ȝuis forte bene cõsimilis. Tunc sic per precedentẽ conclusionẽ: secũdũ mutationẽ agentis ⁊ influẽtie est mutatio effectus; ergo b. tpe elapso nunq̃ȝ fuisset postea possibile sor. generari: nec ante genitũ fuisse: q̃ȝuis bene cõsimilis sorti posset vel fuisset generari. ¶ Tertio arguitur sic. cause concurrentes ad productionẽ sor. in b. tempore: nũq̃ȝ eedẽ numero sic se habẽt: nec vnq̃ȝ postea eedem numero se habebunt: sicut nũc se habẽt in b. tpe; ergo secundũ dicta in alia q̃stione ĩpossibile fuisset sor. ante b. tẽpus fuisse productũ vel post b. tẽp⁹ fuisse producendũ. ¶ Ex istis sequit̃ generationẽ alicui⁹ nõ posse differri. vnde si tu ĩ illo instãti in quo fuisti genitus non fuisses genitus nunq̃ȝ postea in eternũ fuisses genitus. ¶ Secũdo sequitur q̃ quodlibet generabile necessario gñabit̃ nisi per liberũ arbitriuȝ impediat̃: per quod quidẽ liberum arbitriũ generatio non potest differri: sed bene potest auferri.

Ad rationes. Ad primam. dico quod generabile nõ propter hoc dicit̃ cõtingẽs: ex generabile q: in plurium instantiuȝ quolibet possit generari: sed ideo: q: in illo instanti in quo potest gñari: possibile est ꝙ nõ generet̃: et q̃ oĩno gñatio pro illo instãti per liberũ arbitriũ impediatur. ¶ Ad secũdã cõcedo ꝙ infinita sunt generabilia q̃ forte nũq̃ȝ gñabunt̃: q: forte eoꝝ gñatio ꝑ liberũ arbitriũ impediet̃ ⁊c. bene tñ concedo infinita esse instãtia vel fuisse in quib⁹ non potuit aliq̃d generari: in q̃b⁹ forte influentia erat inepta ad generationẽ. vñ dicũt astrologi ꝙ aliq̃ñ est talis influentia: q̃ ꝓ tunc nõ põt gñari homo: ⁊ aliq̃ñ alia: propter quã non põt gñari bos: ⁊ sic de alijs. ¶ Ad tertiã: dico nõ esse simile de generatione ⁊ corruptione. vnde bene idẽ in plurĩũ instãtiũ quolibet potest corrũpi: non tñ generari: hoc ideo est: q: corrũpens nõ influit in corruptũ: sed in gñatũ: vñ si aliquis bos hodie interficeret̃ esset aliud cadauer numero q̃ȝ si heri fuisset corrupt⁹: q̃ȝuis idẽ bos potuisset fuisse heri corrupt⁹ sicut modo. ¶ Ad quartã patet ex iam dictis. ¶ Ad quintam. cõcedo illud q̃ ꝑ eã probat̃. ¶ Ad sextã. cõcedo ꝙ aliqua ꝓpositio est modo possibilis ⁊ postea impossibilis nulla mutatione facta in re significata ꝑ illã ꝓpositionẽ: q: forte nulla res significat̃ ꝑ illã propositionẽ: facta tamẽ mutatione in alia re: ⁊ sic est in ꝓposito: q: facta est mutatio mot⁹ celi localis. ¶ Ad vltimã cõcedo illud quod ipsa probat.

Questio. IX.



Queritur vtrum augmentatio sit generatio. Et arguitur primo ꝙ sic: nã augmentatio est alicuius corruptio: ergo etiã est alicuius generatio: consequentia tenet. q: corruptio vni⁹ est generatio alterius: antecedẽs patȝ q: est corruptio alimẽti. ¶ Secundo. diminutio est corruptio: ergo augmentatio est generatio: cõsequentia tenet: sed antecedens probatur: q: diminutio est cũ deꝑditione alicuius q̃ nõ fit nisi aliquo recedente: sicut dicit Aristo. ergo videt̃ q̃ sit alicui⁹ corruptio: puta illi⁹ q̃ recedit et deꝑdit̃. ¶ Tertio. augmentatio est motus ad substantiã: patet hoc: nam ꝑ augmẽtationẽ aliqua pars substãtie ante acquirit̃: sed oĩs motus acq̃situ⁹: sicut est augmentatio: q̃ est ad substãtiam est generatio ergo ⁊c. Quarto nã videm⁹ ꝙ ligna ponunt̃ ad ignẽ ⁊ est augmẽtatio ignis. ligna corrũpunt̃ ⁊ ignis generat̃: ergo augmẽtatio est gñatio. Quinto si nõ: hoc videretur esse ex eo ꝙ augmẽtatio esset motus ad quãtitatẽ: ⁊ non ad substãtiã: sed hoc est falsum; nã rarefactio qui est motus distinct⁹ ab augmẽtatiõe est motus ad q̃ȝtitatẽ ergo nõ augmẽtatio: cõsequẽtia tenet ex eo ꝙ motus distincti sunt ad distinctos terminos. ¶ Sexto. nã intensio alicui⁹ qualitatis secundũ gradus dicitur augmẽtatio illius qualitatis ⁊ illa eadem est generatio graduum illius qualitatis ergo augmentatio est generatio.

In oppositum est Aristo. primo huius et etiã tertio et quinto physicoꝝ. vbi distinguit augmentationem cõtra generationeȝ: q̃ non faceret si augmẽtatio esset generatio. ¶ In ista questione primo ponã distinctiões de hoc nomine augmentatio: ⁊ descriptionẽ de ly augmẽtatio hic intentã: ⁊ qualdã cõditiões ei⁹ secũdo ponã cõclusiões de differentia augmentationis hic intente ad alias mutationes ⁊c.

Quantum ad primum sciendum est ꝙ hoc nomen augmentatio multipliciter accipitur: accipitur eniȝ augmentatio pro intensione alicuius qualitatis: ⁊ diminutio pro remissione eiusdẽ. secundo modo accipit̃ pro augmẽtatione que fit secundũ quantitatẽ discretam: Et isto modo accipitur cũ dicit̃ iij. physi. fm diuisionẽ cõtinui in infinitũ auget̃ numer⁹ in infinitũ. tertio modo accipit̃ pro augmẽtatione secundũ q̃ȝtitatẽ cõtinuã: ⁊ hoc dupliciter. vno modo absq̃ȝ aliqua re noua aduenienti: et sic vocatur rarefactio. alio modo aliqua re noua aduenĩẽte: et hoc dupliciter. vno modo aliqua re noua adueniente simili preexistenti. Et isto modo dicimus ꝙ fluuius auget̃ fluuio adueniente. Alio modo accipitur pro acquisitione noua adueniente dissimili rei preexistenti et hoc dupliciter. vno modo per solã iuxta positionẽ: et isto modo dicimus quod lignis aduenientib⁹ igni. ignis auget̃. alio modo aliqua re adueniente per intussusceptionem: et per conuersionem eius in substantiaȝ corpoream cui aduenit per virtutem et actionem anime mediãte calore naturali. De omnibus his modis augmentationis non intenditur

intenditur hic: sed de augmentatione vltimo modo. dicta q̄ sic describitur. augmentatio est conuersio dissimilis in substantiam illi cui aduenit. per actionē anime mediante calore naturali. Augeri autem est aliquid idem primo transmutari de minori ad maius q̄ ipsum prius erat.

Ex ista distinctione sequuntur quedā conditiones augmentationis. ¶ Prima est quod augmentatio fit aliquo extrinseco aduenientē: patet ex descriptione de ly augeri: nam augeri est transmutari de minori ad maius: vel hoc est per solā rarefactionē vel p aduentū alicui⁹ ab extrinseco: nō pōt dici primū: nā tunc multa post augmētationem essent rariora q̄ ante: sed hoc est falsum. vnde videmus q̄d corpus viri est magis densum q̄ corp⁹ pueri. ¶ Secūda cōditio est. q̄ illud q̄d augetˀ maneat idem ante ꝛ post: patet p diffinitionē augeri. Ex hoc sequitˀ: q̄ cibus aduenīēs nō augetur: sed illud cui aduenit. Ex quo patet solutio illi⁹ q̄stionis: quā aliqui formāt circa istū librū: videlicet q̄d sit illud q̄d augetˀ. vnde statim diceretˀ q̄ corp⁹ cui aduenit cibus est manens idē et post ante. ¶ Tertia conditio est: q̄ quelibet pars aucti est aucta: patet ex descriptione de ly augeri: nam ibi ponebatˀ primo: modo ex quo illud dicitur primo motum cuius quelibet pars est mota: illud etiam dicitur primo augeri: cuius quelibet pars augetur. ¶ Adhuc sunt alie tres conditiones augmentationis. s. que sunt negatiue: quarum prima est: quod in augmentatione non oportet dare vacuū in corpore quod augetur. ¶ Secunda cōditio negatiua est: quod nec oportet ibi fieri penetrationē dimensionū. ¶ Tertia cōditio negatiua est: oportet quod illud aduenīēs nō sit incorporeum. ¶ Ex istis cōditionibus augmētationis inferuntˀ alie: Quarū prima est ista: q̄ adueniens. s. cib⁹ in principio sit dissimile illi cui aduenit: patet: q̄ si in pricipio esset simile fieret solū cōtinuatio aduenīētis cū illo cui aduenit sed hoc non: nam tunc non quelibet pars aucti augetˀ. ¶ Secunda cōditio est: q̄ in fine sit sīle: ptz: q̄ aliter ex ipso ꝛ preexistentē non fieret vnū. ¶ Tertia cōditio est q̄ ibi sit alteratio: ꝛ etiā generatio aliqualis: nam ex quo adueniens in principio est dissimile illi cui aduenit: et in fine sit simile: nō est sine aliqua alteratione ꝛ generatione. ¶ Quarta cōditio est q̄ ibi sit nutritio: nā aliter non per singulas partes illud aduenīēs distribueretˀ in corpore augēdo. ¶ Quinta conditio q̄d opꝫ de illo q̄d augetˀ q̄ sit animatū: patet: q̄ solū animatū nutritˀ nutritione ꝓprie dicta: qualis requiritˀ ad augmentationem proprie dictā: de qua est presens sermo. ¶ Sexta cōditio est: q̄d oportet in augmētatiōe plus acq̄ratur q̄ fuerit deperditum: nam aliter corpus cui adueniret cib⁹ nō fieret maius: ꝛ sic non esset augmentatio. ¶ Septima ꝛc. requiritur ad augmentationem q̄ ibi sit motus localis ipsius cibi aduenientis q̄ deportetˀ per singula mēbra corporis q̄d augetur. ¶ Octaua conditio: quod requiritur quod illud q̄d augetur postq̄ auctum est occupet maiorem locum quam prius: propter hoc q̄ factum est maius.

Quantum ad secundū sciendū est q̄ sicut aliquid dicimus moueri per accidens dupliciter vno modo ratione accidētis alio modo ratione partis: ita dicimus aliquid generari secundū quid dupl̄r. vno modo dicim⁹ accidens generari secundū quid. alio modo dicimus generationē alicui⁹ partis inexistentis toti esse generationē scd̄m quid. ¶ Iuxta hoc dico q̄d q̄ncūq̄ est corruptio simpl̄r est generatio secūdū quid: verbi gratia: sicut cōtingit in nutritione: ibi enī est corruptio cibi simpl̄r ꝛ gn̄atio nutrimenti scd̄m quid: q̄ generatio alicui⁹. s. ipsi⁹ carnis. ¶ Scd̄o dico: q̄ aliquando bene e conuerso corruptio secundū quid est gn̄atio simpl̄r: vt cū in resolutione ex aliqua parte hominis q̄ corrūpitur gn̄atur aliq̄d paruum animal: sicut pediculus: ibi enī est gn̄atio simpl̄r ipsius animalis ꝛ corruptio secundū quid ipsius hominis vel ipsius corporis corruptio: ex quo fit talis resolutio. ¶ Tertio dico: q̄ aliquādo generari secundū q̄d est corruptio secundum quid: verbi gratia: vt q̄n ex parte ipsius cibi fit pars ipsius carnis.

Tunc sit prima cōclusio in augmentatiōe bene est generatio secundū quid: patet: q̄ ibi est generatio partis ipsius aucti. ¶ Secunda cōclusio. in augmentatiōe bene est corruptio simpliciter: patet q̄ ibi est corruptio cibi: cuius corruptio dicitur corruptio simpliciter: ex quo cibus est vnū ens seorsum existēs. ¶ Tertia cōclusio. augmētatio nō est generatio simpliciter: ptz: quia in augmētatiōe manet idē subiectū in actu ante ꝛ post sicut pri⁹ dicebatˀ: sic aūt nō est in gn̄atiōe simpliciter dicta: ex quo gn̄atio simpliciter dicta est transmutatio hui⁹ toti⁹ in hoc toto nullo sensibili remanente ꝛc. ¶ Quarta cōclusio. augmētatio non est mixtio. patet: q̄ in mixtione vtraq̄ mixtibilia corrūpuntur: vel vnū mixtū cōuertitˀ in naturā alteri⁹: sed ambo mutantˀ in naturā tertij. s. mixti in augmētatione autē cibus aduenīēs mutatˀ in naturā preexistētis. ¶ Quinta cōclusio augmentatio differt ab alteratiōe: patet: q̄ per augmentationē acquiritˀ noua extēsio: p alterationē autē nō semp: nisi aliq̄n ꝯsecutiue. ¶ Sexta cōclusio: augmētatio etiā differt a motu locali: ptz: q̄ in motu locali nullo modo oportet esse generationem vel corruptionē alicui⁹ simpl̄r: aliqualē tamē oportet esse in augmētatione. ¶ Septima cōclusio: augmētatio ēt differt a rarefactiōe: patet: q̄ rarefactio potest fieri nullo extrinseco aduenientē: augmētatio vero non. ¶ Octaua conclusio. augmētatio etiā differt a nutritiōe: patet nā in aliquibus: sicut in senib⁹ est nutritio et tū non est augmentatio. ¶ Nona cōclusio est. q̄ tamē oēs huiusmodi mutationes requirūtur ad augmentationē. vnde ibi requiritˀ generatio aliqualis: simil̄r mot⁹ localis quo cibus deportatur p singula mēbra similiter requiritˀ ibi mixtio et nutritio. ¶ Vltima conclusio est. augmentatio est motus ad q̄titatē: patet ex eo q̄d per augmentationē fit q̄ ꝑmutatur responsio de aucto per nomina de predicamento quantitatis.

Ad rationes. Ad primā dico quod illa probat q̄ ibi est generatio secundū quid: prout de aliquo verificatur generari secundū quid ratione sue partis. Consimiliter respondetˀ ad secundā. ¶ Ad tertiā q̄n dicitur augmētatio est motus ad substantiā: verū est: sed nō ad substātiā p se subsistētē: ꝛ ꝓpter hoc nō dicitur generatio simpliciter: sed bene generatio aliqualis. ¶ Ad quartā dico q̄ augmētatio ignis ex appositione lignorū nō dicitˀ augmentatio proprie dicta: ex quo augmentatio ꝓprie dicta non cōuenit nisi animatis: sicut dictum est. Et sic de tali augmentatione ignis non est ad propositū. ¶ Ad quintā. dico q̄ rarefactio bene est motus ad q̄titatē. sed tamē est nullo extrinseco aduenientē. ¶ Ad sextam: dico q̄ intensio qualitatis nō dicitˀ augmētatio ꝓprie dicta de qua est sermo in ꝓposito. Et sic de tali augmentatione qualitatis nō est ad propositum.

Questio. X.



Queritur vtrum in augmentatione illud q̄d augetˀ maneat idē an̄ ꝛ post. ꝛ arguitˀ p̄mo q̄ non: nā sit totū q̄d sit auct⁹: tunc post augmētationē est alia multitudo partiū ipsi⁹ totius q̄ an̄ erat: ex quo alique partes non preexistētes de nouo adueniunt: ergo est aliud totū: cōsequētia tenet ex eo q̄ totū non est aliud q̄ multitudo oīm suarū partiū sicut dictū est p̄mo phy. si ergo post augmētationem est aliud totū quam erat ante: sequitur in augmentatione non manere idem totum ante ꝛ post. ¶ Secundo arguitur sic. sit a preexistens et b aduenīens per augmentationem tunc clarum est quod a et b est aliud ab a. sed totum quod est post augmentationem est a ꝛ b et quod erat ante erat a solum: ergo post augmentationē est aliud totum a toto quod preexistebat licet quod preexistebat factum fuit pars totius quod est cōpositū ex preexistente ꝛ aduenīēte. ¶ Tertio sic nec partes materiales manēt eedem ante et post nec formales: ergo non manet idem totū ante augmentationē ꝛ post: cōsequētia tenet ex eo quod ad variationē tam partiū materialiū q̄ formaliū sequitur variatio effect⁹: antecedens patet de partibus materialibus. nam secundum Aristotilē fluunt et refluunt et non manent eedem: alique enim recedunt per resolutionem earum factam in fumos vel in aliquid huiusmodi mediante calore naturali: alique etiam de nouo adueniunt per assimilationem cibi aduenientis: quod in principio est dissimile: et postea in virtute anime mediante calore naturali factum est simile. Tunc vltra: si partes materiales non manent eedem: et cum forma non possit migrare de subiecto in sub-

fectum: sequitur etiã partes formales non manere easdẽ ante ⁊ post augmentationẽ. ¶ Quarto. si q̃stio esset vera: consimili rõne dꝫ manere idem ignis ante ⁊ post in augmẽtatione ipsius ignis: sed hoc est falsum: ⁊ falsitas patet ex eo ꝙ in generatione ipsius ignis est generatio ⁊ corruptio simplr̃: ⁊ p̃ ꝯñs nõ manet idem ante ⁊ post: est enim ibi corruptio simpliciter combustibilium ⁊ generatio simplr̃ ipsius ignis ꝯña pꝫ quia non videtur aliter debere esse de augmentatione ignis q̃ȝ de augmẽtatione aliorum. ¶ Quinto. sequitur ꝙ aliquid posset manere idẽ propter hoc solum q̄ꝺ aliquid eius maneret: sed hoc est fasum: ꝯña tenet: nam si in augmẽtatione dicimus idẽ esse prius quod ante: hoc nõ est ex alio nisi quia aliquid preexistentis adhuc est quod ante erat: sed falsitas consequentis probatur: nam si sic sequeretur ꝙ aliquod totum diceretur idem alteri: ⁊ tamen nulla pars vnius esset vel fuisset pars alteriuś: sed hoc est falsum: ⁊ ꝯña tenet: nam sit aliqua nauis: cuius in vno anno vnũ latus de nouo repararetur: ⁊ in secundo anno fundus de nouo repararetur: ⁊ in tertio anno secundum latus de nouo repararetur, tunc sic ista prima reparatione facta adhuc dicitur eadẽ nauis que ante erat: cõsimili ratione facta secunda adhuc dr̄ eadẽ nauis: similiter facta tertia adhuc dr̄ eadem: sed tertia reparatione facta nihil est in illa naui q̄ꝺ erat ante aliquam illaꝝ reparationum igitur. ¶ Similiter ad idẽ sequitur ꝙ sequana simili modo deberet dici idẽ qui erat iam sunt cẽtum anni: sed hoc est falsum: ⁊ consequentia posset deduci sicut de priori argumento sed falsitas apparet quia ille sequana qui erat ante centum annos erat aqua que diu est corrupta.

In oppositũ est Aristoteles, Et probatur rationibus. nam nisi questio esset vera: sequitur ꝙ augmentatio nõ esset motus: cuius oppositũ dictum est tertio phy. ⁊ primo huius: probatur ꝯña: nam ad hoc ꝙ aliqua transmutatio dicatur motus: requiritur ꝙ subiectũ talis transmutationis sit ens in actu per formam substantialem que est eius pars manens idẽ sub vtroqꝫ termino transmutationis: sicut patet per Aristo. hic in primo: nã per hoc differunt gñatio ⁊ corruptio ab alijs transmutationibus: q̄r earum subiectum non est tale: sed est ens in pura potentia: cum ergo illud q̄ꝺ augetur sit subiectũ augmentationis: si nõ maneret idem: sequitur quod dictum est. ¶ Secũdo arguitur sic. sequitur ꝙ hic terminus sor. nõ esset terminus discretus: sed cõis: patet hoc: nã sine noua impositione significaret plura: q̄r sortẽ ante augmentationẽ ⁊ sortem post augmentationem. Etiam sequitur q̄ꝺ nullus nostrum esset natus de muliere: probatur consequentia: ex quo non essemus idem modo qui eramus ante nostras augmentationes.

In ista questione primo tãgam vnũ modũ per quẽ potest saluari veritas questionis: et secundũ quem possunt solui aliqua argumenta tangẽtia ista materiã: scd̄o ponam vnum alium modum dicendi ad questionem.

Quantum ad primũ possumus imaginari quod sicut super naturaliter vna res nũero est plures res numero. s. pr̄ filiꝰ ⁊ spiritussanctus. Ita naturaliter vna res numero põt esse successiue plures res numero: q̃uis non simul. Et secundũ hoc posito ꝙ sor. sit auctus: ⁊ preexistẽs sit a. et adueniens sit b. dico ꝙ est idẽ sor. post sicut erat ante: q̃uis sor. ante erat solũ a. ⁊ modo idem sor. est a. ⁊ b. sicut sctũs Petrꝰ in terra erat anima ⁊ corpꝰ: ⁊ idẽ Petrꝰ modo est aïa solũ. aliter enĩ false diceremꝰ sanctꝰ Petrꝰ est in celo. ¶ Sed si diceref. sit totũ corpꝰ sor. preter digitũ a. ⁊ residuum sit b. ⁊ cras digitꝰ sor. sit abscisus: tũc arguif sic. sor. erit cras sor. est a. ⁊ b. ergo a. ⁊ b. erunt cras. q̄ꝺ tamẽ est falsum: ex quo b. est abscisum ⁊ forte corruptũ. ¶ Rñdef secũdũ predictũ modũ: ꝙ in casu posito a. ⁊ b. erũt cras: sed tñ a. ⁊ b. nõ erũt cras a. et b. sed erunt a solum. ¶ Adhuc arguitur, posito sicut ponebatur q̄ꝺ b. digitꝰ sit cras abscisus ⁊ residuũ. s. a. remaneat: tũc arguif sic a. nũc nõ est sor. sed a. cras erit sor. ergo a cras incipiet esse sor. ¶ Concedo conclusionem. Et si vlteriꝰ arguatur a cras incipiet esse sor. sed a. est aliquid: ergo cras aliquid incipiet esse sor. cõceditur cõclusio. ⁊ si vlterius arguatur: ergo aliquid incipiet esse: neganda est cõsequẽtia. vnde sicut, aliquid potest incipere esse albũ: absqꝫ hoc ꝙ aliquid mundi incipiat esse: ita dico ꝙ aliquid bene incipit esse sor. absqꝫ hoc ꝙ aliquid incipiat esse. vnde posito q̄ꝺ esset vnum scutum: cuius vna medietas esset alba ⁊ alia nigra: ⁊ medietas nigra cõdensaretur absqꝫ hoc q̄ꝺ medietas alba condẽsetur: tũc illud scutũ incipiet esse albũ absqꝫ hoc q̄ꝺ albedo vel aliquid aliud incipiat esse. ⁊ scd̄m istum modũ loquendi deberet dici quod hoc nomen sor. non esset mere absolutum nec mere connotatiuum: sicut est hoc nomẽ album: sed medio modo se habẽs inter nomina mere absoluta ⁊ nomina mere connotatiua.

Quantum ad secũdum sciendum est quod questio intelligitur de idẽtitate numerali. videlicet: an maneat idẽ numero: ⁊ nõ de identitate specifica et tota difficultas stat in equiuocatione idẽtitatis numeralis: de qua idẽtitate declarate sunt tres acceptiones questione octaua. primi p̄ hui. que in proposito presupponuntur. Et ecce isti tres modi identitatis numeralis sufficiunt ad hoc ꝙ aliquis terminus dicatur discretus.

Tunc sit prima conclusio. In augmentatione proprie dicta: de qua est presens sermo: non manet idẽ numero primo modo ante ⁊ post: patet hoc ex eo ꝙ augmẽtatio fit aliquo adueniente. ¶ Secũda cõclusio. in augmentatione hominis bene manet idẽ numero secũdo modo: patet hoc: q̄r principalior pars manet. s. anima: propter cuius mãsionẽ bene possumꝰ dicere hominẽ manere eundẽ. Et illum modũ loquẽdi seruamus cũ dicimꝰ: idẽ petrꝰ est in celo qui erat in terra: ⁊ hoc secundũ partẽ principaliorem: puta animam: sed forte sic non est de alijs animatis: nam in equo magis principalior et maior pars non fuit cũ esset paruus: imo forte nihil quod est in equo magno prius erat in equo paruo. Sed in augmẽtatione huius ⁊ cõsimiliũ posset dici idẽ manere numero tertio modo: ita ꝙ ꝑpter cõtinuã successionem partium similiũ cõseruaf similis figura ⁊ dispositio: ita sicut arguitũ est in alia q̃stione: ꝑpter hoc dicimus equũ magnũ esse eundem numero q̃ erat cuꝫ fuit paruꝰ: et hoc loquẽdo de idẽtitate tertio mõ. ¶ Ad ratiões. patet etiã dictis.

Questio. IX.

Queritur vtrum eius quod augetur q̃libet pars augeatur. ¶ Et arguitur primo quod non: nam alicuius quod augetur aliqua pars diminuitur: ergo nõ quelibet pars augetur: consequentia tenet: antecedens probatur aliquando visum est quod cum aliquis augebatur: digitus vel brachium propter aliquã infirmitatẽ diminuebatur. ¶ Secundo arguif sic nõ cuiuslibet q̄ꝺ nutrif quelibet pars nutritur: ergo non cuiuslibet q̄ꝺ augef q̃libet pars augef cõsequẽtia tenet ex eo quod augmentatio presupponit nutritionem: antecedens patet: nam nutritio fit propter restaurationẽ deperditi: sed nõ q̃libet pars illiꝰ quod nutrif aliq̃d deperdit: aliter enĩ nihil remaneret quod ante erat. ¶ Tertio arguitur sic, augmẽtatio fit aliquo extrinseco adueniente: modo si q̃libet pars illiꝰ q̄ꝺ augef augeaf: opꝫ q̄ꝺ cuilibet eiꝰ parti aliquid adueniant: ⁊ tunc nõ cuilibet eius parti posset aliq̃d de nouo aduenire: nisi vna separetur ab alia ꝑ aduenieñs subingrediens: ⁊ cum sint infinite partes: illud quod augetur: oportet q̄ꝺ in augmentatione in infinitas partes diuidatur: et idem oporteret de cibo aduenięte. aliter enim nõ posset distribui pro infinitis partibꝰ illiꝰ q̄ꝺ augef. si autẽ diceref quãlibet partẽ illius q̄ꝺ augef augeri absqꝫ huiusmodi diuisione: tunc oporteret ponere penetrationem corporum: propter hoc quod vnum corpus non potest recipi in alio: nisi per diuisionem: nisi tunc concedatur penetratio corporum: quod est contra Aristo. quarto physicorum. ¶ Quarto arguitur sic. pro qua ratione supponitur quod sit dare minimam carnem: tunc sic: si quelibet pars illius quod augetur augeatur: sequitur quod quelibet minima caro illius quod augetur augeatur: vel ergo per carnem minorem vel tantam vel maiorem. si dicitur per minorẽ hoc non videf verum: q̄r nõ daf caro minor. si dicitur quod per tantam vel maiorem: sequitur ꝙ omne quod augetur sit duplũ ad se vel maius: ex quo cuilibet carni minime addif tãtum quantum ipsa est vel maius.

In oppositum

In oppositum est Aristote. in hoc primo.

¶ In ista questione. primo ponam suppositiones pro videndo modum augmentationis. secūdo conclusiones. tertio dubia et eorum solutiones.

Quantum ad primū sit prima suppositio:

quod nullum corpus potest subintrare nisi per diuisionem vel receptionē eius in poros corporis in quos fit subingressio. aliter enī non posset euitari quin esset penetratio corporum: et plurima corpora essent in eodem loco adequate: qđ est contra Aristo. quarto phy. Similiter si posset fieri talis subingressio corporū: sine poris: et sine diuisione: tunc viuēs non indigeret talibus poris quod est falsum. nam videmus quod per omnia membra viuentis reperiuntur huiusmodi pori et foramina: que natura non dedisset viuenti nisi ipsis indigeret. cōsequētia tenet: nā tūc nutrimentū posset subingredi sine poris in corpus. ¶ Similiter si vnū corpus posset subintrare aliud sine poris vel sine diuisione: tunc etiā econuerso posset exire sine diuisione ⁊ poris: quod nō est naturaliter bene imaginabile posse fieri. ¶ Secūda suppositio. corpus porosum habet aliquas partes nō porosas. patet: qꝛ aliter totum illud corpus esset vnus porus. Et ex alio etiā: qꝛ vel aliqui pori carnis vel ossis sunt immediati: sic ꝙ inter illos poros non est alius porus: aut nulli sunt ita immediati: si dicitur primum: vel ergo inter illos poros mediat corpus vel sola superficies: si dicitur quod si corpus sit tūc. cū in eo non sit porus: alr enim illi pori non essent immediati per priuationē pori mediī qđ est contra hipotesim et per consequens illud corpus non est porosum. Non potest dici ꝙ sola superficies: nam sicut alibi visum est non sunt ponēda talia indiuisibilia secundū aliquā vel aliquas dimensiones: sicut sunt superficies linea ⁊c. si autem dicitur quod inter quoslibet duos poros corporis vel ossis sunt alii pori medii: et cum quilibet porꝰ nō sit in infinitū modice quātitatis: opꝫ quodlibet corpus porosum esse in infinitū magnū: qꝛ in quolibet corpore poroso essent infiniti pori: quorum quilibet nō est in infinitum modice quantitatis.

Quantum ad secundū sit prima conclusio.

non vbicunqꝫ in corpore quod augeť est aliquid de cibo subueniente: patet hoc: qꝛ in illa parte que est inter poros et est non porosa: nihil recipiť de cibo subueniente patet: nā nihil reciperetur in illa parte non porosa nisi per diuisionē illius partis nō porose vel in poris eius: sed nullū illorū potest dici: ergo ⁊c. maior nota ꝑ primā suppositionē: minor patet: nō per diuisionē: nā si sic: sequiť augmētationē nō posse fieri nisi per diuisionē partium corporis augendi: qđ est falsū: nec potest dici secundū: qꝛ illa pars posita est nō porosa. ¶ Secunda cōclusio. augmētatio fit ꝑ iuxta positionē nutrimēti partibus preexistentibus: ⁊ ꝑ receptionē ipsiꝰ in poris: probatur: qꝛ in augmētatione fit diuisio et distributio ipsiꝰ nutrimenti in partes finitas in numero: ⁊ qꝛ nō possunt ille ptes subintrare corpꝰ nisi ꝑ poros: vt dictū est: sequiť ꝙ recipitur in poris: ⁊ iuxta poniť corporibꝰ terminantibꝰ poros: q̄ quidē corpora ponunť nō porosa: ⁊ dicunť partes preexistētes. ¶ Tertia conclusio. nō solū augmentatio proprie dicta fit ꝑ talē iuxta positionē: sed etiā per alterationē et ꝑ conuersionē illiꝰ recepti in substātiā similē preexistēti, ⁊ per actionem illius caloris naturalis in illud adueniēs in virtute ipsius anime. Ista opinio poniť ꝙ nutritio fiat ꝑ iuxta positionē: ⁊ cū hoc reqrať alteratio et aliqualis gńatio: postqꝫ enī illud sic receptū ī poris sufficiēter est alteratū: forma eius substantialis corrūpiť: ⁊ de materia forma substātialis educitur similis forme substantiali preexistenti: ⁊ ratiōe talis similitudinis formarū in specie materia que fuit alimenti cōtinuať materie ipsius preexistentis: ⁊ fit vnū continuū ex preexistēte et illo qđ de nouo generať: ⁊ illđ tunc iterū ꝑ actionē caloris extēdiť: ⁊ fit porosum in quibꝰ poris iterū potest recipi alimentum: ⁊ qꝫdiu talia sic possunt extendi: sic ꝙ nō impediat nimia durities ꝓpter terrestreitatē ibi relictā ⁊ resolutionem subtiliorū pōt fieri augmētatio: sicut in viuente: qū autē mēbra fiunt multū dura ꝓpter resolutionē subtilis et terrestreitatem relictam: ꝙ non possunt sic extendi non amplius fit augmentatio: qꝫuis bene nutritio.

Quantum ad tertium dubitatur nam si in

corpore quod augetur ponerentur tales pori; vel illi essent pleni vel vacui: non vacui: qꝛ hoc esset contra Arist. quarto phy. si pleni adhuc videť fieri penetratio corporum in augmentatiōe. ¶ Secūdo. nam videtur ꝙ oēs ptes ipsiꝰ corporis qđ augeť sint eiusdē rationis: quare videť ꝙ nō magis aliq̄ sint porose q̄ȝ alie. ¶ Tertio nam si ponerenť alique partes nō porose: sequiť ꝙ ille nō augenť: ex eo ꝙ in ipsis nō posset fieri receptio ipsius alimēti. ¶ Quarto. nā ex receptiōe ipsiꝰ alimenti in poris nō videť seq̄ augmētatio: sed bene cōdēsatio ⁊c. Ad primum dico: ꝙ tales pori non sunt pleni corporibus grossis: sed subtilibus q̄ de facili cedūt sicut est aer vel spiritꝰ: ⁊ ex hoc ꝙ huiusmodi corpora faciliter cedūt: nō opꝫ sic fieri penetrationē sed cū huiusmodi pori sunt repleti alimento aliud in eis non rec[illegible] nisi alim[illegible] cor[illegible] [illegible] fit ꝑ calorē rarefactio: ⁊ fiūt noui pori: in q̄bus iterū pōt fieri tunc similis receptio. ¶ Ad secundā: qū diciť oēs ptes ⁊c. negať ꝙ oēs ptes sunt eiusdē rationis. vna enī est densa: et alia porosa. vnde statim pari ratione: si oēs essent eiusdē rationis [illegible] ¶ Ad tertiū respondeť: aliq̄d diciť augmentari dupľr vno modo secūdū ꝙ intra se recipit aliq̄d: ⁊ sic solū partes porose augerentur. alio modo minꝰ ꝓprie sic ꝙ aliq̄d est ei adiunctū qđ factum est vnū cū ipso ꝑ continuationē ⁊ illo mō partes non porose bene augerenť: cuiuslibet ergo qđ augeť nisi sit impedimentū et innaturalis dispositio alicuiꝰ eius partis: q̄libet pars augeť: vel ꝑ alicuiꝰ intusipositionē: vel ꝑ alicuiꝰ iuxta positionē. immediate illi vel alteri toti cuiꝰ est pars qđ diciť propter partē illā q̄ est in medio ptes nō porose [illegible] nō sit aliq̄d iuxta positū immediate: tū toti cuiꝰ est pars aliqd est iuxta positū. Et ex hoc ptꝫ respōsio ad q̄situ. ¶ Ad quartā dico: ꝙ dū verū esset nisi postea extēderenť: et fierēt noui pori eo modo quo dictū est. ¶ Ad rationes principales. ptꝫ quid sit dicendum. per superius dicta.

❧ Questio. XII. ❧



Queritur vtrum augmentatio fiat secūdū partes formales ⁊ nō materiales. Et arguiť primo ꝙ nō. nā ex quo forma nō pōt esse sine materia nec pōt [illegible] tra materi[illegible] sequiť si forma augetur ꝙ op[illegible] materi[illegible] augeri [illegible] si augmētatio fit secūdū ptes formales [illegible] fieri fm ptes materiales. ¶ Scđo arguiť sic: nō solū forma augeť: sed totū cōpositū: sed hoc nō esset ita bene fm materiā sicut secundū formā. ¶ Tertio arguiť sic: ex quo augmētatio p̄supponit nutritionē: solū hoc augeť qđ nutriť sed totū cōpositū secūdū partes materiales nutriť ⁊ nō formales ergo ⁊c. antecedēs ꝓbať: nam nutritio est deꝑditi restauratio. cū ergo scđm ptes materiales fiat deꝑditio ex q̄ partes materiales fluunt ⁊ refluunt: ⁊ nō fm ptes formales: et quo ille remanent: videtur nutritionē solū fieri secundū partes materiales et non formales.

In oppositū est Aristoteles dicens augmē

tationē fieri secundū speciem. Et exponitur id est secunduȝ partes formales: et non secundum partes secundum materiam: hoc est secundum partes materiales.

In ista questione ponam opiniones quid

Aristo intelligat per partes secundum speciem et per partes secundum materiaȝ: que omnes opiniones iudicio meo possent sustineri. Unde aliqui dicunt quod partes secundū speciem sunt partes etherogenee: et partes secundum materiā partes homogenee. Unde sciendū quod partes etherogenee dicuntur quarum partes non suscipiunt predicationē totius. verbigratia: sicut sunt manꝰ digitus: caput: oculus: ⁊c. non enim quelibet pars manus est manus: simiľr est de digito Partes vero homogenee dicūtur ille: quarū partes suscipiunt predicationem totius: sicut est caro os ⁊c. q̄libet pars carnis est caro: similiter quelibet pars ossis est os. Modo isti dicunt vlterius: quod augmentatio fit secundū partes formales seu etherogeneas: et non secunduȝ partes materiales seu homogeneas. Non intelligendo quod nulle partes homogenee augeantur: nam tunc nulle partes etherogenee augentur: dicit enim Aristo. partes etherogeneas augeri: quia partes homogenee augentur. Sed ad istum

intellectū augmentatio dr esse sm partes formales seu etherogeneas: et nō secundū partes materiales seu homogeneas qr eius quod augetur quelibet pars formalis seu etherogenea augetur; sed nō quelibet pars materialis seu homogenea: propter hoc q aliqua talis de nouo aduenit vel recedit per resolutionē. vnde cū homo augetur nisi sit propter indispositionē alicuius ei⁹ partis heterogenee: quelibet eius ps heterogenea augetur: scz tam oculus q̄ caput: tam manus q̄ digitus: taz pes q̄ brachiū: tam tibia: q̄ genitalia: et sic de aliis: sed cum hoc stat q alique partes materiales recedunt nec de nouo aduenuint: q̄uis alique partes materiales augeantur aliter enim nunq̄ formales augerētur nunq̄ enim man⁹ vel digitus augetur nisi caro et os augeatur. ¶ Et tūc credo q ista opinio valde faciliter posset sustineri: q̄uis aliq̄ nolentes ipsam intelligere improbent per hoc q Arist. dicit partes heterogeneas non augeri nisi partes hōgenee augeātur. ¶ Breuiter illud non est contra predictā opinionem; qr ista opinio nō vult q augmentatio nullo modo fiat sm partes materiales seu homogeneas: sed vult q in augmentatiōe non quelibet pars hōgenea augeatur: sed quelibet pars heterogenea: ppter hoc q partes homogenee alique recedunt et alique aduenīūt: modo illud qd aduenit vel recedit nō augetur: sed qr partes heterogenee nec aduenīūt nec recedunt sm materiam: ideo augmentatio attribuitur ei qd augetur sm partes formales hoc est heterogeneas: et non sm partes materiales seu homogeneas. Alia est opinio. q per partes formales intelliguntur partes que seorsum existentes essent sensibiles: et per partes materiales intelligātur partes que q̄uis inexistentes toti sentiūtur cū aliis: tamen si essent seorsum posite non sentirentur. modo dicit ista opinio q in augmentatione quelibet pars que seorsum posita esset sensibilis augetur. nulla enim talis sm se totam aduenit simul de nouo vel recedit: et sic talibus partibus debetur augmentatio: ex quo quelibet talis cuz aliqua adueniente fit maior: sed in augmentatione nō quelibet pars que si esset seorsum esset insensibilis augetur: ppter hoc q aliqua talis sm se totam de nouo aduenit vel recedit modo illud qd recedit vel aduenit non augetur. nō tamen vult dicere ista opinio q nulla pars insensibilis augeatur: sed bene vult dicere q nō quelibet augetur: cum hoc tamen stat q multe alie insensibiles augeantur: partes enim sensibiles non augerētur nisi partes insensibiles augerētur. ista opinio bene est vicina prime. ¶ Tertia opinio est q per partes formales intelligit partes porosas: et tunc vlterius dicit ista opinio q augmentatio pprie fit sm partes formales hoc est porosas. nam augmentatio proprie fit per intussusceptionem. modo solum partes porose possunt aliqd intra se recipere: sed augmētatio nō fit secundū ptes materiales hoc est nō porosas: qr ille nō possunt aliqd intra se recipere; sed tamē secūdū illas improprie bene fit augmētatio. f. p iuxta positionez. ¶ Quarta opinio est Cōmen. qd augmentatio inest animato secūdū partes formales hoc est ratione ale: cui⁹ est nutrire et augere et conuertere alimentuz in substātiā aliti mediāte calore naturali. et nō secūdū ptes materiales: hoc est nō rōne materie: cū materia nihil actiue faciat ad augmentationē: ex quo est passibilitatis infinite: sicut dictū est primo phys. ¶ Preter istas opiniones potest adhuc cōputari alius modus de augmētione et similiter de partibus materialibus et formalib⁹: ita q simpliciter p ptes formales intelligam⁹ formā vel partem forme et per partes materiales ptes materie. Et posset sic imaginari q cum alimentū recipit in poros et iuxta ponitur partib⁹ non porosis in qb⁹ est forma animati: forma alimenti successiue: non gradualiter: sed q̄titatiue deperditur: et sicut successiue deperditur: et materia eius successiue forma expoliatur: ipsa materia ingreditur successiue partē nō porosaz: et sicut successiue ingredit partē nō porosaz ita illa forma successiue est in pluri materia: et sicut successiue fit in pluri materia: ita successiue illa pars porosa extendit: et fit maior: et talis extensio et maioratio inest ibi ratione sue forme. vnde si nuda materia nudā materiā ingredit: nō fieret talis extēsio: et qr talis extēsio principalr debet forme vel saltē ex pte eius et nō ratiōe materie: ideo est q dicim⁹ augmētationē fieri secundū partes formales et nō materiales. ¶ Sed dicet aliquis quomō potest hoc esse q vna materia que est vnū corpus extensum ita aliud corpus subingrediat cū tamē non ponas hoc fieri per diuisionē: nec p poros: et videtur quod hoc sit contra dicta in alia q̄stione: dicebatur enim q vnū corpus non posset subingredi aliud nisi p diuisionē vel per poros. ¶ Secūdo. nā tūc sequit q vna forma simul informaret duas materias videlicet materiā preexistētem et materiā subingredientē. ¶ Ad primū. dico verū esse q corpora quorum nullum informat aliud: nec ambo informāt tertium nec ambo informant ab vno tertio: nec possunt informari simul: nō possunt se penetrare: nec subingredi sine diuisione vel sine poris: nihilomin⁹ si ambo informāt vnū tertiū: sicut albedo et dulcedo in lacte: vel vnū informat aliud: sicut forma materiā: tunc possunt se mutuo penetrare: silr si ambo possunt informari ab vno tertio: tunc possunt se subingredi: sicut due materie que postea erūt vna p subingressum vni⁹ ad aliā. ¶ Ad secūdū dico. q ex hoc illa forma nō informat duas materias: sed bñ informat plus de materia. Uñ sunt oīno vna materia postq̄ vna forma informat. Et vlterius imaginādū est q sicut vter plus et plus extēdit adueniēte vino ita forma manens eadē omnino extenditur plus et plus in pluri et in pluri materia. Et ita dici posset q illud quod augetur manet idem ante et post. s. forma. ¶ Ad rationes factas in principio: patet quid sit dicendum ex dictis.

Questio. XIII.



Queritur vtrū augmētatio sit motus cōtinu⁹. ¶ Et arguitur primo qd non: per differentiam quam ponit Arist. inter augmentationē et nutritionē. vnde videtur velle nutritionē durare cōtinue per totā vitā animati: augmentationem vero vsq ad aliqd tempus. et adhuc per illud tēp⁹ animatū aliquādo augetur et aliquādo stat: ergo videt q augmētatio fiat discōtinue vsq ad illud tēp⁹ i quo animatū nō ampli⁹ augetur: sed bene nutrit. ¶ Secūdo arguit: autoritate Auer. viij. physi. vbi arguit sic: si augmētatio eēt mot⁹ cōtinu⁹: sit ergo q aliqd animatū augeat acq̄rēdo quātitatē digitalē in vno anno: tūc si talis augmētatio est cōtinua cuilibet parti anni correspōdet vna pars illi⁹ quātitatis digitalis: qd ipse dicit nō esse credibile. ¶ Tertio arguitur sic. diminutio nō est motus continuus: ergo nec augmētatio: cōsequētia tenet a simili: antecedēs ptz nā non videt q continue fiat resolutio et deperditio aliquarū partiū ipi⁹ animati: nā illa fieret per actionē caloris naturalis: sed hoc non: nā in nutritione fit generatio carnis et aliarum partiū animati per actionē caloris naturalis: ergo nō fit corruptio nec resolutio talium partium mediante actione caloris naturalis: aliter eñ idem. s. calor naturalis eiusdez scilicet carnis esset generatiuum et corruptiuum: primo enīz generaret et postea idem genitum corrūperet. ¶ Quarto arguitur sic. omnis motus debet esse inter contraria ex eo q motus est transitus de contrario in contrarium: sed ita est quod augmentatio non est inter contraria: est enim inter paruū et magnum: sed paruū et magnum non sunt contraria sed relatiue opposita: ergo augmētatio nō est motus: et per cōsequēs non est mot⁹ cōtinu⁹: cōsequētia tenet a superiori ad inferi⁹ negatiue ¶ Quinto arguit sic augmētatio est cū plus conuertit in substantiā animati q̄ fuerit deperditum: sed talis conuersio nō est motus et per cōsequens nec motus cōtinu⁹ ppter hoc q talis conuersio est eductio forme substantialis de materia alimenti sed talis eductio est generatio: generatio autem non est motus ex eo quod generatio non fit successiue sicut motus.

In oppositum arguitur. nam augmētatio est motus ad quantitatē per Aristotelem quinto physi. et sic: ergo est motus: et vltra: ergo augmētatio est continua ex eo q motus est de numero continuorum. ¶ In ista questione vidēdū est de nutritiōe quomodo fiat et de causis eius. ¶ Secundo. videnduz est vtrū nutritio animati duret vsq ad finem vite. ¶ Tertio. videndum est de quesito.

Quantum ad primum. dico primo q calor naturalis continue agit in humidum radicale p hoc qd nisi fieret sumptio alimenti extrinseci ab ipso animato: ipsuz sensibiliter diminueretur: modo talis diminutio et debilitatio animati nō videtur esse ex alio: nisi propter deperditionem aliquarum


aliquarum particularū ipsius animati: quarum restauratio fit per sumptionem alimēti. ꝛ ita fit talis deperditio ꝛ similiter deb[...]atio ipsius animati per actionē illius caloris naturalis in humidū radicale. sic igitur patet de fine nutritionis: qui est restauratio deperditi mediāte actione caloris naturalis. ¶ Secūdo dico q̄d efficiens nutritionis est idem calor naturalis: nā idem calor alimentum assumptū exiccando ꝛ agendo in ipsum conuertit in carnē: ꝛ ipso conuerso in carnem vlterius ipsum exiccādo resoluit in tantū q̄ corrūpitur ꝛ deperditur. Et sic idem respectu eiusdem est generatiuum ꝛ corruptiuū: s̄m aliā ꝛ aliam tū dispositionem materie: nec hoc est inconueniens: ꝛ per hoc soluta est tertia ratio. ¶ Notandum tū q̄ calor naturalis non est agēs principale: sed est agēs instrumentale: principale aūt est ipsa aīa. ¶ Ex isto patet quomodo fit nutritio; nam nutritio fit isto modo q̄d alimentū prīo sumit̄ a stomacho: ꝛ ibi mediāte calore nāli: cuiꝰ ē segregare heterogenea: ꝛ ꝯgregare hōgenea purū separat̄ ab impuro: ꝛ impurū mittitur extra per foramen: sed purum manens mittitur ad epar: ꝛ ibi fit vlterior purificatio mediante calore naturali ꝛ tunc illud impurū mittitur ad vesicam: ꝛ fit ex hoc vrina: ꝛ tunc vlterius purū manens mittitur per vnā magnam venā ad cor: ꝛ tunc ibi fit vlterior segregatio ꝛ purificatio puri ab impuro: ꝛ d̄r q̄ illud impurū mittitur pro gn̄atione vnguiū: ꝛ de puro remanēte cor retinet sibi portionem suā pro suo nutrimēto q̄d conuertitur in substantiā cordis pro restauratione deperditi: ꝛ residuū remittitur per vnam paruā venam de corde ad epar: a quo multe vene vadunt ramificate hincinde ad singulas partes corporis: per quas illud purū distribuitur ꝛ remittitur per singulas partes ipsiꝰ corporis: tunc prouenit ibi calor taliū partium mediāte quo alterat illud aduenien͂s: tandē q̄d forma substantialis illius corrūpitur ꝛ cū illa corrūpitur de eius materia educitur de nouo vna forma: que cum forma animati preexistente fit vnū continuū: ꝛ si illud quod generatur de nouo est maius quā illud quod deperditur: non solum est nutritio: sed etiā augmentatio: si vero non est maius: sed tantum vel minus: tunc est solū facta nutritio. sic igitur habetur q̄o fiat nutritio et similiter augmētatio: ꝛ quid sit finis nutritionis: ꝛ similiter agens nutriens ꝛ augens. De fine vero augmentationis dico quod finis eius est: vt animatum fiat tantū: vt debite possit exercere operationes sibi debitas: quas non posset exercere si maneret ita paruū sicut erat in principio cū gn̄abatur.

Quantum ad secundum sciēdum est nutritio potest capi dupliciter. vno modo pro alteratiōe nutrimēti. alio modo pro conuersione alimenti illius in substantiam animati. ¶ Tunc sit prima conclusio talis: nō per totū tp̄s vite ipsius aīati est nutritio: accipiendo nutritionē pro conuersione alimenti: p3 hoc: q2 aliqñ bene prope añ mortē calor naturalis in tm̄ debilitat̄ q̄d non sufficit obtinere super alimentum in tm̄ q̄d possit ip̄m conuertere in substantiā aīati. ¶ Scd̄a conclusio. aīatum nō posset diu manere sine eiꝰ nutritione: ꝛ idem est q̄d talis nutritio est necessaria aīato: supposito q̄d diu debeat viuere: p3 nam aliter nō fieret restauratio deperditi ꝛ fieret debilitatio nimia animati. ¶ Tertia cōclusio. possibile est: ꝛ forte ita est: q̄d nutritio est continua per totam vitā: sumendo nutritionē pro alteratione: ꝛ hoc in animalibus hn̄tibus magnū calorem ꝛ multū sanguinē: p3 nam q̄diu talia viuūt habent calorem naturalē ꝛ obtinentem supra alimentū in tm̄ q̄d sufficit pro alteratione: q̄uis non pro conuersione: ex eo q̄d talia aīalia non viuūt sine notabili calore: sed aīalium ad quorū viuere nō requiritur tantus calor sicut sunt rane ꝛ hmōi: potest dici: q̄ non per totā vitā durat eorꝫ nutritio: siue nutritio accipiatur pro alteratione seu pro conuersione. ¶ Quarta conclusio. hoc tū non est demonstratum: posset enim dici q̄d modicum ante mortē calor in tantū debilitatur q̄d nullo modo obtinet super alimentū in tantū q̄d sufficiat ipsum alterare vel conuertere.

Quantum ad tertium sit prima conclusio. omnis augmentatio est continua: patet: q2 oīs augmentatio est motus qui fit successiue: omnis autem motus talis est cōtinuus: ergo ꝛc. ¶ Secunda conclusio. possibile est q̄d aliqd augeatur per lōgum tēpus: ꝛ q̄d fiat augmentatio: nō ꝓpriē vna: sed aggregata ex pluribus: patet: nam aliqñ videmus de animatis q̄d per aliq̄d tēpus augētur: ꝛ tunc per aliquod tempus stant: ꝛ iterum augētur. ¶ Tertia conclusio. nunq̄ est status: sed continue ipsum viuens augetur vel diminuit: ꝛ nūq̄ in eodē statu ꝑmanet: p3: q2 calor nālis nunq̄ manet in eodē statu q̄n sit aliqñ fortior: ꝛ aliqñ debilior: ꝛ hoc ꝓpter intensionem vel remissionem sui vel caloris extranei in animatis qui calor extraneus non posset manere in eodem statu nisi calidum quiesceret ꝛc. Si calor naturalis sit iam eque potens ad conuertendū sicut ad resoluēdum sequitur quod immediate post hoc erit fortior ad vnū q̄ ad aliud: ꝛ hoc supposito q̄d continue fit resolutio: vl̄ conuersio ꝛc. propter hoc q̄d continue per actionem celi in ista inferiora fit alteratio et variatio istorum inferiorum in tantū q̄d nunq̄ in eodem statu permanent. ¶ Sed diceres tu. augmentatio tamen durat vsq3 ad aliquod tempus post quod non fit vlterior augmentatio. ¶ Respondetur bene verum est q̄d fit vsq3 ad aliquod determinatum tēpus: post quod non fit vlterius augmentatio sensibilis: sed insensibiliter fit maior augmentatio q̄ diminutio: sed postea q̄uis alternatis vicibus fiant augmentatio ꝛ diminutio: nō tamen fit sensibiliter maior augmentatio q̄ diminutio: ꝛ propter hoc dicimus augmētationem stare nutritionem vero non; nā per longum tempus ante mortem non fit sensibiliter maior augmentatio quam diminutio nec tanta: sed bene fit tanta restauratio deperditi vel maior restauratio deperditi quanta est deperditio.

Ad rationes. ad primā patet ex dictis quid sit respondendū. ¶ Ad s̄m dico bene est credibile quod aliqua q̄titas digitalis possit continue acquiri in vno anno: ꝛ cuilibet parti illius anni corresponderet vna pars illius q̄titatis digitalis. ¶ Ad tertiam patet ex dictis. ¶ Ad quartam quando dicitur: motus est inter cōtraria: dico q̄d ibi accipitur contrarietas large non solū pro illis q̄ sunt actiua et passiua adinuicē sed etiā pro illis que non possunt eidem respectu eiusdē simul inesse: sed bene successiue. Et sic accipiēdo contrarietatem: bene concedo q̄ magnū ꝛ paruū possunt dici contraria. ¶ Ad vltimā dico q̄ nutritio potest accipi ꝑ alteratione vel ꝑ cōuersiōe: Et ꝑ hoc soluitur argumentū.

Questio.XIIII.



Queritur vtrum omnis actio et passio fiat per contactum. Et arguitur primo q̄ non: nā deus ꝛ intelligentie agunt in ista inferiora: ꝛ tū nihil tāgūt ex eo q̄ tactꝰ proprie est magnitudinis: deus autē ꝛ intelligentie nō sunt magnitudines. ¶ Secūdo. nam visibile agit in visum absq3 hoc q̄d tāgat visum: ergo non oportet quod omne q̄d agit in aliō tangat ipsum. ¶ Tertio. nā celū agit in ista inferiora puta i terrā ꝛ mixta: absq3 hoc quod tangat ea: q2 valde distat ab eis. ¶ Quarto anima agit in corpꝰ mouēdo ip̄m: ꝛ simul grauitas in lapidē mouendo ipsum deorsum: ꝛ similiter aqua calefacta agit in seipsam reducēdo se ad frigiditatē pristinā: ꝛ tamē nec aīa tāgit corpus nec grauitas tāgit lapidē: nec aq̄ calefacta tangit seipsam: ex eo q̄d ad hoc q̄d aliqua tangāt se: requiritur quod vnum illorum habeat situm extra aliud. ¶ Quinto magnes agit in ferrum attrahendo ipsum absq3 hoc q̄d tangat ipsum: ergo ꝛc. ¶ Sexto agēs agit in interiora passi: cum tamen nō tangat: ergo ꝛc. ¶ Septimo si in omni actione oporteret agens tangere passum: sequitur q̄d nullum agens ageret ad aliquam distantiam: sed hoc est falsū: ꝛ consequentia tenet de se. ¶ Octauo sequitur q̄d nulla possent agere ꝛ pati adinuicem: sed hoc est falsum: ꝛ consequentia tenet ex eo q̄d Aristo. in .ii. de anima dicit: semper inter talia esse medium.

In oppositum est Aristoteles primo huius vbi videtur dicere q̄d ad hoc q̄d aliqua agant ꝛ patiantur adinuicē: requiritur q̄d se tangant. ¶ In ista questione: primo ponam aliquas distinctiones. secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio ista: q̄d agēs potest dici mediatum passo tripliciter. vno modo: quia virtus illius agentis non attingit ad illud passum sed ad aliud: cuius virtus attingit ad passum. secundo modo potest dici mediatum quia virtus eius non attingit ad passum: sed tamen eius actio determinatur per agens parti

culare. tertio modo: quia agēs non tangit passum sed virtus eius. Exemplum primi: sicut si a. agens non sufficeret agere ad c. passum: sed bene ad b. intermedium quod in virtute ipsius a. vlterius ageret vsq̧ ad c. Exemplum secūdi: sicut deus respectu istorum inferiorum. Exemplum tertij. sicut agens respectu passi qđ non tangit corporaliter: sed sua virtute solum. ¶ Secunda distinctio: agentium quoddam est agens incorporale: sicut deus: ⁊ quoddā est agens corporale: ⁊ tale est duplex: nam quoddam agit actione spirituali: sicut est corpus luminosum quod agit lumen in medio: ⁊ similiter visibile respectu visus: quoddam autē agit actione materiali siue deseruiente ad corruptionem vel ad alterationē illius in qđ agit tale agens: sicut est calidū respectu frigidi: ⁊ econuerso. ¶ Tertia distinctio. tactus aliquando sumitur improprie: aliquando vero proprie. Improprie illa possunt se tangere: quorū vnum est vbi est aliud saltē diffinitiue: licet nō descriptiue. Et isto modo possumus dicere intelligentiam tāgere orbem. Sed tactus proprie acceptus adhuc dicitur multipliciter: nam quidam est qui dicitur ratione magnitudinum solum: ⁊ iste vocatur tactus mathematicus. Alius autem est q̄ non attenditur solum ex parte magnitudinū: verum etiā ex parte actionis ⁊ passionis: ⁊ iste vocatur tactus naturalis. Ad tactum mathematicū requiruntur tria. primū est: vtrūq̧ tangentium esse quantum: ⁊ propter hoc non dicimus intelligentiam tangere orbem tali tactu: quia intelligentia nō est magnitudo. secūdo requiritur ꝙ illorū que se tangunt vtrūq̧ se habeat sitū ⁊ locum extra aliud ⁊ propter hoc accidens et subiectum non dicimus se tangere: nec materiā ⁊ formam: ex eo ꝙ vnum illorū non est extra aliud. tertio requiritur ꝙ vltima illorum sint simul: ⁊ ꝓpter hoc illa inter que est aliquod mediū non dicimus se tangere: q͛ vltima illorū nō sunt simul similiter propter hoc duas medietates continui nō dicimus se tangere: q͛ vltima illorum non sunt simul: sed sunt vnum. Ad tactum vero naturalem requiruntur ista tria ⁊ cum hoc ꝙ tangens agat in ipsum quod tangit.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio talis: de agentibus corporalibus non oportet ꝙ tangant illa in que agunt: forte aliquo tactu mathematico et improprie dicto: patet hec: quia deus ⁊ intelligentie sunt agētia in orbes ⁊ in ista inferiora: ⁊ non tangunt ista inferiora: licet bene dicantur tangere orbes metaphorice ⁊ improprie. ¶ Secunda conclusio. omne agēs corporale in agendo actionem suam agit circa se suam actionē orbiculariter nisi sit impedimentū patet hoc de visibili ꝙ existens in medio multorum hominū a quolibet illorū potest videri: qđ non esset nisi ageret actionem suam circa se predicto modo. patet hoc etiā de de igne: quia si aliquis ignis esset in medio multorum hominum circūcirca illum sedentium: quilibet illorum calefaceret se: qđ non esset nisi conclusio esset vera. Et notanter dixi nisi sit impedimentum: nam quandoq̧ agit propter difformitatem medij: ⁊ aliquando aliter: ex eo ꝙ maior est inclinatio agēdi versus vnā partem q̄ aliam: vnde ignis magis inclinatus est ad agendum supra q̄ ad latus: etiam aliquando est impedimentum ꝓpter figurā ipsius agētis: videlicet ꝙ nō est sphērice figure sed quadrate vel alicuius alterius. ¶ Tertia conclusio. quodlibet agens requirit mediū in quod agat: patet hoc: nam per precedentē conclusionem agēs agit virtutē suā prope: modo si prope agēs esset tactū non esset aliquid in qđ posset recipi virtus ipsius agentis: ⁊ per ꝯñs non ageret prope se: ergo si debet agere prope: requirit mediū. Pro ista conclusione est hoc quod dicit Cōmen. ij. de aīa: ꝙ si esset vacuū inter visibile ⁊ visum non fieret visio propter defectum recipientium speciei visibilis. ¶ Quarta conclusio est. qđ agens agendo in distans agit aliqđ in intermedium: patet: quia si agens posset agere in distans ab eo absq̧ hoc ꝙ ageret aliqđ prius in intermedium: sequitur ꝙ nō requiritur medium ad actionem ipsius agentis: quod est contra precedentem conclusionē: consequentia nota est. ¶ Quinta conclusio. quodlibet agens corporale in agendo tangit aliquod passum in qđ agit: probatur: nam per tertiam conclusionem in agendo requirit medium quod tangit ipsum agens: ⁊ per quartam cōclusionem non potest agere in aliquod distans nisi agat per illud intermedium: ergo quodlibet tale agens tangit aliqđ passum scilicet medium sibi contiguum: in quod oportet ipsum agere si debet agere in distans. ¶ Sexta conclusio. si loquimur de tactu proprie dicto: nullum agens corporale tangit quodlibet in quod agit: probatur: quia agit in aliquod distans ab ipso: ex quo quodlibet agit per aliquam distantiā: quod autem distat ab ipso non tangit ipsum: ergo ⁊c. ¶ Vltima conclusio: quodlibet agens corporale tangit passum in quod agit corporaliter vel sua virtute: patet: quia nisi ad minus virtus agentis protenderetur vsq̧ ad ipsum passum cū adiutorio alicuius intermedij vel sine tali adiutorio nō ageret in illud. ¶ Sed dicet aliquis. contra conclusionē in qua dicitur ꝙ nihil agit in distans nisi agat in intermedium arguitur sic: nam videmus ꝙ ignis agit prius intensiorem gradum caloris in ferrum distans q̄ agat in aerem intermediū. ¶ Secundo. videmus ꝙ magnes agit in ferrum distans ab ipso attrahendo ipsum absq̧ hoc qđ agat in aerem intermedium ipsum attrahendo. ¶ Ad ista respondeo: ⁊ dico ꝙ ipsa non sunt contra conclusionem: nam conclusio nō dixit quod agens cum agit in aliquod passum distans agat illud idem vel omnino sibi simile in intermedium: sed dicit ꝙ non ageret in distans nisi ageret aliquid in intermedium. Et dico ꝙ cum ignis calefacit ferrum distans: agit virtutem suā in aerem intermedium: sed tamen propter aliam ⁊ aliam dispositionem passi virtus actiua in ferrum est eductiua intēsioris caloris in ferrum quā virtus actiua in aerem intermedium vnde posset esse ꝙ nulla caliditas ageretur in intermedium: ⁊ tamen caliditas ageretur in extremū. vnde si ad imaginationem vna massa cere esset inter ignem ⁊ ferrum: adhuc forte ferrum calefaceret absq̧ hoc ꝙ in illa massa cere produceretur aliqua caliditas: vnde imaginor ꝙ ab igne vel aliquo agente multiplicatur vna qualitas insensibilis que a quocunq̧ indifferenter est receptibilis: ⁊ secundum ꝙ illud recipiens est aliter ⁊ aliter dispositum: secundum hoc illa qualitas producit in illo passo alium ⁊ alium effectum materialē seu aliam ⁊ aliam qualitatem sensibilem intensiorem vel remissiorem. ¶ Ad secundam conclusionem cōsimiliter rīdet.

Ad rationes. Ad primam secundam ⁊ tertiam dico ille bene probant ꝙ illa agentia nō tangunt corporaliter quodlibet in quod agunt: cum hoc tamen stat ꝙ tangunt quodlibet in quod agunt eorū virtutes prout dicit alia conclusio. ¶ Ad quartā dico: ꝙ questio intelligitur de actione ⁊ passione ⁊ que est ab extrinseco: modo instātie posite in quarta rōne vadunt de actione ⁊ passione que est ab intrinseco. ¶ Ad quintam ⁊ sextam dico similiter: ꝙ bene probant non quodlibet agens tangere corporaliter quodlibet passum in quod agit: ⁊ hoc est: cum hoc tamen stat conclusiones: nec rōnes probant contrarium quin quodlibet agens tangat vel corporaliter vel sua virtute. ¶ Ad septimam ⁊ octauam dico quod probant similiter quod non est necesse quodlibet agēs tangere quodlibet passum in quod agit corporaliter: sed tamen sic vel sua virtute ⁊c.

Questio. XV.

Queritur vtrum simile possit agere in sibi simile. ¶ Et arguit. j. quod sic: nam simile potest suum simile fortificare ergo potest agere in ipsum: consequentia tenet ex eo quod fortificare est agere: ⁊ antecedens patet nam cum similia opponuntur sibinuicem quodlibet eorum ex hoc fortificatur in sua actione: sicut patet de duobus calidis vel duobus frigidis. ¶ Secundo magis calidum agit in minus calidum: ergo questio vera: antecedens patet: nam magis calidum agit in minus calidum tādiu quod fuerit sibi assimilatum: consequentia tenet ex eo quod magis calidum et minus calidum sunt similia ex eo quod habent qualitates eiusdem speciei. ¶ Tertio. in organo tactus sunt qualitates tangibiles scilicet caliditas frigiditas ⁊c. ergo organum tactus est simile calido ⁊ frigido: ⁊ tamen quodlibet eorū agit in ipsum: ergo simile potest agere in sibi simile. ¶ Quarto. actio ⁊ passio vel est ratione similitudinis vel dissimilitudinis: si primum habet: habet propositum: secundum nō: quia tunc talia agerent in alium: ex quo sunt multum dissimilia: quod est contra Aristotelem in litera. ¶ Quinto. idem agit in seipsum ergo questio vera: consequentia tenet: antecedēs patet: de anima que mouendo corpus mouet se ipsam ⁊ similiter patet de forma grauis que mouendo graue deorsum mouet seipsam.

uet seipsam: ⁊ similiter patet de aqua calefacta que agendo in seipsam reducit se ad frigiditatem pristinã. ¶ Sexto. minus potest agere in maius: ergo plus videtur ꝙ equale põt agere in equale: si enim illud de quo minus videt̃ inesse ⁊c. antecedens pꝫ in reactione: vbi minus agit in maius. ¶ Septimo. q̃to passum sit magis simile agenti: tanto actio fit velocior ⁊ tanto resistentia fit minor: si ergo similitudo mouet ad velocitatem actionis videtur simple posse agere in sibi simile. ¶ Octauo. in hyeme aer cõgelat aquã ⁊ per consequẽs inducit maiorem gradũ frigiditatis quã ipsemet habeat: ex quo nunq̃ aer in hyeme est ita frigidus sicut aqua congelata. tunc vltra inducit maiorem gradum frigiditatis q̃ ipsemet habet: ergo inducto tanto gradu q̃tum habet vlterius agit in omnino sibi simile. ¶ Nono ferrũ fit calidius ab igne q̃ sit ipse ignis: ergo cũ ignis induxit in ferrum tantum gradum caliditatis q̃tum ipsemet habet vlterius agit in omnino sibi simile. ¶ Decimo. nam cum ignis agit in aliquod passum primo assimilat sibi partem propinquiorẽ q̃ remotiorem: sed propinquiori assimilata sufficienter nõ posset in remotiorem agere nisi agat in propinquiorẽ: ⁊ cum illamet sit omnino sibi similis: sequitur ꝙ simile agat in omnino sibi simile. ¶ Undecimo. naꝫ capiatur aliquis ignis qui possit in aliqđ passum agere caliditatẽ in summo: ⁊ sit ille ignis aut passum sit c. ⁊ apponatur a. igni b. ignis sibi equalis: ⁊ sit aggregatũ ex his duobus d. tunc queritur vtrũ d. agat intensiorem caliditatẽ in c. q̃ egisset a. solũ vel precise equalẽ: non potest dici ꝙ precise equalẽ: nam si essent duo corpora lucẽtia in aliquo medio equalia: ambo simul producerẽt lumen intẽsius quã vnum eoꝝ solum: ergo etiã d. aggregatũ ex a. ⁊ b. ignibus: intensiorẽ producet caliditatẽ in c. q̃ faciet b. solũ vel a. solũ: si ergo dicatur ꝙ producat intensiorẽ caliditatem q̃ a. vel b. solum: ex quo d. non est nisi ignis summus. Et cum a. per casuꝫ poterat ex c. gñare ignem summũ: sequitur ꝙ d. agit intensiorem gradũ caliditatis q̃ ipsemet habeat: ⁊ per consequens inducto tanto gradu q̃tum ipsemet habet vlterius agit in sibi simile. ¶ Duodecimo actio vel fit ratione similitudinis ⁊ habetur propositum: vel ratione dissimilitudinis ⁊ hoc nõ quia tunc sequitur ꝙ magnes ita attraheret vnum baculũ sicut ferrũ: ex quo ille baculus est sibi dissimilis sicut ferrũ.

In oppositum est Aristoteles primo hui⁹: vbi vult ꝙ omnia similia: nec agant: nec patiantur adinuicẽ ¶ Notandum est ꝙ ista questio debꝫ intelligi de similitudie que est qualitatiua secundũ quã fit actio ⁊ passio. vnde si essent duo alba quorum vnum esset calidum ⁊ aliud frigidum agerent adinuicem non obstãte ꝙ sint similia secundũ qualitates que non sunt actiue actione disponente ad corruptionem. ¶ In ista questione primo ponam aliquas distinctiones. Secundo conclusiones.

Quantum ad primum sit prima distinctio aliquid dicimus pati dupliciter. Uno modo tanq̃ subiectũ alio modo tanq̃ terminus a quo illius actionis. primũ dicitur pati subiectiue: secundum autem terminatiue: verbi gratia: in calefactione aque dicimus aquã pati tanq̃ subiectũ ⁊ frigiditatem pati tanq̃ terminus. ¶ Secunda distinctio. de actione ⁊ passione ⁊ de agente ⁊ passo possumus loqui in pñcipio in fine ⁊ in medio actionis ⁊ passiõis. ¶ Tertia distinctio. in alteratione passi ab agente sunt tria: videlicet subiectum: terminus a quo: ⁊ terminus ad quem sicut in calefactione aque: aqua est sicut subiectum: ⁊ frigiditas eius sicut terminus a quo: ⁊ caliditas inducta sicut terminus ad quẽ. ¶ Quarta distinctio. aliqua dicũtur similia oĩno ⁊ propinq̃ssime: sicut illa que sunt similia in qualitate ⁊ in gradu qualitatis; verbi gratia; sicut essent duo summe calida. alia dicuntur similia in qualitate: non tamen in gradu illius qualitatis: sicut si vnum haberet precise duos gradus caliditatis: ⁊ aliud quatuor etiam caliditatis.

Quantum ad secũdum sit prima conclusio talis. in actione terminus a quo aliqualiter resistit agẽti: patet: quia aliter illa actio non esset motus successiuus. Ex ista conclusione sequitur qđ passum est dissimile agenti: scilicet quod patitur tanq̃ terminus a quo patet: quia quod alicui resistit est aliqualiter sibi dissimile. ¶ Secunda cõclusio est quod terminus ad quem habet aliquam conuenientiã cum agente. patet: quia fit ab agente: sed omne quod fit: fit a sibi simili: ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio est: quod agens ⁊ patiens sunt in principio dissimilia et in fine aliqualiter similia: nec oportet quod in fine sint omnino similia nec dissimilia: sed sufficit quod in principio sint aliqualiter dissimilia in qualitate vel in gradu secundum quem fit actio vnde aliquando propter distantiam agens non potest omnino assimilare sibi passum: quãuis bene in qualitate. ¶ Sed diceres tu. quãdo agens sibi agendo in passum propter distantiam non potest sibi passum omnino assimilare: statne tunc illud agens tandiu quod non agit in illud passuꝫ vel non? ¶ Dico quod sic. ¶ Sed diceres: tamen adhuc illud passum est sibi dissimile: concedo. ⁊ quare ergo illud agens non tandiu agit in illud passum quod ipsum sibi assimilet? Dico quod non potest in illa distantia quãuis bene posset in distantia propinquiori. ¶ Quarta conclusio. agens ⁊ patiens sunt similia in genere sed sunt dissimilia in specie: patet quia sunt contraria: contraria autem sunt que sub eodem genere posita sũt ⁊c. ¶ Et notandum est quod hoc intelligendum est secundum predicata non substantialia: sed accidentalia: seu secundum denominationes accidentium: secundum quod dicuntur agere ⁊ pati adinuicẽ: vnde si ignis calidus agit in hominem frigidum agens ⁊ patiens bene sunt in eodem genere secundum predicata accidentalia non tamen sunt in ita propinquo genere secundum predicata substantialia. ¶ Et etiam notandum est quod cum dicitur ipsa esse dissimilia in specie ⁊ similia in genere: hoc oportet intelligere vniuoce vel equiuoce. vnde aliqua sunt similia in genere vniuoce: vt calidum ⁊ frigidum: aliqua autem sunt similia in genere equiuoce: sicut quando sol agit in ista inferiora ipsa calefaciendo: tunc in fine agens ⁊ patiens dicuntur similia in specie: ⁊ in principio similia in genere: sed dissimilia in specie: ⁊ hoc equiuoce ad istum intellectum: quod in fine passum est tale in actu: quale erat agens in virtute faciẽdo ipsum esse tale. Finaliter ergo ad hoc quod agens agat in passum requiritur quod in principio agens et patiens sint aliqualiter dissimilia: scilicet in qualitate vel gradu ⁊ in fine sint oĩno vel aliqualiter siĩa.

Ad rationes. Ad primam dico quod simile fortificat suum simile: non quod agat aliquid in ipsum sed ꝙ ex illis duobus resultat vnum: quod plus potest quam illa duo diuisim possent. ¶ Ad secundam dico: illa bene probat quod simile agit in sibi simile: quod est sibi simile in qualitate: nõ tamen in gradu. vnde si essent similia in gradu nõ agerent in se inuicem: non enim esset ratio quare vnum plus ageret quam aliud: ⁊ cum agens naturale non agat: nisi propter assimilare sibi passum in gradu: si ergo iam esset assimilatum in gradu aliquid ageret? ¶ Ad tertiam dico: ꝙ qualitates tangibiles similes in gradu qualitatibus ipsius tactus non agũt in tactum: nec tactus sentiret quãcunq̃: sed qualitates que debent agere in organum tactus; oportet quod sint dissimiles in gradu qualitatibus ipsius tactus: ⁊ illas tactus bene percipit; cum sibi debite approximantur. ¶ Ad quartam dico: qđ actio ⁊ passio nõ est rõne oĩmode siĩtudĩs: sꝫ est rõne siĩtudinis in gñe ⁊ dissiĩtudinis in specie in pñcipio: ⁊ similitudinis in specie in fine. ¶ Ad quintã potest negari consequentia ⁊ potest dici quod actio qua forma grauis mouet seipsam deorsum est ratione dissimilitudinis, nam graue existens sursum est in aliquo dissimile sibi cum est deorsum. Et similiter dicatur de anima que mouet corpus. De aqua vero calefacta dico quod illa reductio ad frigiditatem pristinam fit ratione dissimilitudinis: nam illa fit per frigiditatem virtualem que est dissimilis caliditati actuali existenti in aqua calefacta. ¶ Ad sextam que tangit de reactione videbitur in questione sequenti. ¶ Ad septimam. negatur consequentia: nam continue actio fit velocior donec passum factum est omnino simile agenti ⁊ tunc desinit illa actio: recte sicut mobile graue descendit continue velocius ⁊ velocius in medio vniformi donec est in medio celi: ⁊ tũc quiescit: ita in proposito. ¶ Ad octauam dico quod hoc non solum facit aer: sed ad hoc concurrunt constellationes ⁊ influentie supiores. ¶ Ad nonam dico. quod ferrum calefactum non est calidius igne: sed quod sentiatur calidius igne; hoc est propter compactionem eius materie: ⁊ propter raritatem materie ignis. ¶ Ad decimam dico: quod cum ignis assimilat sibi partem propinquiorem: tunc vna cum illa agit in remotiorem absq̃ hoc qđ

vlterius principale agens agat in partem sibi assimilatam: quamuis forte per illam bene agat aliquam speciem vsqꝫ ad partem passi nondum sibi assimilatam que in partem sibi assimilatam nihil operatur sed bene in partem nondũ sibi perfecte assimilatam. Pro ista ratione imaginãdũ est ꝙ species qualitatũ contrariarum nõ agunt nisi reflectãtur. vnde nisi sic reflecterentur ille species: nõ fieret actio inter qualitates contrarias. tales autem species non reflecterentur nisi ab illo: quod est aliquo modo contrarium illi a quo tales species multiplicantur: ⁊ ideo cum agens assimilauerit sibi partem propinquam passi: licet agens adhuc multiplicet suas spẽs per illam partem: tamen agens non amplius agit in ipsam pro tanto: quia species ab ipso multiplicate per illam partẽ sic ei assimilatam non reflectuntur ab ea: cum illa non sit amplius agenti contraria: ⁊ tamen sine tali reflexione specierũ non fit talis actio: vt dictum est. ¶ Ad vndecimam: dico ꝙ d. non agit intensiorem gradum ꝙ̃ egisset a solum: sed bene citius. Et quãdo dicitur de corporibus lucidis. Dico quod aliud est de illis agentibus que non possunt sibi assimilare passa: sicut sunt luminosa ⁊ aliter de illis que possunt: sicut sunt illa que agunt mediantibus qualitatibus primis. vnde illa agentia que non sufficiũt sibi assimilare passa duo bene producunt intensiorem effectum ꝙ̃ vnum eorum solum: sicut duo luminosa; sed in casu quo possunt sibi passa assimilare: non ambo producunt intensiorem effectum ꝙ̃ vnum eorum solum. ¶ Ad vltimam dico ꝙ actio non fit solum propter dissimilitudinem: sed propter debitam dissimilitudinem cũ debita dispositione passi.

Questio. XVI.



Queritur vtrum omne agens in agẽdo repatiatur. Et arguitur primo ꝙ non: nam celum agit in ista inferiora: ⁊ tamen nõ repatitur ab eis: ex eo quod celum est impassibile: ergo ⁊c. ¶ Secundo sic. medicus sua arte agit in corpus ipsuꝫ sanando: absqꝫ hoc quod repatiatur ab eodem: ergo non omne quod agit in aliquod repatitur ab eo in quod agit. ¶ Tertio. sensibile agit in sensuꝫ sicut color in visum: ⁊ similiter intelligibile in intellectum: absqꝫ hoc ꝙ sensus reagat in sensibile: ⁊ siĺr intellectus in itelligibile: ꝗ qstio falsa. ¶ Quarto arguit̃ sic: nã sor. põt ỽberare Platonẽ absqꝫ hoc quod reuerberetur: ergo ⁊c. totum est certuꝫ de se. ¶ Quinto. in materiam primam fit actio: ⁊ tamen cum materia prima nullius sit actiuitatis ipsa non reagit: ⁊ per consequens nõ in omni actione fit reactio. ¶ Sexto arguitur sic. In augmentatione illud quod augmentat non augmentatur: ergo in alteratione non oportet ꝙ illud quod alterat realteretur: consequentia videtur tenere a simili: antecedens patet; nam in augmentatione cibus adueniens augmentat ⁊ non augmentatur. ¶ Septimo. in motu locali illud quod mouet non remouetur: ergo non in omni actione agens repatitur: consequentia tenet de se ex quo motus localis est quedam actio: ⁊ antecedens similiter: nam primus motor mouet absqꝫ hoc ꝙ remoueatur. ¶ Octauo. nam possibile est quod aliquando actio ipsius agentis protendatur remotius quã possit actio ipsius passi: ⁊ quando sic est: tunc agens ⁊ patiẽs possunt sic situari: ꝙ agens non repatitur: verbi gratia: sit vnum calidum cuius actio possit protendi ad distãtiam triũ pedum: ⁊ sit vnum frigidum: cuius actio non potest protendi nisi ad distantiam vnius pedis: situentur ergo ista sic: ꝙ distent abinuicem per duos pedes: tunc calidum agit in frigidum: ex quo actio eius potest protendi vsqꝫ ad ipsum: sed frigidum nõ aget in calidum: ex eo ꝙ actio ipsius frigidi nõ potest protendi vsqꝫ ad calidum. ¶ Nono. sequitur ꝙ idem esset nobilius ⁊ ignobilius respectu eiusdem: esset enim nobilius eo in quod ageret: ⁊ esset ignobilius eodẽ: quia ab eo repatitur. ¶ Ultimo sic sequitur ꝙ idem esset in actu ⁊ in potentia respectu eiusdem: sed hoc est falsum: ⁊ consequẽtia tenet: quia esset in actu respectu eius in quod ageret: ⁊ esset in potẽtia respectu eiusdem: quia repatitur ab eodem: ergo ⁊c.

In oppositum est Aristo. vbi dicit: ꝙ agẽs in agendo repatitur: ⁊ cum in scientijs demonstratiuis propositiones indefinite debeant equiualere vniuersalibus videtur ꝙ voluerit dicere ꝙ omne agens in agendo repatitur. ¶ Notandum est ꝙ hoc debet intelligi de actione que est inter contraria: quequidem actio est corruptiua alicuius contrarij illius in quod agit: vel disponentis ad corruptionem alicuius talis. Et per hoc respondetur prime secunde tertie quarte quinte sexte ⁊ septime rationibus.

In ista questione primo ponam vnicam cõclusionem. ¶ Secundo mouebo dubia contra eam. ¶ Tertio tangam sex modos saluandi reactionem: quorum vltimũ approbabo tanꝙ̃ veriorem. ¶ Quarto soluam illa dubia mota contra conclusionem.

Quantum ad primum pono talem conclusionem: ꝙ reactio passi in agens est possibilis: probatur: primo experientijs secundo rationibus primo sic: nam videmꝰ ꝙ cum ferrum ignitum proijcitur in aquam frigidam agit in aquã ipsam calefaciendo; et econuerso aqua agit in ferrum ipsum frigefaciendo ⁊ eius caliditatem remittendo: ecce reactionem. Secundo nam experimur ꝙ lapis frigidus acceptus ad manum calidam aliqualiter calefit a manu ⁊ manꝰ frigefit a lapide: quod non esset nisi mutuo in se inuicem agerent. Tertio arguitur sic: nam cibus receptus in corpore alterat corpus: ⁊ econuerso alteratur a corpore: quod iterũ nõ esset nisi reactio esset possibilis. Quarto arguitur sic: nam videmus ꝙ aqua calida et aqua frigida si simul infundantur in vnum vas fit aqua tepida quod nõ esset nisi caliditas aq̃ calide remitteret frigiditatem aque frigide: ⁊ econuerso remitterẽtur ab eadem: cũ ergo sic mutuo se reducãt ad quoddam medium tẽperatum; videtur ꝙ fiat actio mutua aquarum adinuicem. ¶ Nunc probatur ratione: nam si reactio non esset possibilis: sequitur quod ex duobus elementis per eorum actionem ⁊ passionem adinuicem non posset tertium generari: sed hoc est falsum: ⁊ consequentia patet: nam capiãtur duo elementa contraria: sicut ignis ⁊ aqua: ⁊ approximẽtur adinuicem: vel ergo vnum istorum ageret aliquid in reliquum absqꝫ hoc ꝙ repatiatur ab eo: vel repatitur ab eo. si dicitur secũdum habetur propositum: si vero dicitur primũ: tunc illud elementum quod agit conuertet reliquum in suaꝫ naturã: ⁊ sic fit: ⁊ bene generatio vnius elementi ex reliquo: sed non generatio alicuius elementi tertij differentis specie ab vtroqꝫ. ¶ Secũdo arguitur sic. nam nisi reactio esset possibilis: sequitur quod perfecta mixtio non esset possibilis: ꝙ Aristo. reputat falsum: probatur consequentia: nam ex quo non fieret reactio per actionem elementi agentis fieret conuersio passi in agens modo talis conuersio non est mixtio sꝫ generatio vnius elementi ex alio. vnde ad perfectam mixtionem requiritur quod mixtibilia mutuo se reducant ad vnuꝫ temperamentum medium: quod non posset fieri sine reactione seu sine actione mutua.

Quantum ad secundum articulum dubitatur nam si questio esset vera: sequitur ꝙ a proportione minoris inequalitatis fieret actio: sed hoc est falsum: nam in omni actione oportet potentiam agentis seu mouentis excedere potentiam rei mote: hoc enim sumitur ab Aristotele ⁊ Cõmentatore: ⁊ tanꝙ̃ pro principio: probatur cõsequentia: nam capiatur aliquod agẽs vt quatuor: ⁊ applicetur alicui passo sicut duo: tunc si illud passum reagit in illud agens: minus agit in maius: ⁊ per consequens actio fit a proportione minoris inequalitatis. ¶ Secundo. sequitur ꝙ equale posset agere in equale ⁊ per consequens simile in sibi simile ꝙ est contra dicta in alia questione probatur consequẽtia: captis duobus contrarijs equalibus adinuicem applicatis. ¶ Tertio. sequitur quod idem simul calefieret ⁊ frigefieret: sed hoc est impossibile: quia impossibile est idem moueri motibus contrarijs: probatur consequentia: nam capiatur aliquod agẽs quod sit a. cuius pars propinquior passo sit c. ⁊ sit passum b. tunc si a. repatiatur a b. hoc est secundum partem c. propinquiorem b. passo. Sit ergo a. calidum ⁊ b. frigidum: tunc quã cito b. remitteret caliditatem ipsius c. partis: tã cito c. pars esset dissimilis in gradu residuo agẽtis: sed quã cito erit sibi dissimilis tam cito residuum a. quod est coniunctum ipsi c. calefaceret c. Et ita simul c. pars a. agentis frigefit ⁊ calefit: quod erat probandum. ¶ Quarto si reactio esset possibilis: sequitur quod nunꝙ̃ agens posset sibi assimilare passuꝫ: sed hoc est falsum:


hoc est falsum: ⁊ falsitas patet: nam sepe ignis agens in a. ꝙ ipsam sibi assimilat faciendo ex ea ignem. Et probatur consequentia: nam sit a. vnum calidum in summo: ⁊ sit b. vnum frigidum: ⁊ tunc si a. agēdo in b. repatiatur a b. sequitur ꝙ statim a. desinit esse in summo ⁊ cum nihil agat vltra gradum proprium: sequitur quod amplius a. non agit in b. gradū summum caliditatis ⁊ per consequens a. summum non potest sibi assimilare b. ⁊c. Et idem arguitur de quocunqȝ alio significato in aliquo certo gradu alicuius certe q̄litatis. ¶ Quinto. sequitur ꝙ dato aliquo passo ipsum ad quantamcūqȝ distantiam: distantiam posset agere: modo hoc est falsum vt patet de se: probatur consequentia: nam sit aliquod passum frigidum sicut duo: ⁊ sit b. Et applicetur sibi aliquod calidum sicut quatuor in aliqua distantia puta pedali: tunc b. reagit in a. ex quo a. agit in b. ⁊ si in omni actione fit reactio: sit ergo vnum aliud calidum quod per duplam distantiam posset agere ad distantiam per quam posset agere a. ⁊ sit c. ⁊ applicetur b. passo per duplam distantiam ad distantiam inter a. ⁊ b. tunc c. agit in b. ⁊ si semꝑ fit reactio: econuerso b. reagit in d. ⁊ sic per intentionem agentis continue maiorem ⁊ maiorem: ⁊ remotionem eius a passo continue maiorem ⁊ maiorē: probabitur passum aliquod datum per quantamcunqȝ distātiam posse agere: si semper in omni actione fiat reactio. ¶ Sexto arguitur sic. sit aliquod agens vniforme per totum applicatum alicui passo: tunc clarum est ꝙ illud passum nō potest reagere in totum agens syncathegorematice: ita ꝙ reagat in quamlibet partem ipsius agentis ergo si reagit hoc est in aliquā partem ipsius agentis solum: sed probo ꝙ non: nam ex quo illud agens ponitur vniforme per totum: non est maior ratio quare plus reagit in vnam partem quam in aliam.

Quantum ad tertium sciēdum est quod aliqui dixerunt reactionem bene esse possibilem: ⁊ concesserunt minus posse agere in maius in motu alterationis. Et dixerunt esse possibile in alteratione motū fieri a proportione minoris inequalitatis: q̄uis hoc bene sit impossibile ī motu locali: ⁊ propter hoc in motu locali dixerunt non posse fieri reactionem. ¶ Sed breuiter hoc non valet: nam Aristoteles ⁊ Cōmentator statuerunt pro principio ꝙ in omni motu locali ⁊ etiam alterationis potentiam motoris excedere potentiā rei mote: ergo non pōt dici ꝙ in motu alterationis actio proueniat a proportione minoris inequalitatis. ¶ Secundo. nā si sic. tunc non videtur penes quid tanq̄ penes causam deberet attendi velocitas ⁊ tarditas in motu alterationis ex quo non haberent attendi penes proportionem maioris inequalitatis agentis ad passum: sicut in alijs motibus. ¶ Tertio. sequitur ꝙ essent due alterationes eiusdem speciei et tamen vna earum absqȝ proportione excederet aliam in velocitate: quequidē alterationes finite velocitatis vel tarditatis sunt consequens est falsum: ⁊ falsitas patet ex eo: quia duo finita eiusdem speciei non sunt taliter adinuicē comparabilia: consequentia probatur nam capiantur duo agentia a. ⁊ b. ⁊ duo passa c. ⁊ d. ⁊ habeant c. ad a. proportionem inequalitatis: et d. ad b. proportionem equalitatis: tunc per aduersarium c. reagit in a. aliqua certa velocitate: ⁊ similiter d. in b. sed probo ꝙ huiusmodi velocitates absqȝ ꝑportione aliqua habeāt se adinuicem: nam taliter se habēt adinuicem qualiter se habent proportiones quas consequūtur vna est proportio equalitatis: scilicet quam consequitur velocitas alterationis d. in b. ⁊ alia est proportio minoris inequalitatis scilicet quam consequitur velocitas alterationis c. in a. sed modo proportio equalitatis ⁊ proportio minoris inequalitatis nullam habent proportionem adinuicem. ¶ Secunda opinio est quod cum agens applicatur passo: ex quo aliqua pars ipsius agētis est debilior q̄ sit ipsum passum: illa repatit̄ a passo: ⁊ hoc est adhuc a proportione maioris inequalitatis: ita quod ista opinio vult ꝙ agens bene repatit̄ a passo: non secundum totum sincathegorematice: sed secundum aliquam eius partē super quam passum habet proportionem maioris inequalitatis. Sed breuiter hoc non valet: nam in mixtione ⁊ in generatione: qua generatur ex duobus elementis elementum tertium distinctum ab eis specie totum agit in totum: ⁊ totum reagit in totum sincathegorematice: ⁊ non solū in vnam eius partem: ergo ista opinio non valet consequentia tenet: antecedens patet: nam aliter non fiet perfecta mixtio: nec ex duobus elementis posset tertium generari: sicut prius arguebatur. ¶ Scđo arguitur sic: q: actio ⁊ velocitas est ꝫm totā virtutē agētis ⁊ totā virtutē passi: ꝗ videtur quod totū agat in totum ⁊ repatiatur. ¶ Tertio: sequitur quod semper esset reactio quando agens ⁊ passum adinuicem essent approximata: ⁊ hoc est falsum: vt apparebit cum ponentur tria impedimenta reactionis. consequentia probatur: quia ex quo quantumcunqȝ agens ⁊ passum sint approximata semper passum super aliquam partē agentis obtinet: deberet fieri actio passi in illam partem ⁊ per consequens semper reactio: si opinio esset vera. ¶ Tertia opinio est: quod in omni actione agēs repatitur: sed hoc non est a passo: sed a circunstante propinquo: quod est aer: vel remoto: quod est celum. Et isti negant reactionem: quā uis concedant in omni actione agens pati. ¶ Sed ista opinio non valet: nam ad sensum apparet quod cum ignis proijcitur ad aquam eandem aquam calefacit que ipsum extinguit. ¶ Secundo, celum ita influit passo sicut agenti: ergo quantum est ex parte celi: ita passum patitur sicut agens: ergo non propter hanc passionē que est actio vel a circunstante propinquo debet dici agens repati in agēdo. ¶ Quarta opinio dicit: quod agens in agendo repatitur id est fatigatur: aliter non concedit repassionem. vnde si repati capiatur pro fatigari bene cōcedit: ⁊ ita exponit dictum Aristotelis omne agens in agendo repatitur: id est fatigatur. ¶ Sed contra omnis fatigatio est per vnam actionem ⁊ passionem: ergo non quando aliquis fatigatur repatitur. ¶ Secundo. nam in actione contrariorum videmus vtrunqȝ eorū remitti: ⁊ hoc non esset nisi quodlibet eorum vere diminueretur ⁊ remitteretur. ¶ Quinta opinio imaginatur quod nulla qualitas actiua est in aliquo subiecto sine qualitate passiua: ⁊ ideo natura sic ordinauit quod caliditas que est qualitas magis actiua quam sit frigiditas stet cum siccitate que est minoris actiuitatis quā sit humiditas que stat cum frigiditate. Et sic ista opinio imaginatur quod cum ignis applicatur aque ignis agit in aquam per eius caliditatem: ⁊ econuerso aqua agit in ignem secundum eius humiditatem: ⁊ adhuc est vtrobiqȝ proportio maioris inequalitatis: caliditas enim ipsius ignis excedit frigiditatem ipsius aque: ⁊ humiditas ipsius aque excedit siccitatem ipsius ignis. ¶ Sȝ ista opinio adhuc non sufficit. nam si sic: sequitur quod inter elementa habentia symbolum: sicut sunt ignis ⁊ terra: non fieret reactio: consequentia tenet: ex eo quod vtrunqȝ eorum est siccum: ergo solum ibi secundum duas qualitates fit actio ⁊ passio scilicet per frigiditatem ⁊ caliditatem: ⁊ sic sequitur quod si fiat ibi reactio quod minus agit in maius: nisi aliter dicant quam adhuc dictum sit. ¶ Secundo sequitur qđ non quādiu duraret actio esset reactio: imo valde cito desineret reactio: probatur consequentia: quia si ignis agit in aquam: actio caliditatis in frigiditatem est velocior quā actio humiditatis in siccitatē: ꝗ cū corruptionē hūiditatis seq̄tur corruptio friditatis seq̄t̄ statim qđ humiditas erit debilior siccitate: ⁊ sic nō vlteriꝰ fit reactio. ¶ Sexta opinio ē q̄ reputo eē veriorem. Pro qua supponitur primo quod sicut non est idem scribere et loqui: quāuis bene sit idem scribens et loquens: ita nō est idem agere et pati: similiter posse agere et posse resistere: quāuis bene sit idem agens et patiens: potens agere et potens resistere. ¶ Secūda suppositio est. quod aliq̄ qualitates sunt magne actiuitatis et modice resistentie: sicut est caliditas. Alique autem bene sunt aliqualiter magne actiuitatis et maioris resistētie quam sit caliditas sicut est frigiditas ambe enim dicuntur magne actiuitatis in comparatione quam sit humiditas et siccitas et modice resistentie in comparatione quam sint ille: sed simpliciter comparando caliditas est maioris actiuitatis quam sit frigiditas et est minoris resistentie quam sit actiuitas frigiditatis. Similiter frigiditas est minoris resistētie quam sit actiuitas caliditatis. Secundum hoc ergo potest dici: quod in approximatione calidi ad frigidum fit actio et reactio. vnde caliditas agit in frigiditatem: quia caliditas est magis actiua quam frigiditas sit resistitiua: et econuerso frigiditas agit in caliditatem quia caliditas minus est resistitiua quam frigiditas sit actiua: quia vtrobiqȝ est actio a proportione maioris inequalitatis vnde in tali actione et reactione non debet dici qđ actio proueniat a caliditate ad frigiditatem vel conuerso: sed debet dici quod actio frigiditatis in caliditatem attēditur pe-

nes posse agere frigiditatis ad posse resistere caliditatis: q̄ est proportio maioris inequalitatis: ita breuiter quo ad actio non debet attendi penes proportionem huius ad illud: sed bene penes posse agere vnius ad posse resistere alterius. Sic ergo potest saluari reactio: ita quod in omni actione: intelligendo de actione que fit cum contrarietate: fit reactio: amotis tamen tribus impedimentis. Unde in tribus casibus nō fit reactio. ¶ Quorum primus est. si resistentia ipsius agentis esset maior quā actiuitatis ipsius passi. ¶ Ex hoc sequitur quod cum ignis agit in aquam tunc antequam aqua sit omnino assimilata igni desinit reactio aque in ignem. vnde actiuitas ipsius aque remittitur in tantum quod tandem est minor quā [illegible] resistentia ipsius ignis [illegible] nō est indiuisibilis sed consistit in latitudine [illegible] et propter hoc ante corruptionem aque actiuitatis fit remissio: [illegible] resistentia ignis et tunc desinit reactio: quamuis adhuc velocior fiat actio ignis in aquam: ad hoc quod fiat perfecte assimilata igni. ¶ Secūdus casus est in quo non fit reactio: quā do aliquod agens tantum distans est a passo quod agēs potest protendere virtutem et actionē suam vsque ad passum sed passum non econuerso potest protendere virtutem et actionē suam vsque ad agens: et tunc etiam non fit reactio. ¶ Ex hoc [illegible] sexta ratio posita ante oppositum et cum hoc quintū dubium contra questionem. ¶ Tertius casus est: si aliquod agens iuuaretur tantum ab aliquo extrinseco quod eius resistentia cum illo adiutorio recompensaretur actiuitati ipsius passi: tunc iterum non fieret actio.

Quātum ad quartum articulum restat soluere dubia contra conclusionem. ¶ Ad primum et secūdum patet per iam dicta. ¶ Ad tertium negatur cōsequentia: ad probationem cum dicitur quam cito b. remitteret caliditatē ipsius c. et cetera conceditur illud. sed negatur quod vlterius dicitur quam cito c pars erit dissimilis residuo a. agentis tam cito residuum illud coniunctum ipsi c. calefaceret ipsam partem c. cum facilius sit continuare motum quā incipere: sequitur tempus labetur antequam residuum agat in c. partem caliditatem. Ex quo sequitur: quod non simul frigefit et calefit: prius enim frigefit a passo: et tunc non calefit et postea calefit a residuo et tunc non frigefit a passo. Et ita diceretur de medio inter calidum et frigidum: negando quod simul secundū eandem partem adequate calefiat et frigefiat. vnde cum calidum et frigidum approximantur adinuicem: tunc calidum calefacit illud medium vsque ad aliquam partem: et frigidum frigefacit illud vsque aliam: tunc ille partes medij agunt et patiuntur adinuicem reducendo se ad aliquod temperamentū medium in virtute agentis calidi remittit frigidum in frigiditate et in virtute agentis frigidi remittit calidum in caliditate. ¶ Ad quartam quando dicitur: sequitur et cetera. negatur cōsequentia: pro quo imaginandum est quod actio ipsius agentis principalis est velocior quām sit reactio: et sic antequam fiat assimilatio passi desinit reactio: et tunc agens principale reducit se ad gradum pristinum: sicut aqua calefacta calefaciente amoto reducit se ad frigiditatem pristinam. Ex ista imaginatione patet faciliter qualiter non obstante reactione adhuc calidum in summo potest assimilare passum postquā reactio non durat per totum tempus actionis. ¶ Ad quintā. patet ex dictis. ¶ Ad sextam dico quod quamuis [illegible] sit vniforme: tamen adhuc potest fieri reactio in vnam partem et nō in aliam puta in illam que est propinquior agenti et non in aliam que est remotior. ¶ Ad rationes dico quod prime sunt ex dictis superius sunt solute. ¶ Ad septimam dico quod dissimile est in motu locali et in alteratione: quia in motu locali motum non est tante potentie quāte resistentie est motor propter hoc ibi non fit reactio: sic autem non est in motu alterationis: ergo et cetera. ¶ Ad octauam patet ex dictis. ¶ Ad nonam et decimam. dico quod caliditas quo ad posse agere est nobilior frigiditate: et est in actu: sed quo ad posse resistere respectu actiuitatis frigiditatis est in potētia et ignobilior et cetera. nō secundum idem est nobilior et ignobilior: in actu et in potentia: ex quo est respectu posse agere et posse resistere: sicut prius dictum est.

Questio. XVII.

ueritur vtrū indiuisibile possit alterari. ¶ Et arguit primo quod sic: nam intellectus est indiuisibilis: et tamē potest alterari: ergo et cetera. ¶ Secundo arguitur sic indiuisibile si esset posset moueri localiter: ergo etiam indiuisibile si eēt posset alterari: consequentia tenet: quia non minus videtur posse alterari quā posse moueri localiter antecedens patet: nam indiuisibile si esset: esset in aliquo cōtinuo localiter mobili: sed illo moto indiuisibile moueretur: ex quo motis nobis mouētur omnia que in nobis sunt. similiter moto vno alio mouentur omnia que in illo sunt. ¶ Tertio. superficies est quoddam indiuisibile: est enim indiuisibilis secundum profunditatem: sed illa potest alterari: ex eo quod ipsa existens alba potest fieri nigra. ¶ Quarto. indiuisibile potest esse quale qualitate secundum quā fit alteratio: ergo potest alterari: consequentia tenet: antecedens probatur: nā cum aliquod desuper videtur: videtur solum superficies et nō alique partes in profundo: cum nihil videatur nisi sit lucidū vel coloratum sequitur ergo superficiem esse lucidam vel coloratam: et per consequēs ipsam esse qualem modo predicto. ¶ Quinto. [illegible] si punctus esset qualis et alterabilis: sequitur quod nihil esset vniformiter quale: probatur cōsequentia ex eo quod vniformiter quale: sicut vniformiter calidum: dicitur cuius quilibet punctus est equaliter calidus cum alio: modo non esset aliquod tale: si punctus non esset qualis: nec alterabilis. ¶ Sexto. nam sicut dicunt perspectiui in aliquo puncto speculi cōcaui congregantur radij solares reflexi a speculo concauo qui quidem radij sic congregati sufficiunt ad intendendum siue igniendum aliquod ignibile: quare videtur quod radij in illo puncto congregati illuminent et calefaciant illum punctum et per consequens sequitur talem punctum esse alterabilem: non obstante quod sit indiuisibilis.

In oppositum est Arist. tertio textu huius primi: et capitulo tertio eiusdem: vbi in vna ratione arguens contra antiquos reputat indiuisibile alterari esse vnum inconueniens sequens ad dicta eorum. ¶ In ista questione intendo probare tria: primo indiuisibile non est quale finite: secundo quod nec infinite: tertio quod non pōt alterari. ¶ Et ante omnia ista. primo premittam aliquas distinctiones quarum prima sit ista: quod dupliciter dicitur idiuisibile: quoddam non habens positionem in continuo sicut est intelligentia vel anima intellectiua vel aliquid tale: quoddam est habens positionem in continuo: sicut punctus vel linea vel superficies: de indiuisibili secundo modo intelligitur hic: et nō de indiuisibili primo modo. ¶ Secunda distinctio est. quod indiuisibile secundo modo dicitur tripliciter: quoddam est tam secundum longitudinem quā latitudinem et profunditatem vt est punctus: et quoddam est indiuisibile secundum latitudinem et profunditatem diuisibile tamen secundum longitudinem. sicut est linea: et quoddam est indiuisibile secundum profunditatem solum: sicut est superficies. ¶ Secundo notandum: quod quāuis in veritate non sint talia indiuisibilia: sicut mathematici imaginantur esse: propter hoc quod eis conueniunt pro suis considerationibus: et ideo questio intelligatur ac si in veritate eēnt talia idiuisibilia actu: vtrū possent alterari. ¶ Tertia distinctio est. quod quedā potest dici alteratio spūalis qua alteratiōe itellectus alteratur de ignorantia in sciam: et de tali alteratione non itenditur hic: quedā vero est alteratio corporalis sicut est calefactio et frigefactio. collocatio et illuminatio: et de tali hic intenditur.

Istis distinctiōibus positis accedo primū. et primo pono aliquas conclusiones preambulas quarū prima est ista: caliditas existens in aliquo toto vniformiter calido dupla est ad caliditatē existentem in eius medietate: probatur: nā dato aliquo vniformiter calido caliditas totius cōtinet caliditatem medietatis: et cū hoc tantū: ergo erit dupla ad ipsam: añs patz de se: cōña tenet per diffinitionē dupli: nā duplum ad aliud dr̄: quod continet ipsum et tantum. ¶ Sed diceret aliquis: si hoc esset verū: sequitur quod illud non esset calidum vniforme: cōña probaī: nam calidum vniforme dr̄ cuius quelibet pars est ita calida sicut totū: modo si caliditas totius esset dupla ad caliditatē medietatis: videtur quod totum esset in duple


in duplo calidius. ¶ Ad hoc respōdetur negando consequētiam: ⁊ cū dicebat: calidum vniforme dicitur cuius quelibet pars est eque calida cū toto: concedo: ⁊ quando dicitur: si caliditas totius est dupla ad caliditatem medietatis: sequitur ꝙ totum est in duplo calidius: negatur consequentia: ⁊ ratio huius est: q2 caliditas totius est extensa per duplū subiectū ad subiectū per qd extēsa est caliditas medietatis. Et sic ille caliditates equaliter denominant sua subiecta: ita ꝙ medietas dicitur esse ita calida per suam caliditatē sicut totū per suā: non obstāte ꝙ caliditas totius est dupla ad caliditatem medietatis: vnde nō sequitur: totum non est in duplo. calidius sua meditate: ergo caliditas totius nō est dupla ad caliditatē medietatis: vnde potest esse dupla in extensione: nō obstante ꝙ non sit dupla intensione: ⁊ dictum est de caliditate: ita conformiter dicatur de alijs qualitatibus corporalibus. ¶ Secunda conclusio. si caliditas que est in toto esset totaliter in eius medietate: medietas denoīaretur in duplo calidior ꝙ̄ ante: ⁊ si esset in eius tertia: ita denominaretur in triplo calidior: ⁊ si in eius quarta in quadruplo ⁊c. sm̄ partes proportionales: probatur sic: q2 si caliditas que est in toto esset tota in eius medietate: ipsa haberet subiectū equali extēsione duplā caliditatē ad caliditatē quā prius habuit ꝑ precedentē conclusionē. ergo esset in duplo calidior: consequentia tenet ex eo ꝙ quando aliquod subiectū manēs sub equali extensione habet qualitatem duplā: sicut caliditatem: ad illam quam prius habuit: denominatur in duplo calidius: ⁊ si triplā in triplo: ⁊ sic vltra. ¶ Ex ista conclusione sequitur, ꝙ si aliqua caliditas esset in puncto ille punctus denoīaret infinite calidus: p3 hoc: quia si illa caliditas esset in aliquo subiecto q̄to illud dicitur finite calidum: ⁊ per conclusionē si eadē caliditas esset in subiecto subduplo: illud subiectum diceret in duplo calidius: ⁊ si in subtriplo in triplo calidius: ⁊ sic vltra. ¶ Scd̄o sequitur. ꝙ quauis pūctus di infinite calidus: tā illa caliditas esset eadē caliditas que añ erat ī subiecto finite calido: ita ꝙ eadē est caliditas qua subiectū extēsum ⁊ diuisibile denominatur finite calidū: ⁊ qua pūctus indiuisibilis vel superficies vel linea denominaretur infinite calidus ⁊ calida. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ nulla qualitas est in infinitū modica seu in infinitū remissa: probatur: na3 sicut est in quātitate ita est in qualitate quo ad remissionē: s3 nulla q̄ntitas est in infinitū parua: ergo etiā nulla est qualitas in infinitum remissa: ⁊ silr̄ si nulla est quātitas in infinitum magna: ita etiā nulla est qualitas in infinitū intensa. Secundo: q2 si esset aliqua caliditas in infinitū remissa: illa nō esset calefactiua nec actiua: ⁊ per ꝯñs non esset caliditas. ⁊ ꝑ ꝯñs nec qualitas. Tertio. nam sicut non est dare substantiam infinite modice pfectionis: ita nec etiā dare aliquam qualitatē in infinitū remissam seu in infinitum modice intensionis. ¶ Quarta conclusio. si aliquid potest agere ad aliquā distātiam circa se medietas illius seorsum sumpta nō potest agere ad tantā: p3 hoc de igne. vnde ignis subduplus non obstāte ꝙ sit ita intēsus sicut ignis duplus: non tamen agit ad tātam distantiam ad quantā bene agit ignis duplus. Scd̄o: nā dato opposito conclusionis: sequitur ꝙ vnū paruū coloratū posset multiplicare speciē suam seorsum acceptā: sicut vnū magnū: sed hoc est falsum: patet falsitas: q2 tunc ita remote posset videri sicut vnū magnum: cuius oppositū experimur. ¶ Ex ista conclusione sequitur: ꝙ dato ꝙ punctus vel aliqd indiuisibile esset quale: ad nullam ageret distantiam: ex quo sm̄ ꝙ subiectū minoratur agit ad minorē distantiā ꝙ̄ prius. ¶ Quinta conclusio est. ꝙ nullū indiuisibile: sicut punctus est quale: nec potest esse quale probatur: q2 vel hoc esset qualitate in infinitū remissa: vel qualitate in infinitū intensa: vel qualitate finite intēsa ⁊ remissa: s3 nullū istoꝝ pōt dici nō pt dici primū nec sm̄: ex eo ꝙ per tertiā cōclusionē: nulla est q̄litas in infinitū intensa vel in infinitū remissa: nec potest dici tertium: ex eo ꝙ sicut probatum est: qualitate finita indiuisibile denominatur infinite quale: sicut caliditate finita punctus denominatur infinite calidus. ¶ Secundo. si punctus posset esse finite calidus vel finite frigidus: tunc posset agere ad aliquā distantiā: sed hoc est falsum: prout pa3 ex quarta conclusione: ꝯña tenet: quia omne calidū vel frigidum ad aliquā distantiā potest agere. Tertio. si punctus esset calidus aliquod esset calidū: qd nihil posset calefacere: patet: ex quo punctus ad nullam distantiam potest agere. ¶ Sed diceret aliquis: q̄uis punctus calidus non pōt calefacere corpus: tamē posset calefacere vnū aliū punctū. Sed probatur quod non: quia vel ille punctus esset sibi imediatus vel mediatus si est sibi mediatus: tunc nō potest ipsum calefacere: ex eo ꝙ punctus ad nullam distantiam pōt agere. Si vero dicatur ꝙ est sibi immediatus hoc non potest esse ex eo ꝙ punctus non potest puncto esse immediatus sicut probatur per Aristotelem sexto physicorum.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio: qualitas sufficienter intensa ⁊ minus extensa ad minorē agit distantiā ꝙ̄ magis extensa: patet: nā capiatur aliquod corpus luminosum: quod remittatur in quātitate: nō tñ in luce: quo facto patet ipsum agere ad minorē distantiā ꝙ̄ prius egit ꝙ̄uis bene intēsius lumen agat ꝓpe se ꝙ̄ prius egit. Ex isto sequitur istam ꝯñam non valere: virtutes sunt equales: ergo ad equalem distantiā possunt agere: hoc enim nō sufficit: sed requiritur ꝙ sint equales tam ī intēsione quā in extensione. ¶ Sed diceret aliquis: si eade3 qualitas in minori subiecto est intensior ꝙ̄ quādo erat in subiecto maiori: ex eo ꝙ virtus vnita est fortior seipsa dispersa: ergo videtur ꝙ ipsa existens in subiecto minori ad maiorem distantiam potest agere quā ipsa existens in subiecto maiori. ¶ Respōdetur negando cōsequentiā: s3 argumentū bñ probat ꝙ intēsius agit prope se ꝙ̄ prius egit. ¶ Secunda cōclusio est. ꝙ per diminutionem subiecti sup diminutionē qualitatis potest deuenire ad talē quātitatem ꝙ aliquādo actio illius agentis est ꝑcise ad subduplam distantiā ad quā erat prius: ⁊ aliqñ ad subtriplā ⁊ sic vltra: p3 de luminoso si diminueret in extensione ⁊ non in luce. vnde si ignis in infinitū diminueret in quātitate: ⁊ proportionabiliter augeret in caliditate in infinitū ad minorem distantiā posset agere ꝙ̄ ante: ⁊ in infinitū minus subiectum posset alterare ꝙ̄ ante: ⁊ hoc est: q2 extensius facit ad remotius ⁊ ad distantiā maiorē agit. ¶ Tertia conclusio. indiuisibile si esset nō posset esse infinite quale p3: q2 si sic: sequitur ꝙ esset aliqd infinite calidū: qd ad nullā distantiam posset agere: p3 de puncto si poneret infinite calidus. pbatur ꝯña q2 ne... si poneret infinite calidus: hoc esset vel caliditate in infinitū intēsa vel in infinitum remissa: ⁊ hoc nō: q2 nulla talis est: vel caliditate finita: ⁊ cū illa per iā dicta in subiecto minori agat per minorē distantiā sequitur ꝙ existēs in pūcto ad nullā distantiā ageret: ⁊ sic aliqd existens infinite calidum ad nullā ageret distantiā: ⁊ sicut pūctus nō pōt esse calidus nec frigidus: ita etiā nec leuis vel grauis. vnde si aliquis pūctus esset grauis in cōcauo orbis lune: subito deberet descēdere: et sic mutatio localis fieret subito: añs apparet: primo: q2 esset infinite grauis. secūdo: q2 nihil resisteret sibi: ex eo ꝙ nō caperet sub se medium alicuius latitudinis sibi resistens.

Quantū ad tertium: dico pro questione ꝙ indiuisibile si esset nō posset alterari: patet ex eo ꝙ nō posset esse quale nec finite nec infinite prout ostensum est ... ⁊c. ¶ Secundo. si posset alterari tūc posset agere per aliquam distantiā: cuius falsitas patet ex dictis. Et si posset alterari tūc posset calefieri ⁊ frigefieri: ⁊ vltra cum caliditatem sequatur rarefactio: ⁊ frigiditatem condensatio: sequitur ꝙ pūcta seu indiuisibilia possent rarefieri ⁊ condensari: maiorari ⁊ minorari: quod non est bene imaginabile.

Ad rationes. Ad primā patet: q2 de tali indiuisibili nō intēditur in ꝓposito. ¶ Ad secundā dico: quod si essent indiuisibilia nō possent moueri localiter per se: sed bene per accidens: nec ex hoc sequitur ꝙ ip̄a possent alterari si essent. ¶ Ad tertiam dico: ꝙ superficies alteratur de albedine in nigredinē hoc est subiectū sm̄ partes eius extensiones sic alterat. ¶ Ad quartā dico: ꝙ nihil est ita densum quin alique eius partes videātur in profundo: ꝓpter hoc ꝙ pōt capi aliqua pars ita tenuis versus oculum ꝙ ipsa est transparēs. ¶ Ad quintā dico ⁊ ad sextam similiter. ꝙ per puncta intelliguntur alique parue particule corporis que seorsum posite sunt insensibiles ad sensu3: tamen non simplr̄ indiuisibiles.

Questio.XVIII.



Ueritur vtrū forme substantiales elementorum possunt intendi et remitti. ¶ Et arguitur primo quod sic: quia forme substantiales elementorum sunt contrarie: sed contraria sunt intensibilia et remissibilia: ergo ⁊ cetera.

¶ Secundo forme substantiales elementorum generantur ⁊ corrumpuntur successiue: ergo videtur ꝙ intendantur ⁊ remittantur; consequentia tenet ex eo quod causa successionis generationis ⁊ corruptionis videtur esse intēsio ⁊ remissio in gradibus: antecedēs patet: nam ex igne successiue ⁊ per partem ante partem generatur aqua vel aer: ⁊ per consequens forma substantialis aque vel aeris. ¶ Tertio. propria passio elementi: puta ignis vel aque est intensibilis vel remissibilis ergo ⁊ forma substantialis consequentia patet de se; antecedens patet: nam aliquando plus calefit aliquando minus: vel aliquando plus humectat aliquando minus: modo calefacere frigefacere humectare exiccare videntur esse proprie passiones elementoꝝ distribuēdo singula singulis. ¶ Quarto. si questio esset falsa: sequitur quod possibile esset esse aliquod simplex elementum simul calidum ⁊ frigidum: modo hoc est falsum: ex eo quod hoc repugnat puro elemento: sicut patet secundo huius: probatur cōsequentia: quia cum aqua est calefacta vel forma eius substantialis est remissa: sicut eius frigiditas: vel non. si dicatur quod sic: habetur propositum: si dicitur quod non: adhuc est aqua: ⁊ cum aque primo insit frigiditas: sequitur quod aqua est frigida; ⁊ cum est calida: sequitur propositum: videlz: quod purum elementum simul sit calidum ⁊ frigidum. ¶ Quinto. sequitur quod graue simplex posset moueri in vacuo successiue: sed hoc est falsum: et probatur consequentia: nam capiatur vna terra pura que sit sursum existente vacuo: ⁊ applicetur sibi aliquod calefaciēs ⁊ remittens eius grauitatem ⁊ inducens leuitatem: tunc si forma eius substantialis est remissa: questio est vera; si autem non: tunc adhuc est elementum simplex ⁊ cū iam habeat aliquod de grauitate: sequitur quod ipsum descendet per vacuum successiue: propter hoc quod iam habet resistentiam intrinsecam. ¶ Sexto. Cōmen. dicit quarto celi quod generās tantum dat de loco quantum de grauitate: sed quia dat grauitatem successiue sm magis ⁊ minus: sequitur etiam quod dat formam substantialem scdm magis ⁊ minus successiue. ¶ Septimo. ex elementis fit mixtum: ergo forme substantiales elementorū sunt intensibiles ⁊ remissibiles: antecedens supponitur tanꝙ verum: consequentia probatur ex eo ꝙ elementa non miscentur adinuicem nisi vtrunqꝫ eorum remittatur: sed elementa non remittuntur substantialiter: nisi forme eorum substantiales remittantur; ergo ⁊c. ¶ Octauo arguitur auctoritate Cōmen. tertio celi vbi dicit ⁊ reprehēdit Auicen. qui dicit oppositum: quāuis tamen alibi dicat oppositū.

In oppositum arguitur: quia forme substantiales elementorum sunt substantie: substantie autem nō remittuntur nec intenduntur cū nulla substantia suscipiat magis ⁊ minus per Aristo. in predicamentis. ¶ In ista questione breuiter recitabo vnam opinionem cum suis motiuis. secundo ponam opinionem illi contrariam quā credo esse veram. tertio soluam motiua opinionis opposite cum rationibus principalibus.

Quantum ad primum sciendum quod duplices dicuntur forme: quedam dicuntur forme substantiales. sicut sunt forme que dant esse simpliciter: ⁊ quedam sunt forme accidentales: sicut sunt ille que dant esse accidentale. ¶ Secunda distinctio. formarum substantialium quedam dicuntur forme mixtorum; sicut est forma asini: ⁊ quedam dicuntur forme substantiales elemētorum sicut est forma ignis vel aque. ¶ Tunc aliqui opinantur ꝙ forme substantiales elementorum medio modo se habeant inter formas mixtorū substantiales ⁊ formas accidentales. vnde dixerunt formas substantiales elemētorum conuenire cum formis substantialibus mixtorum in hoc ꝙ dāt esse simpliciter: sicut forme substantiales mixtorum: ⁊ conueniunt cum formis accidentalibus in hoc: quia sicut forme accidentales sunt intensibiles ⁊ remissibiles: ita ⁊ forme substantiales elemētorum: ita quod secundum istam opinionem ad questionē poneretur ista conclusio: ꝙ forme substantiales elementorum sunt intensibiles ⁊ remissibiles. ¶ Et illi de ista opinione probant hoc sic. primo statuentes pro fundamento sibi elementa formaliter manere in mixto. scdo elementa nō posse se cōpati sm coꝝ esse cōpletū ⁊ perfectū. Ex his duabus suppositionibus arguunt: elemēta que sunt in mixto vel forme coꝝ substātiales sunt remisse: vel non. si sic habetur ꝓpositū: si non: sequitur elementa manere simul sm coꝝ esse perfectū ⁊ completū: qd est contra scdam suppositionē: ꝯña tenet: quia quādiu forme substantiales elementoꝝ manent non remisse: ipsa elemēta manent sm coꝝ esse completū ⁊ perfectū. ¶ Scdo arguit sic. elementa remittūtur ⁊ intendūtur sm coꝝ qualitates: que sunt caliditas frigiditas ⁊c. quaꝝ forme substantiales sunt cause: ergo etiā ipse forme substātiales remittūtur ⁊ intendūtur: ꝯña videtur tenere ex eo ꝙ in intensione ⁊ remissione in effectu dūt argui intēsio ⁊ remissio in causa. ¶ Tertio. cū frigiditas aq̄ est remissa: vel forma substātialis aque est remissa vel non: si sic habetur ꝓpositū: si non: cum oēs gradus frigiditatis sint eiusdē rationis: sequit ꝙ ad remissionē vnius gradus: forma substātialis nō remittitur nec deperditur: similiter nec ad remissionē alterius gradus ipsa deperditur: ⁊ per ꝯñs omnibus gradibus frigiditatis corruptis adhuc videtur posse remanere forma substantialis aque: sed hoc est inconueniens: quia aqua non posset esse sine frigiditate: ⁊ proportionaliter arguitur de igne ꝙ posset esse sine caliditate ⁊c. ¶ Quarto arguitur sic. si ad remissionē qualitatis non remitteret forma substantialis: ⁊ cū in alteratione ipsius aque ab igne: nō sub quacunqꝫ frigiditate pōt remanere forma substantialis aque: ⁊ cum sub aliqua frigiditate possit manere: vel ergo est dare intēsissimā frigiditatē sub qua potest manere: vel intēsissimā sub qua non: vel remississimā sub qua potest manere: vel remississimā sub qua non potest manere: sed nullum istorū potest dici: ergo ⁊c. primo non potest dici primū: quia tūc sub illa posset manere. ⁊ sub nulla intensiori: modo hoc est falsum: nam ex quo frigiditas primo inest aque: sequitur. ꝙ si aqua potest stare sub frigiditate aliqualiter intēsa: ꝙ etiam potest stare sub frigiditate intensiori: si aūt dicatur ꝙ sit dare intensissimā sub qua nō potest stare: sequitur ꝙ frigiditas sub qua potest introduci forma ignis: sit imediata toti latitudini frigiditatis sub qua pōt manere forma substātialis aq̄: quod reputo incōueniens: nec potest dici ꝙ sit dare remississimā frigiditatem sub qua pōt stare: nā ex quo nō est dare vltimū instans rei permanētis: sequitur ꝙ sub quacūqꝫ frigiditate potest stare aqua: sub remissiori potest stare: nec pōt dici quartū: quia sub quacūqꝫ frigiditate nō potest stare aqua propter eius remissionē: nec sub remissiori illa pōt stare: ex quo frigiditas: primo inest aque. ¶ Quinto. sequitur ꝙ aliqd esset leue simplex: quod non esset leue simpliciter: ꝯña tenet: quia cū leuitas ipsius ignis remittatur absqꝫ remissione eius forme substantialis: adhuc ignis maneret leue simplex non tamen maneret leue simpliciter.

Quantum ad secundum est alia opinio isti contraria que est vera; ꝙ forme substantiales elementoꝝ nō sunt intēsibiles nec remissibiles: sed bene forme coꝝ accidentales: sicut caliditas frigiditas ⁊c. ¶ Et scdm istam opinionem imaginandū est cum ex aqua debeat generari ignis: frigiditas aque remittitur: ⁊ nō forma substantialis: ⁊ in tali remissione frigiditatis tandē deuenitur ad vnam frigiditatē: que est ita remissa: ꝙ amplius forma substātialis aq̄ nō pōt manere: ⁊ sic pro tunc forma substantialis aq̄ desinit esse per remotionē de presenti ⁊ positionem de preterito. Et tunc forma substantialis ignis incipit esse in illa materia per positionē de p̄senti: ⁊ remotionem de preterito: ita quod primū instans nō esse forme substātialis aque est primum instans esse forme substātialis ignis succedētis ad formā substantialem aque corruptā in eadē materia: ⁊ pro eodē instāti frigiditas remanēs in illa materia est intensissima frigiditas: sub qua forma substātialis aq̄ nō poterat remanere. nā sub illa nō poterat; ⁊ sub quacunqꝫ intēsiori poterat: et sic inter oēs frigiditates vlterius eundo versus nō gradū frigiditatis sub qbus forma substātialis aque nō potest manere illa frigiditas est intēsissima: et sic concedendū est esse verū qd aduersarij reputant falsū: ꝙ frigiditas sub qua poterat gñari forma substātialis ignis est imediata frigiditati sub qua pōt manere forma substātialis aq̄. ¶ Ex q̄ solutū est quartū motiuū opinionis ꝯrie ⁊c. ¶ Pro ista opinione ponā aliquas rōnes: quarū prima sit ista: nō est necessariū in intēsione et remissiōe q̄litatū formas substātiales elemētoꝝ intēdi et remitti: ergo forme substātiales elementoꝝ nō dēt poni intēsibiles et remissibiles: ꝯña tꝫ ꝑ illos de opiniōe ꝯria: credūt em̄ q̄litates elemētorū nō posse intēdi et remitti absqꝫ intēsiōe ⁊ remissiōe formarū subaliū: aña ꝓbatur sm modū imaginādi iā positū. scdo si eēnt intensibiles

intensibiles ⁊c. sequitur ꝙ vnus ignis esset magis ignis quã alius: ⁊ aliquando vna vice esset magis ignis quã alia vice: sm ꝙ forma eius substantialis aliqñ esset intensior ⁊ aliqñ remissior. vnde sicut fortes aliquando est magis calidus ⁊ aliqñ minus: propter hoc ꝙ eius caliditas aliqñ est intensior ⁊ aliqñ remissior: ita etiã ignis per suã formã substantialẽ per quã est ignis: aliqñ esset magis ignis ⁊ aliquãdo minus: si illa forma esset intensibilis ⁊ remissibilis: sed ꝯña est falsuȝ: ex eo ꝙ termini de predicamento substantie: de quoꝝ numero est hic terminus ignis vel hic terminus aqua non sunt verificabiles de aliq̃ cũ hoc aduerbio magis ⁊ minus. ¶ Tertio sequitur ꝙ alteratio elementoꝝ adinuicem nõ posset fieri sine gñatione ⁊ corruptione substantiali: patet hoc: ex eo quod caliditas ignis non posset remitti nisi pars forme substantialis corrũperetur: ⁊ pars alterius forme substãtialis gñaret.

Quantum ad tertiuȝ restat soluere motiua opinionis contrarie. ¶ Ad primũ: quia pro illo supponit̃ elementa manere formaliter in mixto: expectandum est de hoc vsq; ad questionẽ sequentẽ immediate. ¶ Ad scðm: qñ dicit̃ ꝙ qualitates intenduntur: ergo ⁊ forme: negatur ꝯña: ⁊ quãdo dicitur: intensio ⁊ remissio in effectu arguunt intensionẽ ⁊ remissionẽ in causa: dico ꝙ nõ in qualibet causa. vñ similiter bene probaretur ꝙ prima causa esset intẽsibilis ⁊ remissibilis. vnde aliquando accidit intensio ⁊ remissio ꝑpter meliorẽ vel peiorẽ dispositionem subiecti: vel ꝑpter aliquid huiusmodi: absq; hoc ꝙ aliqua substantia intendatur vel remittatur. ¶ Ad tertiũ: dico ꝙ q̃uis oẽs gradus qualitatis sint eiusdẽ rationis substantialis: nõ tamen eiusdem rationis accidentalis: ⁊ talis diuersitas bene facit: q: sub aliquibus gradibus potest manere forma substãtialis: ⁊ sub aliquibus nõ. vnde oẽs sunt eiusdem rõnis essentialis: q: omnes sunt qualitates [illegible] non sunt eiusdẽ rationis accidẽtalis quia quidã sunt intensi ⁊ quidam remissi: ⁊ si illa ratio valeret: consimili modo posset probari de forma mixti: ꝙ esset intensibilis ⁊ remissibilis: sicut probatum est de forma substantiali elementi: ex quo forma mixti sub aliqua qualitate potest manere ⁊ sub aliqua nõ. sicut ⁊ forma elementi. ¶ Ad quartum: dico quod solutum est. ¶ Ad quintum: concedo ꝙ possibile est aliquid esse leue simplex: ⁊ nõ simpl'r ly simplex est determinatio substantie: sed ly simpliciter est determinatio accidentis.

Ad rationes principales. Ad primam dico ꝙ bene qualitates elementoꝝ sm quas forme elementorum agunt sunt contrarie: ⁊ sic ille bene sunt intẽsibiles ⁊ remissibiles: sed non forme substantiales elementoꝝ. substantie eñ nihil est contrariũ: nec suscipit magis ⁊ minus. ¶ Ad scðam dico: ꝙ generatio formaꝝ elementoꝝ bene est successiua: prout successio attenditur penes productionẽ gradus post gradum. vnde forma substantialis elementi bene est diuisibilis in partes quãtitatiuas: sed non in partes graduales. ¶ Ad tertiam: negatur antecedens: ad probationẽ dicitur ꝙ calefacere ⁊ frigefacere non sunt proprie passiones: q: dicũt actũ sed frigefactiuũ ⁊ calefactiuũ esse: quia dicunt aptitudinem: sed iste nec intendũtur: nec remittũtur. ¶ Ad quartam dico ꝙ non est impossibile ꝙ aliquid substantialiter mixtum habeat duas qualitates contrarias: quarum vnam determinat de natura propria: ⁊ alia inest sibi violenter. ¶ Ad quintã dico: negando añs. vlterius dico ꝙ elementum dicitur simplex vel substantialiter ⁊ qualitatiue simul: sicut esset ignis calidus in summo vel simplex substantialiter ⁊ mixtum qualitatiue: sicut esset ignis remissus in caliditate. tunc bene concedo ꝙ aliquod simplex substantialiter: mixtum tamen qualitatiue posset moueri in vacuo successiue: si aũt esset simplex tam substantialiter q̃ qualitatiue forte nõ posset moueri successiue in vacuo: de quo dictum est quarto physicorum ⁊ per hoc patet quid sit dicendum ad quintam rationem. ¶ Ad sextam: quando dicitur generans tantum dat ⁊c. respondetur ꝙ generans bene tantum dat de forma quo ad partes eius quantitatiuas: non tamen quo ad partes eius graduales: cum non habeat tales. ¶ Ad septimã dico: quod illa bene arguit remissionem in qualitatibus elementorum non tamen in formis eorum substantialibus. ¶ Ad Cõmentatorẽ dico: negando eum cum ipsemet dicat alibi oppositum.

Questio.XIX.



Queritur vtrum elementa maneant in mixto formaliter. ¶ Et arguitur primo quod sic: autoritate Aristo. d. Neq; corrumpuntur ambo neq; alterum: saluãtur enim virtutes eorum. ¶ Secundo. nã per Aristo. mixtio est mixtibilium alteratorum vnio: modo si in generatione mixti ex elementis elementa corrumperentur ⁊ non manerent: tunc deberet dici mixtio est mixtibilium corruptorum vnio: et non deberet dici alteratorum. ¶ Tertio. nam sicut in ista syllaba ab: formaliter manet ista litera a. ⁊ similiter formaliter ista litera b. q̃uis vtriusq; sonus remittatur: ita videtur in mixto q̃ vtrunq; mixtibilium maneat quãuis remissum.

In oppositũ est Aristoteles simpliciter eñ dicit alterum non misceri ambo: propter hoc ꝙ vtrunq; eorũ saluatur ⁊ manet: ac si velit dicere ad hoc quod aliquid alteretur requiritur q̃ vtrunq; eorum saluetur nec maneat: ⁊ sic sequitur elemẽta non manere: nec saluari in mixto. ¶ Secũdo. si manerent: sequitur quod plures forme essent in eadem materia: sed hoc est falsum sicut alibi visum est. probatur consequentia: quia in eadem materia maneret forma ignis cum forma mixti de nouo genita. ¶ In ista questione. Primo recitabo opiniones aliquas de ista materia cum improbationibus earũ. Secundo respondebo ad quesitũ. Tertio mouebo dubia contra illam opinionem ⁊ soluam ipsa.

Quantum ad primum sciẽdum est quod aliqui dixerunt in generatione mixti formas elementorũ manere absq; generatione noua forme mixti et superaddita. vnde imaginabãtur ꝙ in mixto nõ essent nisi forme substantiales elementorũ: ⁊ sm quod ille aliam ⁊ aliã haberent proportionẽ adinuicem: sm hoc mixtum esset alterius ⁊ alteri⁹ speciei. ¶ Alij autẽ posuerunt formas substantiales elementoꝝ manere in mixto: ⁊ ipsis pro generatione mixti superaddunt nouam formã: puta formã mixti. Et isti fuerunt bipartiti. nam quidã eorum posuerunt formas substantiales elementorum manere in mixto non refractas: sed bene qualitates elementorum: ⁊ de istoꝝ numero fuit Auicen. ¶ Alij autem posuerunt elementa manere in mixto formaliter tã sm formas eoꝝ substãtiales q̃ accidẽtales remissas: ⁊ de istoꝝ numero fuit Cõmen. qui hoc ponit. iij. celi reprehendens Auicẽ. ponentẽ formas substãtiales elemẽtoꝝ esse intẽsibiles ⁊ remissibiles.

Cõtra istas tres opiniões pono istas tres conclusiones. quarũ prima est: ꝙ in mixto oportet ponere formã distinctam a formis mixtorũ. ¶ Secunda cõclusio. quod forme substantiales elementoꝝ: non secundũ earũ esse intensum manent in mixto. ¶ Tertia conclusio. forme substantiales elementoꝝ non manent in mixto secundũ earũ esse remissum. prima conclusio est contra primã opinionẽ. secunda contra opinionẽ Auicen. tertia contra opi. Cõmen. Prima conclusio probatur sic: quia nisi in mixto poneretur alia forma q̃ forma elementi faciens regulans ⁊ figurans q̃ nõ omnia grauia descenderẽt in mixto ⁊ leuia ascenderẽt: sequitur q̃ in mixto in nutritione oĩa grauia descenderent: et oĩa leuia ascenderent: sed hoc est falsum: nam si sic: sequitur q̃ in mixto: vt in hoĩe vel in equo totũ quod esset inferius deberet esse os: ⁊ totũ quod esset superius deberet esse spiritus ⁊ calor: et totũ quod esset in medio deberet esse caro: sed hoc est falsum sicut patet de se: consequentia tenet: q: ex magis graui generantur ossa: ex magis leuibus spiritus ⁊ calor: ⁊ ex medio modo se habentibus caro ⁊ sanguis: ergo breuiter in mixto opȝ ponere vnam formã regentẽ predicta: aliam a forma elemẽti. ¶ Secundo. si conclusio esset falsa: sequitur quod ferrũ ignitũ et lapis ignitus magis essent silia in substantia q̃ ferruȝ ignitũ et ferrũ frigidũ: sed hoc est falsũ: et ꝯña tenet ex eo q̃ qualitates elementoꝝ maiorẽ conuenientiã habent adinuicẽ in ferro ignito: et lapide ignito q̃ haberẽt in ferro ignito et ferro frigido. ¶ Tertio arguit̃ sic. seq̃tur q̃ alteratio eẽt gñatio: q̃ est contra prius dicta: ꝑbatur ꝯña: nã postq̃ sm aliã et aliã proportionẽ elementoꝝ adinuicẽ fieret mixtũ alterius et alterius speciei: per solã alterationẽ elementoꝝ adinuicẽ mutaretur nomen specificũ: modo sicut prius dicebatur cũ fit mutatio nominis speciei: tunc est generatio substantialis. ¶ Secunda conclusio probatur. nã si forme elementorũ manerẽt in mixto secundũ earũ esse intensum et perfectũ:

sequitur ꝙ in mixto forma ignis staret sub maiori densitate ⁊ sub maiori grauitate sine eius corruptiõe ꝗ̃ stet forma aq̃: sed hoc est falsum: ⁊ consequentia patet: nã taliter staret in lapide marmoreo: sed falsitas consequentis probatur: nam si sic sequitur quod nunꝗ̃ aqua ex igne posset gñari: ⁊ hoc est falsum. ⁊ ꝯña probaẗ ex eo ꝙ nunꝗ̃ aqua posset trahere ignẽ ad dispositiones ita et incõuenientes quin sub dispositionibus sibi plus incõueniẽtibus posset stare: nunꝗ̃ enim aqua traheret ignẽ ad tantã densitatem ⁊ grauitatẽ: sub quanta stat in lapide marmoreo: ⁊ si sic: nunꝗ̃ aqua ex igne gñabit aquã. ¶ Secundo ad ignẽ arguitur sic. si forme substantiales elementoꝝ manerẽt in mixto ẜm earum esse pfectum sequitur ꝙ quodlibet elementoꝝ si maneret in mixto esset ibi violente; ꝯña patet ex eo ꝙ violentũ est igni stare sub caliditate remissa; ⁊ similiter violentũ est aque stare sub frigiditate remissa: patet hoc ex eo ꝙ ꝗ̃diu aqua stat sub frigiditate remissa; si nõ ꝓhibeatur: reducit se ad frigiditatẽ pristinam: non est verisile ꝙ ita diu elementa manerẽt in mixto violenter. ¶ Tertio. forme substãtiales elementoꝝ perfecte sunt incõpossibiles ⁊ determinãt sibi qualitates cõtrarias icõpossibiles ideo si ponãtur ẜm earũ esse perfectã manere in mixto hoc oporteret esse per iuxta positionẽ elementoꝝ ex eo ꝙ iste forme nõ possunt se cõpati in eadem materia: ⁊ tunc oporteret formã mixti esse expansam per formas elementoꝝ sic iuxta se inuicẽ positoꝝ: ⁊ sic oporteret in eadẽ particula ponere formã elementi ẜm esse perfectum: ⁊ vnam particulã forme mixti: ⁊ sic idẽ esset elementũ ⁊ mixtũ: quod est incõueniens: ex eo ꝙ ipsa differunt specie: ⁊ non solũ esset mixtũ qualitatiue: imo esset mixtum substantialiter in quo est forma mixti vel pars eius. ¶ Quarto. nõ videtur verisimile ꝙ in lapide qui iacet in profundo maris sit purus ignis substantialiter ⁊ nõ corrũpatur valde cito. ¶ Tertia cõclusio probatur. nã dato opposito conclusionis: forme substantiales elementorum essent intensibiles ⁊ remissibiles qḋ est contra prius dicta. ¶ Scḋo. sequitur ꝙ sicut ex caliditate ⁊ frigiditate resultat vna qualitas media: ⁊ similiter ex humiditate ⁊ siccitate: ꝙ ita etiam ex forma substantiali ignis: ⁊ ex forma substantiali aque per earũ remissionẽ adinuicem resultaret vna forma substantialis media: ⁊ similiter ex forma substantiali aeris ⁊ terre vna alia media distincta specie a prima: ⁊ si sic: tũc quodlibet mixtũ esset diuersaꝝ specieꝝ: quod est inconueniens: ꝯña tenet ex eo ꝙ per totã suã materiam essent extense due forme substantiales distincte specie adhuc non subordinate.

Quantum ad secundum sit prima cõclusio: ꝙ elemẽta nõ manent in mixto ẜm earũ formas substãtiales. ¶ Secunda conclusio. ꝙ nec ẜm earum formas accidẽtales seu qualitates que sunt caliditas frigiditas ⁊c. ¶ Tertia cõclusio. ꝙ in gñatione mixti gñantur due qualitates: quarum vna est media inter qualitates actiuas scilicet caliditatem ⁊ frigiditatẽ: ⁊ alia est media inter qualitates passiuas scilicet humiditatem ⁊ siccitatẽ: quequidẽ media inter qualitates actiuas frigidius in mixto in quo est calefacit: ⁊ calidius frigefacit: ⁊ similiter media inter passiuas: humidius exiccat: ⁊ siccius humectat: ⁊ per hoc tales qualitates medie differũt a primis qualitatibus elementoꝝ. nam qualitates elementorũ ꝗ̃uis sint remisse: sicut si caliditas ignis esset remissa: non propter hoc frigefaceret: qualiter facit qualitas actiua ipsius mixti. ¶ Prima conclusio probatur. nam elementa non manent in mixto secundum formas substantiales eorum intensas nec remissas: sicut probatum est. ergo nullo mõ. ¶ Secundo. si manerent: sequitur qḋ in omni generatione simpliciter fieret resolutio vsqꝫ ad materiam primam: et hoc est falsum: et probatur consequẽtia: pro tãto ꝙ forme substãtiales elementorum manent cũ forma mixti post generationeꝫ que prefuit in materia ante generationem: falsitas consequẽtis patet: nã tunc subiectũ generatiõis esset ens in actu scilicet compositũ ex materia et forma elementi: et per consequens generatio esset alteratio quod est contra dicta. ¶ Secunda conclusio probatur. nam si qualitates elementorum manerent et non forme substantiales ipsorum: sequitur quod accidens migraret de subiecto in subiectum: sed hoc est falsum: et consequentia videtur tenere ex eo quod illud accidẽs qḋ prius fuisset in elemento tanꝗ̃ in subiecto: postea esset in mixto. ¶ Tertia cõclusio probatur. nam mixtum dicimus esse calidum et frigidũ: humidum et siccũ: ⁊ cũ hoc nõ sit ꝑ qualitates elementorũ: vt patet ex secunda cõclusione: cum ille qualitates sint contrarie: ⁊ contraria non possunt esse simul in eodem subiecto: videtur quod hoc sit per qualitates medias inter actiuas et passiuas: modo q̇ dicebaẗ in ꝯclusiõe.

Quantum ad tertium: dubitatur: si elementa non manerent in mixto: sequitur quod mixtum esset eque simplex sicut elementum; sed hoc est falsum: consequẽtia tenet: nam in mixto non essent plus ꝗ̃ materia prima ⁊ forma: sicut est in elemento simplici; et hoc si elementa non manent in mixto. ¶ Scḋo. nã si nõ manerẽt: sequitur ꝙ forme mixtorũ nõ reciperẽtur in materiis mediantibus formis elemẽtorũ: alr̃ eñ elementa nõ magis viderẽtur esse ꝑncipia mixtoꝝ ꝗ̃ econuerso. ¶ Tertio. nã Aristo. hic in primo dicit: guttam aque nõ misceri amphore vini; ꝓpter hoc ꝙ aqua corrumpiẗ ac si velit dicere: mixtibilia in mixtione non debere corrũpi sed manere. ¶ Quarto. nam quinto metaphysice dr̃ ꝙ elemẽtum est ex quo fit aliquid cum insit nõ modo hoc esset falsum vt videtur: si elementa non manerent in mixto. ¶ Quinto. nam dr̃ primo celi: ꝙ mixtũ mouetur ad motũ elementi ꝑdominantis: modo hoc est falsum: nisi elementa vel aliq̇d eorũ maneret in mixto. ¶ Sexto. nã si nõ manerent sed corrũperẽtur: vel ergo oĩa corrũperẽtur: ⁊ hoc non: q̇ tunc mixtũ esset mixtũ ex non entibus: ⁊ sic non videtur vnde corrũperetur elementũ predominans: vel aliqua corrũpuntur ⁊ aliqua nõ ⁊ hoc non; quia non esset mixtio sed alligatio ⁊ gñatio vnius elementi ex pluribus vel plurium ex pluribus. ¶ Septimo arguitur experiẽtiis. nam videmus in ligno viridi posito ad ignem: in extremo eius extra ignem exit humor: qḋ non esset nisi ille prefuisset in mixto: silr̃ videmus ꝙ ex rosis que sunt quedã mixta extrahitur aqua que vocatur rosea. silr̃ si cũ ferro percutiẗ lapis: exit ignis: qḋ nõ videẗ debere fieri nisi ille ignis prefuisset in aliquo illoꝝ corporum vel in ambobus.

Ad ista dubia. ¶ Ad primũ dico quod elementũ est aliquid simplex sicut mixtũ simplicitate que opponitur ꝯpositioni ex materia ⁊ forma substãtiali. mixtũ eñ nõ habet plus quo ad cõpositionẽ eius substantialem ꝗ̃ suam materiã ⁊ suã formã; sicut nec elementum: sed tñ cõpositione accidẽtali ipsum mixtum quolibet elemento est cõpositiuꝫ ad istũ intellectũ ꝙ mixtũ habet qualitates que possunt calefacere et frigefacere humectare ⁊ exiccare: nullũ autẽ elementum habet qualitates que hec oĩa possint facere. Unde mixtum dr̃ mixtum. primo ex eo ꝙ non habet aliquam qualitatem ꝑmam in summo: sicut tamen habet quodlibet elementum. Scḋo. q̇ mixtũ habet qualitates medias: sic qḋ si fieret ab illis versus qualitates primas in summo: hoc esset contra naturã mixti: ⁊ ecõuerso: mixtũ si posset reduceret se ad qualitates medias pristinas: sic aũt non est de elemento. vnde sĩ elementũ habet qualitatẽ mediã nõ appetit manere sub illa nec appetit se reducere ad illam: sed magis ab illa ad qualitatem suaꝫ: sicut patet de aqua tepida. Et per hoc possumus cognoscere quando aliquod qualificatũ qualitate media est mixtũ substãtialiter vel simplex. vnde si videamus illud manere sub illa qualitate media: quolibet extrinseco vel iuuãte amoto: illud dicitur mixtum substantialiter; sed si nõ videmus ipsum manere sub illa qualitate media: sed ipsum tẽdere ad aliquã qualitatẽ summã; sicut pꝫ de aqua calefacta: dicim⁹ hoc nõ esse mixtũ substãtialr̃: ꝗ̃uis sit accidẽtalr̃. Tertio mixtum cognoscitur esse mixtum substantialr̃ ꝑ hoc ꝙ hꝫ istas qualitates sensibiles: q̇ sũt color odor sapor ⁊ hmõi; quas nõ hꝫ purũ elementũ: ⁊ iõ aquã q̇ est magis insipida dicimus eẽ propinquiorẽ puro elemẽto aq̃ ꝗ̃ q̇ est magis sapida; ⁊ ꝓpẗ hoc aq̃ salsa sicut est aq̃ maris: minus est ꝓpinqua elemento puro aq̃ ꝗ̃ sit aq̃ hñs minus de sapore aliq̃; ⁊ hoc videbiẗ in scḋo. ¶ Ad scḋm dubiũ: dico q̇ Cõmen. ponit elemẽta manere in mixto: ipse dixit formas mixtoꝝ recipi ĩ suis materiis mediãtibus formis elemẽtoꝝ: ⁊ iõ Cõmen. q̇ ad hoc põt negari: nihilomin⁹ possum⁹ exponere formas mixtoꝝ recipi in suis materiis mediãtibus formis elemẽtoꝝ .i. mediãtib⁹ quibusdã dispõnib⁹ derelictis in mã ꝑma ex actiõe ⁊ passiõe elementoꝝ adinuicẽ. Et qñ ẽt dr̃ nõ magis elemẽta deberẽt ⁊c. negaẗ hꝫ: q̇ ad cuiuscũqꝫ mixti gñationẽ opꝫ vel oportuit mediate vel imediate cõcurrere elemẽta: hꝫ aũt nõ opꝫ ad gñationẽ elemẽti. Et dico mediate vel imediate: ꝓpter hoc ꝙ aliquando ex mixto gñatur mixtum: sed tamen quia aliquãdo

deuenitur

deuenitur retrocedendo ad aliquod mixtũ quod gñabitur ex elementis: dixi quodlibet mixtũ gñatur ex elementis mediate vel immediate: sed quia bene est aliquod elementũ qđ nunq̃ gñabatur ex mixto nec mediate nec immediate: sed ex vno alio elemento: ideo debemus magis dicere elemẽta esse principia mixtoꝝ q̃ econuerso. ¶ Ad tertiũ quando dicitur gutta aq̃ ꝛc. dico ꝙ hoc Aristo. noluit ꝙ in mixtione oportet mixtibilia manere: sed bñ voluit ꝙ cum vnũ mixtibiliũ corrũpitur ꝛ reliquum manet: tunc non est mixtio perfecta: sed est gñatio ꝛ alligatio: sed cũ mixtibilia oĩa corrũpuntur: tunc est mixtio perfecta: qualiter nõ est in mixtione gutte aque cum amphora vini. ¶ Ad quartũ dico: ꝙ Aristo. v. meta. per elementum intelligit materiam primã: ꝛ sic illa autoritas non est contra nos. ¶ Ad quintũ: quãdo dicitur mixtũ mouetur ad motũ elementi predominantis: intelligitur sic: ꝙ mixtum mouetur ẞm dispositionẽ derelictam in ipso ab elemẽto predominante in mixtione. ¶ Ad sextũ dico: ꝙ oĩa corrumpuntur: ꝛ quando đr aliquid esset mixtũ ex non entibus: negatur consequentia: qꝛ ex quo mixtũ est terminus ampliatiuus alterius termini: ad supponẽdũ pro eo qđ est vel fuit: sicut est hic terminus gñandum. ideo hec est concedenda: aliquid mixtum ex non entibus que sunt vel fuerunt: sicut hec concedit homo est genitus ex senitute: non quod est: sed quod fuit. Ulterius quando đr non videtur vnde corrumpatur elementũ predominans: dico ꝙ si elementũ predominãs tantũ predominetur alijs tribus ꝙ illa tria nõ possint ipsum corrumpere non fit mixtio: sed tunc illud elementũ trãsmutat illa tria in suam naturã. si vero illud elementum non tantũ sit predominans quin ipꝫ per oĩm aliorum elementoꝝ actionẽ ꝛ reactionem adinuicem cũ alijs corrũpatur: tunc fit mixtio ꝛ gñatio mixti ꝛ nõ elementi. ¶ Ad septimuꝫ de experientijs: dico ad primã ꝙ ille humor qui exit a ligno: ꝛ silr̃ qui trahitur a rosa non est aqua pura que sit elementum: sed habet se proportionaliter in his: sicut sanguis in corpore alalis. ꝙ autem talis humor non sit elementũ patet eo qꝛ habet colorem odorẽ ꝛ saporem: quod non contingit puro elemento aque. ¶ Ad aliã quando dicitur de ferro ꝛc. dico ꝙ ille ignis non p̃fuit in his corporibus percussis adinuicẽ: sed a lapide separãtur q̃dam parue particule q̃ per motũ ꝛ confricationem igniuntur.

Ad rationes principales Ad primã respõdetur per hoc Aristo. intellexit ꝙ nec corrũpantur ambo nec alteꝝ eorum in vnum alterũ elementum. sed bene in mixtum qđ ex ipsis corruptis gñatur de nouo: ꝛ sic bene dixit Aristo. ipsa manere in mixto in potentia: non tamen in actu: hoc est materiã eorum manere que est quedã potentia ꝛ non eaꝝ formas que sunt quidã actus. Et dixit: saluatur enim virtus eorum: hoc est quedã dispositiones eoꝝ derelicte in materia ex actione ꝛ passione eoꝝ adinuicem. ¶ Ad scđam dico: ꝙ mixtio bñ est primo alteratoꝝ: postea tamen corruptoꝝ vnio. vñ ad hoc ꝙ materie elementoꝝ vniãtur ꝛ continuẽtur adinuicem per formã mixti: oportet ꝙ primo elementa alterent se inuicem: deide corrũpant se ꝛ generetur forma mixti. ¶ Ad tertiam dico: ꝙ bene est simile quo ad hoc: ꝙ sicut ĩ ista syllaba ab: quelibet istarum literarum a. ꝛ b. dimittit sonum suũ perfectum: ita in mixtione quodlibet mixtibilium remittitur ẞm eius qualitatem quã sibi determinat: sed est dissimile in hoc qꝛ in ista syllaba ab: manent tã hec litera a. q̃ hec litera b. sic autem non est de mixtibilibus respectu mixti.

Questio.XX.



Queritur vtrum mixtio sit possibilis. ¶ Et arguitur primo ꝙ non: nam si sic: aut ipsa fieret per iuxta positionem mixtibilium: aut per penetrationem: sed nullo modo potest fieri: ergo ꝛc. primo nõ per iuxta positionẽ: nam si sic: non quelibꝫ pars mixti esset mixta: nec etiam per penetrationem: nam tunc plura corpora essent in eodem loco primo quod est contra Aristo. iiij. physico. ¶ Secundo. si questio esset vera: vel ergo mixtio fieret mixtibilibus remanentibus in mixto vel ipsis corruptis: non primũ: qꝛ hoc esset contra precedentem questionem: nec ẞm quia tunc mixtum esset mixtũ ex non entibus. ¶ Tertio. forme mixtoꝝ gñantur subito: forme aũt elementoꝝ corrumpuntur successiue: ergo mixtũ nõ gñatur ex elementis: qđ tñ fieret si mixtio esset possibilis. ¶ Quarto: si mixtio esset possibilis: vel hoc esset naturaliter vel violenter: non naturaliter: qꝛ tunc in mixto mixtibilia leuia deberent ascendere ꝛ grauia descendere: qđ tamen non fit: nec violẽter ex eo ꝙ mixtũ est res naturalis. ¶ Quinto. si mixtio esset possibilis: cum ad mixtionẽ requiratur diuisio mixtibiliũ: vel ergo aliqua pars maneret indiuisa: vel nõ si sic: tunc est iuxta positio: si nõ: tunc quodlibet mixtibiliũ diuidetur tantum quantum potest diuidi: ꝛ est diuisum quantum poterat diuidi.

In oppositum est Aristo. ꝛ oppositum apparet ad sensum. vnde videmus de vino ꝛ aqua ꝛ pluribus alijs ꝙ possunt vniri adinuicem. ¶ In ista questiõe. Primo ponã distinctiones. secundo rñdebo ad questionẽ tertio mouebo quedam problemata circa istam materiam ꝛ soluam.

Quantum ad primum sciendum quod mixtio vno modo capitur pro iuxta positione pluriũ retinentiũ formã ꝛ figurã ipsoꝝ. Et illo modo capitur cum dicitur hordeum misceri tritico. Alio modo capitur pro iuxta positione partium aliquaꝝ valde paruaꝝ sensibiliũ: sicut fit in mixtione lane ꝛc. Tertio modo pro iuxta positione partiũ insensibiliũ: sicut fit in contritione pluriũ specierũ in mortario. Quarto dicitur mixtio ꝓprie dicta ad quã requiritur ꝙ quelibet pars mixti sit mixta tã sensibilis q̃ insensibilis. ¶ Secunda distinctio mixtũ tali mixtione: quoddã dicitur mixtũ homogeneũ cuius quelibet pars est similiter mixta sicut alia. aliđ dicitur mixtũ heterogeneũ: cuius quelibet pars est mixta nõ tamen similiter est mixta sicut alia. Et intelligitur illud de partibus integralibus ꝛ non essentialibus: sicut sunt materia ꝛ forma. ¶ Tertia distinctio est: aliquid dicitur mixtũ ꝑ modũ termini ad quẽ: aliquid autem per modum termini a quo. Exemplũ primi: sicut mixtũ qđ generatur ex elemẽtis. Exemplum secundi. sicut sunt quatuor elementa.

Quantum ad secundum pono istam cõclusionem: mixtio proprijssime dicta est possibilis: pꝫ qꝛ aliter mixtũ non haberet vnã formã continuã: nisi quelibet pars mixti esset mixta siue sensibilis siue insensibilis.

Quantum ad tertiũ. pro declaratione istius materie moueo aliqua problemata. Quoꝝ primũ est: qualiter fiat mixtio. ¶ Ad hoc respõdetur: ꝙ fit isto modo ꝙ mixta diuisa in paruas particulas agunt ꝛ reagũt adinuicem tãdiu ꝙ oĩm illarũ particularũ forme substantiales elemẽtales corrũpuntur: ꝛ tunc de totali massa cõposita ex istis particulis educitur forma substãtialis mixti: per cuius eductionẽ ille materie fiunt continue: q̃ prius erãt contigue cum stabant sub formis elemẽtaribus. ¶ Ex isto sequitur: quod ad mixtionem vel ad generationeꝫ mixti non sufficit sola iuxta positio partiũ: sed etiã requirit̃ cõtinuatio. secundo. ꝙ nõ fit in infinitum talis diuisio mixtibilis: sed stabit ad partes minutas. tertio sequit̃. ꝙ oĩs mixtio est gñatio: sed non cõuertitur: patet hoc: qꝛ mixtio connotat ꝙ multa corrumpantur et fiat vnum ex his: modo quandocũq; est hoc: est generatio: et non semper quando generatio est fit hoc: nam aliquãdo est generatio ꝛ tamẽ non corrumpuntur mixta sed vnũ: sicut fit quando ex mixto generatur mixtum. ¶ Secundum dubiuꝫ est hoc: si mixtio posset fieri sine diuisione talium miscibiliũ adinuicem. ¶ Respondetur quod sic: qꝛ quando fit diuisio ad partes paruas: tunc ille partes parue miscentur sine earum diuisione similiter si a. iuxta ponatur b. possibile est qđ ex actione et reactione eorum adinuicem ambo corrumpantur: et generetur vnum medium temperatum. ¶ Tertiũ dubium est: si simile possit misceri simili. ¶ Respondet̃ qđ non quia ad omnem mixtionẽ ꝓprie dictã requiritur actio ꝛ passio mixtibilium adinuicẽ: modo simile nõ agit in sibi simile: prout dictũ est. scđo. qꝛ in mixtiõe ꝓprie dicta opꝫ ꝙ vtrunq; mixtibiliũ corrũpatur ab alio: sed modo simile non corrũpit̃ a suo simili: ꝛ per consequẽs nõ possunt misceri adinuicem. ¶ Sed diceres tu cõtra: mã aqua bene miscetur aque q̃ sunt silia. ¶ Respõdetur ꝙ non. vnde cũ aqua funditur ad equã bene ibi fit solũ diuisio: ꝛ nunq̃ iuxta positio particularũ: ꝛ qꝛ ille particule sunt eiusdẽ nature ibi fit continuatio illarũ ꝑticulaꝝ ꝛ nullius corruptio ꝓpter q̃ cõtinuationẽ credẽ ẞq simplicibus ꝙ ibi sit mixtio ꝓprie dicta: q̃uis nõ sit in rei ve

xitate. ¶ Quartū dubium est de illa diuisione cum vtrunque mixtibilium sit homogeneū: quod si diuisio cadat in vno puncto [illegible] bene pari rōne cadat in alio; et sic in infinitum videtur [illegible] diuisio. ¶ Respondetur quod naturaliter loquendo est impossibile quod vbique sit eq̄lis mixtio et possibilitas ad diuidendū tam ex parte diuidentis quam diuisi: quia in infinitum modica variatio sufficit: et ideo per actionē celi vel ratione alicuius alterius est difformitas. vnde licet b. sit homogeneū: tamen impossibile est quod per tēpus maneat vniforme in aliqua sui qualitate. ¶ Quintū dubiū est: si mixta debeāt esse eq̄ potētia vel vnū tantū debeat dominari. ¶ Rūdetur quod impossibile est quod diu essent eque potentia propter actionē celi. Scd̄o dico; quod si alterū dn̄etur in tantū quod non possit fieri tanta reactio in ipm quod ipm cū alijs corrumpatur: tunc nō fit mixtio: sed illud conuertit alia in suā naturā. tertio: dico quod nō sufficit qualiscunque reactio: sed requiritur tanta quod mixta simul corrumpantur: et [illegible] Aristo. agens et passum debere cōicare in materia: [illegible] adequata potentijs: non quod sint totaliter equalia: sed sic quod alterū non tantū dominetur quin alia per actionē earum in ipsum sufficiant ipm corrūpere simul cū ipsa corrūpuntur. ¶ Sextum dubiū est. vtrū simplex possit misceri alteri sim[illegible] mixtum. Respondeo dicendo quod non: quod probo sic: nam illa elementa vel habent symbolum vel non: si primū: tunc per actionē illorū adinuicem vnū transmutabit aliud in suā naturā: et sic nō fiet gn̄atio mixti sed generatio vnius elementi ex alio; si dicitur scd̄m: tūc ex actione ipsorū adinuicem gn̄atur vnū elementū tertiū distinctum ab eis et nō mixtū prout valde bene probat Aristo. secūdo huius. ¶ Septimū dubiū est: qualiter elementa veniunt ad mixtionem. Respondetur quod aliquando vnum mixtū gn̄atur ex alio mixto: et tunc ad gn̄ationem talis mixti non oportet quod denuo concurrant elemēta: et non oportet ibi venire ascendendo vel descendēdo de suis spheris seu locis eorum naturalibus: sed aliqn̄ generantur ibi per actionē celi: vel per alterationē et motū vel aliquid hm̄oi. verū est tn̄ quod etiam aliqn̄ ad mixtionē elementa veniunt vel aliquod eorū de [illegible] naturali. ¶ [illegible] si mixtum mixto posset misceri. ¶ Respondeo quod sic. vnde aliqn̄ per diuisionē duorū mixtorū contrariorū adinuicē et iuxta positionē particularum eorū potest fieri alteratio illarū particularū adinuicem tādiu quod illa mixta corrūpuntur: et ex eis tertiū generatur. ¶ Nonū dubiū est; propter quid aliqua sunt faciliter miscibilia [illegible] non. ¶ Respondeo quod aliqua possunt esse faciliter [illegible] quia ambo sunt parua. secundo. quia [illegible] ciliter diuisa: nā tunc per eorū diuisionē paruū potest applicari paruo: et tunc faciliter miscetur. tertio quādo sunt bene passiua: et ideo propter causam oppositam stannum nō faciliter miscetur plumbo. Ulterius dico quod cause opposite faciunt difficultatē: et si nimis intense: faciūt difficultatē: imo impossibilitatē. Ex isto patz: quare aliqua non possunt misceri. ¶ Decimū dubiū est: si simplex posset misceri cum mixto. ¶ Rūdetur ceteris paribus quod nō: quia simplex nimis dominaturi cum habeat vnam qualitatē in summo: et ideo mixtum in suā naturā transmutaret: sed tamen posset esse mixtū ita magnum: et ita intense reagere quod fieret mixtio et corruptio mutua. Et ideo si simplex esset equale vel maius mixto: non posset sibi misceri: sed posset esse ita paruum quod bene. ¶ Undecimū dubium [illegible] ¶ Respondeo quod [illegible] nam si aqua esset ita parua: et vinū esset ita multū quod fieret ibi cōuersio aque in vino per actionē vini in aquam: fieret augmē[illegible] que presupponit nutritionē. ¶ Duodecimū dubium est: propter quid mixtū animatū nō augetur: nec nutritur a simplici: sicut mixtū inanimatū. ¶ Respondeo quod hoc est ideo: quia virtus anime non sufficit alterare et digerere quodcunque difficile [illegible] qui debet nutrire et augere habeat aliqualē similitudinē cum augēdo [illegible] aliquam qualitatem in summo de qualitatibus primis. Ex hoc vlterius sequitur quod mixtum animatum nō pōt nutriri ex puro elemento. Ex isto etiam redditur causa: quare aliqua faciliter nutriūtur et aliqua difficiliter. ¶ Tredecimum et vltimū dubiū est: que sit causa quod quelibet pars mixti sit mixta: cum ignis applicatus alicui mixto resoluat vnam partem in cineres: aliam in fumum: aliam in flammā: sicut cum ignis applicatur ligno. Et vnius alterius mixti quālibet partem resoluit in flammā sicut cum applicatur oleo. ¶ Respondetur quod hoc est propter heterogeneitatem mixtionis illius ligni et homogeneitatem mixtionis illius olei.

Ad rationes principales Ad primā respondeo et dico quod primo fit per iuxta positionē: postea tn̄ per earū corruptionē et tūc per inductionē forme substātialis mixti q̄libet pars est mixta. ¶ Ad secundā quando dicitur vel mixta manerēt etc. dictū est in alia questione. ¶ Ad tertiā: dico quod ita bene forme mixtorū gn̄antur successiue quo ad partes eorū quātitatiuas et nō quo ad partes eorū graduales: sicut corrūpūtur forme elementorū. ¶ Ad quartam consimili modo respondetur in alia questione. ¶ Ad quintā dico: quod imo multe remanent indiuise. et quando dicitur: ergo est solum iuxta positio: negatur consequētia: quia cū ille partes miscibiliū ponuntur: fit actio et alteratio eorū adinuicem tādiu quod quelibet eorum ponuntur corrumpi: et generatur vna forma mixti per quā quelibet pars mixti est mixta. Et hoc illius mixti quod dicitur mixtum per modum termini ad quem.

Questio. XXI.

Queritur vtrum mixtio sit naturalis. Et intelligitur de mixtiōe de qua Aristo. intellexit primo huius: scz de mixtione proprie dicta: cuius quelibet pars dr̄ mixta. ¶ Et arguitur primo quod non: quia mixtio elementorū non potest esse sine congregatione ipsorū: congregatio aūt elemētorum est violenta: patet; quia ad hoc quod elementa congregentur oportet quod aliqua eorū que sunt grauia ascendant: vel quod leuia descendant: vel quod simul grauia ascendant: et leuia descendant: modo nulliū illorum pōt fieri sine violentia. ¶ Secundo. quia siue talia maneant in mixto formaliter: siue scd̄m eorū virtutes: videtur quod elemēta detineantur in mixto violenter: propter hoc quod virtutes elementorū repugnāt quo ad esse simul: et est eis ita violentum sicut formis substātialibus elementorū. ¶ Tertio arguitur sic. quedā mixtio est artificialis: ergo non oīs mixtio est naturalis: ex eo quod artificiale et naturale distinguūtur: aīs patet per alchimiam vbi aliqua metalla miscentur adinuicem: modo huiusmodi mixtio non est naturalis sed artificialis: quia per artē. ¶ Quarto. quia mixtio est quedā gn̄atio et corruptio scd̄m predicta: sed quedā est corruptio naturalis et quedā violenta: non ergo oīs mixtio est naturalis. ¶ Quinto. mixtio est corruptio mixtibiliū: sed illa corruptio est mixtibilibus violenta ex eo quod est cōtra naturalem inclinationem ipsorū: propter hoc quod quodlibet ens naturale diligit se permanere: ergo non oīs mixtio est naturalis. ¶ Sexto arguitur sic. in mixtione est quedā diuisio cōtinui: modo similiter diuisio continui est violenta ex eo quod continuum naturaliter [illegible] continuū: ergo videtur quod mixtio nō possit fieri sine violentia; quia nō sine diuisione cōtinui. ¶ Septimo arguitur sic. mixtio est quedā alteratio mixtibiliū successiua: sed omnis talis fit cum residentia: ergo in omni mixtione est resistentia: et per consequens violentia et inclinatio ad oppositum. ¶ Octauo arguitur sic. quedā sūt mixta: sicut sunt monstra: que non intenduntur a natura: ergo videtur quod mixtio pro generatione talium mixtorum non sit naturalis.

In oppositum patet ex dictis in alijs questionibus etc. et etiā in oppositū videtur esse Arist. primo huius: in quo determinat de mixtione: et quia non intendit hic determinare nisi de transmutationibus naturalibus: videtur quod mixtio sit transmutatio naturalis: et cum in scientijs demonstratiuis idefinite capiātur pro vniuersalibus: videtur quod omnis mixtio sit naturalis. ¶ In ista questiōe primo ponam aliquas distinctiones. secundo conclusiones similes illis que dicte sunt in precedentibus.

Quantum ad primum sit prima distinctio quod vno modo dr̄ naturale quadam denoīatione extrinseca. Et isto mō dicimus aliquā sciam esse naturalē: puta illam q̄ est de reb⁹ naturalib⁹. Scd̄o mō capit̄ naturale put distiguitur ꝯ violētū: et isto mō dicim⁹ descēsū grauiū eē nālē: et ascensū ipsorū eē violentū. Tertio mō capit̄ put distinguit̄ ꝯ supnālē et isto mō dicim⁹ gn̄ationē esse naturalē: creationē vero nō: sed supnaturalē.


sed supernaturalez. Quarto modo prout distinguit contra animale. Et isto modo dicim⁹ ꝙ quidã est appetit⁹ naturalis: sicut est ille qui fit sine cognitione: sicut est appetit⁹ grauis quo appetit descẽdere: et alius est appetit⁹ aialis: sicut ille qui fit cũ cognitione: ⁊ ille vt sic non dicit naturalis: sed aialis: sicut est appetitus quo animal appetit cibũ cũ mouetur ad ipsum. Quinto modo capit naturale ꝓut distinguit cõtra casuale ⁊ mõstruosum. Et isto modo dicim⁹ monstra que fiũt p̃ter intentionẽ agentis ꝑticularis non esse naturalia. Sexto modo capit ꝓut distinguit cõtra artificiale: sicut capit Aristo. circa principiũ secũdi physicorũ. Adhuc naturale aliquãdo capit ꝓ conuenienti ⁊ innaturale pro discõuenienti: ⁊ isto modo cibũ aliquẽ vni dicimus esse naturalẽ: q: cõueniẽtẽ: ⁊ alteri dicim⁹ esse innaturalẽ: q: discõuenientẽ. ¶ Alia distinctio est. ꝙ violẽtũ vno modo dicit qð est cõtra cõmunẽ cursum nature. scðo mõ: q: est p̃ter intẽtionẽ agentis vel intẽtionẽ passi: hoc est inclinationẽ naturalẽ: q̃q̃dez inclinatio hʒ aliqñ rõnẽ agentis: sicut grauitas in descensu grauis: aliqñ aũt rõne passi ⁊ resistẽtie: sicut cũ graue ꝓijcit sursum. ¶ Tertia distinctio est ꝙ aliqñ aliq̃d dicit artificiale vel volũtariũ vel violentũ respectu agẽtiũ principalium: sicut dicim⁹ ꝙ dom⁹ est res artificialis vel ens non naturale: vel ꝙ mot⁹ seu ꝓiectio lapidis sursuz est violẽta: vel volũtaria. Alio mõ aliq̃d dicit artificiale vel volũtariũ vel violẽtũ ĩproprijssime respectu agẽtiũ applicatorũ: ⁊ isto modo dicimus segetes ⁊ blada esse artificialia: q: incipiunt ab arte ⁊ complent ꝑ naturã. ¶ Quarta distinctio est. ꝙ mixtio põt capi vno modo ꝓ alteratione p̃cedẽte corruptionẽ miscibiliũ et generationẽ forme substãtialis mixti: ⁊ tunc est alteratio successiua. alio modo potest capi ꝓ corruptione miscibilium ⁊ generatione forme substantialis mixti.

Quantum ad secundum sit prima conclusio: ꝙ capiendo voluntariũ siue violẽtũ: qð est p̃ter cõmunẽ cursum nature: quedã est mixtio violẽta: ⁊ hoc inchoatiue: patet hoc de mixtione metallorũ: mixtio eñ metallorum inchoatiue est ab arte: sed alteratio sequẽs illã est naturalis. ¶ Secunda cõclusio. capiendo violentũ qð est contra naturalẽ inclinationẽ passi: ⁊ mixtionẽ pro generatiõe forme mixti: nulla mixtio est violẽta: patet: q: talis mixtio est generatio: cuius subiectũ est materia prima: cui materie prime nihil est violentũ: nec aliq̃d ꝯtra inclinationẽ ipsi⁹ naturalẽ. ¶ Tertia cõclusio est: ꝙ si mixtio capiat pro alteratiõe p̃cedente generationẽ forme mixti: ⁊ violẽtũ capiat pro illo qð est cõtra naturalẽ inclinationẽ passi: dico ꝙ mixtio est violẽta: patet hoc: q: talis est cũ resistentia passi ad agẽs: ⁊ talis mixtio seu alteratio: q̃uis sit violẽta: et innaturalis ex ꝑte passi: non tamẽ ex parte agentis. ¶ Sed diceres tu: mixtio capiendo mixtionẽ pro generatione et introductione forme mixti est terminus mixtionis capiendo mixtionem pro alteratione precedẽte: sicut clarũ est de se: ergo si vna earũ nõ est violenta: nec alia. ¶ Respondet negando consequentiã: et ratio huius est: q: subiectũ vnius est materia prima: cui nihil est innaturale: subiectũ vero alteri⁹ est cõpositũ ex materia et forma: et illi bene aliquid est innaturale et contra ĩclinationẽ eius naturalẽ. Finaliter ergo capiendo mixtionem pro introductione forme mixti: et violentũ prout violentum dicitur quod est cõtra naturalẽ inclinationẽ passi: nulla mixtio est violenta: sed q̃libet est naturalis: q̃uis bene inchoatiue possit esse ab arte: et pro alteratione preuia possit esse violenta.

Ad rationes. ¶ Ad primã cõcedo mixtionẽ inchoatiue esse violentã: nihilomin⁹ se quit postea mixtionem naturalẽ. ¶ Ad secundã: sicut dicebat prius: nec forme elementorũ remanent in mixto: nec qualitates ipsorum: sed in mixto bene sunt qualitates medie: vna inter actiuas et alia inter passiuas: que sunt mixtiones naturales: et innaturales: sicut qualitates elementorũ sunt elementis naturales. ¶ Ad tertiũ dico: ꝙ mixtio metallorũ bene inchoatiue est violenta et artificialis: nihilominus postea sequit mixtio naturalis. ¶ Ad quartã quintam sextam et septimam patet in expositione questionis. ¶ Ad octauam dico: ꝙ q̃uis monstra fiant preter intentionem nature agentis particularis: non tamen nature agentis vniuersalis: que est prima causa. vnde respectu eius nihil dicitur casuale vel fortuitum: ex eo quod omnia que fiunt ab ea: fiunt cum prescientia et non preter intentionem: et sic monstra adhuc possunt dici entia naturalia. Similiter mixtio precedens generatiõez ipsorum debet dici naturalis: vel innaturalis sicut mixtio precedẽs generationẽ mixtorũ non monstruosorum.

¶ Et hec de primo libro de generatione ⁊ corruptione dicta sufficiant.

Questio. I.



Circa secundũ librum queritur primo. Utrũ sint quatuor qualitates prime: nec plures nec pauciores. ¶ Et arguitur primo qð solũ sit vna. quia illud quod per superabundantiam dicitur vni soli conuenit: sed primuz dicitur per superabundãtiã cũ sit suplatiui gradus: quare inter qualitates videt esse solũ vna prima. ¶ Secundo videt ꝙ sint solũ due: q: sicut due actiue ⁊ solum due passiue: due actiue scʒ caliditas et frigiditas: due passiue scʒ humiditas ⁊ siccitas: sed actiue sunt priores passiuis: ergo ⁊c. ¶ Tertio q: si qualitates prime essent quatuor hec essent caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas: sed hoc est falsum: q: lumẽ est vna q̃litas prior aliis: ergo ⁊c. ¶ Quarto sicut se habet mot⁹ localis ad motũ alterationis quo ad prioritatẽ ⁊ posterioritatẽ: ita videt se habere q̃litates motiue localiter ad qualitates alteratiuas: sed ita est ꝙ motus localis est prior motu alterationis: est eñ causa motuum localium et aliorum: sicut patʒ de motu locali celi: ergo videt ꝙ q̃litates motiue localiter q̄ sunt grauitas ⁊ leuitas sunt priores q̃litatib⁹ alteratiuis: que sunt caliditas: frigiditas: humiditas: ⁊ siccitas.

In oppositum est Aristoteles secũdo huius et silr quarto meteo. vult eñ esse quatuor qualitates primas hic et ibi: q̄ sunt: caliditas: frigiditas: humiditas: ⁊ siccitas: et non plures nec pauciores. ¶ In ista questione Primo ponende sunt alique distinctiones de qualitatib⁹. Secundo ponende sunt conclusiones.

Quãtum ad primum sciendũ est quod duplices dicuntur qualitates: quedã sensibiles per se: sicut caliditas frigiditas ⁊c. ⁊ silr odor ⁊ sapor ⁊ hmõi: q̃dã aũt dicunt insensibiles. i. nõ sensibiles per se: q̃uis forte per accidens: sicut est influentia celi: sicut sunt quedã virtutes lapidũ ⁊ herbarũ. ¶ Scða distinctio: qualitatũ sensibiliũ: q̃daz nõ cõsequũtur actionẽ qualitatũ cõtrariã actiuarũ ⁊ passiuarũ adinuicẽ: q̃dã vero has cõsequunt. exẽplũ primi: sicut est influẽtia celi seu qualitates influxe nobis a superiorib⁹. Exẽplũ secũdi: sicut sunt ꝟtutes et qualitates insensibiles lapidũ p̃tiosorũ ⁊ herbarũ. ¶ Tertia distinctio. qualitatuz sensibiliũ: q̃dã sunt q̄ nõ generant ex actione q̄ fit ratiõe cõtrarietatis ꝓprie dicte: sed ex solo motu locali: sicut sũt iste qualitates sensibiles: figura: son⁹: ⁊ hmõi. alie sunt q̄ gñant ex actione q̄ fit ratiõe cõtrarietatis ꝓprie dicta: sicut sũt iste qualitates odor ⁊ sapor ⁊ hmõi. ¶ Quarta distinctio: qualitatũ sensibiliũ: q̃dã sunt actiue actiõe corruptiua: sicut sunt caliditas frigiditas ⁊c. q̃dã ꝟo nõ sunt actiue actione corruptiua: sicut albedo: nigredo: color: sapor: ⁊ hmõi. Et notãter dico corruptiua: q: albedo ⁊ nigredo bene sunt actiue in visum: sed hoc nõ est actiõe corruptiua: ⁊ cũ abiectione cõtrarij. ¶ Quinta distinctio. qualitatũ sensibiliũ: quedã sunt tãgibiles: q̃dã sunt sensibiles aliis sensibus a tactu. Exẽplum primi: sicut sunt iste: caliditas: frigiditas: humiditas: ⁊ siccitas duricies ⁊ mollicies: raritas: dẽsitas: grauitas: et leuitas: et alie reducibiles ad istas. Exẽplũ secũdi: sicut sunt: color: odor: sapor ⁊c. ¶ Sexta distinctio. qualitatũ q̄ cõsequũt qualitates primas: quedam sunt que consequuntur eas simpliciter: sicut raritas et densitas: grauitas et leuitas ⁊c. Unde caliditatẽ consequuntur raritas et leuitas simpliciter sine cõmixtione illi⁹ cũ aliqua qualitate sibi cõtraria. Exemplũ scði. sicut color: odor: sapor: ⁊c: iste eñ nõ cõsequũt qualitates primas simplr: sed ex cõmixtione earũ adinuicem.

Istis distinctionibus positis primo videndum est ꝙ̄ qualitates de numero harū ꝯueniāt elementis. secūdo ꝙ̄ qualitates sint actiue ⁊ ꝙ̄ nō. tertio que sunt per se ⁊ que non. ¶ Quantū ad primū sit prima conclusio. oēs qualitates tāgibiles ꝙ̄ cōsequunt̄ primas simpliciter absqꝫ hoc qđ agant adinuicē cōpetunt elementis: nō tamē oēs simul: sed aliquib⁹ aliq̄ ⁊ alijs alie: patet hoc de raritate ⁊ densitate grauitate leuitate: ⁊ hui⁹ ratio est: nā postq̄ʒ elementis insunt qualitates contrarie cōmixte adinuicem: tunc elementis insunt qualitates ille que consequuntur qualitates ipsorum sine commixtione illarū qualitatum adinuicem. ¶ Secunda conclusio. ꝙ elementis non insunt qualitates ꝙ̄ cōsequunt̄ qualitates primas nō simplr̄: sed cū cōmixtiōe qualitatū nō primarū adinuicē: p₃: nā postq̄ʒ in vno elemēto est cōmixtio qualitatū primarū cōtrariarū adinuicē ⁊c. ī nullo elemēto est aliqua q̄litas sequēs hmōi cōmixtionē. Ex hoc sequit̄: ꝙ in nullo elemēto si sit aliqđ tale de quo itelligunt̄ cōclusiones ponēde ⁊ posite: reperit̄ odor: nec color: nec sapor. Ulteri⁹ sequit̄ ꝙ nulla aqua habēs odorē vel saporē est purū elemētū. Ex hoc vlteri⁹ sequit̄: ꝙ aqua q̄ʒto plus caret colore et sapore: tāto est ꝓpinquior puro elemēto: ⁊ q̄ʒto magis h₃ de his tāto est remotior. ¶ Sed diceret aliqs cōtra: nam si hoc esset verum: sequitur ꝙ pura terra non posset videri q̄ʒtūcūqꝫ obijceret̄ oculo: cōsequētia tenet: q2 nō haberet colorē nec lucē: cū terra pura sit summe opaca: sed si deberet videri oporteret ꝙ hoc esset vel ratione coloris: vel ratione lucis. Secūdo, nā dicit Arist. ꝙ aqua est alba: ergo vr̄ ꝙ elemētis insit color. Tertio. nisi elemētis inesset color: sequitur ꝙ color posset gn̄ari absqꝫ hoc ꝙ generaret̄ ex colore sibi cōtrario: cōsequētia ꝓbat̄. nā sit aliqua materia sub forma elemēti: tūc in illa materia nō est color: deinde fit sub forma mixti: tunc statim in illā materiā erit color: ⁊ non erit gn̄at⁹ ex colore sibi cōtrario postq̄ʒ illū colorē null⁹ ali⁹ color imediate p̄cessit. Quarto ad idē, videt̄ ꝙ color sapor ⁊ hmōi nō cōsequunt̄ cōmixtiones ⁊ proportiones qualitatū primarūʒ adinuicē: nā si sic: sequitur ꝙ q̄ʒcito mutaret̄ talis ꝓportio: tam cito deberet mutari qualitas ꝯsequēs eā ⁊ sic q̄ʒcito aliquod corp⁹ puta paries vel aliqđ huiusmodi calefieret vel frigefieret: deberet mutari ei⁹ color: hoc tamē est falsum. Et cōsequētia tenet: q2 ita cito ꝙ paries calefit vel frigefit mutatur proportio qualitatū primarū. ¶ Ad ista respondetur. Ad primā de terra cōcedo ꝙ nō vr̄. ¶ Ad secūdū q̄n Arist. dixit: aqua est alba: non intellexit de aqua pura: sed de vno mixto saltē qualitatiue qđ tendit ⁊ est ꝓpinquū puro elemēto aq̄. ¶ Ad tertiū, cōcedo ꝙ nō est impossibile colorē gn̄ari et nō ex colore sibi cōtrario q̄n nō manet idē subiectū per se subsistēs sub vtroqꝫ termino trāsmutatiōis: sicut esset ꝯpositū ex materia et forma, sicut fit in gn̄atiōe mixti ex elemētis q̄ʒuis forte hoc nō esset possibile q̄n maneret idē subiectū in actu seu ꝯpositū ex materia ⁊ forma sub vtroqꝫ termino trāsmutatiōis. ¶ Ad q̄rtū est primo sciēdū ꝙ iste qualitates: color: odor: sapor: et hmōi cōsequunt̄ ꝓportionē q̄litatū primarū adinuicē naturalē ipsi mixto. Secūdo sciēdū est: ꝙ hmōi ꝓportio naturalis nō variat̄ ad cuiuscūqꝫ q̄litatis extrinsece aduētū: imo aliq̄n q̄litas extrinseca adueniēs est ita remissa ꝙ nō sufficit variare talē proportionē naturalē: aliq̄n aūt est ita intēsa ꝙ sufficit. Ex hoc ad argumētū dico ꝙ cuʒ aliqđ corp⁹ mixtū frigefit vel calefit ita intēse ꝙ variat̄ proportio naturalis q̄litatū primarū in illo mixto: tunc etiā variant̄: color: odor: et sapor illi⁹ mixti. vn̄ paries posset ita intense calefieri ꝙ mutaret̄ ei⁹ color q̄n̄do aūt qualitas adueniēs est ita remissa ꝙ nō sufficit ⁊c. nō variant q̄litates cōsequētes hmōi ꝓportionē: ⁊ hmōi mixtionē taliū q̄litatū naturalē ipsi⁹ mixti. ¶ Tertia ꝯclusio. in elemētis nō inuenit̄ aliqua qualitas virtualis īsensibilis: sicut est qualitas virtualis lapidis p̄ciosi: p₃: q2 tales qualitates ꝟtuales consequūt̄ cōmixtiōes q̄litatū primarū: mō talis cōmixtio nō reperit̄ in elementis. ex hoc seq̄tur: ꝙ elemēta nō cōferunt ad medicinā nisi quantū est ex parte suarum qualitatuʒ primarum que sunt caliditas frigiditas ⁊c.

Quantum ad secundū sit prima conclusio. nulla qualitas est agens principale: probat̄: q2 si sic: tūc esset principale principiū actiuū sui mot⁹ ⁊ quietis: vt p₃ ꝑ diffinitionē datā secūdo physicoꝝ: sed ꝙ non sit natura p₃ etiā ibidē: ex eo ꝙ oīs natura est substātia: nulla aūt qualitas est substātia. ¶ Secūda ꝯclusio. nulla qualitas p̄ter tāgibiles est actiua. Et intelligo de actiōe ꝙ̄ fit cū cōtrarietate: ⁊ ꝙ̄ est corruptiua: p₃: q2 albū nigro iuxta positū: nigrū nō dealbat: nec nigrū iuxta positū albo: albū denigrat. ¶ Sed dicet aliquis cōtra: sapor odor nō sunt qualitas tangibiles: ⁊ tamen aliq̄n inficiunt aerem: ergo vident̄ esse actiue. ¶ Respōdeo. ꝙ hoc non faciunt nec odor: nec sapor: sed qualitates prime corporum habentiū odorē ⁊ saporē: hec cōclusio d₃ intelligi de qualitatib⁹ sensibilib⁹. ¶ Tertia cōclusio. quedā alie q̄litates sensibiles sunt actiue: p₃ de lumine et de qualitatib⁹ virtualibus herbarū ⁊ lapidū preciosorū. ¶ Quarta cōclusio. qualitatū tangibiliū solum quatuor sunt actiue. s. caliditas: frigiditas: humiditas: ⁊ siccitas. ¶ Sed diceret aliqs: grauitas et leuitas sunt qualitates actiue: q2 motiue localiter: et tamē sunt qualitates tāgibiles: ergo ⁊c. ¶ Respondetur: ꝙ debet intelligi de actiōe alteratiua ⁊ nō alia. vnde videmus ꝙ graue cū iuxta ponitur graui vel leui nō facit ip₃ grauius: et si grauitas alterat: hoc nō est nisi ꝑ accidēs: sic quod mouet corpus quodquidē corpus motum ex motu calefit ⁊ leuefit ⁊c.

Quātū ad tertiū dico: ꝙ sunt caliditas: frigiditas: humiditas: ⁊ siccitas: que inter ceteras sunt actiue q2 sunt priores alijs causalitate. p₃: q2 sunt cause aliarū. Secundo. q2 actio semꝑ fit ratione contactus: ⁊ sic qualitates actiue debēt esse priores: sicut sensus tact⁹ est prior alijs sensib⁹. ¶ Tertio dico: ꝙ solū iste quatuor q̄litates sunt priores alijs causalitate: p₃: q2 ex mixtione earū adinuicē ⁊ nullarū aliarum sequūtur alie qualitates. Quarto dico: ꝙ iste quatuor sunt priores alijs principalitate: p₃: q2 secūdū combinationē earū adinuicē capit̄ numer⁹ elemētorū ꝙ̄ dicunt̄ corpora prima. Quīto dico: ꝙ ille q̄litates sunt priores alijs cōitate: p₃: q2 reperiunt̄ tā in elementis q̄ʒ in mixtis. Sexto dico: ꝙ sunt priores alijs simpliciter: p₃: q2 reperiunt̄ in corporibus simplicib⁹ sine cōmixtione qualitatū cōtrariarum adinuicem. Ex his patet ad quesitum.

Ad rationes. Ad primā si ly prīa exponat̄ negatiue possunt esse multe alie eq̄ prime in suo genere. sed nō possunt esse plura prima si exponat̄ affirmatiue: ⁊ ex hoc glossat̄ autoritas. s. ꝙ ꝑ superabūdātiā dicit̄. ¶ Ad secūdā dico: ꝙ oēs quatuor sunt actiue: q̄ʒuis caliditas ⁊ frigiditas sint magis actiue q̄ʒ humiditas ⁊ siccitas. ¶ Ad tertiā: dico ꝙ q̄stio intelligit̄ de qualitatib⁹ habētib⁹ cōtrariū actiuis: actione ꝙ̄ est ratione cōtrarietatis proprie dicte. ¶ Ad quartam dico: ꝙ nō quilibet mot⁹ localis est prim⁹ motuū: sed solum mot⁹ localis celi: ⁊ ideo si grauitas ⁊ leuitas essent principia actiua talis motus: bene cōcederē ꝙ tūc deberēt dici priores inter qualitates actiuas q̄ʒ predicte quatuor: sed q2 nō sunt principia actiua motus localis celi: ex prioritate motus localis nō pōt argui prioritas grauitatis ⁊ leuitatis inter qualitates.

Questio .II.

Queritur vtrum quatuor qualitatū primarū que sunt caliditas frigiditas ⁊c. due sint actiue. s. caliditas et frigiditas. ⁊ due passiue. s. humiditas et siccitas. ¶ Et arguit̄ prio ꝙ non: q2 si sic: tunc ille due ꝙ̄ dicunt̄ actiue. s. caliditas ⁊ frigiditas deberēt agere in alias ꝙ̄ sunt passiue: sed hoc nō ex eo ꝙ oīs actio fit ratione cōtrarietatis: modo talis caliditas ⁊ frigiditas nō cōtrariant̄ humiditati et siccitati: aliter enim plura essent vni cōtraria: ergo ⁊c. ¶ Secundo. q2 dictū est in alia q̄stione: ꝙ iste quatuor qualitates dicunt̄ qualitates actiue: nō ergo due earū solū sunt actiue et alie due passiue. ¶ Tertio ꝓbat̄ ꝙ caliditas ⁊ frigiditas sunt qualitates passiue: nā vna earū minuit̄ ⁊ patit̄ ab alia postq̄ʒ cōtrariant̄: ⁊ hoc nō esset nisi essent passiue. ¶ Quarto probat̄ ꝙ humiditas ⁊ siccitas sunt qualitates actiue nā sunt qualitates cōtrarie cū ergo ratione cōtrarietatis fiat actio: videtur quod humiditas et siccitas sunt adinuicem actiue. ¶ Quinto. nam dicit Arist. quarto meteo. ꝙ siccum agit coagulationē: ⁊ hoc nō esset nisi siccitas esset qualitas actiua.

actiua. ¶ Sexto. nam humiditas et siccitas sunt quedam forme: forme autem est agere: materie vero pati: ergo humiditas & siccitas dicuntur qualitates actiue sicut caliditas et frigiditas.

In oppositum est Aristote. in isto secundo et quarto meteororũ. ¶ In ista questiõe: primo ponã distinctiones. Secũdo cõclusiones. Tertio mouebo vnũ dubiũ.

Quantum ad primum sit prima distinctio: quod pati dicitur dupliciter. vno modo subiectiue: et de illo non intelligitur questio. alio modo terminatiue: et sic capit in proposito. ¶ Secunda distinctio: aliqd dicit pati adhuc dupliciter. vno modo p se: & isto modo caliditas patit a frigiditate: & econuerso. alio modo p accidẽs. s. q patit: q hoc est huic annexũ: & isto modo humiditas patit annexa caliditati: cũ caliditas patitur a frigiditate. ¶ Tertia distinctio: in proposito potest fieri triplex cõparatio. vna calidi ad frigidũ: vel ecõuerso. alia humidi ad siccũ vel ecõuerso. tertia calidi & frigidi ad humidũ & siccũ: vel ecõuerso.

Quantum ad secundum loquẽdo de actione et passione terminatiue proprie accepta sit prima conclusio. q caliditas & frigiditas sunt actiua & passiua adiuicẽ: patet primo ad experientiã: patet etiã ratione: quia sunt qualitates tangibiles & sunt cõtrarie & prime: mõ prio hui' actio & passio fit ratione contrarietatis. ¶ Secũda conclusio. humiditas & siccitas sunt etiã actiue adinuicem et passiue modo predicto: patet ex eadem ratione. vnde quãdo ignis agit in aquã ipsam corrũpendo: caliditas ignis corrumpit frigiditatem aque: sed non humiditatẽ: propter hoc q nõ est sibi contraria: sed illa humiditas corrumpitur a siccitate ipsius ignis. ¶ Sed diceres tu: fundatur aqua in ignem que sit calida: caliditas ignis corrumpetur: sed non a frigiditate: propter hoc q illa aq̃ nõ est frigida: sed est calida per casuz: ergo videtur q corrũpetur ab humiditate aque: que tamen nõ est sibi contraria: ergo videtur silr q humiditas aque corrumpitur a caliditate ignis non obstante q non sit ei contraria. ¶ Rñdetur. q cũ aqua calida funditur in ignem: tũc caliditas ignis nõ corrũpitur ab aqua imediate: sed per modũ seq̃le & mediate: & hoc isto modo: q caliditas ignis reqrit subiectũ rarũ: sz cum aqua calida que est grauis funditur in ignẽ condensat ipsum in tantum q repugnat forme ignis stare in materia ita densa: & sic ambo corrumpunt ad corruptionem raritatis subiecti. ¶ Adhuc dicet aliquis videt q siccitas nõ sit qualitas actiua. nã siccũ iuxta posituz alicui humido nõ exiccat ipsum: imo calidũ magis videt exiccare: ergo nõ est ponendũ qđ siccitas sit qualitas actiua siccitatis sibi similis: & corruptiua humiditatis. Ad illud dico: q imo siccũ iuxta positum humido exiccat ipsum: si est forti': ista tamen actio est tarda, & minus perceptibilis. & qñ dicit: calidũ exiccat. dico q hoc est p accidẽs: q corrũpit frigiditatem cui attribuit humiditas. ¶ Tertia cõclusio est qđ caliditas non agit in hũiditatẽ nec in siccitatẽ p se: ptz: q nõ est cõtraria. similiter frigiditas non agit in ipsam ex eadẽ ratione. vnde q omnis actio de qua est presens sermo solũ fit ratione contrarietatis: sequit q q̃ nõ sunt cõtraria nõ agunt adinuicẽ. ¶ Et cõfirmat. nã caliditas & humiditas naturaliter se cõpatiunt in eodẽ: puta in aere: similiter caliditas et siccitas in eodẽ: sicut in igne: similiter frigiditas & humiditas in eodem: puta in aqua similiter frigiditas & siccitas in eodẽ: puta i terra. Et hoc nõ esset si frigiditas & caliditas essent actiue in predicta. ¶ Sed contra diceret aliquis: calor tñ solis multũ videt exiccare. ¶ Respondet q hoc nõ est isto modo q caliditas corrũpat humiditatem: sed isto modo: q caliditas solis agens in ista iferiora & in corpora humida: sicut in lutum vel huiusmodi calefacit aliquas particulas illi' corporis: quibus calefactis leue fiũt: & tunc partes leuiores et subtiliores ab illis corporib' eleuantur & recedũt: grossiores autem & magis terrestres derelinquunt: quibus derelictis humido subtili exhalato residuũ inuenit siccũ: et isto modo calor solis exiccat: non q corrũpat humiditatem modo quo dictuz est. ¶ Quarta conclusio est. quod magis humiditas et siccitas debent dici passiue q̃z alie due: et econuerso alie due magis debent dici actiue: patet hoc: q humiditas & siccitas non sunt ita velocis actionis nec sunt tante actiuitatis: sicut sunt caliditas & frigiditas. secũdo ex eo q humidũ et siccũ sunt disposita ad plures passiones: calidũ autem et frigidũ ad plures actiones: humidũ autẽ faciliter terminatur termino alieno: siccũ autẽ faciliter terminat termino proprio: modo terminari est pati: calidũ autez congregat homogenea & disgregat heterogenea: q ppter caliditatem fornacis plumbũ segregatur ab argento: patet: q particule argẽti segregate abinuicẽ congregantur adinuicem: et similiter particule plumbi cõgregantur adinuicẽ frigidũ autẽ cõgregat tam heterogenea q̃z homogenea: cõgregare autẽ & segregare est agere: q ergo humiditati & siccitati cõueniunt plures passiones: caliditati autẽ & frigiditati plures actiones: ille. s. humiditas & siccitas debent dici passiue: iste vero. s. caliditas et frigiditas magis actiue.

Quantum ad tertium: dubitatur: vtrum qualitates existentes in eodẽ subiecto sicut caliditas frigiditas humiditas & siccitas: agãt in seinuicẽ sicut in mixto. ¶ Pro cuius dubij respõsione sit prima suppositio: qđ vnũquodq3 gñabile et corruptibile habet naturalẽ cõplexionẽ omniuz suarũ qualitatũ & dispositionẽ naturalẽ tam primarũ q̃z aliarũ: siue sit mixtũ: siue elementum. vnde naturalis cõplexio & dispositio ignis est q sit siccus & in summo calid' quelibet eñ alia est ei violẽta scilicet humiditas et frigiditas: et est extra ei' naturalẽ dispositionẽ: & est ei infirmitas. vnde ita elementa infirmant & sanant: sicut mixta. qñ enim aqua est calefacta ipsa est infirma. q posita est extra suã naturalẽ dispositionẽ: cũ aũt versa est ad frigiditatẽ pristinaz est sanata. ¶ Secũda suppositio. talis dispositio naturalis in mixtis nõ est equaliter cuilibet: sed cõsistit in debita proportione earũ: & in vno est vna pportio & in alio alia. ¶ Tertia suppositio est. q vnũ quodq3 naturale tendit reuerti ad dispositionẽ sibi naturalẽ cũ fuerit extra ipsam quantũ est possibile: patet de aqua calefacta que reducit seipsaz ad frigiditatẽ priorẽ: et est simile de hoc & de virga recta q̃ incuruat: et ecõuerso tendit ad rectitudinẽ. ¶ Quarta suppositio. quedã sunt homogenea & q̃dã heterogenea modo heterogeneitas est quedã dissimilitudo. & põt esse: vel dissimilitudo partiũ in figura: vel dissimilitudo partiũ in qualitate. vnde si esset aliqua aqua: cui' vna medietas esset calida et alia frigida: in illa aqua esset heterogeneitas partiũ in qualitate: sed nõ in figura. Sed si imago regis lapidea esset vniformiter p totũ calida ibi esset heterogeneitas partiuz in figura: sed non in qualitate.

Tunc sit prima conclusio. nihil quod est in propria et naturali dispositiõe sua agit in seipsum primo: ptz: q oĩs mutatio alicui' a sua naturali dispositiõe est sibi violẽta: sed nulla talis est ab intrinseco: postq̃z est cõtra naturalem dispositionẽ illi': et hoc ptz etiã ex alio: q sicut virga recta nõ appetit incuruari: nec recedere ab ei' rectitudine: ita similiter entia naturalia: qñ sunt in suis dispositiõib' naturalib' appetũt manere in illis: et nõ recedere ab illis. ¶ Secunda cõclusio. q tale aliqñ agit in seipsum nõ primo. i. vna pars in ptẽ sibi ppinquã: ptz: nã possibile est q tale sit heterogeneũ: & alia sit cõplexio vni' ptis: & alia alteri': vna calidior: & alia frigidior: sicut ptz de corpore humano in quo cor est calidũ cerebrũ frigidũ: & in tali corpore vna pars bñ agit in aliã. ¶ Tertia cõclusio rñsiua est. q caliditas & humiditas in eodem subiecto adequate non agunt adinuicem cuz stant sic pportionate adinuicẽ q in tali cõplexione consistit complexio naturalis. sibi in quo sunt: ptz: quia alr illud subiectũ ab intrinseco recederet a dispositione sibi naturali: et haberet in se principiũ intrinsecũ sue mutationis: qđ est falsum et contra dicta philosophi maxime patet ex eo q [illegible] extra dispositiõez illã sibi naturalẽ redit a seipso ad illã q̃ntũ est possibile: ergo qñ erat sub ea nõ habuit principiũ intrinsecũ reducẽdi se ab illa. ¶ Ex his sequitur primo & maxime ex conclusione penultima: q mixta habent in seipsis principiũ sue corruptionis. Itẽ sequit. q elemẽta non. Itez sequitur. quod si non esset corrũpẽs extrinsecum elementa manerent perpetuo. Item sequitur quod non sequitur ille qualitates sunt inequales: ergo agunt in seinuicem: patet: q optima dispositio cõsistit in inequalitate: sed tunc vna illaruz qualitatũ nõ agit in aliam et hoc p formã substãtialẽ ipsius mixti cui illa dispositio est naturalis et conueniens. Item

sequitur quod mixta heterogenea minus in heterogeneitate partium in q̄titate sunt magis duratiua: sicut lapides ⁊ huiusmodi. Itē sequitur ꝙ mixta magis heterogenea heterogeneitate partium in qualitate sunt minus duratiua: patet hoc ex predictis.

Ad rationes patet ex dictis qd sit respondendum.

Questio. IIII.



Queritur vtrum elementa sint quatuor ⁊ non plura: nec pauciora. Et breuiter propter remouere aliqua dubia seu cauillationes logicales questio debet intelligi: vtrum sint quatuor termini distincti significantes omnia elementa: quorum nullus coincidat in significando idē elementum: et non plures nec pauciores: non coincidentes cū aliquo istorum quatuor in significando idē elementū. ¶ Et arguitur primo ꝙ non sint nisi duo: quia elemētū dicitur ex quo sit aliquid cū insit: sed qr talia non sunt nisi duo principia materia et forma: postq̄ʒ vocata elementa non manēt in mixto: prout priꝰ dictū est: ergo ⁊c. ¶ Secūdo. solū sunt due differentie corporū simpliciuʒ: ergo videt̄ ꝙ solum sint duo elementa: cōsequentia tenet: postq̄ʒ elemēta dicunt̄ corpora simplicia: antecedens patet: nā solū sunt iste due differentie graue ⁊ leue: nā oē corpꝰ simplex est graue vel leue. ¶ Tertio ꝓbat̄ ꝙ sint sex: qr quatuor sunt vocata elementa scilicet aqua: terra: aer: ignis: ⁊ cū hoc vltra probatū est ꝙ sunt duo pricipia materia et forma. ¶ Quarto. tot sunt elemēta quot sunt differentie corporū simpliciū: sed ille sunt sex scilicet caliditas: frigiditas: humiditas: siccitas: grauitas: ⁊ leuitas. ¶ Quinto. tot sunt elemēta quot sunt combinationes qualitatū primarū tāgibilium: sed ille sunt sex scilicet caliditas cum siccitate. secūda caliditas cū humiditate. tertia frigiditas cū humiditate. quarta frigiditas cū siccitate. quinta caliditas cū frigiditate. sexta humiditas cū siccitate. ¶ Sexto. videt̄ ꝙ sint quinq̄ʒ: qr quinq̄ʒ sunt corpora simplicia: scilʒ quatuor vocata elemēta ⁊ celū: celū enim est quintū corpus simplex: vt pʒ per Aristo. primo celi. ¶ Septimo arguit̄ sic. plures sunt orbes celi et motores q̄ʒ quatuor: ergo plura debent esse elemēta q̄ʒ quatuor: antecedēs cōmuniter cōcedit̄: sed consequentia tenet ex eo ꝙ quilibet planetarum de vno orbe dicitur esse de natura vnius elementi.

In oppositū est Aristoteles I isto secūdo:

vbi secundū cōbinationes quatuor primarū qualitatū que sunt caliditas frigiditas ⁊c. posuit esse quatuor elemēta specie distincta ⁊ nō plura neq̄ʒ pauciora: eo ꝙ tot combinationes quatuor primarū qualitatū sunt possibiles et non plures nec pauciores. ¶ In ista questione primo videndum est quid est elementum. secūdo vnde sumatur numerus elemētorum. tertio quot et qualiter sunt elementa.

Quantum ad primū sciēdū est quod elemē

tum dicit̄ ab hyle. vnde hyle est idē qđ prima materia. vnde versificator. Dicere qđ sit hyle non est dictū puerile. ⁊ dicit̄ elementū quasi ilementū. Sed sic mutatur ly e. causa melioris soni. vnde ex hoc patet ꝙ ꝓpriissime materia prima solū dicitur elemētū: sed vocata elementa que sunt ignis aq̄ ⁊c. dicunt̄ elemēta respectu mixtorū: non eo ꝙ qualitates ipsorū vel ipsa maneant in mixto: sed qr qualitates similes qualitatibus elementorum sunt in mixto: ad cuius generationē oportuit cōcurrere elemēta vel vocata elemēta mediate vel immediate. Aliter potest dici elemētū quasi alimentū: qr elementis aluntur mixta: lʒ non immediate sed mediate. Pōt ergo esse vna descriptio elementi: elementū est qđ in resolutione corporū inuenitur vltimū: et in generatione ipsorū inuenit̄ primū. Et si ly corporū nō restrīgat̄: tūc hec descriptio solū cōuenit materie prime: qr solū materia est q̄ in generatione corporū simpliciter reperitur primū: ⁊ in resolutiōe eorum debet inueniri vltimū. Sed si ly corporū restringit̄ ꝑ ly mixtorū: hec descriptio potest competere tūc vocatis elemētis. vnde in generatione corporum mixtorum ex elementis: elementa inueniuntur prima: et in resolutiōe vltima: ⁊ ideo sicut litere dicunt̄ prima elemēta dictionū ⁊ syllabe secūda: ita corporū mixtorū generabilium et corruptibiliū primum elementū dicit̄ prima materia: sed secunda elemēta sunt vocata elemēta a vulgo: que ꝓpter hoc a vulgo vocant̄ elemēta: qr vulgus non percipit materiā primā priorē: imo credit ista quatuor corpora simplicia esse prima elementa simpliciter. ¶ Alia potest esse descriptio elementi. elementum est in quod dissoluuntur corpora. Dissolutio autē est triplex. q̄dā est in partes integrales: Et sic Democri. intellexit corpora resolui in elemēta .i. in corpora athomalia. alia autē in ptes essentiales coextēsas ⁊c. ⁊ sic dicimus resolutionē mixti esse in materiam ⁊ formam tanq̄ʒ in elementa. tertia est in partes coextensas ſm similitudinē ⁊ virtutē: ⁊ talem dicimꝰ esse in quatuor vocata elementa que nō manent in mixto: tamen ex eis bene generat̄ mixtū: ⁊ ecōuerso: eo modo quo dictuʒ est. ¶ Notandū est ꝙ partes essentiales sunt duplices: quedaʒ dicūtur coextēse et nō manēt separate: ⁊ oēs generabilis et corruptibilis intrant essentiā: et sic materia ⁊ forma dicunt̄ partes essentiales: et iste in veritate sunt elementa. veriꝰ tn̄ materia: ex eo ꝙ ipsa p̄supponit̄ generationi: et manet post corruptionē illiꝰ cuiꝰ est materia: forma vero non. Alie dicūtur ptes essentiales q̄ possunt separate esse: ⁊ talia dicuntur elementa secūda: sicut sunt aer ignis ⁊c. ¶ Tertio notandū est ꝙ ista elemēta secūda inter corpora actu existentia sunt maxime simplicia: ⁊ ex his cōstituit̄ mūdus tanq̄ʒ ex partibꝰ integralibꝰ vna cū celo: qđ est etiā vnū corpꝰ simplex. qnta .s. essentia. Sed aliter elementa dicunt̄ simplicia et alr̄ quinta essentia. vn̄ quinta essentia dicit̄ simplex tā ꝑ priuationē cōpositionis ex materia ⁊ forma q̄ʒ ꝑ priuationē cōpositionis ex cōtrarietate: vocata aūt elemēta non sunt ita simplicia. vnde quodlibet ipsorū est cōpositū ex materia ⁊ forma. sed dicunt̄ simplicia per priuationē compositi ex ɔtrarietate.

Quantum ad secundū sit prima conclusio.

numerus elementorū sumit̄ a numero primarū qualitatum que sunt caliditas frigiditas ⁊c. pʒ qr ex quo ille qualitates dicunt̄ prime: ⁊ vocata elementa dicunt̄ prima respectu mixtorū: numerꝰ eorū debet capi penes nūerū illaꝝ qualitatū. vnde capit̄ sic ꝙ igni inest primo caliditas: ⁊ aeri humiditas: aq̄ frigiditas: ⁊ terre siccitas. Secundo. qr secūdū actionē ⁊ alterationē ipsarū quatuor qualitatū adinuicem fiunt mixta ⁊ secundū aliam cōmixtionē alia et alia mixta. ¶ Secunda conclusio. numerꝰ elemētorū nō debet capi penes numerū aliarum qualitatū: q̄ʒuis sint contrarie: pʒ qr nec alie ab his sunt prime: modo qr vocata elemēta dicunt̄ esse prīa corpora: intelligendo eo modo quo dictum est: sequitur etiā quod non sunt alie qualitates prime: patet ex prima questione huius secundi.

Quantum ad tertium sciēdū primo quod

primarū qualitatū q̄ sunt caliditas frigiditas ⁊c. nunq̄ʒ aliqua reperit̄ se sola: sed semp ad vnā consequitur altera: vt qđ ad actiuā passiua. vnde nunq̄ʒ reperitur caliditas nisi cum ea sit humiditas vel siccitas: nec vnq̄ʒ reperitur frigiditas: nisi secum sit humiditas vel siccitas. ¶ Ex hoc pʒ ꝙ nō valet dicere octo esse elementa: quorū vnū haberet solā caliditatē: aliud solā frigiditatē ⁊c. ¶ Tūc sit prima cōclusio. nō est ponēdū ꝙ tantū sit vnū elementū ⁊ non plura: probat̄: qr si sic nō reperiret̄ aliqua cōtrarietas cū in codē elemēto nō repiat̄ aliqua cōtrarietas in qualitatibꝰ: sequit̄ ꝙ nulla reperit̄ cōtrarietas. si esset vnū elementū solū sic ꝙ non plura. ¶ Secunda conclusio. non est ponendū ꝙ sint tantum duo elementa ⁊ nō plura: ꝓbat̄: qr si sic: tunc illorū vnum oporteret esse calidū ⁊ humidum vel frigidum ⁊ siccuʒ: vel ecōuerso .s. calidum et siccum: vel frigidū ⁊ humidū: sed si sic esset: tunc illa cito mutuo se corrumperent: et sic non haberemus aliud elementum: consequentia tenet: postq̄ʒ illa duo essent contraria secundum ambas eorum qualitates. ¶ Tertia conclusio. non est ponendū ꝙ sint tria ⁊ non plura: quia si sic tunc duo eorū essent contraria secundū ambas qualitates: ⁊ tertium haberet symbolū cum vno illorum: ⁊ sic illa duo habentia symbolū satis cito tertiū corrumperēt. ¶ Ex his sequitur quarta conclusio ꝙ ad minus oportet esse quatuor elemēta si perpetuo debeāt manere elemēta: ⁊ si res debēt se habere sicut modo se habeant quo ad earum generationē ⁊ corruptionē ⁊ alias proprietates. ¶ Quinta conclusio est ꝙ quatuor sunt elementa specifice distincta ⁊ non plura: probatur

quia

quia quatuor sunt cõbinationes quatuor qualitatũ cõpossibiles ⁊ nõ plures: ergo questio vera: ɔ̃ña tenet ex eo ꝙ numerus primoꝝ corporũ generabiliũ ⁊ corruptibiliũ debet accipi secũdũ numerũ cõpositionũ quatuor qualitatũ adinuicẽ: ſm quarũ actionẽ ⁊ passionẽ sunt generationes ⁊ corruptiones aña pz: nam prius dicebatur ꝙ cõbinationes primarũ qualitatũ que sunt caliditas ⁊c. possent imaginari sex modis: quorũ duo sunt impossibiles: que sunt calidi cũ frigido: ⁊ humidi cũ sicco: ⁊ relique quatuor sunt possibiles: ergo ⁊c. ¶ Sed diceres tu: imo videtur ꝙ caliditas ⁊ frigiditas sint cõpossibiles. pz de aqua calefacta. ¶ Rñdetur ꝙ non sunt sic cõpossibiles ꝙ ambe insint eidem elemento: nisi vna earũ insit ei violente: modo ſm talẽ compossibilitatẽ nõ debet sumi elementũ distinctũ ab alijs. ¶ Et cõfirmatur: qꝛ quatuor sunt qualitates prime specifice distincte ⁊ non plures: ergo tot debent esse elementa specifice distincta ⁊ non plura. aña pz ex prius dictis: ⁊ consequentia tenet ex eo ꝙ cuilibet elemento inest primo vna de qualitatibus primis: ⁊ quod inest vni primo non inest alteri primo.

Ad rationes. Ad primam de materia ⁊ forma dictum est: ex eo ꝙ solũ hic intelligitur de elemẽtis: que sunt corpora simplicia gñabilia et corruptibilia seorsum existere potentia: modo talia nõ sunt materia ⁊ forma. ¶ Ad secundam quando dicitur due solum sunt differentie corporũ simpliciũ: verũ est gñales: sed non specifice. vnde adhuc vlterius leue subdiuiditur ⁊ similiter graue: in tantũ ꝙ per talẽ diuisionẽ inueniuntur quatuor corpora simplicia gñabilia ⁊ corruptibilia que sunt dicta elementa. ¶ Ad tertiam patet ex respõsione ad primã. Ad quartam. dico ꝙ quia grauitas ⁊ leuitas non sunt qualitates actiue alterabiliũ sed motuũ localiũ: penes grauitatẽ ⁊ leuitatẽ non sunt elemẽta capienda principaliter: sed penes qualitates que sunt actiue alterabiliũ: qꝛ tales sunt actiue generabiliũ ⁊ corruptibiliũ. ¶ Ad quintã. dico ꝙ verum est ꝙ tot sunt quot sunt combinatiões qualitatum primarũ possibiles: quarum quelibet est naturaliter ⁊ non violente illi cui inest: modo ille cõbinationes sũt quatuor ⁊ non plures sicut dictum est. ¶ Ad sextam dico: ꝙ solum in proposito est sermo de corporibus simplicibus ⁊ generalibus ⁊ corruptibilibus: modo de numero illoꝝ non est celum. ¶ Ad septimã: quãdo dicitur: plures sunt orbes ⁊c. negatur consequentia. Pro quo aduertendũ est ꝙ in isto mũdo tres possunt imaginari quaternitates: quarũ prima terminat̃ inclusiue ad ignem: secunda autẽ terminat̃ inclusiue ad solẽ: ⁊ tertia terminat̃ īclusiue ad vltimã spheram. prima quaternitas est terra: aqua: aer: ignis. secunda est luna mercuri⁹: venus: ⁊ sol: ita ꝙ in ista quaternitate luna ꝯparatur terre: mercurius aque venus aeri: ⁊ sol igni. tertia quaternitas est mars: iupiter: saturn⁹: ⁊ octaua sphera: ita q̃d in ista quaternitate: mars comparat̃ igni: iupiter aeri: saturn⁹ aq̃: octaua sphera terre. Ex hoc pz ꝙ non oportet tot esse elementa quot sunt orbes: postq̃ plures orbes cõparant̃ bene et assimilantur vni elemento.

Questio .IIII.



Queritur vtrum ignis sit primo calidus: aer primo humid⁹: aqua primo frigida: ⁊ terra primo sicca. ¶ Et arguit̃ primo ꝙ non: nã si sic: sequitur quod ignis ⁊ aqua essent cõtraria similiter aer et terra: q̃d est falsum: ⁊ cõsequentia nota de se: ex eo quod primo calidũ cõtrariat̃ primo frigido: ⁊ primo humidũ primo sicco: falsitas ɔ̃sequẽtis probatur per Aristotelẽ in predicamẽtis: substantie nihil est contrarium. ¶ Scđo cõfirmat̃ idẽ. nã si illa essent cõtraria: sequit̃ ꝙ ipsa essent apta nata succedere sibiinuicẽ in eodẽ subiecto existẽte in actu ens per se subsistens: mõ hoc est falsum: qꝛ nõ idẽ ens manens idẽ nomine et diffinitione põt primo esse ignis postea aqua. cõsequentia tenet ꝑ vnam cõditionẽ cõtrarioꝝ. ¶ Tertio vnuz est vni tãtũ cõtrariũ: modo ignis cõtrariat̃ terre: qꝛ ignis est calid⁹ et terra frigida: nõ ergo cõtrariat̃ aq̃. ¶ Quarto. videt̃ ꝙ ignis et terra magis sint cõtraria q̃ ignis ⁊ aqua: qꝛ illa sunt magis contraria q̃ a seinuicẽ magis distant: sed ignis et terra magis distant a seinuicem q̃ ignis et aqua: sicut patet in situ naturali elementorum: ergo ⁊c. ¶ Secũdo. ad principale supponit̃ ꝙ eadẽ qualitas in specie nõ inest eque primo duob⁹ elementis: tunc sic: terra est primo frigida: ergo nõ aqua: cõsequentia tenet ꝑ suppositionẽ: antecedẽs patet: nã hoc videt̃ esse primo frigidũ q̃d maxime distat a fonte calidorum: sed sic est de terra: qꝛ maxime distat a celo q̃d est productiuũ caloris in istis inferiorib⁹. ¶ Tertio. ꝑ effect⁹ debem⁹ arguere causas: ⁊ cũ dẽsitas sit effectus frigiditatis: sequit̃ quod illud q̃d est maxime densum sit primo frigidũ: sed terra est maxime densa: ergo ipsa est primo frigida. ¶ Quarto. videt̃ q̃d aqua sit magis humida q̃ frigida: propter hoc ꝙ humiditas inest aque inseparabiliter: frigiditas autem inest aque separabiliter: patet: qꝛ q̃tuiscunq; aqua bene calefiat: adhuc tamen manet humida.

In oppositum est Aristo. hic capitulo tertio. ¶ In ista questione primo videndum est de illo de quo tangebatur in primo argumento scilicet de cõtrarietate elementorum. secundo videndum est de quesito.

Quantum ad primum supponitur primo. ad hoc ꝙ aliqua dicant̃ cõtraria requirit̃ ꝙ apta nata sint succedere sibiinuicẽ in eodẽ subiecto in actu: hoc est in eodẽ cõposito ex materia ⁊ forma. ¶ Tunc sit prima conclusio: elementa bene sunt cõtraria secundũ eorũ qualitates naturales. pz: nã qualitates elementoꝝ naturales sunt caliditas: frigiditas humiditas ⁊ siccitas grauitas leuitas raritas: densitas. sed modo huiusmodi q̃litates sunt sibiinuicem cõtrarie: nõ singule singulis sed determinate determinatis. Et quia qualitates naturales elemẽtorũ sunt duplices: q̃dã motiue localiter: sicut grauitas leuitas: q̃dã autem alteratiue sicut caliditas ⁊ frigiditas. ¶ Tunc sit secunda conclusio: ignis et terra magis contrariant̃ adinuicẽ quo ad qualitates motiuas localiter q̃ ignis ⁊ aqua. patet quia ignis est simpliciter leuis: ⁊ terra simpliciter grauis: aqua autem est leuis et grauis secundũ quid. qꝛ est leuis respectu terre: ⁊ est grauis respectu aeris ⁊ ignis q̃ sibi supereminent. ¶ Tertia conclusio est ignis magis contrariat̃ aque q̃ terre quo ad qualitates alteratiuas. pz qꝛ ignis ⁊ aqua cõtrariant̃ secundũ ambas qualitates alteratiuas ex eo ꝙ ignis est calid⁹ ⁊ sicc⁹: ⁊ aqua est frigida ⁊ humida. sed ignis contrariat̃ terre solũ secundũ vnã qualitatẽ alteratiuã. s. ſm caliditatẽ ⁊ nõ ſm aliã ex eo ꝙ ignis ⁊ terra cõmunicant in siccitate. ⁊ qꝛ Arist. considerat hic elemẽta ſm q̃ sunt generabilia ⁊ corruptibilia ideo dicit hic illa magis cõtrariari q̃ cõtrariant̃ secundũ qualitates alteratiuas q̃ q̃ cõtrariant̃ ſm qualitates motiuas localiter. Et sic dicit hic q̃d ignis magis contrariat̃ aq̃ q̃ terre. Sic ergo visum est quomodo elemẽta contrariant̃ secũdũ qualitates eorũ naturales. ¶ Sed tunc restat difficultas: vtrũ etiã cõtrarient̃ secundũ eorũ substantias. Pro quo sit prima cõclusio: ꝙ elementa nõ contrariant̃ secũdum eorũ materias: patet ꝑ diffinitionẽ cõtrarioꝝ. ¶ Secunda cõclusio. ꝙ nec elementa cõtrariant̃ secũdũ eorũ formas substantiales: pz per suppositionẽ q̃ dicit ad hoc ꝙ aliqua cõtrarient̃ requirit̃ ꝙ possint sibiinuicẽ succedere in eodẽ subiecto in actu: hoc est in eodẽ cõposito ex materia ⁊ forma sed sic nõ est de formis substãtialib⁹ elemẽtorũ: vt pz ex p̃cedẽtibus: igitur. ¶ Tertia conclusio est q̃d elementa non sunt contraria secundum eorum substantiam: patet: qꝛ nec secundum eorũ materiã: per primã cõclusionẽ: nec secũdũ eorum formã substantialẽ: per secundã: ergo ⁊c.

Quantum ad secundũ sit prima cõclusio: vnicuiq; elementorũ inest primo vna qualitas: patet hoc primo: qꝛ cuiuslibet elemẽti forma substantialis est simplex tã substantialiter q̃ in virtute: ergo videt̃ quod solũ determinet sibi vnã qualitatẽ que inest sibi primo: licet enim determinet sibi duas: nõ tamẽ eque primo. consequentia videtur nota: antecedens patet: nã ꝑ hoc forma substãtialis elementi differt a forma substãtiali mixti: licet enim forma substantialis mixti sit simplex substãtialiter: nõ tñ est simplex ꝟtualiter: sicut pz de diuersis mixtis: vt de herbis ⁊ lapidib⁹ pretiosis q̃b⁹ insunt diuerse ꝟtutes rõne formarũ substãtialiũ ipsorũ. ¶ Scđa conclusio: igni inest primo caliditas: pz: qꝛ ignis inter alia elementa est nobilissimũ: cuius signum est: quia locatus est super loca aliorum elementorum: ⁊ cum caliditas inter qualitates actiuas sit nobilissima: cui⁹ signum

est eius maxima actiuitas: videt̃ quod ipsa primo insit igni.
¶ Tertia cōclusio. aer est primo humid⁹: ꝓbat̃: nam aliqua
qualitas inest sibi primo: per primā cōclusionē vel ergo cali
ditas vel humiditas: probat̃: qꝛ aer est calid⁹ ꝛ humid⁹: sed
non caliditas: qꝛ illa inest primo igni ꝑ secundā cōclusionē:
ergo relinquit̃ ꝙ humiditas. ¶ Quarta ꝯclusio. frigiditas
inest primo aq̄: patet: qꝛ sibi insunt frigiditas et humiditas:
vel ergo sibi inest primo frigiditas ꝛ habet̃ ꝓpositū: vel hu-
miditas: ꝛ hoc non: qꝛ illa inest primo aeri per precedentem
conclusionem. ¶ Quinta cōclusio. terre primo inest siccitas
patet: qꝛ sibi insunt siccitas et frigiditas vel ergo sibi inest
primo siccitas: ꝛ habetur propositū: vel inest primo sibi frigi
ditas: et hoc non: qꝛ illa inest aque ꝑ p̄cedentē conclusionē.
¶ Sed restat dubitatio: quomodo intelligit̃ ꝙ igni inest pri
mo caliditas vtrū hoc intelligatur in cōparatiōe ad alia ele
menta vel in ordine ad aliā qualitatē: scilicet siccitatem: sic
ꝙ sit sensus: ignis est prius calid⁹ q̄ȝ aliquod aliorū elemen-
torum: ꝛ cuius caliditas est cā ꝙ alia sunt calida: vel ꝙ igni
pri⁹ inest caliditas q̄ȝ siccitas: hoc est ꝙ ignis de natura sua
determinat sibi caliditatē ꝛ ꝙ secūdo cōsequatur siccitatē.
¶ Ad hoc respondetur: secundū intentionem Aristo. debet
intelligi ꝙ igni prius inest caliditas q̄ȝ siccitas: ꝛ aeri prius
humiditas q̄ȝ caliditas: et aque prius frigiditas q̄ȝ humidi
tas. et terre prius siccitas q̄ȝ frigiditas. ¶ Sed pro pleniori
intellectu notandū est: ꝙ illud debet intelligi de caliditate
et siccitate virtualibus. vnde aliqua sunt bene calida actua
liter: et tamē sunt frigida virtualiter: verbi gratia: sicut aq̄
calefacta. similiter aliqua sunt bene frigida actualiter: ꝛ tn̄
sunt calida virtualiter: sicut piper zinziber ꝛ huiusmodi. vn̄
q̄ȝuis aliquis potaret aquā calidam nō propter hoc confor-
taretur eius calor: qđ tamē bene contingeret si potaret vinū
frigidū. Et sic q̄ȝuis vinum sit actualiter frigidū tamen est
virtualiter calidū. Ex isto possunt solui aliq̄ rationes facte.

Ad rationes. Ad primam patet ex primo

articulo. sed ibi erat vna confirmatio de distantia que erat
ista: magis distantia sunt magis contraria hoc intelligit̃ nō
de distantia locali sicut de distantia inter terrā et ignē: s. d
de distantia formali que est quedā repugnātia ꝛ incompossi
bilitas. ¶ Ad secundā dico: illa bene probat ꝙ terra sit fri-
gidior q̄ȝ aqua frigiditate actuali: nō tamē frigiditate vir-
tuali. vnde frigiditas actualis dicitur q̄ statim percipit̃ ad
tactum. ¶ Ad terciā ꝛ quartā: simili mō respōdetur. ¶ Ad
quintā: dico ꝙ q̄ȝuis frigiditas actualis sit bene separabi-
lis: non tamen frigiditas habitualis siue virtualis. vn̄ q̄ȝ-
uis aqua bene calefiat: adhuc tamen manet in ea frigiditas
virtualis: per quam caliditate amota iterum reuertitur ad
frigiditatem actualem.

Questio. V.



Ueritur vtrū caliditas ignis
ꝛ caliditas aeris sint eiusdē speciei soluȝ
differentes secundū magis et minus. Et
similiter queritur de siccitate ignis et sic-
citate terre: ꝛ de humiditate aeris et hu-
miditate aque: et de frigiditate terre: et
de frigiditate aque. ¶ Et arguit̃ primo
qđ sint diuersarū speciez: nā qualitates proprie elemētorū di-
stinctorū specie debēt distingui specie: sed caliditas est qua
litas propria ipsi⁹ ignis: et humiditas propria ipsius aeris:
sicut in alia questione dicebat̃: ergo videt̃ ꝙ ex quo ignis et
aer distinguūtur specie ꝙ caliditas ipsius ignis distinguat̃
specie a caliditate ipsius aeris: ꝛ ꝙ humiditas aeris distin-
guatur specie ab humiditate aque: ꝛ sic de alijs qualitatib⁹
symbolis aliorū elementorum.

In oppositum arguitur. naȝ si sic sequitur

quod essent octo qualitates prime distincte specie: qđ est cō
tra prius dicta: dictū eñ est quod sunt solū quatuor. ꝯsequē-
tia tenet: quia tunc haberem⁹ duas caliditates distinctas
specie: et similiter duas frigiditates: ꝛ sic de alijs. ¶ In ista
questione sunt due opiniones directe opposite. Et illas pri-
mo recitabo cum suis motiuis. secundo videbitur qualiter
vna illarum opinionuȝ soluit motiua alterius. tertio quasi
mediando inter eas ponam vnam opinionem que videtur
esse alijs probabilior.

Quantum ad primum sciēdū est quod vna

opinio ponit quod caliditas ignis ꝛ caliditas aeris nō sunt
eiusdem speciei: nec differūt solū penes intensius ꝛ remissi⁹
et ista opinio intelligit̃ de qualitatib⁹ actualib⁹ vult eñ qđ
caliditas aeris in tot gradus in sua specie est diuisibilis in
quot grad⁹ est diuisibilis caliditas ignis: qđ cū ex aere gñā-
tur ignis ad corruptionē vni⁹ grad⁹ caliditatis aeris intro
ducit̃ vn⁹ gradus caliditatis ignis. ¶ Et ista opinio habet
pro se aliqua motiua: vnde primo arguit sic. si caliditas ipsi⁹
aeris esset remissa: ꝛ cū oīs remissio alicui⁹ qualitatis fiat ꝑ
admixtionē qualitatis contrarie: sequitur ꝙ caliditati ipsi⁹
aeris esset admixta aliqua frigiditas: ꝛ sic oporteret ponere
aerē esse mixtū qualitatiue: ꝛ sic nō esset dare purū elemētū
aeris. ¶ Secundo nā ꝑ hoc simplex differt a mixto qꝛ elemē-
tū simplex determinat sibi qualitates oīno simplices ꝛ qua-
litates in summo: mixtum autem nō: si ergo caliditas aeris
est summa non differt a caliditate ignis solū secūdū magis
et min⁹. ¶ Tertio. si caliditas aeris esset eiusdē speciei cum
caliditate ignis differens ab ea solū secundū magis ꝛ min⁹:
sequitur ꝙ si ignis approximaret̃ aeri statim aer fieret subi-
to calidus in summo: sed hoc est falsuȝ: ꝛ consequētia tenet:
qꝛ nō resisteret in aliquo caliditati ipsi⁹ ignis: qꝛ q̄ȝuis esset
remissior: nō tn̄ ꝑ frigiditatē sibi admixtā: sicut prius argue
bat̃. ¶ Quarto. si caliditas aeris nō esset summa: sequit̃ qđ
qñ ex aere gñaret̃ aqua: tota latitudo caliditatis aeris esset
corrupta: anteq̄ȝ tota latitudo frigiditatis aque esset intro-
ducta: sed hoc est falsum: et cōsequētia tenet: cū ad introdu-
ctionē vni⁹ grad⁹ frigiditatis aque expellat̃ vn⁹ grad⁹ cali-
ditatis aeris: postq̄ȝ oēs grad⁹ caliditatis aeris erūt expul
si: adhuc non essent oēs grad⁹ frigiditatis aque introducti
postq̄ȝ frigiditas aq̄ est summa: falsitas cōsequētis ꝓbatur
nā si sic: sequit̃ vel ꝙ ꝓ tpe materia staret sine forma substā-
tiali: vel ꝙ esset aqua in sua naturali dispositione q̄ nō esset
in summo frigida. Et ad hoc ꝓbandū suppono ꝙ immedia
te ex aere pōt gñari aqua absq̄ȝ gñatiōe alicui⁹ intermedij.
Tunc sic: qñ tota latitudo caliditatis aeris est corrupta et
nondū tota latitudo frigiditatis introducta: q̄rit̃ vtruȝ for-
ma substantialis aque sit inducta vel non. si dicit̃ ꝙ sic: seq̄-
tur qđ tūc est aqua genita: q̄ tamē nō est frigida in summo.
si dicit̃ ꝙ nō: et clarū est ꝙ forma substātialis aeris est corru
pta postq̄ȝ tota latitudo sue caliditatis est expulsa: ꝛ cū non
sit introducta aliqua forma media inter formā substantialē
aeris et aque per suppositionē: sequit̃ illā materiā ꝓ tēpore
stare sine aliqua forma substātiali. ¶ Quinto. leuitas aeris
est alteri⁹ speciei a leuitate ignis: ergo ꝛ caliditas aeris a ca
liditate ignis: cōsequētia tenet de se: antecedens probat̃: ex
quo leuitas ipsi⁹ aeris est motiua ad aliū locum: et leuitas
ignis ad aliū: qđ non videt̃ nisi essent diuersarū specierum.
¶ Sexto. nō oēs caliditates mixtorū sunt eiusdē spēi: ergo
nec omnes caliditates elementorū: cōsequentia tenet ex eo
ꝙ caliditates mixtorū sunt similes caliditatib⁹ elementoꝝ:
antecedēs probat̃ ex eo ꝙ caliditates diuersoꝝ mixtoruȝ vt
diuersorū aīaliū sunt ꝓductiue diuersorū effectuū distincto
rū specie: pȝ: nā calor galline est ꝓductiu⁹ pulli ex ouo: non
autē calor hoīs. vnde videm⁹ ꝙ si ouū supponat̃ galline ge-
nerat̃ pull⁹: sed si supponat̃ homini: nō ex eo pull⁹ generat̃.
¶ Septimo. humiditas aeris ꝛ hūiditas aq̄ habēt effectus
oppositos: quare nō vident̃ esse eiusdē speciei: añcedēs pȝ:
qꝛ humiditas aeris nō est extinctiua ignis vt videmus cā-
delā bene ardere in aere: sed humiditas ipsi⁹ aque est extin-
ctiua ipsi⁹ ignis: nec pōt dici ꝙ aqua nō extiguit ignē rōne
humiditatis: sed ratiōe frigiditatis: nā aqua calida ita ex-
tinguit ignem sicut frigida. ¶ Octauo. si humiditas aeris
esset eiusdē speciei cū hūiditate aq̄: sequit̃ ꝙ aqua non esset
necessaria ad mixtionē: mō hoc est falsum: ꝛ ꝓbat̃ cōsequen-
tia: qꝛ aqua ꝓpter hoc est necessaria ad mixtionē: quia rōne
sue hūiditatis est cōtinuatiua: modo si hūiditas aque esset
eiusdē speciei cum humiditate aeris: aer sufficeret: qꝛ posset
esse cōtinuatiua sicut humiditas ipsi⁹ aq̄. ¶ Ista sunt moti
ua ponētiū caliditatē ignis ꝛ caliditatē aeris esse diuersaꝝ
specierum et cōsimili modo illas qualitates elemētorū q̄s
vocam⁹ symbolas. ¶ Alia opi. ponit qꝛ sunt eiusdē speciei
differentes solū secundū magis ꝛ minus. Et est prima ratio
istius: nā caliditas ignis est cōtraria frigiditati terre et aq̄:
pȝ: qꝛ est vtriusq̄ȝ corruptiua: ergo frigiditas aq̄ ꝛ frigiditas

terre

terre sunt eiusdē speciei: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝯsilr̄ nō caliditas aeris et caliditas ignis: qꝛ vni ſm speciē tm̄ vnū est cōtrarium ſcd̓m speciē: ꝓ hoc em̄ Arist. pmo celi ꝓbat ꝙ motui circulari nō est aliq̄s motus ꝯrius: nō si frigiditas aq̄ ⁊ frigiditas terre essent diuersarū specierꝫ: ⁊ tamē quelibet cōtrariaretꝛ caliditati ignis: sequitꝛ ꝙ plura ſm speciē vni ſm speciē tm̄ essent ꝯria. ¶ Scd̓o caliditas ignis intēdit caliditatē aeris: ergo inducit gradus caliditatis eiusdē speciei cū gradib⁹ p̄existētibus in aere: sꝫ grad⁹ quos īducit sūt eiusdē spēi cū gradibus caliditatis ignis: ergo caliditas ignis est eiusdē speciei ⁊c.
¶ Tertio. oīs albedo oī albedini est eiusdē speciei: ergo oīs caliditas oī caliditati est eiusdē spēi: ꝯñtia videtꝛ tenere a simili: ꝯñs cōiter cōceditꝛ. ¶ Quarto. ille qualitates sunt eiusdem spēi: quarū effectus imediati sunt eiusdē spēi: sꝫ effect⁹ imediati frigiditatis aq̄ ⁊ frigiditatis terre sunt eiusdē spēi ergo ⁊c. maior est nota: ex eo ꝙ effectibus arguim⁹ causas: et minor pꝫ: qꝛ si manus mea frigefiat ab aqua videtꝛ esse eadeꝫ frigiditas in specie sicut si frigefieret a terra. ¶ Quinto. nisi essent eiusdē spēi: seqꝛ ꝙ essent plures cōplexiōes in spē quā quatuor: qd̓ videtꝛ esse cōtra medicos: ⁊ ꝯñtia tenet: naꝫ alia videtꝛ eē cōplexio in specie in qua dn̄aretꝛ caliditas aeris: et alia in qua dominaretꝛ caliditas ignis. ¶ Sexto. sequitur si nō essent eiusdē spēi ꝙ in hn̄tibus symbolū nō esset facilior trāsitus: qd̓ est ꝯ Aristo. in isto scd̓o. ꝓbatꝛ ꝯñtia: qꝛ si caliditas aeris esset alterius speciei a caliditate ignis: tūc si ex aere deberet generari ignis oporteret ꝙ due qualitates corrūperentꝛ ⁊ due inducerentꝛ eodē modo ac si ignis gn̄aretꝛ ex elemēto nō habente symbolū cū illo. s. ex aqua. ¶ Septimo. qn̄ ex aere fit ignis non potest dici quod corrumpatꝛ qꝛ nō a siccitate ipsi⁹ ignis: qꝛ illa nō est sibi cōtraria. nec etiā a caliditate ignis: qꝛ q̄uis diceretꝛ ꝙ illa nō essent eiusdē speciei: nō tn̄ diceretur ꝙ essent sibi cōtraria: si aūt dicitꝛ ꝙ manet ⁊ cū hoc ponitur alterius speciei: sequitꝛ ꝙ in igne gn̄ato erunt due caliditates distincte specie. ¶ Octauo raritas ignis est eiusdē speciei cū raritate aeris: ⁊ densitas terre cū densitate aque: ergo caliditas ignis est eiusdē speciei cū caliditate aeris: et frigiditas aque cū frigiditate terre: ꝯñtia tenet a silr̄ et añs pꝫ: nā cōiter cōceditꝛ qd̓ ignis ⁊ aer nō differūt ī raritate nisi ſm magis ⁊ minus: ⁊ silr̄ aqua ⁊ terra in densitate magis et minus nō diuersificant speciē: ergo ⁊c.

Quoniam illi qui sunt de secunda opiniōe soluunt ratiōes factas pro prima opinione et ecōuerso. Soluuntꝛ ergo pmo rationes facte ꝓ prima opinione: deinde facte ꝓ secūda. ¶ Ad primā. qn̄ dicitꝛ si caliditas aeris nō esset summa: ⁊c. negatꝛ cōsequētia: qꝛ nō diceretꝛ remissionē fieri ꝑ admixtionē contrarij: sed diceretꝛ remissionē alicuius caliditatis fieri ꝑ minus recedere a nō gradu illius caliditatis: vel ꝑ minus accedere ad gradū summū eiusdē: ⁊ ꝑ hoc patet ad argumētū. ¶ Ad scd̓m qn̄ dicitꝛ. ꝑ hoc elementū differt a mixto: cōceditꝛ: vnde caliditas aeris: q̄uis sit remissior caliditate ignis: tn̄ est ita simplex sicut caliditas ipsius ignis qꝛ nō ponitꝛ remissa ꝓpter alicuius cōtrarij admixtionē: sed ꝓp ipaꝫ min⁹ distare a nō gradu caliditatis. ¶ Ad tertiā qn̄ dicitꝛ: ꝙ cū ignis approximatꝛ aeri subito faceret ipsum calidūꝫ in summo negatꝛ cōsequētia: ⁊ ratio huius est: qꝛ ex quo ignis nō subito pōt corrūpere humiditatem aeris: nec subito pōt introducere tantā siccitatē quāta est siccitas ignis: ratione illius nō subito faceret aerē calidū in summo: vnde interim ꝙ aer nō hꝫ tantā siccitatē sicut est siccitas ignis: non pōt in ipsum introduci tanta caliditas sicut est caliditas ignis.
¶ Pro solutiōe quarte ratiōis est imaginādū: qd̓ cū ex aere generatꝛ aqua nō oportet ꝙ tantū de caliditate expellatꝛ quātum de frigiditate introducitur: sed quando introducitꝛ medietas totius latitudinis frigiditatis aque: expellitꝛ medietas totius latitudinis caliditatis aeris: ⁊ qn̄ quarta frigiditatis aque ītroducitꝛ: tūc quarta caliditatis aeris expellitꝛ ⁊c. ⁊ secundū hoc q̄uis tota latitudo caliditatis aeris sit minor q̄ȝ sit tota latitudo frigiditatis aque: nō tamen oportet ꝙ tota latitudo caliditatis aeris sit corrupta anteq̄ȝ tota latitudo frigiditatis aque sit introducta. ¶ Ad quintā. potest negari ꝙ leuitates aeris ⁊ ignis sint diuersarum specierū sꝫ ꝙ sunt motiue ad loca diuersa hoc est ratione formarū substantialiū specie distinctarū ignis ⁊ aeris. ¶ Ad sextam. respondetur ꝙ omnes caliditates mixtorum sunt eiusdem speciei: ⁊ similiter omnes frigiditates: sed ꝙ mediantibus ipsis producuntur effectus diuersi ⁊ distincti specie: hoc est ratiōe formarum substantialium mixtorum specie distinctorūꝫ. ¶ Ad septimam. dico qd̓ aqua nō extinguit ignem ratione sue humiditatis quia humiditas non est ita velocis actionis: sed quando aqua calida proijcitur super ignē: tunc ignis extinguitur isto modo: quia aqua est grauis ⁊ ideo nō permittit ignem se dilatare: quod est naturale igni: ⁊ cum nō potest se dilatare suffocatur. ¶ Ad octauam. respōdetur quod q̄uis hūiditas aeris ⁊ humiditas aque sint eiusdem speciei: tamē quia humiditas aque est grossior q̄ȝ sit humiditas aeris: humiditas aque valet ad continuandū ⁊ nō humiditas aeris.
¶ Volentes autem tenere primam opinionem soluūt rationes secunde. ¶ Ad primam. que stabat in hoc: vni tantuꝫ est vnuꝫ contrariū. respondent qd̓ hoc debet sic intelligi: quod omnis contrarietas est reducibilis ad duo: modo q̄uis taꝫ frigiditas aque q̄ȝ frigiditas terre contrarientur caliditati ignis: ⁊ sint diuersarum specierum: tamen illa contrarietas reducitur in ista duo. s. in caliditatem ⁊ frigiditatem. ¶ Ad aliā. quando dicitur caliditas ignis ⁊c. respondetur qd̓ hoc esset per istum modum: qd̓ cum siccitas ignis remittit humiditatem aeris: tunc humiditate aeris remissa: caliditas intēditur: non per intensionē graduum eiusdem speciei cū caliditate ignis: sed per additionē graduū eiusdem speciei cum caliditate aeris preexistente. ¶ Ad tertiā. respondetur similimodo. ¶ Ad quartā: quando dicitur effectus imediati ⁊c. dicitur qd̓ q̄uis appareant eiusdem speciei: non tamē sunt.
¶ Ad quintam: respondetur qd̓ q̄uis nō sint plures combinationes in specie subalterna tamen sunt plures q̄ȝ quatuor in specie specialissima. ¶ Ad sextam dicitur ꝙ in habentib⁹ symbolum facilior est transitus: non qd̓ aliqua qualitas maneat eiusdem speciei in genito que erat in corrupto: sed propter minorem contrarietateꝫ. vnde q̄uis caliditas ignis nō ponatur eiusdem speciei cum caliditate aeris: nō tamen ponitur sibi contraria. ¶ Ad septimā quando dicitꝛ cū ex aere fit ignis ⁊c. Respondetꝛ qd̓ corrumpitꝛ: nō tamē ꝙ corrumpatꝛ immediate a caliditate vel siccitate ignis: sed corrumpitur per modum sequele: isto modo quod cū siccitas ignis corrūpit humiditatem aeris per modum sequele corrūpitur ⁊ ei⁹ caliditas. ¶ Ad octauam. respondetur negando consequētiam. vnde quāuis cōcedatur quod raritas ⁊ densitas eēnt eiusdem speciei hic et ibi: tamen hoc negatur de qualitatibus primis.

Quantum ad tertium sciendum est sicut tāgebatur quod duplex est caliditas. s. virtualis ⁊ actualis: actualis est que statim ad sensum tactus percipitur: caliditas autem virtualis est que ad sensum tactus non percipitꝛ: sicut est caliditas piperis vel alicuius alterius aromatis. cōsimili modo de frigiditate humiditate ⁊ siccitate distinguatur. Ista distinctione posita possumus imaginari quod elementa magis determinant sibi qualitates virtuales quā actuales: patet: quia quāuis frigiditas actualis separetꝛ ab aqua: ipsa manente non tamen frigiditas virtualis: vnde illa manet: ⁊ per illam postea reducit se ad frigiditatem. possumus ergo dicere quod caliditas actualis ipsius aeris est eiusdeꝫ speciei cum caliditate actuali ignis: similiter de alijs qualitatibus actualibus simbolis: sed caliditas virtualis aeris est alterius speciei a caliditate virtuali ignis. Et simili modo dicitur de alijs qualitatibus virtualibus elementorum.
¶ Sed dicet aliquis: si sic sequitur quod essent octo qualitates prime distincte specie: sed modo hoc est contra pri⁹ dicta ergo conceditur quod sunt octo qualitates prime distincte specie: nec hoc est contra prius dicta: quia quod prius est dictum debet intelligi de qualitatibus virtualibus ⁊ actualibus simul. Et ex hoc soluta est vna ratio de rationibus positis ad secundam partem questionis. ¶ Ad aliam dico qd̓ illa bene probat quod qualitates virtuales elementorum differant spē scilicet caliditas aeris a caliditate ignis ⁊c. nō tn̄ ꝓbat d̓ caliditate actuali aeris: ⁊ caliditate actuali ignis.

Questio. VI.



Queritur vtrum sit aliquid elementum purum. ¶ Et arguitur primo quod non: qꝛ non est dare aquam puram ergo nec terram nec ignem: nec aerem purum: consequentia tenet: quia quo ad hoc videtur esse simile de oībus ele

mentis: antecedens ꝓbatur: q2 si esset aqua maris vel fontiũ vel pluuialis aqua stagnorũ: sed nullũ istorũ potest dici propter hoc qꝺ quelibet istarũ est sapida: sapidũ autẽ nõ est purum elemẽtũ: ex eo qꝺ sapidum causatur ex actione quatuor qualitatum pꝛimarum adinuicẽ. ¶ Secundo. si esset aliqua aqua pura: maxime videtur esse aqua maris: cũ locus maris sit locus naturalis aque vt habetur secundo meteororũ: falsitas cõsequentis patet: q2 illa aqua est multũ sapida: ꝛ multum de terrestri est et permixtũ: ergo nõ est pura. ¶ Tertio. nec aer est elementũ purũ: ꝓbatur q2 vel hoc esset aer qui est in inferiori regione aeris: vel qui est in superiori: vel q̄ in media: nõ qui est in inferiori: quia ille est permixtus multũ vaporibus ꝛ exhalationibus: ꝛ per cõsequens nõ est purus: nec qui est in superiori: q2 ille est calidior q̄ȝ debeat esse aer quãdo est in sua naturali dispositione: ꝛ hoc est propter propinquitatẽ ad spherã ignis nec aer qui est in media regione est purus: quia est frigidior de multo q̄ȝ sit aer quãdo est in sua naturali dispositione: patet: quia semꝑ media regio aeris est frigida. vnde propter hoc generantur ibi grandines: pluuie ꝛ huiusmodi: sicut habet videri in libro meteoro. ¶ Quarto probatur: qꝺ nec sit ignis purus: quia maxime videt̃ de igne in sphera sua; sed ille nõ est purus: probat̃ quia ille ignis cõtinue mouetur circulariter: ꝛ ex illo motu videt̃ ꝙ partes ei9 aliqualiter condensantur ꝛc. q2 ibi continue mouet̃: videtur qꝺ nõ sit ibi tanq̄ȝ in suo loco naturali: ꝛ ꝑ cõsequẽs videt̃ ꝙ nõ sit ibi in sua naturali dispositione: ꝛ per cõsequens nõ est ibi purus vnde si esset ibi tanq̄ȝ in suo loco naturali: videtur qꝺ nõ moueretur: sed quiesceret propter hoc ꝙ elemẽta quiescunt: ꝛ cum sunt in suis locis naturalibus nõ amplius mouent̃. ¶ Quinto de terra: omnis terra est colorata: ergo nulla terra est pura: consequẽtia tenet ex eo ꝙ color resultat ex actione quatuor qualitatũ pꝛimarũ adinuicem: antecedens patet: nã omnis terra est visibilis: ꝛ cum nõ sit lucida sequit̃ ipsam esse coloratã: ex eo ꝙ omne visibile est lucidũ vel coloratum. ¶ Sexto nec est simpliciter densum nec est simpliciter rarũ: nec simplicer graue: nec simpl'r leue: ergo nõ est aliquod elementũ purũ: cõsequentia tenet: ex eo qꝺ terra pura deberet esse simpl'r grauis ꝛ simpl'r dẽsa: ꝛ purus ignis deberet esse simpl'r leuis ꝛ simpl'r rarus: antecedens patet: q2 nec est aliqꝺ ita densum quin posset esse densius nec aliquod ita rarũ quin posset esse rarius: ex quo latitudo raritatis ꝛ densitatis est infinita.

In oppositũ est Aristoteles in isto secũdo ꝛ probatur; nã si nõ tũc quodlibet elemẽtũ staret sub dispositione innaturali ꝛ ꝑ cõsequens esset violentũ: ꝛ cũ nullũ violentũ sit ꝑpetuũ: sequit̃ ꝙ elemẽta nõ diu manerent. verũ tñ ista ratio nõ est demonstratiua: quia diceretur ꝙ q̄ȝuis nullũ violentum sit perpetuum: nam perpetuo est aliquod violentum: ꝛ sic q̄ȝuis nullum elementum sit perpetuum: tamẽ perpetuo est aliquod elementum.

In ista questione ponam pꝛimo vnam opinionem: ꝛ iuxta eam ponam vnam aliam. Secundo ponam opinionem de quesito.

Quantum ad pꝛimum sciendum est quod vna opinio ponit qꝺ nullum est elementum simplex ꝛ puruȝ patet hoc sicut dicit ista opinio: quia si sic: illud esset incorruptibile: ꝛ immutabile: ignis enim nũq̄ȝ purus descẽderet ad locũ sue corruptionis: nec terra pura ascẽderet: ꝛ sic si terra pura esset circa centrũ nõ corrumperetur nec vnq̄ȝ alicui misceretur. ¶ Secundo. ad idem autoritate Cõstantini i libro de elemẽtis dicentis. Illa corpora que apparent ad sensum elemẽta simplicia sunt in rei veritate mixta: sed ꝑpter similitudinem mouent̃ taliter: sicut mouentur elementa pura: aliqua sursum ꝛ aliqua deorsum: ꝛ similiter nominãtur nominibus elementorũ: q̄ȝuis magis aliter deberẽt denoĩari: vnde quod apparet esse terra magis deberet denoĩari terreũ: ꝛ ꝙ aqua aqueũ: ꝛ qꝺ aer aereũ: ꝛ qꝺ ignis igneum. ¶ Sed contra istam opinionẽ arguitur: nã cõmuniter ponunt̃ quatuor elemẽta pura ꝛ simplicia. vnde ꝑ Aristo. pꝛimo celi: aliquid est simpl'r graue: ꝛ aliqꝺ simpl'r leue: modo ex hoc videt̃ sed ꝙ sit dare aquam puram: ignẽ purũ sic qꝺ natura non posset facere terrã puriorem nec ignẽ puriorem. ¶ Nihilomin9 iuxta hoc est vna opinio ꝙ non sit elemẽtum ignis. nec ꝙ sit talis sphera ignis: sicut non solemus imaginari: patet hoc: sicut dicit ista opinio: q2 illa vel seruiret ad implendũ vacuuȝ modo hoc ita bene faceret aer sicut ignis: ex eo ꝙ aer posset esse ita protensus a conuexo ipsius aque ad cõcauum orbis lune: sic ꝙ aer terminaret̃ ibi vbi terminat̃ ignis. Et hoc videt̃ etiã dicere Macrobius: qui dicit ꝙ in cõcauo orbis lune est aer purior: propter qꝺ videt̃ ꝙ totum qꝺ est a conuexo aq̃ vsq̄ȝ ad cõcauũ orbis lune sit aer: q̄ȝuis circa orbẽ lune sit purior citra minus purus. Et ex alio q2 videmus hic inferius ignem rubeum: quare si oporteret ponere vnam talem spheram vtiq̄ȝ appareret nobis esse rubeus: sed hoc nõ: quia sicut patet ad sensum nullum tale apparet inter nos ꝛ celũ. Etiã ex alio patet: nã si poneretur talis sphera ignis: cito alia elementa corrũperet propter maximã eius actiuitatẽ. Et etiam patet ex alio: nã videmus ꝙ aliqua sunt animalia habitãtia i terra ꝛ aliqua in aqua ꝛ in aere: modo si poneret̃ talis sphera ignis: tũc in illa etiã essent animalia habitãtia: sȝ hoc nõ potest esse: q2 statim propter magnã actiuitatem ignis corrũperentur. ¶ Breuiter sustinẽdo ꝙ sit talis sphera ignis dicit̃ ꝙ est ad replendũ locum: ꝛ cũ hoc ad perficiẽdũ vniuersum: vnde vniuersum ex hoc est ꝑfectius q̄ȝ si totũ a conuexo aq̃ ad concauum orbis lune poneret̃ esse aer. ¶ Ad autoritatem Macrobij potest dici ꝙ fuit illius opinionis. ¶ Ad aliã quando dicitur ignis hic inferius ꝛc. dico qꝺ verum est: nec iste ignis hic inferius est ignis purus: sed quia ignis i sphera sua est multũ rarus ꝛ multo rarior q̄ȝ aer: inde est qꝺ non apparet nobis rubeum inter nos ꝛ celum. ¶ Ad aliã: quando dicit̃. tunc ignis alia elementa deberet corrũpere: dico ꝙ nõ: adhuc posito qꝺ esset in ista inferiora: propter reactionẽ ipsorum etiam ipsa nõ corrũperet ꝑpter saluationẽ vniuersi. ¶ Ad aliã. dicunt aliqui: qꝺ imo in igne consuetum est habitare vnum animal qꝺ vocatur salamãdra. vel aliter dico: ꝙ nõ oportet ꝙ in quolibet elemẽto habitarẽt animalia: vnde q̄ȝuis in terra circa eius cõuexum habitent animalia: nõ tñ circa centrũ vel adhuc propius nulla habitant: ergo nõ est mirum si nec in igne.

Quantum ad secundum sit pꝛima distictio qꝺ aliquid dicitur simplex: vno modo tam substãtialiter q̄ȝ qualitatiue. alio modo substantialiter: nõ tamẽ qualitatiue. eodem modo distinguatur de ly purum. ¶ Tunc sit pꝛima conclusio. est dare spheram ignis: probatur pꝛimo ꝑ cõbinationes qualitatum: nã sicut dicebatur pꝛius quatuor sunt cõbinationes qualitatum pꝛimarum possibiles: quarum vna debetur igni: mõ tale elementum non haberet locũ suum alibi: si nõ poneret̃ sphera ignis. ¶ Secundo. nã flamma tẽdit sursum: ꝛ alia ignita: ꝛ hoc videtur esse signũ qꝺ sursuȝ est eorum locus naturalis. ¶ Tertio. quia exhalationes superius eleuate inflammãtur: sicut sunt comete: ꝛ hoc est signum qꝺ prope est elementum calidum. s. ignis. ¶ Secũda conclusio est ꝙ contingit dare terram ꝛ ignem purũ substantialiter et accidẽtaliter hoc est qualitatiue: patet: q2 ignis ꝛ terra sunt in locis extremis: sed mixtiões habẽt fieri in intermedio ꝛc. ¶ Tertia conclusio est qꝺ forte est alibi aer purus vel aqua pura substantialiter: lȝ omnis aqua vel aer sit mixta accidẽtaliter ꝛ qualitatiue: patet: quia quãuis aeri bene fiat commixtio vaporum ꝛ exhalationum: que quidem mixtio fit per diuisionem partium aeris adinuicem: tamen cũ nõ quelibet pars aeris diuidatur: videtur aliqua esse non diuisa: et illa esse pura substantialiter: licet sit mixtum qualitatiue ꝛ accidentaliter: similiter de aqua que non est pura qualitatiue ꝑpter commixtionem partium terrestrium. Ex his patet responsio ad quesitum.

Ad rationes. Ad pꝛimam quando dicitur de aqua. dico quod illa bene probat quod non sit dare aquã puram substantialiter ꝛ accidentaliter: nihilominus bene est dare aquam puram substantialiter: licet mixtam qualitatiue. ¶ Ad secundam ꝛ tertiam similiter respondetur.
¶ Ad quartam quando dicitur: ignis mouetur in sphera sua: concedo: ergo videtur quod non sit ibi locus eius naturalis: negatur consequentia: nam quamuis continue moueatur circulariter in sphera sua: tamen ille motus non est sibi naturalis: nec etiam motus: sed inest sibi preter naturam: et mouetur sic: non quod celum rapiat ipsum: sicut aliqui

aliqui imaginantur. vnde supficies cõcaua celi est ita leuis: ⁊ similiter supficies cõuexa ignis: q vna non põt attingi ab alia totaliter q ipsam rapiat tali modo. ¶ Sz dicet aliquis quomodo ergo ignis mouetur sic circulariter. dico q hoc est propter influentiam sibi influxam a celo que mouet ipsuz tali motu consimili: sicut mouetur celum. ¶ Ad quintam quãdo dicitur omnis terra est colorata: negatur: vnde posset tantuz fodi in terrã qd inuenitretur terra nõ colorata. ¶ Ad sextam quãdo dicitur: nõ est dare ⁊c. dico qd potest aliqd eẽ ita densum q natura nõ põt facere densius ⁊ silr dicitur de raro: ⁊ hoc sufficit ad hoc q sint elementa pura vnum graue et aliud leue. Et quãdo dicitur: latitudo raritatis est infinita: hoc potest negari naturaliter loquẽdo: imo latitudo raritatis que potest fieri naturaliter est finita: ⁊ similiter densitatis ⁊c. ¶ Ad rationẽ opinionis quando dicitur si esset dare ignem purum ⁊ aquã puram ⁊c: nunq̃ corrumperet: negat consequentia. vnde q̃uis bene sit ignis purus: tamẽ ille aliquando erit impurus propter aliquã constellationem celi: ⁊ tunc descendet ad locũ sue corruptiõis. Similiter terra que modo est in centro aliquãdo veniet ad superficiẽ: ⁊ ad locuz sue corruptionis vnde imaginandũ est q qr continue fluunt alique particule terre cũ fluuijs fluentibus ad mare ↄtinue terra ex alia parte centri fit grauior: ⁊ ex ista parte fit leuior ⁊ sic cõtinue est aliud ⁊ aliud centrũ grauitatis terre: ⁊ quod aliqñ erat centrũ terre cõtinue pellitur versus supficiẽ terre tandiu q aliquãdo erit in superficie terre.

Questio.VII.



Queritur vtrum vnum elementum possit immediate generari ex alio: sic qd immediate ex aere generet aqua absq̃ hoc q prius generetur ex eo aliquid aliud ⁊ ita consimili modo de alijs elementis. ¶ Et arguitur primo quod nõ: nam si sic: tunc illud qd esset posset generari. qd est falsum: nihil enim quod est generabitur nec generatur: cõsequentia tenet: ex eo qd omne elemẽtum est: quocũq̃ enim elemento dato de ipso verum est dicere qd ipsum est: ita q posset sic argui in forma: nihil qd est põt generari. omne elemẽtum est: ergo nullũ elementum potest generari: ⁊ p cõsequẽs non potest generari ex alio: qd erat probandũ. Cõsimili modo arguitur qd nullus homo potest generari. ¶ Secũdo arguitur sic: nõ quodlibet mixtum potest corrumpi in quodlibet mixtum: ergo nec elementum in quodlibet elementũ: Et hoc immediate. consequentia videtur tenere a simili: antecedens pbat: qr homo nõ immediate põt corrũpi in asinuz vel in huiusmodi: sed immediate corrumpi in cadauer: ergo ⁊c. ¶ Tertio arguit sic. demõstrata medietate ignis in sphera sua: illa nõ põt corrũpi in aerẽ: ⁊ est elementũ: ergo nõ ex quolibet elemẽto põt generari aliqd. cõsequẽtia tenet assumptũ patet qr natura nõ permitteret q vnũ elementũ esset ita diminutũ de medietate. iã enim ordo ⁊ pportio elementoꝝ vniuersi essent peruersi. ¶ Quarto. si questio esset vera nũq̃ ex elementis generaretur mixtũ: cõsequentia tenet. ex eo q vnũ elementum conuerteret aliud in suã naturã: cuz ex quolibet elementorũ posset immediate aliud generari. ¶ Quinto. vel elemẽta sunt adinuicem equalia in virtute vel non: si sic: tũc vnum non potest conuertere aliud: cũ sint equalia in virtute si vero nõ: tunc illud quod est fortius transmutabit alia ⁊ cõuertet ea in suam naturam: ⁊ alia non poterunt conuertere nec transmutare illud propter hoc qd minus nõ potest agere in maius. aliter enim a proportiõe minoris inequalitatis fieret actio: cuius oppositũ tenet communis schola. ¶ Sexto ignis nõ põt trãsmutari nec corrumpi ab aere: ergo questio falsa: consequentia tenet ex eo: qr nõ videt esse maior ratio de vno elemento q possit generari ex vno q̃ de alio: antecedens probatur: quia si ignis posset corrumpi ab aere tunc eius caliditas posset corrumpi ab aere: sed hoc nõ: quia nec a caliditate aeris: nec ab humiditate eiusdem: cũ nulla illarum qualitatum sit contraria caliditati ignis: omnis tamen actio fit ratione contrarietatis. ¶ Septimo arguit de igne ⁊ aqua qd vnum non possit generari ex alio immediate: quia cũ forma ignis educatur de potentia materie oportet qd illa materia disposita sit qualitatibus conuenientibus igni ⁊ sic sequitur formam ignis nõ educi de potentia materie ipsius aque: nisi prius aqua sit calidior ⁊ siccior aere: sed hoc videt inconueniens: nam ex hoc sequitur aliquã aquã. s. in via generationis ignis ex aqua: esse calidiorem aere: quod videtur inconueniens: ex eo qd aqua de natura sua est frigida ⁊ humida: aer autem est calidus ⁊ humidus. ¶ Octauo arguit sic: non contingit ire de extremo in extremũ: nisi per media: cum ergo ignis ⁊ terra sint extrema inter que manent aqua ⁊ aer: videtur qd ex terra nõ possit generari ignis: nisi prius ex ea generetur aqua vel aer. ¶ Nono arguitur sic: si immediate ex aqua posset fieri ignis: sequit quod aqua posset stare sub maiori raritate ⁊ maiori leuitate: ⁊ sub maiori caliditate q̃ sit raritas leuitas ⁊ caliditas naturalis ipsius aeris: sz hoc videtur esse falsum: probatur consequentia: nam ponatur qd ex aqua debeat generari ignis: tũc oportet qd prius disponatur inducendo raritatem leuitatem ⁊ caliditatẽ: tũc quando est inducta tanta raritas: tanta leuitas: tanta caliditas: quãta est in aere: nõ potest dici q tunc ex illa aqua generetur aer: nã tunc nõ immediate ex ea generat ignis q est cõtra hypothesim: nec adhuc inducitur forma ignis: nã tunc esset aliquis ignis: qui nec esset rarior: nec leuior: nec calidior q̃ sit aer: qd iterũ videt inconueniens: ergo oporteret q adhuc aqua vlterius rarefiat leuefiat ⁊ calefiat anteq̃ educat forma ignis: ⁊ si sic: sequit quod immediate post hoc aqua a. stabit sub maiori leuitate raritate ⁊ caliditate q̃ sit aer naturaliter. ¶ Adhuc decimo posset queri vtrum hoc esset successiue vel subito.

In oppositum est Aristo. in isto secũdo. vnde vult qd omnia elemẽta sint adinuicem trãsmutabilia immediate. ¶ De ista questione sciendũ est: qd intelligitur de transmutatione fm substantiam ⁊ non secundum qualitatẽ. vnde sciendum est qd fuit vna opinio antiqua ante Aristo. qd omnia elementa essent eiusdem speciei: ⁊ quod differunt solum secundũ rarum ⁊ densum: ⁊ isti dixerunt elementa bene transmutari adinuicem secundũ qualitates: nõ autem secundum substantiam. Aristo. autem ⁊ eius sequaces dicunt elementa non solum transmutari adinuicem secundũ eoruz qualitates: verum etiam secundũ eoꝝ substantias. ¶ Unde contra istã opinionem antiquã arguunt sic: nam si capiatur vna portio aeris nunq̃ potest tantum comprimi qd veniat ad tantam densitatez quãta est densitas ipsius terre: nisi fieret alteratio dispositiua ad corruptionez. ¶ Secundo. nam aliquando fit mutatio responsionis p nomina substantialia ad questionem factam p quid est hoc de elemẽtis: ⁊ hoc non esset si elemẽta nõ essent transmutabilia adinuicem fm eoꝝ substantias. ¶ Tertio: si aer sic condensaret violente: rediret ad raritatem pristinam si dimitteret proprie nature ⁊ hoc non esset nisi a principio intrinseco: puta ab eius forma substantiali: ⁊ si sic tunc illa forma substãtialis esset alterius speciei a forma substantiali terre: cui densitas non est violenta: sed naturalis: ergo ⁊c. ¶ Hoc ergo supposito q elemẽta differãt specie: ⁊ nõ oia sunt eiusdẽ speciei: pono istã distinctionẽ: q elemẽtũ pt capi p toto elemẽto: sicut ignis p toto igne i sphera sua: vel p pte ei9 ita q vna gutta aq diceret elementa ⁊ silr vna scintilla ignis. ¶ Tũc sit pria ↄclusio: capiẽdo primo mõ elemẽtũ ipsuz nõ vna trãsmutatiõe cõtinuo põt trãsmutari in aliud: pz nã demonstrãdo totũ ignẽ in sphera sua ipm est elemẽtũ: ⁊ nõ põt vna trãsmutatiõe ↄtinua transmutari in aliud: eo q tũc esset defectus illa trãsmutatiõe cõpleta in elementũ ignis: qd est inconueniens nã tunc oporteret totalẽ materiã ipsius ignis stare sub multo minori extẽsione q̃ mõ sit: ⁊ sic oporteret derelinqui vacuũ: vel latera celi propinquius se cõtingere: cõsequẽtia tenet ex eo q iã cõcauum orbis lune repletũ ẽ elemẽtis. ¶ Scda ↄclusio est. q nec q̃lz ps elemẽti põt trãsmutari in aliud elemẽtũ vna trãsmutatiõe ↄtinua: pz qr nõ medietas: sicut argumẽtatũ est in vna ratione. ¶ Tertia cõclusio est q q̃lz pars pedalis vnius elementi põt transmutari in aliud elemẽtũ vna transmutatione cõtinua: pz qr habent cõtrarietates adinuicẽ. Etiã omne elementũ fm omnem talẽ ptẽ est natũ gñare sibi simile i materia disposita vel quã põt disponẽ: sz mõ cuiuslibet elemẽti materia põt disponi p aliud elemẽtũ ad hoc q illud ex ipsa generet sibi simile: ergo ⁊c. ¶ Sz dicet aliqs: tu dicis q vna pars vnius elemẽti põt trãsmutari in aliud elementũ: ⁊ non alia: qrit pp quid hoc sit. ¶ Secũdo. quia q̃lz ps vnius ele-

menti est cõtraria alteri elemēto: ergo quelꝫ pōt trāsmutari in aliā: sic vna vnius elemēti in aliā alterius elemēti. ¶ Ad primū dico: ꝓpter hoc est: ꝙ naturaliter est vna certa mensura ad quā aliquod elementū pōt diminui: ꝛ si vltra diminueretur esset inordinatio vniuersi: ꝛ sequitur illud qḋ dicebaꝛ de vacuo ꝛ approximatione laterū celi: modo quelibet pars vnius elemēti ad cuius corruptionem sequantur illa: nō potest vna trāsmutatione cōtinua trāsmutari in aliā quelibet autē alia pōt. ¶ Ad aliā dico: qḋ q̄uis quelibet pars vnius elemēti ad aliā alterius habeat cōtrarietatē: nō tñ quelibet pōt transmutari in aliā ꝓpter inordinationē vniuersi: ꝛ talia inconuenientia q̄ sequunꝛ corruptionē illi⁹ partis. ¶ Quarta conclusio est. qḋ generatio vnius elemēti ex alio est successiua secundū ptes q̄titatiuas: pꝫ: q: successiue vna ps transmutaꝛ in aliā post aliā: ꝛ ideo vna parte generata illa iuuat ad generationē alterius: sicut pꝫ in stupa: cuius vna ps p̄io ignitur que vlterius ignit alias. ¶ Sexta cõclusio. impossibile est duos ignes esse. s. a. ꝛ. b. ꝛ ꝙ a. generabit b. ita pcise: ꝙ nihil aliud ab a. patet: q: generaꝛ successiue ſm partes quātitatiuas: ꝛ vna pars ipsius b. generabit aliaꝫ: ergo nō a. pcise generabit b. quod intenditur. ¶ Correlarium. nullus ignis potest generare aliuꝫ se solo sine adiutorio generati: nec etiā alterare: patet: quia nihil agit in distans nisi cum adiutorio intermedij: ꝛ hoc in actione que est cum contrarietate. Et sic bene dicit Aristoteles ꝙ agens ꝛ passum debent se tangere.

Ad rationes. Ad primam dico quod male cõcluditur: ergo nullū elementū pōt gn̄ari: sed deberet sic cõcludi: ergo nullū qḋ est pōt gn̄ari: ꝛ hoc est verū. ¶ Ad secundā dico: ꝙ nō est simile de elemēto ꝛ de mixto: pp hoc qḋ mixtū reqrit debitā figurā ꝛ debitā organizationē: ꝛ lꝫ q̄uis quolibet elementū possit corrūpi in aliud ꝛ imediate in quodlibet aliud: nō tamē sic est de mixto propter rationē dictam. ¶ Ad tertiā respondeꝛ p vnā cõclusionē positā. ¶ Ad quartam dico: qḋ qñ elemēta adinuicē approximata sunt tāte potentie ꝙ mutuo se corrūpunt: tunc nō generaꝛ vnū ex alio: sꝫ ex eis generaꝛ vnū tertiū vel mixtū qñ enim vnuꝫ est fortius alio in tāto ꝙ pōt ipsum corrūpere: ꝛ nō ecõuerso: tūc vnum generaꝛ ex alio. ¶ Ad quintā dico: ꝙ nō obstāte ꝙ eēnt inequalia in virtute adhuc forti⁹ nō corrūperet alia pp ordinationē vniuersi ꝛ alia q̄ dicta sunt de vacuo ꝛ approximatiōe laterū celi ꝛ recessu abinuicem. ¶ Ad sextam dico: ꝙ caliditas ignis nō immediate remittitur a caliditate aeris nec ab humiditate sed remittiꝛ ab humiditate per modū sequele: isto modo: ꝙ humiditas ipsius aeris remittit siccitatē ipsi⁹ ignis: qua remissa ipsam cõsequiꝛ remissio caliditatis ipsius ignis. ¶ Ad septimā dico: qḋ nō est incõueniens ꝙ violente in via generatiōis ignis ex aqua ipsa sit sub maiori caliditate q̄ sit caliditas naturalis ipsius aeris: q̄uis hoc nō sit possibile de aqua stante in sua naturali dispositiōe. ¶ Ad octauam dico: ex quo terra ꝛ ignis valde distant: bene cõcedo ꝙ non contingeret ire per motum localem de terra ad ignem nisi transiretur per aquam ꝛ aerem: nihilominus si vna portio ignis approximetur vni portioni terre: ex terra posset immediate generari ignis absq̧ hoc quod prius ex ea generetur aqua vel aer. ¶ Ad nonā respondetur: sicut ad septimā. ¶ Ad decimam patet per vnam conclusionē positā superi⁹.

Questio. VIII.



Queritur vtrum habentia symbolum facilius trāsmutentur adinuicē. ¶ Et arguitur primo qḋ nō: quia ignis ꝛ terra habent symbolum: cõueniunt enim in siccitate: ꝛ tamen tardissime transmutantur adinuicem: patet: quia valde difficile est condensare ignem ad densitatem terre: imo difficilius q̄ aerem ꝛ tamē aer ꝛ terra nō habent symbolum: sed ignis ꝛ terra bene habēt: ꝓpter qḋ videt qḋ difficilius sit elementa habentia symbolum transmutare adinuicem quā nō habentia symbolum. ¶ Secundo ignis et aqua non habent symbolum: ꝛ tamen videmus: qḋ ignis et aqua faciliter transmutantur adinuicem. videmus enim ꝙ ignis nō pōt diu durare in aqua: imo citissime corrumpitur. ¶ Tertio arguitur sic. actio est ratio dissimilitudinis: ꝛ contrarietatis: ergo vbi est maior cõtrarietas: ibi est maior actio ꝛ fortior: sed in non habentibus symbolum est maior dissimilitudo ꝛ cõtrarietas: quia ibi est ꝯtrarietas in ambab⁹ qualitatibus: in habentibus autem symbolū solū est contrarietas in vna: ergo videtur qḋ nō habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem: quā habentia symbolū. ¶ Quarto. quod magis est actiuum potest aliud citius transmutare sed ignis est magis actiuus respectu aqua q̄ sit terra vel aer ergo citius potest conuertere aquam in suam naturam quā terra vel aer: ꝛ tamen terra ꝛ aer habent symbolum cū aqua quia terra in frigiditate ꝛ aer in humiditate: ignis autēꝫ nō habet symbolum cū ea: ergo non habentia symbolum facili⁹ transmutantur adinuicem q̄ habentia symbolum: ꝛ etiā q: ignis agit in aquā secundū duas qualitates: sed terra agit in eam secundū vnam. ¶ Quinto in habentibus symbolum impossibile est vnum in aliud transmutari: ergo saltem non omnia habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem: consequētia tenet: ꝛ antecedens probatur: q: impossibile est ꝙ ex viuente immediate generetur viuens: ꝛ tñ quodlibet viuens cū viuente hꝫ symbolum. ¶ Sexto. sicut se habet vna qualitas ad vnam qualitatem sibi contrariā: sic se habent due qualitates ad duas sibi cõtrarias: ergo sic eque est difficile corrumpere duas sicut vnā: ergo elemēta contraria secundum duas qualitates ita cito transmutantur adinuicem: sicut elementa habentia symbolum in vna: ꝛ cõtrarietatem secundum aliam.

In oppositū est Aristoteles in isto secūdo vbi vult qḋ elementa habentia symbolum facilius transmutantur adinuicem. ¶ Notandum qḋ questio potest intelligi facilius. i. velocius. ¶ Secundo notandum est: qḋ illa velocitas potest attendi: vel ex parte potentiarum actiuaruꝫ vel passiuarum: vel ex parte condensationis earum: vel ex parte resistentiarum: vel ex parte singularum qualitatum: q̄ sunt raritas densitas durities mollities. ꝛc. ¶ Tertio notanduꝫ quod facilior trāsmutatio pōt esse breuiter vel ex parte potētiarū actiuarū vel resistentiarū vel ex parte vtriusq̧. p̄io ergo ponā cõclusiões q̄tū est ex parte potentiarū actiuarū ꝛ resistentiarū. secundo q̄tū est ex parte condēsatiōis p̄dictarum. tertio q̄tū est ex parte istarum qualitatum: rarum densum molle ꝛ durum.

De primo sit prima conclusio quod quātū est ex parte potētiarū actiuarū: nō habentia symbolum facilius transmutanꝛ adinuicem ceteris paribus: patet: quia in actione elementorū non habentium symbolum: sunt due potentia actiue: in habentib⁹ autem symbolum est vna potētia actiua: seu vna q̄ agit: quia secundū illas qualitates secūdū quas habent symbolum nō agunt adinuicem. ¶ Secunda conclusio est. qḋ quātum est ex parte resistentiarū in habentibus symbolū facilior est trāsitus: pꝫ: q: ibi solū est vna qualitas resistētis: in alijs aūt due q̄ resistūt. ¶ Tertia cõclusio est: ꝙ ratiōe vtriusq̧ eque facilis est transmutatio: vtrobiq̧: patet: q: ita faciliter ceteris paribus duo corrumpunt duo sicut vnum corrumpit vnum.

Quantum ad secundum sciendū est quod sicut dicebatur primo huius caliditas ꝛ frigiditas sunt magne actiuitatis: ꝛ modice resistētie: frigiditas autē ꝛ siccitas sunt modice actiuitatis: ꝛ magne resistentie. ¶ Tūc sit p̄ia cõclusio: ꝙ illa que trāsmutanꝛ p actionē calidi ꝛ frigidi: vel ecõuerso: citius transmutantur ceteris paribus adinuicem: patet: quia caliditas ꝛ frigiditas sunt magne actiuitatis et parue resistentie. ¶ Secunda conclusio est. quod in illis q̄ transmutantur adinuicem: ratione siccitatis in humiditate vel econuerso: trāsitus est tardior: patet: q: actio est tardior postq̄ siccitas ꝛ humiditas sunt magne resistentie: ꝛ parue actiuitatis: patet hoc de terra ꝛ aqua: terra eñ diu durat in aqua: ꝓpter hoc qḋ actio aque in terram est debilis.

Quantum ad tertium sit prima conclusio qḋ quātum est pte istarū qualitatū raritas: densitas: ignis ꝛ terra sunt difficilis transmutationis patet: q: difficilius est disponere materiam terre ad standū sub forma ignis q̄ alterius cuiuslibet elemēti materia q̄tū ad illas qualitates densū ꝛ rarū: eo ꝙ terra ē valde dēsa: ꝛ ō difficili ē diuisibilis: ꝛ p consequens

consequens de difficili passibilis. ¶ Secunda conclusio est quod ceteris paribus mollia et rara facilius trasmutantur: patet quia sunt facilius passibilia: divisibilia facilius: et agens potest melius applicari partibus eorum: propter facilem divisionem ipsorum etc. ¶ Tertia conclusio est quod improprie aliquid dicitur fieri facilius non quia in minori tempore vel citius: nec cum minori difficultate: sed quia quodam modo pauciora requiruntur etc. Et sic intellexit Arist. cum dixit quod facilius trasmutantur symbola quam alia patet ex sua probatione. Dicit enim quod requiritur ibi generatio unius qualitatis: et corruptio unius: et si non haberet symbolum requireretur corruptio duarum qualitatum.

Ad rationes. dico quod solute sunt secundum conclusiones positas excepta quinta: ad quam respondetur quod Aristo. intellexit hoc de elementis: et non de mixtis: sicut sunt viventia etc.

Questio. IX.




Queritur utrum ex duobus elementis non habentibus symbolum potest tertium elementum generari. ¶ Et arguitur primo quod non: nam omne quod generatur: generat alia sibi simili: ergo duobus elementis non habentibus symbolum adinuicem applicatis: puta igne et aqua: magis deberent generari aqua vel ignis quam aliud elementum tertium distinctum a quolibet illorum: sicut esset terra vel aer. ¶ Secundo. si ex duobus elementis non habentibus symbolum possit tertium generari: puta ex igne et aqua: terra: tunc hoc non posset fieri nisi aqua condensaret ab igne: modo hoc non potest esse: quia ignis non habet condensare: sed rarefacere. ¶ Tertio sic quia idem corrumperet aliud et corrumperetur ab eodem: et sic idem esset fortius et debilius respectu eiusdem: quod est falsum. consequentia tenet: quia ex duobus elementis non posset tertium generari nisi utrunque eorum corrumperetur. ¶ Quarto arguitur sic. quia igne et aqua adinuicem applicatis ignis si corrumpit frigiditatem aque: ex consequenti corrumpit humiditatem: et sic non potest generari aer: ex quo aer requirit humiditatem: similiter si frigiditas aque corrumpit caliditatem ignis: consequenter corrumpit vel saltem debilitat siccitatem eiusdem et sic non potest generari terra: cum terra requirat siccitatem. et sic videtur: ex duobus elementis non habentibus symbolum: puta ex aqua et igne adinuicem approximatis: non potest tertium generari. ¶ Quinto arguitur sic. duobus elementis non habentibus symbolum approximatis adinuicem: vel unum est potentius alio: et sic converteret aliud in suam naturam: vel non est potentius alio: et tunc ex eis videtur generari mixtum: et non aliud elementum. ¶ Sexto si etc. tunc ex tribus videtur generari quartum: modo hoc est falsum: et consequentia tenet a simili.

In oppositum est Aristoteles in isto secundo ubi probat quod ex duobus elementis non habentibus symbolum: puta ex aqua et igne. terra et aere potest tertium generari.

Pro ista ergo questione sit prima conclusio ex duobus elementis habentibus symbolum non potest tertium generari: patet quia ignis et aer: que sunt elementa habentia symbolum agunt adinuicem: et non corrumpitur caliditas cum utrobique sit caliditas: et per consequens nec aqua nec terra generabitur: cum utraque requirat frigiditatem: Ita similiter si aqua et aer agant adinuicem: non corrumpitur humiditas: nec per consequens ex eis generatur ignis nec terra: et similiter deducatur de aliis elementis habentibus symbolum. ¶ Secunda conclusio. ex duobus elementis non habentibus symbolum potest tertium generari per actionem eorum adinuicem absque actione tertii elementi: patet: quia ex igne et aqua que non habent symbolum potest fieri terra. et hoc potest sic fieri: nam frigiditas ipsius aque potest obtinere super caliditatem ipsius ignis et siccitas ipsius ignis super humiditatem aque: et sic corrumpitur humiditas aque et caliditas ignis: et manent ibi frigiditas aque et siccitas ignis: et sic generabitur ex eis terra et similiter caliditas ipsius ignis potest obtinere super frigiditatem aque: et econuerso: humiditas aque super siccitatem ignis: et sic corrumpetur ibi frigiditas aque et siccitas ignis et remanebit ibi solum humiditas aque et caliditas ignis: et sic ex eis generabitur aer qui est calidus et humidus: sic ergo ex duobus elementis. s. igne et aqua non habentibus symbolum potest tertium generari. s. aer vel terra. ¶ Tertia conclusio. ignis non potest facere aerem ex aqua nisi aqua etiam faceret aerem ex igne: probatur: quia ignis ex aqua non potest facere aerem nisi quando sola caliditas obtinet super frigiditatem: et tunc humiditas corrumpit siccitatem et manet ignis sit humida et cetera que est dispositio ad formam aeris non non fit humida nisi ab actione humiditatis aque super siccitatem ignis. ¶ Quarta conclusio est quod si per hunc modum aqua agit in ignem: et econuerso: et iste actiones sunt eque veloces concedendum est quod aer generatur et tamen pro tunc ipsum generans est corruptum: probatur: quia in illo instanti in quo introducitur forma aeris esset corrupta forma ignis et aque. ¶ Quinta conclusio est. quod si una illarum actionum est velocior: ita quod ignis agat velocius in aquam quam econuerso: tunc forma aeris introducitur in materiam aque: et tunc generatur aer: et postea ille aer generabit aerem: ex illo igne qui genuit ipsum: et causa huius est quia ille ignis iam est dispositus ad corruptionem: ex eo quod aqua antea remittebat eius siccitatem: et induxit eius humiditatem et per consequens iam est dispositus: ut ex ipso generetur aer. ¶ Ex conclusione sequitur ignem posse generari extra locum suum proprium: patet si aer et terra agerent in se inuicem: et caliditas aeris obtineret super frigiditatem terre: et siccitas terre econuerso super humiditatem aeris. ¶ Sed dubitatur hic: quia nihil agit ultra gradum proprium: ergo aer non agit caliditatem intensiorem in materia terre quam habet: ergo non potest ex ea generare ignem quia ad generationem ignis requiritur maior caliditas quam sit caliditas aeris. ¶ Respondetur: quod aer potest calefacere ipsam terram ultra gradum proprium: et hoc propter compassibilitatem materie terre: ¶ Uel aliter dico: quod terra quando est ita calida sicut aer: et cum hoc valde sicca: tunc introducitur forma substantialis ignis mediante qua ulterius reducitur ad caliditatem ita intensam sicut est caliditas ignis.

Ad rationes. Ad primam dico quod non est inconueniens generatione equiuoca: licet non univoca: dissimile generari a sibi dissimili. ¶ Ad secundam dico: quod quando ignis obtinet secundum ambas suas qualitates: tunc semper ipsius ignis esset rarefacere: quando vero obtinet solum secundum unam et obtinetur super ipsum quo ad aliam: tunc non oportet esse talem actionem ignis in aquam: et econuerso: cum ex eis generatur terra. ¶ Ad tertiam dico non esse inconueniens unum esse fortius alio secundum unam qualitatem et debilius secundum aliam nec ratio probat oppositum huius. ¶ Ad quartam dico: quod in approximatione ignis et aque adinuicem: cum ignis corrumpit frigiditatem aque: bene aliqualiter remittitur humiditas eiusdem: sed non totaliter corrumpitur: et tunc cum genitus est aer: econuerso redibit ad seipsam. Similiter dicatur de siccitate ignis quod etiam bene aliqualiter remittitur cum caliditas ignis corrumpitur per frigiditatem aque: postea cum genita est terra redibit ad seipsam. ¶ Ad quintam dico: quod cum unum elementorum est potentius altero secundum ambas qualitates: tunc bene conuertit aliud in suam naturam. cum vero unum est potentius alio secundum unam qualitatem: aliud autem econuerso secundum aliam: tunc unum non conuertit aliud in suam naturam: nec ex eis generatur mixtum: sed ex eis generatur tertium elementum. ¶ Ad sextam dico: quod cum tria elementa sunt applicata adinuicem: tunc necesse est quod unum eorum habeat symbolum cum uno: et non habeat symbolum cum alio: et tunc potest fieri quod illorum que habent symbolum unum conuertat aliud in suam naturam: quo facto maneant duo non habentia symbolum: et ex illis tunc generabitur tertium: ita quod nunquam ex tribus generabitur quartum: sed bene ex duobus tertium modo predicto.

Questio. X.



Queritur utrum quodlibet mixtum circa locum medium sit compositum ex omnibus simplicibus. ¶ Et videtur quod non cum lapis qui est in profundo maris sit unum mixtum circa medium: et tamen in ipso nihil est de igne: nam satis cito extingueretur: ergo non quodlibet mixtum circa medium est compositum ex omnibus simplicibus. ¶ Secundo si questio esset vera: tunc in auro esset aqua: cum aurum sit unum de corporibus mixtis: sed quod in auro non sit aqua patet: quia dum aurum purgaretur in fornace illud deberet corrumpi satis cito: hoc

tamen falsū est: quia dicit ꝙ per longum tēpus aurū durat in igne qḋ non corrumpitur. ¶ Tertio aliqua mixta sūt ita grauia vel grauiora elemētis: sicut aurū vel plumbū: modo hoc nō esset si in eis essent elementa leuia: ꝛ per consequens de talibus videtur qḋ non sint composita ex omnibus simplicibus non obstante qḋ sint mixta circa mediū residētia. ¶ Quarto quedā sunt mixta ex igne ꝛ terra solū: sicut sunt exhalationes calide ꝛ sicce: quedam vero ex aere ꝛ aqua solum: sicut vapor calidus ꝛ humidus vt patet primo metheororum. Quinto elemēta non manent in mixto formaliter: sicut dicebatur prius: ergo q̄stio falsa. Sexto pari ratiōe posset eē vnū elementū ex tribus vel duobus simplicib⁹: sicut ex quatuor: modo hoc est falsum.

In oppositum est Aristoteles in isto secundo. ¶ In ista q̄ōne. Primo ponā aliqua notabilia pro titulo questionis. Secundo ponentur conclusiones.

Quantum ad primum sciendum quod in proposito per simplicia non intelligimus deum et intelligentias: sed corpora simplicia generabilia ꝛ corruptibilia q̄ sunt vocata elementa. ¶ Secundo notanduꝫ: qḋ mixta circa mediū dicuntur mixta manentia circa terram ꝛ habent residētiam ꝛ mansionem circa ipsam: ꝛ alia nō dicuntur mixta circa locum medium eo qḋ terra est medium mundi: ꝛ non intelligitur questio de mixtis imperfectis naturaliter ascendētibus in aerem: sicut sunt exhalationes ꝛ similia. ¶ Tertio notandum: qḋ quando dicit ex omnibus simplicibus: nō debet intelligi qḋ fiat distributio vsq₃ ad indiuidua simpliciū sed solū vsq₃ ad eorū species: ita qḋ fiat distributio nō ꝑ singulis generum: sed ꝑ speciebus. ¶ Quarto notandū: quod multi sunt modi ponendi elementa in mixtis: primo qḋ nō maneant in mixtis: nec forme: nec qualitates eorum: sed solum quedam qualitates remisse similes qualitatibus ipsorum sicut dicebatur in vna questione sup primum huius: et ibi ponebatur alius modus ponēdi elemēta manere in mixto. ¶ Quinto notandum: qḋ questio potest intelligi qḋ quatuor elementa essent in mixto modo predicto: vel qḋ elementa sint in mixto. i. ꝙ requirant ad generationē mixti. ¶ Sexto notandum: ꝙ adhuc questio potest intelligi vtrū mixtum habeat illas qualitates naturaliter: ꝛ tunc dicitur substātialiter mixtum vel habeat illas violenter: ꝛ sic dicit mixtū qualitatiue. Et sic simplex elementuꝫ substantialiter potest esse mixtum qualitatiue: vel q̄n est alteratū violenter. ¶ Septio notandū: qḋ adhuc questio pōt intelligi vtrū in omni mixto circa mediū sint quatuor elemēta ꝛ qualitates similes qualitatibus elementorū: ꝛ potest hoc intelligi vel de qualitatib⁹ actiuis aut passiuis: vel de qualitatibus motiuis localiter sicut sunt grauitas leuitas ꝛc.

Unde in questione ista primo videndū est quomodo celum agat in ista inferiora. Et iuxta hoc est notādum q celum agit multipliciter: vt puta p motū lumē z per influentiā: z ista inferiora sumuntur hic pro toto aggregato ex omnibus q̄ sunt in sphera corruptibiliū: sed sumitur virt⁹ in pposito p potētia actiua vel passiua inferiorū quā possūt agere vel pati: sicut grauitas caliditas z similes qualitates. ¶ Ulterius notandū: qd̄ regere vel gubernare in proposito est idem qd̄ agere intendēdo aliquē finem: z hoc fit cū cognitione si proprie sumitur; vt vult Aristo. primo politice: qui dicit: qd̄ scientis z mente prouidētis est regere z dominari z gubernare: sed ignorātis naturaliter est seruire. ¶ Ulteri⁹ notandum qd̄ illud dicitur fieri a motibus celestibus qd̄ fit a celo z ab intelligentijs taliter mouentibus ipsum celum. Ex isto patet intellectus tituli questionis. ¶ Tunc sit ergo prima conclusio. qd̄ celū agit in ista inferiora capiendo celū p quinta essentia. hoc patet per experientias: nam sol mediante accessu suo ad nos causat calorem mediante lumine: z post recessum autem eius fit nox z fiunt frigora. Similiter per accessum eius crescunt germina z fructus: z similiter fiunt venti z pluuie vt patet in hoc primo z in secundo huius. ¶ Taliter probatur conclusio per experientiam de luna: qz videmus q fluxus z refluxus maris consequitur motum lune: secundū qd̄ apparebit in secundo huius. Similiter humores in corporibus animaliū augmētantur in augmēto lune z in decremēto diminuuntur. Iterū medici dicunt: qd̄ fm motum lune fiūt dies critici: z hoc experientia docet: quod non esset nisi luna valde ageret in ista inferiora. ¶ Confirmatur cōclusio per aliam experientiā de magnete: quia dicit in tractatu de magnete q si quis tornauerit vel rotundauerit magnetē ad modum sphere: z ferrum duobus polis in magnete posuerit ipz volubiliter super duos polos cōtinue volueretur z ppetuo: sicut celum pter hoc qd̄ in ipso sunt virtutes cōsimiles virtutibus celi z partibus celi: z sic tales partes lapidis semp conformes partes celi respiciunt: qd̄ nō esset nisi quelibet ps celi influeret sup illū lapidē hic in inferioribus. ¶ Iterū eadem cōclusio patet de metallis: vnde quilibet planetarū habet vnā speciem metalli: sicut sol aurum: z influit specialiter sup ipsum: z luna argētum mercurius argentum viuum: sed mars ferrū. iuppiter stannū saturnus plumbū, z sic de alijs: z pp hoc ab alchimistis ista metalla nominibus planetaruz nominant. ¶ Iterum fortune z infortunia hoim fm astrologos a celo dependēt. Et ex his omnibus patet prima cōclusio. ¶ Secunda cōclusio est de modo agendi: quo celū agat. z est ista: qd̄ celū agit per motū vel p lumen vel per influentiam tanq̄ per instrumentū: probat primo q per motum: nā dicit in primo huius: q celū motu suo rapit secum ignem in sua sphera z circūuoluit eū: z ignis aerem in superiori parte z ex tali motu calefit aer: z per consequens alia. ¶ Scd̄o probatur q p lumen: qz hoc experientia docet in die. ¶ Tertio probat q per influentiā agit in ista inferiora: naz in pfundo terre generant metalla virtute stellarū: z tamē nō pōt ibi puenire lumē: imo maxime tenebre sunt ibi quantū est ex parte celi: z hoc est per influentiā. ¶ Similiter etiā mare fluit z refluit quādo luna est in puncto anguli terre: sic tamē q lumē lune nō attingit mare in illo loco propter qd̄ oportet qd̄ per influentiā agat. ¶ Sz diceres: q̄ res est influētia vel quid est dico q est q̄dā qualitas siue virtus diffusa per totū mundū sicut multiplicat species coloris vel luminis. Tamē differētia est inter influentiā z lumen: primo qz lumen est qualitas visibilis z sensibilis: sed nō influentia cū non sentiat aliquo sensu sicut apparet in virtute q̄ causat a magnete quādo mouetur ferrū ad ipsum per nullū enim sensum sentitur illa virtus. Secundo differunt: qz talis influentia nō impedit saltē totaliter si aliqd̄ corpus interponat: sed trāsit p corpora opaca z densa p que nō pōt trāsire lumē: sicut apparet de magnete: qz vnus mouet aliū supertus in vase natantem si sub vase bene denso teneat. Tertio differunt: lumen solis solū causatur a sole z lumē celi a stellis celi. Sz influentia causatur ab alijs partibus celi nō stellatis. ¶ Tertia conclusio: omnis virtus naturalis huius mūdi inferioris sensibilis gubernat a celo: z probat: quia celum agit aliqua in istis inferiorib⁹ p primā conclusionem: z per consequens concurrit ad aliquā actionem virtutis inferioris naturalis: igitur ad oēm actionem naturalis virtutis. consequentia tenet ex hoc: quia non est maior ratio de vna q̄ de alia. ¶ Et confirmatur: quia cuilibet virtuti actiue in istis inferioribus correspondet aliqua virtus in celo: vnde sicut sunt hic aliqua calida sic in celo sūt aliqua calefactiua: z sicut hic sunt aliqua frigida ita in celo sunt aliqua frigefactiua: z si nō semper agant talia p lumen agunt tamen p influentiam que naturaliter impediri nō potest. ¶ Tertio. pbatur eadē conclusio ratione Aristo. in litera: quia motus celi est primus omniū motuuz vt habetur ex octauo physicorum: z est causa omnium aliorum: ideo celum per talem motū causat z regit alios motus. ¶ Et confirmat conclusio ex ordinatione causarum: qz cause sunt subordinate: vt patet octauo physicorum z secundo metaphysice: ita q omnes reducuntur ad vnā que mediante motu celi agit omnia hic. ¶ Iterum celuz continet omnia localiter z circūdat z per consequens gubernat. ¶ Iterum Albertus confirmat dictum Aristo. quia motus inferiorum sunt valde irregulares: ideo oportet q reducantur ad aliquos regulares mot⁹ cuiusmodi sunt motus corporum celestium a quibus gubernantur. ¶ Ex ista conclusione sequitur: qd̄ necesse est istum mundum esse cōtiguum z immediatum celo: probatur: quia alias oporteret poni vacuum inter celum z mundum istum: z tunc celum non posset agere in mundum istuz: quod est oppositum predictarum conclusionum: quia actio non fieret p vacuum. patet etiā ex hoc: quia agens debet esse immediatū passo: z celum est agens: et ista inferiora patiuntur ab illo: vt visum est igitur zc. ¶ Ultima conclusio est: quod nō obstantibus illis que dicta sunt: actus humani fiūt libere: sicut nolle z velle z huiusmodi non reguntur a celo: z propter hoc dicebatur in conclusione precedenti quod omnis virtus naturalis ad excludendum omnes virtutes rationales: sicut sunt intellectus z voluntas: quorum actus sunt liberi: z ad minus actus voluntatis: probatur per rationes vltimo factas ante oppositum: et propter hoc dicebat Ptolemeus: quod vir sapiens dominabitur astris. scilicet per prudentiam obuiando z impediendo actionē celi ad quā celū ipsum inclinaret.


Ad rationes principales. Ad primam cuz dicitur tunc celum cognosceret: dicendum quod nō oportet quod corpus celi cognoscat: sed sufficit quod intelligētia cognoscat que mouet celum: quia celum excluso motore nō cognoscit nec gubernat nisi virtute motoris. ¶ Et si diceres: intelligentia illa nihil intelligit extra se vt dicitur libro. xij. metaphysi. Dicendū sufficit qd̄ intelligat se et agat propter se. z intelligendo alia extra se nō intelliget illa per species receptas sicut nos intelligimus: sed per essentiam. ¶ Ad secūdam: cū dicebatur: agens in agendo repatitur dicendum est q verū est de illa actione que fit per contractum corporum habentiū cōtrarias qualitates: sed sic nō est de celo: quia licet celum tangat ignē: nō tamē est actualiter frigidū nec calidū sed sic nō est de istis inferioribus que tangunt se. ¶ Ad tertiam dicendū q nō oportet. tum propter liberū arbitrium: qd̄ si nō esset: possibile esset qd̄ omnia fierent equali necessitate: sicut celum mouetur. Tum etiā quia multa possunt impedimenta contingere propter diuersitatem naturarum inferiorum: quia ignis in hyeme posset impedire infrigidationem que erit a celo. z similiter etiā ¶ Ad aliā. cum dicebatur hoc esset mediante lumine concedit q sic: vel p influentiaz: z illa pōt venire ad profundū terre. ¶ Ad aliā. cū dicebat multe sunt actiones in istis inferioribus zc. dicendum q nulle sunt actiones preter actiones voluntatis quin celum coagat agētibus illis: imo sic sunt ordinate cause quod si prima cessat omnes alie cessant. vnde si celum non influeret ignis nō cōbureret: imo nec moueretur: nec grauia descenderēt: z sic de alijs zc.

Questio. II.

Queritur vtrum moles totius terreid est quantitas vel magnitudo sit quibusdam astris multo minor. ¶ Et arguitur primo quod non: nam sol z quodlibet astrum nobis apparet minus magnitudine totius terre: et sol est maior q̄ quam appeat nobis: z similiter quodlibet astrū est maius quā appareat nobis igit moles terre nullis astris

est maior


est minor: consequentia patet: et antecedens quantū ad primam partem est notū ꝑ experientiā. Quantū ad secundam partē ex hoc: q2 nos moramur in medio dēsiori ꝙ̄ sit mediū in quo est sol vel astra: ergo radij solis vel astrorum dispergūtur ꝛ ostendūt rē maiorē ꝙ̄ sit: sicut apparet in simili cū videāt litere ꝑ berillū vel speculū vitreū sicut apparet denari⁹ in aqua maior ꝙ̄ ipsemet apparet in aere: et consimili modo fieret si diceres mediū in quo est sol esse dēsius illo in quo nos sumus. ¶ Secundo. si sic: maxime esset minor sole: consequētia tenet: q2 sol est maximū astrū: sed falsitas ꝓbatur: q2 sol est equalis lune: ꝛ luna est minor terra: ergo sol est minor terra. consequentia patet: Sed antecedens apparet ad sensum: cū ambo appareant pedalis quantitatis: et etiā ex alio: q2 luna obumbrat totū solē: qḋ nō esset nisi esset equalis vel maior: q2 corpus minus nō potest totaliter obumbrare corpus mai⁹: sicut ptꝫ de denario paruo respectu peluis vel alteri⁹ magni corporis. antecedēs quo ad secundā ptem patet per astrologos: ꝛ patet ex eo: q2 terra cuius vmbra minorāt obūbrat lunā totā: igitur luna est minor terra. ¶ Tertio. si sic: hoc maxime esset verū de astris octaue sphere. consequentia patet: q2 ista sunt maiora alijs astris inferiorib⁹: aliter non viderentur: q2 nimis distant. sed consequēs ꝓbatur esse falsum: q2 si quelibet stellaꝝ octaue sphere est maior terra. tunc quādocūqꝫ stella totaliter mutaret locum qlibet eius punct⁹ esset mot⁹ pl⁹ ꝙ̄ ducēta milliaria. Et tamen talis mot⁹ esset insensibilis propter tarditatem: quod est falsum et inconueniens: quia esset valde velox: sed consequentia tenet: quia si tota terra totaliter poneretur extra locuꝫ:



quilibet punctus moueretur tantum quantum esset spissitudo terre: que est maior ꝙ̄ ducenta miliaria sicut apparet in theorica Cāpani: sed ꝙ nō sentiretur probat: q2 nō possum⁹ sentire motus stellarū nisi in lōgo tēpore qꝛ̄ ꝑ lōgā distātiā sunt mote. ¶ Quarto si sic: hoc posset apparere ex eo ꝙ radij solis vel astrorū trāseūtes circa terrā cōcurrerēt in aliquo cono i opposito loco celi: sꝫ hoc nō pōt appere: q2 radij a sole ꝓcedētes circa terrā supficiē terre cōtingētes obliq̄ icidūt sup cōuexitatē ignis ꝛ aeris: ergo frāgunt ad ꝑpēdicularē ab eodē pūcto icidētie i cētrū sphere ducibilē. ꝛ ex alia pte terre ꝛ aeris ꝛ ignis vbi exibūt frāgunt iterū ab incessu recto a ꝑpēdiculari: q2 mediū rari⁹ occurrit post dēsi⁹. igit tales radij semꝑ strici⁹ ꝓcedūt: sic ꝙ radij cōcurrere possunt ad vnū conū dato ꝙ luminosum sit min⁹ vel equale vmbroso: ꝛ ergo ex illo nō pōt sufficiēter ꝓbari terrā esse minorē. ꝛ ꝓbat cōsequētia pricipalis: q2 ꝓpter hoc ponit sol ipsa terra maior ꝛ luna minor. Sed declarat qḋ dictū est. s. ꝙ luminoso existēte minori vel eq̄li radij possunt cōcurrere ꝑ vnā experiētiā: sumpto eñ vrinali pleno aqua mūda: ꝛ in medio aq̄ teneat glob⁹ vmbrosus terre vel cere: ꝛ ex vna pte teneat flāma cādele minor ꝙ̄ sit vmbrosuꝫ i aq̄: tūc ex alia parte extra vitrū radij ꝯcurrūt ad pūctū vnū: ꝛ sic cū terra sit in medio densiori ꝙ̄ sol radij solis possunt cōcurrere dato ꝙ sol sit minor. ¶ Quinto. si sic hoc esset ꝓ tāto ꝙ vbicūqꝫ esset hō sup supficie terre semꝑ medietas celi appet ei: sed hoc est falsuꝫ. Et cōsequētia ptꝫ: ꝓpter hoc eñ auctor sphere ꝛ Alfraga⁹ in libro de differētijs: ꝛ alij posuīt terrā fore minorē stel sensibilib⁹. Sed falsitas ꝓbat: q2 maior ps appꝫ ꝙ̄ medietas vbicūqꝫ sit hō: ꝓpter refractionē radiorū obliq̄ incidētium sup mediū dēsi⁹. Stelle eñ q̄ nō sunt sup suū orizontē videtē celū ꝑ equalia possunt videri cū stellis existentib⁹ sup orizontē: ꝛ ex alio: nā si qs esset sup conuexū orbis lune adhuc medietas celi tā bñ sibi esset apparens: sicut nobis: ꝙ̄uis orbis lune mīris astris sit maior. ¶ Sexto. si sic: hoc et ꝓ tāto ꝙ terra nulli⁹ esset quātitatis i cōparatiōe ad celū: sed quelibet stella sensibilis esset aliquante magnitudinis in cōparatione ad ipsum: consequētia ista ptꝫ quia per hoc probant astrologi terram esse minorem: sed hoc est falsum: quia arcus intra locum in quo apparet sol vel alter planeta. quando est circa ortum ꝛ locum verum eiusdem planete est sensibilis in cōparatiōe ad celum: ergo etiam quantitas terre. consequentia patet: q2 ille arcus est minor quantitate terre: quia propter semidiametrum terre causatur: et quod sit sensibilis patet: cum sit maior magnitudine corporis planete. ¶ Ultimo. si sic: tunc omnes homines errarent iudicātes solem et alia astra esse terra breuiora: quod est inconueniens: q2 fama quā oēs famant nō in toto deperditur: vt dicitur in de somno ꝛ vigilia: ꝛ consequētia patet de se.

Ad oppositum est Aristoteles in capitulo

tertio primi libri: vbi sic dicit. moles qdeꝫ enim terre quāta quidē vtiqꝫ sit ad ambiētes magnitudines non immanifestū: iā eñ visum est ꝑ astronomica theoremata nobis: quod multo quibusdā astris minor est et hoc quidē volūt omnes astrologi: sicut auctor sphere ꝛ Ptolome⁹ i scḋo almagesti: ꝛ in secūdo gebre: Et Boetius in secundo de consolatiōe philosophie et Alfraganus. ¶ Secundo notandum: quod moles totius terre: sumitur hic pro quātitate vel magnitudine totius terre. seu pro orbe terrarum: et pro omnibus qui habitant in eo: sed astrum sumitur indifferenter pro quacūqꝫ stella: siue sit erratica: siue fixa. ¶ Tertio notandū: quod notitie magnitudinum acquiruntur nobis ex cognitione ꝛ proportione ipsarum ad quātitates notas. Modo terra licet sit magna in proportione siue in comparatione ad magnitudines paruas tamen est parua in cōparatione ad maximas: vnde tales magnitudines quādoqꝫ comprehenduntur satis certe quandoqꝫ non. Unde multipliciter cognoscimus quantitates ꝛ proportiones magnitudinum. Videm⁹ enim quod si equales magnitudines ꝛ similes sint tam remote a visu nostro quod tunc apparent nobis equales ceteris parib⁹, et ideo quando distantes magnitudines comparantur adinuicem: tunc aut nos sumus eque distantes ab eis: et tunc bene iudicamus eas esse equales sed si inequaliter distamus ab eis: et ipse sunt inequedistantes: iudicam⁹ propinquiorem esse maiorem: ꝛ quandoqꝫ minorem iudicamus maiorem: ꝛ adhuc concludimus regulas istas per experientias sensibiles: et per intellectum quibus veritatem inuenim⁹. ¶ Et istaꝝ vna rō sit hec: ꝛ sit prima conclusio. si luminosum sphericū vmbroso sit mai⁹: in eodē medio radij luminosi ꝓcedētes vltra vmbrosum: si nō sit īpedimētū: retro vmbrosum cōcurrūt: ꝛ econuerso si concurrūt est vmbrosum luminoso minus ꝛ luminosum maius vmbroso: hoc probatur: q2 radij luminosi in eodē medio ꝓcedūt secundū rectilineas: sic ꝙ radij extremitatū luminosi cōtingentes vmbrosum nō sunt eq̄distantes: q2 aliter luminosum et vmbrosum essent equalia cui⁹ oppositū ponit in cōclusiōe: ergo cū linea vmbrosi superueniēs istis radijs causat duos angulos intrinsecos duob⁹ rectis simul iūctis minores: et hoc retro vmbrosum: oportet istas lineas visuales vel radios versus istā ptē vlterius protractos coniungi per quartam petitionē primi Euclidis: ꝛ ꝑ cōsequēs cōcurrūt radij: ꝛ hoc est primū. Secūda pars patet: q2 linee recte post pūctū concursus ex vtraqꝫ parte semꝑ pl⁹ distant abinuicē: ergo cū retro vmbrosum continue versus luminosum magis et magis separentur: sequitur quod luminosuꝫ ad cuius extremitates radij procedunt sit maius: et hoc est secundum. Et istam eandem ponit Jacob⁹ Aluidi in libro suo de vmbrosis et aspectibus: et patet in figuris.



¶ Secunda cõclusio. si luminosum fuerit vmbroso min⁹ ceteris parib⁹ radij luminosi cõtinue post vmbrosum magis separant̃ sicut vmbra erit maior: ⁊ ecõuerso: si magis separãtur siue vmbra sit maior erit luminosum vmbroso min⁹: hoc patet per experientiã: si enim manũ teneas iuxta paruã candelã propinque erit vmbra iuxta parietem multo maior manu et ecõuerso: ⁊ si vmbra est maior manu candela est minor manu. ¶ Alie sunt regule quas p angulos causatos in oculis secundũ distantias visibiliũ poterimus inuenire: vt si visibilia equalia ab oculis equaliter sint distãtia: anguli causati in centris oculorum sunt equales ceteris paribus: et si inequalia equaliter distantia anguli sunt inequales: quia a maiori enim magnitudine causat̃ maior angulus ⁊ a minori minor: et si inequalia inequaliter distãtia: possibile est causari angulos equales: ⁊ iste regule ponũtur in libro de visu: et in libro de aspectib⁹ Euclidis: vbi eas presupponit tanq̃ propositiones per se notas.

His visis magis descendendo ad quesitũ: sit prima cõclusio. q moles terre est ipso sole multo minor: si in eodẽ medio diaphano sit sol ⁊ terra probat̃ q: radij solares concurrũt vltra terrã: igitur per primã cõclusionem sol est maior terra: ⁊ p cõsequẽs terra minor. ¶ Secunda cõclusio. q terra est minor saturno ⁊ ioue: probat̃: q: si sol et saturnus eq̃liter distarẽt a nobis sub eq̃lib⁹ ãgulis i oculo nobis equales apparerẽt vel sol sub minori: ergo sol est minor vel equalis: p regulas de angulis premissas: cũ ergo sol per primã cõclusionẽ sit ipsa terra maior: sequitur q saturnus sit maior eadẽ: ⁊ p ɔsequẽs terra est minor saturno: antecedẽs quo ad primã partẽ patet: q: saturnus multo magis distat: ergo p regulas de angulo apparebit sub minori ãgulo: et similiter de ioue: imo si sol esset vbi est saturn⁹: possibile esset vel saltẽ dubium q sub nulla quantitate nobis appareret. ¶ Tertia cõclusio. q terra qualibet stella sensibili in octaua sphera si in eodẽ sit medio cuz terra est minor: probat̃: q: terra est minor saturno p secundã conclusionẽ: ⁊ saturn⁹ est minor q̃libet stellarũ octaue sphere: vel q̃libet octaue sphere est maior sole vel saturno propter causas iaz dictas: ergo sequit̃ q terra qualibet istarũ est minor. ¶ Quarta ɔclusio. q si terra et luna sint in eodem medio et sol sit maior terra: necessario luna erit minor: pbatur: q: vmbra terre q̃ est strictior prope lunã q̃ ppe terrã vt patet ex prima premissarũ: obumbrat totã lunã: ergo luna erit minor. ¶ Et ex his sequitur cõclusio responsalis ad q̃sitũ q terra quibusdam astris est multo minor: patet: q: qualibet stella octaue sphere: similiter sole ⁊ saturno: et ista sunt q̃dã astra: ergo ⁊c. Et hoc est quod voluit Aristo. in litera: et ex ista conclusione patet: q terra in comparatione ad celuz est parue magnitudinis: q: quelibet stella est parue magnitudinis in comparatione ad celum: modo terra est minor stella: vt visum est ⁊c. ⁊ iste conclusiones sunt posite si propter refractionem radiorum non fiat impedimentum: quia radij ita diuersimode possunt frãgi q difficile esset istas cõclusiones verificari vel concludi: sicut apparet per experientiam de vrinali in quo sit vmbrosum: sicut tactũ est in ratione ante oppositum ⁊c. ergo astrologi probantes solẽ esse maiorem terra propter concursuz radiorum non sufficienter probant nisi supponerent q mediũ esset vniforme in quo est sol ⁊ terra: quod est falsum.

Per hoc ad rationes: ad primam conceditur prima pars antecedens: ⁊ negatur secũda pars. Ad probationem cũ dicitur: quia nos sumus in medio densiori: conceditur: nec oportet semper radios disgregari per medium densius quomodocunq̃ nisi oculus esset in medio rariori: sic q mediũ densius poneret̃ in medio inter duo rara. Uel aliter potest dici: q cõclusiões sunt posite: supposito quod esset mediũ vniforme: alias nõ essent probate: nec probatur sufficienter solem esse maioreз q̃ apparet nobis nisi esset in medio vniformi nobiscum. ¶ Ad secundam conceditur antecedens et consequens. Ad improbationem cuz dicitur sol est equalis lune: negatur. Ad probationẽ dicendũ q apparet pedalis quãtitatis sensui qui decipit̃: nec oportet ppter hoc q sit equalis. ¶ Ad cõfirmationẽ luna obumbrat ⁊c. cõceditur: ⁊ hoc respectu vni⁹ parue particule terre: sed nõ respectu totius: et propter nimiã distantiã solis a luna. vnde propter vnũ denariũ positũ ante oculuz obumbraretur medietas mundi nec videret̃ ab isto oculo. ¶ Ad aliam si sic esset ⁊c. conceditur. nec est incõueniẽs ppter nimiã distãtiã stellarũ octaue sphere: q: immoderata distantia impedit ne possimus cognoscere motum. ¶ Ad aliã cõceditur: et hoc si propter fractionẽ radiorũ nõ fiat impedimẽtũ: ⁊ sic forte nõ est notabilis fractio: nec ita magna q sit multũ sensibilis. ⁊ adhuc tamẽ per aliã viã poterit inuestigari magnitudo solis: vt puta p angulum subtensum tẽpore eclypsis solis: et sic adhuc habetur propositum. ¶ Ad aliam. conceditur q hoc non est pro tanto: sed hoc bene est vnũ signum: licet tamen non sit causa. ¶ Ad quintã: conceditur quod terra nõ est alicuius magnitudinis in comparatione ad celuz. Et similiter dico q nec iste arcus est sensibilis saltem sensu exteriori: licet bene per intellectum cum regulis ⁊ canonib⁹ possit inuestigari magnitudo eius. ¶ Ad sextam. conceditur quod multi errant et sunt decepti: nec ista est fama credentium sequentium intellectum: sed sensuz: et propter hoc contingit error illis ⁊c.

Questio. III.

Queritur vtrum celum sit nature ignis. ¶ Et arguitur quod sic: quia si nõ: sequitur quod hoc esset ideo: quod nec posset sursum nec deorsuz moueri: sicut ignis: et ppterea esset distinctũ a natura elementari. consequentia ista tenet: q: ex hoc Arist. in primo celi: et in hoc primo concludit celum esse diuerse nature ab istis. sed falsitas consequentis probatur. nam posito quod celum sit igneis et sit ita durum quod non sit flexibile: tunc per motorẽ extrinsecũ vel appropriatũ poterit quãdoq̃ esse centrũ mundi centrum sue leuitatis ⁊ circulariter ad libitum motoris moueri: nec ascendendo nec descendendo: scilicet secundum aliquam sui partem: et per consequens ex hoc motu circulari excluso motu sursum non poterit hoc concludi: vt potest de se imaginari vnusquisq̃. ¶ Secundo. si per imaginationez esset vna pars corporis celestis in manibus nostris: vel moueretur circulariter vel sursum vel deorsum vel alio motu: si quis esset simplex: sed non alio: q: non est alius motus simplex ab illis motibus localibus: vt patet primo celi: nec moueretur circulariter: quia motus circularis fieret per motorem coniunctum huic corpori: hoc tamen non esset hic: nec de se sine motore moueretur sic: quia necesse est omne motũ ab alio moueri: vt patet septimo physicorum: nec moueretur deorsum: nam ista pars non esset grauis: ergo moueretur sursum: et per consequens esset leuis ad modum ignis: et haberetur intentum. ¶ Sed si diceres quod non moueretur: Contra. quia esset corpus simplex mobile naturaliter simplici motu et non alio quam sursum: ergo ⁊c. etiam q: in aere moueretur sursum: ergo non esset aer: q: alias quiesceret: ergo

ret:ergo ignis.et volo tunc ꝙ omnia alia impedimenta excludantur:nec obstent:quod est satis imaginabile:nec pōt dici ꝙ casus sit impossibilis:cū nō implicet contradictionē et imaginabile sit sic fieri posse ꝑ diuinā potentiam. ¶ Tertio.maxime hoc posset argui ⁊ concludi ex motu diuerso corporū celi in diuersis partibꝰ siue ex motu circulari:sed hoc est falsum:nam celū mouet̃ circulariter:⁊ similiter ignis.et qualitercūqȝ de igne dicis ꝙ moueat̃ circulariter ꝑ influentiā vel per raptum:ita diceret aduersariꝰ de oībꝰ spheris celestibus:et sic nō est maior ratio de vna q̄ꝫ de alia quin sint eiusdē nature:etiā partes celi non mouentur motibꝰ cōtrarijs secundū diuersas partes:q: partes inferiores tardius mouentur superioribꝰ:⁊ sic anticipant nec contra istas mouent̃. ¶ Quarto.celū est rarissimū omnibꝰ supeminens:calefactiuū:exiccatiuū:ergo est ignis.cōsequētia patet:q: iste sunt proprie proprietates ignis:⁊ de ratione eiꝰ:ex quibus licet inferre propositū:antecedēs ꝓbatur:nā ipsuȝ est rariꝰ igne existēte sub ipso vel aere:q: in supficie cōcaua fit rarefactio radiorū ⁊ astrorū oblique incedētiū:vt patet ex decimo ꝑspectiue Vitulonis:sed ꝙ sit supereminēs:patet per Aristo.in primo celi:⁊ in isto primo:similiter est calefactiuū:desiccatiuū:vt patet per experiētiā:vt patet de sole:et de alijs partibus eius exiccantibus ista:sed etiaȝ est leue:q: partes eius ascendunt in ecentricis ad auges:vt astrologi:puta Ptolemeus ⁊ Geber per experientias concluserunt.

Oppositum arguitur per Aristo.in primo tractatu:capitulo tertio:vbi ipse supponit probationē esse ex primo de celo:ꝙ natura corporū latoruȝ circulariter celi:sit alia a quatuor elemētis:videlicet ab igne ⁊c. ¶ Secūdo reprobat antiquā opinionē Anaxagore:qui voluit ꝙ celum idē esset quod ether:⁊ ether idē esset quod ignis:q: reputabat hanc esse puerilem opinionem apud mathematicos cōsiderantes magnitudines.

In ista questione primo sunt aliqua notanda.secundo ponentur conclusiones. ¶ Unde primo notandum ꝙ certitudines in hac scientia naturali non sunt tāte:nec cōsimiliter requirende:sicut in mathematicis:ergo q̄̄uis Aristo.in hac scientia videat̃ dicta sua roborare ꝑ mathematicalia theoremata:tamen q: naturalis philosophia non est subalternata mathematice:nec econtra:nec directe:nec cōplete ex mathematicalibꝰ demonstrationibus pōt intentum obtinere.nā posito ꝙ Anaxagoras ꝑ mathematica theoremata sciuisset solem fuisse maiorē terra:ex hoc non cōuincitur sufficiēter ꝙ si sol esset ignis ꝙ ista inferiora essent annihilata:q: ipse sol nimis distaret sic ꝙ tantū vsqȝ hic agere non posset.etiā dicet̃ ꝙ sol licet esset ignis:tamē habet diuersas virtutes:quarū vna impedit aliaȝ ne cōburant̃ oīa:sicut modo dicitur ꝙ est simplex habēs virtutes diuersas:et sic nō fuisset nimiū puerilis opinio Anaxagore:quin apparenter ratio defensionis posset haberi. ¶ Ulterius notādum qꝺ Aristote.in naturali philosophia per mathematicas demonstrationes vel eque certas non concludit celum esse nec graue nec leue nec elementare:sed solum per rationes naturales.

His visis sit prima conclusio responsalis ad quesitum.ꝙ celuȝ non est nature ignis:q: si esset nature ignis tunc partes eius nō possent adeo coherere quin adinuicē separarentur ⁊ totū celum dissolueretur in breui tēpore:hoc consequēs est falsum:et probatur cōsequētia ꝑ experientiā:q: sic videmus qꝺ omnis ignis apud nos dissoluit̃ cito ⁊ partes adinuicē separant̃ nec remanent vnū cōtinuū:imo etiā videmꝰ ꝙ si sicca vel puluere sine humido cōiungant̃ seu calida seu frigida nō coheret et:⁊ sic ignis cū sit calidus ⁊ siccus sine humido nō potest diu coherere:et sic etiā fieret de celo:nā ꝓpter hoc dicit Aristo.ꝙ si terra non haberet humiditatē decideret̃ in cineres:⁊ hec cōclusio naturalibus rōnibꝰ Arist.in primo celi:⁊ similiter ꝑ alias rōnes est probata. ¶ Secūdo cōfirmat̃ ꝑdicta ꝯclusio:q: si esset ignis nō remaneret figure spherice:q: ignis nō determinat sibi figurā sphericā:sed magis pyramidalē:sicut deducit̃ circa librū de sphera maxime quantū ad cōuexitatē siue superiorē superficiē:et sic sol et astra fierēt oblonga ad modū flamme vel aliorū ignuū:quorū apud nos flammas pyramidales experimentaliter inuenimus. ¶ Secunda conclusio.si celum esset nature elemētalis potius esset nature aquee vel terree q̄ꝫ ignis:probatur conclusio:q: celum est corpꝰ durum influxibile alias fieret permixtio astrorū ⁊ stellarū nimiū irregularis ꝓpter diuisionē eiꝰ:sed ignis in propria sibi materia non est durus ⁊ influxibilis:vt patet per experiētiā.videmꝰ eñ de flammis:de aqua aūt ⁊ glacie ⁊ terra patet:terra eñ potest indurari:etiā ꝑspicua fieri:vt patet de vitro ⁊ glaciebus:ergo celū potiꝰ esset nature aquee vł terree:qꝺ est ꝓpositum. ¶ Tertia conclusio:celū non est nature elementalis:patet respiciendo conditiones elementorū:nam nec ex celo possunt fieri elementa nec elementata tanq̄ꝫ ex materia:q: statim deficeret:nec etiā habet motum sursum vel deorsum:nec actualiter qualitates elementorū:nec formā in materia ꝓpter ꝑpetuum suū motū:et sic de alijs:ergo ⁊c. ¶ Ex istis patet ꝙ celū nō potest extēdi nec rarefieri:nec maiorē locum:nec minorē occupare secundū superficiē cōuexā vel ꝯcauā:cū nō sit elemētū vel elemētatū:ergo diametri sphere corruptibilium non possunt fieri longiores nec breuiores.

Propter hoc ergo ad rationes. Ad primā cum dicitur hoc est ex eo ⁊c. Dicenduȝ:ꝙ aliqualiter ex isto cum alijs rationibus naturalibꝰ hoc poterit cōcludi:ex isto solo non:et hoc ꝑ rationes naturales tanq̄ꝫ ex certitudine q̄ sufficeret manifestare. Ad probationē falsitatis dicendū ꝙ si celū esset ignis non posset esse durū nec influxibile naturaliter:vt apparuit ratione prima prime conclusionis. ¶ Ad secūdā quādo dicit̃ si ꝑ imaginationē ⁊c.admittit̃ tota imaginatio:⁊ dr̃ ꝙ hoc de se et virtute intrinseca nō moueretur. Per motorē extrinsecū tamē posset moueri a principio intrinseco passiuo:sursum ⁊ deorsum ⁊c.vnde cum aer sit leuis:vt patet quarto celi:et ꝑ experientiā.q: deorsum moueretur si subtrahat̃ corpꝰ inferiꝰ:ideo posset mouere istā partem celi sursum absqȝ hoc ꝙ esset leuis:q: esset inferiꝰ ⁊ supra corporibus minꝰ grauibꝰ vel non grauibꝰ naturaliter:⁊ sic ascenderet illa pars celi sursum:nō q: leuis:⁊ sic similiter ignis pelleret istā partē sursum:q: naturaliter niteret̃ esse sub ipsa:sicut si aliquod vas in quo iaceret modicū lignū nō affixum fundo ⁊ infunderetur aqua ascenderet:dato etiam ꝙ lignū non esset graue nec leue. ¶ Ad tertiam hoc posset argui ⁊c. Dicendū ꝙ imo cū alijs cōsiderationibꝰ adiūctis:nec tamē oportet ex cōtrarietate motuū celi:q: non sunt contrarij:vt debet videri circa spherā. ¶ Ad quartam.celū est rarū ⁊c. Dicendū ꝙ celū nō est tale formaliter seu actualiter:sed potentialiter seu virtualiter:licet actualiter sit diaphanū et lucidū vel luminosum:vnde si quis teneret manū supra celuȝ non sentiret esse actualiter calidū:sicut nec radij solis sunt actualiter calidi transeuntes ꝑ vrinale plenū aqua frigida:et tamen retro possunt comburere et causare ignem ⁊c.

Questio.IIII.



Queritur vtrum eedē opiniones reiterentur infinities in hominibus. Et arguit̃ primo ꝙ nō:aliqꝫ opiniones simpliciter sunt tenēde ⁊ semꝑ:sic ꝙ earū oppositū teneri non potest:ergo nō reiterant̃:consequentia tenet:q: dato qꝺ reiterentur modo:ergo non semper erāt tenēde:sed oppositū:qꝺ erat oppositū antecedentis.antecedēs probatur:ꝑ Commētatorē scꝺo celi qui dicit:ꝙ opiniones Aristo.semper sunt tenende:quia sunt remotiores a contradictione. ¶ Et confirmatur.quia mathematice demonstrationes et conclusiones sunt ita certe et vere quod oppositum teneri non potest. ¶ Secundo.si sic:sequeretur quod esset aliquod tempus in quo homines naturaliter errarent consequens est falsum:quia non apparet propter quid vel per quantum tempus ille error deberet durare:etiaȝ si esset dare tale tempus non esset peccatum in hominibus errare in illo tempore:sed consequentia probatur quia si aliqua opinio nunc est vera et scita:qñ reiterabitur ⁊ mutabit̃:tūc erit falsa:⁊ tunc est error circa eaȝ:et si aliqua propositio sit nunc scita:et postea homines opinent̃ eā esse falsaȝ propter reiterationē istarū opinionū:tunc in illo tēpore hoīes errabūt. Tertio.sicut sensus nō reiterat suū iudiciū de scibili sic nec intellectꝰ opiniones itelligibiles:sed sensus nō reiterat

sua iudicia: igit̃ ꝛc. antecedens patet ex tertio de anima: q̃ sicut se habet sensus ad sensibilia: ita intellectus ad intelligibilia: minor patet: q̃ visus nunq̃ iudicat albū esse nigrū nec econuerso: nec audit⁹ silentiū esse sonum. Quarto, si sic, tunc idem in numero rediret post suam corruptionē: hoc est falsum, ꝛ cōtra secundū de generatione. consequētia tenet: si eedem opiniones reiterarentur et redirent.

In oppositum est Aristoteles primo hu⁹:

capitulo tertio; vbi dicit: nō vtiq̃ eni dicem⁹ nec bis nec raro reiterare factas opiniones in hominibus: sed infinities. ¶ Unde notandū: ꝙ questio ista est incidentalis huic scientie et incidit sic circa vnā dubitationē que mouet̃ in litera: vtrū quod continet̃ supra terrā ꝛ infra celū sit vnum corpus aut plura. ꝛ istā questionē soluēdo dicit Aristo. ꝙ dictū est in libro de celo ꝛ mūdo; de primo elemēto: id est de celo: quale corpus sit secundū veritatē: ꝛ dicit ꝙ totus mūd⁹ qui est circa motus superiores est plenus isto corpore celesti: sed adhuc vltra ignē est istud corpus: ꝛ dicit ꝙ istā opinionē nō solum ipse habuit: sed fuit opinio antiquoꝝ; ꝛ ꝓpter hoc dicit q̃ nō est incōueniens: ꝙ opiniones reiterent̃: ita ꝙ opinio sua fuit similis opinioni antiquorum: et sic non solū bis nec semel reiterant̃ eedē opiniones: sed infinities: vt dixit. ¶ Unde notandū: ꝙ Anaxagoras opinabat̃ celū esse igneū propter hanc rationē: q̃ corpora celestia lucent vt ignis ꝛ semp sunt sursum: et ignis hic nitit̃ moueri ad illa. Sed tamē patet ex libro de celo ꝙ celū nō est igneū: nec ignis: cū nō sit elemētū nec ex elementis compositū nec generabile nec corruptibile nec habet motum simplicē rectū: q̃uis quodlibet elementū habeat aliquē motū rectū. Et si esset ignis oīa elemēta fuissent dudū corrupta: cōsequētia tenet: q̃ ignis nimis excederet alia; ꝛ non esset aliq̃d alteri⁹ nature ab igne impediens ignē ne corrūperet alia. Alias rationes ponit Arist. de proportione elementorū q̃ oīno nō saluarent̃ si celū esset ignis. De istis videbit̃ in alia questione. ¶ Sed argumenta Anaxago. non valēt: q̃ bn̄ concedit̃ ꝙ lucet celū. ꝛ negat̃ cōsequētia: ꝙ ergo sit ignis: q̃ multa frigida lucēt. ¶ Dimissa ergo ista opinione: de quesito primo videbit̃ q̃ opiniones sint reiterabiles et que non: ꝛ circa quas materias cōtinget huiusmodi variatio: et de causa efficiente generali et particulari et de causa finali.

Quātum ad primum sciendū quod quedā

sunt [illegible] principiū cōplexū ꝛ multa principia naturalia ꝛ moralia. Exēplū in naturalib⁹ scilicet ꝙ oīs ignis nō impeditus naturaliter est calefactiuus. Exēplū ī moralib⁹: sicut ꝙ oīs pater est honorādus. similiter est de principiis cōclusionū mathematicarū: ꝛ similiter de cōclusionib⁹ circa tales veritates nō cōtingit variatio in opinionē ꝯtrariā apud homines sane mētis: q̃uis bn̄ accidat variatio in ignorantiā. Sed alie sunt veritates de q̃b⁹ neutro modo opinamur: sicut q̄n neutram partē cōtradictionis possumus aliqua ratiōe ꝓbare: q̃uis necessario altera pars sit vera: et q̄nq̃ necessaria. Sed alie sunt quarū vtraq̃ pars ꝯdictionis est aliquo modo probabilis: quandoq̃ equaliter et quandoq̃ inequaliter vna pl⁹ q̃ alia: ꝛ in talib⁹ bn̄ accidit variatio ī opiniones cōtrarias ꝓpter quasdā variationes ex parte rei factas: ꝛ q̄nq̃ nō accidit variatio ex parte rei: sed homines ꝓpter diuersas rationes mutant̃ ꝛ ducunt̃ ad assentiendū vni pl⁹ q̃ alteri vel min⁹: sicut q̄nq̃ fit ex parte rei secundū diuersitatē tēporū: sicut diuersa cibaria in diuersis tēporib⁹ fiūt: et diuersi modi edificandi ꝛ armandi: ꝛ in talib⁹ est mutatio rerū: et ꝑ cōsequēs opinionū. ¶ Ex istis patet q̃ sit materia circa quam cōtingit huiusmodi variatio opinionū. Et nō solū fit variatio opinionū circa scientias: de his q̃ sunt speculabilia: sed circa scientias practicas scilicet circa leges et politias regēdas: ꝛ maxime circa artes mechanicas: nunc eñ aliter scinduntur vestes q̃ antiq̃t⁹ solebant fieri ꝛ sic de aliis. ¶ Ulterius notandum ꝙ quandoq̃ mutatur opinio in opinionem cōtrariā: ꝛ q̄nq̃ in ignorantiā: ꝛ quandoq̃ apud omnes homines mundi: et quandoq̃ apud paucos vel multos. ¶ Ulterius notandum quod alique sunt opiniones vel propositiones circa quas possunt teneri solum due vie: sicut de perpetuitate anime vel mundi. alie circa quas contingit habere plures opiniones q̃ duas: tamen finitas: sicut patet de pluribus opinionibus vel propositionibus philosophie naturalis. sic igitur patet: quomodo diuersimode possunt fieri diuersitates opinionum: et circa quam materiam: et hoc de primo articulo principali.

Quantum ad secundū scilicet de causa efficiente

generali sit cōclusio ista: ꝙ huiusmodi opinionum variatio principaliter fit a celo tanq̃ ab efficiente generaliter: probatur ex dictis in prioribus questionibus: q̃ totus iste mundus inferior gubernat̃ a celo: ergo etiā ꝛ quantum ad istam variationē opinionū. ¶ Sed diceres. act⁹ humani liberi non arguntur a celo: vt dictū est prius: sed variatio opinionum est ab actu libero voluntatis: ergo non fit a celo tanq̃ ab agente. ¶ Ad hoc dicitur. ꝙ q̃uis voluntas non regatur a corpore celesti sic q̃ necessitetur: tamen bene inclinat̃ ab ipso: eo q̃ recipit aliquas qualitates mouētes ꝛ inclinātes ad aliquos act⁹ poti⁹ q̃ ad oppositos: q̃ hoīes: vt cōmuniter videm⁹: ꝓsequunt̃ inclinationes naturales plus quā alias: que sunt ad oppositum naturaliū inclinationū: sicut per experiētiā videm⁹ ꝙ multi sunt valde inclinati ad desideria carnalia ꝛ prosequuntur dimittēdo iudiciū rationis: imo etiam volūt prosequi quicq̃d sit de opposito mādato legis. ¶ Secundo probat̃ ista cōclusio ꝑ astrologos ponētes quasdā cōiunctiones magnas esse causas inceptionis sectarum et religionum ꝛ generatiuas prophetarū ꝛ hereticorū sicut per experientiam videmus fieri.

Quātum ad tertiū dico: quod cause parti-

culares possunt reduci ad duas: quaꝝ prīa est: paucitas vel destructio hominū. alia est inclinatio ipsorū: et q̃ paucitas pōt fieri diuersimode: ideo q̃libet diuersorū modorū pōt dici causa particularis huius variatiōis. Unde vn⁹ mod⁹ est quē omnes videm⁹ ꝑ pestilētiā: ꝑ quā vacuant̃ regna. Ali⁹ mod⁹ est ꝑ diluuiū ipsi⁹ ignis: et alius ꝑ diluuiū aq̃. Et iste quādoq̃ est vniuersalis: sicut fuit in tēpore Noe et erit ī nouissimo die de igne. Q̄nq̃ aūt est particularis: sicut q̄n vna ciuitas submergit̃: et sic de aliis. Quart⁹ mod⁹ est per guer[illegible] homines non possunt manere in illis partib⁹: sed recedūt: licet ex hoc nō fiat tanta paucitas: sicut ꝑ pestilentiā fieret. ¶ Secūda causa est propter inclinationē hominū: ista satis facit ad mutationē opinionū: q̃ ꝓpter desideria vel negligētiā hominū opiniones mutant̃ in ignorātiā; sicut q̄n hoīes nolunt disputare nec studere: sed semp ludere: et etiā propter inclinationes hominū ad nouitates: sicut olim Athenieses et Parisienses et anglici multas rationes nouas adinuenerunt: de quib⁹ non habetur memoria: ꝙ pri⁹ fuerint similes. Hoc etiam potest prouenire propter persecutionē speculatiuorum clericorum: sicut quando clerici non honorantur: sicut quando rustici et legiste preferuntur bonis clericis. Aliquando contingit hoc propter nimiam inclinationē ad alia quam ad speculatiua: sicut quando aliqui sunt tantum inclinati ad practicandum: et ad tribulandū homines quod non possunt studere.

Quantū ad quartum de causa finali. dico

ꝙ triplex potest esse causa finalis huiusmodi mutationis. Una est ad reprimendū malitias hominū: nā multoties error circa aliq̃d terribile ad reprimendū malitias hominum multū valet: sicut dato ꝙ null⁹ infern⁹ nec paradisus esset: q̃ tamē est falsum: adhuc esset bonū fingere: vt ꝓpter timorē homines desistant a malis operibus: et insistant bonis. ¶ Secūda causa finalis est propter exercitiū humani ingenii: nā homines in nouis opinionib⁹ delectant̃: et ideo bonū est: et incitat homines ad speculandū quod dicant noua: et innouentur opiniones eorū. ¶ Tertia causa propter decorē vniuersi: q̃ quādoq̃ ex aliquo turpi aliq̃d totū aggregatum redditur pulchrius. vnde quando sunt errores est pul[illegible] Ideo etiā causa finalis potest esse inuestigatio veritatis: q̃ ex variatiōe opinionum deuenitur ad vnā verā opinionem. ¶ Dicendū est ergo ad questionē in forma. ꝙ Aristo. in litera supponit q̃ mund⁹ sit eternus: et tunc esset conclusio responsalis ista secundum ipsum ꝙ infinities reiterant̃ opiniones eedem in specie: ꝛ reiterari possunt in hominibus: q̃ infinita eadē in specie reiterantur: ergo ꝛ opiniones: consequentia tenet: et

antecedens

antecedens patet ex dictis:sed tamen nulle opiniones reiterantur infinities eedem secundũ numerũ.⁊ Aristo.qꝛ nõ fecit curã de nominibꝰ:sicut patet per Commentatorẽ primo physicorũ:commẽto primo:ideo postponit ly infinities:sed melius fuisset preponere quãtũ ad veritatẽ vel virtutez sermonis.¶ Adhuc dato ꝙ mundus non sit eternus:stare põt ꝙ infinities eedem opiniones reiterantur in hominibus:qꝛ aliquoties et non toties quin pluries:igit᷑ infinities:consequentia patet ab exponẽtibus ad expositam:et antecedens patet:qꝛ idem potest habere iam vnã opinionẽ:⁊ dimittere eam cras:et post cras resumere:et sic in infinitum.

Ad rationes. Ad primam dicendum quod verum est si opinio semper manet in hominibus:tunc circa eas contingit variatio in oppositũ:sed bene si fiat mutatio in ignorantiaz vel ꝙ opinio corrũpat᷑ cũ hominibus.¶ Ad aliam:conceditur cõsequẽs.scꝫ ꝙ sit aliquod tẽpus in quo hoies naturaliter ſ cundũ inclinationẽ celi errabunt:⁊ istõ durat secundũ influẽtiã:⁊ durationẽ cõiunctionis stellarũ. Et quando dicitur:tunc homines non peccarent errando. Dicendũ est:ꝙ materia circa quã errant potest esse talis qð errãdo circa istam non peccant:sed posset esse talis ꝙ errando peccarent:nõ tamẽ necessitant᷑ a celo licet inclinent᷑. ¶ Ad aliam quãdo dicitur de sensu ⁊ sensibili:dicendũ est ꝙ nõ semper est simile de sensu et intellectu:maxime in proposito:qꝛ sensus circa propriũ obiectũ non errat ceteris paribus:sed intellectus ꝓpter dispositionem sui quandoqꝫ bene errat circa proprium obiectum.¶ Ad quintum dicendũ quod eedẽ in specie:et non eedem in numero reiterantur.

Questio.v.



Queritur vtrum quatuor elementa sint cõtinue proportionabilia:vel vtrum habeãt equalitatẽ cõmunis analogie.i.continuã proportionalitatem. Et arguitur primo ꝙ sic:qꝛ quodlibet elemẽtum est infinite rarũ ergo sunt continue proportionalia in raritate:consequentia tenet:supposito quod vnũ infinite rarũ non sit rarius alio vt cõmuniter tenetur. Sed antecedẽs ꝓbatur:qꝛ dato quocunqꝫ elemento:ipsum est aliquantũ rarũ ⁊ aliquãtũ dẽsuz: et vbi est aliquis gradꝰ dẽsitatis ibi est subduplꝰ ad illũ:et subtriplꝰ:⁊ sic cõsequẽter:et vbi est minor gradꝰ densitatis est maior gradꝰ raritatis.sicut si aliquid secũdũ quodlibet sui haberet totã latitudinẽ caliditatis haberet infinite remissam caliditatẽ:secundũ quodlibet sui:⁊ cũ hoc summaz: sic si aliquid est ƺm quodlibet sui habens totã latitudinem densitatis vsqꝫ ad summũ gradũ densitatis:vel non gradũ raritatis:hoc haberet totã latitudinẽ raritatis vsqꝫ ad summũ gradũ raritatis.¶ Secũdo arguit᷑ ꝑ Arist.ĩ litera cap. tertio circa finẽ:vbi probat ꝙ intermediũ inter celũ ⁊ terrã et aquã nõ est solo aere plenũ:qꝛ alias aer excederet equalitatẽ cõmunis analogie ad alia elemẽtaria corpora vel equalitatẽ ꝓportionũ elemẽtorũ:quod non esset nisi elemẽta cõtinue essent proportionabilia.¶ Tertio sic.elemẽta sunt cõtinue proportionabilia proportione decupla:igitur ⁊c.cõsequẽtia patet:sed antecedẽs videtur Arist.voluisse in litera cum dicit:ꝙ eadẽ ratio est partiũ elementoꝝ adinuicẽ trãsmutabiliũ ⁊ totorũ:sed partes se habent adinuicem in proportione decupla:qꝛ dicit᷑ in primo de generatione ꝙ ex vno pugillo terre fiũt decẽ pugilli aque:⁊ ex decẽ pugillis aque fiunt centũ pugilli aeris:⁊ ex centũ pugillis aeris fiũt mille ignis:ergo sic se habẽt tota elemẽta:sicut mille ad cẽtuz: et centũ ad decẽ:⁊ decẽ ad vnũ:et ita se habebũt in ꝓportione cõtinue decupla:ergo ⁊c.¶ Quarto sic.cuiuslibet elemẽti maioris ad elemẽtũ sibi proximũ minus minor est proportio q̃ .xxxiij.ad vnũ et maior q̃ .xxxij.ad vnũ:igitur habent cõtinuã proportionẽ cõsequẽtia ptꝫ ꝑ diffinitionẽ continue proportiois q̃ est similitudo proportionũ cõtinua sine interruptione:vt patet quinto Euclidis:sed antecedens probat Brauardinus in proportionibus suis vltimo capitulo:vbi iactat se inuenisse(qð vsqꝫ ad tempora sua latuit)proportionẽ elemẽtorũ:⁊ ponit in tertia parte vltimi capituli istã conclusionẽ primã ꝙ cuiuslibet elementi maioris ad elemẽtum proximum sibi minus est ⁊c.¶ Ad quã probandã supponit primo quod quatuor elementa continua proportionalitate coniungantur:⁊ hoc narrat:sed non probat:⁊ potest persuaderi autoritatibus Aristo.in secunda ratione dictis. Alia que supponit cũ deductione conclusionis patẽt in dicto auctore.¶ Quinto.elementa sunt continue proportionabilia in raritate ⁊ densitate:igitur in magnitudine seu quãtitate cõsequentia tenet:quia magnitudo consequitur raritatem: sed antecedens patet:qꝛ in qua proportione aqua est rarior terra:in eadeꝫ proportione aer est rarior aqua et ignis aere. ¶ Sexto.elementa sunt sibiinuicẽ equalia:ergo sunt continue proportionalia:cõsequentia tenet:cum proportio equalitatis possit continuari sine interruptione et facere ꝯtinuã proportionẽ:sed antecedẽs ꝓbat᷑:si terra esset minor aqua ⁊ non equalis sequeret᷑ ꝙ aqua corrũperet terrã:qꝛ in maiori corpore est maior virtus ceteris paribꝰ:vt patet octauo physicorũ:ergo si pro maiori virtute aqua corrumperet terrã:sic ignis aerẽ si esset maior:⁊ aer aquã cõsequẽtia tenet:ꝑ modũ arguendi Aristo.in litera:cõsequens tamẽ experimento est falsuz:qꝛ manet tam terra q̃ȝ aqua ⁊c.¶ Septimo.elemẽta sunt continue proportionalia in grauitate:igitur sunt cõtinue proportionalia:consequentia patet:et antecedens notum est:q̃ȝto terra est grauior aqua tanto est grauior aere et aer igni.¶ In oppositũ arguit᷑.qꝛ si sic:sequitur ex q̃ ignis est maior aere:⁊ aer aqua:tũc aqua esset maior terra si essent continue proportionalia:sed consequẽs est falsum:cõsequẽtia patet de se.falsitas probat᷑:qꝛ si aqua esset maior terra: tunc vndiqꝫ circundaret terram:quod experimur esse falsum:sed probatur consequẽtia:qꝛ nos videmꝰ ꝙ si aliquis vnum pugillũ terre proijciat ad aquã ille descendit qꝛ grauior est:⁊ aqua circũfluit ipsum:ergo si tota terra proijceretur ad aquã quãdo aqua esset maior permitteret terrã subintrare:⁊ circũdaret eam vndiqꝫ.nec valet si tu diceres qð aqua est sic firmata ꝙ aqua nõ ascẽderet terrã ꝓpter amplitudinẽ figure terre:qꝛ tunc riui ingrediẽtes mare per quos mare augmentat᷑ etiã permitterẽt mare exire ad circũdãdũ terrã:sicut etiã erit mare in fluxu:sic totã terrã circundaret vel augmentaret᷑:sic ꝙ isti riui ascenderent ingrediẽdo mare:qð experimur falsum.¶ Circa questionẽ notandũ quod dictũ Arist.ĩ litera quãdo dicit de equalitate cõmunis analogie:hoc potest intelligi vno modo pro equalitate proportionũ eorũ adinuicẽ secundũ ꝙ positũ fuit in titulo q̃stionis alio modo potest intelligi de aliqua continua proportione pro quadã habitudine eorũ adinuiceꝫ:quã nõ omnino trãsgrediunt᷑ elemẽta:puta de aliqua continua proportiõe quã conseruant:vel non notabiliter excedunt.¶ Secundo notãdum quid sit continua proportionabilitas:⁊ est similitudo proportionũ continua sine interruptione:sicut patet quinto euclidis per diffinitionem continue proportionabilium.vnde dicit Euclidis q̃titates que dicuntur continuam ꝓportionalitatem habere sunt:quarũ eque multiplicia:aut equa sunt:aut equa sine interruptione sibiinuiceꝫ addunt vel diminuunt:quod sicut se habet primum ad secundum:sic secundum ad tertium:et tertium ad quartum:et sic deinceps modo quo inquiritur vtrum elementuz ignis sic se habeat ad aerem:sicut aer ad aquam:et sicut aqua ad terram. Et hoc potest intelligi multipliciter.videlicet de proportionalitate elementorum adinuicem comparatorum secunduz magnitudinem. Vel comparatorum adinuicem secundum raritatem et densitatem. Tertio.de elemẽtis cõparatis adinuicẽ secũdũ qualitates actiuas ⁊ passiuas.q̃stio ergo erit de elemẽtis cõparatis adinuicẽ secundũ magnitudinẽ.¶ Vltertius notandum.ꝙ si terra esset spherica tota magnitudo eius sic posset inuestigari:quod stante aliquo super terraz: vel habente oculum in superficie terre vidente aliquam stellam:puta lunã quãdo esset in lõgitudine propinquiori ⁊ in inferiori parte sui epicycli:⁊ quãdo esset orta per medietatem quarte magni circuli in celo:sicut zodiaci vel alterius. tunc si radius visualis non esset fractus:iuxta ꝯuexũ ignis vel aeris:imaginemur lineam rectam ab oculo.vsqꝫ ad corpus lune que sit a.c.sic ꝙ c.sit centrum oculi:sit ⁊ a.centrum lune:a c.imaginemur duci vsqꝫ ad centruz mundi d.rectam lineam.et sic c.d.⁊ a d.ad a.tertiam lineam a.d.habebitur triangulus a.c.d.cuius angulus d.est notus:quia medietas recti per casum.similiter angulus c.notificabitur ducta perpendiculari super d.c.in puncto c.secundum doctrinam vndecime primi:et propter hoc inuenies q̃tum obtusus angulus c.excedat rectum intantum:et sic notus erit totꝰ an-

gulus c. et ab eodē puncto c. deducat̄ linea eque distans line e. a. d. ⁊ hoc propter doctrinam tricesime prime primi. et sic tu inuenies quantus sit angulus prope centrum lune. quia est equalis angulo sibi coalterno iuxta c. cum igit̄ tres anguli. a. c. d. trianguli sint noti eius latera possunt notificari per doctrinā ante penultimā prime Gebri: ⁊ sic scietur quātū sit latus. c. d. quod est semidiametri terre: ⁊ tunc supra d. describatur circulus secundū quātitatē linee c. d. et sic habet̄ tota circūferentia terre: et per cōsequēs poterit haberi quanta sit sphera terre. ⁊ isto modo etiā scitur quāta sit linea a. d. que est semidiameter totius sphere corruptibilium vel modicum maior: posito quod orbis lune non sit spissior nec propinquior in concauitate ꝗ̄ corpus lune. ⁊ isto modo oculo existente in sup̄ficie aq̄ potest haberi notitia totius sphere aque: ⁊ hoc si aqua esset spherica: ⁊ isto modo in quinto Gebri inuestigatur distantia lune a centro mundi.



¶ Uisis premissis de proportione magnitudinū elementorū sit ista prima conclusio. ꝙ si sphera terre ⁊ aque simul sumātur: adhuc vix facient vnā spherā tā magnā sicut esset sphera terre secundū modū predictum adinuēta: probatur: quia extrema superficies aque seu conuexa que est versus aerem vix tantū distat vel minus distat si non violentetur quātum superficies terre conuexa distat a centro mundi: ⁊ loquor de terra hic apud nos habitabili: igitur cum secundū extremū terre inueniatur apud nos magnitudo sphere: sequitur ꝙ sphera terre ⁊ aque cum simul sumūtur: vix facient tantam spheram tam magnam: sicut esset sphera terre: consequentia satis patet: q̄ si extremum terre simul equaliter distaret: ⁊ similiter extremū aque cōuexe equaliter distaret. licet semper minus a centro mūdi ꝗ̄ ꝯuexum terre: oportet spherā inclusam in ista tota sup̄ficie esse minorē ꝗ̄ esset sphera terre modo p̄dicto inuenta: igitur vix tantū faciet. sed probatur antecedēs: q̄ ex secundo celi habetur ꝙ aqua est spherice figure ꝗ̄tum ad conuexitatē: vel saltē est portio sphere propter impedimentū terre que non permittit adimpleri spherā: et ex hoc tūc sic: q̄ illa superficies portionis aque extrema est ꝓpinquior centro ꝗ̄ cōuexa sup̄ficies terre apd̄ nos: q̄ ex dictis Aristo. ꝑ experientiā videmus ꝙ capta superficie riui: sicut sequane ingredientis mare: superficies terre huius est altior seu remotior a cētro mūdi superficie illa aque vel riui hic apud nos: sed cōtinue magis appropinquando versus mare sup̄ficies extrema riui est propinquior cētro ꝗ̄ sit hic: alias non descenderet magis aqua versus mare ꝗ̄ versus altam partē: igitur cū ingrediatur mare: ⁊ nō potest plus recedere a cētro mūdi naturaliter; sequitur ꝙ approximatur ista superficies maris plus: et sic cōuexitas maris est ꝓpinquior centro mundi ꝗ̄ sup̄ficies terre hic: ⁊ sic minus distat a centro mūdi ꝗ̄ extremū terre hic apud nos. Ex istis p̄z ꝙ sphera aggregata ex istis duob⁹ corporib⁹ est minor ꝗ̄ esset sphera terre taliter inuenta vt dictū est. ¶ Nec valet cauillatio: si quis diceret ꝙ v̄tute celi aqua maris est plus eleuata ꝗ̄ terra: et etiā specialis virt⁹ celi cōseruat terrā hic siccā nō ꝑmittendo mare cū aqua circūfluere propter generationē animaliū secūdū ꝙ dicit auctor sphere: q̄ statim hoc esset cōtra demonstrationē Arist. in secūdo celi q̄ nullo modo procederet quādo probat aquā esse sphericā: quia diceretur sibi ꝙ celū eleuat vnā partē super aliā sic: ꝙ non oportet q̄d sit spherica. ¶ Iterū. si aliqua pars aque quā tu dicis fore eleuatā ꝑ celū etiā eodē loco eleuaret̄ et dimitteretur descēdere: descēderet recte: sicut illa aqua q̄ hic descenderet remoto impedimēto inferi⁹: vsq̄ ad centrū mundi: ergo virtus celi nō sic eleuat partes aque. ¶ Hoc etiā ꝓbat̄ geometrice: scʒ q̄d cōuexa superficies: ⁊ extrema aque nō est altior extrema sup̄ficie terre: sed ꝓpinquior centro mundi. nā posito quod habeam⁹ vnā portionē circūferentie sphere aq̄ q̄ caperetur in isto riuo q̄ est sequana: illa portione habita secūdū doctrinā quarte tertij Euclidis: q̄ dicit dati semicirculi siue semicirculo maioris portionis siue minoris circulū ꝑficere. vnde capiamus vnū lignū rectū q̄d in medio ꝑ filū suspendatur ⁊ in medio contingat superficiem riui vel alterius aque stātis eque alte cū riuo: ⁊ signet̄ punctus in loco contingentie: ⁊ sit a. tunc manifestum est: ex quo aqua est spherica in cōuexitate: cum recta linea contingat aquam in puncto a. quod in extremitatibus non poterit contingere: alias superficies aque esset plana: ⁊ nō spherica capiātur ergo duo pūcta sub extremitatibus recte linee in superficie aque. f. b ex vna parte: et. c. ex alia parte: ex quibus omnibus constituatur triangul⁹ a. b. c. ductis rectis lineis a quolibet puncto ad aliquē punctū: ⁊ tunc secundū doctrinā vnius conclusionis quarti siue sexti Euclidis iste triangulus a. b. c. inscribat̄ circulo: ⁊ habebitur maxima circūferētia totius sphere aque: si esset cōpleta secundū modū isti⁹ aq̄ hic. quo circulo habito comple spherā circūuoluendo semicirculum circa axem: ⁊ similiter fac prope mare: et inuenies quod sup̄ficies riui ꝓpe mare est magis curua: ⁊ ꝑ cōsequēs propinquior centro mundi ꝗ̄ superficies riui hic: ⁊ sic similiter ꝓbabit̄ ꝙ conuexa sup̄ficies maris est ꝓpinquior ꝗ̄ sup̄ficies aque hic. ¶ Itē per aliam viā potest ꝓbari ꝙ terra ⁊ aqua simul vix tantū complent sicut sphera terre sola: ⁊ hoc sic: q̄ vmbra terre ⁊ aque simul sumpta apparet rotunda circa eclypsim lune: et ideo aqua nō est magis eleuata ꝗ̄ ipsa terra: alias vmbra nō appareret rotunda ⁊ circularis: sed obliqua: q̄d experimur falsum esse: ⁊ q̄ iam probatū est ꝙ sup̄ficies aq̄ non potest esse altior: nec eq̄ alta cū sup̄ficie terre: sequit̄ ergo ꝙ sit bassior: et ex hoc habebit̄ propositū: ⁊ pro ista cōclusione est rō post oppositū. ¶ Sed cōtra istā cōclusionē videt̄ fuisse philosophus circa finē primi hui⁹: vbi ponit historiā de Egypto: nā quidā rex egypti volens ꝑ egyptū transire mare: vt mercatores possent transire regnū nauib⁹ fecit perfodi terrā ꝑ lōgam distantiā: sed tandē quidā antiquus philosophus nomine Seiocres inuenit ꝑ artē mare existēs altius terra: ⁊ ꝓpter hoc rex ille primo: et postea rex Dari⁹ cessauerunt fodere terrā: ne tota terra submergeretur: vt narrat Aristo. in litera. ¶ Ad hoc dico: ꝙ possibile est aliquā partem sup̄ficiei terre esse multū bassiorem vel decliuiorē sup̄ficie cōuexa maris: vel aq̄: sicut in cōuallibus montium: ⁊ etiā prope littora maris in casu: vbi essent littora multū eleuata: ⁊ alie partes terre declināntes: sicut etiam per edificium oportuit fieri aliquas structiones ⁊ fores impedientes introitū maris super terrā: sicut apparet in flandria: ⁊ in scotia: ⁊ in anglia: et sic de aliis ⁊c. ⁊ propter hoc nō oportet ꝙ mare sit altius omni parte terre: imo multo bassius ⁊ decliui⁹ est. ¶ Secūda cōclusio. ꝙ terra est maior aqua; ita ꝙ plus in mūdo est de terra ꝗ̄ de aqua: supposito ꝙ nubes ⁊ vapores non dicant̄ aq̄: probat̄: q̄ terra nō impedit̄ ꝑ aquā quin descēderet ad centrū; dato ꝙ aq̄ esset iuxta centrū ꝑ cōmētatorē secundo celi: et etiā patet in partib⁹ terre descēdētib⁹ in aquā si proiciātur. ergo si terra ꝯm centrū grauitatis sue est in cētro mūdi vel valde prope: oportet aliq̄d de terra esse vltra cētrū mundi vel magnā ptē: ⁊ q̄ superficies cōuexa terre versus nos tantū vel plus distat a centro mundi ꝗ̄ conuexitas aque vt patuit supra ex probatione p̄cedentis conclusionis: oportet aquā esse minorē: ⁊ ꝑ cōsequēs sequit̄ conclusio. Unde imaginor ꝙ aqua sit ex alia parte adherens inter concauitates terre q̄ cōcauitates terre habēt partes eleuatas lapidosas grauiores ꝗ̄ sit ista terra hic: ergo ꝯm extremū istarū ptium terre min⁹ distat a cētro mūdi ꝑ lōgā distātiā ꝗ̄ ille ptes q̄ sunt hic: ⁊ forte ꝙ grauitas aq̄ adiuuat istas ptes terre ⁊ ex alia pte cētri q̄ sit̄ cū grauitate aq̄ pl⁹ pōderāt ꝗ̄ ptes terre habitabiles: dato q̄d sint multo maiores ⁊ ꝑ hoc illa ps terre pōt esse remotior a cētro mūdi ꝯm ꝯuexū: ꝗ̄ ꝯuexū aq̄ ex alia pte: et ex hoc apparet quomō cum p̄dictis stat ꝙ maior pars terre sit coopta aq̄s ꝗ̄ sicca. ¶ Tertia ꝯclusio sit ista. ꝙ elemētū ignis nō est min⁹ terra: neq̄ elemētū aeris totum est terra min⁹: ꝓbat̄: et quo ad primā partem p̄z ꝑ aduersarios tenentes cōtinuā ꝓportionē elementorum: nam dicunt ignem plus ꝗ̄ millesies esse terra maiorē: ⁊ patet ex tertio argumento principali añ oppositū. ¶ Aliter ꝓbat̄: q̄ ignis et aer post terram et aquam replent totam spheram corruptibilium: vt dicit Aristo. in litera Sed quia semidiameter terre est vix vna pars de quibus diameter sphere corruptibilium est. xxxiij. pars: vt superius allegatū fuit: ergo cū ꝓportio spherarum sit tripla ad proportionē semidiametrorum: oportet sine apparet spherā ignis ⁊ aeris esse multo maiorē sphera terre. ¶ Ex istis sequit̄ cōclusio rn̄salis ad q̄situ. q̄d elemēta nō habēt equalitatem cōis analogie si exponat̄ sic: id est cōtinuam proportionē magnitudinū adinuicem: probatur

batur per diffinitionem continue proportionabilitatis:vel continue proportionalium:qꝛ ignis est maior terra et aqua: et similiter aer est maior terra et aqua:⁊ aqua est minor terra:patet ex dictis:ergo non est eadem proportio vel equalis ignis ad aerem:et aeris ad aquam:et aque ad terrā.⁊ sic sit dictum de proportionibus magnitudinum.¶ Et sic ex predictis patet quod elementa ꝙ̄tū ad magnitudinē habent discontinuā proportionē:patet ex dictis:et hoc quātum ad magnitudinē. Itē elemēta cōtinue mutant̄ in magnitudinibus:qꝛ de hyeme est plus de aqua apud nos ꝙ̄ ī estate:et in estate est plus de igne vel de aere calido apud nos ꝙ̄ hyeme:et ꝓpter istas mutatiōes nō potest haberi proportio magnitudinū ipsorū.¶ Nunc ergo dicendā est de proportione elementorū quam habēt adinuicē secundū raritatē ⁊ densitatē:quā nō multū possunt excedere:iuxta quod notādū est ꝙ elemēta replent totā sphērā corruptibiliū:vel saltē replere deberēt si generata ex elemētis non essent:⁊ tunc oportet ꝙ̄ habeāt talē analogiā ꝙ qn̄ aliqꝺ elemētū rarefit secūdū quālibet partē:tunc oportet aliquod aliud elementū cōdensari:⁊ ecōuerso:qn̄ aliqꝺ elemētū secundū quodlibet sui cōdensat̄:tūc oportet aliqꝺ elemētū rarefieri:⁊ hoc patet ex eo qꝺ si vnū rarefieret secundū quodlibet sui:⁊ alia nō cōdēsarent̄:tūc oporteret ꝙ id qꝺ rarefieret occuparet maiorem locū:⁊ qꝛ nō fieret penetratio corporū:oporteret ꝙ esset maior locus ꝙ̄ sit sphera corruptibiliū:⁊ sic celū extenderetur:vel oporteret fuisse vacuum:quorum vtrūqꝫ est impossibile. Ex isto patet:ꝙ quando ignis auget̄:oportet ꝙ iste idem ignis vel aliqꝺ aliud elementū cōdēset̄:⁊ qn̄ diminuit̄ ignis:oportet ipsum vel aliqꝺ aliud elemētū rarefieri.¶ Et ex istis inferunt aliq̄ ꝙ qꝺlibet elemētū determinat sibi certā latitudinē raritatis ⁊ densitatis sub qua potest manere in sua specie quā non transgredit̄ sine corruptione:ita ꝙ si rari⁹ fieret statim fieret aliud elementū. Et ex isto patet qꝺ si ignis multum augeret̄ vndiqꝫ puta corrūpendo totū aerē remanente terra ⁊ aqua sicut nūc sunt:tūc ignis qui pro tunc esset foret multo densior igne q̄ nūc est:⁊ esset q̄dā violentia vltra latitudinē ignis in raritate et densitate:et ideo non pōt sic diu durare:eo qꝺ nullū violentum est perpetuū.¶ Similiter si aqua multū augmentaret̄:sicut fuit tp̄e Noe in diluuio:tūc oporteret ꝙ aer ⁊ ignis fierēt magis rara quodāmodo violenter:et ideo nec diu durarent sicut nec diu durauit diluuiū.¶ Et ex isto sequit̄.ꝙ ignis potest tātū corrūpe de alijs elemētis ⁊ sibi assimilare:ꝙ si stupa applicaret̄ igni nō posset illā inflāmare nec corrūpere:⁊ hoc stante isto ordine elementorū in raritate ⁊ densitate:⁊ sic ignis ꝓpter augmentū debilitaret̄:nō q̄dē ex se:sed ex alio extrinseco gubernāte naturā.¶ Sed diceres:tūc agēs approximatū passo sufficienter disposito non posset agere in eo qꝺ videt̄ contra philosophum secūdo de anima:⁊ ibidē dicit̄ ꝙ ignis crescit in infinitū si cōbustibilia apponant̄.¶ Ad hoc dicendū.ꝙ ꝙ̄uis passum sit sufficiēter dispositū ⁊ agēs approximatū:tamen agens est impeditū propter hoc ꝙ nō potest plus cōdēsari: sicut oporteret qn̄ aliud apponeret̄. Ad aliud dicit̄:qꝺ bene verū est:si haberet locū in quo posset dillatari ⁊ recipi:sꝫ ille deficit sibi in proposito:⁊ istā habitudinē habēt elemēta in raritate et densitate:sed tamē non oportet ꝙ habeāt istā cōtinuā ꝓportionalitatē inter se in talibus qꝛ qꝺ nunc est rari⁹ potest fieri densi⁹:si qn̄qꝫ essent cōtinue proportionabilia in raritate vel densitate:tū hoc non esset bene perceptibile: nec faciliter scibile a nobis.non eñ possum⁹ venire ad spheram ignis ad videndū talia.¶ Adhuc ponūt aliqui equalitatem elementorū quantū ad materiā primā:sic ꝙ continue sunt proportionabilia ꝓportione equalitatis quātū ad hoc qꝺ habēt de materia prima:qꝛ terra tātū habet de materia prima quantū aqua:vnde si tantū rarefieret materia terre quantū materia aq̄:terra et aqua essent equales:et sic esset de aqua respectu aeris:et de aere respectu ignis. Sed tamē hec opinio non videtur vera:vt patet ex prima conclusione: nam terra de facto est maior aqua:et si tūc terra rarefiat:sicut iam est materia aq̄:sequeret̄ quod fieret multo maior:et ideo non essent equales.¶ Tandem dicendum est de ꝓportione potentiarum elementorum:sicut sunt qualitates:⁊ sit prima conclusio.quod non oportet elementa esse continue proportionabilia secundum potentias adinuicem suas actiuas comparatas:probatur:quia ignis ⁊ aqua sunt maxime actiua:sed terra et aer non sunt in tantum actiua nec in eadem proportione sunt ita actiua:ergo non sunt cōtinue proportionata:consequentia satis patet per predicta:et antecedens quo ad primā partē patet ad experientiam:nā ignis statim cōburit cōbustibilia et aqua putrefacit cito ligna et carnes:vt patet ꝑ experiētiā.sed quo ad secundā partē patꝫ antecedens:qꝛ quandoqꝫ vnum elemētuꝫ est maius in vno tempore ꝙ̄ in alio:ideo etiā nō seruat istā proportionalitatem cōtinuā cū aere et terra.¶ Itē quādoqꝫ aer est actiuior in vno tempore ꝙ̄ in alio vt puta in hyeme vel in estate pl⁹ ꝙ̄ in autūno:ideo nō seruāt cōtinuā proportionalitatē:etiā si essent cōtinue proportionata secundū potentias actiuas siue qualitates:sic igitur videt̄ ꝙ nullo modo elemēta possint esse adinuicem continue proportionata.

Ad rationes. Ad primā potest dici vt hic videt̄ sufficienter negādo antecedēs qꝺ quodlibet sint infinite ⁊c.imo quodlibet est finite rarū ⁊ densum. Ad ꝓbationē sit sub aliquo gradu ⁊c.admittat̄ casus:potest pro nunc dici ꝙ gradus raritatis nō est aliq̄d distinctū ab ipso corpore raro:nec tota raritas:nec tota dēsitas est aliq̄d aliud a denso:et ideo nō sequit̄ nec oportet ꝙ sit grad⁹ subduplus ⁊ subtriplus:nā similis forma arguēdi fieret de tarditate ⁊ velocitate:ad probandū qꝺ quodlibet mobile sub gradu velocitatis moueret̄ sub duplo ad illum:⁊ sub triplo:et sic in infinitū moueret̄:vel infinita tarditate:qꝺ tamen non esset verū de illo quod certa velocitate mouetur.¶ Ad secūdā aliqui negant Aristotelē simpliciter in hac parte:aliter potest dici quod philosoph⁹ intelligit habitudinē elementorum:quā non nimis transgrediuntur naturaliter:sicut dictuꝫ fuit de raritate ⁊ densitate.¶ Ad tertiā negat̄ antecedēs. Ad ꝓbationē dicit̄ ꝙ Aristo.in litera voluit ꝙ adinuicē se habeant in raritate ⁊ densitate sicut dictū fuit:sed nō oportet de qualitatib⁹:nec magnitudinib⁹ simpliciter nec in comparatiōe ad raritatē et densitatē:qꝛ aliquid est bene equale alteri secūdū magnitudinē:licet sit in duplo rari⁹.¶ Ad quartam. cuiuslibet elemēti maioris ⁊c.negatur antecedens. Ad probationē quādo supponit quatuor elemēta continue proportionalia:hoc negatur:sicut patuit ex ꝓbatione conclusionū prime et secunde:nec ipse probat suppositionē istam.¶ Ad quintam.dicendum quod verum est secundum moduꝫ predictum:ita ꝙ non transgrediantur multuꝫ naturaliter:sed tamen si fieret violentia bene transgrederentur:nec est continua proportionalitas. Etiam concesso antecedente negaret̄ cōsequētia et consequēs:qꝛ nō sunt propter hoc in quantitate et magnitudine continue proportionalia elementa. ¶ Ad sextā.negat̄ antecedēs. Ad probationē:si aliqꝺ esset maius:tunc illud corrumperet alia:consequentia negat̄ nisi sit maius excessiue:et alia nō sufficiant resistere:modo alia bene resistunt:et etiam celum non permittit.¶ Ad septimā negatur antecedens.ad probationem negatur quod ignis sit grauis:nec oportet adhuc de alijs quod se habeāt in grauitate proportionaliter.

Questio.VI.



Sexto queritur:vtruꝫ motus celi causet caliditatē hic in istis inferioribus.et arguitur primo quod non:qꝛ motus celi nihil aliud est ꝙ̄ celū:sed celū nō causat caliditatē hic:qꝛ celū non est calidum nec frigidū ergo non causat caliditatem nec frigiditatē.¶ Secūdo sic.aut capit̄ mot⁹ ꝓ fluxu forme:aut ꝓ forma fluēte:sed nullo istoꝝ modorū:ergo ⁊c.cōsequētia patet:antecedens ꝓbatur quātū ad primā partē ꝑ diuisionē sufficientē Cōme.tertio physicoꝝ.sed ꝓ secūda parte ꝓbat̄:nō eñ ꝓ fluxu forme:qꝛ iste est de genere passionis qui non est agens:nec etiā in celo est aliquis fluxus forme:qꝛ ibi nulla forma fluit nec acq̄rit̄:nec pro forma fluente:qꝛ non est ibi nisi ipsum vbi:quod nō causat calorē.¶ Tertio sic:tūc omnis mot⁹ localis calefaceret: consequens est falsum:vt patet:quia si aqua decurrat super lapides frigidos infrigidatur plus per motum ꝙ̄ si quiesceret:consequentia tenet:quia consimilis est ratio de vno motu sicut de alio.¶ Quarto arguitur specialiter de celo qꝺ non calefaciat:quia non mouet ignem sibi propinquum:ergo non calefacit illum:et per consequens nec aliquid aliud consequentia satis nota antecedens probat̄:quia celum est


corpus ita planum et politū quod in nulla parte sui potest ignis ita adherere ꝙ circūuoluatur. ¶ Item talis motus ignis si fieret a celo esset violenter; ergo celū quandoq̄ non moueret ignē: cōsequētia ista tenet: quia nullū violentū perpetuum. Similiter si sic: tunc celū per motū suū prius calefaceret ignē in sphera sua: consequens est falsum: quia ignis ī sphera sua est calidus in summo; ergo nō pōt calidior fieri: ergo celum non calefacit ipsum: consequētia tenet: quia actio nō fit de extremo ad extremum nisi per medium: ꝛ ignis est intermedius inter celum ꝛ ista inferiora: vt patet ex ordine elementorum: ergo ꝛc. ¶ Quinto. celū non tangit aerem: ergo non agit in ipsum; nec mouet ipsum: etiam sol qui maxime calefacit nimis distat ab aere: ergo non calefacit aerem per motum.

In oppositum est Aristoteles in litera capitulo quarto ꝛ quinto: primi tractatus: vbi dicit: lato enim primo elemento ideo celo circulariter et corporibus que in ipso sunt: quod propinquum est et semper inferioris mundi et corporis moti disgregatū accendit: ꝛ facit caliditatem.

In ista Questiōe primo videbitur quomō motus localis sit causa caloris. Secundo quomodo p celum mouetur sphera ignis. Et tertio quomodo per hoc calefacit ista inferiora. ¶ Unde primo premittēda est vna distinctio: et est: quod quidā motus localis fit sic ꝙ distrahit et agitat et collidit aliquas partes mobilis sibi cōtiguas: et sic fit quedam confricatio partiū distractarū. Alio modo fit motus p quē non fit hoc aliquo modo: quia nō fit aliqua distractio partiū adinuicē: quia forte corpora sunt ita plana et polita ꝛ densa q̄ nō pōt aliqua distractio fieri partiū. ¶ Et secundū hoc sit prima cōclusio. ꝙ omnis mot⁹ localis qui fit prio modo: si non sit impedimētū: est causa caloris ꝛ calefacit: ꝛ hec conclusio probat̄ inducendo in singulis experientijs. nam videmus q̄ ferrum in molendino calefit in motu suo: qui est cum tali confricatione. ¶ Item. videm⁹ ꝙ quanto est minor confricatio tanto minus calefit: et quāto est maior tāto magis: et propter hoc solet apponi aliq̄d vnctuosum ne nimis calefiat et consumatur. Item videm⁹ ꝙ terebellū calefit quādo perforat lignū: et similiter cultellus quando acuitur sup cotem. ¶ Itē telum calefit quādo velociter mouet̄ et cōfricat aerē secū. etiā videm⁹ malū nauis in tpe tempestatis nimis velociter accēdi: et ita p confricationē mēbrorū adinuicem fieri calorem. Sed notandū q̄ dicitur in cōclusione: si non fuerit impedimentū. ppter aliquas alias experientias de quibus tactum est in rationibus. vnde nimia frigiditas aq̄ impedit talē calefactionē: quia si in aqua talis cōfricatio fiat: non calefacit propter impedimētū aque. ¶ Secunda cōclusio sit ista. ꝙ nullus alter mot⁹ localis calefacit quin nō fiat cum tali fricatione vt dictū est: pbatur etiā per experiētiā. vnde ferrū molendini si moueret̄ cū aliquo vbi nō fieret talis confricatio propter motū non calefieret. ¶ Item videm⁹ ꝙ quādo aliquid calefit propter motum: adhuc partes centrales vel inferiores non calefiūt aliquo modo: quia nō confricantur cum aliquo: ꝛ si contingeret ꝙ calefierent hoc magis esset propter alterationē ab alijs partib⁹ calefactis: et non esset propter motum localem istarū partium. ¶ Itē. si telum vel sagitta de ligno. vbi esset plūbū infixū ī medio ligni fortissime moueret̄: nō calefieret neq̄ liq̄fieret plūbū: sed calefactio fieret in superficie ligni vbi fit confricatio. ¶ Ex istis duabus cōclusionib⁹ patet defect⁹ causarum quas assignat beatus Thomas qui dicit ꝙ mot⁹ localis est prim⁹ omnium motuū: ideo ad illū sequit̄ calefactio que est nobilior omni alia alteratione. ꝙ hoc non valet patet: quia tunc quicūq̄ motus localis calefaceret: et sic partes prope cētrū meli⁹ calefierent: cui⁹ oppositū dictū est prius. ¶ Itē cōmentator dicit secundo celi quod mot⁹ localis est perfectio corporū calidorū: et ideo habita ista perfectiōe sequitur alia. Patet etiā hoc non valere: propter partes centrales. etiam si in vacuo fieret motus: extremales partes non calefierent si nō fieret confricatio cum aliquo. Nec valet alia causa quā dant alij; quod sit propter diuersas inclinationes mobilis: quia ex hoc quod vna contrariatur alteri fit caliditas vt in motib⁹ animalium. sed patet: quod non valet: nec est simile: quia in partibus animalium fit propter transmissionem spirituum calidorum ad mēbra: sed graue descendens non habet qualitates contrarias inclinantes: et propter hoc melior causa est confricatio: q̄uis aliqui volunt quod prius fuerit ꝛ fiat aliqua rarefactio q̄ꝫ consequat̄ caliditas: et si sic esset: tunc caliditas non esset prior qualitas: sed raritas esset prior. Dicendū est ergo de secundo principali: scilicet qualiter ignis moueatur cū celo. vnde sit prima cōclusio. ꝙ celum nō trahit ipsum ignē propter cōtiguitatē: pbat̄: quia corp⁹ maxime politum nō est aptū natū aliud corpus secū trahere: quia talis tractio fit ex hoc q̄ partes vnius intrant partes alteri⁹ ppter asperitatē: sed celū in concauitate sua est maxime politum. ¶ Sed diceres cōtra rationem: quia capto vrinali et posita aq̄ in ipso: de ista aqua adheret aliquid superficiei illius vrinalis et circūuoluit̄: et sic fieret etiā de igne. ¶ Respondeo q̄ nō: q̄uis enī corpora humida vt aqua bene adhereāt alijs corporibus planis: non tamē corpora sicca sicut est ignis: quia sicca pprio termino terminant̄ ꝛ humida alieno: sicut dicit Aristo. secūdo de generatione. Et confirmatur cōclusio sic: quia si attraheret̄ ignis oporteret ꝙ spere celestes tandē tardius mouerent̄: quia ignis faceret resistentiā maiorem: ꝛ ideo sequitur quod tardius moueretur. ¶ Secunda cōclusio. ꝙ ignis mouetur circulariter propter quandā impressionē vel influentiā in ipsum ignē a celo factā: sicut ferrū mouetur ad magnetem et ad motū magnetis: sic similiter est de igne suo modo. ista pbatur. quia nō videt̄ aliquis mot⁹ ali⁹ qui non sit violentus nec rapt⁹: nec est aliqua intelligētia approximata igni et ideo oportet ꝙ hoc sit per vnā influentiā influxā a celo igni. Et cōformiter pōt dici de aere in superiori regiōe: licet tamē ibi possit moueri p tractū ab igne: quia nō est plan⁹ in cōuexitate: vt patꝫ in litera: quia fit extrusio partium aeris ad ignē: et ecōuerso. ¶ De tertio. s. qualiter celū ignē calefacit sit prima conclusio. ꝙ hoc nō fit p confricationē celi cū igne. probat̄: quia celū et ignis nō cōfricant̄: quia sunt politissima corpora in superficieb⁹ se tangentib⁹: sed illa nō fricant̄: vt patꝫ per predicta. ¶ Secūda ꝯclusio. ꝙ hoc fit a virtute causata a celo in ipso igne que fortior est prope agens vel celū q̄ꝫ longe descendendo versus inferiora est fortior etiam in igne q̄ꝫ in aere: et sic procedit continue debilitando: et ideo partes ignis superiores calefiunt fortius et mouentur velocius: et sic consequenter de alijs. ¶ Alia causa est: quod hoc fiat propter lumē: quia ignis est dēsior spheris celestibus: et similiter aer: et ideo refrangunt radios et illic causant calorem. ¶ Tertia conclusio. quod totum celū syncathegorematice sumēdo influit virtutē motiuā ꝛ calefactiuā ipsi igni: pbatur: quia nō videt̄ maior rō de vna parte q̄ꝫ de alia: sed tamen Arist. in litera attribuit soli maxime: quia est nobilior pars celi: et mouetur velociter et est satis propinquus. ¶ Ex istis dictis patet qualiter ignis mouetur et qualiter iste motus non est preter naturam violentus: sed est a virtute a celo impressa.

Ad rationes. Ad primā motus localis ꝛc. dicitur ꝙ celū calefacit. Ad improbationem non est calidū: dicendū ꝙ licet non sit calidū tamē habet virtutē calefactiuā. ¶ Ad secundam dico ꝙ motus nō facit hoc: sed mobile motum p suā virtutē: ꝛ ista distinctio de motu ibi posita intelligenda est de motu alterationis ꝛ nō locali. ¶ Tertia soluta est cum quarta ex dictis: celū enī calefacit ignem remisse calidū: licet non calefaciat summe calidū. ¶ Ad aliā negat̄ cōsequētia: scꝫ ꝙ ergo nō calefaciat: quia calefacit alia que calefacta vlterius calefaciunt aerem: et etiam causat virtutem in aere: que vlterius causat caliditatem ꝛc.

Questio. VII.



Eptimo queritur vtrum media regio aeris sit semper frigida. Et arguitur primo ꝙ nō: quia est semper calida: ergo non frigida: consequentia tenet quia alias contraria essent simul in eodē. antecedens patet quia aer semper est calidus et humidus vt patet secundo de generatione. ¶ Secundo si sic tunc esset valde densa cōsequēs est falsum; quia nō viderem⁹ stellas neq̄ impressiones in superiori regiōe; quia propter nimiā densitatē radij nō possent multiplicari: consequētia tenet: quia frigiditatē cōsequitur dēsitas sicut experientia de glacieb⁹ patet: si ergo media regio aeris

erit summe

erit summe frigida erit summe densa. ¶ Tertio. si sic: tunc aer medie regionis esset grauis: imo grauior aere qui est ꝓpe terrã: cõsequẽs est falsum: q2 tunc descẽderet ad nos: qḋ non experimur: cõsequẽtia patet: q2 ceteris parib9 densiora sunt grauiora: ⁊ frigidiora: sed iste aer est dẽsior ⁊ frigidior: ergo ⁊c. ¶ Quarto. si sic: hoc esset pro tanto: q2 radij reflexi a terra non pertingerẽt vsq3 ad mediã regionẽ causantes ibi calorẽ: sed hoc est falsum: cõsequentia tenet ꝑ Aristo. in litera assignãtẽ causam: vbi dicit: nec ꝓpe radios a terra reflexos supple est aer ille: sed falsitas probatur: q2 radij principales qui sunt fortiores radijs reflexis ibi pertranseunt et sunt magis propinqui luminoso q̃3 sint hic in infima regione: cum ergo radij possint calefacere: ⁊ ibi sint fortiores radij: sequit̃ quod ibi sit fortior calor. ¶ Quinto. media regio aeris continue mouet̃ circulariter localiter et est prope supremã regionẽ semꝑ calidã: igit̃ semꝑ calefit per motum ⁊ ꝑ circunstãtiã: cõsequẽtia patet: similiter antecedens ĩ litera: q2 totus aer qui est vltra peripheriã tangentẽ summitates montiũ mouet̃ circulariter ad motũ ignis ⁊ celi: modo media regio aeris est vltra peripheriã illã: q2 in ea sunt nubes et multa alia q̃ non sunt in infima regione. ¶ Sexto. in media regione aeris generantur multa calida: ergo est calida ⁊ nõ frigida: cõsequẽtia tenet: q2 sic arguit Aristo. supremaʒ regionẽ esse calidã: sed antecedens ꝓbatur: q2 ibi fiunt impressiones ignite: vt fulgur et coruscationes et sic de alijs. Confirmatur: quia alia elementa non sunt sic disposita qḋ in medio sui sint magis frigida vel calida q̃3 in extremitatibus: ergo nec aer. ¶ Septimo. media regio plus distat ab elementis frigidis q̃3 infima: ergo est calidior: consequentia tenet: quia quod est plus propinquum frigido est frigid9: et remotum minus frigidum ⁊c.

In oppositum est Arist. in litera vbi dicit mouendo questionem cur in suprema regione aeris fiũt impressiones magis calide: vbi subiungit causam: ⁊ dicit: cõueniebat eñ q̃3to remotior a terra loc9 est frigidior: q2 nec sic est prope astra calida existẽtia neq3 proper radios refractos a terra: ita q2 videt̃ velle q2 loc9 ille medie regionis est frigidus: q2 in eo fiũt nubes: et non in superiori regione nec inferiori ꝓpter radios reflexos a terra disgregãtes vapores ex quibus deberent fieri nubes.

In ista questione notandum est quod per mediam regionem aeris intelligitur pars aeris que nõ est immediate prope terrã: nec est immediate prope ignẽ in sua sphera: sed est in medio scilicet inter extremas partes aeris scilicet inter infimam regionem et supremam aeris: et vocat̃ mediũ interstitiũ aeris a philosophis: et dicitur ab inter et sto: quia stans inter extrema. ¶ Deinde notandũ est de qualitate huius medie regionis. de qua primo est dicenduʒ. Et de qualitate extremarũ regionum. et incidentaliter videbit̃ de situ et figura et quantitate et variatione secundũ diuersa tẽpora et de diuersis causis taliuʒ. ¶ Primo ergo de qualitate sit talis prima cõclusio. q2 semꝑ media regio aeris est frigida: probat̃: q2 semper conuertit vapores in aquam: puta in pluuiã vel in niues vel in grandines: et hoc omni tempore anni: ergo semꝑ est frigida: consequentia patet ex hoc q2 ista frigida nõ generant̃ a calidis: nec calida a frigidis: sed antecedens patet per experientiã: q2 ab isto loco veniũt. Itẽ videm9 q2 altissimi montes sunt perpetue frigiditatis: ergo et media regio. ¶ Secũda ꝯclusio. media regio aeris non est semꝑ summe frigiditatis: probat̃: q2 hoc solũ conuenit aque: sicut caliditas in summo conuenit igni: vt patet secundo de generatione: sed media regio aeris non est aqua: ergo ⁊c. consequentia patet quia aliàs si media regio aeris esset frigida in summo et non esset aqua non ꝑmitteret nos videre stellas. ¶ Sed diceres contra istam conclusionẽ: talis aer medie regionis generat summaʒ frigiditatẽ ergo est summe frigidus: cõsequẽtia: patet: q2 alias remisse frigiduʒ faceret summã frigiditatẽ: ⁊ sic aliq̃d ageret vltra gradum [illegible] quare ad tãtũ gradũ finitũ magis ageret q̃3 ad ĩfinitũ: qḋ tñ nõ posset: s3 añs prime cõsequẽtie ptʒ: q2 ibi fiunt grãdines et niues et aque summe frigide. ¶ Ad istud dicẽdũ q2 nõ sequit̃ q2 sit summe frigida dato q2 summe frigida in ea generent̃. Et ꝓbationẽ: q2 alias ⁊c. negat̃ cõsequẽtia: q2 hoc nõ est ꝓpter istã frigiditatẽ medie regiõis: sed ꝓpter dispositionẽ vel inclinationẽ ipsi9 passi: vel ꝓpter virtutẽ celi mediãte qua talia ibi generant̃: sicut videm9 ĩ alijs inferiorib9 hic q2 aqua calefacta in hyeme ꝑ aerẽ circũstãtẽ cõgelat̃ ⁊ fit frigidior aere: hoc fit ꝓpter inclinationẽ ipsi9 passi vel ꝓpter ꝟtutẽ celi mediante qua ibi talia generant̃: ⁊ nõ ex solo aere minus frigido: ⁊ sic cõformiter est imaginandũ de media regiõe aeris: ⁊ hoc de primo. ¶ Nũc autẽ dicendũ est de causa quare sit frigida et vnde ad hoc cause efficientes cõcurrunt: prima est remotio medie regionis a terra: et ista est causa recte sicut defectus naute est causa periclitationis nauis: et hoc ptʒ: q2 aer ꝓpe terrã est calidus ꝓpter reflexionẽ radiorũ solis et astrorum q2 radij incidentes sup terrã et reflexi a terra sunt prope terram vniti et propinqui et procedũt cõtinue se elongãdo et debilitando sic q2 radij reflexi venientes ad mediã regionem sunt ita debiles quod nõ possunt calefacere. ¶ Secũdo. ad hoc concurrit remissio luminis vel debilitas: q2 ad experiẽtiã videmus q2 lumẽ in subiecto apto nato habet virtutem producẽdi calorẽ ⁊ ceteris paribus mai9 siue intẽsius lumẽ causat maiorẽ caliditatẽ: ideo q2 lumẽ nõ est nisi reflexio lucis in diaphano: vt ptʒ scḋo de aĩa: ideo vbi est reflexio maior forti9 et intẽsi9 est lumẽ: modo hoc est ꝓpe terrã: nam ibi est maior reflexio ꝓpter vapores ⁊ ꝓpter terrã q̃3 in media regione: imo quasi nulla vel pauca valde et debilis est ĩ media regione: ⁊ ꝓpter hoc hic est caliditas et nõ ibi. Et si diceres. iste cause cessant hic de nocte. dico q2 non totaliter: q2 calor in materia dẽsa: sicut est terra ⁊ aer hic cõseruat̃: ita qḋ adhuc hic est maior caliditas in nocte q̃3 in media regione ꝓpter causas ṗdictas s3 qñ noctes sunt nimis longe tũc hic totaliter remittit̃ caliditas: ⁊ ꝓpter hoc de mane ante ortuʒ solis aer est hic frigidior q̃3 in alia parte tẽporis vel noctis nisi aliud impediat. ¶ Tertio. ad idẽ concurrit q2 vapores eleuati a terra et ab aqua ꝓpter calorẽ solis: existẽtes ibi extra naturã caliditatis aeris inferioris redeunt ad maioreʒ frigiditatẽ q̃3 sit in media regione: sicut hic aqua calefacta bñ fit frigidior aere circunstãte: ⁊ sic tũc ista frigida augmẽtant frigiditatẽ huius medie regionis. ¶ Quarto. ad hoc iuuat mot9 superioris regionis aeris qui calefit et rarefit: ⁊ iõ necesse est aerẽ propinquũ medie regionis cõdẽsari: ⁊ ideo magis infrigidat̃ alijs causis cõcurrentib9. ¶ Quinta causa. huius est: q2 vnũ cõtrariũ naturaliter fugit reliquũ sicut videm9 in virib9 vel recentib9 lignis appositis igni q2 aqua exit in extremitatib9 fugiens corruptionẽ ab igne: qui est ei naturaliter cõtrari9: et similiter graue descendit naturaliter ne fiat vacuũ: et silr̃ aqua olle bullientis ascendit fugiendo ignẽ: ideo q2 aer prope terrã est calefact9 a sole et vapores frigidi fugiẽdo descẽdũt infra terrã: ꝓpter quos fontes in estate sunt frigidiores: et alij frigidi vapores ascendũt in mediã regionẽ aeris infrigidãtes ipsam. Et etiã q2 aer inferior est calid9: ⁊ silr̃ superior: vt dr̃ ĩ litera: media regio aeris hʒ vndiq3 cõtrariũ circunstans: et ex hoc cõfortat̃ in sua dispositiõe ⁊ erit frigidior. ¶ Sexta cã hui9 est melior influentia celestis et aspect9 astrorũ: qui naturaliter infrigidãt istã regionẽ: vt fiat generatio mixtorũ que nõ possunt alibi generari: et sic causa finalis potest esse: q2 imperfecti9 est ꝓpter ꝑfecti9: sicut elementa ꝓpter mixta: et naturale est q2 generentur et corrũpant̃ adinuicẽ: ꝓpter gñationes mixtorũ: modo impressiões gñate in media regione multũ augmentat gñationẽ istorũ mixtorũ plurimorũ ⁊ perfectiorũ q̃3 sint elemẽta sicut est generatio roris ⁊ pluuie ⁊c. et hoc voluit Aristo. in secũdo physicorũ. vbi dicit q2 pluit vt crescãt frumẽta: ideo media regio aeris est frigida vt fiant ibi mixta. ¶ Nunc dicendũ est de quãtitate isti9: et primo de latitudine. vnde est extẽsa ad modũ sphere circũdãtis orbiculariter totã terrã et aquã: et circũstãs infimã regionẽ. qḋ põt ꝓbari: q2 per experientiã videm9 q2 sup oẽʒ terrã ⁊ aquã cadũt impressiões causate in media regiõe: ideo opʒ q2 sit vndiq3 extẽsa. ¶ Secũdo dico q2 est multuʒ spissa et profunda q̃3uis difformiter ꝓfunda: primũ ptʒ: q2 extẽdit̃ in altũ a supficie terre cõputãdo tãtũ quãtũ vapores grossi eleuant̃ et hoc est valde alte: sicut patet in tractatu de crepusculis. vbi ostendit̃ q2 eleuãtur vsq3 ad quinquaginta duo miliaria sursum: vt ptʒ etiam in conclusione quinquagesima octaua decimi Vitulonis: q̃ est summorũ vaporũ con[illegible] ad quã possint eleuari vel pertingere possibile est inuenire: et in fine huius commenti dicit quod vsq3 ad quinquaginta duo milia passuũ sursum

et propter hoc ostendit eã esse satis spissam: qꝛ est ita spissa: sicut dictũ est excepto illo quod cõtinet infima regio vel qđ est inter terrã et generationẽ nubium: et hoc est parũ: et ex hoc apparet ꝙ ibi non est aer multuꝫ purus: sed permixtus multis vaporibus grossis: nec est ita rarꝰ sicut aer superioris regiõis: imo dicit Alacen ibidẽ: ꝙ ꝓpter suã dẽsitatẽ refrãgit lumẽ solis: ꝛ ꝓpter hoc ãte ortũ solis: et post occasuꝫ causantꝛ duo crepuscula. s. matutinũ et vespertinũ, ꝛ ideꝫ potest probari per aliã experientiaꝫ: qꝛ aliq̃ nubes apparent bene [illegible] super aquas et tamẽ a nobis sunt [illegible] media re[illegible] et ideo oportet illam esse spissam [illegible] sed ꝙ sit difformiter [illegible] est [illegible] vel magis tenuis sub torrida [illegible] multũ sub polis recte sicut [illegible] quod est [illegible] inter media et ambas acutas sed tenuis circa latera: et hoc est [illegible] ꝙ sub torrida [illegible] continue mouetꝛ sol [illegible] calefit a lumine solis [illegible] ibi qꝛ multe [illegible] fiunt in extremitatibꝰ sed sub polis est [illegible] propter frigiditatem et propter vapores continue frigidos. ¶ Nunc dicendum est de situ [illegible] dico ꝙ non est media per equalem distantiã [illegible] extremis ipsius aeris imo est propinquior terre [illegible] ꝙ pars aeris que est sup ipsam multo ma[illegible] que est sub [illegible] in infima regione probatur: qꝛ [illegible] superficie terre [illegible] est multo maior [illegible] est distantia a superficie terre ad centrũ que tamẽ secundũ auctorẽ sphere est multũ lõga plusq̃. cc. et quinquaginta milliaria: et qꝛ totũ qđ est sup terrã est repletũ aere ꝛ igne: ꝓbabile est ꝙ multũ de aere est supra mediã regionẽ plꝰ q̃ infra. Et confirmatꝛ: qꝛ stelle comate sunt alte sup mediã regionẽ ꝛ vltra generationem nubium: et non fiunt in sphera ignis: licet prope: ob qđ oportet ꝙ valde multũ sit superius de aere. Itẽ multi volunt ꝙ aliq̃ montes altissimi excedant mediã regionẽ se extendẽtes ad supremã regionem: ita ꝙ sunt altiores q̃ sit profunditas inferioris regionis et medie: et tamen nõ attingunt spheram ignis: propter qđ opꝫ mediã regionẽ esse multũ paruam respectu superioris aeris. ¶ Notãdũ ꝙ media regio aeris apud nos variatꝛ sic ꝙ in estate eiꝰ spissitudo est strictior q̃ in hyeme: et ecõuerso erit in hyeme: nunq̃ eiñ in eodẽ statu pmanet: ꝛ causa huius iam dicta est: et ꝑ istas causas cõtingit ꝙ q̃nq̃ media regio aeris est minus frigida: et quãdoq̃ ꝓpellit frigus ad nos in hyeme: ꝛ sic ex ea causatur hic nobis frigiditas in hyeme.

Ad rationes principales. Ad primaꝫ cum dicitur ꝙ semp media regio ꝛc. negatur antecedens. Ad ꝓbationẽ dicẽdũ ꝙ aer ibi ꝛ etiã hic potest esse actualiter frigidꝰ valde: sed tñ virtualiter calidus qđ sufficit ꝓ elemento aeris: ꝛ recte sicut piper ꝛ alliũ in hyeme si tangatꝛ haberet actualiter frigiditatẽ: sed tñ ꝟtualiter est calidum sicut pꝫ gustãti. ¶ Ad secundã: cõcedit ꝙ sit aliqualiter dẽsior alia parte: sed tñ nõ est ita densa sicut aqua: sed sufficit ꝙ sit densior aere superioris regionis. Et cũ dicitur ꝙ tũc nõ videremus ꝛc. dico ꝙ adhuc possumꝰ videre stellas: qꝛ est multuꝫ diaphanũ: ꝛ ideo stelle possunt multiplicare radios ꝑ ipsaꝫ. ¶ Ad tertiã cõcedit qđ est grauis: sed non est grauior aq̃: nec opꝫ ꝙ sit grauior aere hic: qꝛ iste est valde mixtꝰ grossis vaporibꝰ grauibꝰ: nec opꝫ ꝙ si sit frigidior ꝙ sit grauior: nec si sit dẽsior erit grauior: qꝛ nos videmꝰ ꝙ aliqua flãma est dẽsior aere: et tñ nõ est grauior. ¶ Ad aliã hoc esset ꝓpter lumẽ: dico ꝙ nõ solũ ꝑ lumẽ: sed etiã ꝑ alias causas prius tactas: licet etiã sit ꝓpter lumẽ ibi deficiens. ¶ Ad probationẽ: qꝛ ibi sunt radij: dicẽdũ ꝙ q̃uis ita esset tñ alie influẽtie celestes impediuntꝛ ne ibi fiat caliditas: nec ita multiplices radij ibi incidũt sicut super terram: qꝛ semp radij a spherico ꝓcedẽtes remotius sunt multipliciores q̃ ꝓpinque. ¶ Ad aliam. media regio semp mouetꝛ ꝛc. dicendũ qđ non opꝫ. Et vlterius cõcedit ꝙ q̃nq̃ montes se extẽdunt vltra ipsam iõ est sub peripheria altissimorũ montiũ: ꝛ non est supra: et sic nõ oportet ꝙ moueatꝛ. ꝛ dato ꝙ moueatꝛ: dico vt apparuit ex priorib' q̃stionibꝰ ꝙ solus motꝰ non sufficit ad causandũ calorẽ: imo potest fieri motꝰ in aliquo: ꝛ nõ tñ caliditas ꝓpter aliqđ impediens circũstans. Igit si proijciatur aqua calida ꝑ aerẽ frigidũ in hyeme ꝑ minutissimas partes: q̃uis moueatur: tamen citius infrigidatꝛ: ꝛ q̃uis fiat cõfricatio cum aere: tamẽ congelatur: et sic in proposito: et alie cause impediunt ne media regio propter motũ fiat calida. ¶ Ad aliã: ibi fiũt ꝛc. dicendũ ꝙ ille nõ fiũt ibi nisi per antiperistasim: qꝛ nõ generantꝛ ex qualitate illiꝰ regionis immediate: sed ex qualitate vaporis vel exhalationis quã frigus circunstans medie regionis cogit congregari: ꝛ sic generatꝛ talia. ¶ Ad aliã cũ dicitꝛ. alia elemẽta nõ sunt sic disposita: concedit: nec oportet ꝙ ergo aer non sit in media regione frigidꝰ: et si alia elementa non sint alterius dispositionis in medio q̃ in extremitatibꝰ. ¶ Ad vltimã cũ dr: media regio plus distat ꝛc. conceditur antecedens: et negatur consequentia et est causa dicta virtus celestis: cum alijs causis concurrentibꝰ q̃ nõ sic ad infimam regionem ꝛc.

Questio. VIII.

Octauo queritur: vtruꝫ omne luminosum suo lumine causet calorem: et arguitur ꝙ nõ: qꝛ tũc species q̃cunq̃ ꝓduceret aliã indifferẽter: sicut hõ bouem et equũ indifferenter ꝛc. Sed hoc est falsum et contra experientiã: ꝯsequẽtia tenet: qꝛ lumen luminosi specie differt a caliditate: si ergo causaret ipsum tunc vnũ specie differentiũ ꝓduceret aliud: qđ est falsum: ꝛ eadẽ ratione quecunq̃ alia species sicut illa. ¶ Secundo. si sic: hoc maxime esset verũ de sole et astris: qꝛ ista sunt maxime luminosa: sed hoc est falsuꝫ: qꝛ lumẽ solis nullibi durat diutius q̃ ꝑ instans: ergo nõ causat caliditatẽ: ꝯsequẽtia tenet: qꝛ causare calorẽ est per actionẽ tẽporalẽ agentis ꝑmanẽtis tpaliter: sed antecedens ꝓbatꝛ: qꝛ cõtinue est alius et alius aspectus solis: ergo oportet qđ sit aliud lumen nec potest manere diutius q̃ per instans: qꝛ dato aliquo instanti in quo est lumen immediate post hoc astrũ causans ipsum est alibi: et sic aliđ lumẽ causat. ¶ Tertio. aliqua luminosa lumine suo infrigidant: ergo q̃stio falsa: consequentia patet: qꝛ nõ possent simul calefacere ꝛ infrigidare aliqua nec possunt aliqua simul calefieri ꝛ infrigidari: antecedẽs probatꝛ: nã in hyeme radiãtibꝰ astris de nocte infrigidantꝛ ista inferiora: ꝛ hoc ꝑ lumẽ eorum: qꝛ videmꝰ ꝙ neq̃ a frigiditate aque neq̃ a frigiditate terre neq̃ a frigiditate aliorũ corporũ frigidorũ cõtingit hec frigiditas: quia tũc a profundo aq̃ deberet citiꝰ incipere cõgelatio ꝛ infrigidatio: cuiꝰ oppositũ experimur: qꝛ in supficie terre ꝛ aq̃ fiũt hec. ¶ Quarto. si sic: tũc pisces marini de nocte lucentes: et sicꝛ ligna putrida: et oculi catorũ ꝛ luporũ ꝛ noctiluce deberent calefacere: hoc autẽ est falsum: et cõtra experiẽtiã: imo talia plꝰ infrigidant: sicut pꝫ de piscibꝰ: sed consequẽtia tenet per questionẽ: omne luminosum ꝛc. ¶ Quinto. vel hoc esset per radium rectũ vel incidentẽ vel reflexũ vel refractũ sed nullo istorũ modorũ: ergo ꝛc. nõ ꝑ rectũ: qꝛ recte incidens continue debilitatur ꝛ dilatatur intãtũ ꝙ nõ sufficit ꝓducere calorẽ: nec per reflexũ: qꝛ est magis debilis incidẽte: nec ꝑ refractũ cõsimiliter. ¶ Sexto. si sic: tũc celuꝫ ꝛ media regio aeris deberẽt calefieri a sole ꝛ a stellis: ꝛ hoc est falsum: consequẽtia tenet: qꝛ sol et alia luminosa agunt calorem: et non possunt agere in distans nisi per medium: ergo agũt in medium scilicet in spheram lune et in mediã regionem aeris: hoc autẽ est falsum: qꝛ semp media regio aeris est frigida vt dictum est: et etiam qꝛ celũ nõ recipit peregrinas impressiones vt dicitur secũdo celi. ¶ Septimo. si sic: tunc lumẽ esset qualitas prima: hoc est falsum: qꝛ tunc in celo essent qualitates prime: consequentia prima tenet: quia caliditas est prima qualitas: vt patet secundo de generatione: si ergo lumẽ causat caliditatem sequitur quod sit prior qualitas q̃ caliditas: et per consequẽs prima.

In oppositum est Aristo. in litera vbi dicit sic q̃rit: propter quam causam caliditas a superioribus astris causatur in inferioribus: et dicit ꝙ sol magis facit caliditatem alijs astris: ergo sol et alia luminosa causant caliditatem: mediante lumine: qꝛ per experiẽtiã videmus quod vbi pertingit lumẽ ibi calor est maior: ꝛ vbi maius lumẽ nec est minor ratio de vno luminoso q̃ de alio.

In questione primo sunt aliqua notanda. deinde respõdebitꝛ ad q̃situ. ¶ Unde notandũ primo: ꝙ sol et astra q̃uis causent lumẽ hic in inferioribꝰ vt experimur tñ cũ illo multiplicantꝛ q̃dã alie virtutes diuerse ꝛ cõtrarie: que quãdoq̃ vocantꝛ influẽtie celestes: mediãtibꝰ q̃bꝰ fiunt generationes

generationes animalium ꝛ plantarū et metallorū in terra: ꝛ similiter alie impressiones ꝛ figure: sicut per multas experiētias in effectibus inuenimus. sicut quandoq; cadunt grandines figurate figura faciei hominis: ꝛ sic de figuris aliorum animaliū: ꝛ diuersitas dispositionum habituum hoīm in diuersis terris: qđ est propter istas influentias. ¶ Deinde notandū ꝙ tales influētie nō sunt lumē: q̄uis cū lumine extendant̄ et multiplicent̄ in medio: media aliqua sunt susceptiua caliditatis que consequitur influētiā: ꝛ etiā lumē. Aliqua aūt non sunt susceptiua isti⁹ caliditatis: q̄uis lumē et influētia ibi deueniat: ꝛ hoc est qñq; ꝓpter cōtrariā qualitatē: ꝛ qñq; ꝓpter ineptitudinē subiectoꝝ: sicut fum⁹ non est apt⁹ nat⁹ cōburi a caliditate q̄uis cū caliditate extēdat̄ in eodē medio. ¶ Tunc sit prima cōclusio. ꝙ omne corp⁹ luminosum mediāte lumine suo causat vel pōt causare calorē in medio susceptiuo caloris: hoc patet p experiētiā: nā videmus hoc de sole manifeste: ꝛ de alijs luminosis: licet lumina sint remissiora: nisi tūc p aliquas influētias superiores a caliditate impediant̄. ꝛ istā cōclusionē intēdunt pspectiui: sicut auctor in lib. de specieb⁹ ꝛ Linconiēsis in lib. de radijs: qui voluīt ꝙ lumē sit naturaliter productiuum caloris sicut ignis est naturaliter calefactiu⁹. ¶ Scđa cōclusio. ꝙ oē luminosum forti⁹ agit lumē ꝛ calorē p radiū incidētē q̄ per reflexū radiū vel refractū ceteris parib⁹: pbat̄: q: radi⁹ principalis est intēsior ꝛ immediatior ab origine q̄ reflexus vel refract⁹: ergo intēsius calefacit: cōsequētia patet: q: ad intensiorē causam sequit̄ intēsior effect⁹ ceteris parib⁹ de agentibus naturaliter ꝛ nō libere p voluntatē: sed antecedēs pbat̄ q: radi⁹ reflex⁹ est debilior: oīs reflexio debilitat radiū: sicut patet: q: non ita bene representat similitudinē. Similiter refract⁹ est debilior ꝓpter mediū dēsius occurrens in quo refrangit̄. sed addit̄ ceteris parib⁹: q: ꝓpter nimiam aggregationē seu coniunctionē pluriū radiorū reflexorū ꝛ refractoꝝ pōt lumē reflexū vel refractū forti⁹ et intensius ꝓducere calorē q̄ lumen principale et incidens: quod patet de speculis cōcauis comburētib⁹: ꝛ silr̄ de crystallo vel vrinali qđ retro in pūcto cōcursus radiorū refractorū cōburit: sed vnus solus radi⁹ refractus hoc nō faceret. ¶ Tertia cōclusio. qđ nō oē luminosum oē mediū qđ illuminat calefacit: pbat̄ p experientiā: q: videm⁹ ꝙ capto vrinali pleno aqua frigida ꝛ tento in radijs solarib⁹ retro in cōcursu radiorū cōburitur: sed tū aqua illa frigidissima nō calefit: q: alias due qualitates cōtrarie essent simul in eodē: qđ est falsuȝ et incōueniēs scđo de generatiōe. Similiter corpus celeste illuminatur a sole: et tamē nō calefit: q: celum nō est calefactibile: ꝛ silr̄ de media regione ꝓpter virtutes aliarū stellarū vel influētias pōt illuminari ꝛ nō calefieri. ¶ Sed diceres. quō lumē producit caliditatē cū sit diuersarū specierū? dicēdū: ꝙ hoc est possibile fieri ex ordinatiōe vniuersi: q: vna species ꝓducit aliā: sed nulla influentia celesti existente hoc fieri nō posset.

Ad rationes. Ad primā dicitur quod hoc est possibile de quibusdā speciebus imperfectis. s. ꝙ vna ꝓducat aliā: sicut asin⁹ mulū: ꝛ caliditas siccitatē in materia disposita. Uel pōt dici: ꝙ illđ esset a tota specie luminis vel lucis ꝙ ipsum nō īpeditū posset illud facere: sed bene posset impediri: sicut calor magnetis pōt multiplicare speciē suaȝ p mediū: dato ꝙ sit vnct⁹ allio: ꝛ tū nō pōt attrahere ferrū: q: impedit̄ p influētiā cōtrariā. ¶ Ad secundā. cōcedit̄ aūs ꝛ negat̄ ꝯña: q: si valeret pari forma argueret̄ ꝙ nō de nocte posset illuminari dom⁹ cū cādela ardēte: q: nulla flāma durat diuti⁹ q̄ p instās. ideo ꝛc. antecedēs pbat̄ secūdo hui⁹. vbi Aristo. arguit de sole si esset flāma ꝙ non maneret idem sol: sed cōtinue ali⁹. Ad pbationeȝ ergo: calefactio est actio tp̄alis cōcedit̄: sed nō oportet ꝙ fiat ab agēte pmanēte totaliter eodē: sed successiue pōt produci ab agēte successiue ꝓducto. ¶ Ad tertiā. aliqua luminosa ꝛc. dicendū ꝙ hoc pōt esse p aliquā influentiā fortiorē q̄ sit virtus luminis productiua caloris: et propter hoc impeditur. ¶ Ad quartaȝ tunc pisces ꝛc. cōcedit̄ ꝙ calefaciunt vel calefacere possunt: si nō sunt impedita per aliquas influentias. ¶ Ad quintā dicit̄ quod per vtrūq; licet nō equaliter ceteris paribus. Ad probationē q: incidens continue spargit̄ ꝛ debilitatur: dicēdū est ꝙ sic est de incidēte ꝓcedēte ab eodē puncto: sed incidētes a diuersis pūctis possunt coniungi ꝛ ꝯcurrere: ꝛ sic sunt satis fortes ad ꝓducēdū calorē. ¶ Ad aliā pbationē de reflexo cōcedit̄ ꝙ est debilior: sed tamē pōt calefacere propter multiplicitatē: ꝛ sic similiter de refracto. ¶ Ad sextaȝ de celo. dicitur ꝙ non oportet: vt patet p vltimam conclusionem. ¶ Ad septimā. tunc lumen erit qualitas ꝛc. dicenduȝ quod Aristo. in secundo de generatione sumit qualitates primas pro illis que primo conueniunt elementis et non pro alijs q̄ conueniunt corpori celesti sicut sunt lumen et influentia ꝛc.

Questio.IX.

terre a.b.⁊ sint duo oculi a.⁊ b.in diuersis regionibus distãtes ⁊ sit pũctus impressiõis vise siue in media regione aeris siue in supma:⁊ trãseat radius ab oculo b.ad c.qui in continuum ⁊ directũ ꝓcedat vsq̃ ad stellã q̃ sit d.versus oriens:⁊ in instãti medie noctis:⁊ in eodẽ instãti ab oculo a.transeat linea recta vsq̃ ad c.que ꝑducit vsq̃ ad f.stellã occidentalẽ ⁊ patet q̃ꝺ f.⁊ d.sunt stelle adinuicẽ distãtes:⁊c.apparet oculo b.sub d.⁊ oculo a.sub f.ergo sub diuersis partibus celi:et similiter esset in quibusdã aliq̃s locis:⁊ ꝓpter istud etiã contingit ꝙ luna cũ apparet nobis circa meridiẽ appet sensui i alio loco ꝗ̃ sit:⁊ ꝓbat̃:q2 tũc ꝑ instrumẽtũ:puta astrolabiuꝫ vel quadrantẽ possemus habere verꝫ locũ lune:q̃ꝺ nõ est verum nisi esset directe sup zenith capitis nostri:q̃ꝺ nũꝗ̃ contingit Parrhisius. ¶ Secũda cõclusio.q̃ꝺ galaxia sit impressio elementaris nature existens in suprema regiõe aeris est impossibile:probatur:q2 si sic:tunc appareret diuersis hominibus in diuersis regionibus existentibus sub diuersis partibus celi:consequentia patet ex conclusione premissa:sed cõsequens est falsum ⁊ contra experientiã:⁊ impossibile salteꝫ stante cursu nature consueto:nam videmus per experientiã ꝙ si quis fuerit in grecia aspiciens galaxiã in loco vbi galaxia intersecat geminos in eodeꝫ instanti apparebit occidẽtalibus Hispanis ⁊ Parrhisiensibus intersectio geminoꝝ in eodẽ puncto a galaxia:⁊ simil̃r esset de opposita pte zodiaci vel capricorni. ¶ Iterũ galaxia intersecat zodiacuꝫ:nec hoc mutatur:siue oriatur galaxia cum signo siue sit in medio celi:⁊ similiter est de aliq̃s stellis celi:iuxta quas apparet pars galaxie. ¶ Et confirmatur:quia si esset aliqua impressio in aere sic circũducta in celo ista appareret alibi in oriente:⁊ alibi quando veniret ad medium celi. ¶ Sed notandum quomodo galaxia appareat ita lucida pre aliq̃s partibus celi:vnde celum est difforme in raritate sicut apparet in secundo celi: q2 stella est densior pars sui orbis:modo ille partes celi sunt densiores aliq̃s partibus:licet tamen sint diaphane vbi apparet galaxia:cuius signum:quia ibi sunt plures parue stelle: ⁊ plures ꝗ̃ in aliq̃s locis. Et propter hoc:tam lumen solis ꝗ̃ aliarum stellarum in talibus partibus aliqualiter refrangitur:⁊ sic illud lumen ibi incorporatum magis nobis apparet ꝗ̃ in aliq̃s partibus non tam densis sicut in simili in inferioribus:si sit vna nubes sola in aere et sol splendens super nubem propter dẽsitatem eius multo lucidior apparebit nobis ꝗ̃ aer circunstans rarior nube ⁊ consimiliter imaginanduꝫ est de galaxia.

Per hoc ad rõnes in oppositum dicitur ꝙ Aristo.loquebatur ꝓbabiliter:⁊ si demõstratio est ad oppositum:nõ oportet teneri dictum suũ. Aliter potest dici q̃ꝺ sit vitium translatoris. ¶ Ad secundam stella ⁊c.concedat̃ antecedens cum adiutorio solis ⁊ aliarum stellarum:sed negatur consequẽtia:ꝙ ergo plures stelle possunt tantum eleuare ꝙ apparet galaxia:sed bene plures stelle ꝑꝑ lumẽ ⁊ densitatem orbis faciunt apparere galaxiam. ¶ Ad aliam.dicendum est q̃ꝺ hoc est propter multitudinem stellarum ⁊ densitatem orbis:⁊ nõ est propter exhalationem maiorem. ¶ Ad aliã dicitur ꝙ sufficit si sit in vno tempore sicut in alio:sed nõ oportet quod per totum sit vniformis spissitudinis. ¶ Alie rationes que probant galaxiam esse de natura celi sunt pro secunda conclusione ⁊c.

Questio.XV.



Ecimo quinto queritur vtrũ media regio aeris sit locus generationis pluuie.⁊ arguitur quod nõ:quia soluꝫ inferior regio est locus generationis pluuie ergo ⁊c.consequentia tenet:⁊ antecedens patet in litera quia etiam in inferiori fiũt grandines. ¶ Secundo media regio est locus generationis impressionum ignitaruꝫ:ergo nõ pluuie consequentia tenet:quia idem non est locus contrarioꝝ:q2 locus habet virtutem saluandi locatum ⁊ non potest habere contrarias virtutes:quia aliter contraria essent simul in eodem quod est contra secundum de generatione : ⁊ contra x.metaphysice:sed constat quod ignite impressiones ⁊ aquee sint contrarie:⁊ antecedens patet:quia ibi generant̃ flamme sicut prius dicebatur. ¶ Tertio.media regio aeris nõ est locus naturalis aque:sed potius ibi vbi nunc est mare.ergo aqua pluuie non generatur ibi.consequentia tenet:quia elementum potius generatur in loco suo naturali ꝗ̃ extra:sed antecedens patet in litera in primo huius : vbi hoc expresse dicitur per Aristotelem. ¶ Quarto.si sic:hoc esset eo q̃ꝺ vapor ibi eleuatus conuerteretur in aquam per frigus.hoc est falsum:quia eadem ratione per frigus conuerteretur in terram si quis terrestris eleuaretur vapor:sed falsitas cõsequẽtis patet per experientiam:non enim videmus pluere terrã consequentia principalis patet ex litera. ¶ Ultimo si sic:aut igitur pluuia mouetur deorsum anteꝗ̃ est pluuia q̃ꝺ est impossibile:quia q̃ꝺ non est non mouetur:vel in primo instanti sui esse:quod est impossibile:quia nõ hꝫ primũ instans esse cũ generet̃ successiue ex vapore quia successiue congelat̃. Alias enim motus localis congelationis vel condensationis fieret in instanti:q̃ꝺ est impossibile.si ergo post cõpletũ esse mouet̃ deorsum sequit̃ ꝙ aliq̃ꝺ graue simplex quiesceret in aere nõ de

tentum violēter: ꝛ habens sufficiens dominiū mediū diuidē di: cōsequens est falsum: q2 qua ratiōe quiesceret p vnū/ item pus eadem ratiōe p dupliū: ꝛ sic deinceps: ꝛ sic pluuia nō ca deret ad nos: quod experimur falsum.

Ad oppositum videtur esse Aristoteles in litera vt apparet per experientiam.

In questione primo videbitur respōsio ad quesitum per cōclusiones: secundo videbitur de modo ꝛ de diuersitate accidentium pluuiarum.

Sit ergo prima conclusio: quod aliquādo pluuia generatur in media regione aeris tanꝙ in naturali loco generationis: ꝛ vt in pluribus ibi fit: probatur: quia ibi sunt cause requisite ad generationem eius igitur ibi fit: consequentia tenet: quia positis causis non impeditis ponitur effectus antecedens probatur: quia ibi est materia: puta aer vel vapor vel nubes: ꝛ ibi est efficiens. i. frigus medie regionis cū virtute celi: ꝛ ibi erit forma: quia efficiens p̄sente materia inducit formā: ꝛ finis ꝓpter quē: quia ista inferiora debent irrorari per pluuiā ibi genitaꝫ quod non eque bene fieret si alibi generaretur. ¶ Secunda cōclusio. possibile est pluuiā quandoꝗ generari in inferiori regione aeris: probatur cōsimiliter sicut precedens. ¶ Et per primā rationem ante oppositū: sed tamen in illa generatiōe pluuie inferius non est frigus extrinsecum regionis inferioris: sed quādoꝗ calidum vel calor qui per antiparistasim frigidum et humidum vaporem circunstat corrumpendo modicam eius caliditatem: quia per cōpressionem ꝛ vnionem frigiditatis fortificatur illa frigiditas fugiens illam caliditatem exteriorem aeris: ꝛ sic in aquam vaporem cōuertit: sed tamen frigus nō est ita forte in vapore tali ex quo fit pluuia quod possit fieri congelatio sufficiens ad generationem grandinum ꝛ hoc est de primo. ¶ Nunc dicendum quomodo ex illis causis dictis fit pluuia. Supponitur primo: ꝙ media regio aeris sit frigida valde: ꝛ hoc predictū est in alijs questionibus: ꝛ ad illam eleuatur vapor per calorem solis vel stellarum qui conuertitur ibidem in nubem: ꝛ nubes in aquam pluuialem. vnde multipliciter potest ibi generari pluuia: pmo ex ipsomet aere sine vapore: quia aer virtute celi ꝛ ꝓpter frigiditatem cōdēsatur in nubem ꝛ conuertitur post in aquam: ꝛ etiaꝫ quia quodlibet elementum immediate potest conuerti in aliud. ¶ Secundo propter eleuationem vaporis: vt dictum est: ex quo vapore fiunt nubes que non sunt aliud nisi vapores ingrossati ꝛ vniti: ꝛ sunt duplices: nam quedam sunt nubes steriles vt dicitur in litera: ꝛ sunt ex quibus non venit pluuia: ꝛ hoc est propter paucitatem humiditatis vel propter defectum frigiditatis generantis aquam ꝛ tales dissoluunt̄ ꝛ resoluunt̄ cito in aerē. Alie sunt nubes fertiles: ex quib⁹ fit pluuia opposito modo se habentes. ¶ Tertiā causam assignat Alga. q2 quādoꝗ generant̄ nubes ꝛ pluuia ex repercussiōe a frigiditate medie regionis: sicut quando super vnam ollā bullientem vel fumantem ponitur coopertoriū ibi generant̄ gutte cadentes successiue: sicut similiter apparet quando fit aqua rosarū vel alie sublimationes quecunꝗ aquarū: vel similiter quando quis emittit anhelitum super gladium politum vel speculum in hyeme. sic enim imaginatur ille pluuiā fieri: similiter ꝓpter frigus medie regiōis. Sꝫ si iste modus esset verus non oporteret plus apponere: ꝛ sic semper serenitate aeris existente posset pluere sine nube ꝛ eque fortiter: quod non experimur: ꝛ ideo diceretur q̄ᵭ talis vapor fit nubes: cum occurrit medie regioni aeris: ꝛ postea reflectitur: ꝛ in aquam conuertitur. Et per cōsimilem causam contingit q̄ᵭ ventres animalium in hyeme habēt plus de flegmate: et in estate plus de cholera: q2 vapores ꝛ fumi ꝓpter hoc ꝙ pori sunt clausi in hyeme ꝓpter frigus repellunt̄ ad interiora ꝛ conuertuntur ad flegma: sed in estate apertis poris propter calidum exhalat humidum ꝛ siccum sic vt cholera tanꝙ cineres remaneat.

Sed de diuersitate accidentium vel dispositionū pluuie: dicendum primo ꝙ differūt in magnitudine guttarū: q2 p antiparistasim illa media regio est frigidior in estate ꝛ minus frigida in hyeme ꝛ tunc ꝓpter vehementiam caliditatis vapor in estate fiunt gutte grossiores ꝛ contingit etiā in inferiori regione aeris. ¶ Alia causa est: quia in illa media qñꝗ est plus de viscositate ꝛ aquositate aerea: ꝛ tunc congelatur p maiores guttas: sed aliquando non est viscositas: ꝛ tunc vapor cito in minimas guttas cōuertitur. ¶ Alia causa est: quia quando nubes est multum profunda ꝛ spissa: tunc alique gutte pluuie superius descendunt ad inferiores guttas minus graues: vel anteꝙ sint genite: ꝛ sic cōiunguntur eis: ꝛ cadunt simul magne. ¶ Sed de figura saltem vt apparet nobis semper gutte sunt rotūde: ꝛ causa est: quia licet in principio: vt dicit Albertus: sint alterius figure quā rotunde: tamē ꝓpter grauitatem descendunt articulando: ꝛ sic in tali motu rotundantur. ¶ Aliam causam ponit auctor sphere: quia elementa sunt homogenea: ꝛ propter hoc naturaliter partes assimilantur suo toti: q2 tota aqua est rotunda: ideo etiam quelibet gutta. ¶ Alia causa est ꝓpter conseruationem: quia in rotunda figura res est magis vnita ꝙ sit in aliqua alia vt dicitur in li. de hysoperimetris: quod omniū figurarum hysoperimetricarū spherica est capacissima: ꝛ quia vnū quodꝗ appetit naturaliter se permanere: et quātum melius potest. ideo gutte declinant ad illam figurā sub qua virtus earum est magis vnita: ꝛ possunt melius conseruari ꝛ permanere: ꝛ etiam videmus in alijs: puta in argēto viuo: ꝛ in aqua quando sparsim funditur super pulueres tantum enim desyderat permanere naturaliter ꝙ aliq̄ ptes graues: non tantum descendunt deorsum: sicut ratione grauitatis bene possent: sed manent aliqualiter sursum: vt conseruentur. ¶ Alia causa est ꝓpter circunstans quia acutiores partes extremas impellit ad medias: ꝛ notandū de alijs diuersitatib⁹ ꝙ in qualitatibus quedam pluuie sunt dulces ꝛ pingues ꝛ magis aere. ꝛ tales sunt vtiles plantis: sicut pluuia in maio. sed alia pluuia est magis pontica ꝓpter admixtionem alicuius terrestris: ꝛ ꝓpter exustionem. ꝛ aliquando nocet aliquibus nascentibus terre: ꝛ desiccat recte sicut faceret vrina vel acetum: ꝛ aliquando est venenosa ꝓpter aliquā putrefactionem. Et ergo sepe contingit: q̄ᵭ in vere generantur parue rane satis cito post casuꝫ pluuie: imo quādoꝗ in nube generantur. Sed notandum' ꝙ omnis pluuia habet admixtionem quandam alicuius terrestris: ꝛ ideo aqua pluuialis astringit fluxum ventris: sed tamen secundum q̄ᵭ est magis ꝛ minus admixta restringit indifferenter. ¶ Iterum differunt pluuie in coloribus: quia in pluribus sunt sicut aq̄ sed aliquando: licet raro: est pluuia visa alterius coloris: sicut sanguinei: sicut in Egypto accidit ꝓpter fortem adustionem alicuius terrestris mixti: ꝛ propter fortem calorem. ꝛ aliquando sicut lac: ꝛ hoc est propter grossum terrestre admixtum non bene adustum. ꝛ quādoꝗ sunt visa alia monstra cadere cum pluuia: de quibus difficile est reddere causam: q2 dicit Plinius: quod pluebant semel spōgie feree: ꝛ aliquando venit pluuia sicut pulueres: et dicit q̄ᵭ omnia ista sunt p̄sagia futuri mali. hoc etiam vult Solinus in libro de mirabilibus mundi. et causa istorum est specialis causa: vt virtus celi que est nobis ignota. Sed de casu pluuie sciendū quod diuersimode cadunt: quandoꝗ recte: quandoꝗ oblique cuꝫ per ventum ducuntur ad latus: quando directe: tunc a frigido cōpellente ducuntur: quandoꝗ fit magna inundatio: sic q̄ᵭ quandoꝗ ꝓpter nimiā spissitudinē congregantur gutte ꝛ cadunt: sicut si effunderet̄ aqua de vase: ꝛ sic quādoꝗ contingit vnam totam nubem per frigus ꝛ defectū caloris totaliter in aquam conuerti: ꝛ totum simul cadere: ꝛ hoc est periculosum. ¶ Sed de locis in quibus fit: q2 super terrā: tamē dicunt aliqui auctores q̄ᵭ in quibusdam locis non pluit sup terrā: sicut in Egypto. ꝛ causa vniuersalis: quia ibi raro fiūt nubes: ꝛ hoc propter paucitatem materie: ꝛ propter caliditatem nimiā resoluenteꝫ materiā totaliter. Sꝫ de duratiōe sciēdū ꝙ nubes cōuertunt̄ paulatim ꝛ successiue: ꝛ iō nūc pluit sup vnā ptē terre: ꝫ postea nube mota p ventū pluit sup aliā ꝛ sic deinceps quousꝗ cōsumat̄ nubes. quādoꝗ cōtinue eleuat̄ vapor qui cōuertitur in aquā: ꝛ sic pluit: nec tota consumitur ꝛ sic durant pluuie.

Ad rationes. Ad primam ista est pro secunda conclusione. ꝛ tandem antecedens potest negari: ꝛ causa dicta est in questione. ¶ Ad secūdam. cōceditur antecedēs ꝛ negatur cōsequētia. Ad ꝓbationē: dicendū ꝙ nō oportet ꝙ res semꝑ saluent̄ in loco in quo generantur. etiā nō eodeꝫ modo generant̄ ibi impressiones ignite: nec ex eadē materia q2 ex nimis calida exhalatione fiunt multa calida: et ex humida

nuda ⁊ frigida fiunt alia. ¶ Ad tertiā cōceditur añs ⁊ etiā cōceditur ꝙ gñantur extra locum naturalē aq̄: ⁊ ideo exeunt istum locum descendēdo inferius. ¶ Ad quartā: si hoc esset ⁊c. conceditur: ⁊ dicitur ꝙ nō oportet semꝑ: ꝙ ita grossus eleuetur vapor ꝙ fiat terra: nec ita grauis: sed quādoqȝ ex multis puluerib9 paruis fit ibi lapis tonitrui: ⁊ cadit inferius de quo post videbitur. ¶ Ad aliā. vel ante ⁊c. dico ꝙ post generationem. Sed diceres: q̄d est detinēs partes ibi genitas? dicendum ꝙ aliquis calor ⁊ leuitas inexistens materie que remansit ex vapore quo pluuia generabatur: ⁊ sic ista leuitate deficiente descendit: ⁊ quandoqȝ alia gutta superior superuenit in descensu. Et sic patet quid ⁊c.

Questio.XVI.



Q ueritur decimo sexto. vtrum pluuia ros ⁊ pruina differant specie specialissima. ¶ Et arguitur ꝙ sic: q2 ī diuersis locis ⁊ temporibus: ⁊ ex diuersis materiebus generantur: ergo ⁊c. consequentia tenet: q2 que sunt eiusdem speciei generātur ex cōsimilibus materiebus locis ⁊ tꝑibus: sed añs patet in litera: quia ros fit in tꝑibus calidis ex vapore terrestri. sed pruina fit in tēporibus frigidis: ⁊ vtraqȝ istaꝝ prope terrā ⁊ pluuia fit superius. ¶ Secūdo. ista diuersis diffinitionibus diffiniūtur: ergo ⁊c. ꝯña tenet ⁊ añs pꝫ in litera. ¶ Tertio. cōplexiones istoꝝ naturales differunt specie: igitur. ista ꝯña tenet: q2 fm diuersas complexiones fit diuersitas specifica heterogenearū formarū. ⁊ añs patet: quia complexio niuis est magis frigida q̄ꝫ cōplexio pluuie: ⁊ similiter materia roris est calida ⁊ humida. ⁊ materia grandinis ⁊ pruine ē frigida ⁊ sicca. ¶ Quarto. ista fiunt ab agētibus diuersis ⁊ specie differētibus: ergo ⁊c. ꝯña tenet: quia agētia nālia assimilāt sibi effect9 ⁊ ǧ diuersa faciūt diuersa: ⁊ añs pꝫ q2 grando fit ꝑ caliditatē per antiparistasim vt dr in litera: sꝫ pluuia fit a frigiditate: modo constat ꝙ ista differunt specie. ¶ Quinto. effectus naturales istarum differunt specie: ergo ⁊ ipse ꝯña tenet: q2 effectus sunt similes causis añs probatur q2 ex rore infra testas conche accepto fit margarita: sed ex niue et grandine non nisi lutum.

In oppositum videtur esse Aristoteles in litera: volens ꝙ omnes ille impressiones aquee sint eiusdem speciei specialissime differentes secūdum magis ⁊ minus solum vel in qualitatibus.

In ista questione primo videndum est de generatione illarum impressionū puta roris et pruine et niuis. Secundo respondebitur ad quesitum.

De primo: videbitur primo de niue que generatur per istum modum: q̄d vapor grossus per calorem solis magna multitudine eleuatus vsqȝ ad mediam regionem aeris. ibi condensatur ꝓpter frigiditatem medie regionis: ⁊ prius ꝯgelat̄ q̄ꝫ in aquā ꝯuertat̄ sꝫ si prius ꝯuerteret̄ in aquā: tūc fieret pluuia de qua dictū est ī ꝓcedēti questiōe. Sꝫ si diceres prius fit pluuia: ⁊ postea nix Sed cōtra: quia tunc materia non esset ita late dispersa: sed conglobata quemadmodum grando. ⁊ ex isto pꝫ ꝙ tam pluuia q̄ꝫ nix fiunt ex grosso vapore in magna multitudine eleuato. et in hoc conueniunt ⁊ similiter ꝙ vtraqȝ fit a calore eleuante. Tertio conueniunt q2 vtraqȝ fit ex frigido vapore condensante. Quarto. conueniunt in loco generationis: quia vtraqȝ fit in media regione: ⁊ per hoc ambo differunt a grandine rore ⁊ pruina que fiunt in regione īfima. Quinto ꝯueniūt: q2 vtraqȝ fit ex eadē nube vel ex consimilibus: naꝫ aliqui volunt ꝙ nubes primo cōuertantur in niuem: et in tēporibus frigidis descendit nix vsqȝ hic inferius: sed in calidis tēporibus ꝓpter caliditatem aeris in inferioribus liquefit nix in descensu: et sic est pluuia ex eadem materia. Et huius signū dicunt: ꝙ in altissimis montibus sepe cadit nix quando inferius pluit: sed credo ꝙ hoc non sit vniuersaliter veꝝ. Et ad signū: dr ꝙ in altissimis mōtibus sepe pluit: et si quādoqȝ in vere cadit ibi nix potest fieri ꝓpter nimiam frigiditatē: q2 sunt nimis alti et ꝓpe mediā regionē aeris. ¶ Sed contra: si nix gñaretur in media regione aeris semꝑ videret̄ ꝙ ꝓpter nimiā frigiditatē materia deberet fieri cōpacta et rotunda: q̄d tñ est falsum. ¶ Ad q̄d dr negando ꝯñam q2 nix est valde leuis: et vapor rarus: ex quo fit: sic ꝙ qñ venit ad mediā regionē congelatio fit vndiqȝ et non fit cōpressio totius materie ab exterioribus ad aliq̄d centrū sicut in grādine: ǧ nō cadit sicut grādo: sed molliter sicut lana. ¶ Sed de differētia niuis et pluuie primo differūt quo ad tꝑs: q2 nix fit in hyeme et raro in estate: sꝫ pluuia fit indifferēter. ¶ Scdo differūt in modo gñationis: q2 nix fit ꝑ congelationē vaporis: sed pluuia ꝑ cōuersionē vaporis in aquā. ¶ Tertio differūt colore: q2 pluuia hꝫ colorē aque vel est absolor: sed nix est alba semꝑ: cuius causa est primo: q2 fit ex materia trāsparēte et diaphana et disposita ad lucem: et in tali materia cū lux incorporatur apparet alba. Alia causa est: q2 frigiditas valde intensa agit in materiā humidā suꝑ quā totaliter obtinet: vel saltē pro maiori parte apta nata est albescere: q2 dicūt naturales ꝙ frigiditas est mater albedinis cū dispositionibus requisitis materie: ꝓpter q̄d videmus ꝙ in partibus septentrionalibus multa aīalia sunt alba: quoꝝ similia in specie in partibus meridionalibus non sunt alba: sꝫ nigra: sicut apparet de visis. ¶ Quarto differūt in figura: q2 pluuia cadit in spherica figura: sed nix cadit sub figura floꝝ et causa istius est specialis influētia celi. ¶ Quinto differūt: q2 nix est frigida et sicca actualr: sed pluuia est frigida et humida: et causa est: q2 prius q̄ꝫ vapor sit ꝑfecte humectatus: ex quo fit nix: congelatur. tñ alr in fine circa corruptionē potest ista materia mutari: et sic nix erit humida. ¶ Sexto differūt: q2 sepe adinuicē cōtinuatur casus pluuie: sed raro casus niuis: et causa est: q2 terra madefacta per pluuiā iteꝝ est disposita ad hoc ꝙ faciat vaporē ex quo fit alia pluuia: sꝫ post casum niuis: vt in pluribus terra supius congelat̄: et sic impeditur euaporatio: ne fiant plures niues: sic etiam erit diuturnior pluuia q̄ꝫ nix. ¶ Tunc sit conclusio ista. ꝙ nix et pluuia differunt specie: et silr pluuia et pruina: hoc pꝫ per rōnes añ oppositū. Itē q2 altera istaꝝ est nature aeree: et altera aquee ergo specie differūt vel sunt distincte. ꝯña tenet: q2 aer et aq̄ differūt specie: et silr effectus q̄ sūt tales: puta aerei et aquei: sꝫ añs ꝓbat̄: q2 nix est vapor condensatus: mō vapor est nature aeree: q2 calidus et humidus et mouet̄ ad aerem: sed pluuia est aq̄. ¶ Notandū est tñ. ꝙ iste sunt species bene propinque et imꝑfecte: sic ꝙ vna pōt faciliter trāsmutari in aliam.

His visis dicendum est de rore ⁊ de pruina pro quo sciendū ꝙ ros fit ex vapore multum subtili eleuato a terra conuerso in aquam propter frigiditatem aeris in infima regione: et vapor talis per calorē solis: et astroꝝ eleuatur sicut vult Arist. in litera. sed cum sol calefacit terram de die: adhuc tñ post recessum solis terra calefacta calefacit fumum et vaporē: et sic terra: q2 densior q̄ꝫ aer est: fortius et diutius retinet calorē solis ipso aere: ideo sole recedente aer ꝓpe terram infrigidat̄ cito et citius q̄ꝫ terra ꝓpter raritatē: et sic cōuertit vaporem istū in aquam: et ideo non rorat in summitatibus edificioꝝ et turrium: sꝫ prope terram: et raro cadit ros super caput hominum ambulantium: sed bene super pedes: quia ita alte non est locus conuersionis in aquam: sicut est altitudo capitis hominis a terra: et propter hoc fit prope terrā et cum aer contiguus sit summitatibus graminum vel spicarum recte ibi conuertitur in aquam: ideo adheret illis capitibus spicarum et graminū: sed alie partes sūt sicce. Sed differunt accidentibus: nam non contingit rorem cadere super pulueres: nec super lapides: nisi raro: vel nisi sit ꝓpe terram virentem graminibus vel inter gramina: et causa est: q2 quāuis fm rei veritatem multotiens cadat ros super ista: tamen propter siccitatē pulueris vel lapidis cito cōsumitur. ¶ Secundo accidit ꝙ ros non fit tempore nubiloso: quia propter nubes et nebulas non tantum terra calefit a sole: nec vapor subtilis eleuatur ex quo fieret ros. ¶ Tertio. non fit ros tēpore ventoso: et causa est: quia materia roris consumitur propter subtilitatē ⁊ dissoluitur a vento et etiā conuertitur vapor iste in naturam venti. ¶ Quarto accidit ꝙ tempore niuis et tempore grandinis non fit ros: et vniuersaliter tempore nimis frigido non fit quia vapor prohibetur ascendere et pori terre clauduntur propter frigiditatem: sicut pori cutis humane clauduntur in hyeme. ¶ Quinto accidit ꝙ non fit tempore calido: q2 tunc materia distrahitur vel ad alia superius generanda eleuatur: ex quib9 patet quod ros debet fieri in temporibus temperatis et tranquillis. ¶ Sexto accidit ꝙ ros vt in pluribus est signum serenitatis. et causa est: q2 in

generatione roris generātur vapores subtiles: ⁊ non grossi: ex quibus fieret pluuia. ¶ Septimo accidit ꝙ habeat dulcedinem aliquā: ⁊ hoc est ꝓpter digestionē alicuius terrestris cum eo eleuati ex quo fit ros: sed quandoqꝫ tale terrestre elevatū quando cōuertitur vapor in rorem cadit super herbas ⁊ quandoqꝫ sparsim per modum pulueris: sed quādoqꝫ conglutināt̄ur sicut mel; ⁊ hoc est quādo subtilius resoluitur et grossius cōuertitur; ⁊ talis ros inficit herbas sic quod oues comedentes in tantum laxantur ꝙ moriūtur: ⁊ quādoqꝫ huiusmodi materia eleuatur super arbores in vere a qua materia si arbores non purgātur efficiuntur vermes: ⁊ erugines destruentes folia ⁊ fructus: et talis ros quandoqꝫ eleuatur in meridie: ⁊ propter hoc potest alte ascendere.

Tunc sit conclusio responsalis quātum ad hanc partem. ꝙ ros est eiusdem speciei cum pluuia. ⁊ probatur: quia ambo sunt aqua ex consimili materia generata: modo oīs aqua cum aqua est eiusdem speciei: vt dicitur in topicis. ¶ Secunda conclusio. ꝙ ros differt specie a niue: probatur: quia pluuia differt a niue specie: per p̄imā conclusionē ⁊ quia ros est eiusdem speciei cum pluuia: per secundā conclusionem: ergo ⁊c. ¶ Tertia conclusio. ros ⁊ pruina specie differunt: probatur eodem modo sicut tertia. ⁊ ꝙ differant et quomodo: dicetur post in alijs questionibus.

Sed ad rationem post oppositum dicitur ꝙ Aristoteles intendebat de pluuia ⁊ rore ꝙ ista sunt eiusdē speciei: sed nix ⁊ pruina etiam sunt eiusdem speciei: licet differant secundum magis ⁊ minus. sed non voluit ꝙ nix et pluuia sint eiusdem speciei: ⁊ omnes propositiones Aristo. quādo dicunt ꝙ ros est vapor: ⁊ sic de alijs. intelligende sunt: ꝙ ros est ex vapore tanq̄ ex materia: ergo ⁊c. Et sic pꝫ questio.

Questio. XVII.



Decimoseptimo queritur. vtrū grando fiat magis in vere q̄ in autumno. ¶ Et arguitur ꝙ non: qꝛ non fit nec potest fieri: igitur ⁊c. consequentia tenet ⁊ antecedens patet: quia si quandoqꝫ fieret: vel ergo vapor ex quo fieret cōuerteretur in aquā p̄iusq̄ congelaretur: q̄d non fit: quia tunc aqua superior existens statim caderet: ⁊ non esset grando: vel p̄ius congelaretur q̄ in aquam conuertatur: quod non fit quia tunc esset nix. ⁊ ex alio: quia citius potest vapor conuerti in aquā q̄ in grandinē: ergo p̄ius conuerteretur in aquā anteq̄ congelaretur: ⁊ per consequens talis aqua descenderet: ⁊ nunq̄ esset grando. ¶ Secundo. grando fit ex forti frigido conuertente vaporem in grandinem anteq̄ conuertatur in aquam: ergo fit nix: consequentia tenet: quia taliter fit nix. et antecedens pꝫ in litera. ¶ Tertio. si sic: tūc plures vapores eleuarētur in vere: sed hoc est falsuꝫ: quia in omni tempore equaliter leuantur vapores: ⁊ per cōsequens non est magis in vere q̄ in autumno: consequentia tenet: quia istā causam dicit Arist. quia plus in vere ⁊c. ¶ Quarto: si sic: hoc eēt propter calidum per antiparistasim frigidum vaporem conuertens in grandinem: sed hoc est falsuꝫ. ⁊ falsitas probatur quia tūc in estate deberet magis fieri: cuꝫ sit magis calidum tempus ¶ Quinto. videtur magis debere fieri in hyeme: qꝛ tunc magis frigus est ⁊ plures frigidi vapores possunt eleuari: ergo ⁊c. ¶ Item sexto grando videtur fieri ex causa intemperata: ergo non in temporibus nec in locis temperatis: et per consequens non in vere.

In oppositum est Aristo. mouēs istam questionem. Quare magis ⁊c. quia dictum est in predictis questionibus de tribus imp̄ssionibus aqueis: nūc restat de alijs dicere: scilicet de pruina et grandine.

Notandum est ergo. ꝙ pruina cōuenit cum rore in materia: ⁊ in qualitate: ⁊ in quantitate materie: quia vtraqꝫ istarū fit ex vapore subtili: conueniunt etiam ambe in loco: qꝛ fiunt in infima regione aeris satis ꝓpe terrā: tū communiter fit magis ros prope terram q̄ pruina. ¶ Similiter conueniunt in qualitatibus tempoꝝ: qꝛ ambe fiunt existente tranquillitate ⁊ serenitate aeris: nec fiunt in locis nimis altis. sed differūt ex parte agentis: qꝛ pruina fit a maiori frigiditate q̄ ros: q̄uis ambe fiant ex frigiditate. vnde etiam in hoc cōuenit pruina cū niue: quia fit ex frigido aliqualiter excellenti: ⁊ in tēporibus frigidis sicut nix: ideo sicut dicit Aristoteles ꝙ ros ⁊ pruina conueniunt in hoc ꝙ vtraqꝫ est quasi aqua pura: sed pruina est vapor cōgelatus sicut et nix: sed tamen tam ros quā pruina fiunt existente serenitate: sed tamē ros est signum serenitatis future: sed pruina non est signum serenitatis future: sed pluuie future: ⁊ hoc contingit propter duo que concurrunt ad causandā nubē ⁊ pluuias. s. multitudo vaporū ⁊ calidū eleuans: modo dictū est p̄ius: quod ros fit tēpore calido: ⁊ tū quādo est multitudo vapoꝝ calor sufficit eleuare talē vaporem: vt fiant nubes: ⁊ etiam pluuie: sed quando ros est: tunc parum est de vapore: ⁊ ideo ros est signum ꝙ non est multitudo vaporum: et per ꝯn̄s est signum serenitatis future. et pruina fit tempore frigido: et tunc quia est maxima abundantia vapoꝝ: ideo est signū pluuie. etiam pruina in serenitate dissoluit̄ de die: et resoluit̄ in vaporem q̄ propter defectū caloris non potest consumi: ideo fit pluuia. Ideo notandum ꝙ vt in pluribus pruina plus eleuatur q̄ ros: nam ad experientiam videmus q̄d altitudines turrium et edificiorum sunt sparse cum pruina: sed raro vel nunq̄ cuꝫ rore: et potest esse causa: quia vapor ex quo fit pruina eleuatur de die ante occasum solis: et ideo potest satis alte eleuari et postea recedente sole aer cōtinue incipit frigefieri vsqꝫ versus terram: et sic inueniens vaporem aliquantulum eleuatū comprimit eū: ⁊ sic cōtingit ꝙ a superiorib9 venit. Et ex alio quia nos nō videmus casum pruine: sed habet circa corpora descendere ⁊c: et sicut tempore nebuloso in hyeme circa crines ⁊ vestes hominū ambulantiū generatur pruina. Istius causa potest esse ꝙ alta edificia sunt densiora aere ⁊ sic plus infrigidatur quā aer ergo de nocte circūdante aere summitatem turriū ⁊ edificiorum conuertitur aer cū vapore in aquā ⁊ statim post congelatur. ⁊ ideo pruina fortiter corporib9 cōpluttis adheret: q̄d nō fieret si pruina congelaret̄ anteq̄ conuerteret̄: qꝛ tunc caderet: sicut sal sparsum super terrā: sic q̄d ventus potest amouere pruinam a corporibus.

Dicto visio dicendū est de grandine vnde materia eius est vapor grossus: ⁊ fit consimili modo sicut pluuia sed forma eius est aqua ꝯgelata: vl̄ vapor ꝯgelatus ⁊ p̄ius vapor cōuertitur in aquā ⁊ postea congelat̄: ⁊ ꝓpter hoc differt a niue: qꝛ p̄ius cōgelatur anteq̄ conuertatur in aquā: sed citius resoluit̄ grando in aquā q̄ nix ꝓpter virtutē calidi intrinsecam a vapore: ⁊ secundū Aristotelem in noua translatione huius libri fit in infima regiōe aeris satis basse nō multum distans a terra: ⁊ hoc declarat: quia in mōtibus altis nō fit grando: sed bene fit nix: ideo oportet ꝙ inferius generet̄: ⁊ ex alio declarat hoc idē: quia sepe fit a nube aque a ꝓpe terram in estate quando fiunt magne gutte: ⁊ ibidem generat̄ grando. similiter a nube a qua ꝓuenit grando sepe cōtingit q̄d auditur sonus: q̄d nō est: nisi esset satis ꝓpe nos: qꝛ modicus sonus non percipitur remote. ¶ Item. sepe cadit sub figura angulari; quod nō esset: si veniret de longe: imo rotundaretur ex confricatione cum aere in longa distantia: quia angulis pars est acutior: ⁊ citius confringeretur q̄ alie partes non angulares. ¶ Sed aliam opinionem ponit Albertus que videt̄ trahi ex antiqua translatione. s. q̄d locus grandinis sit magis altus q̄ vbi fit pluuia: qꝛ iste vapor eleuat̄ a forti calido: ⁊ ideo potest eleuari valde sursum: quia ad medium medie regionis: vt dicit: ⁊ tunc propter calorem iste vapor fit rarus: ⁊ vndiqꝫ apertus statim congelatur in isto magno frigore: ⁊ quandoqꝫ iste vapor deprimitur a frigore medie regionis: ⁊ secundum hoc essent duo loca generationis grandinis: sed tamē magis videtur quod in pluribus grando generetur inferius propter signa Aristo. predicta: ⁊ semper fit superius: q̄ ros ⁊ pruina. Sed tamen ad experientias Aristo. potest dici ꝙ grando non cadit in montibus: qꝛ nullus vapor eleuatur ita calidus q̄d possit conuerti in grandinem: nec per ventū adducitur: quia non est ibi vētus in summitatibus: nec tandiu durat q̄d posset multum remote ꝓuentum. ¶ Ad aliud signum de sono dicitur: q̄d grādines in media regione generant̄: ⁊ descendunt cadentes sup nubem aliquam dispersam hic prope nos: ⁊ faciunt talem sonum: sicut faciunt q̄n descendunt super tecta domus. ¶ Ad aliud: de angulari parte diceret̄: q̄d locus superior est ita frigidus et totus aer q̄d modica confricatio modicum noceret: sꝫ tamen in calidis

in calidis temporibus sepius videmus confricationem esse factã et pluuiam descẽdere cum grandinibus vel precedere. ¶ De modo ergo generationis et efficiente causa dicẽdum est: ꝙ aliquando talis vapor ex quo fit grande cõgelatur per antiparistasim a calido circũstantie qui h3 quandã frigiditatẽ naturalẽ: et ideo cũ circũdatur a calido cõprimitur: et tũc fortificatur talis frigiditas ꝑpter calorẽ et sic congelatur: sicut exhalatio calida in se inflãmatur quando circundat᷑ a frigido: vt p3 in gñatione fulminis. ¶ S3 diceres. quare vapor nõ congelatur immediate prope terrã: cum tamen ibi sit maior calor? dicẽdum: ꝙ iõ: quia iñ vapore est calidum eleuãs et mouẽs sursum: ideo ita cito nõ põt condẽsari: nisi quodammodo calidum sit corruptum: ꝛ iõ diu ascẽdit anteq̃ conuertatur in grandinẽ: s3 qñ gñatur grãdo in media regione: tũc fit magis sursum: et sic tũc nõ fieret per antiparistasim: quia ille locus est valde frigidus: et ideo statim infrigidat istum vaporẽ: et ad hoc iuuat ꝙ iste vapor erat ante calidus: sicut aqua calefacta citius congelatur: et sic nõ fieret ibi per antiparistasim immediate: sed mediate. Sed quia Arist. in noua translatione videt᷑ dicere ꝙ per antiparistasim solũ fiat grando: hoc põt exponi: vel mediate vel immediate: vnde in noua trãslatione videt᷑ hoc innuere: quia ponit de piscatoribus circa puteũ: qui cu3 aqua calefacta perfunderẽt calamos: et statim submergẽtes in aquis frigidis fiebant glacies et sic etiã est de grandine in media regione: s3 q2 non congelat᷑ anteq̃ conuertatur in aquã: dicendũ est: ꝙ hoc est ꝑpter abundantiam humiditatis: ꝛ ꝑpter grossitiem materie vel vaporis: quia iste vapor non est ita rarus sicut ille ex quo fit nix. ¶ S3 dubitatur: quia prius dicebat᷑ ꝙ ex vapore in media regione fiunt tres impressiones. s. nix grãdo ꝛ pluuia: sed inferius nõ nisi due. s. iste que correspondẽt pluuie ꝛ niui: quare ergo hic nõ habemus tertiam que correspondet grandini? ¶ Ad hoc dicendum ꝙ non oportet ꝙ hic inferius adueniente frigido noctis fiat alia tertia impressio: q2 non habemus materiam aptam: nisi quis vellet dicere: ꝙ glacies aquaꝝ correspondet grandinibus: sed tamen non ĩmediate glacies fiunt ex vapore: nec etiam grandines: q2 fiunt ex aqua ꝛ mediante ista ex vapore. Sed Aristo. dicit: ꝙ non habemus tertiam: q2 glaciẽ non vocat impressionẽ. ¶ Sed de tempore grandinis dicendum est ꝙ grando fit tempore calido quod ꝑ? alias nõ esset antiparistasis: nec nimis calido: quia tunc consumeretur vapor. ¶ Sed de figura patet: quia aliquando est angularis figure: ꝛ hoc est signum ꝙ fit ꝑpe terrã ꝛ quandoq3 rotunde: ꝛ hoc est signum ꝙ alte: ꝛ aliquãdo circa granũ grandinis est aliquid ad modum pruine vel niuis: ꝛ hoc est: quia aliquid de vapore congelatur circa grandinẽ descendentem. ¶ Ite3 aliquãdo omnes grandines sunt consimilis figure: ꝛ quandoq3 apparent imagines hominũ vel alioꝝ animaliũ: ꝛ hoc referendum est ad influentiam specialem celestem. Et differunt quandoq3 magnitudine: quia quãdoq3 multum de materia elementi est simul: ꝛ est vehemens congelatio eiusdem ꝛ tunc fiunt grandines grosse: ꝛ quandoq3 est modice quantitatis propter defectum materie ꝛ frigoris.

Ad rationes. Ad primam: negatur antecedens: ad probationem dicitur: ꝙ prius conuertitur in aquã ꝛ in descensu ista aqua congelatur ꝛ comprimitur citius quã venit ad nos. ¶ Ad secundam. negatur consequentia. Ad probationem: dicẽdum quod nix non fit per antiparistasim. ¶ Ad tertiam cõceditur ꝙ in aliqua regione data ibi tñ isto tempore eleuatur plus de vapore q̃3 in alio: ꝛ sic potest ibi fieri plus q̃3 in alia: ꝛ forte in alia regione fit quando nobis est estas: ꝛ tunc ibi est ver vel autumnus. Sed Aristo. loquitur de vna data regione: ꝛ de distinctionibus temporum in illa ¶ Ad aliam conceditur antecedens. Ad probationem cum dicitur: quia plus materie ꝛc. dico ꝙ quis illud sit verum: tamen non valet consequentia: quia oporteret calorẽ esse minus: sed quia est nimis calidus in estate: ꝛ sic cetera non sunt paria. ¶ Ad aliam: negatur consequentia. ¶ Ad aliam dicitur ꝙ non oportet: sed sufficit temperamentum temporis ꝛ locorum: quia nimis vehemens calor destrueret materiam: nec permitteret generationem grandinum.

Questio.XVIII.



Decimo octauo queritur vtrũ rubedo matutina significet pluuias futuras. ¶ Et arguitur ꝙ non: quia significat siccitatẽ: g̃ ꝛc. ɔña tenet de se: añs ꝓbatur rubedo enim fit ex exhalatione terrestri: ꝛ ista significat siccitatẽ cũ fuerit eleuata. ¶ Secundo rubedo vespertina significat serenitatẽ futurã: g̃ etiã matutina. ɔña tenet a simili: ex eo ꝙ a similib⁹ causis similes effect⁹ ꝓueniunt ꝛ econuerso. ꝛ añs p3 per experientiã. ¶ Tertio rubedo circa lunã non significat pluuiam: sed serenitatẽ: vel ventũ: g̃ nec rubedo matutina circa solem: ɔña patet sicut precedẽs: ꝛ añs probatur per experientiam ꝛ poetas dicentes.

Pallida sepe pluit: rubicunda flat: alba serenat.

¶ Itẽ per experientiã videmus sepe post rubedinẽ matutinã non sequi pluuiã: g̃ nõ est signũ future pluuie. ¶ Quinto si sic: hoc esset ideo: q2 esset vapor humidus eleuatus in nubibus: qui cito esset ɔuertibilis in aquã seu in pluuiã qñ apparet rubedo matutina. ɔñs est falsum. ɔña tenet per oẽs: sed falsitas patet. Quia dato ꝙ aliquis vapor esset eleuatus in partibus orientalibus circa ortum solis in hac regione si fiat ventus occidentalis: tunc amouebit ꝛ nubes ꝛ vaporem ab hoc orizonte: ergo non erit pluuia. ¶ Item aliquando existẽte rubedine matutina vapor eleuatus ꝑ nimiũ solis calorem consumitur: ita ꝙ nulla pluuia sequitur: ergo ꝛc.

In oppositum arguitur per experientiam: ꝛ per omnes opiniones omniũ naturalium ꝛ poetarum.

Quia ergo in primis questionibus visum est de gñationibus impressionũ videndum nunc in ista questione de signis impssionum. vñ quedã sunt signa q̃ sunt cause: sed non effectus: sicut constellationes celestes. Alia sunt signa q̃ non sunt cause: s3 sunt effectus causarum ꝛ ex ipsis ducimur in cognitionem causaꝝ: sicut fumus est signũ ignis ꝛ effect⁹ ignis: Alia sunt signa vnũ alterius: quoꝝ vtrunq3 est effect⁹: sed solent illi effectus venire cõiter vnus post aliũ. Alia sunt signa rei preterite: alia p̃sentis: ꝛ alia future. De p̃terito aut futuro dicũtur signa dupliciter. s. aut prope: aut longe. Item quedã sunt de quorum significatione potest reddi causa: et quedã de quoꝝ significatione non potest reddi causa: sicut dicit Seneca in sexto de naturalibus questionibus: ꝛ hmõi sunt omnia experimenta de quibus non potest reddi causa. ¶ Ulterius notandũ est in speciali de signis ꝑnosticis pluuiaꝝ: q2 quedã sunt in celo: alia sunt in aere: q̃uis appareãt esse in celo: sicut sunt vapores. Tertio aliqua sunt signa que apparent in aere. Quarto aliqua sunt signa que apparent in alijs rebus.


De primis signis que sunt in celo determinant astrologi: ꝛ sũt de hoc aliqui libri specialiter facti: sicut de impressionibus aeris: ꝛ oẽs concordãt in hoc ꝙ sol ꝛ luna multum faciunt ad generationẽ pluuie: ꝛ plus q̃3 alia astra: ꝛ non est mirum: q2 sol est multum potentior alijs astris: ꝛ luna est multum propinquior: ꝛ cũ istis cõcordant poete: sicut Uerg. in georgicis dicẽs. Dũq3 humidus auster sol tibi signa dabit. ꝛ subdit. Solem quis dicere falsum audet? q. d. nõ vel nullus audet. Et iteru3 de sole dicit ꝛ de luna. Si ꝟo solẽ ad rapidũ lunasq3 sequentes ordine respicies nunq̃ te crastina fallet. Hora: nec insidijs noctis capiere serene. Et alij poete volunt: ꝙ oẽs alie stelle ꝛ planete iuuent: ꝛ qñ sunt in signis siccis minus faciunt pluuias q̃3 qñ sunt in signis humidis. ꝛ super isto astrologi ponunt multas rõnes: quaꝝ multe sunt satis debiles ꝛ false. existẽte eñ eadẽ constellatione ꝛ eodem gradu ascendente sup̱ plures regiones q̃ hñt eundem meridianũ: attamẽ vt in pluribus contingit ꝙ in vna regione est pluuia: ꝛ in alia non: nec etiã rõnabile: nec expertũ est ꝙ oẽs regiones simul cõpluerentur a polo arctico vsq3 ad antarcticũ: ꝛ tñ esset vnus meridianus circulus transiens ꝑ ambos polos. etiã regule date ab autoribus sunt eodẽ mõ date: ꝛ sic silr̃ alie multe regule sũt false: s3 q2 nõ ꝑtinẽt ad hãc scientiã huius libri iõ dimittãtur. ¶ Sed de causis alijs quare contingũt pluuie qñ appet rubedo matutina. Cause quas assignãt astrologi sunt incerte: sed cãe quas assignãt philosophi sunt magis certe: vt attestat᷑ Ptolemeus in cẽtiloquio: ꝛ sic impssiones sunt signa certiora q̃3 cõstellationes. ¶ S3 cõtra

q꞉ constellationes sunt cause: ⁊ cũ hoc signa: ⁊ ideo videtur ꝙ sint certiores: ⁊ certiora signa ipsis impssionibus que sunt solũ signa. ¶ Rñdeo: ꝙ verũ est: si oẽs constellationes possint determinate sciri: ⁊ oĩa requisita ad eas: sed nullꝰ potest hoc scire: quia tot sunt variationes insensibiles ꝙ non possumus perfecte puenire in cognitionẽ talẽ punctualẽ stellarũ ⁊ non nisi per ppositiões gñales per quas difficulter ad cognitionẽ particularitũ deuenire mus ⁊ ex alio: quia non solũ agẽtia sunt respicienda: sed etiã dispositio materie: ꝙ cum impressiones semper fiunt materia disposita: sunt certiora signa.

Tunc ergo specialiter dicendum est ad quesitũ de impssionibus q̃ sunt in aere: ⁊ apparẽt in celo. Et sit conclusio rñsalis: ꝙ rubedo matutina appens in celo significat pluuiã futuram. pbatur: q꞉ talis color cãtur qñ sol est in ortu vel ppe ortũ ex eleuatione vaporis interpositi inter visum nostrum ⁊ solem: q꞉ vapor de se eẽt niger ⁊ opacus: sꝫ lux apparẽs p nigrũ facit apparere rubedinẽ: sicut qñ videmus candelã vel flammã albã p fumũ: ⁊ cũ tales vapores sunt eleuati ⁊ nondũ in aquã conuersi poterũt p frigus medie regionis in illa die conuerti in pluuiã. ¶ Scda pclusio. ꝙ rubedo serotina appens ĩ celo circa solẽ significat serenitatẽ: pbaꝛ: q꞉ est signũ ꝙ vapores q̃ fuerunt eleuati de die: iteꝝ cadunt de nocte: vel si non ciderint: sũt ita propinq̃ ad terrã quod sunt inter solẽ ⁊ aspectũ nostrum quãdo sol est ppe superficiẽ orizontis ꝙ cũ nõ sunt eleuati nõ fit pluuia ex eis: sed ros vel pruina: nec possunt de nocte eleuari: q꞉ deficit calor solis eleuans: sꝫ tñ per ventũ põt qñq꞉ eleuari siue adduci materia: dato ꝙ ista signa serenitatis apparuissent: sed hoc fit raro: et aliud fit frequẽter. ¶ Aliud signũ speciale ꝙ pluuia futura est qñ sol ⁊ luna appent pallidi ⁊ fusci coloris: tunc eñ est signũ pluuie: cõtingit hoc idem puta interpositio vaporis: et q꞉ isti vapores sunt magis aquei ⁊ minus hñtes de fumo terrestri. iõ nõ appet rubedo sed potius pallor. ¶ Aliud signũ. cũ sol oritur ⁊ appet maior q̃ꝫ sit solitũ ⁊ consuetũ ipꝫ apparere est signũ pluuiaꝝ: ⁊ est ppter interpositionẽ vapoꝝ: in q̃bus vaporibꝰ radij solares disgregãtur ⁊ faciũt solẽ apparere maiorẽ: sicut ptingit de denario posito in aq̃. ¶ Itẽ aliud signũ qñ appet halo vel corona circa solẽ vel lunã tunc q̃ [illegible] significat ventũ: ⁊ quandoq꞉ pluuiã: q꞉ si non disgregaꝛ in aliqua parte: nec euanescat cito: tũc significat pluuiã: vt pꝫ in tertio huius. ¶ Aliud signũ est. nã qñ apparent paralelij circa solẽ. s. quando apparet binus vel trinus: tunc eñ significat pluuiã futuram ⁊ magnã: q꞉ tales vapores quibus cõuenit hoc sunt multũ alte eleuati: ⁊ sunt bene eleuati ⁊ humidi: ⁊ multi ideo erit magna pluuia. ¶ Itẽ aliud signũ in nouitate lune qñ cornua lune apparent obtusa ⁊ nigra: tũc enim significat pluuiã ĩ isto mẽse: ⁊ hoc est qñ vapores nimiã acutiẽ nõ permittunt apparere ppter densitatẽ. ¶ Itẽ qñ stelle in serenitate tẽporis apparent rare: ⁊ non ita spisse seminate adnuiceẽ: sicut alijs tpibus: est signum pluuie: ⁊ hoc ppter vapores eleuatos iuxtã mediam regionẽ per quos apparent ⁊ videntur stelle plus distãtes: vel intermedie stelle modici luminis nõ possunt apparere ppter dẽsitatẽ vaporis. ¶ Aliud signũ est: qñ sol lucet in ortu: ⁊ sup ipm apparet nubes nigra vel lõga ad modũ trabis magne: tũc si statim dissiparet nubes est signũ pluuie in illa die: ⁊ raro inueniꝛ oppositũ: sed si diu mãserit est signũ serenitatis. ¶ Itẽ nebula si ascendit: ita ꝙ fiat aer inferius serenus significat pluuiã futurã: q꞉ iteꝝ aer frigidus ⁊ hũidus est eleuatus: si ꝯo p minimas guttas descẽdit nebula significat serenitatẽ. ¶ Aliud signũ est: mutatio ventoꝝ: ⁊ frequens fulminatio: significat eñ pluuiã: ⁊ maxime qñ ventus gyrãdo sequiꝛ motũ solis: tũc vapores mouentur ⁊ plures vapores eleuãtur sup vnã regionẽ: ⁊ sic ibi erit pluuia vel tẽpestas. ¶ Aliud signũ est defectus roris tpe debito: q꞉ significat pluuiã ppter hoc ꝙ vapor trãsit ad pluuiã ex quo fieret ros. ¶ Itẽ multitudo pruine significat pluuiã: ⁊ cã dicta est in precedẽti questione: sed tñ nõ ita cito sicut defectus roris. ¶ Itẽ vel asperitas vel acuties roris vel paucitas significat pluuiã. ¶ Itẽ ortus solis nimis matutinus significat pluuiã: q꞉ hoc fit per radios fractos in vapore ꝙ citius apparet sol q̃ꝫ faceret si tẽpus esset clarũ: ⁊ similiter qñ cito desijt: ita ꝙ crepuscula matutina fiũt nimis mane: ⁊ hoc iteꝝ est propter radios refractos in vaporibus. ¶ Aliud signũ dicunt aliqui de iride qñ apparet ꝙ significat pluuiam: sed tñ non significat magnã pluuiam: lꝫ semp fiat in nube rorida. vnde si vẽtus veniat contra solẽ qꝺ raro vel nunq̃ꝫ contingit: tũc apparente iride significat pluuiã futurã: sed si ecõuerso significat pluuiã preteritã: ⁊ cã est: q꞉ fit semp iris nube discedente vel occurrente. Et dicũt alibi perspectiui ꝙ generatio vel apparitio iridis excludit vel excusat cataclismũ id est generale diluuiũ: ⁊ ideo nõ fit magna pluuia post iridẽ. ¶ Aliud signũ pluuie future sunt pulueres per ventũ moti qñ plus eleuãtur more solito. ¶ Item fragor nemoꝝ vel motus arboꝝ significat pluuiã futuram. ¶ Item nimia multitudo fontium ⁊ fluuioꝝ. ¶ Item nimia agitatio ⁊ conturbatio maris. ¶ Itẽ scintillatio olei in lãpadibus ardentibus: ⁊ causa est: q꞉ tũc aer est humidus admixtus oleo qui cito cõuertitur in pluuiã. ¶ Itẽ qñ calibs vel ferrũ secans herbas apparet nigrum vel rubescens significat pluuiã futurã: licet sit difficile reddere causam nisi sit a tota specie. ¶ Itẽ quedã sunt signa animaliũ sicut cãtus ranarũ insolitus. ¶ Itẽ qñ musce nimis mordent: ⁊ etiã pulices. ¶ Itẽ qñ pecudes nimis accipiunt de nutrimento. ¶ Item qñ asini fricant aures. ¶ Itẽ qñ gallus tpe insolito canit. ⁊ difficile est istorum reddere causam: nisi diuinando aliq̃d posset dici. Et de istis refert Tullius in libro suo de diuinatiõe: ⁊ Seneca in libro de naturalibus questionibus: sed nõ semp sufficientes sunt.

Ad rationes. Ad primam: negatur antecedens. ad probationem dicitur ꝙ hoc est aliquis vapor humidus ⁊ maior q̃ꝫ sit exhalatio sicca: ⁊ ideo potest fieri pluuia. ¶ Ad secundam negatur pñia. nec est simile vt patuit prius. ¶ Ad tertiã negatur pñia: ⁊ conceditur añs. Ad probationẽ consequẽtie quando dr: ꝙ eadẽ est causa ⁊c. respondeꝛ ꝙ nõ q꞉ rubedo circa lunam est sicut rubedo vespertina sed vespertina significat serenitatẽ sicut dictum est. ¶ Ad quartã diciꝛ: ꝙ non est signum necessarium: quãdoq꞉ enim potest impediri quando calor solis est tantus ꝙ consumit vaporẽ: ⁊ tũc nõ oportet sequi pluuiã. ¶ Ad quintam cõceditur añs: ⁊ pñia: ⁊ pñs: quia dato ꝙ aliquis vapor sit sic eleuatus: tamen potest per ventum amoueri: ⁊ sic põt pluuia abscindi ab isto orizonte dato: sꝫ tamẽ transit ad alium orizontem: ⁊ tunc ibi pluit. ¶ Ad aliã conceditur id qꝺ infertur: sed tamen valde raro contingit: ⁊ ppter hoc non impedit conclusiones que ponuntur de frequenter contingentibus.

Questio. XIX.



Decimonono queritur. Utrum aque fontiũ ⁊ aq̃ fluuiales generẽtur in cõcauitatibus terre. ¶ Et arguiꝛ pmo ꝙ nõ: q꞉ oẽs fontes veniũt a mari. ꝙ non gñantur in pcauitatibus terre ⁊ similiter de fluuijs pñia tenet: ⁊ añs quo ad pmã partẽ patuit per oẽs antiq̃s vt recitat Aristo. in lrã: q꞉ mare est mr oim fontiũ ⁊ aquaꝝ. ⁊ pꝫ ex alio: quia modica aq̃ stans super terraꝫ subintrat in breui tpe. ꝙ cum totũ sit supra terrã subingrediꝛ ⁊ facit fontes ⁊ fluuios emanare. ¶ Scdo si sic. tũc aq̃ fontiũ ⁊ fluuioꝝ non fluerẽt ad orificia fontium. pñs est falsum ⁊ cõtra experientiã ⁊ pñia probaꝛ: q꞉ si in cõcauitatibus gñenꝛ cũ cõcauitates sint bassiores orificijs: ⁊ ois aqua sit grauis naturaliter mobilis ad inferius q̃ꝫtum põt: ergo remaneret in cõcauitatibus: ⁊ descẽderet ad pfundum ⁊ non ascẽderet ad orificia. ¶ Tertio cõcauitates terre ⁊ mõtium sunt sicce ꝙ in eis nõ gñatur aqua fontiũ humida. pñia tꝫ. q꞉ vnũ pⁱoꝝ nõ gñat aliud: sed magis sibi siꝉe: añs pꝫ: q꞉ terra est naturaꝉr sicca. sic siꝉr pcauitates terre. ¶ Quarto ista gñantur ex aqua pluuiali q̃ fit in media regione aeris. ꝙ non in cõcauitatibus terre. pñia tꝫ: ⁊ añs pbatur per experiẽtiã. q꞉ videmus ꝙ qñ multum pluit: tunc aq̃ fluuioꝝ sunt magne: ⁊ siꝉr aq̃ fontium. qꝺ nõ esset: nisi ex pluuijs augmentarẽtur. ⁊ per pñs gñarentur. q꞉ eadẽ est rõ de pte: ⁊ de toto in homogeneis. ¶ Quinto cõfirmatur. q꞉ aq̃ fluuiales intrant terre poros: ⁊ sic resudãt in lateribus puteorum. ex tali sudore aq̃ puteorum gñantur. ꝙ gñantur ex pluuia ⁊ nõ in cõcauitatibus. ¶ Itẽ videmus: ꝙ qñ diu nõ pluit: tũc aq̃ fontium ⁊ fluuioꝝ exiccantur. qꝺ nõ esset nisi fierent ex pluuia. ¶ Sexto si sic: queritur ergo ex quo tanq̃ꝫ ex materia generarẽtur ibi aque. non enim ex terra: q꞉ ex vno monte fluit in vno ãno plus de aqua q̃ꝫ esset totus mons: imo in centuplo plus. nec ex alio vapore: quia ibi non est tantus calor ꝙ vapor posset eleuari: q꞉ radij solis non attingũt infra terram. ⁊ esset terra

de se frigida. Nec pōt dici ꝙ ex aere tanꝗ̄ ex materia: q: aer est calidus: ⁊ hoc repugnat aq̄. Et etiā si sic: tūc terra destrueret totū aerē: q: semꝑ ex partibus aeris fieret vna pars aq̄: ⁊ q: aliquot annis exit tantū de aqua ꝙ si simul esset: esset maior toto aere iam existente: ⁊ sic oporteret terram totum aerē destruere: quod est impossibile.

In oppositum est Aristo. primo huius vbi reprobat antiquos dicentes aquas fontium in concauitatibus montium ⁊ terre generari. vnde multas recitat opiniones antiquorum: quas reprobat: vt patet in litera.

In ista questione primo videbitur quibus modis aque fontium: ⁊ alique alie aque possint moueri localiter: postea videbitur quomodo generantur: ⁊ vbi ⁊ de quo querit questio.

De primo: sciendum ꝙ vno modo potest aqua violēter moueri sursum: sicut per motū proiectionis: si proiectio sit violēta: vel per motū tractus: vel vectionis vel pulsionis: vel alijs talibus motibus violentis: de q̄bus d̄r in vij. physicorū. ¶ Aliter potest aqua moueri sursum pure naturaliter: q̄uis sit grauis: ⁊ hoc est ꝓpter cōpressionē aliquorū grauiū: sic quando terra puluerizata: vel etiaȝ in magnis petrijs proijcitur in aquam: tunc aqua fit altior permittendo terram subintrare: ⁊ isto mō si esset aliqua aq̄ dulcis in ꝓfundo maris ipsa ascenderet: q: aqua marina est grossa ⁊ densa ⁊ grauior aqua dulci: ⁊ sic sīr ascenderet oleū naturaliter si esset sub aqua: ⁊ sīr aer: ⁊ iste ascensus fit per quandā aliam virtutem q̄ sit grauitas olei vel aque per naturā: q: naturaliter grauiora subsunt minus grauibus: nisi sit impedimentum ꝓpter cōpactionem vel duritiem materie continentis. ¶ Tertio modo ascēdit aqua quodāmodo naturaliter quādo est plus ab vna pte q̄ ab alia: ⁊ tunc pars vbi est minus ascendit. ⁊ volunt aliqui ꝙ hoc non est proprie moueri sursuȝ sed adequari. Sed iste modus ascendendi non videtur mihi multum differre a priori: quia aliqua aqua grauior est naturaliter: ⁊ ideo naturaliter erit inferior q̄ minor: ⁊ ꝓpter hoc ascendit naturaliter aliqua aqua. Et isto modo ascendit aq̄ in quibusdam canalibus quando fontes ducunť de vno mōte magis alto ad montem minus altum per vallem intermediā: sicut contingit in claustris ⁊ castris montanis. ¶ Quarto modo ascendit aqua per trāsmutationem ⁊ alterationem ita ꝙ non est solus motus localis: sed etiam alteratio ⁊ corruptio in vaporem: sicut aqua bulliens.

Istis visis ponuntur cōclusiones. Prima est. ꝙ aqua non ascendit ad orificia fontium primo modo: scȝ violenter. ꝓbatur: quia talis violentia non diu durat: nec tā diu sicut fluxus fontis: ⁊ ex alio: quia nihil esset a quo sic continue violētaretur: nec propelliť nec proijciť: nec etiam p aliquod calidum suppositū eleuatur sicut contingit in olla bulliente: nec aliquo tali modo: ꝯ̄ pȝ conclusio. ¶ Ex isto ptȝ q̄ꝺ opinio Platōis q̄ dicit fontes venire ex tartaro q̄ moueť hicinde circa centrū mundi: quandoq̄ versus vnā partē: q̄nq̄ versus aliā: est falsa: q: si sic esset oporteret hoc esse per motū violentum ipsius tartari: ⁊ non potest ibi esse aliquod violētās: etiā vnius corporis naturalis est vnus motus naturalis fm̄ vnam virtutē: ideo ex quo tartarus moueť pluribus motibus: opȝ hoc esse violenter: quod nō potest fieri: vt ptȝ per conclusionem: etiā cū terra sit grauior aqua oporteret ꝙ submergeretur sub tartaro: ⁊ non supernataret: etiā foramina p que deberet exire essent dudū destructa. sicut arguiť in līa. ¶ Secunda conclusio ꝙ aqua fontiu non ascendit ad ora fontium per compressionē terre saltem nō semper: quia si terra esset aliquod fluxibile: vel totaliter submersa: tunc posset sic comprimere aquam sursum: ⁊ tūc tota terra descēderet ⁊ submergeretur: cuius oppositum videmus. ⁊ ex alio: q: si sic eēt tunc terra deberet diminui: ⁊ fontes ⁊ fluuij cōtinuo augmētari. Sed hoc est falsum vt experimur. ⁊ ex isto ptȝ falsitas opinionis Senece qui opinabatur ꝙ aliquando tota terra submergeretur: ⁊ tunc esset diluuiū vniuersale. ¶ Tertia conclusio. ꝙ aqua potest ascendere vsq̄ ad orificia fontiū tertio modo: sed nunꝗ̄ superius q̄ sit locus sue originis. vnde venit ⁊ hoc virtute qua minus graue nititur esse superius cedendo magis graui: ⁊ ista patet per experientias in canalibus ⁊ aq̄ductibus nunꝗ̄ enim potest duci fons ad aliquem locum altiorem: q̄ sit locus sue originis: vel vbi generatur: ⁊ hoc dicūt omnes autores: ⁊ per hoc seu per hunc modum ascendit ad orificia: ⁊ videtur saltare. ¶ Sed contra istam opinionem arguitur per experiētias quibus vtuntur alchimiste: q: videmus ꝙ per vnum pannum laneū suspēsum per medietatem in vase semipleno: ⁊ pro alia medietate extra vas: videmus ꝙ aqua ascendit ad summitatē huius panni: ⁊ post summitatē ad aliam partē descendit: ⁊ cū ibi nō sit aliquod violētās videť ꝙ aqua naturaliter ascēdit. ¶ Iterum in alia experiētia. si quis ponat fistulā curuam: cuius vna medietas sit in aqua: ⁊ alia extra: sic ꝙ curuitas sit altior vtraq̄ extremitate apponendo os extremitati sicce: inspirando aerem continue sequiť aqua que ascendit multū altius q̄ sit aqua in vase: et sic mouetur supra originem. ¶ Item si quis ponat vnum panem altiorem multum q̄ sit vinum vnius scyphi ad scyphū totus panis humectatur superius: q̄ꝺ nō esset: nisi aqua grauis naturaliter ascenderet. ¶ Ad ista dicitur. ꝙ aqua naturaliter potest ascendere vltra principiū sue originis: nō rōne grauitatis: sed ꝓpter quādā aliam virtutem vel naturā. vnde mediante aliquo multū passibili vel receptiuo aq̄: quia aq̄ est apta nata sibi appositum passum assimilare: ⁊ ad hoc est magis inclinata q̄ ꝙ maneat in loco suo naturali per grauitatem: ideo multum potest ascēdere: ⁊ nullis talibus passis non presentibus non fieret. vnde videmus ꝙ ignis in materia graui agit versus inferius: sicut apparet in cōbustione cādelaȝ: ⁊ sic similiter est de aqua: ꝙ aqua naturaliter presente pāno lineo: vel etiam in pane quando ꝓijcitur in vinū ista ascendunt. ¶ Ad aliam experientiam de fistula d̄r cōiter. q̄ꝺ ibi ascendit aqua naturalr̄ non quidē per grauitatē: sed per vnam aliam virtutem quā vel consimilē oīa corpora naturaliter habent: vt puta ne fiat vacuū graue naturaliter ascēdit ⁊ sīr leue descenderet: vel q: nitiť naturalr̄ esse immediatuȝ corpori: ꝯ̄ aere extracto per anhelitū de fistula: aqua naturaliter per talē suā virtutem consequitur exitū aeris implēdo fistulam: ne maneat vacua: ⁊ etiā vt continuetur alteri corpori cū quo sit cōtigua: ⁊ sic cōtinue flueret quousq̄ aqua de qua fit fluxus in suꝑficie sit ita bassa vel decliuis: sicut alia extremitas cāne vbi exit aqua: ⁊ tunc cessat. ¶ Ex ista conclusione possunt mensurari ⁊ considerari altitudines terraꝝ adinuicē vnde Burgundia est altior q̄ sit Parrhisius. quod pȝ ex hoc ꝙ Sequana fluit ab istis partibus descendendo: q̄ꝺ non esset nisi terra ibi esset altior ⁊ celo propinquior. ¶ Itē ex conclusione patet: ꝙ in plana terra nō possunt esse fontes q̄ꝺ patet: q: altas os fontis esset altius origine: quod esset cōtra conclusionē. ¶ Itē patet. ꝙ fontes non veniunt a mari: sicut volebant multi antiq̄: q: mare est magis bassum q̄ orificia fontiū. ¶ Item in medio maris nō possunt esse fontes: q: ibi non sunt montes nec possunt ibi ascendere. ¶ Quarta cōclusio. ꝙ aqua pōt ascēdere quarto modo. pȝ per experientiā de oleo bulliente: ⁊ de vapore ascendente ⁊ hoc de primo.

Quantum ad secundum sit prima cōclusio. ꝙ aqua fontium ⁊ fluuiorum nō generatur ex aqua pluuiali probatur per experientiam Senece in libro de naturalibus questionibus: quia videmus ꝙ aqua pluuialis non descendit nisi per decem pedes ad magis in terra sine corruptione: ⁊ multo profundius inueniuntur fontes in terra: vt patet de fodientibus puteos ⁊ profunda cellaria. ¶ Secundo probatur eadem conclusio. q: quando pluit satis parum de pluuia subintrat terrā claudēdo poros terre: ⁊ amplꝰ supius pluit ad fluuios descendēdo: ⁊ nō subintrat terrā: ⁊ illud manifeste pȝ qñ pluit suꝑ altos montes: q: statī aq̄ descēdit q̄ nō subintrat terrā. ¶ Scđa ꝯclusio respōsalis ad q̄sitū ꝙ aq̄ fontiū gñantur sub terra in ꝯcauitatibꝰ montiū ⁊ terre. ꝓbatur: q: nō gñantur nec veniūt ex mari: nec ex tartaro sub terra incluso: neq̄ veniūt ex aq̄ aggregata in cauernis: nec ex aq̄ pluuiali: ideo opȝ ꝙ gñentur sub terra in ꝯcauitatibꝰ mōtium. ꝯña tenet: q: nullꝰ aliꝰ modus videť esse possibilis q̄ possint fieri fontes naturaliter: nisi aliquo istoꝝ modoꝝ. ⁊ añs pȝ ex premissis ꝯclusionibus. ¶ Sȝ aliq̄s dubitaret cōtra añs. q: possibile est ꝙ ex aqua pluuiali generētur aque fontiū: posito casu ꝙ ex vna parte montiū subintrēt aq̄ per pluuiā cōgregate ad concauitatē: ⁊ ex alia pte per longā distantiā exeant successiue: ideo nō gñantur sub terra: sȝ ex pluuia. ¶ Ad hoc d̄r q̄ꝺ q̄uis hoc possibile esset: tū q̄ā fieret sic ex vna parte plu-


uia montiũ oporteret q in magna copia aq̃ simul emanaret: ꝛ cũ maiori violentia q̃ continue fontes exeant vel effluãt: ꝛ cũ hoc magna immũdicia: sicut accidit de pluuia sup terram cõgregata: q ipa est immũda ꝓpter pulueres terre: ꝛ qñ nõ plueret diu: tũc tales fontes perirẽt totaliter cuius oppositũ experimur. ꝛ propter hoc non gñantur sic fontes: nec fluuij. ¶ Itẽ aliud signũ huius. q2 aq̃ fontiũ ꝓpe ortum est semper recens: nõ ergo fit ex pluuia q sit recẽs: pꝫ per experientiã: q2 si reseruaret in vase mũdo tardius putresieret q̃ aq̃ q̃ caperet de aqua stante. ¶ Et ex alio confirmatur: q2 sub terra in cõcauitatibus qñq3 gñatur ignis: g̃a multo fortiori aqua: cũ terra sit similis magis aque q̃ igni: ꝛ añs pꝫ ex locis vbi generãtur minere ꝛ sulfur ꝛ aurum ꝛc. ibi enĩ fit ignis cum ista non fiant sine igne. ¶ Sed notandũ est de modo gñationis: nã terra est permixta ꝛ nõ pura ꝓpe extremitates; sicut patz fodiendo ad terrã: q2 hꝫ partes diuersarum rationũ: ꝛ q2 sunt lapides ꝛ radices herbarũ ꝛ multa talia ibi ꝛ iõ terra est porosa: sic q ꝓpter multos poros in aliquibus ꝑtibus accidit concauitas sub ipa: quod potest ꝓbari per experientias Sene. [illegible] experimẽ est q magne ciuitates ceciderunt super terrã: qḋ nõ accidisset: nisi fuissent cõcauitates. Etiam videmus q in pluribus locis terre sunt magne voragines: ad q̃s intrat aq̃ pluuialis q̃ deperditur. Alias nõ possemus habere locũ a quo venirẽt fontes: ꝛ iste cõcauitates sunt que cum non possint esse vacue sunt replete aere vel vapore: ꝛ quia terra circũstans illũ vaporẽ: ꝛ aerem est frigida: iõ destruit caliditatẽ vaporis ꝛ condensat; ꝛ quia vapor de se est humidus cum fuerit factus frigidus hꝫ ꝓprietates aque ꝛ fit aq̃; ꝛ hoc fit successiue per guttulas adherentes lateribus ꝯcauitatũ; ꝛ sic guttatim congregãtur aq̃: ꝛ tandem descẽdunt ad locũ inferiorẽ: sicut grauia fluxibilia naturalr̃ descẽdũt: ꝛ postea exeũt ad vnum fontẽ: ꝛ sic fit fons: ꝛ ita silr̃ videmus in artificibus: sicut in elãbico. i. tali instrumento faciẽdi aquã: vel in fornace vbi fit aq̃ rosacea. nã vapor ascẽdit ad summitatẽ ꝛ ꝓpter frigus vasis ꝛ aeris circũstantis vas; vapor condensatur: ꝛ statim descendit. ¶ Et cõfirmatur: q2 sicut est in mũdo minori: puta in homine sic est in maiori: sed in minori est vna concauitas: puta in capite: ad quã concauitatẽ vapores eleuantur ꝛ cõuertuntur in aquã ꝛ stillãt per nares ꝛ p oculos. ¶ Sed diceres: quia fontes maiores fiũt in hyeme q̃ in estate: cũ tamen sit calor maior in hyeme sub terra q̃ in estate ergo minus dꝫ conuerti de vapore in hyeme quã in estate. ¶ Respõdetur. q ex quo ẽ maior calor sub terra: ideo plꝰ de vapore eleuatur: ꝛ plus ꝓportionaliter cõuertitur q̃ in estate. etiã vapores in estate per alias ꝑtes terre exeunt: ꝛ sic nõ transeũt ad generationem fontiũ. etiam aer in estate est multum calidus ꝛ rarus sic: q non potest ita cito ꝯuerti in aquã sub ista concauitate: sicut in hyeme. ¶ Sed diceret aliquis: quare aliq̇ fontes sunt acetosi: ꝛ aliq̇ nõ dicendum q hoc est: q2 aque transeunt ꝑ loca vbi gñantur minerẽ: sicut per loca vbi gñatur alumen: ꝛ sic isti sunt acetosi ꝛ sic alij transeunt ꝑ alia loca vbi gñantur alia: ꝛ sic ẜm hoc generãtur odores et sapores ꝛ alie q̃litates. Sed multa mirabilia refert Plinius in lib. nat. hist. lib. [illegible] de quodã fonte vel lacu qui est plenus [illegible] ad margines ꝛ [illegible] exhauriatur manet plenus ꝛ [illegible] ¶ Itẽ narrat de quodam flumine in [illegible] ꝓijciatur intus: cito habebit corticẽ lapideã diu durantẽ. ꝛ silr̃ est de flumine vltra [illegible] in quo si ꝓijciãtur virge vel aues lapidescunt. ¶ Item est quidam fons in dodone Iouis q̃ est frigidus ꝛ si faces [illegible] imergantur extinguuntur sed extincte accenduntur: ꝛ in meridie semp deficit ꝛ [illegible] medium noctis semper exuberat ꝛ sic semp successiue deficit ꝛ repletur. ¶ Itẽ dicit q in [illegible] supra fontem frigidã veste expanse accẽdatur. ¶ Item est fons qui de die est frigidus ꝛ de nocte calidissimus. Item alius est in Troglod[illegible] qui vocatur fons solis frigidus ꝛ dulcis in meridie ꝛ postea continue tepescit: ꝛ in medio noctis est valde amarus ꝛ calidissimus. ¶ Item in insula tenedo est fons a tertia hora noctis vsq3 ad [illegible] qui tpe solstitij estiualis exundat. Et alius est Padi qui crescit in meridie in estate: ꝛ alius est in delo insula qui crescit ꝛ decrescit vt nilus. Et alij sunt in quadã insula maris calidi qui crescũt ꝛ decrescunt: vt mare. ¶ Item est alius qui omnibus solstitijs est torrens: et in hyeme exiccatur. ¶ Item in Solisto est alius de quo si potaretur a bobus erũt albi. Et etiam est alius in beotia qui facit oues nigras esse albas. et econuerso. Et est alius fluuius transiens per quosdam campos ꝛ oues ibi pascentes habet lac nigrum. ¶ Item est quedam aqua que vocatur assidiolla in litensis que facit homines temulentos ꝛ ebrios. ¶ Item alius est qui sapit vt vinũ. ¶ Item est alius qui interficit homines sine dolore. ¶ Itẽ in Hispania sunt duo fontes: quorum alter omnia eijcit proiecta in ipsum: sed reliquus oĩa deglutit ꝛ absorbet. ¶ Item est quidam fons in quo quidam lapis magnus qui nomine tyrius non submergitur; sed per natat. Sed cause omniũ istorum difficulter possunt reddi a naturalibus; ꝛ si ꝓe sint opꝫ recurrere in influentias celestes speciales super specialia loca: ꝛ tales fontes non sunt simpliciter aqua: sed mixta imperfecta que possunt multas virtutes hr̃e mirabiles ꝛ occultas.

Ad rationes. Ad primam dicendum quod

non veniunt de mari. Et quando dr̃: q mare est mater aquarum ꝛc. dicendum q hoc dicitur metaphorice. ¶ Ad aliam cum dicitur modica ꝛc. verum est: sed tamen non potest transire vltra centrum mundi: ꝛ sic mare: quod est ex alia parte; non facit hic fontes: possibile tamen esset vbi aliqua pars terre esset decliuior mari: sicut in egypto q ibi aqua exiret per poros terre amisso vapore per tẽpus sed non duraret. ¶ Ad aliam negatur consequentia. ꝛ causa visa est in prima parte questionis. Ad probationem ex quo grauis est ꝛc. verum est: tamen nõ ascendit propter grauitatem: sed propter alias virtutes sicut dictum est. ¶ Ad aliam. concauitatis ꝛc. contra q̃tum est ex se ꝛ ex natura propria essent sicce: sed ꝓpter frigiditatem aduenientem: siue propriam humectantur: ꝛ sic propter frigiditatem ꝛ non per siccitatẽ ex humida materia generant aquas fontium. ¶ Ad aliam negatur antecedẽs. ad probationem per experientiam conceditur: sed tamen nõ generant: ꝛ primo principaliter ex pluuia. ¶ Ad aliam confirmationem conceditur: q quãdoq3 iuuant ad maioriationem fluuiorum vel riuorum: non tamen oportet q generẽtur primo fontes ex pluuia. ¶ Ad aliã: videmus q diu non pluit ꝛc. cõceditur. tunc enim aer est exiccatus: ꝛ non potest transire ad gñationem fontium. ¶ Ad aliam cõceditur q ex vapore vel aere: vel terra que est frigidior: ꝛ corrumpit caliditatem ꝛ sic fit aqua. ¶ Ad aliam quando dicebatur q aliquãdo totus aer qui est aliquando erit corruptus sic q nihil eius erit aer hoc negatur, ꝛ simul nec est hoc inconueniens: q2 semper alique partes generantur ex alijs partibus elementoꝝ maioꝝ ꝛc. ꝛ sic sit finis questionum primi libri ꝛc.

¶ Incipiunt Questiones perutiles Secundi libri.

Questio. I.



Onsequẽter queritur circa secũdum librum meteoro. Aristo. primo vtrum mare qḋ est in loco naturali aque sit generabile ꝛ corruptibile vel perpetuum. ¶ Et arguitur primo q sit perpetuũ: q2 oĩa elementa sunt perpetua: ergo ꝛc. ꝯña tenet: q2 non magis vnum elemẽtum est perpetuũ q̃ aliud; ꝛ q2 mare est in loco elemẽti aq̃ opꝫ mare esse perpetuum: ꝛ añs pꝫ ex primo celi: q2 celũ est perpetuũ: et alie partes mundi: sicut sunt elemẽta nec etiã esset maior rõ quare magis in vna ꝑte tpis celo existẽte essent elemẽta q̃ in alia vel nõ essent. ¶ Secundo nullũ est: nec potuit: nec põt esse gñationis maris vel productiõis ꝑncipiũ. g̃ fuit ꝑpetuũ. ꝯña pꝫ: cũ sit ꝛ non sit ꝓductum: g̃ perpetuo fuit: antecedens apparet: quia nec celũ potuisset tantã aquam genuisse: nec terra nec aliquid aliud q non celũ: probatur: quia nõ esset ratio quare magis in vno loco q̃ in alio; cũ super oẽm locũ equaliter moueatur. nec terra produxit totum mare: quia tunc terra fuisset vndiq3 sicca si de nouo ꝓduxit mare cum non esset ante. et similiter eadẽ ratione nec aliud ꝓduxit: quia semper terra fuisset ante sicca totaliter. ¶ Tertio arguitur de loco maris q non sit in loco naturali aque quod supponitur in questione: q2 si esset in loco naturali aque: tũc cum locus naturalis aq̃ sit centrũ mundi sequitur

di:sequitur q ipsum esset in centro mundi:ergo non est circa terrã consequentia patet: ⁊ antecedens ꝓbatur: quia aqua naturaliter descendit ad centrũ mundi si nõ impediatur: cũ elementum simplex non moueatur naturaliter extra locum suum naturalẽ:sed ad locum suũ naturalem: vt patet primo celi:⁊ si violenter moueretur sursum: ergo naturaliter deorsum. ¶ Item si sic.sequitur q nobis deficeret elementuȝ aq̃ hoc est falsum.falsitas ↄñtis apparet scdo de gñatiõe.q2 opȝ ista quatuor esse ex quibus alia fiant:ↄña probatur: q2 mare est in loco aq̃:⁊ cum aqua nõ sit alibi:⁊ mare nõ sit elementũ: sed mixtũ: ideo nobis deficit elementũ aq̃. ¶ Itẽ si sic. tunc mare deberet continue q̃escere ⁊ nõ continue moueri:ↄñs est falsum:⁊ ↄtra experientiã ad minus de mari occidẽtali: ↄña probatur:q2 si mare est in loco aq̃ non ibi violẽter est: sed ad istũ mouetur cũ fuerit extra.ideo ibi quiescit. ¶ Itẽ tunc aq̃ deberet totalr̃ circũdare terram in omni parte:qđ est falsuȝ. probatur ↄña.q2 ignis totalr̃ circũdat aerem:⁊ silr̃ aer aquã ⁊ terram ideo etiaȝ aqua debet circũdare terram. Sed quia mare est ex vna parte terre ⁊ non circundat omnem terram: ideo mare non est in loco naturali aque.

In oppositum est Aristo. in secundo huius

in quo determinat de ꝑpetuitate maris: ⁊ postea de loco.vnde dicit primo de loco: quẽ eñi videmus locum occupantem mare ille nõ est maris:sed solum aq̃. In alio capitu.post dicit a sole eleuatur aqua sursum: ⁊ iterum descendit deorsum: et sic semper manebit mare q̃diu hoc fuerit puta motus celi et solis.ex quo videtur q perpetuo sit mare.

In ista questione primo videbitur de generatione maris.

secundo de magnitudine.tertio de loco aque in quo dicitur esse mare.

De primo:dicunt quidam antiqui q mare

generatur ⁊ venit de fontibus sub ipso mari: quod apparet falsum ex precedẽtibus:q2 fontes sunt altiores q̃ aque fluẽs ex ipsis fontibus. Alij dixerunt q venit ex tartaro sub terra: ⁊ hoc est improbatũ in litera. ¶ Alij dixerũt q mare esset perpetuũ.⁊ hoc est falsum:q2 q̃libȝ ps eius est corruptibilis ⁊ corrumpetur. ¶ Alij dixerunt q esset creatũ cũ mundo:sed illđ Aristo.reprobat.q2 non potest reddi cã:quare tunc fuerit salsum:sicut est nũc. Sed bene solueretur ratio Aristo. q2 post creationem maris ⁊ mũdi sol inceperat moueri circa mare ⁊ eleuauit vapores ⁊ exhalationes ex ipso qui postea conuersi fecerunt mare salsum: ideo nõ fuit creatum salsum: sed sicut aqua dulcis. ¶ Sit ergo conclusio rñsalis ad scđam partem questionis q mare est gñabile ⁊ corruptibile:pbaꝛ:q2 omne corpus naturale ⁊ materiale est genitũ ⁊ corruptibile: ⁊ nõ ꝑpetuũ. Sȝ mare ⁊ q̃libȝ ps eius est ↄpositũ ex materia ⁊ forma:⁊ est naturale corpus ⁊ materiale:igiꝛ ⁊c.maior pȝ:q2 materia est cã gñationis ⁊ corruptiõis.ꝗ oẽ materiale est gñabile vel genitũ:sȝ minor pȝ ad sensuȝ.videm⁹ eñi semꝑ q sol qñ moueꝛ ꝑ lumẽ ⁊ calorẽ eleuat aliq̃s ptes maris exiccãdo ipȝ mare:iđ corrũpiꝛ in ptibus etiã videm⁹ plures ptes genitas fluuioꝝ intrare mare:⁊ silr̃ plures ptes pluuiaꝝ: ⁊ silr̃ est in alijs elemẽtis:⁊ tñ semꝑ manebit aliq̃d maris: sȝ ꝑpter silitudinẽ generãtis cũ genito existimam⁹ ipm mare manere sicut hoĩes existimãt q sit vna flãma cãdele a ꝑncipio ↄbustionis vsq̃ ad finẽ ꝑpter nimiã silitudinẽ: q̃uis cõtinue sit alia ⁊ alia.etiã aliq̃ ꝑpter nimiã diuturnitatẽ ꝑpetua existimantur:sicut quidã lapides ⁊ aurũ:tñ oĩa talia corrũpuntur sm ptes:vñ ꝓbiliꝛ est q nõ sit aliq̃ ps aq̃ in mari nunc q̃ fuit añ mille annos.⁊ sic silr̃ est de aere ⁊ alijs elemẽtis. ¶ Scđa ↄclusio.q mare continue ꝑ maiori pte gñatur ex fontibus ⁊ alijs fluuijs: seu gñaꝛ in illo vbi illa gñanꝛ.s. fontes ⁊ fluuij pluuie.ꝓbatur: q2 nõ põt aliq̃s alius mod⁹ gñationis aq̃ in magna copia assignari nisi altero istoꝝ: ⁊ cũ mare sit aq̃ magna copia:seq̃tur q altero istoꝝ duoꝝ modoꝝ vel istis duobus modis gñatur ↄña pȝ:⁊ añs quo ad primã ptẽ pȝ discurrẽdo oẽs modos:sicut pȝ ꝑ Arist.q̃ istos intẽdit ĩ ꝑncipio huius. Nec põt aliq̃s dicere q vnũ elementũ agat in alia elemẽta ↄuertẽdo illa in se:nõ eñi põt aq̃ ex terra supposita facere totã aquã in tanta copia:q2 alias iã terra esset consumpta ẽt mare cõtinue igrossaꝛ:qđ pȝ cũ fiat salsum: iđ pl⁹ de terra fit ex mari q̃ ecõuerso.nec aerẽ põt cõuertere: q2 nisi aer fuerit condensatus ⁊ inclusus semꝑ recederet sursum ab aq̃ anteq̃

conuertaꝛ:⁊ iđ ex aere in cõcauitatib⁹ montiũ fit bene aqua que fluit ad mare. ¶ Tertia cõclusio est.q mare est corruptibile:⁊ q̃lȝ ei⁹ pars:q2 nõ est materia prima:vt pȝ ad sensũ: q2 per calorẽ solis cõtinuo eleuantur vapores de mari:⁊ sic forma maris corrũpitur ⁊ vapor gñatur:⁊ ꝑpter illud cõtingit q apparet semper quasi equalis magnitudinis quicunq̃ fluuij magni intrent mare continue.

Nunc de magnitudine maris est dicendum

de qua aliqualr̃ est dictum in q̃stione de proportiõe elementoꝝ q aqua maris sumẽdo eã pro elemẽto aq̃ eẽt minor magnitudine terre:⁊ hoc ꝓbaꝛ ibi ꝑpter ꝓpinquitatẽ supficiei maris ↄuexe ad centrũ mundi maiorẽ q̃ sit ꝓpinquitas supficiei terre. Et tñ q̃dam opinãtur q mare cũ terra facit vnuȝ põdus:cui⁹ aggregati centrũ grauitatis est idẽ cũ cẽtro mũdi:sic q centrũ grauitatis terre nõ sit in cẽtro mũdi:nec centrũ grauitatis aq̃:nec magnitudinis:lȝ centrũ grauitatis ex his ambobus aggregatũ sit. Et q̃uis illud sit ꝓbabile ⁊ forte verũ tñ q2 sm expientiam videmus q vnus pugillus terre ꝓiectus ad mare descẽdit ad centrũ mũdi:nõ obstãte q mare sit grauí⁹ illo pugillo terre: iđ tota terra moueꝛ ad mediũ mundi:nec sic totalr̃ impediꝛ ab aq̃ q fiãt ambo ecẽtrica:nec latitudo terre ĩpediret: q2 ꝑ eadẽ foramia ꝑ q̃ fluuij intrant mare ꝑ eadẽ põt exire ⁊ circũfluere terrã: sicut circũfluiꝛ pugillus terre. Et iđ verisilr̃ puto q cẽtrũ grauitatis t̃re sit in cẽtro mũdi vel ꝓpe:⁊ q terra ex illa pte vbi est aq̃ sit multo grauior q̃ sit t̃ra ex ista pte:⁊ aq̃ q̃uis sit naturalr̃ grauis:tñ est min⁹ grauis terra:⁊ iđ sup istã partẽ t̃re grauiorẽ manet aq̃: ⁊ ista leuior ps supnatat [illegible] maior ps t̃re est circũf[illegible] ⁊ minor pars derelicta est sicca. Unde quidã imaginãtur qđ sicut in minori mũdo puta in hoĩe ps tecta maior est puta vestimẽtis:sed nobilior ps ẽ nuda puta facies: sic est de maiori mũdo puta q t̃ra ẽ coopta aq̃ ꝑ maiori pte:sed vna ps tanq̃ facies remanet respiciẽs celũ. ¶ Ex isto pȝ solutio antiq̃ dubitationis:q q̃uis fluuij intrẽt mare:tñ nõ appet mai⁹ ↄpleto ãno q̃ in ꝑncipio ⁊ rõ est q2 mare est spatiosum et latũ qđ sol ⁊ astra cõtinue mota circa ipm exiccãt ꝓportionalr̃ tñ:vl plus q̃nq̃ q̃ sit aqua subintrãs:cui⁹ silr̃ ponit Ari.q2 si q̃s fu mat scyphum aq̃ spargẽdo sup mẽsaȝ añ radios solis valde cito exiccatur: ⁊ multo citius q̃ si tñ de aqua in isto scypho simul staret sub eisdẽ radijs. Et sic imaginandũ ẽ de mari cũ sit ita late extensuȝ circa terrã. ¶ Itẽ ad corruptionẽ maris iuuat motus maris et ventus:et etiã quedã ptes subintrant terram et exiccantur:et sic corrumpuntur.ergo ⁊c.


Nunc de loco maris est dicendum. Et fuit

vna opinio sm q iam tactũ est:qđ tã terra q̃ aqua essent ecẽtrice mũdo [illegible] ponebãt terrã in vna pte [illegible] coopertã:⁊ ponebãt vtrũq̃ istoꝝ esse sphericũ: sicut satis tactũ est. ¶ Sed cõtra q2:si vnus pugillus terre submergereꝛ sic: ⁊ tota t̃ra submergereꝛ:⁊ sic nõ supnataret. ¶ Itẽ arguiꝛ ad istđ mathematice:q2 seq̃ꝛ q pars terre q̃ remanet sicca eẽt figure circularis.ↄñs est falsum:sm oẽs astrologos ⁊ ipȝ Cõmẽtatorẽ.ij.celi.q2 ab oriẽte hĩtabili vsq̃ ad occidẽtẽ habitabilẽ ẽ multo lõgior distantia:q̃ sit a septẽtrione vsq̃ ad austrũ:qđ declarat Cõmentator: q2 ĩ extremitatib⁹ oriẽtis ⁊ occidẽtis gñanꝛ elephãtes qđ nõ eẽt nisi silis ĩfluẽtia celi eẽt sup istas ptes:iđ nõ multũ distãt ⁊ pñt appere ambo.⁊ ↄña pȝ ex natura spheraꝝ:q2 si vna sphera secareꝛ:vbiq̃ ps accepta erit circularis q̃tũ ad circũferẽtiã. Etiã oporteret q vna gutta aq̃ posita in vna pte [illegible] qđ est falsum. ¶ Alia ↄclo est.qđ centrũ grauitatis toti⁹ t̃re est idẽ cũ cẽtro mũdi: ⁊ est centrũ circa quod quiescit aqua ⁊ ad qđ moueꝛ appropinquãdo q̃tũ põt: ⁊ hoc pȝ ex ꝑdictis: vnde imaginandũ est: qđ si tota terra nõ esset ⁊ tota aqua esset circa centrũ mundi:⁊ postea ad aquã submergereꝛ grauior ps quousq̃ centrũ grauitatis esset idẽ cũ cẽtro mũdi: ⁊ sic tunc talis sphera terre eẽt difformis grauitatis:ita qđ vna quarta pars esset grauior q̃ totum residuum: tunc talis remaneret ꝓpe centrũ ⁊ alie tres quarte superius: ⁊ sic contingere potest quod vna pars esset extra aquam propter hoc q̃ eẽt minus grauis alia parte. ¶ Alia conclusio. quod locus naturalis aque est ibi vbi nunc est mare:probatur:quia omnis aqua ad istum locum mouetur:puta mare:ergo ⁊c.consequẽtia tenet:quia aqua ⁊ alia elemẽta mouentur ad loca sua naturalia: antecedens pȝ per experientiã ⁊ per aliarum aqua-

rum naturā que sic fluunt circa terrā vsq3 quo situm ad mare habeant. ¶ Sed circa hoc dicendū est parū de motu maris: nec intēdo de fluxu et refluxu maris: sed de alijs motibus quibus potest moueri. vnde quandoq3 mouetur et quasi semper per ventum hinc et inde: et tunc mouetur ad omnē differentiā positionis secundum q ventus ducit partes eius: et ita contingit aliquas partes maris quādoq3 eleuari et proijci super terram siccam in tantum q in quibusdam locis fit inūdatio et diluuium particulare ad quem locum tales partes maris confluunt eleuate. Alio modo mouetur mare ad locum decliuiorem si sit alicubi eleuatum: et sic quandoq3 dimittit vnam partē terre et fluit super aliā: et hoc cōtingit ppter modos tactos: quia terra ppter sui raritatē: quandoq3 in vna pte est magis leuis: vbi est plus rara: et ideo quia alie ptes de nouo possunt fieri nimis graues et alie grauiores q̄ ante: ideo mare fluit super vnam partē et aliorem dimittit alia: et istum modum tangit Aristo. in litera q alique ptes terre que nuc sunt habitabiles: postea erūt circūflere et ihabitabiles. et istū modum narrat Ouidius: q in quodam monte fuit inuenta anchora sub terra: quod erat signū q quandoq3 ibi fuit mare. Tertio modo mouetur sicut fluuij fluunt: et hoc tāgit Aristo. in litera cū dicit p̄ictus fluit in mari. ¶ Et ex hoc sit prima conclusio q mare cōmuniter fluit et mouetur ab aquilone ad austrū quod probat: quia in aquilone est mare multum eleuatū et in austro multū bassum: et ideo cum aqua fluat ad locum decliuiorem sequitur ppositum: et añs quo ad primā partem patet: quia in aquilōe est magna frigiditas: ideo ibi generatur aqua et sunt ibi montes et cōfluunt fontes et fluuij et tamen non consumūtur aque propter defectum caloris solis: ideo opz q multe aque ibi maneāt: ideo mare est ibi multum eleuatū a centro mundi. sed apud austrū continue mare exiccatur ppter nimiā vim solis: ideo fit ibi bassum. ¶ Secunda conclusio: quod possibile est q in quibusdam locis fiat econuerso ppter aliquod impedimentū: quia possibile est q aqua ppter nimiam caliditatē sub via solis intantū rarefiat et extendatur sic q ab austro ad septentrionē moueatur: et sic dicitur in quodā tractatu de fluxu et refluxu maris q sub via solis aqua bulliat in altum: et sic conuenit fieri fluxum maris econuerso: et istud dicetur in alijs questionibus.

Ad rationes. Ad primam. elementa &c. conceditur q sunt fm speciem perpetua: et sic est de mari. ¶ Ad aliam dicitur q stante opinione Aristo. tunc nunq3 totū mare fuit productum cum mundus fuisset ab eterno et mare: et ideo sicut nunc est sic ab eterno fuit mare: licet non idem nec totaliter: nisi quis velit dicere q nūc esset primo productum hoc mare totum cathegorice: quia hoc totum nunquam prius fuit propter istam partem que nunc de nouo apposita est per generationem: et propter hoc non sequitur q totum mare syncathegorematice sumendo sit productum. ¶ Ad tertiā de loco maris: negatur cōsequentia: terra existente grauiori aqua. ¶ Ad probationē: quia tunc aqua descēderet per grauitatem. dr q non: quia non est magis grauis: et per eandem grauitatē naturaliter ascenderet si esset magis graue quam ipsa: et si nō per grauitatē ascendit tamen per aliā virtutem quā habet corpora naturalia q mixta grauia que cedunt magis grauibus descendentibus. ¶ Ad quartam conceditur q sic nobis deficit q nos non habemus ipm totum purum et sine permixtione: sicut forte habemus ignem in sua sphera purum: vel omnino nullū habemus purū elementū quin sit per mixtum nec vnq3 fm opinionem Aristo. elementa fuerint pura si mundus durauit ab eterno: et hoc sufficit ad habendum elementū aque puta impurū pro puro. ¶ Ad aliam. cū dicitur q mare &c. conceditur q non fuerit defectio et cōsumptio plus in vna parte maris q̄ alia: modo ex quo sic fit non potest quiescere. ¶ Ad aliam cōceditur stante difformitate terre in grauitate et densitate et raritate. Ad probationem quia tunc ignis &c. dico q non est simile: quia aer manens aer non potest fieri leuior igne: nec etiam ita leuis q per aliquas partes compellatur ad superius: sicut terra ex vna parte potest esse parum grauis sic q propter nimiam grauitatē alterius partis detineatur superius et altius q̄ aqua sit: sed sic nō est de aere respectu suarum partium: et de igne et alijs elementis: quare &c.

Questio. II.



Secūdo queritur vtrum mare fluat in vno tpe et refluat in alio: et arguit q nō: quia si sic vel flueret ad vnā differentiā positionis et nō ad aliā vel ad omnē. sed nullo istorum modorum: igitur &c. q̄ña pz: sed añs quo ad primā partem ptz sufficienti diuisione: quo ad secundā partem probatur: non enī fluit ad vnā partem: et non ad aliā: q oppositum experimur: videmus enī in littore: qd tam partes orientales maris q̄ occidentales erunt implete: et ideo nō fluit ad vnam differentiā positionis tantū: nec ad oēm: q vnū et idē tūc flueret motibus 3ijs: quod est falsum: q tunc esset in locis diuersis et 3ijs qd nō est naturaliter possibile. Et ex alio quia si flueret ad oēm differentiam positionis: tūc non flueret semper ad septentrionē ab austro cuius oppositū dictum est in priori questione. q̄ña tenet: quia semp flueret ab oriente ad occidentem et econuerso. ¶ Secūdo. si sic: vel naturaliter vel violenter: sed nullo istorum modorum: igit &c. q̄ña tenet: añs quo ad primā partē probatur: sufficienti diuisione: et quo ad secundā probatur: q mare est graue: g mot9 eius naturaliter est deorsum: et non ad latus: nec etiā violēter: q tunc nō semper sic moueretur: quia nullum violentū est perpetuum: primo celi. ¶ Tertio. mare est in suo loco naturali: ergo nō fluit nec refluit: q̄ña patet: quia simplicis in loco naturalis nō est aliquis motus: sed añs patet ex priori questione. Et ex alio: quia ad illum locum flueret mare si fuerit extra: et hoc naturaliter: ergo ille est locus naturalis. ¶ Quarto. alia elementa nō fluunt nec refluunt: g nec mare: q̄ña tenet per simile: et añs apparet per experientiā. ¶ Quinto mare mediterraneum non sic fluit nec refluit: de quo tū magis videretur: ergo nec alia: q̄ña patet: primo: quia partes maris sunt eiusdē rationis ergo motus qui conuenit naturaliter vni conuenit et alteri: et qui non cōuenit vni nec alteri: añs patet ad experientiam. ¶ Itē alie aque sicut fontes et fluuij non sic fluunt nec refluunt: ergo nec mare: consequentia tenet: q que causa eēt sic in mari eadem esset sic in alijs aquis: cum sint continue cum mari: antecedens apparet per experientiam de riuis et riuulis: quare &c.

In oppositum est Aristoteles in litera i isto secundo: vbi dicit: fluit autem mare &c.

In ista questione primo ponende sunt distinctiones: deinde conclusiones: tertio declarandū quomodo fiat fluxus &c. ¶ De primo notandum quod mare fluit multipliciter. Primo modo de septentrione in austrū de quo dictum est in precedenti questione. Secundo modo per ventum: et de isto dicebatur prius. Tertio modo. fluit sic qd bis in die naturali vel modico maiori tpe maioratur valde notabiliter: et postea decrescit et refluit: et de tali fluxu et refluxu querit ista q̄stio et nō de alijs motibus. ¶ Alterius notādū qd talis fluxus nō conuenit oībus maribus: sed solum mari oceano: et hoc maxime notabilr: q si quibusdā alijs marib9 hoc cōuenit non est notabilr nec sensibilr: vnde exprimur de mari occidētali: q̄n luna oritur sup orizontē existentē in occidentalibus ptibus: tūc mare incipit moueri fluere et augeri quousq3 luna veniat ad lineā meridionalē siue meridianam illius regionis vel ppe: et postea luna declinante a linea meridiana vsq3 ad punctū occidētis tūc refluit mare ab illis locis vsq3 ad punctū a quo venit: et postq̄ mouet ab occidēte descēdendo vsq3 ad oppositū punctū meridiei tunc iterum mare crescit in occidēte: et q̄n recedit pcedendo ad oriens: tunc mare decrescit sic qd in tāto tpe in q̄to luna venit de oriente iterū ad oriens per occidens mare bis fluit et refluit: et hoc tps est longius q̄ dies naturalis intantū inquantū est dies ortus arcus descripti p lunā cōtra firmamentū motu ppo: et hoc plusq̄ sol: et io i mēse sūt i duplo plures fluxus et refluxus maris q̄ dies nāles exceptis duob9 dieb9 cū dimidio: et hoc ppter motū ppriū ipius lune 3 firmamētū: ałs essent p̄cise tot quot dictū est. Et illud pōt hri p experientiā: s3 tū q̄n q ppter diuersitatē tpor anni diuersificat fluxus fm magnitudinē et paruitatē: quia in autūno: et in hyeme sūt maiores fluxus q̄ in estate: et q̄nq3 non ita manifeste apparēt determinate fieri fm cursum lune: sed anticipatur luna quandoq3 per fluxum et econuerso: sed tamen non multum sensibiliter. et de isto est questio nunquid semper ita fit.

Tunc fit

Tunc sit prima cõclusio. q luna ꝓpter vim vel influentiam quam hꝫ sup mare oceanum cum alijs partibus celi est causa eleuationis aquaꝝ partium maris ꝛ rarefactionis eaꝝ. ista ꝓbat. illud est cã quo posito ponitur aliud scꝫ effectus: ꝛ quo remoto remouet̃: ꝛ modo sic est de luna: et de alijs partibus celi: quare ꝛc. maior patet per diffinitionez cause: quia ad eius esse sequit̃ aliud: ergo ꝛc. sed minor probatur: quia si luna non ascenderet non fierent talia: nec apparerent etiã si non descenderet. nã alie stelle quecũqꝫ ascendunt quãdoqꝫ sup orizontẽ: ꝛ tñ mare descẽdit vel refluit. ꝛ ex ista conclusione ptꝫ q luna specialiter respicit occidens vel partes occidẽtales: qꝛ ibi contingunt eius effectus notabiliores ꝛ ex hoc apparet q hoies occidentales magis respiciuntur a luna alijs hoibus: ideo magis mutabiles sunt inuẽti. ¶ Secunda conclusio. q luna est causa refluxus maris mediate vel immediate. ꝓbatur: qꝛ mediante lumine suo ꝛ mediantibus vaporibus quos eleuat in profundo maris per specialem influentiam quam simul influit: ꝛ cũ lumine ꝛ mediãtibus partibus maris refractis: ꝛ mediãtibus refractionibus post q̃s consequitur fluxus: sicut ignis p calefactionẽ calefacit aquã ꝛ istam calefactam rarefacit: g̃ sequitur q luna sit cã mediata: ꝯña tenet: ꝛ añs docet experientia. ¶ Ex istis duabus cõclusionibus patet tertia responsalis ad quesitũ. s. q mare in vno tpe fluit: ꝛ refluit in alio: probatur: qꝛ luna que est causa fluxus ꝛ refluxus semper mouetur: g̃ mare semper fluit ꝛ refluit: consequentia tenet per diffinitionem cause: sed añs ptꝫ ad sensum et ex conclusione prima ꝛ secunda.

Tunc quãtum ad tertiũ de modo quo fiat. Juxta q̃d notandũ q Linconiẽsis in lib. de radiorum refractione dicit q luna qñ oritur sup orizontẽ mittit radios oblique incidẽtes sup supficiem maris oceani: ꝛ qꝛ radij cũ densiori medio occurrũt frãgũtur: ꝛ aliq̃s ptes maris rarefaciũt ꝛ eleuãt: ꝛ sic mare incipit intumescere: ꝛ quãtomagis accedit ad medium celi vel ad meridianum tanto radij sunt propinquiores perpẽdiculari: ꝛ idõ ꝯtinue plus ꝛ profundius rarefaciũt aliq̃s ptes: ꝛ sic continue mare erit maius: sꝫ per lumẽ suũ: quia nõ sufficit tales ptes rarefactas vlterius rarefacere vel eleuare: frigiditas aque maris dñatur: ꝛ cõprimitur: ꝛ constringit econuerso tales ptes: ꝛ ideo aqua descẽdit ecõuerso: ꝛ idõ mare refluit. ¶ Sꝫ de cã qñ luna est sub orizõte ꝟsus occidẽs qñ crescit dicit q luna tũc radios suos diffundit ad celum ꝛ a dẽsitate celi reflectũtur ad mare: ꝛ iterũ faciũt idẽ quod prius: ꝛ postea iteꝝ p frigiditatẽ reuertit̃ aqua. ¶ Sꝫ ista cã est debilis: qꝛ videmus q luna debilr̃ illuminat orizõtem nostrũ: ꝛ sic scimus p experientiã q qñ magis luminosuꝫ remouet̃ ab aliquo pũcto quẽ illuminat tanto remissius erit lumen vel tandẽ nullũ: mõ celũ: vel etiã octaua sphera: si eẽt in infinitũ dẽsius q̃ꝫ chalybs tñ tm̃ distat a luna q quasi nulli radij de luna ptingũt q̃ ad oppositã ptẽ: ꝛ si ptingũt nõ essent ita fortes q possent reflecti ad mare faciendo aliq̃d ibi. Et lꝫ sit ꝓbabile q lũa sit cã vt dictũ est: tñ cũ experiẽtijs p̃t hõ aliq̃ꝫtulũ exptiri si sic eẽt: qꝛ capto vno dolio magno aq̃ maris occidẽtalis q̃si pleno: si p radios lũe rarefieret sic oporteret istã aquã in tm̃ rarefieri q exiret de dolio: q̃d nullus est expertus. Jtẽ nõ videt̃ lunã per radios sic refractos posse rarefacere: cũ radij sint ita debiles: vt appet hic: q millesies p specula cõgregati ꝛ reflexi non facerẽt minimũ calorẽ sensibilẽ: ideo nec refracti in mari pñt rarefacere ꝓpter debilitatẽ: qꝛ rarefacere cõsequit̃ calefactionẽ: ꝛ qꝛ luna nõ calefacit sensibilr̃: ideo non rarefacit: ꝛ etiã qñ dr̃ q non sufficit vltra: qꝛ aqua est frigida: ideo reuertitur ꝛ condensatur: ꝛ sic dicaꝫ in principio: q tũc aqua est magis frigida: quia tũc nec a lumine lune est calefacta nec remissa in frigiditate. hoc igit̃ nõ videtur esse per talẽ motũ radioꝝ. Et ideo aliqui dicunt q̃d luna ꝛ stelle quibus luna coniũgitur habent aliq̃s speciales virtutes: quibus mediãtibus sic influunt s̃m diuersos aspectus diuersimode: nũc rarefaciẽdo: ꝛ postea dimittẽdo actionẽ suam: ꝛ sic iterũ condensatur: ꝛ hoc erit s̃m diuersos angulos celi s̃m q planete ꝛ stelle habent diuersas virtutes. Sed tamen si esset ita verũ possemus in vno dolio partẽ experiri: cuius experiẽtia non est vera. ¶ Puto ergo ꝓbabilius s̃m q factum est in priori questione: q sol qui mouetur semp inter duos tropicos: ꝛ sic mare suppositũ semp respicit ppendicularibus radijs q̃ sunt valde calefactiui: sicut appet. cum g̃ radij oblique cadunt in estate hi calefaciunt aquã fluuioꝝ et maris ideo cum magis ꝓpinqui radij perpendiculares sint fortiores: sequitur q perpẽdiculares multũ calefaciunt ꝛ idõ aqua supposita soli recte ebullit: quemadmodũ aqua in olla prope ignem ipsa bulliente occupat maiorem locum: ꝛ sic aliquẽ aq̃ cedũt: ꝛ continue talis ebullitio ꝓcedit ab oriente in occidens: ꝛ sic ab ortu diei vsqꝫ ad meridiem appebit fluxus ꝛ qꝛ per talẽ ebullitionem multam de aqua subtili euaporat: ideo ĩfrigidat luna vapores prope septẽtrionem aliter ꝟsus septẽtrionem cũ habeat virtutem creatiuã aque ꝛ augmẽtat mare: qꝛ ibi sol etiam non est fortis ad eleuandum vapores: ꝛ sic mare erit plenũ circa meridiẽ ꝓpter rarefactionẽ ex vna parte: ꝛ ꝓpter gñationem ex alia: qꝛ sol declinat ab orientalibus partibus post meridiem ꝛ illa aqua maris ꝛ versus oriẽtem dimittit ebullitionem: ꝛ sic aqua maris replet consumptionem ibi factã: ꝛ sic mare refluit: ꝛ iterum post occasum sol rarefacit alias partes circa q̃s tũc est: ꝛ ille rarefacte/ tũc occupant maiorẽ locum: ꝛ sic mare auctum per lumina iterũ repletur: ꝛ recedente sole iterum refluit vt prius: ꝛ cum hoc tam in oriente q̃ꝫ in occidẽte: q̃ꝫ vbiqꝫ: licet in oriente nõ experimur: tum ꝓpter altitudinem maris: quia est ibi maximum frigus ꝛ ꝓpe locum gñationis aquarum: tum ꝓpter magnitudinem maris cui si modica fiat additio non statim apparebit: sed in mari occidentali melius appebit quia vie maris sunt ibi stricte: sicut inter Angliã ꝛ Flandriã: ꝛ inter galliam et Hispaniam: ꝛ hoc videtur velle Aristo. in litera vt allegatum fuit post oppositum.

Ad rationes. Ad primam dicendum quod alique partes maris magis apte sunt ad recipiendũ influentias ꝛ alie minus: et sic ab aliquo pũcto signato fiet remotio partiũ ad oẽs differentias per rarefactionem sine tali dissolutione continui: et ideo alie partes circũstantes que nõ sũt ita fortiter rarefacte manẽt et sic mare ascẽdit littora. ¶ Ad aliam negatur añs. Ad probationem dicitur q simpliciter p vnam solam virtutem est vnus solus motus. sed si aliqua virtus specialis sibi influatur: tunc per ista potest multipliciter agere et aliter q̃ꝫ per aliã: modo sic est de mari: et sic naturaliter mouet̃: q̃ꝫ virtutẽ habet a celo. ¶ Ad tertiam. conceditur q quiesceret per suam grauitatẽ quãdo esset in loco naturali: sic q non posset approximari aliquod agens: sed aliter nõ imo aliquod potest in vno loco melius et minus bene collocari secundum diuersas partes loci: et etiam per specialẽ influentiam põt aliquid moueri diuersimode et non q̃escere. ¶ Ad aliam negat̃ similitudo. ¶ Ad aliã de mari mediterraneo. dr̃ q ibi nõ influit sol et luna sicut alibi: et si ĩfluit propter nimiam latitudinẽ maris nõ est manifestũ vtrũ augeatur vel non. possunt etiam esse voragines sub tali mari sic q̃d propter nimiã grauitatẽ tales aque maris nõ possunt eleuari ita superius aque: sed rarefit interius et tales voragines faciunt augeri et multiplicari aquã maris versus occidentez sic q aqua illa effluat in magno influxu maris sicut contingit inter Angliam et Flandriam et in alijs locis. ¶ Ad aliã negatur similitudo: qꝛ non sunt supposite sic soli nec lune sicut mare: quare et cetera.

Questio. III.



Tertio queritur vtrum totum mare debeat esse salsum et amarũ. Et arguitur primo q̃d nõ quia nullum mare est calidum et siccum ergo et cetera. ꝯsequentia tenet: añs quo ad primã partem patet: qꝛ cum mare sit frigidum et humidum nõ potest esse calidum et siccum: qꝛ si sic cõtraria essent simul in eodem: quod esset impossibile. añs quo ad secundã partẽ ptꝫ p gñationẽ salis cũ gñetur solũ ex sicco et adusto terrestri: g̃ est calidũ et siccũ: et sic etiã salsum. ¶ Secundo. si sic: hoc maxime videt̃ ex eo q̃d alicubi sal deberet gñari q̃d ꝓijcit̃ ad mare ex q̃ fieret salsuꝫ: hoc est falsum: ꝯña tenet: ex quo mare nõ est in se salsũ qñ ꝓducit̃ et gñat̃: ideo si dꝫ fieri salsum: opꝫ fieri p ꝓiectionẽ salis in ipso mari: sed falsitas probet̃: inducẽdo de modis de q̃b' dr̃ in hoc libro ꝓpter q̃d mare fiat salsuꝫ. ¶ Tertio. mare aliud nõ est q̃ꝫ aq̃ riuoꝝ et fontiũ cõgregatio modo ille nõ sunt salse sed dulces g̃ sequitur quod mare nõ debeat esse salsum. ꝯña ptꝫ: et añs ex prioribus questionibus. ¶ Quarto. si mare esset salsum tũc valde cito deberet fieri dulce: sed hoc est falsum. consequẽtia te-

net. q2 videmus ꝑ experientiā hic: ꝙ si aliqua aqua sit admixta cū sale cui admisceant̄ dulcia statim recedit salsedo: ⁊ sic fit dulcis ex toto aggregato: ⁊ sic erit de mari cū admiscētur dulces aque. ¶ Quinto. si sic: tunc mare esset mixtū ⁊ nō purū elementū. hoc est falsum: quia tunc nō haberemus elemētum aque cum mare debeat esse elemētum aque: ⁊ si mare est mixtum: tunc non est elementū. ꝯña hic tenet: q2 sal est quoddam mixtum: ⁊ sic salsa sunt etiā mixta. ¶ Sexto. si sic hoc videretur esse per eleuationem dulcis remanente grosso terrestri in mari: ⁊ hoc ꝓpter caloē solis: sed hoc est falsum. ꝯña tenet cū per istū modū Aristo. ponat mare fieri salsum: sed sed falsitas probatur: quia tūc eadē ratione paludes vel stagna hic apud nos: deberent etiā fieri salsa per talē eleuatione remanēte terrestri: cuius oppositum experimur. ¶ Septimo. tunc salsedo maris intēderet in infinitum ⁊ amaritudo: q2 sol semper mouetur circa mare ⁊ calefacit ⁊ eleuat plus et plus igitur cum ex illo intendatur salsedo: sequitur propositum: tamen consequens experimur falsum.

In oppositum est Aristo. in secundo huius vbi reddit causam salsedinis maris: quod non esset nisi mare esset salsum: ergo et cetera.

In ista questione primo videbitur naturaliter quō fiat sal. in secūdo de quesito. ¶ De primo notandū est ꝙ sal est quoddā mixtū qḋ gñatur ex cōmixtione humidi cū sicco terrestri per caloē solis vel ignis vel aliorū decoquētiū ⁊ resoluētiū subtile ipsius humidi. ⁊ illud pꝫ ꝑ experiētiā capta enim aqua aceti sublimata vel alia aqua ⁊ supfusa ista sup aliā materiā adustā postea illis bene ꝑmixtis ꝑmittant̄ modicum stare quousqꝫ grossum terre in fundo resiliat: ⁊ de hinc effundat̄ aqua sup natans ad aliud vas; qḋ supponat̄ igni lento: ita ꝙ subtile euaporet vsqꝫ ad siccitatē: tunc remanens erit sal circa fundū vasis: ⁊ sic alchimiste faciunt sal: ⁊ istū modū tangit Aristo. in litera de fecibus ⁊ de vrina: vnde videmus ꝙ vrina est salsa ⁊ amara: etiā videmus ꝙ si vrina sumeret̄ in vase vitreato vel vitreo: ⁊ supponatur lento igni quousq̄ euaporat remanebit vn̄ in fundo quoddā albū adherens vasi: qḋ erit sicut sal si abradatur a vase: illo ergo mō fit sal. Sic similiter qñ aqua calida fundit̄ sup cineres qui sunt adusti ⁊ sicci sic ꝙ bene cōmisceātur simul: tūc generat̄ lixiuiū: ⁊ qḋ quodāmodo est salsum ⁊ amarū: vnde si poneretur igni: sicut prius de vrina est dictū inueniret̄ albū in fundo vasis tanq̄ȝ sal. ¶ Sal vero de quo salim⁹ cibaria generat̄ isto modo: quia sunt alique materie sub terra: de quib⁹ est materia adusta ⁊ sicca ꝑ quas materias ⁊ mineras transit aqua: que vlteri⁹ exit ꝑ foramina fontiū: ⁊ talis aqua colligit̄ in vasis que supponunt̄ igni ⁊ exiccantur ⁊ resoluit̄ humidū subtile: ⁊ sic derelictū est sal: ⁊ dicit Arist. in litera de calce: qḋ si aqua supfundat̄: postea si illa aqua exicceet̄ erit sal. ¶ De secundo. quare mare sit salsuȝ. notandū: qḋ Arist. in litera supponit qḋ semper duplex fit exhalatio. vna calida ⁊ humida: alia calida ⁊ sicca: ⁊ illud oportet sic esse ꝓpter diuersos effectus quos videmus gñari: quoꝝ causas reddere nō possum⁹ nisi sic esset. Et ex isto supponit ꝙ sol semꝑ mouet̄ circa mare eleuādo exhalatiōes calidas ⁊ humidas: ex quibus fiūt pluuie: ⁊ hoc ex parte maris; q̄ dulces sunt. vel de toto mari eleuat aliquā exhalationē calidā ⁊ siccā dimisso calido terrestri in mari. ⁊ iō supponēdū est qḋ i mari est admixtio terrestris adusti cū aqua: ⁊ hoc Arist. declarat in litera: ꝙ si aliq̄s vnū vas ceperit terreū ꝑ totū ⁊ clauserit oēs rimas ⁊ os ⁊ oīa nulla aqua existēte intus: ⁊ ꝓiecerit ad mare submergēdo ipsum tunc per longum tēpus aqua subtilis intrat illud vas ꝑ poros terre: sed grossum terrestre remanet foris: qḋ nō esset nisi ibi esset cōmixtio talis: ⁊ hoc demonstrat in alio exēplo: quia naues q̄ in aqua riuorum ⁊ pura submergerent̄ ꝓpter grauitatem subnatarent alte in mari: ꝙ nō esset nisi mare eēt grossum ⁊ taliter mixtū. ¶ Itē dicit ꝙ quoddā mare est ita grossum qḋ homo ligatis manibus ⁊ pedibus si ꝓijceretur in mari nō submergeret̄: ⁊ est ibi sicut in palude. ¶ Item aliqḋ propter nimiam grossitiem maculat vestes si lauātur in ipso ⁊ non possunt mundari: quia recte est illud mare sicut lutuȝ ⁊ hoc est propter talem grossitiem. ¶ Tunc sit prima conclusio. quod mare debet esse quodammodo salsuȝ ⁊ quodammodo amarum: probatur quia omnes cause que requirūtur ad hoc ꝙ aliquid sit salsuȝ sunt in mari: ergo ⁊ effectus: ⁊ ꝑ ꝯñs sequitur propositum: ꝯña patet: quia positis causis ponit̄ effectus. antecedens patet ex ꝓdictis: est enim in mari quoddam terrestre adustum: quod fit ex exhalatione calida ⁊ sicca. est etiam ibi aqua pura admixta: ⁊ etiam ibi est calor solis decoquens faciens humidum eleuari per experientiam ergo relinquit̄ qḋ est salsum: et sic quodammodo erit amaꝝ. patet ex hoc quia amaritudo insequit̄ incinerationē: et q2 est q̄dā icinerō i mari ex exhalatiōe calida ⁊ sicca. ⁊ amaritudo. ¶ Et ex hoc patet etiā ꝙ si mundus fuit creatus sicut credimus: et si mare fuit creatū circa terrā: tūc per longū tempus mare erat dulce et non salsum et amarum q2 oportebat solem moueri diu anteq̄ȝ causaret istas causas salsedinis. Ex isto pꝫ etiam ꝙ adam non potuisset trāsire mare cum magnis nauibus pōderosis: q2 submerse fuissent: sed tēpore noe potuissent fieri naues: et ideo fecit archam et nauigauit.

Ad rationes. Ad primam ⁊c. negatur maior. nam mare ꝓpter salsedinē virtualiter calidum est et siccū licet ꝫm aliquas alias ꝑtes possit esse frigidum et humiduȝ que non sunt actu calide a sole. Unde experimur si quis fundat aquam maris super carnē suā mordet ipsam ac si aliqḋ corrosiuū calidū et siccū apponatur: ideo apparet ꝙ virtualiter est calidum: ideo imaginandū est de mari ꝙ sit totū heterogeneū q̄ȝtum ad salsedinem et dulcedinē. ¶ Ad scḋam qñ dicitur nō videtur et cetera. dicendū ꝙ non opꝫ aliquē saleȝ extrinsece immitti in mari: sicut fit in aqua: sed sufficit aliqḋ terrestre adustum per caloē remanere in mari: et hoc maxime in locis: que sunt sub via solis vt dictum fuit: et vbi mare ebullit et cōmiscetur alijs marib⁹. ¶ Ad tertiam mare non est ⁊c. dicendū est ꝙ imo: q2 ad aquas fontium aliquod terrestre est admixtū: quod fit in aquis riuorū. ¶ Ad quartam negatur ꝯña: q2 semper sicut dulcis aqua admiscetur: sic semꝑ fit exhalatio dulcis et remanet terrestre: quod causat salsedinem maris. ¶ Ad quintam conceditur ꝙ non habemus totū purum elementū aque: sed sufficit ꝙ habemus vnū modicū siue partē et mixtū loco elementi. ¶ Ad sextā hoc esset ⁊c. conceditur. Ad improbationē: quia tunc est stagna hic apud nos ⁊c. dicit̄ ꝙ non tādiu durat sol circa ista stagna nec circa paludes hic nec est ita intensus in caloe ꝙ talia sufficiant facere: sicut in mari; ideo citius fiūt vermes vel aliquod consimile q̄ȝ fiat salsum aliquod ex eis. ¶ Ad vltimā. tunc salsedo ⁊c. negatur ꝯña ꝓpter hoc: q2 semper admiscentur dulcia remittendo salsedinem. Sed notandum ꝙ mare fit salsum: similiter propter hoc ꝙ aīalia possunt viuere in ipso que non possunt viuere in aqua dulci: et si sic esset tunc in principio creationis aliqua talia aīalia nō potuissent fuisse: quare ⁊c.

Questio. IIII.


Queritur quarto vtrum aque fluuiales vel fontales possint esse salse. Et arguit̄ primo ꝙ non: si sic sequeretur ꝙ elementa simplicia haberent qualitates secūdas: vt puta odoē et sapoē et sīlia: sed cōsequens est falsum q2 simplices non habet nisi primas qualitates simpliciter. ꝯña tenet: quia aque fluuiales et fontales sunt elementū aq̄ cū mare sit mixtū. ¶ Scḋo. si sic: hoc esset eodem modo: sicut mare esset salsum: hoc est falsum: q2 sol non pōt sic eleuare dulce remanēte terrestri de fontibus sicut de mari: sicut patuit in precedenti questione: sed ꝯña tenet: q2 nō alio modo videtur fieri salsedo in aqua. ¶ Tertio. si sic: tūc nō indigeremus actione alioꝝ elementoꝝ ad gñationē sapoīs: hoc est falsuȝ: vt pꝫ per medicos: sed ꝯña tenet: q2 aque fontales haberent saporem sine alijs elementis: et possent dare alijs permixtionem. ¶ Quarto. tunc aliqui fontes essent acetosi; hoc est falsum. ꝯña tenet: quia eadē rōne qua salsi. sed falsitas probatur: q2 acetositas contingit ex corruptione caloris. modo aque fontium: cū de se sint frigide: nō corrūpitur in eis calor. ¶ Quinto. si sic: tunc aqua simplr posset nutrire: hoc est falsum: quia nullum elementū simplex nutrit vel potest esse nutritiuū: ſꝫ consequentia tenet; quia odorifera possunt nutrire et solus odor: sicut declarat̄ de quodaȝ qui fuit tempore socratis qui circa agonē cum nō posset amplius comedere ꝓpter odorem mellis et panis recētis diu mansit viuus: ergo simplex odor pōt nutrire: ⁊ per consequens simplex sapor et aqua simplex.

In oppositū est Aristoteles secūdo huius.

In ista

In ista questione supponendum sicut dictũ est prius quomodo fontes generãtur in concauitatibus mõtiũ. ¶ Ulterius ad generationẽ aque fontalis guttatim aggregatur aqua ⁊ fluit ad loca bassiora ⁊ transit quãdoq; per longum spatiũ infra terrã anteq̃ in pede montis vel in summitate montis magis bassi exeat: ⁊ hoc per experientiam videmus in aque ductibus: ⁊ tunc in tali transitu aque: sub terra quandoq; sunt minere vel gñationes metalloꝝ vel aliquorũ conuenientiũ ad generationẽ metalloꝝ: sicut alumen/sulfur/argentũ viuũ: modo in gñatione taliũ q̃n̄q; in talibus locis est magnus calor: ⁊ q̃n̄q; ex tali actione caloris cum aliis materiebus ibi ꝑparatis fiũt sapores ⁊ odores diuersi sub terra in talibus mineralibus: sic ꝙ talia extracta sapiunt. Et imaginandũ est tũc ꝙ aqua transiens per ista loca per actionẽ taliũ fit saporosa: sicut apud nos: si quis funderet aquã super cineres postq̃ colata fuerit erit amara: vt pꝫ de lixiuio. ¶ Sic ergo conclusio responsalis: ꝙ aque fontales possunt esse salse vel aliorũ saporũ: probatur ex iam dictis: q: possunt sub terra transire per talia loca: igitur ⁊c. ¶ Ex quo patet ꝙ alique aque fontales possunt esse acetose: ⁊ aliq̃ stiptice: ⁊ alique amare. ¶ Secunda conclusio. ꝙ aq̃ fontales sunt non solum saporose: quin imo ⁊ odorifere ⁊ calide actualiter ⁊ colorate diuersis coloribus: patet ista per similem rationẽ ꝓpter loca ꝑ que transeunt: etiã ex isto pꝫ q̃ñ fiant ita calide in terra quod homo in ipsis põt balneari ⁊ q̃ñ fetent sicut sulfur.

Ad rationes. Ad primã dicitur ꝙ aque saporose sunt aliquantulũ mixte: ⁊ non sunt elementum purũ. ¶ Ad scðam negatur consequentia. Ad probationem cũ dr̃ non videtur alius modus ⁊c. dr̃ ꝙ imo sicut iam dictum est. ¶ Ad tertiã cum dr̃: tunc non indigeremus ⁊c. negatur ꝯña. Ad probationẽ dr̃ ꝙ hoc non est sine actione alioꝝ elementorũ ꝙ aque sapiunt. ¶ Ad quartã conceditur antecedẽs. Ad improbationẽ dicitur ꝙ imo cũ aliquid mixtũ vel acetosum admisceatur. ¶ Ad quintã. tunc aqua simplex ⁊c. negatur ꝯsequentia. Ad probationem q̃ñ dr̃ ꝙ illa aqua est simplex ⁊c. negatur cum iam dictum sit ꝙ est mixta.

Questio.V.



Queritur quinto. vtrũ ventus sit exhalatio calida ⁊ sicca. Et arguitur ꝙ nõ. q: tũc tp̄e ventoso deberet esse calor ⁊ siccitas. ꝯña est falsũ: q: frequẽter pluit ꝯña tenet: q: si vẽtus est calidus ⁊ siccus tunc calefacit ⁊ exiccat. ¶ Secundo. ventus est aer motus ergo non est exhalatio calida ⁊ sicca. ꝯña tenet: q: aer non est exhalatio: sed añs patet: quia aliquis ventus est aer: modo non magis videtur de vno q̃ de alio: ergo ois ventus est aer. ꝯña pꝫ: ⁊ añs pꝫ de vẽto qui exit de flabello vel a folle.

In oppositum est Aristoteles secundo huius. dicens ꝙ duplex est exhalatio: quedam calida ⁊ humida: ⁊ quedã calida ⁊ sicca: ⁊ de ista vltima dicit fieri ventum.

In ista questione primo videbitur de causa materiali venti. Circa ꝙ notandũ ꝙ per calorem solis circa terram eleuãtur exhalationes calide ⁊ sicce: ⁊ si sint multum calide ⁊ sicce: tũc eleuãtur vsq; ad mediã regionem aeris vel ad supremam: ⁊ ibi gñantur inflãmationes seu impressiones ignite: sicut dictũ est in precedẽtibus q̃stionibus: si vero non sint nimis calide ⁊ sicce: tũc non ascendũt nisi vsq; ad finem medie regionis aeris prope mediã q̃ est frigida ⁊ humida. ⁊ inde ꝓpelluntur deorsum: ⁊ q̃n̄q; exhalationes iste propulse obuiãt aliis exhalationibus ascẽdentibus: ideo reflectũtur ad latus: ⁊ sic mouẽtur ad latus: ⁊ hoc sic motum dicitur vẽtus. ¶ Sit ergo conclusio responsalis: ꝙ ventus est exhalatio calida ⁊ sicca: vel gñatur ex ea tanq̃ ex materia: ꝓbatur: quia vel est exhalatio calida ⁊ sicca: vel calida ⁊ humida: nõ calida ⁊ humida: ergo ⁊c. ꝯña tenet a tota disiunctiua cũ destructione vnius partis ad alteram: sed añs quo ad primam partẽ pꝫ a sufficienti diuisione: ⁊ quo ad secundã partẽ patet: quia aliter exhalatio cõuerteretur in nubẽ seu in pluuiã cũ ex tali fiat nubes vel pluuia. ¶ Item si hoc nõ esset: esset aer motus: hoc est falsum. ꝯña tenet: q: antiqui volebant omnia fieri ex aere: falsitas ꝓbat: q: incõueniens esset ꝙ aer sic moueret sicut vẽtus: cũ semꝑ sit vndiq; apud nos: etiã aer est calidus ⁊ humidus: sicut patet primo huius: ⁊ secundo de gñatione: ⁊ ventus est calidus ⁊ siccus. ¶ Sed dubitatur: q: experimur ventũ esse frigidũ: dico ꝙ hoc est: q: quando talis exhalatio calida ⁊ sicca eleuat tuc propter frigus medie regionis caliditas eius actualis corrũpitur: ⁊ sic per aerẽ frigidũ manet actualiter frigida vt experimur: q̃uis in principio sue generationis fuerit actualiter calida: sed remanet potentialiter vel virtualiter calida. ¶ De causa formali dicunt quidam quod sit motus localis: quod probant: quia quando exhalatio mouetur sic ad latus: tunc est ventus ⁊ nõ durat. Ex hoc inferunt istum terminum esse cõnotatiuum. s. ventus: q: connotat motum: sed illud nõ puto posse valere: quia si motus localis sit forma venti: cum motus localis non sit aliud a mobili: vt suppono: iste ventus est forma sui: ꝙ nullus diceret. Potest ergo dici quod forma venti est forma mixti imperfecti cui nomen speciale non est impositũ: quod patet ex eo quod sic alia mixta habent tales formas substantiales: ergo ⁊ etiam ventus. Sed verum est quod hoc mixtum quod est ventus mouetur naturaliter ⁊ ille motus consequitur formam. ¶ Ad rationes illorum qui dicunt quod exhalatio bene mouetur ⁊c. nego: quia non corrumpitur statim q̃ primũ non mouetur. ¶ De causa finali dicendum quod ventus est finaliter ad remouendum nubes de vna regione: ⁊ ad ducẽdum super aliã vt fiant pluuie in diuersis regionibus super arbores: ⁊ illud patet q: nos videmus nubes per vẽtos moueri ad latus: quod non esset nisi ꝑ ventos iste mouerent: sꝫ causa efficiens est calor solis.

Ad rationes. Ad primam negatur consequentia. q: q̃uis ventus sit originaliter ex materia calida tamen infrigidatur per cõtrarium impellens. ¶ Ad secundam negatur añs. Ad probationem aliqs ventus ⁊c. adhuc negatur añs. Ad probationem de folle dico ꝙ nõ sunt ꝓprie venti: sed est motus aeris vel aer ⁊c.

Questio.VI.



Secundo queritur vtrũ sol faciat cessare ventos ⁊ commoueat illos. Et arguitur ꝙ non: q: tunc simul ⁊ semel sol faceret cessare ⁊ nõ cessare: sed ꝯña est falsum: ꝯña tenet: q: si facit cessare ⁊ ꝯmouet cũ cõmouere sit efficere facit cessare ⁊ non ergo ⁊c. ¶ Scðo. si sol faceret cessare ventos: tunc plures deberent fieri de nocte q̃ de die: cuius oppositum experimur. ¶ Tertio. sol est causa gñationis ventoꝝ: quia si non esset non fierent: ergo non facit cessare. ꝯña patet q: generans non destruit genitum: sed añs pꝫ de se. ¶ Quarto. pluuie ⁊ magna frigora faciunt cessare ventos: ergo non sol. ꝯña tenet: cum ista contrario modo se habeant. ⁊ añs patet in litera: ⁊ etiam per experientiam.

In oppositum est Aristo. dicens: sol autem facit cessare ventos et cõmouet.

In ista questione dicendum est magis complete de causa efficiente venti ⁊ de loco vbi fiunt ⁊ vnde veniant. ¶ Unde de loco dixit quidã ꝙ venti originaliter proueniunt a montibus: sicut fontes ⁊ fluuii: ⁊ ibi gñantur: ⁊ ideo flant ad latus: sicut fluunt fontes: ꝙ probat ex alio: q: prope montes sunt plures venti: ꝙ non esset nisi ex lateribus muntiũ exirent. ¶ Itẽ. si non: tũc in sũmitatibus montiũ possent fieri venti: hoc est falsum ⁊ ꝯtra experientiaꝫ sacrificantium in montibus. ¶ Sed contra illud obiicitur. q: in principio tertii huius dicitur ꝙ enephie. i. magni venti: qui veniũt ante pluuiã: q̃n̄q; veniunt desursum vsq; deorsum: nec sunt ibi aliqui montes: de quibus veniant: ergo nec alii venti: consequentia tenet: ⁊ añs patet ex ꝑdictis. ¶ Itẽ. si nõ essent mõtes adhuc dato ꝙ terra eẽt ita alta ꝙ nõ eẽt circũflua aq̃s tũc nõ posset fieri vẽt⁹ ꝑ illud: q: tũc nõ essent mõtes: sꝫ falsitas ꝯsequẽtis ꝓbat: q: tũc adhuc sicce exhalationes possent eleuari: ⁊ ꝑ frigus cõprimi ⁊ repelli ad lat⁹ ꝑꝑ occursuꝫ aliaꝝ exhalationũ. ¶ Itẽ. nõ põt reddi cã quare halo q̃n̄ cito consumit ex vna pte fiãt vẽti: q: talis materia nõ ifraret mõtes ⁊ iõ si fiat ventus nõ exit a laterib⁹. ¶ Iterũ. terremot⁹ possent fieri si non essent mõtes: ergo ⁊ ventus. cõsequẽtia tenet

q: ex eadẽ exhalatione fiunt. ¶ Itez tunc venti non possunt venire sup planã terram vbi nõ essent montes: sed ɔñs experimur falsũ. ɔña tenet: q: ẽm rectas lineas ad latus pueniẽdo a mõtib⁹ oporteret lineas terminari in supficie terre: ꝛ si sic/ventus cessaret. ¶ Ad rationes opinionis ꝑpe mõtes sũt plures venti ꝛc. hoc non est ideo: q: ex latere veniant: sed q: multe exhalationes fiunt. Ad aliã. negaẽ ɔña: qꝫ ꝙ exeãt oẽs ex lateribus montiũ. ¶ Aliter posset dici: ꝛ sit prima conclusio: qꝫ sol est causa efficiens remota. probaẽ: sol calefacit terrã ꝛ cõmouet seu eleuat exhalationes: de quibus fiunt venti: ꝙ est causa efficiens: ꝛ nõ est cã tamen imediata: q: calor ꝛ materia fumosa ꝛ leuitas sunt magis ꝑpinqua. Ex ista ɔclusiõe sequitur alia. s. qꝫ calor exhalatiõis ꝛ leuitas ꝛ frigus medie regionis ꝛ frigiditas exhalationũ propulsarũ sunt cause immediate ventoꝝ. probatur: q: istis positis ĩmediate ponitur ventus: ꝙ ꝛc. ɔña tenet per diffinitionẽ cause imediate. ꝛ añs pꝫ ex predictis. ¶ Sed notandũ est qꝫ sol est causa efficiens [illegible] exhalationem calidam ꝛ siccam resoluit in aerem sic qꝫ non erit ventus: ꝛ quandoqꝫ eleuat exhalationẽ vsqꝫ ad mediam regionẽ aeris ꝛ fiunt impressiones ignite: ꝛ sic sol facit cessare vẽtos: et hoc voluit Aristote. in litera; et sic alios efficit ꝛ destruit: ꝛ nõ vnum ꝛ eundem nec simul ꝛ semel. ¶ Et notandũ qꝫ vndiqꝫ ẽm circulũ orizontis causantur venti ꝛ equaliter durant venti principales: sicut orientales boreales ꝛc. sed collaterales nõ sic durant notabiliter. ¶ Sed notandum ex diuersitate effectuũ. nam venti australes inducunt infirmitates in hominibus calidas: ꝛ pigritiẽs: somnũ: ꝛ adhuc pluuiã ꝛ calorẽ: sed boreales causant fortitudines in hominibus ꝛ frigiditatẽ aeris ꝛ serenitatẽ: ꝛ confortãt virtutem generatiuã ꝛ remouent malos humores ab aere ꝛ sunt sanissimi: ideo nõ est oportunũ in camera habere fenestras a parte austri: sꝫ multum a parte boreali. Sed alie sunt diuersitates effectuũ aliorũ ventorum: ꝛ cause silr sunt imaginande de alijs: sicut de istis: vnde causa prima illorum est: q: ventus australis venit a locis calidis: ꝛ transit per loca calida ꝛ humida: in quibus fiunt multe putrefactiones: ꝛ ideo vapores malos inducunt ad aerẽ: quẽ aerem hoĩes inspirant: ꝛ sic ex eo infirmantur: ꝛ [illegible] ꝛ per ɔñs somnũ [illegible] de causa inducũt pluuias: q: multi vapores humidi ibi generantur ex quibus fit pluuia: ꝛ ideo per istã causam sunt calidi. Sed venti boreales: ꝑpter hoc qꝫ veniũt a locis frigidis ꝛ siccis: ideo exiccant humiditatẽ: ꝛ constringunt corpora humana: ꝛ sic calor naturalis intra remanẽs fortificatur: ꝛ propter hoc tales homines in talibus ventis morantes sunt fortes: ꝛ propter illud impediũt putrefactiones: ꝛ ideo sũt sani. Sed tamen notandũ: qꝫ q̃uis ista ponatur causa ex parte dispositionũ materie: oportet tam locorũ q̃ effectuum accidentiũ ventorum causam sumere ab influentia celesti: ita q̃ sic planete cum stellis fixis influunt super talẽ locũ materiã preparantes qꝫ tales venti fiant ꝛ talia accidentia habeant.

Ad rationes. Ad primã: probat qꝫ questio de virtute sermonis est falsa: sed debet intelligi copulatiue pro diuersis tẽpribus ꝛ diuersis locis sicut dictũ est. ¶ Ad secundã. sequeretur ꝛc. cõceditur: si cetera essent paria: sed sol quãdoqꝫ defectu caloris eleuat exhalationes quas de die cõsumit: ꝛ ideo de die plures sunt: ꝛ ideo quia de nocte hoc nõ contingit ideo sunt pauciores. ¶ Ad aliam sol est causa ꝛc. conceditur añs: ꝛ negatur ɔña: quia per aliũ modũ facit cessare ꝛ in alijs tẽporibus. ¶ Ad aliam: conceditur añs: ꝛ negatur ɔña: q: per aliũ modũ facit. hoc sol: ꝛ per aliam modũ pluuie. nã pluuie claudunt poros terre: ꝛ ideo exhalatio non põt exire: et sic faciunt cessare ventos. sed sol consumendo huiusmodi vapores facit cessare ventos ꝛc.

Questio. VII.

SEptimo queritur vtrum terremotus sit possibilis. Et arguitur qꝫ nõ: q: terra necessario quiescit ĩ medio: ergo ꝛc. consequentia tenet de se: ꝛ añs patet: quia celum necessario circa aliquod quiescens mouetur: illud autẽ nõ esse videtur aliud q̃ terra: ergo ꝛc. ¶ Secundo. si sic: vel ex [illegible] naturaliter vel violenter: nullo modo istorum: ꝙ ꝛc. consequentia tenet: añs probatur quo ad primã partem sufficienti diuisione: sed quo ad secundã probatur: nõ potest naturaliter: quia terra est corpus durum ꝛ graue: q̃ naturaliter quiescit in loco suo: nec etiã violenter: q: non est aliquod violentũ sufficiens mouere terram. ¶ Tertio. si sic: vel motu circulari vel recto: sed nullo istorum modoꝝ: ergo ꝛc. non recto: q: non deorsum: cũ sit in centro: nec sursum cũ sit grauis: nec circulari: vt pꝫ per experientiam. ¶ Quarto. si sic: hoc maxime fieret per exhalationem inclusam: hoc est falsum. ɔña tenet per Aristo. in litera. ꝛ falsitas ɔñtis pꝫ: q: exhalatio inclusa est calida ꝛ sicca: ergo leuis ꝛ subtilis: ꝛ recedet per poros terre sine motu: ꝛ vna debilis exhalatio ꝛ subtilis: nõ sufficeret ad frangendũ terram duram: ꝛ si frangeret nõ fieret diuturnus motus. ¶ Item si sic hoc non fieret miraculose [illegible] falsum: vt patet in resurrectione domini: ecce terremotus factus ibi magnus.

In oppositum est Aristoteles in litera. vbi fecit de hoc tractatum.

In ista questione primo videbitur de causis terremot⁹. Scḋo de locis ꝛ tẽporibus. Tertio de signis. ¶ Circa primũ notandũ; qꝫ terremotus fieri multis modis possumus imaginari: vno modo qꝫ tota terra moueatur ascẽdendo vel descendẽdo ꝑpter grauitatem maiorẽ ex vna parte q̃ ex alia: de isto nihil ad ꝑpositũ q̃uis sit possibile. Alio modo põt moueri circulariter circa centrũ quiescens: ꝛ isto modo aliqui imaginãtur celum quiescere ꝛ terram circulariter moueri circa centrũ quiescens: ꝛ iste modus est falsus et contra Aristo. secundo celi. Tertio potest fieri per rarefactionẽ ꝛ calefactionem alicuius partis terre. Quarto modo per motũ alicuius super terrã ambulantis. sicut videmus quãdoqꝫ prope aquã; quãdo aqua est superius cõpacta. Et ideo quando homines mouẽtur super vnã partem mouetur vna pars terre [illegible] lateribus exit a qua. Quinto p generationẽ carbonũ ꝛ lapillorum in terra: ꝛ quãdoqꝫ ex hoc superior terra cadit inferius extractis carbonibus: ꝛ isto modo etiã fit terremotus: quãdoqꝫ infodiũtur minere. ꝛ de istis oĩbus non intenditur hic. Alio modo quãdo aqua exit facit magnã cõcauitatẽ sub terra ꝛ per motũ suum ampliat istam concauitatẽ sub terra: sic qꝫ terra postea cadit. nec de isto intenditur hic. Alio modo fit terremotus ꝑpter exhalationẽ aliquam inclusam calidã ꝛ siccam que vehemẽter nititur exire ꝛ rũpit terram: ꝛ de tali hic intelligitur. ¶ Unde notandũ qꝫ sol ꝛ stelle calefaciẽtes terram eleuant exhalationes a terra ex quibus fiunt venti: vt dictũ est: quãdo ibi terra aliquãtulum profunde sic est calefacta: cõtingit quãdoqꝫ sic superuenire pluuiã vel frigus: ita qꝫ pori terre clauduntur sic qꝫ fumi qui inceperãt terrã exire extẽdũtur ꝛ claudũtur ꝛ aggregãtur adinuicẽ ꝛ post congregationẽ fortificãtur in caliditate ꝛ leuitate: q: virtus vnita est fortior seipsa dispersa: ꝛ sic vehementer vnita ꝛ fortificata exhalatio cũ sit leuis rũpit terrã: ꝛ exit successiue rumpendo terrã: ꝛ sic mouet terrã. ¶ Sit ergo prima cõclusio. qꝫ terremotus est possibilis fieri: sumendo terremotũ isto modo: ꝑbaẽ: q: cause sunt possibiles fieri. ꝙ ꝛ effect⁹. ɔña tenet ꝛ añs pꝫ in lr̃a ex dictis. ¶ Scḋa conclusio. qꝫ terremotus est violentus ipsi terre q̃tum ad grauitatẽ ꝑbaẽ: q: est a principio extrinseco: ꝛ cõtra inclinationẽ naturalẽ grauitatis: ergo ꝛc. ɔña tenet: et añs probatur: q: talis exhalatio est quoddã mixtum: quod nõ est terra. ¶ Tertia conclusio. motus exhalationis exeũtis a terra est naturalis. ꝑbatur: q: est a principio intrinseco puta a caliditate ꝛ leuitate: que sũt in ipsa exhalatione. ¶ Nunc ergo ponãtur notabilia: ꝛ est primo notandũ qꝫ oportet exhalationẽ causantẽ terremotũ fortiter ꝑcutere ad partes terre: alias non moueret terram: nec etiã rũperet eã; ꝛ sic propter motũ exhalationis seu humoris mouet terra: ꝛ hoc declarat Aristo. experimẽtaliter. nam videmus qꝫ fulmen q̃ satis est subtile: valde fortiter cadit sup arbores: ꝛ tũc rũpit istas ꝛ nõ alias: ꝛ sic imaginandũ est de exhalatiõe: et declarat hoc ꝑ aliud exemplũ: q: videmus hoc per aliquos hoĩes infirmos sicut febricitantes et iracũdos moueri motu tremoris: sic qꝫ non pñt intantũ ligari quin sic moueãtur: et hoc est ꝑpter quendã humorẽ inclusuꝫ sic ipsos mouentẽ qui nõ pñt ligari. Hoc aliter declaratur; q: quãdo hoĩes proijciũt in hyeme vrinã per aerẽ frigidũ circũstantez claudũtur pori et cõgregãtur humores ad intra et faciũt tremorẽ et rigorẽ. Quartũ signũ põt dari de pila ferrea existẽte

in quodam

in quodam instrumento facto ad modū canonis in quo sunt quidam pulueres: ⁊ cū ferrum calidum vel ignitū accendit istos pulueres: tunc talis exhalatio petit exitū: ⁊ ita fortiter extrahit istā pilā extra qđ quādoqȝ interficeret tres milites armatos bonis armis: ⁊ sic imaginādū est de exhalatiōe causante terremotum.

Sit ergo quarta conclusio. quod nō est possibile per omnē terrā simul ⁊ semel fieri terremotū. pbaᷓ: qꝛ nō pōt fieri vndiqȝ tāta exhalatio ꝙ vbiqȝ terre moueaᷓ: ergo ⁊c. cōsequētia tenet: ⁊ aīs declaraᷓ: qꝛ nō vndiqȝ clauduntur pori semp nec pōt vndiqȝ terra calefieri: sicut in pfundo maris: ex quo pȝ ꝙ in aliqͣbus locis fit ⁊ in aliquibus nō. vnde vult Aristo. qđ in locis insularibus nō fit pp nimiā frigiditatē aque: sicut nō fit in egypto: qꝛ terra est nimis cōpacta etiā nō fit in locis nimis calidis nec nimis frigidis: sed pluries fit in locis ventosis ⁊ austrosis seu in hītibus multos hyatus: qꝛ in talibus potest exhalatio includi. ¶ Sed de tēporibus dicit Aristo. qđ fit in tēporibus tēperatis: ⁊ non in medio hyemis nec estatis: ⁊ causa est: qꝛ in hyeme est terra nimis frigida ⁊ cōpacta: ⁊ in estate cōsumiᷓ exhalatio: sed in vere ⁊ autumno frequētius fit. ⁊ nō fit etiā in tēporibus nimis humidis nec nimis sicci: qꝛ ibi cōsumereᷓ exhalatio modica. ¶ Itē tēpore eclipsis lune vel solis: fit etiā in meridie plusqȝ in aliis horis: ⁊ causa est eadē: qꝛ tunc est trāquillitas vētorum in eclypsi ppter calorē solis deficientē: ⁊ etiā in meridie propter calorem consumentis ventos ⁊c.

Ad rationes. Ad primam negatur antecedens secundū vtrāqȝ partē: etiam possibile esset qđ quelibet pars moueret simul ⁊ semel: licet nō in tali motu qui dicitur terremotus. Et cum diciᷓ: tunc celū nō moueᷓ: negaᷓ ꝯsequētia: qꝛ circa centrū vel circa polos tanqȝ circa descentes imaginatos. ¶ Ad aliā. diciᷓ qđ violēter vt dictū fuit cōclusiōe scđa. Et ad probationē ꝙ nō: qꝛ fit a principio intrinseco: negatur: qꝛuis enim exhalatio sit inclusa in terra: tamē nō est de natura terre nec intrinseca terre: sȝ quoddā mixtū distinctū a terra. ¶ Ad aliā. vel moueᷓ ⁊c. diciᷓ qđ motu tremoris qui nō est solū vnius ratiōis: sed plurių taȝ p lineas curuas qȝ per rectas. Ad pbationē: cū dr ꝙ ista sit sufficiēs diuisio. dico ꝙ verū est de motu naturali simpliciū: nō de violento. ¶ Ad aliā tunc fieret ⁊c. concediᷓ. Ad improbationē dicitur ꝙ pōt exire si pori aperti essent. ¶ Ad aliā diciᷓ ꝙ forte ille terremotus nō fuit factus per exhalationē inclusam: sȝ alio modo: puta miraculose.

Questio.VIII.



Queritur octauo vtrum tranquillitas aeris sit signū terremotus futuri. Et arguitur primo ꝙ non: qꝛ si sic: tunc plures fierēt terremot⁹ ⁊ vbiqȝ tā in mari qȝ in aliis partibus. cōsequēs est falsū ⁊ cōtra experientiā ⁊ cōtra Aristo. in litera ⁊ consequentia tenet qꝛ si hoc est signū cū pluries ⁊ vbiqȝ fiant tranquillitates aeris terremot⁹ fieret vbiqȝ. ¶ Secundo. si sic: tūc vbiqȝ nō posset esse trāquillitas nisi sequereᷓ terremotus. cōñs est falsū. cōñ tenet vt patet. Sed falsitas etiā pȝ qꝛ aliqñ fit terremot⁹ qñ nō est trāquillitas pcedēs ⁊ qñ ⁊c. Cōuerso. ¶ Tertio. hoc esset ex eo quia tunc exhalatio esset inclusa magis in terra. cōñ tenet. sed falsitas pbaᷓ quia p tempestatē possunt exhalationes melius includi qȝ per tranquillitatem et perpetuam tranquillitatē. ¶ Quarto. preterita tranquillitas est signum sequēs ergo non pcedens consequentia tenet: quia aliter idē esset sequēs ⁊ precedens: ⁊ tunc nullus sciret cuius esset signuȝ: quod est inconueniens.

Oppositum vult Aristote. in isto secundo.

In ista questione videndum est de signis precedentibus terremotū ⁊ de quesito. Secundo de signis sequentibus ⁊ efficientibus.

Quantum ad primum. signum primum est qđ aues nō audent diu super terram residere: sed volāt bis vel ter cōtinue de vno loco ad aliū cū tremore. ⁊ huius causa est: qꝛ habent ex instinctu naturali ⁊ ab influentia celesti ꝙ sentiant aerē inclusum: qꝛ habent capita multū aerea ⁊ mutabilia scđm influentiā celi: qđ multū manifeste apparet in gallo qui cantat ad matutinos: ⁊ in aliis auibus cantātibus ante pluuiā. ¶ Scđm signū est. turbatio aquaruȝ in puteis vel salsedo vel alter sapor inconsuetus: quia tunc exhalationes alique exeunt per ventres ⁊ venas terre vbi exeūt aque cum partibus terre: ⁊ sic tales faciunt sapores secūdū dispositionem suā: ⁊ hoc est signū ꝙ multa exhalatio est sub terra. ¶ Tertium signū est tranquillitas: ⁊ causa est quia tunc exhalatio que est causa venti includiᷓ infra terrā: ⁊ ex illis exhalationibus inclusis causatur terremotus vna cum aliis causis in precedenti questione. Et ex his patet responsio ad quesitum: sed notandum ꝙ non est signum multum euidens ⁊ necessarium sed oportet ꝙ aliqua precesserint ⁊ dispositiones terre ⁊ loci ⁊ temporis: ⁊ tunc si est inconsueta tranquillitas erit signum: non tamen cōuertibile. ¶ Quartum signū est: qñ res existētes in manibus hominum existētium super mare: vel etiam existentibus in nauibus mouētur motu tremoris quāuis non sit motus nec tēpestas: ⁊ causa huius est: qꝛ quedam exhalationes exeunt de foraminibus terre: ⁊ miscentur mari: ⁊ sic faciunt tumorem eorȝ que sūt super aquā. ¶ Quintū signū ē tumor maris incōsuet⁹ sine tēpestate ⁊ vēto: ⁊ cā ē: qꝛ exhalatōes ifra terrā īcluse appetētes ascendere cōmiscētur mari ⁊ cōuertūᷓ in aquā: ⁊ ex isto fit maior tumor marȝ. ¶ Sextū signū qđ ponit Arist. quidā sonus ad modū mugitus ⁊ tube audite infra terrā: ⁊ causa huius est ꝙ exhalatio inclusa infra terram incipit fortificari ⁊ percutit ad latera terre ppe foramina: ⁊ sic fit sonus: ⁊ cōtingit hoc circa terras antrosas ⁊ spongiosas: sicut dicit Aristo. circa Olisum ⁊ Siciliā. ¶ Septimū signū est quedā nebula longa gracilis ⁊ alba admodū linee sita sup sus occasuȝ. cuius causa est: quia tunc non sunt superius venti in aere: quibus distrahatur talis nebula: ⁊ ideo pmanet immobilis ⁊ quieta: ⁊ ideo est exhalatio inclusa: ⁊ hoc est signum terremotus futuri in breui tēpore: puta per diē vel dimidiū post. ¶ Octauum signū est frigiditas aeris ante ortū solis sine vento inconsueta: ⁊ causa est: qꝛ exhalatio de sui natura est calida: ideo reddit aereȝ calidiorē: cū fuerit cū aere permixta: deficiente caliditate redit aer ad frigiditatē: ⁊ sic est signū terremotus. ¶ Nonū signū est: qꝛ per frigiditatē inconsuetā claudūtur pori: ⁊ sic exhalationes includūtur ⁊ non possunt exire ⁊ fortificātur per antiparistasim. ¶ Decimū signū est quando sol fit caliginosus: cuius causa est: quia tunc multa exhalatio incipit exire de terra: ⁊ miscetur aeri: ⁊ facit solem sic apparere obscurum.

Quantum ad secundum. s. de signis sequentibus ⁊ effectibus primū est ꝙ magnus sonus fit: ⁊ postea ille audiᷓ in loco vbi est terremotus: ⁊ aliquādo est maior ⁊ aliquādo est minor: ⁊ est terribilis: ⁊ causa huius est: qꝛ in terre motu terra rumpitur ⁊ dispargitur: et ex impetu exhalatiōis que mouetur sursum; et ex tali exhalatione mota per latera terre gracilia sic fit sonus: et ex fractione lapidū et arborum fit terror soni: sed diuersitas sonorum prouenit ex diuersitate exhalationis et partiū terre fm figuraȝ: quia si exhalatio est multa et foramen magnum facit magnū sonū et grauē: si aūt sit strictum et exhalatio sit debilis facit sonum gracileȝ sicut cantus puerorum, et imaginadū est de isto sicut de sono qui causatur ex pulsu aeris per fistulas: si fistula est grossa: facit grossum sonum ⁊c. ¶ Alius effectus est fractura terrarum et submersio turriū et edificiorȝ et ciuitatū et suffocatio hoīȝ in illis. Et causa est: qꝛ propter exhalationē inclusam terra inferius est cōcaua: ideo exhalatione mouēte terrā et frangente cadit terra in profundū qñ exit exhalatio. ¶ Alius effectus est gñatio nouorȝ fontiū in qͣbusdā locis: qđ ꝯtingit qñ ptes terre ceciderunt ad aliquas concauitates vbi fuerunt aque latentes: ⁊ iste aq̄ ascēdunt p grauitatē terre: ⁊ sic exeūt p loca noua ⁊ nō fit aqua taliū fontiū de nouo pp exhalationē: sȝ exeat p nouū foramē. ¶ Alius effectus est effusio maris sup terrā p modū inundatiōis. ⁊ cā Aristo. est: qꝛ cū partes terre cadūt existēte exhalatiōe tunc qñqȝ cadunt ad mare: et sic in alia parte erit inūdatio. vel alia cā est: qꝛ qñqȝ cōtingit ꝙ exhalatio exiēs de loco terre cū fuerit multa exit cū magno impetu: ⁊ occurrit aliqñ ⁊ obuiat alteri exhalatiōi in cōtrariū venienti: que est fortis ⁊ impetuosa: et ex tali concursu exhalationum que sunt tanqȝ venti: quandoqȝ eleuatur magna

portio aque de mari et defertur ad alia loca: et tunc emittit ⁊ sic fit inundatio. ¶ Alius effectus est qñ fit obscuratio solis sicut p̄dictū est de signo p̄cedenti. ¶ Alius effectus est qñ fit gñatio nouoꝝ mōtiū: qꝛ exhalatio eleuat ptes terre ⁊ facit inundatiōes ⁊ mōtes. ¶ Alius effectus est quādo fit diuisio terrarū vel montiū qui prius erant cōiuncti: sicut dicunt aliqui qꝺ Sicilia fuit cōiuncta italie: sed ꝓpter quendā terremotū fuerunt ille abinuicē separate: sic qꝺ mare trāsit nunc inter istas partes. ¶ Alius effectus est apparitio nouarū insularū in mari q̄ prius nō apparebant. ⁊ causa est: qꝛ sub mari possunt generari montes p terremotū. ¶ Itē alius effect⁹ est qñ fit inundatio vel exitus puluerū de rupturis terre vbi fit terremotus ⁊ inflāmatiōes qñqꝫ: ex quibus cōburunt ciuitates. sicut dicit Arist. ¶ Itē alius effectus est qꝺ cōsequūt mortalitates ⁊ pestilentie post terremotū: ⁊ causa est: qꝛ iste exhalationes exeuntes de terra. exiccāt aerē: sic qꝺ hoīes nō possunt ibi manere nec viuere: ⁊ qñqꝫ exeunt vapores putrefacti ⁊ fetidissimi de subterraneis locis: ⁊ inficiunt aerem: et homines: ⁊ ista signa nō semp oīa cōsequunt verū terremotū: sed aliqua sic: ⁊ aliqua nō. ⁊ qñqꝫ sic: ⁊ qñqꝫ nō. sicut ⁊ precedentia. ¶ Sed notandū est de remedijs ꝯ terremotū ⁊ mala que cōsequunt. vnde dicit Plinius ad cauēdū de illis malis melius est morari in vallibus q̄ꝫ in montibus: ⁊ meli⁹ est habere domos bassas q̄ꝫ altas: ⁊ malū est morari iuxta montes ⁊ bonum in terra plana.

Ad rationes patet quid sit dicendum quia

nō est signū cōuertibile. sed cū alijs multis cōcurrentib⁹ est signum faciens de rumore ⁊ tremore futuro: quare ⁊c.

Questio. IX.



Ueritur nono vtrū tonitruū causetur ex igne extincto ī nube. Et arguit ꝙ sic: qꝛ sicut est de ignito ferro extīcto: ita est de tonitruo: sꝫ sonus illius fit: sicut per ignem extinctū: ergo ⁊c. maior pꝫ: qꝛ illi soni vident ijdē nec differūt nisi secūdū magis ⁊ minus que nō diuersificant speciem: sed minor patet p experientiā. ¶ Secundo. in nube aquosa includitur ignis: vel saltem aliquid de natura ignis: vel exhalatio calida cito ignibilis q̄ extinguit quādo fit tonitruū ergo ⁊c. cōsequētia tenet qꝛ nō videtur ex alio causari q̄ꝫ ex tali extinctione; sed antecedens patet in litera: vbi dicit segregat quedā caliditas ⁊ segregata quidē igitur caliditas in superiorē spargitur locū: quecunqꝫ aūt exhalatio sicca in trāsmutatione in frigidari aeris intercluditur cōuenientib⁹ nubibus ꝯsegregat. ⁊ vi latera offendens ad cōtinentes nubes facit p cursurā cuius sonus vocatur tonitruū: qꝺ nō esset nisi ignis vel igneū includeretur vel cōtineret. ¶ Tertio auctoritate Aristo. primo posteriorū. vbi dicit tonitruū est extinctio ignis in nube: ⁊ idē vult Linconiensis ibidē. ¶ Quarto si nō ergo posset fieri tonitruū sine extinctiōe: hoc cōsequēs nō ꝓ aliquis fuit expertus: ꝯña ꝓbat: qꝛ ex quo nō p extinctionē: ergo sine illa: puta p aliū modū. s. percussurā nubiū adinuicem. Uel aliter: qꝺ posset tonitruum fieri sine nubibus: sicut fit sonus in igne: vt dicit Aristo. circa rupturā lignorū vel p inflammationē sonātem. ¶ Quinto. si nō: hoc esset p tāto ꝙ exhalatio nō extingueret in generatione tonitrui: hoc est falsum: ꝯsequentia tenet: quia si nō extingueretur: tūc remaneret: quare ⁊c.

Oppositum vult Aristo. in secūdo huius.

vbi vult qꝺ diuisio ipsius exhalationis ⁊ motus exhalationis ad spissitudinē nubis incidentis faciat tonitruum audiri: sic qꝺ non ex extinctione ignis in nube: sed ex motu forti exhalatiōis ignite ad spissam nubem causatur recte sonus sicut sonus percussionis antequā faciat ignem vel fiat ignis. propter quod dicit in litera: fit autem post percussuram ⁊ posterius tonitruo. s. coruscatio vel ignitio: sed videtur prius: quia visus anticipat auditum: quod non esset: si esset extinctio ignis in nube.

In ista questione primo vidēdū est de ma

teria ipsius tonitrui. Et deinde videbitur de efficiente et de forma: ⁊ de fine ⁊ de effectibus.

De primo sit prima conclusio. quod toni

truum generat ex exhalatione calida ⁊ sicca tanq̄ꝫ ex materia. probatur: qꝛ eadem est materia coruscatiōis ⁊ fulminis ⁊ tonitrui: sed materia coruscatiōis ⁊ fulminis exhalatio est calida ⁊ sicca: igitur ⁊c. maior patet in litera ⁊ minor similiter. ¶ Sed tñ notādū ꝙ nō capitur tonitruū ibi p sono illo q̄ peruenit ad nos hic: sed p corpore sonāte vl' causante sonū cuius species multiplicant ad nos: ⁊ illius materia est exhalatio: ⁊ etiam forte nubes tanq̄ꝫ corpus percussum: sed exhalatio tanq̄ꝫ percutiens. Nec volo ꝙ exhalatio sit sic materia tanq̄ꝫ altera pars cōpositi ex materia ⁊ forma sed tanq̄ꝫ subiectū illius accidentis; ⁊ hoc quandoqꝫ vocamus materiā. ¶ Et confirmat ista conclusio: qꝛ simul ⁊ semel ascendunt vapor ⁊ exhalatio vsqꝫ ad mediam regionē aeris: ergo possibile est qꝺ in ista media regione aeris exhalatio includatur in nubē: ⁊ sic fortificatur p antiparistasim: ⁊ propter hoc petit exitum ⁊ mouet circa nubem ⁊ percutit ad latera nubis: ⁊ ex tali percussione causatur sonus: qui vocat tonitrum. ¶ Sed notandū: qꝺ tonitruū vno modo causatur ex percussione exhalatiōis ad latera nubis vt dictum est. Alio modo ex diruptione vel fractione nubis propter impetū exhalationis vehementer exeuntis. Et alio modo per motum flamme p aerem; ita qꝺ exhalatio sit inflāmata vel successiue inflāmatur ita velociter et fortiter qꝺ ignis facit sonum. ⁊ istum modum tangit Aristoteles vt dictum est. ¶ Sed notandū est de ordine: qꝺ aliquod tonitruum fit sine nube: adeo videmus exhalationem quandoqꝫ igniri ⁊ moueri cum sono: ⁊ similiter in istis inferioribus quādo flamme candelarū mouent p aerē faciunt vnum paruū sonum. ¶ Itē si vna candela esset nouiter extincta ⁊ teneret alia candela accensa inferior in via fumi inflāmaret candela accensa inferior in via fumi inflāmaretur candela superior cum quodā sono. Et sic imaginandū est de tonitruo: vnde imaginat Arist. quod nubes superius sunt valde dense propter frigiditatem medie regionis: sed inferius propter calorē infime regionis sunt rare: ⁊ tūc exhalatiōes calide ⁊ sicce quādo mouent superius ad nubes: propter nimiā densitatē nō possunt trāsire: ⁊ sic ꝑcutiūt ad istas nubes: ⁊ redeunt hic inferius cū sono: ⁊ ista est cā: quare nō fulminat versus celū: sicut versus terram ⁊ versus nos: sꝫ diuersitas sonoꝝ tonitrui fit ex diuersitate nubis scđm paruitatē ⁊ magnitudinē dēsitatē ⁊ raritatē; ⁊ secundū dispositionem figure nubis: qꝛ aliter causat sonus qñ nubes rūpitur ⁊ dissipat in ptibus q̄ꝫ qñ solū ꝑcutit ad latus sine ruptura: et aliter qñ superius ad nubem: ⁊ aliter quando inferius.

Nunc ergo dicendum est de causa formali:

vnde satis patet ex dictis qꝺ si tonitruū sit actus siue accidens: nō est causa formalis tonitrui: sed si sumat tonitruum pro exhalatione sonāte tūc exhalatio est materia ⁊ sonus est forma. ¶ Sed adhuc notandum de efficiente: ꝙ causa efficiens mediata est calor solum: sed immediata est calor ⁊ siccitas exhalatiōis. ¶ Sed de cā finali pōt dici ꝙ finaliter fit ad terrendū hoīes sicut tū ꝙ vult Lulius ꝙ ꝓpter terrore honorēt deū. ¶ Aliter pōt dici ꝙ fit finaliter ad purgādū aerē: qꝛ qñ aer sic mouet: tūc viscositas aeris corrūpitur ⁊ alie qualitates aerē inficientes. ¶ Et pōt dici ꝙ causam finalē ignoramus: sicut ⁊ multorū aliorū effectuū: vnde ad q̄d sit sonus si ferrū ignitū mandat aque/ scimus bene causam efficientē sed ignoramus determinate finalem. ¶ De effectibus cōiter solēt duo assignari. Primū est: qꝛ cōtingit ꝙ ex forti motu aeris qñ fit sonus tonitrui aliqua animalia ꝓsternunt: ⁊ qñqꝫ aliq̄ arbores frangunt: qꝛ quādo aer est fortiter motus citi⁹ diuidit aliqua corpora rara q̄ꝫ densa ꝓpter subtilitatē suā. ¶ Alius effectus est qñqꝫ aliqua aīalia fiunt surda propter tonitruū. Et cā huius est: qꝛ pellicula auris vel timpanū: qꝺ dicit miringa; ꝓp nimis fortē sonū aeris corrūpitur cū defert sonus ad auditū: ⁊ sic frāgit illius pellicula cū sit subtilis ⁊ aer in aure exit. Et sic nō est organū auditus: ⁊ sic fiunt surdi. hoc qñqꝫ cōtingit in ambabus auribus: qñqꝫ in vna tātū. ¶ Alius effectus est: ꝙ qñqꝫ ceruisia noua qñ est ī ebullitione superueniēte tonitruo corrūpit ⁊ solēt hoīes vitrum vel petras vitri ꝓijcere ne corrūpat: ⁊ causa est: qꝛ in ebullitiōe tūc tonitruū faciens tremorē aeris ⁊ vasoꝝ: in quib⁹ cōtinet ceruisia: cōmouet ceruisiā: sic ꝙ ea q̄ deberēt superius residere cōmouent inferius: ⁊ inferiora superius: ⁊ iō cōtingit hoc: sicut aliqñ cōtingeret si motus violenti fierent: ⁊ hoc qñqꝫ attribuit fulmini. ⁊ possibile est ꝙ aliqñ fulmē sit causa ¶ Si

contra

contra predicta dubitatur: si exhalatio fuerit eleuata ad nubes et inclusa nunquid repleat totum locum et concauitatem nubium. et videtur quod non: quia aliter non posset vndique ad latera repercutere nubes faciendo tonitruum: quia vndique nubes esset immediata exhalationi secundum extremitatem: et ideo oportet aliquas partes esse carentes exhalatione et nube si deberet fieri tonitruum secundum modum predictum. ¶ Ad hoc dicitur quod exhalatio eleuatur in principio cum vapore: et sic retinetur a nube: et postea segregatur vapor ex exhalatione per frigiditatem nubium: et exhalatio condensatur postea: et sic aer subintrat per nubes iuxta exhalationem: et postea confortatur exhalatio: et petit exitum: et superius exire non potest propter densitatem nubium: ideo percutit ad superiorem partem nubis et reflectitur deorsum ad partes inferiores: et sic percutit ad illas: et quandoque ad latus vel latera: nec oportet derelinquere aliquod vacuum. ¶ Item dubitatur ex quo nubes est materia rara ad modum fumi vel caliginis: qualiter potest reflectere exhalationem venientem cum tanto impetu. ¶ Ad hoc dicitur. quod nubes est densior fumo vel caligine et est multum frigida: et propter nimiam frigiditatem medie regionis aeris et multitudinem nubium simul repellitur exhalatio calida: vt dictum est prius: quod contraria se inuicem habent mouere localiter per antiparistasim. ¶ Ex his patet quibus temporibus debent fieri plura tonitrua: et quibus non. Quod in hyeme non: propter defectum exhalationis ex qua fiunt nec multum in medio estatis: quia tunc calor est nimis fortis: sic quod consumit tam vaporem quam exhalationem ex qua fiunt et resoluit in aerem: sed in temporibus mediis: sicut in autumno et in fine veris tunc plura sunt propter exhalationes.

Ad rationes. Ad primam negatur maior: quia non est simile: quia quamuis soni sint similes: tamen nec simili modo nec simili motu mouendo generantur. ¶ Ad aliam in nube aquosa etc. antecedens conceditur quo ad primam partem disiunctiue: sed negatur consequentia. Ad probationem dicitur quod imo ex motu sine extinctione hoc contingit. Ad autoritatem Aristo. dicitur quod ipse loquitur exemplariter: et exemplorum non requiritur veritas: et ideo non oportet illud esse verum. Uel potest dici quod illud aliquando potest fieri: vel non: sine extinctione. ¶ Ad aliam conceditur consequens. Ad improbationem quando dicit nunquam aliquis etc. dicitur quod imo: quia quando ignis est: sonus fit: tamen postea ignis extinguitur: sed prius tonitruum est ante extinctionem: imo recte in generatione ignis est sonus et non in corruptione: sed non audimus: quia visibile citius multiplicat suam speciem quam audibile: ideo videmus ignem antequam audiamus sonum. ¶ Ad aliam: conceditur quod generatur extinctione ignis: et per motum: nec possumus talem motum hic reperire propter nimiam distantiam: ideo oportet nos coniecturari iuxta ea que videmus hic.

Questio.X.



Queritur decimo vtrum typhon et ecnephias fiant ex exhalatione calida et sicca. Et arguitur primo quod non: quia infrigidant: ergo non sunt ex materia calida et sicca. consequentia tenet de se: et antecedens patet per experientiam. ¶ Secundo aliquando apparent ista existente serenitate: ergo illa non sunt ex exhalatione calida et descendente de nube: sicut maxime oporteret si sic esset. consequentia tenet: et antecedens patet ad experientiam. ¶ Tertio arguitur de thyphone specialiter: quia si sic: tunc non moueretur circulariter. patet. quia exhalatio mouetur directe sursum recedendo a medio: et falsitas patet in litera. ¶ Item typhon ascendit de terra directe: ergo non descendit de nube nec mouetur circulariter: vt dicit Arist. consequentia satis patet: et antecedens similiter: quia eleuat res sup terram iacentes ducendo sursum: ergo ascendit. ¶ Quarto. tanta materia non posset includi sic in nube quod remaneret calida et sicca: et quod tales effectus causaret: ergo etc. consequentia tenet: quia si debent venire de nube: oporteret quod ibi fuerint prius: sed antecedens patet: quia nubes sunt valde parue non occupantes vnam totam regionem: quare etc.

In oppositum est Aristote. in litera; circa principium tertii: vbi dicit quod eodem modo dicendum est de residuis modo quo prius dictum est de calidis et siccis. et subdit quod ille sit spiritus segregatus seu exhalatio calida et sicca.

In questione ista primo dicendum est de typhone. Secundo de ecnephia. et tertio de intentione.

Quantum ad primum: sciendum est quod typhon est ventus qui directe descendit de nube et obuiante sibi aliquo vento miscentur illi et ambo simul circulariter mouentur: et sic mouent stramina et puluere de terra et quandoque homines plures fortiores. ¶ Alterius sciendum est quod iste ventus generatur sic quod in nube aquosa et frigida includitur exhalatio subtilis et multa: qua fortificata interius per circunstantiam contrarii petit exitum de nube: quia est maxime leuis: ergo cum impetu ascendit ad partem superiorem nubis a qua propter densitatem iterum repellitur deorsum: et ex vi alterius impulsus diuidit nubem in inferiori parte vbi est debilior: et sic ibi flectitur et circulariter mouetur vsque ad terram: sed tamen melius videtur quod circulatio fiat ex obuiatione ventorum circa terram: sicut contingit circa edificia et portas sicut dicitur in litera: et ideo frequentius circa montes et loca ventosa fiunt tales venti: quia ibi est terra a latere ad quam percutiunt venti: et circulariter reflectuntur et ex illo patent cause typhonis: quia causa materialis est exhalatio: efficiens est caliditas et siccitas: formalis est vna forma mixti imperfecti cui non habemus nomen impositum: sed finalis est purgatio aeris. ¶ Sed notandum de differentia typhonis et fulminis: quia fulmen fit ex tali materia. magis tamen grossa est materia typhonis quam fulminis vt postea videbitur. Secundo differunt ex parte motus fulmen etiam directe descendit sine circulatione: typhon autem non vt prius patuit. Tertio differunt ex parte materie: quia materia typhonis non est inflammata sicut materia fulminis. ¶ Sed contra ista fiunt instantie. nam videtur quod typhon non debeat moueri circulariter deorsum: nam aer inclusus in aqua que multo densior est nube ascendit per aquam non repercussus a densitate: ergo nec typhon a densitate nubium: per locum a maiori. Sed diceres materia typhonis non solum sic descendit propter densitatem nubis: sed etiam propter qualitates in nube que illas depellunt. ¶ Sed contra quia consimiliter diceres de aere sub aqua: contrarias enim habent qualitates. ¶ Item. videtur quod in inferiori parte nubis debeat fieri reflexio: et non in superiori parte: cum ibi sit densior ex quo plus distat ab elementis calidis. ¶ Tertio. impossibile est materiam venti ascendere ad mediam regionem: ergo typhon non ascendit. antecedens probatur: aliter enim in summitatibus montium possent esse venti. ¶ Ad primum. dicitur sicut dictum est propter contrarietatem loci vel continentis. ¶ Ad improbationem eodem modo de aere etc. negatur: nam licet aer sit calidus: non tamen in tantum quod ex hoc repellatur etiam tantum subtus est de frigore aque pelleret sursum sicut supra. ¶ Ad aliam. conceditur quod in superiori parte nubis. Ad improbationem quod inferius dicendum quod inferius sunt nubes rariores propter calefactionem radiorum. ¶ Ad aliam. impossibile est etc. negatur antecedens. Ad probationem dicitur quod in vaporibus materia venti potest eleuari tantum vsque ad mediam regionem: sed sola non potest. Potest etiam dici quod materia typhonis non est ita pure sicca sicut materia aliorum ventorum: sed est coherens in partibus et viscosa.

Nunc ergo dicendum est de ecnephia: quod est ventus magnus descendens cum magno impetu a nube: et deuastat et corrumpit multa sup terram: sic quod in nube parua includitur exhalatio parua et fortificata petit exitum ducens post se magnam partem nubis: et sic descendit impetuose ad terram. et contingit multoties ante magnas pluuias in estate: et differt a typhone: quia typhon est ex materia subtiliori: et mouetur circulariter: sed iste recte mouetur: et causa dicta est prius. ¶ Item typhon raro fit in hyeme: sed pluries in estate: sed ecnephias econuerso: et typhon exit per locum strictum: et alter per amplum: et typhon sepe fit apparentibus nubibus: et ecnephias vero raro vel nunquam.

Sed de effectibus dicit Aristo. quod veniente ecnephia apparet aliqua obscuritas propter commixtionem multarum exhalationum que sunt multum terrestres et grosse et in nube. et accidit post ecnephiam magna pluuia: quia secum adducit nubem pluuiosam. ¶ De typhone sciendum quod typhon descendens aliquando inflammatur propter velocitatem sui motus et intensionem sue qualitatis: et tunc ista materia inflammata vertitur et incensio fit per talem motum: et quandoque comburuntur villa et ciuitates: et descendit de die ita bene sicut de nocte: et apparet sicut rota ignita.

Ad rationes. Ad primam dicitur quod non

quantū est de se:nisi tunc descendat p loca nimis frigida ꝓpter que potest infrigidari:sicut alij venti. ¶ Ad secundum concedo añs:& nego consequentiaʒ:q: nubes remouent anteq̄ veniāt ad nos. ¶ Ad tertiā:negat cōsequētia:q: q̄uis exhalatio moueatur directe sursum:tamē in fine postq̄ surgit de nube potest moueri circulariter vel motu girationis. ¶ Ad quartā negat ꝯña:sed dicendū est ꝙ cum hoc possunt esse plures parue que eleuant vnam magnam.

Questio. XI.



Queritur vndecimo vtrū fulmē sit ignis descendens de nube. Et arguitur qꝺ nō:quia si sic:tunc esset ibi genitus vel nō. pⁱmo modo nō:q: nubes est aquea et frigida que extinguit ignem & nō generat. nec secūdo modo:cū nō esset alius locus vnde veniret. ¶ Secundo. questio implicat falsum:ergo ipsa est falsa:antecedens probat:nam implicat qꝺ ignis descendat:qꝺ est falsum. ¶ Tertio. si sic:tunc cōburerent ista super que incideret. ꝯñs est falsum:quia videmus ꝙ interficit ea sup que cadit sine cōbustione & sine vulnere: ꝯña patet:quia omnis ignis est aptus natus cōburere combustibilia. ¶ Quarto. si sic:ergo indifferenter a qualibet nube & a quocunq; loco & in quocunq; tpe:vel ab aliqua sic: et ab aliqua nō:nec tēpore omni. nō pⁱmū:q: hoc ad experientiam videmus. nec secundū:quia maxime temporibus tēperatis & locis fieret:vt dicit Aristo. in litera:sed hoc est falsuʒ q: nō est calor ad hoc sufficiēs. ¶ Quinto. aut simul combureretur qꝺlibet indifferēter:& qꝺ pcuteretur a fulmine vel nō. nō pⁱmū:quia percutit dura:sicut ferrū clypei nō leso ligno sicut dicit Aristo. in litera:sic & vestimenta tripla:sicut accidit in epheso. nec aliqua sic:& aliqua non:q: sicut alius ignis nullā habet differentiā ad cōbustibilia:sic nec fulmen habebit si sit ignis:quare &c.

Oppositum vult Aristo. in litera vbi dicit. si autē in nube multus & subtilis abstrahat spūs hic fit fulmen:qꝺ nō esset nisi esset ignis descendens.

In ista questione primo videbitur de generatione fulminis. ¶ Secundo videbitur de effectibus fulminis cū solutione rationum.

Quantum ad pⁱmū notandū quod in nube qñq; includit exhalatio calida & sicca & subtilis dispersa p nubē & ex cōtrarietate eiꝰ cū nube cōgregat & fortificat: et sic fortificata petit exitū & frāgit nubē in parte inferiori:& sic ex impetu istius motus inflāmat exhalatio:& tūc qñq; cōtingit ꝙ exhalatio inflāmata dispergit in latꝰ:& tunc vocat fulguratio:& tūc ꝓpter fortē impetū & expulsionē venit vsq; ad terrā igniēdo:& aliqñ mouet p viā strictā:& tūc vocat fulmē qñ sic incēdit. ex quo pʒ gñatio fulminis & fulgurationis. Secūdo differūt:q: maior virtus reqrit ad generādū fulmē q̄ʒ fulgurationē:q: fulguratio fit pp defectū expellētis materiā deorsuʒ. Sʒ notandū ꝙ Arist. videt dixisse de duplici fulmine q: de grosso:& subtili:sʒ alij apponūt tertiū qꝺ est penetrans qꝺ trāsit p ligna & nō cōburit ea sicut declarat exēplis:& illꝺ est valde subtile:sʒ aliud est valde dissipās & magis cōglobatū:& illud est grossum:sʒ tertiū est adurens. Et illa differunt etiā in alijs accidētibus. sicut in colore:& motu:& talia qñq; fiunt albi coloris ad modū flamme albe. Aliꝺ est quodāmō rubeū:siue croceū:& aliud rubicūdū & aliud quasi nigruʒ:et illa diuersitas ꝓuenit ex diuersitate materie fulminis quemadmodū diuersitas coloris flāme ignis:& aliter cōtingit illa diuersitas pp diuersitatē medioꝝ p q̄ vident fulmina:& sic q̄uis essent eiusdē coloris:tn̄ apparent diuersoꝝ coloꝝ. sicut sol apparet puniceus pp caliginē vt dicit septimo tractatu. Illa sic differūt motu:q: cōtingit aliqꝺ moueri trāsuersaliter ad modū volatꝰ aīalis:vel sicut vēti mouent:cū mouent directe deorsum:& aliqñ attingit terrā:& aliqñ nō:sʒ hoc contingit raro. s. ꝙ directe deorsum descēdat:q: tales impressiones ignite frequētius vadunt ad latus:& iō intrant per fenestras & cōburūt sacerdotes. Differunt etiā materia & loco generationis:q: aliqꝺ gñat in nube:sicut dictū est. Aliud etiā gñat in terra: vt quidā dicūt fulmē exire de mōtibus:& qñq; ibi gñatur ex quibusdā fontibus sulfureis defluētibus sub terra:& subtus est quedā minera ex qua eleuant quedā exhalationes calide & igniuntur. ¶ Alij dicūt ꝙ vbiq; contingit: nā si quis fortiter ferrū ignitū intrudat vehemēter ad aquā frigidā generat fulmē:ita ꝙ generat vna flāma:sed nō habet oēs ꝓprietates fulminis. Ex his patet causa materialis q: exhalatio. causa efficiens:quia frigiditas & calor intrinsecus & motus. causa formalis:sicut in alijs. Et finalis similiter. vel si illa non sit finalis pōt esse alia.

His visis dicendũ est ad rationes.Ad primam.q̃ñ dicebat̃:sequeretur ꝙ duo accidẽtia ⁊c.dicendum ꝙ hoc est possibile:q: possum habere talẽ conceptũ animal aial est:homo hõ est.Ubi sunt omnino consimiles in aĩa cõceptus.Ad probationẽ.v.metaphy.dico ꝙ Arist.intelligit de differentibꝰ specie terminis.ꝙ termini significãtes vnum ⁊ idẽ subiectũ differũt specie.sicut musicũ ⁊ albũ signãt sortẽ: differũt tñ specie.Aliter põt dici ꝙ radiꝰ incidẽs ⁊ reflexus faciunt vnũ.¶Ad argumẽta q̃ cõtra hoc erãt:quãdo dicit̃ idẽ agẽs ⁊c.cõcedit̃.q: hec est natura quorũdã agentiũ naturaliũ intentionaliũ:ꝙ pñt agere ante se et nõ retro.¶Ad aliud q̃ñ cõfirmat̃ ꝙ idẽ esset cã efficiẽs ⁊c.negat̃:sed bñ cõcedit̃ ꝙ cã efficiẽs cuz effectu vnũ põt cõponere:sicut posito ꝙ aliq̃d subiectũ sit calidũ ⁊ ꝓpter aliquã dispositionẽ subiecti aliqua pars q̃ nõ fuit adhuc calida calefieret:tota caliditas [illegible] et effectꝰ cõponẽtia illũ calorẽ.¶Ad aliã cõfirmationẽ q̃ñ dicebat̃ de luminosis ꝙ agerẽt:põt dici ꝙ dato ꝙ radij diuersi cõponerent vnũ:tñ adhuc non esset eq̃ intensum lumẽ in quolibet pũcto medij:q: ista lumina sic extẽsa nõ possunt eq̃ agere ad oẽm differẽtiã positionis in quolibet puncto medij sicut in extremitatibꝰ medij ꝓpe luminosa.Uel aliter põt dici ꝙ actio luminis sumit̃ ꝑ lineã distãtie actionis que fit ab agente:sed reflexio fit ꝑ distantiã ad agens.Et propter hoc impedit̃ ne vndiq̃ sit equalis intẽsio:vñ sicut velocitas qua aliq̃d a nõ gradu inciperet intendere motum vniformiter difformiter: esset vniformiter difformis:tamẽ sumẽdo tarditatẽ a gradu ad quẽ terminabit̃ intẽsio vsq̃ ad nõ gradũ velocitatis tarditas nõ esset vniformiter difformis imo valde difformis:q: ꝓcederet ad gradũ infimũ tarditatis.Adhuc aliter põt dici ꝙ tales radij nõ cõponunt vnũ.¶Ad aliud cũ dicitur infinita actu entia ⁊c.cõcedit̃.nec est incõueniẽs:nec sequit̃ ꝙ ex hoc fiat infinitũ.Etiã posset dici ꝙ non cõcurrũt infiniti radij:q: radiꝰ nõ est solũ linea indiuisibilis:sꝫ lõgitudinẽ et profunditatẽ.sed est multũ diuisibilis.¶Ad aliã de vmbris et foraminibus:dicendũ ꝙ est natura radiorũ qui cũ talibus extrinsecis adiuuantibꝰ agũt ad vnã differentiam sic ꝙ nõ ad aliã.¶Ad secundũ principale q̃ñ dicebat̃,capiat̃ a.b.⁊c.admittat̃ casus:et cõcedit̃ ꝙ in a.b.reflectit̃ radius. Ad improbationẽ in nulla parte a.b.⁊c.Est dicendũ:ꝙ capiendo diuisionem vt ibi positũ fuit concedẽdũ esset:ꝙ nec in prima parte fiet reflexio:nec in secũda:nec in tertia:tamẽ negat̃ ꝙ in nulla;⁊ causa est:q: faciẽdo diuisionẽ econuerso videlicet quod partes minores versus a.terminent̃:tũc in prima parte fit reflexio.Iterum in prima parte cum secunda:et sic in infinitum,et eodem modo diceretur si fieret argumentum de refractione.¶Ad tertium principale.negat̃ consequentia.Ad probationem:q: ille radius ⁊c.admisso casu potest dici quod non facerent vnũ.ideo non fit intẽsior radius ꝓpter talẽ additionẽ:⁊ dato ꝙ facerent vnũ adhuc minus intensum additũ magis intenso nõ facit intẽsiorem. ¶Ad aliud seq̃ret̃ ꝙ accidẽs moueret̃ ⁊c.dictũ est in notabilibꝰ ꝙ non oportet ꝙ fiat talis motus in reflexione.¶Ad aliã:cõcedit̃ ꝙ a solis dẽsis sed nõ a solis speculis.Ad probationẽ:cõcedit̃ ꝙ magis manifeste apparet in illis.nihilominus etiã fit in alijs.¶Ad aliã.si hoc esset ⁊c.conceditur. Ad improbationẽ:q: nullũ est planum in istis inferioribus. dicendum quod imo.¶Ad commẽtatorẽ dicit̃ ꝙ loquit̃ de planis secũdũ totũ et secundũ oẽm superficiẽ:et forte nullum tale est:sed sufficit ꝙ sit aliquod planũ sꝫm vnã superficiẽ.si etiã non fieret a planis sufficeret ꝙ a politis corporibꝰ fieret reflexio vel a densis:et sic patet questio ⁊c.

Questio.IIII.



Quarto queritur vtruz aliquis radiꝰ visualis possit aliquibꝰ speculis vel corporibus sic incidere ꝙ reflectatur representans solũ colorẽ:et nõ figurã.Arguit̃ ꝙ nõ q: vel tales radij representant rẽ visã vel speculũ:sed nullũ illorũ potest poni qn figura cũ colore repñtentet̃:ergo ⁊c.cõsequẽtia patet de se:et antecedens quo ad primã partẽ ex diuisione sufficienti:sed quo ad secundã patet:q: omne speculũ est figuratũ:igit̃ si seipsum representat:representat figurã:⁊ nõ solũ colorẽ:et si res visa ꝑ speculũ repñtatur cũ q̃libet res visa sit figurata sicut est colorata:sequit̃ etiã ꝙ figura representat̃.¶Scðo.secundũ plures ꝑspectiuos nihil videt̃ per speculũ nisi res extra speculũ in quo est apparẽs esse:sed q̃libet talis res est colorata et figurata:⁊ si sic apparet siue extra locũ in quo est siue intra semꝑ repñtat̃ sub figura:ergo non representat colorẽ et nõ figuram.consequẽtia patet:et antecedens ꝓbat̃:nã dicũt quidã perspectiui ꝙ non videt̃ imago in speculo:sed res que apparet esse extra locũ in quo est.⁊ est causa:q: si imago videret̃ videret̃ ad oẽm differẽtiã positiõis.circũquaq̃ circa speculũ:sed hoc est falsum:vt patꝫ per experientiam.consequentia vltima tenet:ꝑ illos qui dicunt ꝙ ois forma naturalis ꝑ talẽ modũ multiplicat se:puta omniquaq̃ indifferenter.Et hoc confirmant autoritatibus alio[illegible] perspectiuorum [illegible] in quinto perspectiue in cõmẽto ꝓpositionis.xxiiij.que dicit ꝙ forma sensibilis nõ informat ipm speculũ sicut forma naturalis suã materiã pz ex hoc:q: nõ in omni differẽtia positionis videtur forma in speculis a quibuscũq̃.nã aliquis accedens ad speculũ fixũ videt formã quã prius non vidit:et recedẽs a loco visionis forme prius in speculo fixo vise non amplius videt illã:ita ꝙ vult dicere ꝙ non erit forma in speculo impressa q̃ videatur:sed solũ res q̃ est extra.¶Tertio.si sic:ergo nõ habentia colorẽ ꝑ talia specula videri non possent:hoc est falsum [illegible] tenet q: non videmꝰ nisi magnitudinẽ ⁊ colorẽ:sed falsitas patet:q: multa sunt luminosa:sicut sol:luna et huiusmodi non colorata que per talia specula videri possunt:vt patꝫ ꝑ experientiã.¶Quarto.si sic:hoc etiaz propter paruitatẽ speculorũ,cõsequẽtia tenet:per dictum Aristo.in litera:circa quod incidit q̃stio:quia specula sunt sensibilia:et ideo impossibile est apparere figuram:quare semper videbitur esse figura diuisibilis.sed probatur cõsequẽs esse falsum:quia specula parua consimilem figuram representant hic apud nos sicut magna:quod videmus per experientiam;et si non:ponatur ergo quod paruum speculum ponatur ita propinque quod figuram cũ colore representet: et magnum ita remote quod appareat equalis figura ꝑ paruum:et per magnum;⁊ ponatur quod vtrunq̃ remoueatur a visu in eodem medio dyaphano:vel q̃ maius speculũ velociꝰ remoueat̃ quousq̃ eque cito dispareat figura ĩ magno speculo:sicut in paruo:quo posito:cũ eque bene non appareat figura in magno:sicut in paruo:ergo hoc non est ꝓpter paruitatẽ speculi:imo si speculum esset infinite magnũ stãte casu iam imaginato hoc contingeret.Et confirmatur:q: recedente speculo aliquo in quo apparent color et figura: non potest dari aliquis locus quin eque bene disparcat color sicut et figura:vel ad minus color apparebit diutius in magno speculo q̃ figura et ideo hec ratio nõ erit ꝓpter paruitatem speculi.¶Quinto.si sic:hoc maxime esset ꝑ specula concaua

in concaua spherica:hoc consequens est falsum:et cōsequentia tenet:quia per experientiā videmus quod oculo posito in centro speculi concaui apparet color rerū visibilium et non figura.sed consequens probatur esse falsum:quia si nulla figura appareret in oculo existente in centro speculi concaui ergo apparebit color sine magnitudine vel sine figura.cōsequētia tenet de se:sed hoc probatur esse falsum:quia figura et magnitudo sunt idē:et sensus exteriores nō percipiunt aliquid sine magnitudine vel sine figura:ergo.consequētia tenet de se:sicut patet in libro de sensu et sensato:et in secūdo de anima:ideo non potest sentiri color sine figura. ¶ Sexto.si sic:igitur a fortiori color posset intelligi sine figura:quod est falsum:consequentia tenet:quia si potest sentiri sine figura potest intelligi. sed falsitas probatur:quia tūc corpus posset intelligi sine magnitudine:et longitudo sine longitudine:magnitudo sine magnitudine:quod videtur impossibile:sed consequentia patet:quia omnis color est magnitudo et est corpus. ¶ Septimo si sic:tūc figura posset apparere sine colore:hoc est falsum:vt patet inducendo in singulis:sed consequentia tenet a simili. ¶ Iterū.nil potest videri sine triangulo vel pyramide:cuius conus est in centro oculi:secūdū perspectiuos:igitur nō sine figura. ¶ Iterum.figura est prior colore:igitur prius:videtur:consequentia tenet quia sicut res habet se ad esse:ita se habet ad cognosci sed antecedēs patet:quia cōsequentia subsistendi non conuertitur a figura ad colorē vel coloratū:quia nō sequitur figura est: igitur color est:licet ecōuerso. ¶ Itē.si sic:vel color appareret sub magnitudine finita vel infinita.non secundo modo: quia hoc est impossibile:nec primo modo:quia si sub magnitudine finita:igitur sub figura:et habetur propositum.

In oppositum est Aristo.in litera cum dicit quod in quibusdam speculis apparent solum colores talia autem sunt quecunque parua speculorū:et subdit causam: videbitur enim esse diuisibilis omnis figura:oīs enim figura simul videtur esse figura et diuisionem habere.hoc idem dicit in.vij.cap.de iride.

Pro questiōe notādum quod specula sunt in multiplici differētia:nā quedā sunt plana et alia cōuexa: et alia colūnaria alia pyramidalia alia concaua et cōsimiles habēt differentias et figuras:et hoc de speculis regularibus: sed de irregularibus infinitis modis differētie possunt poni. Suppositis igitur dictis in alijs q̄stionibus alique suppositiones sunt premittēde. ¶ Prima est:quod in omni speculo regularis figure angulus incidentie angulo reflexionis est equalis.hec patet per secūdā quinti Vitulonis.et per Jacob Alkindi de radijs. ¶ Secūda est quod si per aliqd planū speculum diuersi radij visuales perpēdiculariter inciderint:isti sunt equales vel eque distātes:quod patet:quia duo anguli intrinseci quā duabus lineis rectis tertia superuenerit sunt eq̄les duobus rectis:ergo sunt eq̄ distātes:per vigesimā octauā et vigesimā nonā primi Euclidis. ¶ Tertia:quod si due recte linee vel radij super idē speculū cōuexū ex eodē latere perpēdiculariter inciderint vtraque earū in cōtinuū et directe protracta iret ad cētrū.ista patet:quia perpēdiculares super speculū cōuexū sphericū dicuntur tales:que ad superficiē incidētes procedūt ad cētrū. Et etiā hoc patet ex precedētibus q̄stionibus.et ex hoc patet quod iste essent cōcurrētes:quia in pūcto centri speculi:et per cōsequēs non eque distantes. ¶ Quarta suppositio:quod si in speculis concauis radij perpendiculares insistāt:illi procedunt a centro:aut in centro concurrent:nec essent eque distantes. hoc patet eodem modo sicut precedens.

Istis dictis ponūtur alique cōclusiones. Prima est:quod ad hoc quod speculū represētet aliquā rē totam:et hoc speculum planū:requiritur quod sit equale rei visę:vel maius. istā probatur per primā et secundā suppositionē.nā si a.b.directe opponatur speculo c.d.plano:tunc per primā suppositionē anguli incidētie et reflexionis cū sint recti erūt equales igitur sūt per lineas eque distantes et perpendiculares:ideo nō potest hoc esse in minori speculo. ¶ Ex quo inferūt correlarie: quod tota figura non appareret in minori speculo plano:quā sit res speculāta. ¶ Secundo infertur:quod res apparet tanta in tali speculo plano:quāta apparet vel appareret:si ipsa esset vbi est illud speculum planū:et hoc suadent per hoc:quia si non:iam radij non essent perpēdiculares:neque eque distātes a speculo. ¶ Item inferūt quod aliquā pōt apparere res maior in isto speculo:quā res extra appareat scilicet quā res est magis remota quā speculū. ¶ Secūda cōclusio illorū est:quod tota res pōt apparere in speculo cōuexo minori ipsa re:nō tamen quātūlibet minori.probatur per primā et tertiā suppositiones:quia si res presentatur directe et opponatur:tūc species representatur per radios perpendiculares supra conuexū.qui vadūt approximādo per tertiā suppositionē:ergo minus occupāt de spatio quā illa res extra.et ita argueretur si oblique opponeretur. ¶ Ex hoc inferūt correlarie quod res apparet minor in speculo cōuexo quā appareret si esset vbi est speculū:et ex hoc etiā sequitur quod cōuexū minus pōt representare totā figurā maioris rei visę licet non in quacunque distantia. ¶ Ultima conclusio istorū est:quod ad hoc quod speculū cōcauū representet totā rē et totā figurā:oportet quod ipsum sit maius ista re.probatur per primā et quartam suppositiones:quia perpēdiculares magis distāt approximando ad speculum:ergo sequitur quod res sit minor et occupet maiorez locū in speculo quā sit res:et hoc dicunt faciliter apparere in figura. ¶ Et ex ista inferunt quod in tali speculo concauo res semper apparet maior quā sit. ¶ Item inferūt quod in speculo colūnari siue sit concauum siue cōuexū res apparet alterius figure quā sit secundū rei veritatem.diuersitas est ex quo secūdū longitudinē colūne apparēt magis oblonge:secundū latitudinē vero apparent breuiores.et causa est vt dicunt:quia secundū longitudinē sunt linee recte: sed secundū latitudinē linee recte cōcurrunt vel continue plus separantur:sicut patet per primā cōclusionē:quod res apparent tante quāte sunt in planis:sicut in colūnaribus quo ad longitudinē:sed sicut per secundā et tertiā in conuexis speculis apparent minores:sic secundū latitudinem colūne quo ad cōuexum:et secundum longitudinem apparēt sicut in planis. sed quo ad concauū apparēt maiores.et sic similiter suo modo fierent diuersimode in speculis pyramidalibus cōcauis vel conuexis proportionaliter.quia talia sunt mixta ex colūnaribus et sphericis.sed quāuis suppositiones precise sunt vere et necessarie:tamē conclusiones ibi illate cum correlarijs apparent esse false.et propter hoc ponende sunt alie conclusiones. ¶ Prima est:quod si radij visuales incidentes a rebus visis per specula plana rebus directe vel oblique obiectis non requiritur quod specula plana semper rebus visis sint equalia:sed speculum planū pōt esse minus in duplo vel in triplo etc.quā ipsa res visa sit. ¶ Ex quo patet primā cōclusionem precedentem esse falsam.probatur:sit enim a.b.visibile in duplo maius c.d.speculo plano:et sit eque distans seu directe oppositū:procedat ergo radius ab ipso b.super d.quod fieri potest:quia quodlibet punctuz a.b.visibilis hemisphe rialiter radiat ad minus si non fuerit impeditum:et hoc per lineas rectas ab eodem puncto b.ductas.reflectatur ergo b.d.radius oblique incidens super planum speculū ad punctum e.secundum equalem angulum reflexionis:sic quod angulus e.d.c.sit equalis angulo incidentie:et hoc oportet per primam suppositionem:similiter ab a.puncto super.c.incidat oblique radius qui reflectatur super e.et sit e.centrum oculi:tunc a.b.quod est maius c.d.videtur totaliter per e. ergo nullo modo reqritur c.d.speculū esse maius vel equale:sed imo potest esse minus in duplo:quod fuit probandū. Eodem modo argueretur de quibuscūque.Nec potest dici quod puncta intermedia inter a et b.non habent locum inter c.et d.quia detur quicunque puta f.medius et incidat super g.medium punctum speculi vel alium locum:et reflectatur secūdum equalem angulum: sic quod radius reflexus veniat super e.ergo punctus f.videtur ab oculo:et sic arguitur de quolibet puncto medio.Sed correlarium conclusionis satis patet de se. ¶ Secunda conclusio:quod quātum ad conuexa specula tota res potest apparere in cōuexo speculo maiori vel minori:dummodo magnitudo speculi sit sensibiliter magna:et hoc demonstratur modo predicto:dummodo ad figuram precedentem vna circūferentia transiens per c. d.vel portio sphere addatur:et tunc vt prius probatur per suppositiones:quia a.b.quod est maius videtur per c.d.speculum minus ab oculo e.sicut prius ductis lineis incidentibus et reflexis:sed tamen non fiet istud secūdum quod dixerūt illi de opinione priori:quia a.b.non videtur per radium incidētem super cōuexum speculū perpendiculariter ab ipso b.pro-

cedentē: imo si recte ꝓducerentur radij incidētes nō cōcurrerent in centro speculi semꝑ: sed quandoqꝫ vltra: quādoqꝫ citra: ꝗuis tamē verū sit ꝙ res apparet esse in ꝯcursu radij visualis recti: cū linea a cētro rei vise ducta in centrū spheresi speculū sit cōuexū. Sed ille linee nō sunt ꝗ incidāt ⁊ reflectunt semꝑ vel non semꝑ sunt tales. Et ista cōclusio intelligēda est de vno solo speculo: q2 propter plura pōt inueniri cauillatio: et debēt esse specula in eodē medio vniformi cum re visa ⁊ oculo: ne ꝓpter refractionē radiorū cōtingat cauillatio. ¶ Tertia cōclusio: ꝙ ad hoc ꝙ speculū cōcauum representet totam figurā non oportet ꝙ sit maius isto qđ speculatur: sed potest esse minus: qđ probat: q2 ponat ꝙ a.b. sit aliꝗtulum magnū: vt puta: distantia oculorū faciei vni⁹ hominis: ⁊ sit d.c. portio speculi concaui minor ꝗ sit distātia a.b. et incidat radi⁹ a pūcto b. sup c.d. secundū equalē angulū reflectat super a. ⁊ ali⁹ radi⁹ ab oculo a. incidat sup punctū d. ⁊ reflectat secundū equalē angulū sup b. sic ꝙ a. videat b. et b. videat a. tunc cū a.b. sit maius c.d. ⁊ videat ꝑ speculū concauum min⁹: nō requirit ꝙ ipsum speculū concauum sit maius. Ex qua conclusione ptꝫ falsitas vni⁹ cōclusionis precedentis. posito ꝙ a.b. sit in certo situ inter cētrum ⁊ peripheriam. et bene centrum est quod imago rei vise apparet maior ꝗ sit res visa: licet tamen sit minor speculo. Et ex isto patet correlaria precedētis opinionis esse falsa: quia fundantur super eo quod imago occupat locum maiorem re visa. ⁊ hoc est falsum. Et ex hoc patet correlarium tertie conclusionis esse falsum.

Ad argumēta illius opinionis. Ad primū admitto casum ibi positū: et cum dicitur quod anguli incidentie sunt recti: conceditur quod aliqui sunt maxime in casu posito. et conceditur ꝙ aliq̄ sunt eque distantes: sed cōsequētia nō valet: ꝙ ergo nō potest in minori apparere: q2 imaginatur ꝙ ab ipso b. non ꝓcedat ali⁹ radi⁹ nisi ꝑpendicularis qđ est falsum: imo a.b. super quēlibet punctū c.d. speculi radij recti ꝓcedunt: lꝫ alij ⁊ alij sup alia ⁊ alia puncta ⁊ si ergo nō videt ꝑ radios ꝑpendiculariter incidentes poterit videri ⁊ videbit ꝑ radios oblique incidētes ⁊ reflexos oblique. ¶ Ad aliam rationem que fuit pro tertia conclusiōe de speculis concauis. Dicendum qđ radij visuales nō oēs nec semꝑ magis distant: imo possibile est quod concurrant si directe protrahantur sed tamen res vise per illos apparent distare: et propter hoc res apparet maior: ꝗuis imago et locus imaginis super speculum esset minor re visa. et ista patent per experientiam: et ex octauo et nono perspectiue Alhazenis.

His visis dicendū est de alijs speculis que sunt differentia a priorib⁹ asperitate et lenitate. Unde quedam specula habent superficies simplices et bene lenes per totum. Sed alia habent superficies compositas ex multis curuis et multis rectis superficiebus simul: et iste recte: et curue superficies sunt ita parue ꝙ vna tota imago non pōt sensibiliter oculo apparere sub figura determinata: et hoc ꝗtum ad ista specula est supponendum quod imago nō apparet nisi reflexio sit vniformis et determinata. et ista suppositio patet q2 ad experientiā videm⁹ quādo frāgim⁹ vnū speculū in multas minutas partes ꝙ non possumus videre vnam faciē integrā vel aliā figurā magnā in qualibet parte: saltē in omni distantia. ¶ Et de istis sit prima conclusio, quod speculuꝫ nimis asperū vel figure inordinate nō representat totam vnā figurā totius rei vise. probatur ex suppositiōe iā ꝑmissa: q2 opꝫ ꝙ haberet figurā planā: et nō haberet asperitatē nimiā: sicut tū supponit habere, ⁊ cōsequētia ptꝫ ex dictis. Ex hac cōclusiōe ptꝫ: ꝙ ꝗuis partes parietis vel alteri⁹ dēsi qn̄qꝫ representent colorē similē colorib⁹ obiectorū presentiū: tū nō repsentat figurā. Et ex isto ptꝫ responsio ad q̄situ. videlicet ꝙ aliqua specula possunt sic reflectere qđ appareat color ⁊ nō figura. ¶ Sed notādum ꝙ adhuc sunt alia specula valde varia: q2 q̄dā sunt valde rara: et alia valde densa. exēplū de densis sicut vitrea chalybea: de raris sicut aer et aqua vapor et huiusmodi que non sunt multū dēsa. ¶ Etiam de istis sit hec cōclusio: quod rara specula quātūcunqꝫ rara si sint sufficientis magnitudinis et plana reflectunt colorem et figuram licet non omnibus eque sensibiliter si non sint impedita: probatur: quia quolibet raro potest dici rarius: ideo concurrente minus raro eo quod tu das fit reflexio: vt patet ex questione precedenti. et ideo dictuꝫ fuit quod quodlibet medium quantumcūqꝫ rarum simul reflectit et refrangit. ¶ Sed alia pars conclusionis: quod non omnibus eque sensibiliter: patet: quia vnus quādoqꝫ videt quod non alter. et ideo dicit Aristo. de Antiphonte. ꝗ vidit speciē suā vel seipsum in aere ante se. de quo videbit postea an sit verū vel non. ¶ Deinde dicēdū est de alia diuersitate speculorum. videlicet. ꝙ quedā sunt magna et quedā valde parua. de magnis dictū est. ¶ Sed de paruis sit cōclusio responsalis ad quesitū. quod quedā specula parua possunt reflectere radios visuales sic ꝙ eadē specula representant colorē tantū: ⁊ nō figurā rei vise: et hoc propter nimiā paruitatē et indistātiā respectu oculi dati ceteris parib⁹. ⁊ ista ex dictis prioribus patet: ⁊ per experientias inuenit: ⁊ patet etiā ꝙ satis magnū speculū in aliquo situ dato potest representare colorē ⁊ nō figurā. sicut patet de speculo concauo: oculo posito iuxta centrū. ⁊ propter nimiā paruitatē: etiā qn̄qꝫ impedit angul⁹ incidētie ⁊ reflexiōis: ne fiat reflexio ad determinatū situm. Et ex isto patet ꝙ si plurima talia specula forent sibi iuxta posita nō redderēt figurā sed colorē. ¶ Ex istis dictis ptꝫ quomō halo potest apparere reflectēs lumē lune vel solis ⁊ non figurā: ⁊ hoc si fiat ꝑ reflexionē. ⁊ hoc est qđ voluit Aristo. in litera: cū dicit oportet autē intelligere continua specula: sed ꝓpter paruitatē vnūquodqꝫ quidē inuisibiliter. Et sic similiter de iride est imaginādū. Sed ꝑter istas diuersitates est alia diuersitas. s. secundū situm: q2 aliqua sunt specula sic sita: quod directe sunt opposita rebus obiectis: et si talia sunt plana: tunc aliqui anguli incidentie aliquib⁹ angulis reflexionis sunt equales: ⁊ sunt recti. Si autē sunt spherica specula conuexa: et radij recte incidant: ambo sunt maiores duob⁹ rectis: quilibet per vnū angulus contingētie est maior recto. ⁊ si sint spherica concaua minores duob⁹ rectis: quilibet ꝑ vnū sed si oblique opponat res: et radij oblique incidant: tunc angulus incidētie āgulo reflexionis est equalis sed vterqꝫ istorū est minor recto: et hoc equaliter: ⁊ hoc siue cōtingat sup plana specula siue super qualiacunqꝫ et secundū hoc accidunt multe diuersitates: q2 si radij oblique incidant et nulli recte: tūc oportet visuꝫ esse in termino recte reflexo oblique: aliter non videbit. Si vero radij recte incidunt: tūc oportet visum esse directe oppositū sed si aliquod obstaculum interponatur: tunc non videbit. etiam si aliquod medium perspicuum coloratū interponat reddit visibilia taliter colorata apparere: scilicet colore medij: sicut apparet de visis per vitra rubea ꝗ apparēt rubere: et sic similiter esset de alijs. etiā mediū interpositū posset qn̄qꝫ sic esse figuratū: ꝙ licet non variaret colorem faceret trāspositionē in apparitione imaginis rei vise: sicut si qs recte inspiciens speculum conuexum vel cōcauum: ⁊ interponēs intra visum et speculū vrinale sphericū plenum aqua munda: apparebit imago trāsuersa scilicet frons ⁊ crines inferi⁹ et mentum et collum superius: et hoc accidit propter figurā interpositi. ¶ Istis positis inferunt quidā quod si non sit obstaculum inter speculum et rem: tūc quelibet pars rei apparet i q̄libet pte speculi: sic qđ in q̄libet pte apparet ocul⁹: siliꝛ i q̄libet pte nasus: et in q̄libet parte os: ⁊ sic de alijs: sed tū nō oīa ab eodē situ apparēt eidē oculo: sꝫ i diuersis q2 ibi mihi appet nasus ibi vni alteri appet ocul⁹ ⁊ tibi os ⁊ sic de alijs. et istud est pro conclusione mea prima contra illos: dixi enim ꝙ b. radiaret hemispherialiter ad mediū ⁊ sup speculū c.d. ⁊ sic ꝑ consequens ex dictis ponentiū oppositum videtur sequi propositum. ¶ Adhuc sunt alia specula diuersa secundum colores. nam sunt aliqua specula colorata: lꝫ non multum intense: et ista faciunt res apparere consimilib⁹ coloribus sicut sunt ipsa specula: sicut si quis inspexerit speculum rubeum apparebit rubeus: ⁊ si quis inspexerit superficiem lactis apparebit albus: et si quis superficiem nigrā apparebit niger vel remisse albus. ¶ Sed diceres: ad qd valet ista diuersitas speculorū: Dicendum ꝙ valet ad sciendū quot modis decipimur per specula: quia secundum diuersitatem speculorum contingunt diuersi effectus: vt experientia docet. et etiam intellecta hac diuersitate intelligitur dicta Aristo. in litera: quomodo aliqua specula reflectunt colorem et non figuram: et quomodo iris possit apparere tanꝗ per specula.

per specula. ¶ Item alie diuersitates contingunt et deceptiones: et hoc propter diuersam polituram speculorum. vt si versus vnam differentiam politura sit in longum protracta plusquam in alia: tunc apparent imagines esse retro speculum longiores versus istam partem vbi est politura longa et breuiores versus aliam: et ex hoc contingunt deceptiones quod homo inspiciens vno modo speculum apparet valde oblongus: sed alio modo apparet latus. Et de causis omnium istorum dicunt perspectiui quod ista fiunt propter concursum diuersum radii visualis cum catheco .i. perpendicularis. ¶ Ulterius notandum quod aliqui volunt quod non apparet imago nec species in speculo: sed solum res extra videtur in speculo per lineam reflexam et non aliqua imago: sicut aliqua res videtur per radium refractum per diuersa media sed tamen videtur quod non oporteat. Unde imaginor quod si quodlibet actu in medio vel in speculo vel iuxta speculum conseruetur re visa et radiante destructa: et maneat oculus videntis sicut prius: tunc talis oculus continue videt: et non rem visam que presentialiter radiauit: ergo imagines: et non minus nunc quam tunc: ergo nunc imago videtur. et similiter imaginor quod videatur imago in speculo per lineam rectam: sed res visa per lineam reflexam: vel per lineam reflexam et incidentem simul. et quia imago est debilior recta et vera similitudine visibilis: que per radium rectum sine reflexione causaretur: ideo homo faciliter obliuiscitur de facie sua quando vidit se in speculo: licet enim pluries viderit seipsum in speculo: citius tamen obliuiscitur vel ignorat dispositionem faciei sue quam si vidisset vnum alium semel vel bis. ¶ Et confirmatur hoc quia si imago rei vise esset solis: stante casu predicto: et per imaginationem sole destructo oculus videntis continue lederetur et debilitaretur quod non esset nisi esset ibi aliquod ledens: et si fieret in concauo speculo: radii reflexi comburerent stipulam vel combustibilia: quod non esset nisi aliqua res ibi realiter existeret: et non solum apparens et non existens. ¶ Item sicut intelligo intellectionem et chymeram vel Julium Cesarem: absque hoc quod aliqua res agat extra: ita consimiliter posset esse si imago conseruaretur in speculo: luminoso vel visibili destructo.

His visis dicendum est ad rationes principales. ¶ Ad primam dicitur: quod tam speculum quam res: sed tamen conceditur quod non oportet quod sub equali vel consimili figura semper appareat vel magnitudine. Cum dicitur: quod speculum videtur sub figura etc. Dicendum est quod pars rei apparet sub figura et non consimili sicut est: nec etiam sicut tota est: sed bene color totius apparet: si non fuerit impeditum. sicut dictum fuit in vna conclusione. ¶ Ad aliam rationem negatur antecedens. ad probationem quando dicitur: tunc apparet ad omnem etc. dico quod non oportet. Ad probationem: omnis forma etc. dicitur quod non: quia falsum est de tali que naturaliter est determinata ad agendum secundum angulos determinatos: quod sic aliquid representat per vnam differentiam quod non vbique. et sic est de imagine speculi. vnde quamuis paries per albedinem videatur vndique: tamen non est sic de imagine speculi: et sic est diuersitas inter formas intentionales: sicut imagines in speculo: et species in medio: et alias formas corporales grossas. et hoc voluit Uitulo in quinto perspectiue: sicut etiam visum fuit prius in aliis questionibus. ¶ Ad confirmationem quando dicitur si daretur imago videretur esse species: sed nulla talis videtur. Dico quod immo aliqua talis videtur licet non omnis puta ista que est in denso sensibiliter: sicut est de imaginibus in speculo. sed non oportet de illis que sunt in raro sicut in aere et cetera est natura que sic ordinauit. ¶ Ad aliam. Dico quod color sumitur hic indifferenter .s. pro lumine et pro colore et pro luce: quia forte sunt idem: et ideo ratio non procedit de corporibus celestibus luminosis. ¶ Ad aliam. hoc esset propter paruitatem. conceditur quod quandoque sic est. Ad improbationem. specula parua etc. Dico quod possent ita remote poni quod non representarent figuram similem totam totius. Ad probationem admisso casu ibi posito dicitur quod eque cito. Ad probationem dicitur: quod non semper oportet hoc fieri propter paruitatem speculi: immo quandoque si cetera non essent paria posset idem fieri in paruo et in magno speculo. ¶ Ad aliam confirmationem quando dicitur. recedente etc. Dico quod immo diutius apparet color quam figura: et hoc est propter causas dictas. et ideo verisimiliter est quod semper vbi apparet halo sunt aliqua talia corpora vel specula satis magna. tamen propter remotionem reflectunt lumen solis vel astri et non figuram. ¶ Ad aliam. hoc maxime esset pro tanto etc. conceditur quod ita est quandoque. sicut etiam dicit vnum correlarium conclusionis. Ad probationem dico quod non apparet figura talis et tanta: sicut est res visa: sed quandoque minor alicuius partis: sed non consimilium terminorum: et hoc sufficit. ¶ Ad aliam. conceditur quod quantum ad aliqua predicata que dicuntur de termino signante ipsum et non quantum ad omnia. vnde bene conceditur: quod bene intelligitur sine illa figura puta circulari: et sine ista puta triangulari: sed non sine figura nec sine magnitudine: sed bene sine omni figura: et sine omni magnitudine: et sic similiter de corpore diceretur. ¶ Ad aliam negatur similitudo et consequentia. ¶ Ad aliam conceditur quod sub figura appareat: licet non talis sicut est res visa. ¶ Ad aliam conceditur quod aliqua res se habet ad cognosci: sicut se habet ad esse ab aliquo cognoscente sed non omnis a quolibet. ¶ Ad aliam. vel finita vel infinita. concedatur quod finita: et conceditur quod sub figura: tamen non sub figura tali sicut est res visa: sed sub alia: et sic patet etc.

Questio.V.



Ueritur quinto vtrum halo appareat propter refractionem radiorum in vapore interposito inter visum et luminosum circa quod apparet. Et arguitur primo quod sic auctoritatibus Aristo. in hoc tertio nam dicit quod causa omnium horum est eadem omnia enim hec refracta sunt et loquitur de halo et iride. ¶ Iterum dicit. refrangitur autem a consistente circa solem aut lunam caligine visus: et sic per totum tractatum loquitur: ideo videtur quod propter refractionem radiorum appareat halo. ¶ Secundo ad idem omnis radius transiens per media diuerse densitatis frangitur in occursu densioris vel rarioris: igitur radius solis vel lune transiens per aerem et per vaporem densiorem aere frangetur in superficie vaporis in partibus vbi apparet halo: ergo halo fit per refractionem. consequentia patet satis: quia hoc dicitur frangi. sed antecedens quo ad primam partem supponitur in litera. videlicet quod ibi sit vapor densior aere vel caligo: et tunc ex prioribus questionibus patet quod occurrenti medio densiori frangitur. ¶ Tertio sic. radius oblique incidens super medium diuerse densitatis refrangitur a perpendiculari vel ad perpendicularem: ergo radius luminosi circa quod apparet halo refrangitur. consequentia et antecedens iterum ex anterioribus questionibus patet. ¶ Quarto. si non fieret per refractionem hoc ideo esset quia fieret per reflexionem: hoc est falsum. consequentia tenet: quia oportet altero istorum modorum fieri cum non fiat per radium rectum. sed falsitas probatur: quia si fieret per reflexionem oporteret quod ibi essent quedam specula: vel superficies polite reflectentes radium: sed hoc est falsum consequentia tenet: quia reflexio non fit sine talibus saltem notabilis et manifesta: sed falsitas patet: quia si ibi essent specula vel superficies plane polite: tunc radii non penetrarent nec apparerent hic in inferiori quando apparet halo: quod experimur falsum. consequentia tenet: quia apparet quedam vmbra circularis circa terram propter densitatem speculi vel speculorum vbi reflectitur radius: cuius oppositum experimur: quia eque intensum lumen est vndique super terram.

In oppositum videtur esse Aristo. in litera: qui dicit quod iris et halo fiunt eodem modo: sed iris fit per reflexionem: igitur et halo. minor patet: quia dicit de iride: quod apparet in paruis speculis. ¶ Item dicit in litera de halo postquam demonstrauit quod sit figure circularis: oportet autem intelligere continua specula sed propter paruitatem vnumquodque quidem inuisibile. Ex quibus apparet quod fiat per reflexionem: quia visa per specula videntur per reflexionem.

In ista questione recitabo vnam opinionem: que apparet quibusdam fuisse et esse Arist. et hoc sufficiet in ista questione. Sed postea in aliis questionibus videbitur oppositum. vnde aliqui dicunt exponendo quid sit halo: quod est idem quod corona: et sic halo et corona sumuntur pro eodem in decimo perspectiue Uitulonis: et est corona que habetur circa solem vel lunam quando aer est aliquantulum obscurus: et quando nubes non sunt nimis dense. et quandoque apparet circa candelas hominibus no-

uiter expergefactis de somno. ¶ Ulterius notandum: qđ quandoq; halo nõ apparet secundũ circulũ completum sed secundũ portionem maiorem vel minorem semicirculo: hoc est circulo hoc est ꝓpter defectũ materie. etiã halo quãdoq; apparet circa lunã: quia sol quandoq; congregat vapores ⁊ facit nubem: quãq; dissoluit in vẽtum: ⁊ sic non toties apparet circa solem. ¶ Item notandũ ꝙ quando marcessat halo qđ est signum future serenitatis: q: materia ex qua dꝫ fieri pluuia consumitur vel condensaꝛ in nubẽ. ⁊ quãdo halo apparet inspissari: et materia in qua fit halo: hoc est signũ pluuie vel niu s. ⁊ hoc est ideo q: fit in superiori parte inferioris regionis aeris: in qua influentia celestis agit in spissando et conuertẽdo vapores in aquã: ⁊ sic fit pluuia: vel nix si frigus sit forte. sed qñ materia distrahitur in vna parte: sic ꝙ halo incipit ibi corrumpi et non alia: tunc significat ventum: q: talis materia transit ad generationẽ venti: sicut dicit Arist. in litera. ¶ Nũc ergo de quesito rememorando aliqua dicta in prioribus q̃stionib⁹. videlicet quomodo differunt reflexio et refractio: quomodo in reflexione que nõ est per lineã perpẽdicularem imaginandi sunt tres anguli: videlicet angulus ad quẽ fit reflexio: ⁊ angulus incidentie et angulus reflexionis. Angul⁹ ad quẽ fit reflexio est ille q̃ est contentus cum duobus radijs: videlicet incidentie ⁊ reflexionis: tũc istorũ triũ angulorũ duo. s. incidentie et reflexionis frequenter sunt equales: sed tertius puta ad quẽ fit reflexio: quãdoq; est acutus ⁊ quandoq; est obtusus. quando est acutus tunc oculus est aliquando inter illaꝫ rem que reflectit ⁊ obiectum sicut contingit in apparitione iridis. oculus enĩ vidẽtis est inter solẽ ⁊ locũ iridis: sed quando angulus ad quẽ fit reflexio est obtusus: tunc illud quod reflectit et obiectum causans sub eadẽ differẽtia positionis sunt sicut quando fit halo: tunc enim sol ⁊ vapor sunt versus eãdẽ partẽ: sed visus nõ mediat inter illa: sed vapor vel halo mediat inter visum et obiectuꝫ: puta solem vel lunam. propter quod dicunt isti ꝙ ista reflexio est similis refractioni ꝓpter angulũ obtusum: q: oĩs refractio est ad angulũ obtusuꝫ: ita ꝙ voluĩt dicere ꝙ si a. oculus videret b. visibile per planum speculum in puncto c. sic ꝙ radius b. c. ita oblique incideret ꝙ angulus b. c. a. ex duob⁹ radijs contẽt⁹ esset obtusus: tunc talem reflexionem vel visionẽ dicerẽt fieri per refractioneꝫ quandam ꝓpter similitudinem ad refractionem: q: oĩs refractio fit ad angulũ obtusuꝫ sicut satis potest haberi in figura prime questionis huius tertij.

His visis est prima cõclusio illorum: quod halo non fit per refractionem proprie dictam. probant: quia secundum Aristote. in litera: illa albedo illius etheris siue circuli est color vel lumen: ⁊ ex hoc tunc arguunt: nulla res per idem mediũ simul videꝛ per lineã rectam ⁊ per lineam refractam: ⁊ hanc dicunt patere de denario posito in ꝓfundo aque in vase: et de baculo q̃ apparet fractus si medietas sit in aqua: sed quando videmus halo: tunc videm⁹ solem ⁊ lunã per lineam rectam in cẽtro halo: igitur tũc nõ possum⁹ ipsum videre per lineã refractã in circũferentia. ¶ Secũdo probant sic. omne corpus apparens per lineam fractam apparet continuum sicut est: licet appareat maius vel in alio loco: sicut apparet sol maior quando est in oriente propter vapores interpositos refrangẽtes radios. et sic de alijs. Sꝫ in halo sol non apparet tali modo nec luna: nec apparet ꝑ totum in circunferentia indiuisus: q: apparet in medio: ⁊ similiter in extremitatib⁹ circũferentie: ⁊ intercipiꝛ mediũ in quo non apparet vsq; ad centrũ. ⁊ volunt isti quod sol appareat in circunferentia halo ⁊ in centro nõ per vnũ radiũ: sed per duos concurrentes in oculo. ¶ Tertio. radij reflexi nunq̃ concurrunt in vno pũcto nisi frangens sit sphericum vel portio sphere: sicut apparet ex septimo ꝑspectiue Alacẽ: sed vapor ꝓpter quẽ apparet halo sic se non habet: q: radij de sole venientes non procedunt sic: imo concurrũt: et tamẽ vapor est difformiter figurat⁹: ⁊ nõ est sphericus: ideo apparitio halo non potest fieri ꝑ refractionem: sed erit ꝑ reflexionem. ¶ Quarto omnis fractio fit ad perpendicular eꝫ vel a perpẽdiculari: vt habitũ est prius: modo in nulla tali radij concurrunt cum perpendiculari: ergo cum radius rect⁹ veniens a sole ad oculum cum alijs radijs circulariter veniẽtibus concurrat in oculo: sequitur quod non fiat talis fractio proprie dicta. ¶ Secunda conclusio illorum est: quod halo est fractio improprie dicta hanc probant quia reflexio ad angulum obtusum est fractio improprie dicta: sed halo est reflexio ad angulum obtusum: ergo ⁊c. ¶ Ex isto patet quod halo fit per reflexionem et non per refractionẽ nisi improprie dictam secundum quod expositum est.

Per hoc ad rationes principales. ¶ Ad autoritatem Aristo. dicunt illi ꝙ sumit refractionem improprie secundũ quod vult secunda conclusio. ¶ Ad secundã. conceditur ꝙ radi⁹ transit ꝑ duo media: ⁊ quod frãgitur in superficie nubis: sed hoc non est ibi vbi apparet halo: sed in alio loco: ⁊ ideo vbi apparet halo ibi fit reflexio. ¶ Ad tertiam, radius ꝓcedit vltra ⁊c. negaꝛ consequẽtia: q: aliquis ꝓcedit vltra: etiam aliquis reflectitur: sicut contingit super vitra et super aqua dyaphana. ¶ Ad quartam concedunt quod fit ꝓpter reflexionem ad angulum obtusum: aut per refractionem improprie dictã. Ex hoc modo sit soluta questio nostra.

Questio. VI.



Sexto queritur vtrum halo fiat per refractionem radiorũ visualiũ. ¶ Arguitur primo quod nõ: quia fit per reflexionem solũ: ergo non per refractionem. consequẽtia patet satis: quia ista ex opposito distinguuntur. antecedens probatur rationibus quibus probate fuerunt prima et secunda conclusiones questionis precedentis. ¶ Secundo arguitur autoritate Arist. qui dicit: quod ad intelligendum quomodo fit halo oportet intelligere continua specula vt prius allegatuꝫ est: sed omne quod videtur per specula hic videtur per radios reflexos ⁊ nõ refractos: ideo halo fit per reflexionem et nõ per refractionem: consequentia satis patet: antecedẽs quo ad primam partem patet in litera: vt dictuꝫ est: sed pro secunda parte patꝫ ex prioribus questionibus. ¶ Tertio. si fieret ꝑ fractos aut igiꝛ hoc esset ad perpendicularem; vel a perpendiculari: sed nullo modorum: igitur ⁊c. consequentia patet. antecedẽs quo ad primam partem patet per diuisionem sufficientem: sed q̃tũ ad secundam partem probatur quod non ad perpendicularem: quia sit a. b. perpendicularis: ⁊ a. c. radius refractus: ⁊ queritur nunquid inter a. b. ⁊ a. c. sint alij radij refracti vel non. si non: hoc est contra experientiam: quia vbicũq; ponitur oculus videꝛ halo: igitur oportet quod per aliquem radium. si sic: ergo non magis dicitur refract⁹ ad c. q̃ ad quãcunq; aliam differentiam extra a. b. ⁊ a. c. ⁊ sic radius refrãgeretur ita bene a perpendiculari sicut ad perpendicularem: quem tu dixisti frangi solum ad perpendicularem. eodem modo argueretur si radius diceretur frangi a perpendiculari.

Oppositũ arguitur. quia si halo fit per reflexionem: non oportet tunc quod semꝑ quando apparet halo nubes sit in medio: vel vapor inter astra et oculum videntis: sed hoc est falsum: ⁊ contra Aristo. in litera: ⁊ contra experientiam. sed probatur consequentia: quia si vapor circulariter circũstaret et in medio non esset vapor circa centrũ: tunc adhuc posset talis reflexio fieri super latera vaporis: ideo adhuc posset apparere si fieret per reflexionem: ⁊ tamẽ non esset vapor in medio. ¶ Secunda. quia in qualibet parte vaporis apparet halo in diuersis sitibus: sed hoc nõ esset si fieret per reflexionem: ergo oportet quod fiat ꝑ refractionem. cõsequẽtia patet: sed antecedens pro prima parte ꝑ experientiã vbicũq; homo mouetur sub halo semꝑ videt halo: et patet quod non idem: qđ nõ esset nisi in qualibet parte vaporis esset halo: sed antecedens quo ad secundã partẽ patet: nã nullum est speculum vel corp⁹ reflectens sic dispositum quod vndiq; faciat apparere similitudinem obiecti: ⁊ maxime q̃tum ad profundum sui: sicut apparet in questionibus precedentibus. ¶ Tertio. si fieret per reflexione: tũc circa stellam qualibet existente vapore posset apparere halo. consequentia tenet: quia ita bene stella potest speculari per reflexionem radij a luna vel a stella sicut sol: igitur cuꝫ hoc esset halo: sequitur propositum.

In ista questione quia visuꝫ est in precedẽti quod

ti quod fit per reflexionē seu per refractionem improprie dictam: propter hoc nūc vidēdū est de opposito: qđ qđē puto ꝓbabili⁹. Et p̄mo p̄mitto sicut Aristo. in littera ꝙ qñ appet halo: tūc sup⁹ ī aere est vapor aliquātulū spiss⁹ ad modū nubis tenuis seu subtilis ⁊ est paruarū partiū ⁊ hoc Arist. ꝓbat ī lr̄a ꝑ experiētias q̄ dicte fuerūt circa litterā. ❡ Scđo p̄mitto ꝙ radius visualis refrāgit̄ occurrēte medio densiori vel rariori si obliq̄ incidat. hec suppositio patet ex precedentib⁹ q̄stiōibus: ⁊ istā p̄mittit etiā Aristoteles in lr̄a. ❡ Tertio p̄mitto ꝙ radius ꝑpendicularis nō frangit̄ in occursu alterius medij densioris: sed directe procedit si poterit vltra multiplicari. hoc iterū patet ex precedētibus.

Sit ergo ista prima conclusio, ꝙ halo fit ꝑ refractionē radiorū visualiū: q̄ ꝓbat̄: nā fit ꝓpter multiplicationē radiorū astri vel luminosi vsq̄ ad occursū medij dēsioris: ⁊ q̄ illi radij nō oēs sunt ꝑpēdiculares: ergo refrāgunt̄ cōsequētia tenet ꝑ secūdā suppositionē: sed antecedēs p̄tz ꝑ primā ⁊ tertiā. ❡ Et cōfirmat̄: q̄ si nō: hoc maxime esset ideo: quia fieret ꝑ reflexionē: sed hoc est falsum cōsequētia tenet per aduersarios ex precedēti questiōe. sed falsitas ꝓbat̄: q̄ ꝑ experiētiā videmus ꝙ licet aqua sit superficies specularis ⁊ reflectat radiū solis: tamē aliquis potest intantū eleuari super aquā ꝙ q̄uis prius vidisset solē per reflexionē in aqua: tamē postea nō videbit solē: ⁊ sic similiter est de luna vel de alijs luminosis minoribus: imo nec videret lucem nec figurā solis: sicut apparet per experientiā in satis parua distantia: sed quia halo multū est eleuatus a visib⁹ nr̄is nō poterit hic infer⁹ tanq̄ per reflexionē a speculis factā aliquid apparere de sole vel de luna. cōsequētia patet: quia eadē ē distātia oculi ad halo: ⁊ ecōuerso: ⁊ q̄ plus est lux solis vel lune impediret visum ne debilē reflexionē in nimia distātia posset ꝑpendere. imo lux reflexa semꝑ debilior est p̄ncipali: ⁊ ideo impedirct̄ cū lux solis vel lune sit intēsa veniēs ꝑ eādē viā. ❡ Et cōfirmat̄: si vsq̄ ad tantā distātiā possemus videre lucē reflexā: tunc radij solares sup aquā ⁊ terrā icidētes notabiliter possent calefacere mediā regionē: cuius oppositū dicit Arist. in primo huius: ⁊ cōsequētia tenet: q̄ eque bene radij reflecterent̄ vsq̄ ibi a densiorib⁹ ⁊ magis politis corporibus: sicut sūt terra ⁊ aqua: q̄ bene ab illo loco vel ab alio ꝓpinquo reflectant̄ hic ad nos: ⁊ propterea nō min⁹ videt̄ fieri halo per refractionē in nube vel in vapore q̄ fieret in vrinali pleno aqua munda vel semipleno retro posito lumine vel candela ardēte: sed ibi fit halo per refractionē ⁊ nō per reflectionē: ergo ⁊ in vapore. cōsequētia satis patet antecedens probat̄: quia certū est ex suppositiōib⁹ p̄missis ꝙ a candela q̄ esset retro inciderēt aliqui radij obliq̄ super superficiē vitri vndiq̄ secundū circulū qui radij refrangunt̄ ⁊ concurrunt ex alia parte: vt experiētia docet: tamē aliquis ē ibi radius perpēdicularis qui trāsit per tertiā suppositionē nō refractus: ⁊ ideo fit verus halo quia circulus lucidus apparēs in denso medio inter visum ⁊ luminosum: ⁊ nihil aliud est halo: vt p̄tz ex .x. Vitulonis: ⁊ ex questiōe p̄cedēte. vitulo igit̄ docet in .x. quomodo aliquod corpus sphericū coloratum apparet per crystallū sphericū figure armillaris vel sicut armilla ipso existente in vna parte ⁊ oculo ad oppositā partē vitri vel crystalli: ⁊ halo nō videt̄ aliud eē q̄ talis armilla apparēs ꝓꝑ solē vel lunā. ❡ Item ꝯfirmat̄ autoritate Vitulonis in .x. perspectiue conclusiōe .xxvij. vbi dicit ꝙ corona fit ex refractione radiorū solis vel lune vel aliarū stellarum prime magnitudinis ī vapore circulariter ad visuz quā demōstrat ibidē. ex q̄ satis p̄z ꝯclusio p̄cedēs. ❡ Item cōfirmat̄ q̄ q̄rit̄ de vapore: ꝓpter quē apparet halo: nūquid sit dyaphanus vel nō sit: si ergo radi⁹ nō reflectit̄: sed trāsit: ⁊ ꝑ cōsequēs frāgit̄: si obliq̄ incidat occurrēte dēsiori medio vt si reflectit̄ radius reflexus ꝓcedit ad aliā viā nō penetrādo profundū: igit̄ cū radius per quē apparet halo trāseat ꝑ profundū vaporis: ⁊ nō remaneat nec reflectat̄ ī superficie: sequit̄ ꝙ fit per refractionē radiorū: ⁊ nō ꝑ reflexionē. ❡ Iterū dato ꝙ fieret per reflexionē: ⁊ per parua specula ad angulum obtusum sicut dicebatur in precedenti questione: queritur quomodo talia specula possunt situari ꝙ radij regulariter veniant ad visum sine fractione. infinite em̄ vel quasi sūt innumerabiles guttule sursuz vel deorsuz ꝑspicue ⁊ dyaphane: ꝑ quas radius transit: nec poterit sine fractione reflecti: sicut appet imaginanti ⁊ ꝯsideranti: cuz non sit vna sola series speculorum: sed multum magna ordinatio: sicut apparet in guttulis in quibus fit iris artificialis: q̄ consimili modo fit. ❡ Sed notandū ꝙ aliqui dicunt ꝙ halo nō fit secundum refractionem obseruantem leges: quas ponunt ꝑspectiui de fractionibus: ⁊ ideo ponūt quartū modum radiandi q̄ nec ē ꝑ radiū rectū nec ꝑ refractū: nec ꝑ reflexū: de q̄b⁹ dictū est in questionib⁹ precedētib⁹. ❡ Sz erit quartus modus ꝑ radium absorptū vel incorporatū: ⁊ iste modus radiandi potest fieri vndiq̄: ad omnez differētiā positiōis ab isto corpore radiuz absorbente. verbi grā: sic vident̄ nubes illuminate a sole ⁊ vndiq̄ appēt similiū colorꝫ ⁊ albe saltē q̄dā: ⁊ nō ꝑ vnā solā viaz: puta per radium incidentē ⁊ refractuz a perpēdiculari vel ad perpendicularem: q̄ iste radius absorptus multiplicat similitudinem suam ⁊ recte sicut lux luminosi: ⁊ sic videt̄ luna absorbere radium solis: ⁊ ꝓpter hoc aliquantulū luna ī ꝓfundo illuminat̄. Et ex isto p̄tz ratio quare nos non videmus imaginem solis ꝑ lunam sicut videmus reflecti lumen solis: sed tamē istud non potest esse vndequaq̄ verū quia tunc non possumus habere aliquaz causaz quare circulariter vł ꝑ modum armille lucide appeat halo quia si vndequaq̄ sic radius multiplicaret̄ totus vapor appereret sicut nubes lucida a sole vel a luna illuminata ꝓpter qđ oportet redire ad leges radiorum ꝓ cā huius assignanda secundum ꝙ dicit Arist. nec sufficit reflexio nec radius rect⁹: ideo opꝫ ꝙ sit radius refractus: licet nō sit sine reflexione: q̄ tamen reflexio nō ad nos ꝑuenit: nisi velis sumere reflexionem sic: ꝙ oīs multiplicatio lucis vel luminis in medio dyaphano sit quedam reflexio sicut allegatum fuit ꝑ Aristo. in ij. de aīa prius in precedentibus questionibus: sed talis reflexio est idem cū refractione ⁊ nō distinguitur ab illa secundum ꝙ prius fuit visum in alijs questionibus de reflexione ⁊ refractione.

Per hoc ad rationes. Ad primam: si fieret per refractionem ⁊c. negat̄ antecedens. Ad ꝓbationem conceditur ꝙ hoc sit possibile; nec est inconueniens: quia certum est ꝙ candelam ardentem videre possunt ꝑ vrinale impletum aqua secundum radium ꝑpendicularem directe ꝓcedentē: ⁊ cum hoc radij a candela oblique procedentes ad eundem visum possunt ꝑtingere: sicut expiētia docet: ⁊ hoc ꝑ radium refractum: ⁊ maxime si vitrum esset difformis figure ⁊ distorte seu irregularis: sicut imaginamur de illo vapore in quo fit halo. Et ex isto patet solutio prime rationis vel conclusionis prime questionis precedentis. Quādo dicitur nulla res ⁊c. negat̄ maior. Ad probationē de denario in fundo aque posito: dico ꝙ non est simile. nam denarius existēs in aqua nō ē extra mediū densius: sꝫ in densiori: sed si esset extra: distās valdē posset videri ꝑ rectū radiū ⁊ ꝑ refractū: sic ē de sole vł de luna cū sint extra mediū densius: ⁊ aliquos radios oblique diffundant: ⁊ alios ꝑpendiculariter: ⁊ sic similiter est de candela posita extra vitrū. ❡ Ad aliam rationem illius conclusionis quādo dicebat̄ ꝙ oē corpus ⁊c. cōcedit̄ ꝙ appet continuum: ⁊ sicut est. quando dicit̄ ꝙ sol nō appet tali modo dico ꝙ imo: quia in halo sol appet circa centrum totus integer. ⁊ similiter radij debiles oblique cadentes in circunferentia halo representant solē seu partē illaz causantē radiū: ⁊ sic bene videt̄ idē sol ꝑ radiū rectū: ⁊ iterū secundo ꝑ radiū refractum: nec ꝓpter hoc apparet discontinuus lꝫ plures vł pluries. Pōt dici ꝙ ī circūferētia halo nō videt̄ sol vel luna: sed lux vel lumen actum in medio ⁊ incorporatū in vapore: ita ꝙ simul lumen ⁊ vapor videntur in circunferentia: quod patet ex eo ꝙ si ꝑ imaginationem non implicātem contradictionez conseruaret̄ halo ⁊ totū lumen actum in medio destructo astro tunc videret̄ lumen incorporatum ⁊ non astrum: ⁊ sic modo non minus q̄ tunc videt̄: sicut etiā videmus corpus lune illuminatum a sole ⁊ nō solē: sic videmus halo ⁊ nō solū astra. ❡ Ad tertiā radij fracti ⁊c. conceditur: ⁊ quando dicitur ꝙ omnes radij ⁊c. conceditur vel saltem tot quot sufficiunt ad apparitionem halo. Et quando dicitur ꝙ ille vapor non sit sphericus: hoc non est sufficienter probatum. ⁊ si totus non sit sphericus: potest hoc fieri per plures spherulas paruas vt post videbitur. ❡ Ad quartam cum dicitur ꝙ omnes radij ⁊c. conceditur. Et quādo dicitur nulla talis fractio ⁊c. negatur: quia radius obliquus incidens potest sic toties frangi ꝙ concurrat cum recto: sicut de facto contingit in vrinali: ꝙ radij oblique incidentes

dentes concurrunt retro cū radio ppendiculariter transeū te et recto. ¶ Ad secūdā pncipalē rationē. oportet intelligere plura specula rc. dicendū φ Arist. sic dixit vt de eo magis cōplete possem⁹ imaginari quomodo fiat halo: nō qdez qđ ita sit: sed exemplariter loquitur: vel per specula parua intellexit corpora paruam lucē vel lumen receptum diffundentia: sicut specula reflectunt hic inferius: alias si essent solum specula polita in supficie nō possent causare apparitionē halo vsq₃ huc ppter rationes precedentes. ¶ Ad tertiam cum dicitur rc. conceditur quod ad perpendicularem primo: postea a perpēdiculari. Ad improbationem admisso casu ibi posito dico quod inter a.b. ⁊ a.c. est bene aliqs ali⁹ radius: licet non refractus a pūcto a. sed ab aliquo alio pūcto satis ppinquo: et sic extra a.c. infiniti sunt radij ab alijs punctis refracti: et ad alias perpendiculares: nec est vna sola perpendicularis sed infinite: sicut infiniti radij sunt oblique incidentes.

Questio. VII.



Queritur septimo vtrum tempore apparitionis halo sit vapor interpositus inter visum et astrum. ¶ Et primo arguitur quod non: qr tunc maxime tempore nebularū appareret halo. cōsequēs est falsū quod apparet per experientiā. et consequentia tenet: qr tunc maxime ponitur vapor inter visum ⁊ astrū. ¶ Secundo. si sic: tūc astrū appareret puniceum: quod est falsum: vt docet experiētia. consequentia tenet per rationem Arist. in litera: qr fulgidū visum per nigrum seu per vaporem densum apparet puniceum. ¶ Tertio. si sic: tūc aliquod grauius aere quiesceret superius: nec descenderet non detentū. consequēs est falsū et contra naturam grauium. consequētia tenet: nam ille vapor est grauior aere: quia densior. ¶ Quarto. si sic: tūc astrū appareret alibi φ̄ sit: ⁊ remotius a nobis tempore halo: sed hoc est falsum sicut experientia docet consequentia tenet ex dictis in alijs questionibus: quia visa existentia in medio rariori φ̄ sit oculus apparent extra loca in quibus sunt et remotius: propter causas dictas prius in questionibus. ¶ Quinto. si sic: tunc ibi non essent parua specula vel guttule rorde per quas reflectere videtur halo: hoc est falsum et cōtra Aristo. in litera: quia oportet intelligere parua specula. consequentia tenet. qr vapor est alterius nature φ̄ guttule: nec vapor est specularis: quia absorbet radium: et non reflectit nec frangit ipsum proprie. ¶ Sexto. si sic: tunc quandoq₃ halo appareret diuersorum colorum: hoc est falsum et cōtra experientiam: qr semper apparet albus: et consequentia tenet per dictum Aristo. in litera quia si vapor esset ita densus in apparitione halo sicut iridis: tunc posset apparere talium colorum sicut iris: et iris tota inter nos et astrum apparet.

In oppositū est Aristoteles in litera. qui dicit: fit quidē fractio visus a consistente aere et vapore in nube si regularis ⁊ paruarum partium cōsistens extiterit. ¶ Unde vult φ halo fit quando aer vel vapor condēsatus est inter visum et astrum: vel non sine illo.

Quia questio ista a duobus precedētibus presupposita est: tamen hoc ordine videtur procedere Aristoteles in litera. qua propter primo videbitur de quesito. secundo de coloribus halo secundum colorum diuersitatem et materie.

Quantum ad primum notandū est quod per vaporem intelligitur quecunq₃ exhalatio calida et humida vel aquea vel qualiscūq₃ alia condēsatio aeris ppter quam condensationē radij possunt refrāgi sic quod appareat maior lux. ¶ Quidam tamen expositores volunt φ vaporem intelligi aliquā materiam que sit sub media dispositione inter nubem et aerem; sic quod non sit tante raritatis sicut aer: nec tante densitatis sicut nubes: quod est probabile. ¶ Quibus premissis.

Sit hec prima cōclusio. quod tempore apparitionis halo est vapor interpositus inter visum et astrū probatur: quia vbi apparet halo: ibi est maior claritas ⁊ lumen sensibilius φ̄ in alijs partib⁹ medij: ergo ibi est maior dēsitas φ̄ alibi. antecedens patet per experientiam. consequentia tenet: quia nunφ̄ in eodē medio dyaphano et vniformi apparet maior claritas in vno loco φ̄ in alio ceteris paribus: ergo si apparet maior claritas cū hoc non sit propter maiorem raritatē; quia in rarioribus medijs minor apparet lux: ergo erit maior densitas ad quam fit refractio. et huic concordat Aristo. ij. de anima. vbi vult φ lumen in medio non sit nisi reflexio lucis propter medij densitatē. ¶ Secunda conclusio: φ halo fit effectualiter ex refractione luminis ad illum vaporem: probatur: qr vbi apparet halo: ibi est maior claritas: ergo. ibi lumen plus refrangitur: ⁊ sic sequit̄ quod causat̄ ab illa refractione effectiue. quomodo autem fiat talis refractio magis specialiter videbitur post. ¶ De secundo sit conclusio quod vt in pluribus halo apparet albus. probatur: quia halo fit per vaporem tenuem et nō multum spissum vel densum: igitur apparet albus. cōsequentia tenet: quia propter densitatem apparent alij colores: vt dictum est in litera de causis diuersitatis colorum iridis: sed antecedēs patet: qr videmus stellas paruas per illuz vaporem: quod non esset nisi vapor ille esset tenuis et subtilis. ¶ Secunda conclusio. possibile est quod aliquando appareat halo coloratus coloribus consimilibus coloribus iridis: licet aliquātulū magis remissis. pbatur per experientiā ⁊ rationē: qr qūq₃ vapor est aquosus ⁊ densus: sic qđ lumen astri nō potest apparere per ipsum omnino consimilis coloris: ergo apparet secūdū diuersitates: ergo in alijs ⁊ in alijs partibus vaporis alij ⁊ alij apparebūt colores: sicut in iride De causis aut diuersitatis colorū magis specialiter videbitur in iride. sed tamen aliquis posset sustinere φ si appareat corona colorata circa astrum quod esset iris: secundum qđ Aristo. videt̄ dicere in litera. sed tamē nō est omnino similis iridi: qr iris fit p reflexionē: ⁊ halo p refractionē; φ̄uis in colorib⁹ essent similes. ¶ Tertia cōclusio. φ quandoq₃ halo apparet circul⁹ magis obscurus. pbatur: qr qūq₃ est nimia densitas vaporis intantū φ vix lumē vel modica lux potest apparere: ⁊ tunc apparet obscur⁹: ⁊ hoc dixit Aristoteles in litera: ppter qđ et nigre fiunt colores he maxime. et reddit causam propter inspissationem vaporis in aquā: ⁊ verum est φ partes vaporis iuxta circūferentiā ppter densitatē et propter presentiam magne lucis apparent tenebrose: quia opposita iuxta se posita magis elucescunt: et tamen hoc non est aliquis color: sed priuatio lucis ⁊ coloris vel remissio lucis siue vmbra.

Ad rationes. ad primam rc. negatur consequentia: quia non sufficit vapor omnimode dispositus: sed oportet quod sit vapor tenuis eleuatus et distans a visu: qr si esset coniunct⁹ cum visu: non semper oporteret fieri cōgregationē radiorū visualiū post refractionē i visu: ⁊ si hoc nō fit non apparet halo: et sic fit quando fiunt nebule. ¶ Ad secundam dicitur quod non oportet quādo ille vapor nō est ita densus: nec sic siccus φ sufficiat ad causandū apparitionē punicei coloris. ¶ Ad tertiam. negat̄ consequētia. ad pbationē dicit̄ φ vapor ille aere aliquo est grauior ⁊ aliquo leuior vel minus grauis: et hoc ppter virtutē astrorū ⁊ per calorē suū quib⁹ eleuat̄ in aere. Ad pbationē: qr est densior conceditur: sed negat̄ φ grauior: qr glacies sunt densiores aqua: ⁊ tamen supernatāt: ⁊ sic de lignis. ¶ Ad quartam rc. conceditur. Et ad Arist. dicit̄ sicut prius dictum est: φ astrū apparet ibi per perpendicularem radium qui non frangit̄ saltem in medio halo: ⁊ sic non remotius. ¶ Ad aliam rc. cōceditur sicut dictum fuit in vltima conclusione. ¶ Ad aliaz tunc rc. ad hoc etiam dictum fuit prius in precedenti questione. et sic patet rc.

Questio. VIII.



Queritur octauo vtrum vapor in quo apparet halo sit figure spherice. et arguitur primo qđ sic: quia talis vapor est plures guttule: quarum quelibet est figure sphericę: et per quālibet talium appet halo: igitur vapor in quo apparet halo est figure spherice cōsequētia pz: sed antecedens quo

dens quo ad primam partem patet in tractatu quodam de iride:qui sic incipit.Cum expertum sit per astrolabium zc. in quo dicitur de halo q apparet per plures spherulas vel per paruas guttas sphericas.Et cõfirmaẽ per literã Arist. qui dicit q eodem modo fit iris z halo.z iris fit per plures guttulas paruas sphericas sicut patet in litera:quia per rorationem vel per alias paruas guttulas. ¶ Secunda pars antecedentis patet:qr vndiqz secundũ circunferentiã apparet halo:ergo vndiqz sunt tales spherule:p quarũ quãlibet apparet:qr nõ plus per vnã q̃ per aliam. ¶ Secundo.non potest esse plane figure:nec alterius q̃ spherice:ergo spherice figure.consequẽtia tenet ex quo est figuratus.sed antecedens probaẽ q non possit esse plane figure:qr linee perpendiculares super planã essent eque distãtes:ergo radij obliq̃ incidẽtes ab incessib⁹ rectis refracti cũ nõ cõcurrerent cum perpendicularib⁹ nõ concurrerẽt inter se:z sic non apparet halo eidẽ oculo.Similiter pbaẽ antecedẽs pro alia parte: qr non columnaris figure:qr radij obliq̃ incidentes sup longitudinẽ colũne non concurrerent sicut iã arguũ est de plana superficie et propter eandẽ causam nõ põt esse pyramidalis figure per idẽ:nec cõposite figure ex pyramidali et colũnari:qr idẽ incõueniens sequereẽ. ¶ Tertio superficies cõuexa vaporis vndiqz equaliter distat a centro mundi:et similiter superficies concaua eiusdẽ:ergo est spherice figure quo ad conuexũ z concauum.cõsequẽtia patet per diffinitionem sphere:nulla etiã alia figura secundũ extremã supficiem poterit equaliter ab eodẽ pũcto distare nisi spherica. sed antecedens probatur:quia cause eleuantes vaporẽ sunt vndiqz equales:z similiter vapor equaliter ascendit z locus cõtinens est spherice figure:puta media regio aeris:et hoc est q̃tum ad concauum sui:igiẽ z locatũ quo ad superficiez extremã erit talis figure.consequentia tenet:sed antecedẽs habitum est in questionibus primis:z ex eo quia concauum medie regionis est vbi terminanẽ reflexiones radiorũ solis a terra:que reflexiones terminantur vndiqz secundũ spheram. ¶ Quarto.si non esset spherice figure tunc halo posset apparere alterius figure q̃ spherice puta quadrate vel quadrangularis:consequẽs est falsum:et contra experiẽtiã.consequẽtia tenet.qr secũdũ partes materie z dispositiones diuersas diuersificaẽ forma:z si tunc materia puta vapor esset quadrangularis et non spherica tunc appareret halo quadrangularis.

In oppositũ arguitur.quia vapor ille est tãq̃ nubes subtilis z tenuis:sed nulle nubes sunt spherice figure nec alicui⁹ regularis figure ergo nec vapor.cõsequẽtia tenet:sed antecedẽs p prima parte probaẽ ex litera:sed quo ad secundã partẽ patet inducendo in singulis nubib⁹ que habent aliquas partes eleuatas:et aliquas depressas: et sicut sunt valde difformis figure.

Ista questio est valde difficilis:quia difficulter vel raro:vel nunq̃ possumus experiri vel scire p experientiam quomodo vapor iste sit figurat⁹ nisi per rationem speculando inuestigemus supponendo que dicta sunt in superiorib⁹ questionib⁹ puta quid sit refrangi ad perpẽdicularẽ vel ab incessu recto z a ppẽdiculari z similia que hic in proposito tãq̃ principia sunt sustinẽda. Et ita supponiẽ q̃d si vapor ille sit plane figure quo ad supficiẽ supremã:q̃d tunc radij obliq̃ incidẽtes:z equaliter a ppẽdiculari radio distãtes sunt eq̃ longi vel equales.hoc ptz:qr si ex vna pte essent radij lõgiores iã halo appareret sicut linea recta:z tanq̃ circulus obliquus z diametrorum inequaliũ.cõseqñs est falsum:et contra experiẽtiã:cũ appareat secundũ circulũ:sed consequẽtia patet:qr inclinarenẽ radij ex vna parte intãtũ q in cõparatione ad oculũ apparerent quasi in eadẽ plana superficie ab oculo vsqz ad astrum:z sic circuli apparentes apparent linea recta vel circul⁹ obliquus:sicut patet p vnã conclusionẽ libri de aspectibus.

Isto supposito sit prima conclusio ista:quod hic vapor in quo apparet halo vel corona pfecta sine diminutione nõ est figure plane secundũ superiorẽ z inferiorẽ superficiẽ:seu secundũ superius z interi⁹. Probaẽ:posito q a. sit oculus vel cẽtrũ orizontis:z b.sol vel luna:z vapor quem dicis esse planũ sit d.c.e.f.sed circũferẽtia circuli solis sit o.p.et sit radi⁹ ppẽdicularis supra vaporẽ b.k.a.ducanẽ ergo due linee d.b.z b.c.equaliter distãtes a linea b.k.sic q eque oblique incidãt supra vaporẽ:et in punctis incidẽtie:puta d.zc.equaliter distãt a.k.q̃d patet esse possibile cũ quilibet punct⁹ luminosi hemisphẽraliter radiet si nõ sit impedit⁹. ducanẽ ergo a punctis incidẽtie ppẽdiculares sup supficiẽ vaporis:z sint d.f.z r.c.z procedãt ex vtraqz parte vaporis: cũ ergo radius d.b.obliq̃ incidat ad punctũ d.sup densi⁹ medium puta vaporẽ frangiẽ ab incessu recto qui fit d.b.ad ppendicularẽ d.f.z sic procedeẽ inter has duas lineas:sic q̃d pcedat ad g.pũctũ supficiei vaporis inferiorẽ:qr ergo g.d. radi⁹ obliq̃ incidit sup supficiem aeris qui est infra vaporẽ ad pũctũ g.z aer est rarior vapore nõ pcedet scdm incessum rectũ qui fit d.g.a.nec approximabiẽ ppẽdiculari a puncto g.ducta:q̃ sit g.m:sed procedit declinando ab incessu recto a ppendiculari vsqz ad pũctũ l. ¶ Similiter fieret contra aliã differentiã positionis:videlicet d.b.c.radio:q etiã sic frãgereẽ:cũ igiẽ nec d f.nec k a.cũ sint ppendiculares sup eandẽ supficiẽ planã ipsi⁹ vaporis:vt patet p hypothesim:igiẽ nõ cõcurrent:sed eq̃ distant:vt ptz p diffinitionẽ eq̃ distantiũ z per.ij.conclusionem primi Euclidis:z etiã per.vj.xj.Euclidis q̃ dicit:si fuerint due linee sup vnã supficiẽ planã ppendiculares eas sibi inuicem eque distãtes esse est necesse igiẽ radi⁹ g.k.cũ declinet z recedat exterius a linea g.m.ppẽdiculari a multo fortius nõ concurrit cũ linea b.k.a.maxime versus a.z sic cõformiter arguiẽ de alio radio ex alia parte: q etiã non cõcurrit cũ a.igiẽ radij refracti post refractionẽ nõ concurrũt in eodẽ cẽtro a.si supficies vaporis fuerit plana:q̃d est cõtra experientiã cũ in vno z eodẽ oculo eiusdem videntis oẽs radij secundũ circũferẽtiã refracti concurrant. ¶ Sed forte dicet falsigraph⁹ q b.k nõ esset ppẽdicularis super vaporẽ.sed cõtra:si b.k.nõ sit ppẽdicularis capiatur alia q̃cũqz ppendicularis:z de illa arguaẽ stãtib⁹ reliq̃s ptibus hypothesis sicut pri⁹.etiã sicut h.b.nõ sit ppẽdicularis sup c.d.ergo oblique incidet:ergo alter ãgulorũ k.est maior recto:z alter minor:sed hoc est falsum.qr ex quo isti⁹ triãguli d.h.b.duo latera d.k.z k.b.sunt equalia duob⁹ lateribus c.k.z b.k.trianguli b.k.c.z angul⁹ k.vni⁹ est maior ãgulo k. alterius:oporteret basim b.d.esse maiorẽ vel minorẽ basi b. c.quod est cõtra hypothesim qr d.b.z b.c ponebãẽ equales. et similiter arguiẽ vndiqz secundũ circunferentiã q si radij ad oculũ debet cõcurrere:opz q vapor secundũ nullã differentiaz quo ad ambas supiores supficies sit plane figure:z hoc est quod volumus.Ex hac conclusione patet.q radij solares incidẽtes sup vitra plana sicut sunt vitra fenestrarũ refracti nõ concurrũt post exitũ a vitris ex alia parte.patet eodem modo sicut conclusio:et nõ est cura de magna tenuitate vitrorum:quia consimili modo fit sicut si essent spissa. ¶ Secunda conclusio est.q vapor p quem apparet halo secundum circũferentiam circuli non est spherice figure:nec secũdũ superficiem conuexam:nec secundum concauã eiusdem:sic tamen q sit talis superficies concaua vel conuexa habẽs centrum idem cum centro orizontis:vel cum centro oculi:probatur:posito q̃d a.b.sit circulus solis super orizontem.z d.h.sit circũferentia extrema vaporis:z f.i.g.sit circũferentia eiusdẽ cõcaua:sic q o.sit cẽtrũ oculi z orizontis.zc. sit sol vel luna.ducaẽ ergo radius ppendicularis a puncto c.in o.qui penetret irrefractus:ducaẽ alius radi⁹ c.l.obliq̃ incidens super punctum l.conuexum vel cõuexe superficiei vaporis:z producaẽ in continuum z directũ vsqz ad m.cum ergo in puncto l.occurrat medium densius radio obliq̃ incidenti refrangiẽ radi⁹ ab incessu recto ad ppẽdicularẽ:sitqz perpendicularis l.o.z frangaẽ c.l.radius per lineam c.i.inter l.m.incessum rectũ z l.o.perpendicularez:sicut patet ex supradictis questionib⁹.cũ igiẽ in puncto i.supficiei concaue vaporis occurrit mediuz rarius q̃ sit vapor puta aer n.d poterit l.i.multiplicari scdm incessũ et directũ vsqz ad pũctũ n. sed declinabit ab incessu recto et a perpendiculari:sitqz perpẽdicularis i.o.z procedat l.i.fract⁹ extra i.n.ab i.vsqz in k. cum ergo radi⁹ c.l.oblique incidens et refractus vsqz ad i.z iterum ab i.refractus vsqz ad k.non cõcurret aliquo modo cum o.et pari forma argueretur circumquaqz de omnib⁹ radijs alijs oblique incidentibus:quod nullus cõcurreret in puncto o.ergo halo non appareret oculo per radios fractos secundum circulum:nec aliquo modo:cum ergo experimur hoc esse falsum:necesse est q vapor per quem apparet halo

non sit sphericę figurę secundū conuexū & concauum modo predicto: & id est quod volui. Et ex isto modo probandi patet quod similis forma esset si vapor poneretur sphericę figurę secundum conuexū & concauum concentricū mundo: vel etiā ecentricū quocunque modo: dūmodo conuexū sit versus astrum et concauum versus oculum. ¶ Tertia cōclusio est quod vapor per quē apparet halo nō est figurę quadrangularis nec pyramidalis: nec colūnaris: nec alicuius cōsimilis regularis figurę nec compositę ex duabus vel ex tribus talibus: puta ex columnari et spherica et pyramidali: sic tamē quod longitudo figurę lateraliter visui sit obiecta. Probatur: nā si esset quadrāgularis figurę iam esset planę: quod est impossibile per primā conclusionem. consimili modo patet quod nec est figurę pyramidalis: quia iterū secundū longitudinē pyramidis radij ad oculū nō concurrerent. consimili modo nec est figurę colūnaris: quia in longitudine colūnę nō apparerēt radij concurrere: nec etiā posset esse quod conus pyramidis sit versus astra et basis versus visum: quia tunc basis se haberet sicut plana superficies vaporis planę figurę: & constat ex prima cōclusione quod tunc radij ad oculū non concurrerent: igitur cū concurrant non potest esse sic figuratus. quod nec sit cōpositę figurę hoc patet: quia consimiliter argueretur de partibus sicut de tota. ¶ Quarta conclusio responsalis ad quesitū est: quod possibile est quod vapor secūdū quē apparet halo secundū peripheriā sit quoddā aggregatū ex pluribus spherulis paruis vndique continuiter eleuatis innumerabilibus quoad sensum: imo aliqui volunt quod sic necessarium se habere vaporē. hoc declaratur: nā cū nō posset esse talium figurarū vt premissum est: oportet quod sit alterius figurę vel multarū aliarū figurarū: cū non sit sine termino & sine figura: et est hoc possibile esse secundū figurā paruarum spherularū aggregatarū: igitur &c. consequentia tenet: quia in nullo alio casu hoc videtur esse possibile quam in talibus spherulis paruulis. quod declaratur in figura. Sit enim a. sol & c. oculus & a.b.c. radius perpendicularis incidens ad oculū: et sit l. vna sphera parua vaporosa: cuius cētrū sit h. & sit a latere et incidat radius a puncto a. perpendiculariter super spherulā l. que nō frangitur: sed procedit in centrū sphere & in continuum & directū vsque ad punctū f. & vltra vsque ad e. incidat ergo ab eodem puncto a. radius obliquus super spherulam l. ad punctum d. conuexum spherule: qui non potest procedere in continuum et directū: quia occurret sibi mediū densius. ducatur ergo perpendiculariter a.d. in h. & sic radius a.d. frangitur in puncto d. approximando perpendiculari: & procedat a d. in f. & quia in puncto f. occurrit medium rarius puta aer: non poterit d.f. radius procedere in continuum & directum vsque ad h. sed frangitur ab incessu recto a perpendiculari: procedat ergo a puncto f. vsque ad punctū c. vel ad aliū punctum lineę a.b.c: in quo ponatur oculus: et sic radius oblique incidens ab astro poterit concurrere cū radio recte incidente in eodē oculo: et sicut argutum est et positū est de spherula l. conformiter fiat ex alio latere: & sic vndique secundū circunferentiā: et sic radij possunt concurrere ad oculum secundū circunferentiā oblique incidentē: et sic poterit apparere halo. Et si vapor esset alterius figurę in nullo casu videtur hoc esse possibile vt patet ex precedentibus questionibus. ¶ Sed tamē aliquis pōt dicere: quod totus vapor potest esse sicut vna sphera existens inter astrum et oculum: sicut cōtingit apparere halo per candelam circa vrinale plenum aqua vt experientia docet. Sed istud nō valet: quia si sic esset figuratus vapor: tūc esset assignandus vnus paruus locus vbi halo posset oculo apparere: puta in puncto cōcursus radiorum ex alia parte vrinalis. hoc autem experimur falsum: quia mille homines etiam valde remote ab inuicē distantes quilibet a quolibet pūcto potest videre simul & semel halo & valde diuersas: quod non contingeret si sic esset sicut de vrinali: statim enim homo curreret extra apparitionem halo: quod tamen falsum est et contra experientiam.

Per hoc ad rationes. Ad primā &c. conceditur: sed tamen illud aggregatum non facit vnam figuram sphericam. nec oportet quod sit vnum continuum: sed oportet quod sint plura discontinua sicut visum est in probatione quartę conclusionis. ¶ Ad secundam. nō potest esse planę &c. conceditur. sed potest esse plurium figurarum sphericarum: ideo negatur secunda pars antecedentis: nec cōtra id procedit probatio. ¶ Ad tertiam quando dicebatur de superficie eius conuexa: potest negari quia nulla est superficies conuexa aggregata ex pluribus spherulis. ¶ Ad quartam negatur consequentia. Ad probationem: partes materię sic. potest dici quod potest fieri magna diuersificatio propter effectum quem videmus quam alias non possemus saluare per vnam figuram sphericam solam: ideo non potest esse vnius figurę; sed plurium figurarum sphericarum &c.

Questio. IX.



Queritur nono vtrū halo debeat apparere secundum circuli peripheriam vel circunferētiam. arguitur primo quod non: quia circunferentia est linea sine latitudine et profunditate: sed halo habet latitudinem et profunditatem: ideo non apparet secundum circuli peripheriam. consequentia patet de se: et etiam quia talis linea nō posset apparere ad sensum. sed antecedens pro prima parte patet per diffinitionē circunferentię in primo Euclidis: quia circunferentia est linea continens circulum. et pro secunda parte patet antecedens ad sensum. ¶ Secundo: halo multoties apparet secundum arcum tortuosum vel secundum portionem circunferentię tortuosam: ideo non oportet quod appareat secundum circuli circunferentiam. consequentia patet de se: et etiam quia circunferentia circuli est regulariter curua. sed antecedens declaratur: quia quando in principio fit halo tunc est circunferentia vna tortuosa: et nō est circunferentia regularis. ¶ Tertio iris non fit secundum circunferentiam circuli vel peripheriam: ergo nec halo. cōsequentia tenet: quia eandem causam habent: vt dicit Aristo. in litera. antecedens notum est ad sensum: et patet in litera. ¶ Quarto. si sic esset: hoc esset pro tanto: quia fieret a corpore luminoso spherico: sed consequens est falsum: quia quandoque fit a luna semiplena quātum ad aspectum nostrum: vt experientia docet: consequentia patet quia nulla alia videtur esse causa rotunditatis nisi rotunditas luminosi & sphericitas. patet etiam falsitas ex eo: quia bene causatur halo a candela habente flammam oblongam et nō rotundā. ¶ Quinto anguli ad quos franguntur radij corporis luminosi ad superficiem vaporis satis sibi inuicem sunt inequales: ergo non fit secundum circūferentiā circuli. consequentia tenet ex hoc: quia omnes nituntur probare: videlicet ex qualitate angulorū fractionis quod fit circūferētia circuli: sed ante probatur quia a puncto luminosi quocunque signato ad quēlibet punctum vaporis diffunduntur radij: ergo aliqui magis oblique & alij minus oblique incidunt: ergo anguli incidentię et refractionis sunt inequales: & similiter anguli incidētię inter se sunt inequales. ¶ Sexto halo aliquando apparet secundū portionē semicirculo minorē: igitur non secundum circunferentiam circuli consequentia patet. antecedēs patet ad sensum.

In oppositum est Aristoteles in litera. qui vult quod halo fiat secūdū circulū. nam dicit. de figura halo dicamus: et quare fit circulus. & post dicit. circulus igitur erit descriptio. et etiam. vndique autem similiter refracto visu necesse est circulum esse aut circuli partem ex quibus apparet intentum.


In ista questione primo videbitur vnus modus probabilis quo aliqui nituntur demōstrare quod halo debeat apparere secundum circulum. ¶ Secundo videbitur alius modus. ¶ Tertio videbitur de accidentibus halo. ¶ De primo aliqui dicunt siue premittunt suppositiones. Et est prima suppositio diffinitio circuli quod circulus est figura plana vna quidem linea contenta que circūferentia circuli dicitur: in cuius medio punctus est a quo omnes lineę ad circunferentiam ductę sibi inuicem sunt equales: & iste punctus dicitur centrū circuli: & hoc ponitur primo Euclidis. ¶ Secundo supponūt ex tertio Euclidis: quod si ab aliquo pūcto intra circulū plures quam due recte lineę ad circūferētiā ductę equales exierint ille pūctus est cētrū. & hoc est nona cōclusio tertij. ¶ Tertio supponūt quod in generatione halo: vapor spissus interponatur inter visum nostrum & astrū: et hoc patet ex litera:

et ex

et ex precedentibus questionib⁹:et ad istum vaporē fit refractio luminis.¶Quarto supponūt ꝙ radius ꝑpendicularis ꝓcedēs ab astro sup vaporē penetrat vsqꝫ ad visum nostruꝫ irrefract⁹:ꝛ hoc pꝫ etiā ex premissis.¶Quinto supponūt ꝙ in oī reflexione vel refractiōe angulus incidētie:ꝛ angulus reflexionis vel refractionis sunt equales.istā nō ꝓbant:nec pꝫ ex superioribus q̄stionib⁹.¶Sꝫ quidā dicunt et dicit se Vitulonē in q̄rto ꝑspectiue:cōclusiōe.xx.vbi dicit. In omni reflexiōe qualicūqꝫ speculo angulus incidētie angulo reflexionis vel refractionis est equalis.Ex quo pꝫ ꝙ linearū inequalitas naturā reflexionis nō imutat:ꝛ dicūt illi ꝙ idē sit iudiciū de reflexione sicut de refractiōe.Tñ puto verius ꝙ nō sit simile iudiciū:qꝛ Vitulo in quarto ꝑspectiue ordinet tabulas ad inueniendū diuersitatē angulorū refractiōis secundum diuersitatem densitatū mediorū:in quib⁹ fit refractio:qꝛ q̄uis superius vbi fit incidentia radiorū obliquoruꝫ esset omnino equalitas angulorū incidentie:tamen occurrēte medio densiori magis ꝓcederent ad perpēdicularē faciēdo minorē angulū refractiōis cū ꝑpēdiculari q̄ prius.¶Sexto ꝓmittunt ꝙ nulli radij extremi venientes ab astro cōcurrunt in centro eiusdē visus nisi qui refrangunt̄ ad angulos equales:ꝛ dicunt istā suppositionē patere ex ꝓcedenti quia alias angulus incidētie angulo refractiōis esset inequalis: sed tamē istud nō semp sequit̄ nisi loquant̄ de angulo reflexionis respectu eiusdē speculi:qꝛ respectu pluriū speculorū posset cōtingere ꝙ ad eundē visum reflecterent̄ radij q̄ valde inequales angulos reflexionis sup specula haberent.Et sic illud nō poterit probari p illos sic supponētes:nec etiam pōt probari per angulos refractionis diuersos.¶Et isti ponunt conclusionē:ꝛ est:ꝙ nisi ꝓueniat ex defectu vel irregularitate vaporis semp halo apparebit secundū circulum. istā probant p demonstrationē Aristo.ꝛ p alias suppositiones:posito casu qꝙ a.sit visus b.astrum e.centrū vaporis:et g.d.c.sit vapor ad quē fit fractio luminis:tunc per istā vltimā suppositionē isti anguli radiorū qui causantur in pūctis g.ꝛ d.ꝛ c.sunt equales:qꝛ nulli radij extremi concurrunt in centro visus a.nisi q̄ refrangunt̄ ad angulos equales:ergo angulus b.c.a.ꝛ angulus b.d.a.ꝛ b.g.a.refrangunt̄ ad angulos equales:ꝛ per quartā suppositionē b.a.trāsit non refractus:qꝛ perpendicularis:ergo omnes trianguli causati ex lineis incidentie:ꝛ radijs refractiōis vna cū linea a.b.sunt sibi inuicem equales:quia duo latera vnius sunt equalia duobus laterib⁹ alterius:ꝛ anguli equis lateribus contenti sunt equales:qꝙ tamē nō probant:ergo per quartā conclusioneꝫ primi Euclidis basis vnius erit basis alterius:ꝛ anguli vni⁹ reliquis angulis alterius:ꝛ totus triangulus toti triangulo equalis.Et q̄uis hoc sit verū:tamen hoc ipsi nō probāt:ergo triāguli b.c.a.ꝛ b.d.a.sunt equales sic similiter est de alijs causatis ex radijs incidentie ad superficiē vaporis cū radijs refractis ꝙ sunt sibi inuiceꝫ equales:deinde imaginant̄ triāgulos causatos ex radijs refractis ad supficiē vaporis q̄ etiā omnes inuicem sunt equales scꝫ.a.g.c.ꝛ a.c.e.ꝛ a.d.e.qꝛ duo latera vnius sunt equalia duobus laterib⁹ alterius.puta latus a.g.ꝛ a.c.qꝙ est cōmune vtriqꝫ triāgulo:sunt equalia lateribus a.c.ꝛ a.e.ꝛ etiā laterib⁹ a.d.ꝛ a.e.ergo bases p quartam cōclusionem primi Euclidis sunt sibi inuicem equales. Sed hoc nō probant:qꝙ tamen esset necessariū probare:qꝙ angulus a.vnius angulo a.alterius sit equalis:ꝛ sic bene cōcluderetur per quartā primi.ꝛ ergo postea inferunt ꝙ superficies g.d.e.erit circularis per diffinitionem circuli:ꝛ punct⁹ e.erit centrū:quia ab ipso omnes linee exeuntes ad circunferentiam sunt equales.Et q̄uis verū sit quod inferunt:tamē nō videtur sequi ex dictis eorum:cū angulus a.vnius est angulo a.alterius equalis:sed tamen hoc ipsi nō probant:ꝛ nō sequit̄:isti duo trianguli sunt equales:ergo anguli sūt equales:sed possunt esse quantūlibet inequales:nec sequitur isti duo trianguli sunt equales:ergo basis vnius est equalis basi alterius:vel sic:ergo angulus equis lateribus contentus vnius est equalis angulo equis lateribus cōtento alterius quia instantie contra huiusmodi cōsequentias sunt manifeste ad sensum.¶Aliter aliqui nituntur demonstrare ꝙ halo fit secundum circuli peripheriam ꝛ arguunt sic:quia halo fit per reflexionem:ergo fit secundum circuli peripheriā:ergo oportet quod fiat vndiqꝫ ad angulos equales:ꝛ cōsimiliter:ꝛ secundum apparentias eque distantes ab astro.¶In hac ratione assumit̄ ꝙ halo per reflexionem fiat:sicut fit reflexio in speculis:sꝫ hoc reprobatū est supra in alijs questiōibus:quia fit per refractionem:ꝛ nō per reflexioneꝫ.similiter dato ꝙ fit p reflexionem non adhuc sequit̄:nec oportet qꝙ ergo fiat circulariter:qꝛ vnū ꝛ idē visibile per diuersa specula potest videri:secundū ꝙ apparet in.xv.conclusione libri de speculis:ꝛ hoc etiā secundum diuersos angulos ꝛ inequales incidentie ꝛ reflexionis:sicut dictum fuit prius ꝛ patet p experientiam.¶Aliter probant eandē cōclusionē p figuram imaginando qꝙ a.sit astrum ꝛ b.oculus:ꝛ c.vnus pūctus reflexionis:sic qꝙ constituat̄ triangulus a.b.c.tunc reflexio fit ad angulum a.c.b.si igit̄ imaginet̄ linea c.d.describere circulum:cuius centrum sit d.q̄ sit inter nos ꝛ astrū:tunc erit circulus completus:sed sic nō est de iride:quia centrum in iride nunq̄ est supra orizontem ꝛ etiam iris est in opposito.Et hec est probatio illorum.

His visis aliter videtur processisse Aristoteles ad probandum eandem cōclusionem.qui supponit primo ꝙ vapor interponatur inter visum ꝛ astrum tempore apparitionis halo:ꝛ hoc patet ex predictis.¶Secūdo supponit ꝙ refrangantur radij a consistente caligine circa astrum i.a vapore interposito:propter quod halo apparet inter visum ꝛ astrum:ꝛ nō ex opposito sicut iris.ꝛ vt ista suppositio intelligat̄ ad propositum Aristo.opꝫ ꝙ radij luminosi ab eodem puncto astri procedentes non perpendiculares sup vaporem:sed equaliter elongantes sea perpendiculari radio eiusdem puncti qꝙ isti refrangant̄ in vapore interposito:sic qꝙ non secundum rectam lineam procedunt vltra vaporem multiplicando se:sicut incidunt:sed cum ista linea incidēte vel radio faciunt angulum.Et loquit̄ de radijs oblique incidentibus:sicut in precedenti questione visum est.ꝛ isti suppositioni sic intellecte addatur qꝙ puncta vaporis in q̄bus incidunt radij isti sint equaliter elōgati vel equaliter distēt a puncto astri radiantis:ꝛ cū hoc equaliter distent a centro oculi videntis:quod oportet:quia alias nō appareret halo tanq̄ corona circularis:cuius oppositum docet experientia sed potius appareret halo tanq̄ circulus obliquus vel sicut linea recta:qꝛ ex vna parte puncta fractionum plus ab oculo distarent q̄ ab alia:ꝛ sic qꝙ in tantum posset variari ꝙ peripheria appareret linea recta sicut apparet satis ex ꝯclusione vna libri de aspectibus:que dicit si in eodem plano vbi est oculus circuli peripheria ponatur ipsa peripheria recta linea apparet.¶Tertio supponit Aristo.qꝙ fractio radiorū fiat vndiqꝫ similiter.vnde dicit:vndiqꝫ autē similiter fracto visu necesse est circulum apparere.ex qua suppositiōe patet istud quod fuit iam additum in secunda suppositione:quia si ista puncta inequaliter distarent etiam non posset fieri fractio equalis radiorum vndiqꝫ nec consimilis:quia maiores anguli fierent ex vna parte q̄ ex alia.¶Quarto supponenda est cōclusio quarta primi Euclidis que est:omnium duorum triangulorum quorū duo latera vnius duobus laterib⁹ alterius fuerint equalia angulusqꝫ vnius equis laterib⁹ cōtentus angulo equis lateribus contento alterius equalis: erit basis vnius basi alterius equalis:ꝛ reliqui anguli reliquis angulis:ꝛ totus triangulus toti triangulo equalis.
¶Item quinto supponenda est nona conclusio tertij Euclidis que prius fuit allegata in questione per vnam opinionē deinde supponitur radium perpendicularem non refrangi: sed procedere irrefracte.hoc etiam patet in priorib⁹.¶Iteꝫ supponitur omnes angulos rectos sibi inuiceꝫ fore equales ꝛ hec est tertia petitio primi Euclidis.¶Tunc sit prima cōclusio:quod quando halo apparet:si non fuerit impedimentum:tunc apparebit secundum circuli peripheriam:impedimento vero existente apparet quandoqꝫ secundum portionem circunferentie semicirculi maiorem:ꝛ quandoqꝫ minorem ꝛ quandoqꝫ equalem:ꝛ quandoqꝫ secundum lineā tortuosam que nullius circunferētie circuli portio esse posset.
¶Probatur quo ad primā partem posito casu Aristo.in litera ꝛ figura eius.Tunc arguo sic.b.a.g.est vnus triangulus cuius duo latera b.a.ꝛ b.g.sunt equalia ambobus laterib⁹ b.d.ꝛ b.a.trianguli b.d.a.quodlibet suo relatiuo:quia b.g. est equale b.d.quia b.equaliter distat a.g.sicut a.d.ꝛ similiter est de triangulo a.b.c.ꝙ latus b.a.cum sit cōmune omnibus illis tribus triāgulis est equalis in omnibus.ꝛ b.c.est equale b.d.qꝛ ergo ista latera:puta g.a.ꝛ d.a.ꝛ c.a.sibi inuiceꝫ sunt equalia:vt apparet ex secunda suppositione.qꝛ ocu

lus equaliter distat a quolibet puncto refractiōis: ideo angulus b. vniuscuiusqꝫ triangulorum angulo b. cuiuslibet alteri⁹ est equalis. ista consequentia tenet per octauam conclusionem primi Euclidis: et similiter erit de angulis a. ⁊ toti trianguli totis triangulis erunt equales: ex quo bases sunt equales ⁊ anguli equis lateribus contenti; ergo toti trianguli sunt equales ⁊ reliqui anguli reliquis angulis. Intelligatur igitur vnus triangulus b.g a. ⁊ vnus alius b.c.a. ⁊ tertius b.d.a. isti sunt equales ⁊ eque anguli: vt probatū est: ergo angulus g. est equalis angulo d. ⁊ similiter equalis angulo c. ducatur



ergo a puncto g. perpendiculariter sup a.b. que sit. g.e. ⁊ silr a puncto d. que sit d.e. ⁊ a puncto c. que sit c.e. quas Aristoteles in litera vocat cathecos: ⁊ arguitur tunc sic: hic est vn⁹ triāgulus g.e.a. cuius duo latera e.a. ⁊ g.a. sunt equalia duobus lateribus e.a. ⁊ c.a. trianguli e.a.c: ⁊ angulus a. vni⁹ est equalis angulo a. alterius: vt ꝓbatū est: ergo ꝑ quartā primi presuppositā basis g.e. basi c.e. est equalis. ⁊ silr arguo ꝙ e.d. sit equalis e.g. ⁊ ergo a puncto e. exeunt tres linee vel plures ꝙ̄ due recte equales ad circunferentiā: igitur e. est centrū circuli: ⁊ per consequens d.g.c. erit circunferentia circuli per nonam

conclusionem tertij Euclidis allegatam: ⁊ hoc est propositum videlicet prime pars conclusionis probande. Secunda pars patet: qꝛ quandoqꝫ ꝑ irregularitatē vaporis: vel propter inequalitatē in densitate vel in raritate vel in situatione vel ꝓpter inequalem eleuationem ⁊ distantiā partium vaporis ab astro apparet quandoqꝫ nō ſm peripheriā perfectā sed aliqua latera circunferentie magis ꝓpinqua ſm vnā diametrū ꝙ̄ ſm aliā diametrū: ⁊ qñqꝫ ꝓpter consumptionē materie in vna pte: ⁊ ista sepius cōtingunt circa principium vel circa finem apparitionis halo. ⁊ ex istis apparēt alie partes conclusionis. ¶ Ex ista conclusione pꝫ. ex quo halo fit per refractionem linearum cōcurrentium ad centrum visus ꝙ impossibile est duos hoīes simul ⁊ semel videre eundē halo: qꝛ alij radij veniūt ad oculum alterius refracti ꝙ̄ istius. ¶ Secundo pꝫ: qꝛ si oculi vnius ⁊ eiusdem hoīs ꝙ̄tum ad completionē visionis nō concurrerēt in vno cētro vbi intersecarēt se nerui optici: id est concaui/ vterqꝫ oculus videret halo distinctum ab alio: ⁊ quasi duos se inter secantes ſm circūferētias: ⁊ ꝓpter hoc si quis eleuat vnum oculū cum digito trāsponendo aliqualiter videbit duos halo. ¶ Tertio. patet ꝙ si vapor manet quiescens ⁊ homo quiescat moto astro in quolibet instanti erit nouus halo: ⁊ nunꝙ̄ manet idem: quod patet: qꝛ si luminosum mouetur: ergo alij radij incidunt ⁊ refrāguntur ab eodē oculo: ⁊ sic apparebit alter halo. ¶ Et cōformiter esset de astro vel luminoso quiescente moto vidente et currēte sub astro: vel ꝗescente tā astro ꝙ̄ visu: vapore moto.

His visis dicendum est de accidētibus ipsius halo.

vnde aliqñ accidit ꝙ halo apparet ſm portionē circunferentie: ⁊ non ſm totam circunferentiam: ⁊ huius causa reddita est prius. ¶ Secūdo accidit ꝙ sepius fit halo quam iris in hyeme: ⁊ sepius fit flante euro ꝙ̄ alijs tꝑibus. ⁊ causa est: quia tunc eleuātur plures vapores inspissati ꝗ nō possūt cōsumi propter defectum caloris: et ergo tunc plures fiunt. ¶ Tertio accidit ꝙ sepius fit circa lunā ꝙ̄ circa solē vel alia astra: ⁊ causa est: quia sol est maioris caloris: ideo cōsumit vl resoluit vapores in aerem vel ventum citius ꝙ̄ luna. Scdm hoc patet de alijs stellis: quia sunt minoris luminis: et raro vapor ē ita tenuis ꝙ iuxta alias stellas appet halo. ¶ Quarto. accidit ꝙ halo lune apparet maior ꝙ̄ solis: ⁊ causa est: qꝛ luna est nobis propinquior sole: ergo radij luminosi procedētes a sole incidūt ſm magis acutos angulos: ⁊ radij lune ſm angulos magis obtusos supra vaporem: ⁊ ideo post talem incidentiā fractio erit magis ampla: ⁊ post refractionem a luna ꝙ̄ a sole. Alia causa potest esse: quia lumen lune est debile ⁊ debilius lumine solis: ꝗ in maiori distātia radij oblique refranguntur ꝙ̄ si esset lumen fortius. ¶ Quinto accidit ꝙ in medio halo est obscuritas ⁊ similiter est extra circunferentiam: ⁊ huius causam videtur dicere Aristoteles. quia lucidum positum iuxta opacum facit ipm magis opacum apparere. Alia causa est: quia vapor ille est dēsior aere: ⁊ ideo in locis ad que non pertingit fractio: pertingit quedam vmbra: ⁊ sic faciunt vmbram ⁊ nigredinem: sed tamen certum est ꝙ in eodem loco vbi non apparet halo: nec aliquid de circunferētia lucida: ibi alteri bene apparet: nec alteri est ibi vmbra: sꝫ reflexio vel refractio radij. Etiā conformiter accidit in apparitione iridis. vnde si quis esset retro locum apparitionis iridis tantum ꝙ̄tum videns iridem distans ante: isti sol non splenderet ita lucide sꝫ remisse ac si per vaporem videretur: propter hoc quia per dēsitatē nubis roride radius solis partim frangitur ⁊ partim reflectitur. ¶ Sexto accidit diuersitas colorum halo: quia quandoqꝫ apparet sicut iris rotunda habens colores consimiles iridi: cuius causa est nimia densitas vaporis: etiam nimia aquositas. Et istis videtur concordare Vitulo in decimo perspectiue: naꝫ dicit i cōclusione. vi. ꝙ corona fit ex refractione luminis solis vel lune vel aliarū stellaꝝ maioris magnitudis circulariter ad visuꝫ in vapore hūido: ⁊ ibidē i ꝯmēto dr: ꝙ impssio ꝗ grece dr halo latine dr corona: ⁊ fit ꝑ refractionē ſm ꝙ ꝓbat ꝑ ꝯclusiones de refractione radioꝝ positas ibi: ⁊ per ꝯñs non fit per reflexionem.

Per hoc ad rationes. Ad primā ⁊c.

dicendū ꝙ circūferētia in ꝓposito nō sumitur sicut mathematici puri sumūt: sꝫ magis sicut mathematici mixti: sicut sūt ꝑspectiui: ꝗ sūt mixti cū naturali: ita ꝙ sumitur ꝓ armilla vl ꝓ armillari figura ⁊ nō ꝓ linea indiuisibili secundū latitudinē ⁊ profunditatem.

funditatem.¶ Ad secundam cōceditur q̄d halo bene appa ret coloratus:⁊ causa est dicta:quia tūc est impedimētuȝ ex ꝑte materie:q: si materia eēt vniformis nō oporteret.¶ Ad tertiā iris ⁊c.negat̄ consequentia Ad probationē:quia eodē modo fiunt:dicendum q̄d nō omnino eodē modo:sed bene ambo fiunt ꝑ radios ⁊ ꝑ vapores:sed nō oportet q̄d ambo ꝑ reflexionē.etiā potest negari añs:q: q̄uis nobis existētib⁹ ⁊ ambulantibus sup superficiem terre nō apparet iris tot⁹ tamen si essemus eleuati posset apparere totus secundū cir cunferentiā cōpletam:sicut videbitur in questiōibus de iri de.¶ Ad quartam.negatur consequentia:imo potest fieri a corpore angulari:nec rotunditas corporis facit ibi rotundi tatem.¶ Ad quintā:dicendum q̄ anguli incidentie possunt sibi inuicem esse inequales ⁊ negat̄ ergo q̄ nō fiat secunduȝ circuli peripheriā:q: dictū est propter q̄d nō opȝ.Ad proba tionē cū dicit̄ q̄ ꝑ hoc probat̄.dicendum q̄d non:nec sufficit ista ꝓbatio sicut visum fuit in destructione aliarum opinio num.¶ Ad sextam dicendum est q̄d hoc est propter defectū materie ⁊c.Et hoc nō est contra aliquā ꝯclusionē:quare ⁊c.

Questio.x.



Queritur decimo vtrū radius visualis possit reflecti ab aere vniformi non condensato nec mixto vaporibus ad oculum eundem existentem in eodem ae re sine adiutorio specierum.¶ Et arguit̄ primo q̄d sic:per Aristo.in.iij.meteo.tra ctatu de impressionibus factis per refle xionem:vbi dicit:fit autem ab aere cū factis fuerit cōsistens propter visum aut debilitatem sepe:⁊ sine inspissatiōe.i.sine condēsatiōe quacūq̄ facit refractionem ⁊ reflexionem:qua lis accidit aliq̄n cuidam episcopo debiliter ⁊ non acute vi denti.semper enim idolum videbat̄ precedere ambulantem ipsum ex opposito respiciens ad ipsuȝ.sicut eñ debilis erat ⁊ tenuis valde ab infirmitate vt speculū fieret ei ꝓpinquus aer. Ex quo manifeste apparet q̄ radi⁹ visualis ab aere vni formi ⁊ nō condensato pōt reflecti tanq̄ a speculo.⁊ hoc idē ꝓbatur per aliā autoritatem Vitulonis in.x.perspectiue:cō clusione.lix.⁊ in cōmento istius per totū vbi allegat istā hi storiam ⁊ recitat de alio sibi noto qui cū multū vigilasset et in nocte equitaret:tunc circa aquā vidit aliū virum secum equitantem ⁊ omnia opera sibi similia facientem:hoc idem dicit in quodam tractatu de natura demonū:qui sic incipit. Domino ⁊ fratri suo magistro Ludouico:vbi recitat eandē historiā Aristo.in iij.meteoro.Et aliam historiā ꝑ famā quā audiuit in Polonia:q̄d demones fecerunt tela ante gotsuel dorf syluā in sūmitatib⁹ arborū:⁊ q̄d miles q̄dā dictus Hen ricus catho venādo ad lupos ante diē circa Ligars villam famosam vbi vidit lupum ita altū sicut arbores ad ipsuȝ ve nientē ad clamorē porcelli:⁊ ille putans esse demonē fortissi me timuit:tandem illo veniēte ꝓpe se vidit moueri ad mo dum lupi:⁊ rapere porcellū:⁊ rapi ⁊ interfici vidit.⁊ hoc nō fuit nisi ꝑ reflexionē vel ꝑ refractionē radiorum in aere ⁊ nō erat demon sed lupus:licet ille fatuus nesciens mathemati ca credidisset.⁊ ibidē circa medium recitat autoritateȝ Ala cen in.iij.perspectiue:q̄d homo appareat sicut vnum magnū nemus vel mons:⁊ illud cōformiter expositores quicūq̄ q̄ per me visi sunt sup nouā vel antiquā translatione dicunt. ¶ Deinde arguitur rationibus ad idē sic.nā imago rei re flectitur a superficie aeris quando res est in aqua vel in me dio densiori q̄ aer:ergo hoc etiam potest eadem superficies aeris vel idem aer facere sine aqua q̄ reflectat imaginem vi sibiliter:consequentia patet:quia aqua magis impedit mul tiplicationem speciei propter densitatem q̄ iuuet:⁊ per cōse quens ibi impedit reflexionem.sed antecedens probat̄:nam videmus in scyphis argenteis Parrhisiensib⁹ in medio po litis:sicut specula spherica cōcaua:⁊ in alijs partibus habē tibus peristulas seu puncta:quarum imagines procedūt ex tra vinum si fuerint pleni vino:⁊ in superficie aeris occurrē te reflectuntur ad medium scyphi vbi est politura predicta: ⁊ ibi reflectuntur sensibiliter ad visum:ergo superficies ae ris reflectit vel aer.Nec potest dici quod superficies aq̄ hoc faciat:quia eadem ratione quelibet alia pars aque hoc face ret ⁊ reflecteret:ex quo superficies aque in ipsamet aqua re flecteret:hoc tamen est falsum:quia confusio tanta fieret in diuersis partibus aque q̄d nihil de speciebus talibus senti retur:cuius oppositum experimur.¶ Secundo.si non tunc non fieret lumen solis a medio aereo nec alicuius luminosi: cuius falsitas patet per experientiam.consequētia patet ex ij.de anima:quia lumen in medio nō est nisi reflexio lucis lu minosi.¶ Tertio.si non:hoc ideo videretur:q: dyaphaneі tas vel perspicuitas aeris impediret:hoc est falsum q: eadē ratione in aqua nō videretur imago:q: etiā est perspicua et dyaphana.cōsequentia tȝ q: ꝑ hoc solū videt̄ aer impedire ne reflectat imaginē ad visum.¶ Quarto.si aliq̄s ocul⁹ eēt in igne vel in medio rariori aere i ea ꝓportiōe in qua aer est rarior aqua:tūc aer ad illū oculū pōt reflectere imaginē:sed nō minus nunc q̄ tūc:q: alia media nō īpediūt:ergo ⁊ nunc reflectit vel pōt reflecteret sensibiliter ⁊ visibiliter.ꝯña tȝ:et añs silr imagināti.¶ Quinto.imago est in aere ꝑ totū vsq̄ ad speculū:⁊ in qualibet ꝑte est imago:ergo etiā si nō sit ibi speculū:aliq̄s pōt videre ipsam:⁊ hoc propter reflexionē ae ris:ergo aer pōt reflectere.ꝯña pȝ:q: est sensibilis sensu vi sus ergo potest aliquis ibi imaginem videre:

In oppositum arguitur:quia si sic sequere tur q̄ aer esset polite superficiei in loco reflexionis ⁊ superfi ciei distincte ab alijs partibus aeris:sed hoc consequens est falsum:⁊ maxime ex eo q̄d dicit̄ de episcopo habet locum:q̄d continue vbicunq̄ ambulauit apparuit illa imago ipsi:⁊ ta men non semper habuit talem superficiem aeris ꝓpinquā cōsequētia patet:quia sine tali superficie nō fit reflexio ima ginis site ad oculū:patet ex prioribus questionibus:etiā pa tet falsitas:q: non esset aliquod faciens semper superficiem aeris politam:nec aer immediatus faciei faceret hoc nec fa cit:cum per nullam viam potest imago faciei reflecti ad ocu luȝ.¶ Secūdo.si sic eadem ratione oībus appareret in quo cunq̄ medio aereo:cuius falsitas patet ꝑ experientiaȝ.ꝯña probat̄:quia si ille per debilem visum cōprehendere potuit hoc:ergo a fortiori quilibet habens fortiorem visum:q: quic quid potest virtus debilior videtur hoc idem posse ⁊ virtus fortior ⁊ adhuc plus:vt patet inducendo.¶ Tertio si sic.tūc queritur in quanta distantia hoc tali apparuit vel possit ap parere:⁊ quare in tanta quod non in maiori nec in minori ⁊ hmōi nulla rationalis causa potest reddi:vt patet consyde rāti:ergo nō reflectit̄.ꝯña patet de se:⁊ añs similr.¶ Quar to:si sic:tunc a fortiori rōne radius visualis in medio vnifor mi refrangeretur in quo esset ⁊ nō recte procederet.cōsequē tia tenet quia facilius est refrangi q̄ reflecti vt patet ex pre dictis questionibus.¶ Quinto.si sic:hoc magis videt̄ possi bile in aere nebuloso existente prope:hoc est falsum:patet cō sequentia ꝑ dicta Arist.in litera:⁊ ꝑ prī⁹ allegata:sȝ falsitas ꝓbat̄:q: oporteret nebulā esse tersaȝ vel polite supficiei ⁊ vni formis:⁊ etiam oporteret eā esse nō illuminatā retro:nā si vi trū vel vinale plenū aq̄ clara esset obiectum visui in lucē ni mia retro nō videretur imago nisi valde debiliter ⁊ in tpe ob scuro:ergo a fortiori a nebula obscura nihil apparebit retro illuminata ⁊ nō polite superficiei.videmus enim circa mar morea nigra polita:⁊ in temporibus obscuris non videmus imagines facierū nisi valde debiliter et si marmora eēnt per spicua nihil.ergo nec a nebula.

In ista questione primo videbitur vna opi nio q̄ quasi oēs expositores ⁊ autores fabulant̄ ⁊ narrāt sm̄ q̄ prius est allegatū.¶ Et ꝑcipue inter alios quidā exposi tor antiquus veteris trāslationis:i.veȝ Robertus Anglicus mouens ⁊ soluēs istā questionem dicit.Et sicut in odorabi libus ꝑ inspirationē sentiunt animalia odores ⁊ necesse est vltimū inspirationis coniungi cū vltimo euaporationis: silr necesse est in habente debiles oculos id solū videri:ad quod terminatur radius visualis:nō autē terminatur ad rē remo tam:sed ad idolum rei:cuius est idolum:⁊ decipitur cum iu dicat idolū rei esse rem cuius est idolū.vnde imaginatur iste q̄ radius visualis videt extra oculos ⁊ miscetur ibi cum ima gine rei:⁊ sic fit perceptio idoli proprij vel alterius.Et consi milem modum loquendi habent quasi omnes perspectiui. Aristo.autē ⁊ alij cōplures reprobant visionē fieri extra mit tendo.Ideo aliter dicendum:q̄d aer nō reflectit:⁊ maxime talis qui non est mixtus vaporibus:sed in naturali disposi tione aeris de se inuisibilis est et dyaphanus per quem alia visibilia suas species possunt multiplicare:et econuer

so erit de aere condēsato ⁊ mixto vaporibus. ¶ Ulterius notandū qd sit refractio vel reflexio manifestū enim est ex predictis: ⁊ qd requirit ad reflexionem maxime si tā figura ꝙ color rei vise per reflexionem debeat apparere visui: hoc etiam patet ex dictis prius ⁊ per experientiam.

His visis sit ista prima conclusio. quod radius visualis pōt reflecti ab aere vniformi ⁊ nō condensato nec mixto vaporibus ad oculum videntē existentē in medio rariori sensibiliter ꝙ sit aer: ⁊ hoc si aer sit superficiei polite ⁊ terse. hoc probatur: quia posito qd oculus esset in igne vel in sphera celesti: omnia que ad reflexionē requiruntur concurrerent: ergo etiam talis reflexio. ⁊ volo qd cum colore ⁊ figura: licet nō ita fortiter sicut a corpore magis denso. ¶ Secunda autem conclusio est. radius visualis potest reflecti ab aere condensato mixto vaporibus si habuerit superficiem politam ⁊ tersam ad oculum videntem existentē in aere puro raro ⁊ impermixto. ista probat consimiliter sicut precedens cōclusio: ⁊ etiā quia sic fit iris p talem reflexionem: vt vult Aristoteles in littera: ⁊ recte: sicut ab aqua: ſʒ minus sensibiliter. ¶ Tertia conclusio quam opinor esse tenendam: ꝙ radius visualis nō potest reflecti ab aere vniformi non condensato: nec permixto vaporibus ad oculum existentē in eodē aere sine adiutorio speculorum vel aliorū extrinsecorū: ⁊ si oculus non sit luminosus. pbat: quia deficiunt ea que ad reflexionē requiruntur: puta superficies tersa ⁊ densitas maior: ⁊ sic de aliis ⁊c. consequētia patet: qꝛ deficiente causa deficit effect⁹: ⁊ antecedens patet consideranti vel intuenti. ex quo patet: qd si oculus esset luminosus qd radius visualis oculi potest in medio cōprehendi: licet nō figura oculi: ⁊ ideo cati ⁊ lupi possunt videre in medio lumine suorum oculorū vel facto ab illis oculis: sed sic nō est de hominibus: de quib⁹ est questio: etiā si linx vel alia aīalia vt aqla possint oēs imagines visibiles in medio cōprehēdere ſm figuram ⁊ colorē hoc faciūt ſm ꝙ ibi sunt in medio aereo puro: sed hoc nos latet.

Ad rationes principales. ⁊ primo ad autoritatem Aristotelis. fit autē ab aere ⁊c. Ad hoc dico ꝙ Aristoteles dicit de refractione que bene fit ab aere nō condensato si radius oblique incidat veniens a medio densiori vel rariori aere: sed tamen quia videtur dicere de reflexione magis ꝙ de refractione: quia addit de idolo: dicendum ꝙ Aristoteles ibi loquit secundum fabulas illius hoc falsum referentis qui decipiebat. Uel aliter dico: qd Aristo. loquitur secundū opinionē antiquorū: ponentiū visum fieri extra mittēdo radiū ab oculo: ⁊ manifestū est qd hoc est ꝯ Arist. nec hoc est rationabile: qꝛ ab oculis meis aliquid pcederet ad totū celum quando videmus ipsum: licet tamen magister Roge[...] [...]cen in pspectiua sua velit visionē fieri p speciem oculi se cōmiscentem cum specie rei vise in medio. Sed tamē nō est verū saltē de oculis nō luminosis. patet: quia oculus existens in tenebris vbi non faceret speciē posset videre vnum luminosum remotissimū: puta stellam celi: cū esset in puteo pfundo: quā videre nō posset si esset in aere: vbi species ocu[...] [...]sceret cū specie stelle: ideo hoc nō videt valere. Et si di[...] [...]qd iste non vidisset se cōtinue vbi fuisset: vel saltem nō sibi apparuisset sic dicit ꝙ verisimilius est; vt puto ꝙ iste p[...] [...]tē ⁊ fortem imaginationem quā habuit super illo ꝙ videret imaginem suā ante se; nō qd sibi apparuerit: sicut in somniis apparet hominib⁹ ꝙ aliqd videant; licet tamen nihil videant: sicut etiam accidit freneticis vigilantib⁹ ⁊ aliis amantib⁹: qui fortiter imaginant de amica sua: ⁊ credunt eā videre quando nō vident: ⁊ in multis aliis melācholicis habentibus vsum rationis: quibus accidunt consimilia pter humores melācholicos ascendentes. nā omnibus apparet ꝙ si velociter circueamus decies vel vigesies: ⁊ tūc quiescendo ⁊ videndo ratione optime quiescentia respiciēdo apparent circulariter moueri propter humores sic motos sic etiam propter alium humorē Antiphontis in oculis in fantasia vel in sensu potuit apparere imago quādo ipse ambulauit. Et optimū remedium est cōtra tales humores melancholicos solariari in locis secretis ⁊ non imaginari vt vult Uitulo in tractatu prius allegato. ¶ Ad hoc aliter dicūt alii qd pter infirmitatē antiphōtis aliqui vapores exibāt oculi[...] [...] ꝙ poterat videri imago eius p talē aerē cōdensatū: ſʒ hoc nō videt verisimile qd tot humores extra misisset qñ ambulauit p campū ꝙ repleretur totus locus. etiā manib⁹ ipse amouisset illos vapores: vel cōmouisset ita ꝙ sibi illo nō apparuisset. ¶ Ad aliā autoritatē Uitulonis in cōmento suo dicendū: ꝙ si pp aliqd apparuerit alicui ꝙ viderit imaginē suā in aere grosso ante se: qd hoc nō erit sic ꝙ imago sit extra ſʒ appeat esse extra. et ibidē Uitulo hʒ modū loquēdi: ꝙ virtus visiua pp debilitatem organi debilitat sic ꝙ nō pōt penetrare aerē vel densitatē aeris: ⁊ id est falsum: vt pʒ p eūdē in libro tertio: conclusione qnta: vbi dicit: impossibile est visum rebus visis applicari p radios ab oculis egressos. ⁊ cū dicit de eo qui transiuit aquā fuit verisimilius ꝙ fuerit ex imaginatiōe vel timore talis: qꝛ non videt qs polire aera. Et qño in tenebris reflecteret imago ⁊ nō a marmore bene polito vel in aere obscuro ⁊ iste timuit quando fuit sup aquas: ⁊ nō quando fuit in cāpis. ¶ Aliter dicet ꝙ in aere denso esset possibile: sed in aere nō condensato nō vt dictum est in conclusionibus. ¶ Ad aliā. qñ dicit de circulis apparentibus circa cādelas ⁊c. Dicendū ꝙ hoc potest esse: qd lumen candele sic reflectat in aere condensato: vel refrangat: sed tamē nō apparet ibi imago figurata: sicut opʒ si videret facies. ¶ Ad aliā qñ dicitur in tractatu demonū. Dicendū ꝙ vtitur isto modo loquendi et opinat ꝙ visus fiat extra mittendo: q falsa est historia vel potius fabula appellāda: vt exposita est prius. sed quando dicit de isto milite catho. de lupo ⁊c. dicendū qd si ita fuit: hoc non accidit pter reflexionē sed magis quia illas arbores ⁊ nemus ⁊ lupum magis propinquū sub eodem angulo vidit in oculo vel equali nō ppendendo distantiam inter lupum ⁊ nemus: sicut nec potuit pter obscuritatē: ⁊ qꝛ q̄ sub equalibus angulis vident apparent inter se equalia: vt apparet primo li. Euclidis de aspectibus: ⁊ p Uitulonē. iii. sue pspectiue sicut etiā solē ⁊ lunam sensuali iudicio iudicamus equales: quia sub equalibus angulis corpora istorū videm⁹ nō perpendendo distantiam inequalem: ideo potuit lupus apparere equalis nemori: ⁊ digitus monti sine refractiōe radiorum vel reflexione: sed dum lupus magis approximabat iste incepit perpendere distātiam: ⁊ tunc apparuit lupus sibi minor: ⁊ pter hoc mathematice scientie sunt multipliciter cōmendāde: qꝛ tales fatuitates hominū possunt corrigere: ⁊ ꝯsile vult Alacē in. iii. perspectiue. ⁊ qñ dicit de expositoribus: dicit: ꝙ ipsi fuerunt cōtenti vel confusi in experiētia istius fabule false supradicte: cū nō sic esset. ¶ Ad primā rationem. imago ⁊c. Dicendū ꝙ possibile est: ſʒ hoc nō erit sensibiliter a supficie aeris qñ medium est dēsius ſʒ a superficie ipsius aque extrema. Ad improbationē qñ dicitur eadē ratione alia pars ⁊c. cōcedit si haberet supficiē diuisam: sed si sit in vno cōtinuo nō oportet. ⁊ si diceres: eodem modo dicit de supficie aeris extrema ꝙ sic etiā reflectat: dico ꝙ possibile est. sed hoc nō esset sensibiliter sensibus humanis: pter ea corpora colorata terminātia aerem: que vident p ipsum. ¶ Ad aliam. si nō tunc fieret. dicit qd nō sequitur: quia non sumitur hic reflexio nisi solū p ista reflexione qua ostēditur color ⁊ figura: ⁊ non sequitur pter hoc ꝙ nō fiat multiplicatio lucis. ¶ Ad aliā. aut diaphaneitas ⁊c. cōcedit ꝙ sic cum causis aliis concurrentibus: ⁊ non sunt tot cause in aqua. ¶ Ad quartā. si aliquis oculus ⁊c. cōcedit. sed negat ꝙ alia media nō impediant: ⁊ ꝙ non minus oculo existente in aere densiori ꝙ in rariori. ¶ Ad quintā. imago ⁊c. conceditur totū: ⁊ si ibi esset reflectens densius aere posset sensibiliter totum videri: ⁊ si aliqua aīalia sicut linx ⁊ similia possunt videre vel visus hominum in statu innocentie vel glorificatorū corporum: de hoc nihil scimus ⁊c.

Questio. XI.



Queritur vndecimo vtrum colores apparentes in iride sint ibi vbi apparent eē ⁊ sint. vt colores. Et videt prio ꝙ sic: qꝛ nos videmus omnes illos colores ibi [...] ⁊ iudicamus sic per sensum: [...] sunt ibi ⁊ vere: ⁊ cōsequētia tenet: qꝛ sensus non decipitur circa proprium obiectum; si medium ⁊ organum ⁊ sensus ⁊ sensibile sunt bene disposita: modo sic est qñ videmus iridē; quia sumus bene sani in oculis: etiam iris est bñ disposita: ⁊ est satis debita distantia: ⁊

stantia: ⁊ aer intermedius est satis bñ dispositus: qđ patet q: bñ videm⁹ alia ⁊ eq̃ bñ ac si eẽt nõ iris. ¶ Scđo. q: s3 rei veritatẽ qñ iris appet sic est ꝙ aliqđ appet visui: ⁊ tũc q̃rit vbi est illud qđ apparet visui ⁊ quid est ⁊ nõ videt̃ esse alibi q̃ in ipsa iride: vel in ipsa nube rorida: ergo ibi est vbi apparet ⁊ vere. ⁊ cõsequentia patet de se: similiter añs patet inducendo: q: nõ hic nec ibi: ⁊ sic de singulis: preter locũ in quo apparet: ergo nõ alibi. ¶ Tertio. aliqs color est vere ibi vbi apparet: ergo ⁊ ceteri colores sunt vere ibi. cõsequentia t3: cũ nõ sit maior ratio de vno q̃ de alijs: sed añs appet: q: nigredo est ibi q: nubes ĩ se sunt dense ⁊ nigre: ideo ⁊ aliquis color est: igit̃ ⁊c. ¶ Quarto. q: Aristoteles dicit in litera. ꝙ colores iridis sunt tales: quos pictores facere nõ possunt: igit̃ videt̃ ꝙ sint vere in iride. ¶ Itẽ dicit Aristo. iris autẽ hos habet colores: qđ nõ esset si nõ essent. ¶ Itẽ dicit ꝙ due irides eosdem ⁊ equales secundũ numerũ habent colores: qđ nõ esset verũ nisi eẽnt ibi vi colores. ¶ Quinto. si nõ ⁊c. sequeret̃ qđ oĩbus obseruatis qñ apparet iris excepto luminoso ꝙ tunc nihil videremus. cñs est falsum: q: nõ minus tũc q̃ nunc videremus iridẽ si cõseruaret̃ ibi: sed cõsequentia tenet: quia ex quo nõ essent colores ibi exñtes nõ videret̃ ꝙ possemus videre: q: nec nubẽ: nec solẽ: nec aliqđ tale. nõ solem: q: p hypothesim nõ esset sol. nõ nubes: q: nõ haberet lumẽ nisi a sole: nec tunc lumen cõseruaret̃ destructo sole: ⁊ sic similiter diceretur de coloribus iridis. ¶ Sexto. apparẽte halo est verus color albus: igitur apparente iride sunt veri colores iridis. consequentia tenet a simili. antecedẽs patet ex prioribꝰ questionibus ⁊ in litera.

In oppositũ arguitur. quia iris fit per refractiones vel reflexiões sicut halo: vt dictũ est supius: s3 res visa p modũ refractiõis vel reflexionis nõ vere est ibi vbi apparet: ergo colores iridis nõ sunt ibi vbi apparent esse. maior patet: sed minor declaratur ex prius dictis in priorib⁹: q: per reflexionẽ visa apparent esse in cõcursu radij visualis cũ catheco: ⁊ similiter per refractionẽ visa apparent etiã in tali concursu: vt patet in quarto perspectiue Vitulonis. etiam probat̃ ꝙ nõ sunt veri colores: q: color est qualitas secũda resultans ex actione primarũ qualitatũ in corporibus mixtis: vt patet p Aristo. in libro de coloribus: ⁊ p experientiam videmus. vnde iam aliquo illuminato apparente albo pprecto ad ignẽ apparebit nigrũ p actionem ignis: qđ nõ esset nisi p actiones primarum qualitatum fieret huiusmodi color: sed tamen iris non est huiusmodi qualitas sed lux diuersimode reflexa vel refracta: ideo non sunt veri colores apparentes quando apparet iris.

In questione ista primo videndum est de apparentia vel apparitione lucis. Secũdo videbitur de esse coloris iridis.

Quantum ad primuz dicunt aliqui ꝙ sunt duo per se ⁊ propria visibilia: ⁊ hoc secundum genus: ⁊ sunt lux ⁊ color: ⁊ ista sic se habent ꝙ lux põt videri sine colore et econuerso nunq̃ videt̃ color sine luce: ita ꝙ cum colore viso semp videt̃ lux aliqualiter reflexe: sicut respiciendo parietes de die videmus lucem solis reflexe: ⁊ cũ hoc colorem parietis vel alterius luminosi si aliquid illuminet. ⁊ intelligit̃ hic per lumẽ qualitas: vel aliquid existens in corpore luminoso: quo mediãte põt illuminare: ⁊ id supponit̃ tanq̃ p experientiam notũ q̃tũ ad visum exteriorẽ. ¶ Secũdo supponendũ est: qđ aqua ⁊ cõsimilia perspicua sicut vitrũ vel aer nõ sunt colorata nisi remisse valde: ⁊ ideo qñ magna aqua ⁊ pfunda videt̃ apparet nigra: q: nimia densitas ⁊ profunditas impediunt transitũ lucis. ⁊ ppter istud qñq3 cõtingit ꝙ nubes pter nimiã densitatem apparent nigre: q: radij solares non possunt penetrare: sed aliqñ apparet aqua viridis: ⁊ hoc est ppter quedã alia corpora admixta: ⁊ ppter lucẽ sic reflexa3 ⁊ propter densitatem istorum corporum admixtorum. ¶ Sit ergo prima conclusio ista. qđ lux visa per talia media apparet esse color. probat̃: q: lux visa per nigrum vel apparens nigrum sicut per densum apparet esse rubedo: igitur color. Cõsequentia patet: ⁊ antecedens etiam patet per experientias quas Aristoteles ostendit in litera: quando sol videtur mediante fumo: vel mediãtibus vaporibus terrestribus de mane vel de vespere: tunc enim apparet rubicundus. similiter ⁊ flamma lignorum que apparet per fumos apparet rubea: quãq̃ ipsamet esset alba ⁊ nõ rubea. Idem etia3 apparet in crystallo angulari ⁊ hexagono habente sex angulos ⁊ sex latera equalia: si radius solis superincidat radij reflexi faciũt apparere colores iridis: ⁊ causa est: quia radij refranguntur diuersimode: ⁊ sic incorporati procedentes per tale corpus: vel per tale: causant talem apparentiam coloris: intantum qđ aliqui volunt dicere consequenter: qđ omnis color mundi non sit aliud q̃ apparitio lucis sed tamen ista lux diuersificatur secundum diuersitatem dispositionis corporũ super que incidit lux. Et est satis antiqua opinio quam recitat Albertus super isto tertio commẽto suo: ⁊ adducit multas particulares experiẽtias: nec vult qđ color sit aliquid distinctũ a qualitatibus primis: etiam a corpore ⁊ a luce: sicut in cauda pauonis: ⁊ in collo columbe. in eadem enim parte vbi vni apparet rubedo ibi apparet alteri color viridis: quia aliter lux incidit ad illum ⁊ reflectitur cui apparet rubedo: ⁊ aliter cui apparet viridis color: ⁊ hoc est propter superficie3 corporum quibus lux incidit. ¶ Secũda conclusio: qđ qualis apparet lux mediantibus talibus corporibus dyaphanis: talis etiam apparet: si post transitum vel per multiplicationẽ talium transeat super alia corpora opaca: probatur per experientias: nam si quis videt solem mediante vitro rubeo apparet sibi sol rubeus: ⁊ si tunc loco oculi ponatur opacum sicut manus hominis: tunc talis manus reflecteret talem lucem rubeam: sic qđ consimiliter apparet rubedo in manu: et similiter esset de alijs coloribus mediorum. Et etia3 dato ꝙ media nõ sint colorata adhuc possunt ppter diuersitate3 refractionis colores diuersi apparere: sicut apparet si sol radiet super vrinali pleno aqua ex alia parte radij incidẽtes ad parietẽ qñq3 apparent p modum colorũ iridis. ¶ Tertia cõclusio quã ponunt aliqui ꝙ lumẽ si transeat p multa corpora diaphana ⁊ postea cadat sup speculũ politũ: tunc ista apparentia nõ fit a quocũq3 puncto qualitercũq3 sito: sed a determinato sito: sicut etiã cõtingit de alijs q̃ apparent p specula: sicut dictum est in questionibꝰ p̃cedentibus. ⁊ iđ si vmbra vitri sit directa sup speculum cadens sup mensam: tũc a determinato situ apparẽt isti colores ⁊ nõ vndiq3. Et ex isto inferunt ꝙ speculũ asperũ vel corpus opacum retro positũ: sicut in mappa vel mensa faciunt apparere in diuersis sitibus tales colores seu ad oẽm situm: q: ad omnẽ situm fit aliqua reflexio ppter multiplicationẽ speculorũ. ⁊ sic videt̃ vndiq3 cõsimilis color. sed oportet imaginari de illo: sicut si speculum iaceret sup mensam: ⁊ radius refractus incideret sup speculum: tunc tales radij vel talis lux non appareret omniquaq3: sed ad determinatum locũ: puta ad illũ versus quem in pariete apparet lux. ¶ Et confirmant cõclusionem hanc alio experimẽto. posito ꝙ sint duo vasa vitrea spherica plena aqua: sicut essent duo vrinalia: ⁊ ponat̃ vnum ad solem ⁊ aliud ad vmbrã illius primi prope cõcursum radiorũ: ita qđ sit modicũ vltra: tunc ibi apparebunt colores iridis ab omni situ. s. vbi est manus post punctũ concursus: et si nõ fuerit ibi manus: tunc ponat̃ ad vas: ⁊ apparebunt ibi colores: sed non a quocũq3 situ: sed oportet ꝙ homo flecteret se hincinde donec in aliquo determinato situ sibi appareant colores iridis. Et dicunt ꝙ causa est: quia secundũ vas est politum et speculare: ideo oportet angulos incidentie ⁊ reflexionis esse equales ⁊ sic: quia nõ ad omnẽ punctũ contingit fieri angulos equales sup superficie speculi vel corporis politi: iđ non ad omnẽ punctũ vel differentiã positionis possunt tales colores apparere. Et ex istis inferunt ꝙ lux põt videri simpliciter: vno modo: sicut est: etiam qualis est. Alio modo ita ꝙ appareat color propter aliquod intermedium. ⁊ vtroq3 modo dupliciter: vel p reflexionem vel per refractionẽ: et vterq3 modus potest per predicta exempla vel experientias declarari.

¶ Sed tamen hec vltima cõclusio non videtur esse omnino vera: quia per experientiam iridem naturalem possumus videre in speculo et in quocunq3 situ nos sumꝰ in speculo qualitercunq3 polito: et sic nõ videtur quod ibi requiratur situs determinatus: etiam si sint specula posita in mensa possunt radij ad omnem differentiam positionis causare colorem vel colores: licet remissius appareant: quam super mappam apparent.

Ex his premissis volunt aliqui dicere de coloribus iridis quod fiunt p̃dicto mõ: sicut declaratũ est de

vasis vitreis: quorū vnū est retro aliud: sed dicunt ꝙ oportet imaginari in generatione iridis vnā nubem roridā paruarū guttarū: ⁊ illā esse inter aspectū nostrum ⁊ solem: ⁊ si nō directe inter aspectū nostrū ⁊ solem: tamen directe ex opposito loci apparitionis iridis. videlicet inter solem ⁊ locū illū iridis ⁊ tunc ꝑ talem nubē roridam radij solares transeūtes refrāguntur: qꝛ guttule tales sunt sphērice: vel ad modū sphere: ergo posite in nube ad solem in vmbra illarū apparent tales colores sicut colores iridis sup aliam nubē roridam ex alia parte oculi vbi apparet iris: ⁊ sic ē alia nubes rorida habēs paruas guttulas sparsim seminatas: ergo super illa tanꝗ super specula parua a determinato situ apparēt tales colores quia ille guttule continue sunt sicut specula parua polita: ⁊ iste gutte cōtinue mutantur ⁊ cōtinue ascendunt: sed alie ad locū earum redeunt: sic qꝺ nō sentimus variationē: sed estimamus tandē iridem semper manere. sicut recte si mappa subiacens vitro insensibiliter contraheretur semper apparerent colores ⁊ iris: licet continue alij colores: sic oportet hic esse de iride. Et idem probant ratione: quia iris nō apparet nisi mediante lumine solis vel lune: ideo oportet ꝙ sit nubes rorida ⁊ nō grossa. ꝯña tenet: qꝛ nubes grossa impediret apparitionem: nec sic appareret. ¶ Confirmatur hoc signo: qꝛ nunꝗ fit iris nisi nube cōuersa in guttulas que iam pluūt: ⁊ nunꝗ fit in caligine nec in nebulis: nec in nube nondū cōuersa in guttulas: ⁊ ꝓpter hoc dicunt autores qꝺ fit in nube rorida: que magis ꝓprie dicitur roratio ꝗ nubes. Et ex alio signo: quia roratio facta artificialiter in spargendo aquā ad solem apparet in aliquo situ talis coloris: sicut dicitur in litera de aqua eleuata per remos vel per subtiles rorationes per manus. Sed quicquid sit veritas istorum videbitur in alijs questionibus: qꝛ non credo: imo falsum reputo: ꝙ oporteat nubem roridam esse interpositam inter solem ⁊ aspectū nostrum. ¶ Isti ponunt aliā conclusionē circa hoc: qꝺ lux solis videtur ibi vbi apparet iris: et cum hoc talis densitas corporis sicut aqua seu nubes roride: seu lumen incorporatū sicut dictum fuit prius de halo: ⁊ ista simul faciunt apparere talem diuersitatem ¶ Ex isto apparet quod nulla rubedo in iride: nec aliqua viriditas: nec aliquod corpus rubeum. probant: qꝛ illi colores nullibi sunt qui presentant ibi esse: qꝛ nō sunt tales colores: sed lux solis cū dēsitate nubis.

¶ Alia cōclusio: qꝺ tota nubes est totaliter disposita ī qualibet parte: ad quā attingunt radij solis sic reflecti ⁊ refracti. ꝓbāt: qꝛ qua ratione in vna parte ⁊ in alia: ⁊ in qualibet potest videri iris vel pars eius: vt experientia docet: igiť in qualibet parte nubis sic est ⁊c. Et ex hoc sequiť. qꝺ si essent ibi veri colores ꝙ quelibet pars esset purpurea: ⁊ cū hoc viridis: qꝺ tamē est falsum ⁊ incōueniens: ⁊ hoc oportet sequi: si color sit res distincta a luce.

His visis respondetur ad rationes.

¶ Ad primam dicunt quod visus decipitur: quia ibi est mediū indispositum: cum sit nubes intermedia in qua fit fractio: ⁊ ibi fit reflexio per quā multa fit deceptio. ¶ Ad alia argumēta dicunt similiter.

Ad rationes post oppositum dicunt quod

vocat Aristo. in litera tales apparentias colores per similitudinem ad tales colores: sicut diceremus regem depictū eē regem ꝓpter similitudinē quā habet ad regē: alias non est rex: sicut nec isti sunt colores ⁊c.

Questio. XII.



Uodecimo queritur vtrū iris sit forma realis impressa nubi: vel sit solū forma imaginaria. ¶ Et arguitur primo ꝙ nō sit realis: qꝛ si sic: tūc eodē modo ageret sicut alie forme reales: hoc est falsum ⁊ consequentia tenet: quia forma realis debet habere ꝓprietates forme realis. sꝫ falsitas probať: qꝛ nō agit ꝓpinque sicut remote: nec intensius propinque ꝗ remote: qꝺ patet: qꝛ si esset aliquis in loco vbi est nubes rorida nō appareret sibi iris: nec aliqͩd ageret talis forma in visum suū. Nec valet si dicať qꝺ hoc est ꝓpter inequalitatē anguli incidētie ⁊ reflexiōis: qꝛ ponať ꝙ aliquis ꝭm rectā lineā procedat ad nubē roridā sicut radius ꝓcedit ad ipsum: sic qꝺ conseruet omnino equalitas angulorū: tunc deberet tantū videre sicut prius: ⁊ magis si esset forma realis: cuius oppositū experimur. ¶ Secundo. si sic: tūc simul ⁊ semel in eodē essent rubedo ⁊ albedo: ⁊ omnis diuersitas colorum iridis. cōsequens est falsum ⁊ incōueniens: qꝛ sic vnū ⁊ idē esset rubeum ⁊ albū ⁊ viride ꝭm quodlibet sui. hoc est falsum ⁊ inconueniens: quia iam contrarij colores essent in eodem secundū quodlibet sui. sed cōsequētia principalis patet: qꝛ si esset forma realis: tūc in eodem puncto vbi mihi apparet rubedo ibi appareret vni alteri albedo: et tertio color viridis: ⁊ si est tunc sic: sicut apparet huiusmodi hominibus nec est imaginariū: igitur sunt ibi. ¶ Tertio. si sic: tunc non esset res spiritualis: hoc est falsum: cōsequentia patet: qꝛ res realis nō est spiritualis cū ex opposito inuicem distinguanť falsitas probatur: quia species intelligibilis vel fantasia vel species in medio: quo mediante fit visio: sunt res spirituales alias si essent res reales contraria essent in eodem: sicut species albissimi ⁊ nigerrimi in eodem medio: ⁊ calidissimi ⁊ frigidissimi in eadem fantasia imaginata. modo iris est talis species: igiť est res spiritualis. qꝺ aūt sit talis species: pꝫ ex priori questione: ⁊ potest probari: quia imago rei realis vel similitudo intentionalis est species: ⁊ sic est de iride. ¶ Quarto. si esset res realis: tunc videretur ad omnē differentiā positionis: hoc est falsum: quia stans retro nubē nihil videret de iride: ꝗuis nubes rorida esset diaphana: sicut experientia docet: etiam stans a latere nō videret: vt patet ī iridib9 artificialibus. sed probať cōsequētia: quia sic alie reales forme ad omnem differentiam positionis percipiuntur.

¶ Quinto probatur quod sit solū forma imaginaria: quia vbi apparet esse: ibi non est: ergo est forma imaginaria et nō realis. consequētia tenet: quia hoc dicimus imaginariū vel fictitiū ꝑ imaginationem: sicut imaginari montē aureū vbi non est. sed antecedens probatur: quia ex quo fit iris per reflexionem radiorum solis super nubem roridam: ideo apparet esse retro vel remotius ꝗ sit punctus incidentie vel reflexionis: ⁊ hoc ex quo nō sunt specula concaua: vel si concaua essent propinquius. ideo cū nihil ibi sit de talibus sequiť qꝺ non erit ibi aliquid de esse ipsius: vbi apparet esse: quod fuit antecedens probandum.

In oppositum arguitur.

quia iris pōt facere operationem realem preter operationē intellectualē vel anime: igitur est forma realis ⁊ non imaginaria: sicut mons aureus: consequentia patet: quia hoc dicimus esse rē vel formam realem. sed antecedens probatur: quia immutat medium realiter: quod est vsq ad oculum videntis: qꝺ fit ꝑter omnem operationē intellectus vel anime. ⁊ ex alio: quia radius solis vel lumen productum in medio est res realis: et sic est de iride: quia est species lucis solis: vel lumen productum in medio.

Nunc ergo respondēdum est ad questionē.

Et primo notandum est quid dicatur forma realis et quid imaginaria in proposito. ¶ Unde res vel forma realis diciť primo modo: omne quod est aliquod ens preter primā materiā vel preter cōpositum ex materia ⁊ forma: ⁊ sic species intelligibilis ⁊ consimilia: quia est vna res condistincta ab intellectu ⁊ a materia prima ⁊ a composito: dicitur forma rea[illegible]: sic siue sit in anima siue extra animā: siue sit ficta: siue [illegible] species rei ficte sicut imaginatio chymere: diceret forma realis. ¶ Secundo modo dicitur forma realis pro forma aliqua existente in subiecto ⁊ extensa que nō causatur neq conseruatur ab extrinseco particulari agente: ⁊ corporales actiones potest excedere: sicut albedo vel dulcedo: caliditas. ⁊ isto [illegible] species intelligibilis vel visibilis nō diceretur forma realis sed magis spiritualis. Unde tales forme spirituales ꝗuis improprie spirituales dicantur: tamen quia indifferēter insunt corruptibilibus ⁊ incorruptibilibus: sicut celo et aeri: ⁊ plures se cōpatiunť in eodē subiecto: nec agunt mutuo ad seinuicē: iccirco diciť spūales a physicis. sed forma imaginaria diceret esse: que nō haberet esse preter operationem anime: sicut quādo pueri ludentes cū igne circumuoluentes virgā ignitā faciūt apparere circulū ignitum: ꝗuis ꝭm rei veritatem nullus talis sit circuitus ignitus: sed fit solum propter quādam cōseruationē speciei ignis: ⁊ ꝓpter nimis subitā mutationē ⁊ insensibilē apparet esse circulus: ꝗuis nō sit: ⁊ hoc dicimus formā imaginariam. ¶ Sed notandū ꝙ forme spūales quādoq incorporanť ⁊ imbuunť corporib9

sic quod

sic ꝙ extense apparent: ⁊ pñt actiões suas facere ad similitu dinē formarū realiū primo modo dictarū saltem apparēter.

His premissis sit prima cõclusio: quod iris

est forma realis impressa nubi: sumēdo reale primo modo ꝓbaẜ: quia est ens aliquod et aliud a materia prima et a composito: ergo ⁊c. cõsequētia tenet ex ꝓdictis: ⁊ antecedēs patz per rationes post oppositū. ⁋ Itē nõ videẜ ꝙ talis forma possit agere in sensum brutoꝝ quin sit aliqd tale reale. ⁋ Scḋa cõclusio. ꝙ iris nõ est forma realis corporea: secūdo modo sumēdo formā realē: puta sicut caliditas vel tale. Probaẜ: quia est species vel similitudo rei: igitur ⁊c. cõsequētia patet: ⁊ antecedens probaẜ: qr iris est emphasis solis .i. apparitio solis vt patet in litera. Et ex alio: qr iris est recte sicut imago ĩ speculo. que est species: vt patet satis: quia sicut imago. patet in litera. quia dicit ibi Aristoteles ꝙ oportet imaginari specula ad generationē iridis sicut ad generationem halo: qḋ nõ esset nisi esset imago apparens ꝑ specula. ⁋ Tertia cõclusio qḋ iris est forma realis impressa nubi vel rorationi probatur quia est sicut imago in speculo: sed ista est forma realis: igitur ⁊c. maior patet ex predictis: minor probatur: qr omni alio destructo qḋ nõ est speculū nec oculus videntis nec radius nec medium nec deus apparet hoc sicut prius est tractatum in alijs questionibus: ideo hic est aliquid reale impressuz speculo vel nubi. ⁋ Quarta conclusio. quod iris non est solum forma imaginaria. probatur: quia realis: vt patet ex conclusionibus premissis: ergo non solum imaginaria. consequētia patet ex notabilibus predictis.

Contra istas conclusiones. Et primo con

tra primā arguitur: quia iris est forma successiue producibilis a sole: ⁊ successiue corruptibilis tanꝙ caliditas: igitur est realis tam secundo modo ꝙ primo. cõsequentia patet: et antecedens probaẜ: nam ꝙ successiue sit producibilis patet per experientiā: etiam si sol subito desineret esse adhuc iris subito non desineret esse: quia alias res successiua haberet vltimum instans esse: qḋ est falsum. ⁋ Secundo arguiẜ contra aliam conclusionem: quia si esset forma realis primo modo: tunc bruta possent cognoscere iridem: hoc est falsum: sicut dicit Albertus in suo Cõmēto: quia iris est arcus siue act⁹ demonis .i. intelligentis: quia demon grece est intelligens latine. vnde pauci cognoscunt iridem nisi valde intelligētes: sꝫ bruta non intelligunt: igitur ⁊c. ⁋ Item contra aliam. quia si esset vt sic forma realis impressa nubi sicut in speculis: igiẜ in speculis aliquid imprimereẜ per visibilia. consequens est falsum: ⁊ contra perspectiuos dicentes visibilia nõ agere in specula impressiue. ⁋ Deinde cõtra aliā quando diciẜ: quare iris apparet esse circulus continuus vel semicirculus: et non est ita: igitur sic solum est ꝯm imaginationem: ⁊ per consequens est forma imaginaria. cõsequentia pꝫ ex predictis: ⁊ añs ꝓbaẜ: qr sol nunꝙ in eodē situ vel statu permanet ⁊ quiescit: ita ꝙ nunꝙ ijdē radij incidunt ⁊ reflectunẜ: ideo nunꝙ cõtinue manet iris: sicut nec circulus igneus pueroꝝ: etiam nubes continue variãtur: igitur nulla iris manet ꝑ aliquod tempus plus ꝙ circulus puerorum.

Ad ista. Ad primā dicitur ꝙ est forma suc

cessiue ꝓducibilis. ⁊ qñ diciẜ: ergo realis secundo modo: negatur cõsequentia: quia oportet plus. videlicet: qḋ nõ ab extrinseco cõserueẜ vel nõ cõtinue secundū partes ꝓducatur ⁊ qḋ possit postea permanere. ⁊ qñ dicitur si sol subito desineret ⁊c. Dicendū est ꝙ sol haberet tunc vltimū instans esse. et ponendo desinit ꝑ positionē de pñti ⁊ sic species posset vltimo esse. ⁋ Et cū diciẜ cõtra tūc esset dare vltimū instans successiue rei. diciẜ ꝙ nõ qr illud qḋ in vltimo instãti fuit ꝓductū de iride si qḋ tūc fuit ꝓductū hoc nõ fuit successiuũ sꝫ instantaneū: sꝫ aliqḋ põt esse tale. posito etiã casu impossibili scḋm consuetum cursum nature cõcederet qḋcunqꝫ aliud inconueniens etiam inconsuetũ ⁋ Ad ꝯm argumētũ de brutis bruta possunt cognoscere puto ꝙ sic imo estimo ꝙ aues vident totã iridē cõpletã cuius nos nõ videmus nisi medietatem. ⁋ Ad ꝓbationē Alberti dicendū ꝙ loquiẜ ꝯm opiniones antiquorū: quia antiqui volebãt ꝙ nulli nisi intelligētes possent cognoscere quomodo fiat iris ⁊ propter qḋ: sed quia est bruta ⁊ nõ intelligētes possunt cognoscere per sensus ⁋ Ad aliud argumentū. si esset impressa ⁊c. conceditur. Ad improbationē. dicendū ꝙ nõ imprimiẜ sic aliqḋ a visibili ꝙ superficies speculi incurueẜ ex vna parte: ⁊ eleueẜ ex alia: sicut ꝯtigit ĩ impressione sigilli ad cerā: que proprie diciẜ imprimi: licet bene alio modo: sicut forma dicitur imprimi materie vel doctrina discipulo absqꝫ incuruatione partium superficialiuꝫ. ⁋ Ad aliā. iris appet ⁊c. põt dici ꝙ imo est qḋā semicirculus sicut apparet esse. ⁊ qñ ꝓbatur ꝙ nõ: qr sol continue variatur: veꝝ est: sed tñ illo nõ obstante erit iris ibi per tēpus insensibile: ⁊ sic lux ⁊ species poterit aliqualiter per tēpus ꝯm eundem angulum conseruari ⁊ remanere: sicut in organo visus remanet spēs cõseruata adhuc oculo clauso: ⁊ auertente se a sensibili.

Ad rationes principales. Ad primam: quã

do dicebatur: si esset ⁊c. conceditur si esset realis scḋo modo: sicut caliditas vel cetera talia dicũtur realia. ⁋ Ad secundã tunc in eodē puncto simul ⁊ semel ⁊c. bene cõceditur ꝙ in eodē puncto apparet rubedo ⁊ viriditas: sed non sunt colores: sumendo pro aliqua qualitate scḋa producta ex actionibus primarū qualitatū condistincta lumini vel luci: ⁊ non est inconueniens ꝙ lux a diuersis diuersimode reflexa diuersimode apparet. ⁋ Ad aliam: tunc non esset res spiritualis: dĩ qḋ non est res spũalis nec incorporata alicui denso: sicut est species intelligibilis: sed bene est res spũalis sicut lumen in medio: vel species visibiliū in diaphano. ⁋ Ad aliã: si esset realis ⁊c. conceditur si esset realis secundo modo. ⁋ Ad aliam. cum probatur ꝙ sit forma imaginaria. dicendū ꝙ nõ: imo apparet esse in superficie nubis vel rorationis. vel si quid apparet esse retro: sicut contingit quasi in oĩbus speculis: nõ esset incõueniens ꝙ sensus deciperetur in visis per reflexionē sicut satis visum est in questionibus secundi. patꝫ ḡ questio ⁊c.

Questio.XIII.

Queritur decimotertio. vtrum iris sit forma diaphanalis vel specularis vel vtrum fiat per reflexionē vel per refractionē. qḋ idem est. ⁋ Et arguitur primo ꝙ fiat per refractionem quia iris fit sicut halo: sed halo fit per refractionem ḡ ⁊c. añs quo ad primã partem patet in litera: sed quo ad aliam patet ex prioribus questionibus. ⁋ Secundo. iris apparet inter nos ⁊ solem in vapore existente intermedio ḡ fit per refractionem. ꝯña pꝫ qr sic apparentia apparent per radios refractos sed añs pꝫ per experientiã multoties circa lunã vbi apparēt tales colores: ⁊ etiam circa lucernas: vt dicitur in litera: ⁊ circa flãmas candelarum. ⁋ Tertio sic. iris non fit reflexione nec per solū radiū rectum: ergo per refractionem. ꝯña patet: non sunt plures modi radiandi añs probatur: ꝙ non fiat iris per solum radiū rectum: qr tũc non oporteret esse nubē: nec reflectens aliqḋ nec refrangens tempore apparitionis iridis. cuius oppositum experimur. Sed ꝙ nõ fiat per reflexionem: probatur: qr nec a speculis cõcauis: nec a conuexis nec planis. nõ primum: qr tũc radij solares incidentes ⁊ reflexi ad vnū solum punctū conuenirent et facerent ignem: sicut contingit in alijs speculis concauis saltem sphericis: nec etiam tunc sine lesione posset videri iris. ꝯña pꝫ: qr tot radij conuenientes in centro oculi lederent oculum: ⁊ sic argueretur si ponerētur specula cõuexa vel plana: a quibus fieret reflexio ad eundē punctum. ⁋ Et confirmaẜ ex alio: qr tunc oĩbus non equaliter appareret iris: qr ex quo ad vnū punctū solū radij conuenirent: alius cuius oculus esset extra illū punctū non videret. nec põt dici speculū ꝯuexū qr tunc prope vmbram capitis vel prope centrum iridis per distantiam semipassus vel minus radij solis per reflexionem ostendentes colores iridis apparerent: cuius oppositum experimur: sed consequentia tenet: quia si alia specula ponerentur: sic possunt diuersificari: ꝙ apparerent radij solis ad oculū reflexi: nec etiam fit ab alijs speculis quibuscunqꝫ: qr radius reflexus ab alijs speculis quibuscunqꝫ aliarū figurarum ad tantã distantiã non põt facere sensationē vel sensibiliter immutare sensum. ⁋ Quarto. si fieret per reflexionē: tũc non essent diuersitates colorum: hoc est falsum: ⁊ cõtra experientiam. ꝯña tenet: qr in alijs speculis reflectentibus apparet solū lux solis reflexa si sol videtur: ⁊ non tanta diuersitas coloꝝ: ⁊ sic etiam erit in iride si fiat per reflectionē. ⁋ Quinto. iris artificialis per vrinale apparēs fit per refractionem: igitur etiam naturalis: qr eodē modo fiunt. ꝯña pꝫ. sed añs

pz: q fit per transitũ radij fracti in occursuz medij pensioris: ꝛ per consequẽs fit per refractionem. ¶ Sexto iris fit in medio diaphano: igitur fit per refractionem vel est forma diaphanalis ꝛ nõ specularis: ꝯña patet: quia hoc dicitur forma diaphanalis: sed añs pz: q videmus per medium in quo fit iris tanꝗ ꝑ aerẽ vel ꝑ aliud diaphanũ sicut docet experiẽtia.


In oppositum arguitur, quia iris fit per reflexionem radiorum solarium super guttulas nubis rorides igitur est forma specularis que causatur a speculo per reflexionem. consequentia patet per quid nominis forme specularis que dicitur causari a speculo per reflexionem.

Notandum est circa questionẽ: quod in proposito forma diaphanalis dicitur forma apparẽs in diaphano: vel per refractionẽ: vel per incorporationẽ radiorum: sicut diceremus rubedinẽ nubis esse formã diaphanalẽ. ¶ Sz forma specularis dicit̃ forma q̃ apparet in superficie speculi propter reflexionẽ radiorum: sicut imago in speculo: vel species rei vise in speculo. ¶ Ulterius notandũ quomodo fit refractio: et quomodo reflexio hoc habitum est in superioribus questionibus. Sed q̃ñq; contingit aliquid simul videri per refractionẽ: ꝛ ꝑ reflexionẽ. sicut posito ꝙ aliqđ speculũ bene politum iaceat sub aqua bene clara distãtia vnius palmi vel ꝓpe: tũc radij oblique incidẽtes sup aquam refrangerent̃ anteꝗ venirent ad speculũ: ꝛ venientes sup speculum reflecterẽtur ſm equalem angulum incidentie ꝛ reflexionis: ꝛ iterum post exitum ab aqua refrangerent̃: ꝛ sic videns talẽ rem videret simul ꝑ reflexionẽ ꝛ per refractionẽ. ¶ Silr si q̃s inspiceret speculuz directe oppositũ faciei: sic tamen ꝙ interponatur vrnale plenũ aqua: videbit faciẽ suã ꝛ ꝑ reflexionẽ ꝛ ꝑ refractionẽ. Ex quibus pz ꝙ sicut aliqua possunt videri per visionem mixtã ex reflexione ꝛ refractione: sic puto in proposito de iride esse imaginandum: qđ propter aliquas guttas quarum alique sunt remotiores ꝛ alique propinquiores: super quarũ qualibet reflectitur radius solaris: ꝛ etiam frangitur cum sint simul diaphane guttule: ꝛ etiam reflectentes radium.

His notabilibus premissis fit prima cõclusio: ꝙ iris est forma specularis: seu forma apparens per reflexionem a corporibus politis tanꝗ a speculis. ꝓbatur: q iris celestis ꝛ naturalis de qua ꝓponitur conclusio fit consimiliter sicut iris artificialis que fit per rorationes subtiles: sed artificialis iris fit per reflexionẽ radiorum: ꝛ est forma specularis: ergo ꝛ naturalis siue celestis. cõsequentia pz de se: sed antecedens pro prima parte patet in litera per Aristo. vbi dicit fit aũt ꝛc. sed pro secunda parte patet per experientiã: q guttule rorationis subtilis reflectũt radios solis tanꝗ specula. ¶ Secunda conclusio. ꝙ iris non fit sine refractione radiorum probatur: quia ex quo fit per reflexionẽ sup guttulas: vt patet ex ratione precedentis conclusionis: ꝛ ille guttule sũt diaphane ꝛ densiores aere: radij [illegible] super ipsas oblique incidẽtes refrangũtur: cũ fit iris. Ista conclusio patet ex prioribus sed antecedens quantum ad secundam partem patet per experientiam: quia videmus ꝙ simul videmus colores iridis ꝛ post colores alias res: puta montes vel edificia: quod non esset nisi iste guttule essent diaphane: in quibus apparet iris sed bene ille guttule sunt densiores aere: q alias radius nõ refrangeretur: nec reflecteretur apparenter ad visum cuius oppositum experimur: cum appareat nobis iris ad sensum. ¶ Tertia conclusio. ꝙ iris fit tam per reflexionẽ ꝗ per refractionẽ radiorum. qđ probatur: q sequitur ex iã dictis. Et ex istis apparet aliqualiter diuersitas colorum: de qua tamen melius videbitur posterius. nam radius primo refractus: ꝛ postea reflexus debilius representat rei similitudinem vel rem radio solum reflexo: ꝛ quia talis reflexio ꝛ refractio simul contingunt in gñatione iridis: igit̃ in eque intensi colores vel luces apparebunt. ¶ Ex istis patet ꝙ iris non est soluz forma diaphanalis sic ꝙ non specularis: ꝛ non solum specularis: sic ꝙ non diaphanalis: sed ex ambobus simul. vnde recte est lux reflexa vel refracta vel incorporata simul cum istis duobus modis radiandi apparens.

Per hec ad rationes principales. Ad rationẽ aũt primã concesso antecedẽte põt negari ꝯña: q quãuis halo ꝛ iris in aliq̃bus silr̃ fiant: q ambo fiunt per radiationẽ in diaphano: non tñ opz ꝙ in omnibus silr̃ fiant: q nõ oẽs radiationes sunt omnino consimiles. ¶ Ad secundã. apparet in medio ꝛc. dicitur ꝙ talis emphasis simul apparens in medio non est iris: sed potius halo vel corona colorata ad modum iridis. si tamen hec debeat dici iris: vt Aristo. videt̃ velle in litera: non tamen omnino eodẽ modo fit: sicut iris fit ex opposito solis visu existente in medio inter astrum et locũ apparitionis: q talis apparitio de qua fit argumentũ fit visu existente in extremo: ꝛ per solam refractionez ꝓcedentem ad visum: ꝛ sic nõ est de iride. ¶ Ad tertiã si fieret per reflexionem ꝛc. Ad hoc aliqui dixerunt ꝙ fieret iris in nube concaua in qua reciperentur radij sicut in speculo cõcauo: ꝛ ad eundẽ punctum: puta ad centrũ oculi reflexi conuenirent: recte sicut in speculis concauis radij reflexi conueniũt in centro: sed istud non valet: q nullus oculus alterius ꝓter istum existentẽ in centro nubis vbi fit concursus videret iridẽ cuius oppositũ experimur: q valde plures oculi diuersimode distantes vidẽt iridẽ: licet non eandem. etiam ex alio: q opz angulũ incidentie angulo reflexionis esse equalem: ductis etiã radijs rectis ab aliquo puncto solis sup aliquem punctũ nubis concaue: ꝛ capto cẽtro orizõtis: qđ est idem cũ centro oculi: vt Aristo. imaginatur: cum luminosum sit extra centrũ radij incidentes ꝛ reflexi nequaꝗ ad centrum concauitatis nubis seu oculi conuenirẽt. q si venirẽt ad centrũ: statim angulus reflexionis esset maior angulo incidentie ꝑ tantũ angulum quantum continet linea recta ducta a centro orizõtis ad punctũ reflexionis in nube cum alia linea recta ducta a centro solis sup eundẽ punctũ: hoc aũt est impossibile: vt pz ex prioribus q̃stionibus: ꝛ. xxvj. Uitulonis: q̃ impossibile est ꝙ fit in nube cõcaua appitio iridis: sicut etiã demonstrat̃ in tractatu quodam de iride qui sic incipit. Cum exptum sit ꝑ astrolabium ꝛc. Dicendum ergo ꝙ hoc erit in nube cõuexa: vel nõ ꝓprie in nube est: sed in vna roratione congregata ex pluribus guttulis vel iam conuersis in aquam vel densioribus aere. ¶ Ad probationẽ ꝙ non: quia tunc ꝓpe vmbram capitis: videlicet ꝓpe medium loci appitionis iridis deberet appere iris. Dicendum ꝙ non oportet ꝙ appeat iris oculo illius cui ille locus appet esse ꝓpe medium vel cẽtrum iridis: sed bene alteri appet ibi portio iridis: imo sic in qualibz parte ... vbi appet iris appet alicui iris vel portio eius quãuis nulli in qualibet pte appeat. ¶ Ad alias ꝓbationes qđ non sit aliarum figurarum: non oportet dici cũ non oporteat nubem esse alicuius regularis figure sed plures regulares figure puta plures spherule sunt congregate simul: quibus dimediantibus appet. ꝛ ꝓpter hoc dicit Albertus in suo cõmento sup hunc tertium ꝙ iris non fit ascendẽte nube: sed semp oportet ꝙ nubes descẽdat: ꝛ ꝙ post pluuiam irrorationibus descendẽtibus de nube fiat appitio eius: q̃uis nubes ascendẽtes magis essent concaue q̃ ad nos ꝗ descendẽtes. ¶ Ad quartam. si ꝑ reflexionem ꝛc. põt concedi si ꝑ solã reflexionẽ sine aliqua refractione fieret: qđ est falsum. potest etiam negari ꝯña. Ad ꝓbationem cum dicit̃ ꝙ sicut in alijs speculis ꝛc. concedit̃: sed diuersitas in istis speculis causat̃ ꝓpter refractionem que simul fit cum reflexione: ꝛ etiã ꝓpter nimiaz ... speculorum ꝛ diuersum situm quibus valde diuersimode radij incidunt ꝛ reflectunt̃: ꝛ de istis videbitur in alijs questionibus. ¶ Ad quintã. iris artificialis ꝛc. dicendum ꝙ ibi bene appent colores iridis vel lux vel lumen consimilem appitionem colorum ostẽdens: sed non est vere iris Et etiam dato ꝙ sit etiam iris: tamen non fit ꝑ solam refractionẽ: sed etiam ꝑ reflexionem. si enim radij post refractionez nõ reflecterent̃ a densis corporibus: nõ apparet talis diuersitas: sicut nec appet in aliquo diaphano. ¶ Ad sextam. iris appet ꝛc. dr̃ ꝙ ex hoc bene sequit̃ ꝙ nõ fiat iris sine refractione: sed non sequit̃ ꝙ fiat sine reflexione. nam radius oblique incidens sup aquam q̃uis fractus ꝓcedat: cum hoc etiam reflectitur: et hoc non est inconueniens ꝛc.

Questio. XIIII.



Queritur supposito ꝙ iris fiat per reflexionem radiorum verum talis reflexio fiat in nube: vel sup guttulas rorídas: vel sup stillicidia. ꝛ arguit̃ primo qđ non fiat sup guttulas. quia tunc vna sola guttula existente: et nulla nube existente appareret portio iridis vel ps: cõsequẽs est falsum:

falsum: ꝛ contra experientiā: q: semꝑ videmus nubes quando apparet iris. consequentia pꝫ: q: ex quo fieret per guttulas: tūc vna sola guttula esset ps: ꝛ appareret in illa sicut in parte: ꝛ per consequens appareret pars. ¶ Secundo. si sic: tunc: nunq̄ȝ appareret iris: consequens est falsum ꝛ cōtra experientiā: quia pluries videmus ipsum. consequentia probatur: quia stillicidia seu guttule sunt inuisibilia saltem in tali distantia quanta distat iris ab aspectu nostro: igitur non apparet per tantam distantiam radius reflexus ab eis: cum radij reflexi sint minores ipsis: ꝛ per consequens nō videretur iris. ¶ Tertio. si sic: tunc non appareret iris secundum figuram arcualem vel portionem circunferentie: consequens est falsuȝ ꝛ contra experientiā: quia pluries videmus. consequētia tenet: quia ita bene super guttulas inferiores reflectētur radij: sicut super superiores ꝛ circa medium sicut circa circūferentiam: igitur non apparet circūferētia: cum tota nubes vel totus locus esset plenus. ¶ Quarto. si sic: tunc non indigeremus nube ad apparitionem iridis: sed hoc est falsum: q: oportet locum retro/ vmbrosum esse vel tenebrosum: vt ptꝫ in litera: ꝛ experientia etiā docet: sed consequentia tenet: q: guttule roris de bene fierent in aere sine nubibus. ¶ Quinto. probatur ꝙ talis reflexio fiat in nube ꝛ non super guttulas: quia sic fit reflexio qua apparet iris: sicut fit iris parua in anhelitu emisso ab ore hominis in hyeme vel in tēpore frigido ꝛ sereno: homine vertēte se a sole ad tenebras: sed ibi fit in nube vel in vaporibus: ꝛ non super guttulas: ergo ꝛc. consequētia tenet: ꝛ antecedens pro prima parte patet per similitudinem Aristo. in litera: ꝛ quo ad scđam ptꝫ: quia talis anhelitus est tanq̄ȝ vna parua nubes: ꝛ nō ↄstituitur ex pluis guttulis ꝛc.

In oppositum arguitur. quia iris est in celo: sicut iris artificialis hic prope nos ex rorationibus: igitur ista reflexio per quam apparet iris fit super guttulas vel super parua stillicidia. consequentia patet: etiam antecedens patuit ex priori questione.

Notādum est circa questionē: quod ad hoc ꝙ fiat iris requiritur aliquid in quo fiat quod sit densius in aere. vnde oportet imaginari aliquod medium in densitate quod sit densius nube ꝛ minus densum aqua: vel quod iam sit aqua licet sparsim seminata ꝛ cadens. ¶ Et cum hoc secūdo requiritur ꝙ post id dēsius corpus sit quedā obscuritas vel vmbra: in qua vmbra iris appareat: vel per quam. Et illud oportet ex eo ꝙ si non esset vmbra retro vel obscuritas ꝓpter nimiam lucem solis non fieret apparitio debilis lucis reflexe: q: lux magna ꝛ fortis tantum mouet visum nostrū ꝙ quā lux nō sentitur. ꝛ propter hoc dicit ↄmētator secundo de anima: ꝙ non videmus stellas de die propter nimium lumen solis. ¶ Ulterius notandum ꝙ licet vnum paruum sensibile in aliqua distantia data solum existens non sentiretur: tamē tot sibi equalia possunt apponi ꝛ componi ꝙ in eadem distātia ista simul sentirentur ꝛ hoc docet experientia: ꝛ ita imaginandum est in proposito de stillicidijs ꝛ de guttulis pluribus vel radijs simul iunctis.

Istis premissis sit prima conclusio: ꝙ iris non fit in sola nube: probatur: quia nubes est superficiei terse seu polite: sic ꝙ sufficiat ad terminationem et reflexionem lucis secundum vnam situm determinatum: ꝛ cum iris fiat per reflexionē ꝺm determinatum sitū: vt patet ex precedenti questione: sequitur ꝙ sole nubes non sufficiunt: qđ est propositū. ¶ Scđa conclusio. ꝙ nō est continuū super quod fit reflexio iridis: sed sunt plura discontinua: ꝓbatur: quia si esset vnū continuum: tunc appareret ꝺm vnū radium tam figura solis q̄ȝ lux eius: hoc aūt est falsum ꝛ incōueniens vt experiētia docet. ↄñā tenet: q: sicut videmus in vno speculo cōtinuo fieri vnam solam reflexionem ꝛ apparitionem figure ꝛ lucis: ideo etiaȝ sic esset in apparitione iridis. ¶ Tertia conclusio. ꝙ illa in quibus apparet iris seu in quibus fit reflexio radiorum sunt plures guttule vel innūerabiles ad nos valde prope inuicem cadentes: ꝓbatur: ex quo nō est nubes per primā conclusionē: nec solus aer nec aqua: nec aliquid continuū ꝑ scđam conclusionē: ideo opꝫ ꝙ sint plura discontinua: qđ est propositū. Sed ꝙ sint valde ꝓpe inuicem cadentes patet hoc quia alias iris non appareret arcus cōtinuus. Et ex isto patet ꝙ vbi est defectus talium guttularū ibi non apparet iris nec portio eius: q̄ȝuis omnia alia requisita essent sufficiētia. Et potest ꝓbari cōclusio: quia sicut reflexio iridis artificialis fit super plures guttulas discontinuas superficierū ꝓpe inuicem cadentes: sic etiam fit iris naturalis: sicut argutum fuit post oppositum. Potest tamen iris apparere in vapore aque nondū totaliter in aquam conuerso: licet cito conuertibili: sicut argutum fuit per quintam rationem ante oppositū de anhelitu. ¶ Per hoc ad rationes. Ad primā quādo dicebatur si sic ꝛc. negatur ↄñā: ꝛ patet causa ex p̄missis notabilibus ante conclusiones: quia vnus radius vnius guttule nō sufficeret vsq̄ȝ ad oculū sensibiliter multiplicari: ꝛ ergo plures cōponūtur. ¶ Ad scđam. tunc nunq̄ȝ appareret iris ꝛc. negatur ↄñā. Ad probationē dr ꝙ simul iuncta possunt videri: licet vnū solū nō videretur. ¶ Ad aliā. tūc figura ꝛc. negatur ↄñā. Ad ꝓbationē dr ꝙ licet inferius ꝛ superius sint guttule: tñ ad istas non potest radius sic incidere ꝙ reflectatur ad visum ꝺm aptitudinē ꝛ ordinē nature: licet bene ad alium visum ab alijs reflecteretur. ¶ Ad aliā. tunc nō indigerem⁹ nube ꝛc. dicendū ꝙ imo: q: q̄ȝuis nō indigeremus nube ad reflexioneȝ: tñ indigeremus nube ad hoc vt retro ponatur vmbra retro iridem ꝓpter quam melius possit apparere. ¶ Ad quintam autem dictum est superius.

Questio.XV.

His ergo premissis sit conclusio respōsalis ad quesitū. quod si non sit impedimentū vel impedimenta: tunc iris debet apparere secundum circuli peripheriam. probatur: quia si non: tunc propinquius vel remotius possunt radij incidere ⁊ reflecti ad oculum quam sit punctus m. ⁊ hec consequentia patet: quia si non propinquius nec remotius: tunc erit figure circularis: ⁊ habetur propositum: ⁊ si erit alia figura: aliqua pars magis elongatur ⁊ aliqua minus ab eodem puncto: vt patet inductiue in singulis figuris alijs a circularibus. sed consequens probatur esse falsum: scilicet quod propinquius vel remotius: quia iam hoc esset contra tertiam suppositionē quia ab eisdem punctis: puta h.k. alie linee in eadem proportione se habentes concurrerent quod īpossibile est. Et aliter probatur falsitas: quia statim si propinquius anguli incidētie ⁊ reflexionis non essent vndique equales: quod est contra quintam ⁊ vltimam suppositionem: ergo cū non possint propinquius nec remotius incidere: sequitur quod vndique per equalem distantiam. ducta ergo linea recta a puncto m. perpendiculariter super h.k. linea in continuum ⁊ directum protracta vsque ad p. que sit m.o. secundum quantitatem linee m.o. describatur circulus: cuius circunferentia per omnia loca fractionum vel refractionum transibit: ergo sequitur quod talis reflexio vel refractio que est iris fiat secundum circulum vel secundū peripheriam circuli si non sit impedimentū: ⁊ illud est quod volumus. ¶ Et si quis diceret quod linea m.o. in aliqua sui parte non attingit fractiones: contra. quia tunc oporteret quod in illa parte linee ducte ab h. ⁊ k. essent longiores: quod est impossibile. patet ergo propositum ¶ Et ex ista conclusione patet quod impedimento existente solum portio circunferentie circuli potest apparere ⁊ maior ⁊ minor secundum impedimentum maius et minus. ¶ Et ex ista conclusione patet [illegible] diuidunt medietatem celi a nobis ⁊ medietatem omniū circulorum magnorum ad quos concurrunt radij reflexi: ideo sole existente in oriente siue in occidente solum apparet semicirculus iridis: ⁊ sole eleuato minor portio quam semicirculus: de quo videbitur in questione sequenti. ¶ Et patet iterum. quod si elementa densa sicut terra ⁊ aqua nō essent: ⁊ oculus esset in centro mundi: ⁊ ex opposita parte solis fierent rorationes: ille oculus videret iridem circularem totaliter cōpletam. Et ex isto patet vlterius. quod si oculi hominum possent eleuari: sicut oculi auium: viderent secūdum circunferentiam iridem completam ⁊ rotundam. ⁊ secundum hoc litera Aristo. est exponenda quando dicit quod apparet semicirculus ⁊ non sit possibile fieri maiorem portionem siue longiorē: hoc est falsum: quia potest integra circunferentia apparere: sed oculo existente in superficie orizontis plani nō potest magis apparere quam semicirculus: ⁊ hoc intendit Aristo. licet oculo eleuato in turri vel in mōte altissimo posset apparere multo maior portio quam semicirculus ⁊ forte circulus completus: sicut etiam patet de iridibus artificialibus quod potest maior portio quam semicirculus apparere. ¶ Nunc ergo cōtra questionem vel contra processum vel modum Aristo. demonstrandi arguitur: quia posito quod guttule remotiores essent a latere quam superius a quibus radij incidētes secundum equales angulos reflecterentur sicut incidunt: ⁊ sic similiter equaliter sicut in guttulis superioribus plus propinquis: tunc longiores linee procederent a sole: ⁊ secūdum eundem oculum reflecterentur vel redirent: quia inequalitas linearum hoc non impedit: nec inequalitas angulorū incidentie nec reflexionis in diuersis speculis: quod patet per simile quia in speculis propinquis ⁊ remotis possumus eundem solem videre per diuersos radios: ergo etiam in guttulis sic cum sint tanquam specula. Item portio linearum: scilicet linee h.m. ad k.m. vel aliarum linearum: nihil facit ad equalitatem angulorum incidentie vel reflexionis in diuersis speculis: si superficies speculorum concaue vel conuexe non sint equales. ¶ Item. probatum non est quod hoc fiat per lineas rectas a sole productas super guttulas: nec quod fiat per fractas: quia si per fractas vt videtur patere ex prioribus questionibus: tunc nulla est demōstratio Aristo. Et si per lineas rectas: hoc non potest poni: quia refrangerentur propter aerem qui est densior igne: nec sunt in eadem circunferentia sol ⁊ summitas iridis: ideo circuli magni circunferentia nihil facit ad propositum. ¶ Item. eodem modo argueretur quod mihi deberet rubedo vel albedo secundum figuram circularem apparere: sicut argutum est de iride. ¶ Item non probatum est quod h.m. linea quando circa axem h.k. circunducitur veniat ad omnes terminos refractionum: ⁊ quod ibi solum debeat apparere iris ⁊ nō propinquius nec remotius per dictas causas. ¶ Itē consimiles proportiones vel equales possunt esse linearum longiorum sicut breuiorum: ⁊ ideo ista proportio linearum nihil facit ad propositum. ¶ Itē nos videmus in multis alijs experientijs colores iridis apparere: ⁊ non secundum figuram circularem: sicut apparet in fumis sudantium ⁊ in anhelitu in hyeme diffuso contra fenestrā quadratā iuxta positam vmbre: ⁊ similiter dimittēdo anhelitū in radio solari transeunte per foramen ⁊ in multis talibus vbi tales apparēt sine arcu ⁊ circūferentia. ¶ Ad ista omnia pōt dici probabiliter. quod hūc processum de iride per modū demonstrationis nō fecit. Sed quidā arabes posuerunt: quia ista noua translatio ab arabico fuit translata in latinū: ⁊ arabici expositores: sicut Alexāder in commento suo loquitur solum de hac demōstratione ⁊ nō alij: ⁊ in antiqua translatione Boetij nihil de hoc processu inuenitur que fuit de greco in latinū: sed solum habetur de circulo vario: qui debet apparere diuersi coloris: ⁊ hoc idē vult Vitulo in decimo perspectiue sue: quod sine talibus lineis debet apparere. sicut Aristo. in litera noue translationis tenet: omnia melius probari possunt: ⁊ forte ista non possunt sufficienter demonstrari vbi falsigraphus semper locum inueniat cōplosum fugiendi nisi experientie sensuales premittantur tanquam principia: et illa non sunt demonstranda nec possunt [illegible] demonstrari: et quia vt per experientiam videmus iri[illegible] ri secundū portionem circuli vel circuferentie: sicut videmus

grauia non impedita descendere: hoc non est demonstrandum nec demonstrabile saltem per ea que in litera ꝯtinētur.

Ad rationes. Ad primam: quando dicebabatur ꝙ sit ⁊c. negatꝫ añs. Ad probationē: qꝛ radij reflexi ⁊c. dicendū ꝙ non oēs radij tempore apparitionis iridis reflexi ad vnū punctū concurrunt nec ad vnā lineā rectā nec ad vnam lineam curuam: cūuis oēs in circumferentia iridis vni oculo apparentes ad vnum punctum cōcurrant: vel ad vnā lineam: sed sic nō est in speculo sectionis cuiuscūqꝫ mūquesi. quia ibi oēs radij reflexi ad vnā lineā concurrunt: extra quā non amplius alij radij concurrunt: ⁊ ideo est satis dissimile. ¶ Ad aliam cum dicitur ꝙ sit semicirculus. dicitur ꝙ tūc est impedimentum. ¶ Ad aliam quando dicitur vndiqꝫ in nube ⁊c. conceditur antecedens. ⁊ negatur ꝯña: qꝛ respectu vnius oculi apparet in vna circūferentia: ⁊ respectu alterius in altera: ⁊ sic quilibet oculus habet suā. ¶ Ad aliam si sic ⁊c. negatur ꝯña. Ad probationē dicitur ꝙ fiunt ſm reflexionem quantum ad incidentiam radiorū ⁊ reflexionum: tamen non oportet figuram totam esse circumferentialem. ¶ Ad quintā iris artificialis ⁊c. dicitur ꝙ non de iride artificiali que fit ꝑ rotationes: ⁊ etiam secundum circuli peripheriam si non sit impedimentum. ¶ Ad aliam hoc esset ⁊c. conceditur añs et ꝯña. Ad improbationem: qꝛ plures alij modi. Dicendum ꝙ lꝫ hoc esset possibile: qꝛ nō implicat contradictionē: tñ in operatione nature sic regulate nō potest hoc fieri: qꝛ posteriores radij a prioribus vel a medio impedirentur ne ad oculū perueniant saltem sensibiliter ⁊c.

Questio. XX.



Queritur vicesimo vtrum semper tempore apparitiōis iridis necesse sit centrū solis ⁊ centrū orizontis ⁊ centrū iridis ⁊ polos eiusdē vel polū esse in eadē linea recta. ¶ Et arguitur primo ꝙ non: qꝛ si sic: tunc centrū orizontis non esset idem cum centro mūdi: ꝯñs est falsū: qꝛ orizon est circulus magnus in sphera igitur eius centrū est idem cū centro totius sphere: vt patet ex primo Theodosij de sphericis. Sed tñ ꝯña probatur: qꝛ si hec quatuor centra essent simul semꝑ in eadē linea recta cū aliquando nobis existētibꝰ super suꝑficiem terre aꝑpeat semicirculus de iride: sic ꝙ centrū iridis est recte in circumferentia sphere terre: ⁊ in eadem recta linea cū centro oculi ⁊ cū centro solis: ⁊ centrū mundi multū distat a cētro oculi: quia per distantiam semidiametri sphere; sequitꝫ ꝙ hec puncta. s. centrū solis ⁊ centrū mūdi nō sint in eadē linea recta: cū per aliā viā procedat linea ducta a centro solis ꝑ centrū mundi ꝙ̄ si per centrum oculi duceretur. ¶ Et forte diceres. ꝙ per centrū orizōtis Aristoteles intellexit centrum oculi. ¶ Sed contra. quia tunc non posset iris quandoqꝫ minui nec maiorari ſm ascensum vel descensū solis. Hoc est falsum: ⁊ contra literam. quia Aristo. dicit qꝺ eleuato signo in quo h. super diametrum que est a.g. minor erit superior decisio circuli ꝙ̄ si non esset h. eleuatum: ⁊ per ꝯñs maiorātur ⁊ minoratur: ⁊ ꝯña ꝓbatur: quia ex quo per centrū orizōtis intelligit centrū oculi: vt tu dicis: ponatur ꝙ̄ ꝙ centrum oculi sit valde eleuatū suꝑ superficiē terre in tantum ꝙ nihil per superficiē terre scindatꝫ de iride: et tunc non maioratur nec minoratur ꝓpter ascensum solis: quod est propositum. ¶ Secundo ad principale. nulla est nec esse potest linea recta a centro solis per centrū orizontis ⁊ per centrum iridis ⁊ polum: igitꝫ nō semper necesse est illa centra esse in eadem linea recta: imo impossibile esset. ꝯña pꝫ de se: probatur antecedens: quia corpus celeste ⁊ orbes celestes ⁊ sphere elementares ⁊ oculus non sunt vnum corpus nec possunt esse: igitur nō est vna linea nec potest esse per hec centra ducta qꝛ linea ⁊ quantitas non sunt sine subiecto. Sed si diceres. non est aliqua linea recta ſm rei veritatem: sed ſm imaginationē mathematicam si esset talis: ista caperet omnia hec in se manens recta. Sed contra. qꝛ radius rectus veniens a sole suꝑ superficiem ignis vel aeris oblique incidit ad superficiem ignis: ⁊ per ꝯñs non recte procedit: sed frāgitur ſm ꝑmissas questiones: ⁊ sic etiam veniens vsqꝫ ad caput hominis vidētis iridem nō faciet vmbrā directe ſm rectā lineā procedere que ſm mathematicā imaginationem a centro solis per centrum oculi vsqꝫ ad centrum iridis duceretur: ⁊ ꝑ consequēs non sunt in eadem linea recta ſm mathematicā imaginationē. ¶ Tertio si sic: tunc sole continue eleuato oporteret quiescente oculo centrum iridis ⁊ polum continue moueri descēdendo: consequens est falsum: qꝛ centrum iridis ⁊ poli non possunt terrā penetrare nec alia densa corpora: igitur nō possunt descendere inferius ex alia parte: ⁊ etiam tunc circa centrum oculi videntis mouerētur due linee continue: quod tamen non percipimus videndo iridem. ꝯña patet: qꝛ alias quiescente iride siue oculo non omnia ista possunt manere in eadem linea recta: quod est cōtra questionem. ¶ Quarto. si sic tunc centra iridium in diuersis sitibus apparentiū in speculis ex opposito iridis essent ī eadem recta linea cū illis quatuor punctis: consequens est falsum ⁊ impossibile: qꝛ ab eodē puncto ad eundem punctum impossibile est plures rectas lineas duci ꝙ̄ vnam: sic tamen oporteret a centro solis ⁊ a centro iridis duci plures rectas lineas: videlicet vnam per centrum oculi: ⁊ alias per centrum iridium apparentium in speculis. sed ꝯña patet: quia iris apparens ex opposito iridis ꝑ speculum vel per specula est iris tempore apparitiōis iridis ⁊ per consequens si questio est vera omnes illi puncti iridū in speculo essent in eadem linea recta. ¶ Quinto. de artificialibus iridibus que fiunt per rotationes non est idem centrū iridis ⁊ centrum orizontis ⁊ cētrum solis: vel in eadem linea recta: quia aliquis posset esse sub terra vel directe sub sole faciens iridem artificialem sic ꝙ centrum orizōtis non esset in eadem recta linea: etiam plures lateraliter adinuicē distantes possunt simul ⁊ semel facere diuersas irides artificiales: sic ꝙ in nulla recta linea possunt esse cētra omnium iridium cum centro oculi vel orizontis ⁊ centro solis. ¶ Sexto. in eodem instanti simul ⁊ semel apparent diuersis hominibus in diuersis partibus mundi diuerse irides: quarum centra nō sunt nec pñt esse in eadem recta linea: imo distant tāqꝫ coni trianguli: vel tanqꝫ coni cuiuslibet alterius angularis seu lateralis figure; igitur non semper tempore apparitionis ⁊c. consequentia videtur esse manifesta: ⁊ antecedens patet per experientiam: ⁊ melius patet imaginanti.

In oppositum videtur fuisse Aristo. in litera: vbi dicit. Eadem aūt ⁊ polus ⁊ centrum circuli supple iridis: quod terminantis nūc ortum .i. centrum orizōtis: est cū illa m.h.h.p. ex quo apparet ꝙ semper tempore apparitionis iridis punctus h. qui ponitur loco centri solis: ⁊ punctus h. qui est orizontis centrum: ⁊ punctus d. qui est cētrum iridis ⁊ punctus p. qui est polus eius sunt in eadē recta linea. scilicet h.p. qualitercūqꝫ sol eleuatur ⁊ deprimitur: ⁊ hoc Aristo. presupponit tanqꝫ principiū: per hoc probans aliqua accidētia de iride. videlicet quando sol est eleuatus: tunc minor apparet portio iridis ꝙ medietas sicut de aliis de quibus postea videbitur. Hoc idem patet in quodam tractatu de iride ꝙ incipit. Cum expertuꝫ sit: vbi dicitur ꝙ halo ⁊ solis idem est centrum secundum sensum propter diuersitatem aspectus. s. oculi aspicientis: quia semper oculus aspiciens est in loco cētri circuli altitudinis hoc est orizontis: ⁊ linea q.o.n. transit per centrum solis ⁊ per centrum circuli vsqꝫ ad nadir solis. i. punctum oppositum in zodiaco ipsi soli. ¶ Notandum autē est ꝙ aliter sumitꝫ orizon apud astrologos ⁊ aliter apud perspectiuos. nā astrologi dicunt ꝙ orizon est circulus magnus diuidens spheram per duo equalia transiens per centrum eius ⁊ separans partem celi visam a non visa: sicut patet per autorem de sphera. aliter autem capiūt perspectiui: sicut apparet per Vitulonem in quarto perspectiue. vnde capiunt orizontem pro vna superficie circulari contingente terre suꝑficie: ⁊ vlterius ꝓcedēte vsqꝫ ad extrema ptiū celi visarū: et eiꝰ centrum ponunt centrum oculi sic videntis. Et scđm ista patet diuersitas ſm centra orizontis: qꝛ primo modo capiendo centrū esset centrū orizontis: ⁊ centrum mundi idem. Sed secundo modo non sic: quia oculi nostri non sunt in centro mūdi: imo valde distant. ¶ Sed tamen quia astrologi reputant terram insensibilem in comparatione ad celum: sicut apparet in secundo Almagesti Ptolemei: quia etiam minima stella visu notabilis nullius proportionis apparet esse ad totuꝫ celum: sic nec terra: cum quelibet stella sit ea maior: habet aliquam proportionem determinatam ad celum: propter hoc reputant idem centrum orizontis et centrum mundi. Alterius notandū ꝙ quāuis nulla sit nec possit esse rebus se habentibus vt nūc linea recta a sole vsqꝫ ad nos: tamen si esset aliqua

aliqua talis linea recta: sicut bene possumus imaginari sine contradictione: que esset a centro solis ad centrum oculi in continuum et directum protracta: queritur per questionem vtrum semper et necessario in tali linea recta si esset tempore apparitionis iridis debeant esse ista puncta: ita quod nunq̃ appareat iris nisi talia quatuor puncta sint in eadem linea recta existente vel imaginata.

Et secundum hoc sit prima cõclusio. quod nõ est necessariũ semp tpe apparitiõis iridis q centrũ solis et orizontis vt astronomus sumit et iridis et polus sint in eadem linea recta. hoc satis patet: q: plures apparẽt nobis irides tam artificiales q̃ etiã naturales: quarũ centra impossibile est esse in ea lẽ linea recta cũ cẽtro solis et centro mundi: q: hec tria centra facerent triangulũ: si recte linee a quolibet ad quodlibet ducerentur: igit nõ est necesse. Cõsequẽtia tenet: et antecedens patet scdm q argutũ fuit in prima ratione principali ante oppositũ: et p hoc soluit ¶ Secunda õclusio. qd semp tẽpore apparitiõis iridis artificialis centrũ solis: centrũ iridis artificialis: et centrũ oculi et poli eiusdẽ sunt in eadẽ linea recta: nisi refractio radiorũ solariũ sup diuersa diaphana oblique incidentiũ impediat: q̃uis nõ multũ sensibilis diuersitas inde fiat. Ista pbat: nã dũ fit iris artificialis recta linea pcedens a cẽtro solis tanq̃ axis pyramidis radiose directe veniet sup centrũ oculi vel sup cẽtrũ concursus neruorũ opticorũ: vel p centrũ cõcursus neruorũ opticorũ: q: experimur qd vmbra capitis nostri in continuũ et directũ pcedit: et equaliter vsq̃ p mediũ iris artificialis quãtũ libet: et circũferẽtia iridis artificialis non plus distat in vna parte ab extremitatib⁹ vmbre q̃ in alia: nec ecõuerso: nisi qd accidẽtale impediat puta inequalitas figure capitis vel caputũ vel criniũ. et ergo axis vmbre in cõtinuũ et directũ pcedit sm q axis pyramidis radiose p centrũ cõcursus neruorũ opticorũ ductus pcedit: et axis vmbre pcedit p cẽtrũ iridis et p poliũ: ergo oĩa ista quatuor puncta sunt in eadẽ linea recta in iride artificiali: et sic hoc semper experimur: et q̃ñcunq̃ moueamus caput mouebitur vmbra vel nobis apparebit moueri iris artificialis sic q semp maneãt ista quatuor pũcta i eadẽ linea recta lz i nulla linea recta semp maneãt. ¶ Tertia cõclusio est ista. qd semp tpe apparitiõis iridis naturalis et celestis ista quatuor puncta sunt in eadẽ linea recta existente vel imaginata si non fractio radiorũ insensibiliter vel aliter immutet: et hoc pz: q: iris naturalis fit sicut artificialis vt sepe allegatũ est ex litera: sed ex pcedenti cõclusione sic fit iris artificialis q ista quatuor puncta sunt semp in eadẽ linea recta: ergo etc. ãña pz: et etiã antecedẽs ex dictis. Et ite' ligenda est cõclusio respectu eiusdem oculi et de cẽtro orizontis p centro oculi capto: et si diuersis in diuersis sitib⁹ diuerse irides apparent semp cuilibet illorũ talia quatuor puncta essent in eadẽ recta linea: et hoc vnusquisq̃ põt experiri: q: iride naturali apparente sole existente in oriente vel in occidẽte si consideret quis vmbrã capitis: pcedit directe per cẽtrũ et eque distat a circunferentia: q: si radij solis prius cõcurrẽt anteq̃ vmbra capitis ad tantam distantiam perueniret retro ponat capiti aliquod vmbriosum rotundũ et magnũ: et apparebit. ¶ Ex istis conclusionibus patet qd si oculus eẽt in centro mundi et cetera ad iridem requisita essent paria videret totam iridem: et idem esset centrũ mundi cũ centro hui⁹ oculi: vel omnia quatuor puncta essent in eadem linea recta cũ centro mundi. ¶ Ex quo patet vlterius. qd si sol circũducetur ceteris paribus tali oculo in centro mundi appareret iris circunduci ex opposita parte celi: sicut sol ex alia parte circunduceretur. ¶ Et ex hoc patet quod si quis esset oculus sub polo arctico in superficie: tali oculo potest iris apparere circunduci: quemadmodum sol circũducitur ad omnem partem celi per totum tempus post equinoctium vernale vsq̃ ad equinoctium autumnale per centrum: et sic tales possũt videre iridem naturalem versus austrum directe quod nobis existentibus hic est impossibile: et causa est: q: ex quo semper ista sunt in eadem linea recta: et ipsi habent solem super orizontem ad omnem partem celi tam versus austrum quam versus septẽtrionem: ideo ipsi possunt videre sole existente versus septentrionem iridem versus austrum: hoc autem est nobis impossibile. patet etiam quod si qui sunt antipodes quod illis nunq̃ potest apparere iris versus septentrionem; sicut nobis hic existentibus non potest apparere iris versus austrũ. ¶ Et ex istis etiã patet quid sit dicendum ad questionem: et etiam excludende sunt irides apparentes per speculum ex opposito: q: de hoc nõ habent conclusiones veritatem. ¶ Nunc dubitatur circa predicta: quia nõ videtur ppter quid poli vel polus iridis sint in eadem recta linea cum alijs tribus punctis. probatum enim est per experientiam dictam: q ista tria centra sunt in eadem recta linea: sed non probatum est de polis. ¶ Ad quod dicendum. q ex quo centrum iridis et cẽtrum orizontis vt dictum est sunt in eadem linea recta: et cum experimur in iridibus artificialibus et etiã in naturalibus: q semper superficies contenta a circũferentia iridis existẽs vel imaginata est eque distans superficiei orthogonaliter intersecãte rectam lineam in qua sunt centra tria dicta: q̃ oportet q ista recta linea vlteri⁹ recte protracta procedat vsq̃ ad polum: quia polus est quilibet punctus in linea recta a cẽtro circuli ppendiculariter super superficiem eius erecta. igitur poli sunt in illa sm q pz per diffinitionem poli datã in pmo Vitulonis: et datam a Theodosio de sphericis: q̃ v demus q si sol sit in meridie in estate et faciamus iridem artificialẽ per rotationes: oportet nos respicere quasi ad terrã et non aerẽ: sicut de mane in hyeme: et sic semper sicut sol eleuat: sic et linea recta a sole per cẽtrum oculi directe duci imaginata vltra oculum deprimitur: et superficies iri iis semp orthogonaliter intersecans lineam proportionaliter inclinatur. ¶ Et ex isto patet: quare nunq̃ possumus facere iridem artificialem apparere sursum versus celũ totaliter: sic q perpendicularis super superficiem iridis veniat quasi a centro mundi p centrũ oculi: sed semper versus terram vel a latere: quia nunq̃ sol luceret super terram: sic q perpendicularis vel recta a sole ad oculum veniens ab inferioribus procedat: sed si terra per imaginationẽ esset ita parua q radij circunquaq̃ possent transire in tanta fortitudine et distantia quanta sufficit ad iridem: tũc bene posset apparere sursum iris vel etiam si terra non esset et nos essemus.

Per hoc ad rationes. Ad primam si sic etc. conceditur supponẽdo vt sumunt perspectiui. Ad improbationẽ cũ dicebatur. tunc iris nõ posset q̃ñq̃ minui. cõceditur si oculus sic esset eleuatus: nec est inconueniens. ¶ Ad secundam nulla est etc. concedatur sed sufficiat sm mathematicam imaginationẽ q si esset talis linea: tunc tẽpore apparitionis etc. Ad probationẽ cõtra hoc q radij franguntur. dicendũ q licet sic sit: et oporteret esse: tñ hoc non facit sensibilẽ diuersitatẽ: sed valde modicã: et hoc non sufficit. q: naturalis nõ habet multũ demonstrare p insensibilia: sicut mathematicus. ¶ Ad aliam. tunc sole etc. conceditur: q: nõ impossibile est scdm imaginationem vel conditionaliter: q: durities terre non impedit quin possimus imaginari penetrationẽ. ¶ Ad quartã de speculis. dicendũ q hoc fuit exclusum in conclusionibus: et etiã de artificialibus diuersis et naturalibus: q: nõ oportet oĩm iridũ apparentiũ simul et semel q centra sint i eadẽ recta: sed respectu oculi vnius quiescẽtis vel moti semper sunt quatuor puncta in eadẽ recta tẽpore apparitionis et sic respectu vnius quatuor et respectu alterius quatuor: licet oẽs iste recte linee in centro solis conueniant et cõmunicent: et non in alijs. Et per hec etiã pz solutio quinte et sexte rationis.


Questio.XXII.



Queritur vigesimoprimo. vtrũ semper tempore apparitionis iridis et halo diameter iridis sit precise dupla ad diametrum halo. ¶ Et arguitur primo q nõ: q: quandoq̃ diameter halo est valde parua: quando halo apparet iuxta stellam et minoris magnitudinis alia a sole et luna: et diameter iridis est tanta: sicut cõiter solet esse: igitur non semp et precise dupla. consequentia pz ex hoc q diameter halo quãdo diameter iridis est dupla precise est multo maior q̃ apparẽs iuxta stellã. ¶ Secundo. si sic. sequeret q distantia solis vel lune ab iride vel a loco apparitionis iridis esset pcise in duplo maior q̃ distãtia eiusdem solis vel lune a loco in quo apparet halo vl a vapore isto in quo fit. ãñs est falsum et impossibile: q: sol valde multũ distat a luna vel ab aere: et per ãñs multo plus q̃ in duplo ad distantiã halo et iridis ab in

pice. Similiter luna distat p totā spissitudinem orbis ignis: et similiter superioris et medie regionis aeris ab halo: sed halo ab iride non distat nisi per modicā distantiā in aere. vt puta in duplo plus distat halo ab iride q̄ iris ab oculo videntis iridē que est satis modica distantia que est vix p medietatem miliaris parui: sicut experimur quādo fines iridis apparēt inter edificia et visum nostrū que edificia non multū distant a nobis: sicut scimus. Sed consequentia pbat quia imaginādo vnū triangulū: cuius conus sit in puncto solis vel lune: et sit a. et pcedat latus a.b. ab a. vsq3 ad finem iridis versus terrā quando apparet semicirculus de iride: et a.c. latus ad aliū finē: et ducatur linea c.b. basis trianguli tanq3 diameter iridis. capiatur q̄ linea d.e. eque distās linee c.b. in isto triangulo secans ista duo latera a.c. et a.b. trianguli a.b.c. et sit linea d.e. solū subdupla ad lineam c.b. ſm q tu poneres diametrū halo esse subduplam precise ad diametrū iridis, tunc imaginor hic duos triangulos a.b.c. et a.e.d. isti duo trianguli sunt eque anguli: et consimiles: quia angulus a. vnius idem est et equalis angulo a. alterius: et angulus e. est equalis angulo b. quia extrinsecus intrinseco sibi opposito quando duabus eque distātibus superuenit tertia. ergo per. xxviii. primi Euclidis sunt equales. cōformiter probatur de angulo. d quod sit equalis angulo c, quod etiam patet per vicesimam tertiā

Punctus solis.



secundi: quia omnis triangulus habet tres et cetera. ergo cū sint eque anguli sequitur quod latera eorum erunt proportionabilia per quartam sexti: ergo sicut se habet b.c. ad d.e. sic se habet a b. ad a.e. et a.c. ad a.d. sed q2 per te diameter iridis pro qua ponitur b.c. est dupla precise ad diametrū halo pro qua ponitur d.e. sequitur q distantia solis a puncto qui est terminus iridis sit precise dupla ad distantiam solis a puncto qui est terminus diametri halo: et sic similiter arguitur de luna: ergo sol vel luna in duplo p̄cise plus distat ab iride q̄ ab halo; qd̄ fuit probandum: et est impossibile. ¶ Tertio. si sic sequitur semp q halo eēt equalis magnitudinis: et similiter iris vł irides semp essent equalis magnitudinis: hoc ꝯñs est falsū: et ꝯ experientiā: q2 videm9 multotiens q halo qñq3 ē maior qñq3 minor: et sicut nos videm9 q iris qñq3 est minor et qñq3 maior immo sole eleuato vt dicit Arist. in lra: appet minor portio maioris circuli de iride ideo quādoq3 fit maior portio circuli vel maior circūferentia iridis: et quādoq3 minor: ergo nō semp irides apparēt equalis magnitudinis nec halo. ꝯña tenet: q2 si semp est precise dupla: igitur circunferentie si cōplete essent: essent cōtinue duple: et per ꝯñs cōtinue equales sibijpsi in oībus temporibus: quia eadem est portio diametrorū et circunferentiarum eorundē circulorū vt per quintā cōclusionē Archimedis de curuis supficiebus ptz. ¶ Quarto. sic q2 qñq3 halo apparet sole vel luna tantū eleuato qd̄ nihil de iride potest apparere: igit non semp diameter vnius est dupla et c. ꝯña ptz: quia quorum vnū est duplū ad aliquod: ambo sunt: sed añs patet: luna existente in signis estiualibus et eleuata ad mediū celi: et similiter de sole: tūc eēn nihil iridis potest apparere nec esse apud nos. ¶ Quinto. si sic tunc irides artificiales et halo artificialiter facti per vrinale sic se haberent q diameter vnius esset dupla ad diametrū alterius: hoc consequens est falsum q2 possumus artificiales irides facere maiores et minores sicut halo: sic q proportio illa non seruet precise. ¶ Sexto. quando apparēt due irides artificiales destructa inferiori iride vel principali reliqua est multum maior: ergo et diameter eius est maior: q̄ et diameter halo si tunc appareret halo nō precise esset subdupla ad diametrum iridis: ergo nō semper quando appet halo et iris diameter vnius est dupla ad diametrum iridis alterius. consequentia et antecedens patent de se. ¶ Item contingit nunq̄ qd̄ simul possint apparere halo et iris: igitur non semper et c. cōsequentia patet: quia oporteret aliquando sic esse si deberēt ista esse vera: sed antecedens probatur: quia nunq̄ vapor in quo fit halo permitteret radium ita fortem transire qd̄ fieret iris ex opposita parte. et quādo fit halo sol vel astrum est ad minus eleuatum per. xl. gradus: et tunc non potest circunferentia iridis tāta apparere quod diameter iridis sit dupla ad diametrum halo.

In oppositum arguitur per experientias quas ponit autor in tractatu de iride: qui dicit: cum expertū sit per astrolabium vel per armillas q diameter halo habet xlij. gradus de circulo altitudinis: et semidiameter iridis tantundem. ex quo patet q semidiameter iridis est equalis toti diametro halo: et per consequens cum diameter iridis sit precise dupla ad suam medietatem sequitur: q sit precise dupla ad diametrum halo: et hoc probat idem per angulum vel per angulos in centris oculorum qui se habent adinuicē in proportione dupla: puta angulus sub quo videtur diameter iridis: est duplus ad angulum sub quo videtur halo: sed q2 eadem est proportio circunferentiarum vel portionum circunferētie seu arcuum que est proportio angulorum supra centrū sicut patet per vltimam conclusionem sexti Euclidis: sequit q pars circunferentie sub qua apparet iris sit dupla ad partem circunferentie sub qua apparet halo. ¶ Hic est notandū q opz questionē intelligi conditionaliter. vt videlicet. si quādocunq3 simul et semel apparet halo ſm circūferentiam completam et similiter iris ſm circunferentiam completam vel semicirculi: q tunc diameter iridis esset precise dupla ad diametrum halo: quia de facto quod sic fiat q simul in oculo existente in superficie orizontis appareat halo totus et semicirculus iridis esset impossibile. Et etiam potest intelligi questio q si modo appareat halo iuxta solem vel iuxta lunam et cras appareat iris ſm semicirculum nūquid tunc diameter istius halo sit precise subdupla vel fieret si maneret ad diametrum iridis crastine: vel etiam si quandoq3 vt forte possibile est appareat medietas halo sole vel luna existente in oriente et in eodem tempore eidem oculo in superficie orizontis appareat iris ſm semicirculū: nunquid diameter vnius iridis sit dupla ad diametrum alterius. ¶ Ad hoc ergo est dicendum presupponendo qd̄ sit iris et quid halo et quid diameter. ¶ Et supponitur primo q vapor in quo quandoq3 apparet halo: quādo est propinquior visui: tūc apparet minor et similiter de iride. et hoc patet per experientias: q2 quādoq3 generabitur halo vel apparebit tunc in principio cum vapor est prope terram magis apparet halo minor et continue ſm qd̄ ascendit magis vapor: apparet halo maior: et similiter est de iride: q2 videmus in iridibus artificialibus: q2 rorationes in quibus fiunt sunt satis prope oculum: et quanto sunt grossiores rorationes et remotiores ab oculo tanto apparent irides maiores: et hoc consimili modo est de iridibus naturalibus.

Isto supposito sit prima conclusio q possibile est quādoq3 diametrum iridis esse maiorem quā duplā ad diametrum halo siue simul siue successiue apparēt: et hoc satis patet per suppositionem: quia quandoq3 in principio generationis halo diameter est maior et quandoq3 minor. ¶ Secunda cōclusio. possibile est q precise in dupla proportione se habeat diameter iridis ad diametrum halo. et hoc iterum patet per experientias; et hoc experti erant doctores per instrumenta astronomica: sicut allegatum est prius. et ex istis patet conclusio responsalis ad quesitum. ¶ Tertia conclusio. q non semper tempore apparitionis iridis diameter iridis est dupla precise ad diametrum halo: et hoc patet ex p̄cedentibus. ¶ Tamen intelligendum est quod in questione et in conclusionibus non intelligitur de magnitudine diametri iridis ad diametrum halo secundum se et absolute: sed in comparatione ad occupationem graduū celi: vt si per instrumentum puta per quadrantem et per astrolabium cognosceretur gradus

retur gradus ascendens in oriente quando sol esset in occidente: ꝛ ꝑ idẽ instrumentũ cognoscet punctus altissimus iridis tunc apparentis ꝛ secundũ rectã lineã imaginatã duci ad centrum oculi per suũ punctum iridis vsq ad graduz celi correspondentem: tunc quantum distaret ille gradus a gradu ascendente tantum diceremus semidiametrum iridis occupare ꝛ sic proportionaliter est de diametro halo: sic quod quandoq contingit quod diameter iridis continebit octoginta quatuor gradus ꝛ sic diameter halo solũ quadraginta duos occupabit: ꝛ quandoq plus occuparet diameter iridis ꝛ de eisdem gradibus: quandoq minus. Et sic similiter est dicendum de diametro halo: sed quante sint diametri in se ꝛ absolute ꝑ istam viã iam dictã sciri non potest nisi plus addat: puta quãta sit distantia loci rorationis ab oculo: ꝛ tũc cognito angulo in oculo ꝛ duob⁹ laterib⁹ cõtinẽtib⁹ istũ angulũ in oculo cognitis poterit cognosci quãta sit basis illi⁹ triãguli qui esset diameter: ꝛ hoc difficile est cognosci de halo: quia difficulter scitur quantuz distet ab oculo. ¶ Ex istis patet qð auctores non sunt intelligendi pro omni tempore: sed solum quandoq: ꝛ hoc est de iride circa solẽ: sed de aliis iridibus lune ꝛ halo per consimiles experientias instrumẽtorum poterit vnusquisq inuestigare proportiões diuersis temporibus.

Per hoc ad rationes. Ad primã ꝛc. dicitur ꝙ ista est ꝑ prima cõclusione. ¶ Ad secundã sequit ꝛc. negat cõsequentia. Ad ꝓbationẽ imaginor triangulum ꝛc. admitto imaginationẽ: ꝛ dico ꝙ latera trianguli a.b.c. videlicet a.b. ꝛ a.c. nõ ꝓcedunt ꝑ fines diametri halo: si a. pũctus sit cẽtrum solis vel lune: sed multum distant extra: vt patet in figura. ꝛ negat qð ponitur qð d.c. ex quo subdupla est c.b. in triangulo a.b.c. quia multum ꝛ valde remote a loco halo locabitur illa in triangulo a.b.c. signanda. vt patet consyderãti. ꝛ tunc sine dubio est bona demonstratio: quod linea a.b. est dupla linea a.c. Etiam sicut dictũ est: quãta sit diameter halo in se ꝛ absolute nõ scitur nec habet per ea q dicta sunt: nec etiã quãta sit diameter iridis: propter qð nõ scitur quanta sit proportio istorũ adinuicem: sed in comparatione ad occupationem graduum celi: quia longitudo digiti mei posset tantum occupare de gradibus celi quãtum lõgitudo vnius milliaris occuparet de gradib⁹ celi si multũ distaret. ¶ Ad aliam. semp halo est equalis ꝛc. ista facit ꝑ prima ꝛ secunda conclusionib⁹: ꝛ omnia alia argumẽta cõcludunt ꝙ nõ semp halo vel diameter eius sic se habeat ad diametrũ iridis puta precise subduple: ꝛ hoc cõcedit sicut apparuit in cõclusionibus. Et intelligẽde sunt nõ de artificialib⁹: sz de naturalibus. ꝛ similiter de halo celesti ꝛ nõ de halo vrinalis vel alterius artificialis. Et sic patet presens questio ꝛc. quare ꝛc.

Questio.XXII.



Queritur vigesimosecũdo vtrũ omni hora diei artificialis oculo existente in superficie orizontis possit aliqua portio iridis apparere vbicunq fuerit homo vel oculus videntis. ¶ Et arguitur primo qð sic: q: omni hora diei longissime vbicunq fuerit homo poterit aliqua portio apparere: igit cum multo facilius sit in omni hora aliarum dierum sequitur quod omni hora cuiuslibet diei artificialis vbicunq fuerit homo ꝛc. consequentia patet per locum a maiori: sed antecedens quo ad secundam partem patet. quia in breuioribus diebus non tantum eleuatur sol quin bene possit apparere arcus iridis: sed in longioribus diebus sol nimis eleuatur. Sed antecedens pro prima parte probatur. Nam in meridie longissime diei vbi videtur maxime difficile potest apparere iris artificialis vt docet experientia: igitur ꝛ naturalis. consequentia ista patet per similitudinem Aristo. in litera. ¶ Secundo. quia si non esset terra ꝛ totum mediũ esset plenum aere in qualibet parte diei posset portio iridis apparere cuilibet vbicunq esset: sed terra existente ipsa hoc non impedit: ergo ꝛ nunc poterit hoc fieri. consequentia tenet: et antecedens pro secunda parte probatur: quia si terra nõ eẽt ꝛ alia essent hoc posset fieri: ergo terra existente hoc est possibile fieri: igitur hoc potest fieri. ¶ Et probatur ex alio: quia super terram possunt tot grossi vapores generari qð de ꝓpe reflecterent radium ad oculum omniquaq secundum circuli peripheriam: dato quod sol esset super zenith capitis nostri: igitur terra hoc non impedit. ¶ Tertio sic. sole existente in meridie ꝛ super zenith capitis quorundam possunt inter aspectum illorum ꝛ solem tot vapores aquei eleuari qð appareat circunferentia totalis colorata secundum circuli peripheriam sic quod erit iris vel circunferentia iridis completa secundum quod dicit litera prope principium capituli de iride: quoniã si constaret talis caligo qualis fiet vtiq ab aqua cũ aliquo alio nigro sicut dicimus apparet vtiq iris tota sicut que est circa lucernas: ergo cum circa lucernas sic possit iris apparere ꝛ circa cãdelas sequit ꝙ etiã circa astra ꝛ solem in meridie. ꝛ tales vidit Vitulo circa solem in distãtia quatuor graduum quãdoq existens in Padua secundũ quod recitat in commento conclusionis lxvii. qð vidit simul tales quatuor prope solez: quia nubes rorida diametraliter erat interposita inter oculum suum ꝛ solem. ¶ Quarto. si non: hoc esset ideo quia sole eleuato linea recta in qua sunt quatuor puncta esset ex vna parte totaliter sub orizonte in tantum ꝙ non posset amplius apparere: hoc est falsum. ꝛ cõsequentia patet ex predictis in precedentibus questionibus ꝛ falsitas probatur. quia posset tantum quis in orizonte eleuari vel in edificio vel in monte ꝙ totus ille defectus recompensaretur: ꝛ tunc in meridie posset apparere lõgissime diei: ꝛ per consequens cuiuslibet alterius. ¶ Quinto. vbi est dies vnius dimidii anni ibi omni hora diei potest apparere iris: ꝛ vbi est dies vnius mensis omni hora ꝛc. ergo etiam in omnibus aliis locis. consequentia patet: quia deberet magis esse impedimentum. antecedens patet ex dictis in aliis cõclusionibus quia islandia vel qui sunt habentes polum mundi ꝓ zenith capitis illis potest apparere iris circũuolui sicut sol totaliter oppositam partem ꝛc.

In oppositum est Aristoteles in litera circa finem capituli de iride vbi dicit: quod autem in minorib⁹ quidem diebus his qui post equinoctium autumnale contingit semper fieri iridem: in lõgioribus autem diebus his qui ab equinoctio altero ad equinoctium alterum circa meridiẽ non fit iris. ex que patet ꝙ nobis ꝛ multis aliis septẽtrionalibus non omni hora cuiuslibet diei artificialis potest apparere portio iridis.

Notandum nunc circa questionez quod in titulo questionis additur omni tempore anni et cuiuslibet diei: hoc intelligendo solum de tempore diei artificialis ꝛ nõ de tempore noctis quantum ad iridem solis que non potest fieri de nocte. ¶ Item notandum ꝙ additur etiam vbicunq fuerit homo: quia dictum fuit prius ꝙ existentibus sub polis apparet per dimidium annum vel potest apparere cõtinue aliqua portio iridis sed sic non est de aliis habentibus plures dies ꝛ noctes: sicut qui sunt Parrhisius vel Rome ꝛc. q: sm illos diuersificatur ꝛc. ꝛ impeditur in aliqua hora diei. et in aliqua non. ergo intelligenda est questio de illis qui sunt sub equinoctiali vel inter equinoctiale ꝛ circulum minorem arcticum vel vltra equinoctialem vsq ad altum paruum circulum: ꝛ de illis locutus est Aristoteles hic. ¶ Unde supponendum est hic ꝙ quatuor puncta; scilz centrum solis orizontis iridis ꝛ poli sunt in eadem linea recta: vt patet in questione priori. ¶ Secundo supponendum ꝙ centrum oculi sit in plana superficie orizontis. hoc etiã patz in priorib⁹. ¶ Tertio qð sole eleuato per duos gradus super orizontem omniquaq vel amplius polus iridis ꝛ centrum sunt in eadem recta per quadraginta duos gradus subtus orizõtem. hoc patet ex precedenti suppositione ꝛ ex questione priori. ¶ Quarto supponendum est qð semidiameter iridis vt in pluribus continet quadraginta duos gradus: intelligẽdo sicut dictuz est in questiõe precedenti, ꝛ hoc suppositum patet ꝑ experientiam siue per experimenta perspectiuorum ibidem allegata.

His ergo suppositis sit prima conclusio. quod vbicunq sol non potest eleuari super orizontẽ per quadraginta duos gradus ibi oĩ hora cuiuslibet diei artificialis potest apparere portio iridis. probatur: quia vbicunq sol nõ tantum eleuatur ibi centrum iridis ꝛ polus non tantum deprimitur: vt patet ex suppositionibus premissis tertia ꝛ quarta ꝛ etiam prima: ergo ibi aliqua portio potest super orizõtez apparere: quod est propositum. ¶ Secunda conclusio nega-

xius est ista: q̄ꝺ vbicūq; sol pōt plus eleuari super oꝛizontem
q̄ꝫ per quadragintaduos gradus in die artificiali ibi nō oī
hora cuiuslibet diei potest apparere iris vel portio eius: q̄ꝺ
patet quia post tantā eleuationem erit centrū iridis ⁊ polus
p quadragintaduos gradus ⁊ amplius sub oꝛizōte: ergo cū
tantū ⁊ non amplius contineat notabiliter semidiametr iri
dis: vt patet ex quarta suppositione: sequit̄ q̄ꝺ punctus altis
simus iridis sit totaliter sub oꝛizonte ergo multo fortius alie
partes: ergo nō pōt aliqua portio apparere. ¶ Ex istis duo-
bus patet responsio ad questionem. s. q̄ꝺ nō in omni hora diei
⁊ in omni parte anni pōt apparere aliqua portio vbicunq;
fuerit homo: ⁊ hoc intelligendo modo p̄dicto ne multitudo
syncathegoꝛeumatū in titulo questionis variet intentionē.
¶ Ex istis sequitur coꝛrelarie q̄ꝺ existentibus sub equino-
ctiali in plana terra nō potest tempoꝛe equnocth per tres ho-
ras ab oꝛtu solis apparere iris: nec similiter añ occasum. q̄ꝺ
patet: q2 sol est plus oꝛtus q̄ꝫ p quadragintaduos gradus q2
in qualibet hora oꝛitur per .xv. gradus vl' circa insensibiliter
quātū ad ꝓpositū: ergo in tribus horis oꝛitur p quadragin-
taquinq; gradus ⁊ per consequens post tertiā horam est ita
altus q̄ꝺ non potest apparere aliqua portio iridis illis. con
similiter est ante occasum per tres horas. ¶ Et ex hoc statī
patet ꝙ per sex horas diei artificialis ipsi nō possunt videre
aliquid de iride. s. per tres ante meridiē ⁊ p tres post. ¶ Itē
sequit̄ coꝛrelarie q̄ꝺ existentibus sub tropico estiuali nō pōt
omni hora cuiuslibet diei apparere iris: q2 sol eis eleuat̄ plus
q̄ꝫ p quadragintaduos gradus prope meridiem. ⁊ consimi-
lia coꝛrelaria secundū propoꝛtionem ⁊ diuersitatem eleuatio
num poli super oꝛizontem: ⁊ etiam eleuationem poli ex alia
parte. vnde in solstitio sole existēte in meridie potest appare
re iris vel eius portio ⁊ quibusdā nō. ¶ Et ex istis patet q̄ꝺ
maxima portio iridis q̄ nūq̄ꝫ potest appere existentibꝰ in pla
na supficie est quando sol est in oꝛtu vel in occasu: ⁊ minima
q̄ pōt apparere est sole existente in meridie, ⁊ etiā ista coꝛre-
laria ponit Aristo. in litera. ¶ Et ex istis patet q̄ꝺ quan-
doq; circa terram est punctus altissimus iridis vel satis pro
pe ⁊ apparet tanq̄ꝫ paruus nitoꝛ siue quasi dracoꝛ: ⁊ fugit ho
mines ipsum insequentes ⁊ sequitur fugientes: ⁊ causa pa-
tet ex predictis.

Ad rationes. Ad primam negatur in quoli-
bet oꝛizonte. Ad probationem quādo dicitur de meridie di-
co ꝙ questio intelligenda est de naturali q̄ fit sine artificio:
nec similitudo Arist. fuit posita in litera quātum ad omnia:
sed solum q̄ꝫtum ad modum reflexionis ⁊ generationis co-
loꝛum: alias probaret̄ ꝙ iris celestis non esset maioꝛ nec mi-
noꝛ iride artificiali. ¶ Ad aliā si ⁊c. cōceditur: sed negat̄ cō-
sequentia ꝙ ergo ⁊ nunc terra existente: imo terra impedit ⁊
super mare impediret mare. Ad probationem quando dice
batur terra pōt non esse eis manentibus ⁊c. Isto cōcesso q̄ꝺ
non opoꝛteret negatur q̄ꝺ non impediat: sed bene cōceditur
quando posset fieri per potentiā potentem omne q̄ꝺ non im-
plicat contradictionem: alias non. Et quādo dicitur prope
terram possunt vapoꝛes ⁊c. dicendū q̄ꝺ et si hoc posset fieri:
tamen non reflecteret radium ad oculum existentem in pla-
na supficie terre: licet forte ad oculū alicuius existētis in ca
cumine turris altissime. Sed ad istud quod allegabatur de
Uitulone. dicendum ꝙ ipse loquitur de iridibus interposi-
tis inter oculum ⁊ astrum: nos autem in questione intendi-
mus de iridibus oppositis soli. ¶ Ad tertiam dicendum ꝙ
si hoc contingat quandoq; talis circunferētia potius debet
dici halo coloꝛata: quia fit per refractionem: q̄ꝫ iris: que fit p
reflexionē: si tamen vocetur iris. Questio intelligenda est et
conclusiones de iride que apparet vltra oculum existentem
inter astrum ⁊ locum apparitionis iridis: alias enim omni
hora cuiuslibet diei posset apparere. ¶ Ad quartam. si non
hoc esset ideo ⁊c. dicendum q̄ꝺ uno pp hoc. Ad improbatio-
nē q̄ dicit̄ ꝙ aliquis posset in tantū eleuari in edificio vel in
monte ⁊c. dicendū ꝙ hoc exclusum est: q̄ dicebatur in plana
supficie terre. ¶ Ad quintā. dicendū ꝙ dicta sunt intelligē-
da de oꝛizontibus nō nimis obliquis vbi sol pōt eleuari vl-
tra quadragintaduos gradus directe sursum mensurando
ab oꝛizonte: ⁊ q2 hoc in Islandia siue in Uenetia nō pōt fie-
ri ergo ⁊c. Et sic patet questio ⁊c.

Questio. XXIII.



Ueritur vigesimotertio vtrū
iris lune possit apparere pluries quā bis
in .l. annis consimilibus coloꝛibus et pro-
prietatibus: sicut iris solis. ¶ Et argui-
tur primo ꝙ non auctoꝛitate Aristotelis
in textu veteris translationis: vbi dicit:
q̄ꝺ antiqui sapientes putauerunt ꝙ iris
nō videretur in nocte: ⁊ causa propter quā putauerūt istud
est: q2 forte non videtur per noctem ⁊ nō videt̄ nisi in pleni-
lunio ⁊ cum oꝛtu lune vel occasu eiusdem: ⁊ nō videt̄ iris in
nocte in .l. annis nisi bis. hoc idem dicunt expositoꝛes: ⁊ hoc
idem dicit Aristoteles in translatione noua. c. primo tracta
tu de impressionibus que fiunt p refractiones: vbi inter acci
dentia iridis dicit ꝙ nocte fit a luna. ⁊ quidam ponebāt q̄ꝺ
non fiebat: hoc autem putabāt ꝓpter raritatē: latebat enim
ipsos vtrum sit raro autem fit: cū sit est: q̄ꝺ in tenebris latēt
coloꝛes ⁊ alia multa opoꝛtet coincidere: ⁊ omnia hic in vna
die mensis. in plenilunio enim fieri necesse dicebāt si debeat
fore ⁊ tunc aut oꝛiente aut occidente. propter q̄ꝺ in .l. annis
bis experimur fieri solum. ¶ Secundo arguit̄ ad idē sic nō
potest fieri vnq̄ꝫ. ergo nō pluries q̄ꝫ bis. patet cōsequētia: et
antecedens probatur. quia si deberet fieri hoc maxime vide
retur oꝛiente luna in plenilunio vel occidente. sed hoc conse
quens probatur esse falsum: ⁊ patet cōsequentia per dictum
Aristo. iam allegatū: quia talia opoꝛtet concurrere ⁊ coinci-
dere anteq̄ꝫ fiat. falsitas probatur: quia luna oꝛiente in pleni
lunio vel occidente occidit sol vel oꝛitur: ⁊ tunc est maioꝛ lux
ex opposita parte lune in celo: ⁊ in nubibus q̄ꝫ sit lux lune. ⁊
per ꝯñs in nubibus ex opposita parte lune propter nimiam
lucem non poterit apparere debile lumen lune reflexum vel
refractum: quia lumen solis impediet lumen lune ⁊ stellarū
ne sentiatur: vt patet per experientiam. ¶ Sed dices nubes
sunt ita dense quod lumen solis non potest penetrare ⁊ impe-
dire. ¶ Contra: quia tunc eadem ratione in die possent ita
dense nubes venire inter solem ⁊ nos: ꝙ illud potest fieri. ꝙ
tamen experimur falsum. etiā dato ꝙ sint nubes ex illa par-
te opoꝛtet esse claritatem ex alia parte celi vbi est luna ⁊ illa
pars non obstātibus nubibus a sole adhuc illuminat̄: quia
vmbra non sic est eleuata ꝙ possit impedire lumen solis quā
do est in occidente: etiā dato ꝙ esset aliqualiter per quatuoꝛ
vel quinq; vel decem gradus sub oꝛizonte: quia videmus ad-
huc diu remanere lumen solis in crepusculo antequā sol sit
in oꝛizonte. ¶ Tertio. si pluries q̄ꝫ bis: tūc posset in defectu
lune apparere: hoc est falsum. falsitas pꝫ: q2 nō nisi in plenilu
nio. vt dicit Aristo. consequentia patꝫ: quia alias non posset
istud videri ꝓpter debilitatem luminis q̄ñ vel qualiter fie
ret pluries q̄ꝫ bis, ⁊ etiam valde raro contingit ꝙ sit plenilu-
nium vel oppositio solis ⁊ lune in vno dato oꝛizonte sole occi
dente ⁊ luna oꝛiente: ⁊ sic forte poterat esse in oꝛizonte Aristo
telis ꝙ non poterat nisi bis ꝯtingere illud ꝙ esset oꝛtus vni-
us ⁊ occasus alterius vel econuerso: ⁊ plena luna. ¶ Quar-
to. tunc eadem ratione posset iris appere ab aliis stellis oꝛiē
tibus. videlicꝫ Ioue ⁊ Uenere. consequētia patet: q2 ille due
habent lumen sensibile in vmbra: quemadmodum luna ⁊ sol
⁊ in equali q̄ꝫtitate cum luna apparente lucidius apparent:
ita q̄ꝺ si tam modica pars lune appareret sola: sicut apparet
Uenus: minus luceret Uenere vel Ioue: q̄ꝫ ita bene posset ab
altera istarum appere sicut a luna: sed falsitas patet per ex-
perientiam: quia nunq̄ꝫ aliquis vidit tales irides.

Oppositum arguitur quia irides artificia-
les lune possunt pluries apparere q̄ꝫ bis in .l. annis consimi-
libus coloꝛibus ⁊ proprietatibus sicut irides solis: ergo etiā
⁊ naturales. consequentia patet per modum arguendi Ari-
stotelis de iride solis in litera: ⁊ antecedens patet per expe-
rientiam. q2 luna existente semiplena q̄ꝫtum ad nostrū aspe-
ctum potest apparere iris lune per artificiū. vel etiā si sit mi-
nus q̄ꝫ semiplena. ⁊ si sit luna eleuata ⁊ duplex iris cū cōuer
sione coloꝛum superioꝛis ⁊ inferioꝛis: vt appebit p experientiā
facienti. ¶ Secundo, iris lune pōt apperē luna existente ele-
uata per viginti gradus ⁊ plena: sole existēte sub occasu per
tot: sed nihil impediret quin etiam sic pluries posset fieri q̄ꝫ
bis in .l. annis ergo ⁊c. consequentia satis patet quātum ad
primam partem et eo ꝙ luna eleuata per viginti gradus po
lus iridis lune erit per viginti gradus sub oꝛizonte: ⁊ tūc ad-

huc restant

huc restant vigintiduo gradus de quadragintaduobꝰ a cẽtro iridis vsq; ad circunferentiã: ⁊ ꝙ id põt pluries fieri: q in quolibet mẽse: imo audiui aliquosq; infra tres annos bis viderunt iridem lune.

In ista questione primo vidẽdum est si iris lune posset fieri. secundo de eius proprietatibus.

De primo supponenda sunt ea que dicta sunt de iride solis de reflexione in nube rorida vel in roratione: ⁊ cum hoc in eadem linea recta sunt centrũ lune oculi videntis ⁊ centrum iridis lune ⁊ polus: ꝙ si luna fuerit in oriẽte qꝺ tunc iris ꝑpẽdiculariter stat sup̄ superficiem orizontis: ⁊ si eleuet luna oblique orizonti insistetur ⁊ ascindet maior portio ꝑ superficiẽ orizontis cũ luna sit magis eleuata: ⁊ minor cũ sit minus eleuata sicut de sole. ¶ Alterius supponẽdũ est ꝙ lumen lune debilius est lumine solis: ⁊ ꝓpter hoc eius fit debilior reflexio ⁊ refractio.

Et tunc sit prima conclusio. quod iris lune põt a luna toties fieri quoties omnes iste cause posite sunt sufficienter posite in esse ⁊ nõ impedite. ista patet: quia non impeditis causis statim sequitur effectus. ¶ Secunda conclusio. qꝺ iris lune põt apparere pluries q̃ bis in .l. annis tã in diuersis orizontibus q̃ in eodẽ ꝓbat: quia pluries cause iridis possunt concurrere ⁊ poni in esse ꝙ bis in .l. anno. ergo ⁊c. consequentia patet: sed antecedens apparebit per experientiam obseruationis. vnde raro homines ambulant de nocte tempore pluuioso splendente luna ⁊ respicientes celū ex opposita parte: quia vix possunt discernere viam si respiciũt ante se: ⁊ pluries si ambulant inter edificia propter hoc impediuntur ne sepe iris lune eis appareat: nec omni tẽpore lumen lune est sufficiens: quia quando est semiplena oriens ante ortum solis: tunc est media nox vel prope: ⁊ tunc homines dormiunt: ⁊ est lumen valde debile: quia vix vel nunq̃ reflexio sentiretur: ⁊ si semiplena occumbat post occasum solis iterum est media nox: ⁊ si sit in medio celi semiplena: tũc sol oritur secum vel occidit ⁊ impedit lumẽ eius: ⁊ ergo oportet fieri prope plenilunium luna existente prope orientē vel prope occasum: ⁊ oportet expectare post occasum solis in tãtum ꝙ radij solis nõ impediant: ⁊ ex hoc patet quod raro vel nunq̃ oculo stante in plano orizonte possit apparere naturalis iris lune secundum semicirculum planum completũ: sed semper secundum portionẽ semicirculi minorem si appareat ⁊ tunc sepius in istis temporibus accidit nõ esse pluuiam et illud est verum tam in diuersis orizontibus q̃ in eodẽ: licet tamen in vno orizonte possit apparere quando non in alio ꝓpter defectum in vno qui non esset in alio alicuius cause requisite in aliquo dato orizonte. ⁊ homines impediuntur ꝑ candelas ⁊ lucernas ad quas respiciunt: ⁊ non obseruant illud. vigiles autem in turribus: si statim post crepusculum respicerent sepius possent inuenire. ⁊ sic de prima parte. ¶ De secunda sciendum quod pene omnes proprietates concurrũt ad iridem lune que concurrunt ad iridem solis excepto qꝺ iris lune non quandoq; apparet quatricolor: sicut iris solis ⁊ color rubeus apparet remissius ⁊ sic alurgꝰ. ⁊ apparet iris lune in medio coloris albi. a sole autem apparet coloris viridis: ⁊ forte ꝙ raro vel nunq̃ sine artificio possunt apparere due irides lune vna sup̄ aliam sub coloribus distinctis: ⁊ hoc ꝓpter debilitatem luminis lune accedentem fugit ⁊ fugientem sequitur: sicutꝫ in sole: ⁊ ascendit cum ascẽdente ⁊ descẽdit cum descendente: nec potest attingi. ⁊ diameter eius vel semidiameter inuenitur per instrumentum equalis semidiametro solis per modum preexpositum ⁊ propter obscuritatẽ suam: vt patet in antiqua translatione: et antiqui vocabant eam arcum demonis: ⁊ diutius potest durare q̃ iris solis; qꝛ debile lumen lune non potest dissoluere nec eleuare vapores ⁊ sic potest contingere quod simul ⁊ semel appareat halo lune ⁊ iris eiusdem in eodem orizonte. licet hoc raro contingit de sole: ⁊ supra montem pñt apparere cornua versus sursũ de iride lune. ⁊ quando luna esset in signis hyemalibus plena in linea meridiana vel semiplena posset appere portio iridis magis tamen propinqua terre ad modum draconis: ⁊ sic nõ solum oriente luna nec occidente. sed Aristoteles locutus est de oriente que debet apparere secundum maiorem portionẽ que fieri potest in tali die: vel apparere de iride lune: vel loquitur de illis quas vidit ⁊ nõ de alijs: ⁊ sic similiter de eius proprietatibus alijs dicatur.

Ad rationes. Ad primam. Ad autoritatem translationis antique potest dici quod fuit vitium interpretis qui non fideliter transtulit vel non intellexit ideo melior est noua translatio: quia dicit in hoc quod ipse Aristoteles comperit in .l. annis nisi bis: sꝫ cũ hoc stat quod pluries fuit ⁊ hoc non viderunt: vel quod pluries possit fieri. ¶ Ad secũdam non potest ⁊c. negatur antecedens. Et ad ꝓbationẽ ⁊c. conceditur si non sint alia impedimenta. Et etiam Aristoteles non capit orientem pro puncto orientis solum: sed ꝑ vnã notabilem distantiam post ortum quando adhuc luna esset versus oriens si. quod non sit propinquior meridiei: ⁊ etiam quando maior portio iridis lune deberet apparere. alˀs enĩ posset esse in linea meridiana existente luna sicut dictum est. ¶ Ad tertiam si pluries q̃ bis ⁊c. conceditur quando luna nõ apparet nobis totaliter plena quod possit apparere. Ad probationem quod non: quia esset nimis debile lumen. Dicẽdum quod non est tam debile quin adhuc posset sensibiliter reflexio apparere: ⁊ quando dicebatur quod raro fit: dicendum quod non oportet quod luna semper sit plena: sed põt habere lumen sensibile in oriente existens post occasum solis ⁊ causare iridem: vel etiam occidente ante ortum solis: ⁊ ergo litera Arist. non est ita precise capienda computãdo vsq; ad minima. ¶ Ad quartam. dicendum quod nõ: propter debilitatem luminis licet sit sensibile: tamen reflexio luminis earum non est multum sensibilis in magna distãtia: vel si luna esset sub tam modica quãtitate apparens sicut ille stelle: non causaret iridem. ⁊ intelligenda est conclusio dicta nunc de iride opposita quando oculus est in medio inter locũ iridis et lune ⁊ non de iride intermedia inter lunam ⁊ oculum quia si talis posset apparere completa: sicut etiam prope solem: ⁊ lucida in coloribus: et non fieret per talem reflexionē totaliter: sed magis per refractionem vt experiẽtia docet ⁊c. Quare patet questio ⁊c.

Questio.XXIIII.

Queritur vigesimoquarto vtrũ visa iride cum sole vel astro eleuato notabiliter super orizõtem appareat minor portio maioris circuli q̃ appareat sole existẽte in fine orizontis. ¶ Et arguitur primo quod non: quia si sic: tunc hoc maxime videretur esse propter maiorem densitatem vaporũ roridorum in quibus frangeretur lumen solis quãdo sol in orizonte esset q̃ quando esset eleuatus: consequens est falsum: consequentia patet: quia per hoc expositores huius tertij reddunt causam huius accidentis iridis. ¶ Et vitulo in .iiij. commento conclusionis .lxxvj. dicit qꝺ sole existẽte in peripheria orizontis aer est grossior seipso postmodū per luminis solaris presentiam subtiliato: palam qꝺ in grossiori illo aere fit minor refractio a perpendiculari: radij autẽ tũc refracti magis approximãtur tũc perpẽdiculari q̃ postmodũ aere subtiliato. Consequentis falsitas probatur. nam sole existente iuxta peripheriã orizontis: ⁊ apparentibꝰ duabus iridibus: quarum fines sunt iuxta superficiem terre apparet inequalitas circunferentiarũ in densitate equali aeris vel vaporis radiorum: imo sicut superius est tactum forte in eodē loco densitatis aeris vbi vni apparet iris principalis prope finem orizontis ibi alteri distanti apparet finis secundarie iridis. ideo talis diuersitas non est propter densitatẽ. ¶ Secundo. si sic: hoc maxime videretur esse ꝓpter radios breuiores inter solem ⁊ circunferentiam iridis quãdo est eleuatus q̃ quando est in oriente vel in peripheria orizontis: sed consequens est falsum. patet consequentia. Ex hoc enim quidam expositor huius noue translationis qui fuit medicꝰ regis Philippi filij Ludouici regis illustrissimi Francorū nititur reddere causam huius: sicut quandoq; circa tex. recitaui: sed consequens probatur esse falsum: quia semper distãtia solis a circunferentia naturalis iridis est equalis; quia sol est polus iridis: sicut etiam centrum oculi est polus iridis: vt patet per diffinitionem poli in primo perspectiue Vitulonis: ⁊ potius sol per maiorem distantiam distaret quando iris fit maior: etiam per tantum declinat summitas circũferentie iridis quãtum eleuatur sol ex alia parte: vt patet: et per astrolabium posset experiri. ¶ Tertio. si sic: tunc in iri-


dibus artificialibus sole magis eleuato deberet apparere maior circunferentia: consequens est falsum et contra experientiam. consequentia patet cum non videatur maior ratio de vno quam de alio; vt patet considerandi ceteris paribus.

In oppositum est Aristoteles in litera capitulo primo huius tractatus de impressionibus refractionum vbi dicit: eleuato autem magis supple sole vel astro circuli quidem maioris: minor autem portio et promittit Aristoteles se reddere causam: quare non appareat manifeste: postquam reddit causas aliorum accidentium reddit causam istius et satis difficile est videre quid sit causa istius vnde puto illud quod dictum est circa literam per modum istius expositoris iam allegati poterit esse causa vel saltem tanquam a signo possumus experiri. eleuato enim sole per viginti gradus super nostro orizonte vel supra nostrum orizontem quod non per viginti gradus erit extrema circunferentia iridis vel suprema propinquior orizonti quam fuisset si sol fuisset in oriente. Et ex hoc etiam potest haberi quod considerando ex opposito polum iridis sub orizonte tot gradibus quot sol est supra: et similiter centrum iridis tot sumendo gradus altissime altitudinis supremi puncti iridis: quod plures gradus occupat semidiameter iridis sole eleuato quam sole existente in peripheria orizontis. et id non sum expertus: sed puto esse verisimile: et derelinquo experientibus. sed tamen quod sit causa huius quod sole eleuato sic appareat per radium propinquiorem vel remotiorem vel quocunque modo hoc difficile est videre tamen propter causas Vitulonis: videlicet propter densitatem et raritatem non videtur id esse: quia propter hoc oporteret quod iris appareret obliquus circulus ex quo prope terram radij essent densiores quam superius: et ideo magis propinque essent partes arcus versus terram quam in vno circulo deberent esse: cuius oppositum experimur: et consequentia patet per dicta sua. ¶ Preterea. si sic esset: tunc in artificialibus iridibus minor appareret iris in roratione densiori quam subtiliori cuius tamen oppositum videtur. et consequentia patet per dicta sua prius allegata in prima ratione tamen cetera per experientiam multum me mouent in contrarium contra partem fratris Vitulonis. patet: quia in hyeme quandoque sufflando vel expirando aerem verso occipite ad solem videmus quod iste aer sine dubio est rarior aqua cum ore sparsa vel cum alio sparsorio: et tamen in tali rariori aere apparet minor portio circunferentie et minoris circuli quam in grosso aere vel in roratione aquea grossiore. et ipse dicit directe oppositum. et tamen si rationes sue valerent probarent oppositum huius experientie quod est impossibile ¶ Sit ergo dicendum supponendo ea que dicta sunt in aliis conclusionibus de quatuor punctis in eadem linea recta et de eleuatione solis etc. ¶ Vlterius supponatur quod aer prope terram est grossior et magis mixtus cum vaporibus et exhalationibus. id patet propter hoc enim videmus solem prope terram orizontis et apparet maior nobis: quia per plures vapores et exhalationes apparet quam si esset in medio celi etiam sole plus eleuato et splendente super terram compluitam superius quam per nubem compluitam descendentem sicut oportet tempore apparitionis iridis: vt patet ex precedentibus questionibus: tunc sole splendente super terram cito causantur vapores in infima parte aeris: quia non tam cito possunt alte eleuari. ¶ Tertio supponitur quod refractio et reflexio ostendens apparitionem iridis in medio densiori amplius et latius se diffundunt quam in medio rariori et subtiliori: ista patet per experientiam adductam contra Vitulonem: et posset esse conclusio probata per ea que dicta sunt.

Sit ergo prima conclusio: quod sole existente eleuato super superficiem orizontis plani quandoque apparente iride apparet minor portio maioris circuli quam apparet dum sol fuerit in termino orizontis. probatur: quia quandoque radij incidentes et refracti et reflexi ad densiorem aerem vel rorationem incidunt quam in alio tempore quando sol non est eleuatus igitur etc. consequentia patet ex tertia suppositione et secunda premissis: et antecedens similiter. et confirmatur conclusio: quia sic fieret in artificialibus iridibus quod in densiori medio fierent maiores: ergo et in naturalibus. consequentia patet vt sepe dictum est in aliis. ¶ Secunda conclusio. quod quandoque potest apparere sole eleuato portio circunferentie minor equalis circuli: sicut si sol mansisset prope orizontem: licet raro hoc contingat. ista probatur: quia quandoque non existente maiori densitate prope terram non esset aliqua causa quare appareret maior circuli portio: ergo etc. consequentia patet: quia deficiente causa deficit effectus ex ea immediate dependens. ¶ Tertia conclusio que apparet ex his sequi: quod si aer condensatur successiue vniformiter per totum posset continue in eo apparere augeri iris et ampliari. et econuerso. si rarefieret: diminui. patet ex his sequi tanquam correlarium: et sic nisi sit regularis densitas erit irregularis figuratio sic quod non semper apparebit secundum circulum propter impedimentum materie: nec secundum semicirculum: et hoc non videtur inconueniens: licet raro contingat talis vel tanta apparens irregularitas in figura et in vapore. ¶ Ex istis patet quid sit dicendum ad quesitum: quod sic est quod apparet minor portio maioris circuli eleuato sole: et frequenter causis concurrentibus et non aliter. ¶ Sed contra istas conclusiones et dicta videtur esse illud quod contra Vitulonem post oppositum est allegatum de irregularitate figure iridis. Ideo dicendum quod non minimo consequitur irregularitas secundum irregularitatem materie.

Ad rationes principales. Ad primam si sic. hoc maxime videtur etc: negatur consequentia sed hoc est propter maiorem raritatem. Ad probationem consequentie de expositoribus et de Vitulone. dicendum quod luminis solis presentia non subtiliat illum aerem: sed magis permisceret illum pluribus vaporibus: et sic totum simul est densius quam fuerit aer sole existente in ortu vel occasu. ¶ Sed quia probatio falsitatis consequentie videtur esse contra predictas conclusiones: quia duabus apparentibus iridibus inequalibus prope terram in consimilibus rorationibus eque densis non videtur esse quin inequali densitate inequaliter non apparere deberet. Et vere hoc satis est difficile mihi: sed dico probabiliter saluo meliori iudicio: quod talis inequalitas duorum iridum non prouenit solum ex inequalitate densitatis: sed magis propter situm et aspectum diuersum consimilium vel eque densarum guttularum in diuersis locis: sicut superius fuit determinatum esse possibile per vrinale plenum aqua antepositum oculo et retro posita candela capiti. ibi enim eadem densitate remanente propter eleuationem et remotionem situs vrinalis diuersificatur et immutatur apparitio colorum: et etiam inequalitas. sic et hic in proposito data equalitate rorationum prope terram potest fieri inequalitas circunferentiarum dummodo conuersi sunt colores ad minus. ¶ Ad secundam cum dicitur hoc est propter radios etc. credo quod hec non sit rationabilis causa sed forte signum huius quod fuit dictum post oppositum. ¶ Ad tertiam conceditur similiter quod in artificialibus fiat maior si vapor vel roratio sit densior: et non alias: et hoc experientia docet: et de hac questione si quandoque considerauero forte melius dicam quam modo etc.

Questio. XXV.



Queritur consequenter vtrum irides apparentes circa candelas sint realiter existentes circa ipsas candelas. ¶ Et arguitur primo quod sic auctoritatibus Aristotelis in .iij. lib. meteororum. nam dicit in capi. de iride. apparet vtique iris totaliter sicut que circa lucernas id est candelas circa has enim secundum plurima australibus existentibus iris fit in hyeme autem maxime manifesta fit oculos habentibus humidos horum enim visus id est radius visualis cito propter debilitatem refrangitur. fit autem et ab humiditate aeris et a vaporatione et flamma defluente et mixta. tunc enim fit speculum et propter nigredinem fumosa enim vaporatio illa. et sequitur post vbi ostendit qualiter color rubeus iridis circa candelam debeat apparere: et vult quod purpureus appareat et non puniceus: et hoc quia radius visualis est debilis: et speculum est nigrum et vmbrosum vel aer vmbrosus et debilis radius: ideo non apparet color puniceus. ex quibus verbis patet manifeste quod ponit talem iridem esse in aere. ¶ Ex hoc idem dicit post immediate volens quod iris que fit in roratione per remos est similior iridi celesti quam que est circa lucernas et candelas quod non esset nisi esset iris circa lucernas vbi apparet esse. vnde imaginatur differentiam inter puniceum et purpureum colorem: quorum vterque est rubeus: sed puniceus est mixtus albedine vel luce alba: et recte si color esset et non lux esset vt color gemmarum que dicuntur pulchre si sint bene mixte: sed purpureus non est mixtus albedine

bedine nec luce alba:sed potius nigredine sicut est color labiorum rubeorum:⁊ hec oīa vera non essent nisi esset aliqua iris sic circa aliquā candelā vel fieret qñq₃:de qua loquitur. ¶Secundo idem apparet.ꝑ auctoritate Uitulonis in.x.ꝑspectiue in commento conclusionis.lix.dicentis.hoc etiam patet quoniam in aere modice densitatis in hyeme maxime flante austro circa lucernas frequenter videt̄ lumen reflecti secūdum formā circularem.⁊ maxime visibus humidis:ad quos de facili fit luminis reflexio ⁊ formarū:cum virtus visiua ꝓpter debilitatē organi debilitatur:sic qꝺ nō potest densitate modicam aeris penetrare:sed ad ipsum forma rei vise refrangitur ab aere modice densitatis. ¶Tertia ratio.si sic nō esset iris realiter circa candelas existens:tunc nobis approximatis candelis nō appareret iris in eodem loco ſ₃ antecederet nos sicut in celo:si currimus versum locū apparitionis iridis precedit nos semꝑ tantū ꝙ semper equaliter a nobis apparet distare.Et ex illo apparet cōsequentia ex similitudine in celesti iride.sed falsitas ꝑ experientiam patet quia siue recedamus:siue accedamus recte circa candelam apparet iris:⁊ non accedit ad nos nec recedit:licet maior et minor appareat circa candem. ¶Et confirmat̄ ratio.quia si non ibi essent:tunc in alio loco esset iris ꝙ̄ circa candelarū flammas.sed hoc est falsum.⁊ consequentia tenet:q₂ ex quo apparet vel igitur fit ibi:vel non ibi:sed alibi:tamē alicubi. Sed falsitas patet.quia nullibi alibi est lumen candele tante virtutis qꝺ possit sensibiliter reflecti ad visum.Tum propter remotionem a fonte:videlicet flamma. Tum etiā propter remissionem eius:quia secundum proportionē distātie remittitur:⁊ est remissius.etiam aer alibi non est ita vniformis in densitate vel raritate qꝺ possit figura talis reflexionis apparere. ¶Quarto si nō essent ibi irides realiter:tunc in aere raro quocunq₃ non flante euro vel austro:nec oculis debilibus solum vel melius posset iris apparere.hoc consequens est falsum:⁊ contra Aristo.in litera:⁊ contra experientiam:sicut allegatum est.etiam poterit quilibet experiri.sed consequentia probat̄:quia ex quo nō est in aere:tunc qualitercunq₃ varietur aer:siue rarius:siue dēsius sic idem erit.⁊ ergo eque bene in raro sicut in denso. ¶Quinto si nō.visus cuiuslibet sani in distantia debita ⁊ ceteris paribus deciperet̄.hoc est contra Aristotelem.ij.de anima.sed consequētia probat̄.quia quilibet iudicat esse iridē.⁊ tamen nulla est ibi circa cādelas:vt iudicas:ergo quilibet decipitur. ¶Sexto. si nō esset iris circa candelas eadem ratione vel pari forma nō est circa lunam corona colorata qñq₃ nec in celo iris celestis ex opposito solis.cōsequentia tenet.quia Aristo.in litera dicit:quod irides circa lucernas vel flammas candelarum fiunt eodem modo sicut celestes.⁊ sicut iste que fiunt a remis.si ergo iste circa candelas non sunt realiter ibi existētes:vbi apparent:sic nec ille alte celestes:cuius oppositum visum est in alijs questionibus.Et sic patet falsitas consequentis.

Oppositum arguitur.quia si essent tales ibi realiter existentes.tunc sani sanos habentes oculos non lachrymosos:sed fortes:melius ⁊ citius deberent percipere tales irides ꝙ̄ debiles habētes oculos:vel opposito modo dispositos:sed consequens est cōtra experientiā ⁊ contra auctoritatem prius allegatam:ergo nō sunt tales ibi existentes prima cōsequentia patet:quia omne visibile realiter existēs in aere tanq₃ lumen vel color melius ⁊ perspicacius videt̄ ꝑ visum fortem ⁊ sanum ꝙ̄ per debilem ceteris paribus:vt patet per inductionem:sed tales irides si essent:essent aliquid visibile existens in aere tanq₃ lumen vel color:ergo ⁊c.maior huius rōnis non solum patet inductiue:sed etiā ex eo qꝺ visus est virtus passiua que quantumcūq₃ fortior fuerit ⁊ melior est passiuior ⁊ a minori vel debiliori potest pati ꝙ̄ virtus passiua debilis:vt potest satis haberi ex primo celi.⁊ per rationem:quia virtus passiua terminat̄ per maximū a quo nō potest pati:⁊ non ad minimū a quo potest pati:⁊ quanto melior tanto minus est maximum a quo non potest pati vt patet considerantí de se.sed minor rationis facte:videlicet qꝺ irides si essent ⁊c.patet de se. ¶Secundo sic.si essent irides circa flammas candelarum rarefacerent aerem sibi propinquiorem ⁊ remotiorem condensarent:vel econuerso propinquiorem condensarent ⁊ remotiorem rarefacerent:hec cōsequentia patet:quia si aer est totaliter eodē modo vniformis tunc nulla est causa apparitionis huius:cum oporteat aliquam esse densitatem maiorem in parte aeris vbi est iris ꝙ̄ vbi non est:sed non potest dici secundum:videlicet ꝙ prope se flamma candele condenset aerem:quia oppositum docet experientia.⁊ ratio est:quia caliditas rarefacit aerem ⁊ exiccat:⁊ ideo est rarior in estate ꝙ̄ in hyeme ceteris paribus:⁊ in locis calidis ⁊ prope ignem ꝙ̄ longe:vel in frigore.nec potest dici primum.videlicet quod condenset a remotis aerem ⁊ prope rarefaciat:quia insensibilis est caliditas candele in lateribus:⁊ non nisi solum sursum:ergo in laterib⁹ nō apparet iris:vbi tamen maxime apparet portio ⁊ sensibilior ꝙ̄ superius.⁊ probatur:quia non tam cito sufficeret candela rarefacere aerem:sicut mouetur per ipsum:⁊ cum mouet̄ quātumlibet velociter semper ⁊ continue apparet iris oculo sequenti:ergo isto modo non fit per rarefactionem aeris ⁊ ꝯdensatiōem in diuersis partibus:quod tamen oporteret si esset:ergo non est vbi apparet. ¶Tertio.si essent maxime deberent esse in aere humido multum:⁊ in temporibus humidis.ista consequentia patet:quia dicitur in litera ꝙ australibus existentibus ventis vel saltem euro qui sunt humidi venti:vt patet secundo huius.sed consequens patet esse falsum.quia omni tempore anni ⁊ hora:⁊ in quocunq₃ loco raro ⁊ sicco existente aere ⁊ calido apparent:vt experientia docebit te secundum modum quem narrabo post. ¶Quarto. si essent irides circa candelas:tunc color puniceus deberet esse propinquior flamme:⁊ postea viridis:⁊ tertio alurgus. sed consequens est falsum:⁊ contra experientiam.sed consequentia tenet.quia puniceus color fit per radium fortiorem vt dicit Aristo.modo constat qꝺ radius prope flammā esset fortior ꝙ̄ remote vel remotior existens.⁊ licet forte aliqui cōcedant consequens:tamen illi non errarent:quia duplices apparent quandoq₃ irides vna infra aliam:⁊ tamen quelibet habet suum puniceum colorem exteriorem:⁊ sic conuenit quod puniceus inferior est mediatus a lurgo superiori vel viridi:sed post viridem superior est puniceus eiusdem superioris:quia puniceum est remotius a flamma. ¶Ex his persuasionibus videtur quod non sint irides circa candelas:licet esse apparent.

In ista questione primo vidēdum est de terminis questionis:deinde de intellectu tituli:et tertio ponentur conclusiones secundum intentionem secundum quam fit questio.

Pro primo sciēdum quod irides apparentes circa candelas dicuntur circuli rotundi circa flammam candelarum existentes recte:sicut depingitur diadema circa capita imaginum sanctorum:⁊ contingit hos circulos apparere quando candela habet paruam flammam sicut cerei quibus ducuntur hore vel studemus et quandoq₃ in medio aule vel loci ponunt sic quod non sit aliquis paries azurus vel reflectens lumen candele presens vel propinquius:seu prima vmbra sit directe in fine literarum ab oculis vidētis flammam dictarum per flammam:vsq₃ ad parietem:vel vsq₃ ad pauimentum:tunc apparent:⁊ sic semper situando candelas:⁊ sic semper respiciendo vnam solam flammam vnius candele:a quocunq₃ tempore ⁊ loco quantūcunq₃ sicco apparent:dummodo oculus non sit nimis ꝓpinquus:vel nimis distans:sed prope ad duos passus ⁊ non plus:⁊ non multū plus ⁊ minus videt si distaret ꝑ duos pedes vel tres ⁊ hoc in nocte ⁊ non in radijs solis vel lune tentis candelis:nec ipsis lucentibus versus centrum:vel etiam in centro dom⁹: ⁊ hoc poterit quilibet experiri:⁊ tales apparitiones in proposito vocantur irides candelarum vel irides lucerne secūdū Aristotelem in litera vel circa lucernas.et sumitur hic lucerna pro forma candele lucentis. ¶Ulterius notandum.qꝺ similes irides possunt apparere alibi ꝙ̄ circa lucernas ⁊ melius multum ⁊ clarius:⁊ hoc absq₃ aliqua condensatione aeris:⁊ in quocunq₃ tempore ⁊ loco quantumcunq₃ sicco:debite tamen ordinato:sicut patet:nam si obstruerentur omnia foramina camere ⁊ rime fenestrarum:sic quod splendēte sole sit ibi maior obscuritas in camera ꝙ̄ esset i nocte vel equalis:⁊ tūc fiat vnū puū foramē in fenestra ꝑ qꝺ radius spissitudinis vnius digiti quantū ad spissitudinē suā vel minoris sic dimittat̄ incidere obliq̄ sup speculū siue cōcauū siue planū.siue cōuexū tuc reflecteret̄ ad aliā partē radius et si

ponamus oculum in distantia a speculo per longitudinē hominis sic q radius reflectat ad oculū: tunc illi oculo mirabilis apparitio apparebit multarū virgarū: tamē si diligēter aduertat habebit irides duas: vnā exteriorē: aliā interiorem: et ambe habent colores vel apparent habere puniceos in extrema circūferentia et virides in medio: et alurgos licet debiles sint versus speculū directe ad speculum et directe ad solē: sed prope apparebit sibi iuxta foramen iris cōsimilis vel irides, et ita sum expertus. Et hoc de primo,

De secundo pōt esse vnus intellectus questionis vtrum alique irides sint vel appareant circa candelas: alius verū irides apparētes circa candelas sint ibidē: vel licet nō sint ibidē: sed alibi licet appareant esse ibidē: vt imago speculi apparet, sic retro speculū licet nō sit ibi retro et quandoq ante: licet nō sit. Sed aduertendū q forte iā nulla candela est: nec iris apparens circa eam alicui. igitur intelligitur de his q possibilia sunt fieri: et nō de iā existentibus solum: sed etiam de alijs,

Quantum ad tertium sit prima conclusio. quod quādoq aliqueirides apparētes circa candelas esse sunt. probat: quia cuiuslibet sensus mouet a talibus quādoq vel potest moueri: ergo quandoq sunt consequentia patet: quia ex nihilo nō mouetur sensus cum sit virtus passiua. Secunda conclusio qd tales irides apparētes esse circa candelas nō sunt extra in aere circa candelas realiter existentes. probat. nā tota flamma candele precise visa per foramen aeris vel fenestre sic q nihil iridis appareat iuxta flāmā apparet iris talis: igitur nō est in aere. cōsequētia patet: et antecedēs potest quilibet experiri omni nocte. ¶ Secūdo. pbatur idē quia si esset iuxta candelā in aere: tunc vna sola flāma candele in cōparatione ad vnū oculū respicientē ad vmbram: et aere omni quaq diuiso et apparente deberet adhuc posse apparere talis iris: sed consequens est falsum: et contra experientiā quia omni nocte quis potest experiri. et consequentia tenet. sic eñ est in iridibus solis et lune: qd luminoso solo occupato et non viso videntur irides: et similiter quando apparet halo tunc enim cū luna vel sol occupat melius apparet circūferētia halo q quando nō occupat astrum: et sic etiā debent hic esse. igitur et c. ¶ Tertio medietate candele vel flamme visa solum: et medietate etiam aeris impedita non apparet nisi sola medietas: cuius oppositū experimur. consequētia patet recte sicut de iride celesti sole existente in oriēte vel in occidente: quia per orizontē abscōdit medietas: sic etiam hic deberet accidere: quod est falsum. quia totū apparet sicut prius quando fuit obumbrans medietatem. ¶ Quarto oporteret qd esset vna sphera completa diuersorum colorū circa flammā candele: et non solū circulus: sz hoc est falsū: quia irides nō fiunt per modū sphere: vt visum est in alijs questionibus: sed per reflexionem ab astro ad visum existentem ad eundem situm cū astro licet propinquius iridi. Sed consequētia probat: quia ad omnem differentiam positionis stantibus hominibus possunt videre iridem etiam equalem si equaliter distent ab eadem flamma candele. Modo si sic: ergo per diffinitionē sphere esset vna sphera completa diuersorum colorū sed si consequens concederetur multipliciter posset reprobari: et queri quare non apparet tota sphera vni: et super quo colore fieret lucis reflexio vel refractio: et quomodo ista diuersitas contingeret in coloribus eodem existente aere et non diuerso sm rarius vel densius. ¶ Tertia conclusio est. quod tales irides sunt in circūferentia foraminis oculi quod vocat foramen vuee: et prope circunferentiam illius foraminis versus centrum eius declinando. et hanc conclusionem opinor et psuadeo sic: nam ex quo sūt hmōi irides per primā cōclusionē precedentem: et non sunt in aere per secundam: nec est aliud medium vel locus inter centrum oculi vel locum visus vel virtutis visiue: nisi humores oculi anterius in quibus virtus visiua non operatur visionem: et oportet esse mediū inter virtutem visiuam et luminosum: ergo oportet q sit ibi in oculo anterius prope circunferentiam foraminis vuee: et hoc est ppositum: vt opinor: donec melius discutiemur: nunq enim vidi nec audiui aliquem sic dicentem: io forte erro nesciens: cupiēs tamen a melius considerante informari. Et propter hanc cōclusionem contingit q habentes oculos humidos et nouiter expergefacti de somno magis et melius vident tales irides: quia in humido istorum oculorum fit maior reflexio et refractio lucis candele q in oculis aliorū. Unde imaginor per istū modū q radij flāme candele infra certam distantiam signabilem et vltra istam certam signabilem oblique incidentes prope circūferentiā foraminis vuee: et non ibidem propter medium densius refrangunt: et vadunt in centru oculi: sicut dictum est prius de halo. et etiam aliqui reflectunt in pelliculam occupantem et continentem humorem: et vsq ad centrum reflectuntur: et sic diuersi radij secundū diuersitatē partiū distantium a centro foraminis: per qd centrū intrat perpendicularis radius qui non frangitur: et sic possunt plures irides apparere et plures colores: et quia foramen est circulare ideo apparet iris circulariter etiam si flamma esset oblonga. id circo a magnis flammis non contingit hoc videri: quia occupant totū locum qui deberet esse prope centrum flamme cum vmbrosus est: et ideo nō fit aliquod tale et certe non potest esse plus flante euro q alio vento: nisi quia tunc oculi sunt humidiores naturaliter: et non propter maiorem aeris densitatem: quia vt dictum est circa specula consimiles apparent vbi non fit aeris condensatio nec refractio: vt patet etiam respiciendo per foramen versus solem. Igitur salua reuerentia Aristo. et aliorum consentientium consyderatis: istis que premisi siue sint pro eis vel econtra hoc opinor esse magis certum: etiā si ipse oppositum intellexisse videat. vnde iridem celi vel celestem posset quis videre in speculo: sed iridē iuxta candelā nunq quia non est ibi in aere: sicut dixi: sicut iris celestis vnde etiā hoc potest variari secundum omnem differentiam positionis sicut mouetur oculus: et apparere maior et minor. maior quādo oculus plus distat. minor quando est propinquior. quod nō esset nisi esset in aere,

Ad ratiōes in oppositum. Ad primam. Et primo ad autoritates potest dici ibi et alibi vbi loquitur de antiphoate q loquit exemplariter et cui exemplorum nō requirit verificatio: sz exempla ponimus nō q ita sit et c. ¶ Aliter dicit. qd apparet iris licet non sit vbi apparet eē: et hoc est verū et concessum prius. et quando dicit q fit ab humiditate aeris et c. dicit q quando aer est humidus: tunc etiam oculi naturaliter sunt magis humidi: et ideo tūc magis apparet q alias. similiter de omnibus autoritatibus Aristote. ¶ Ad autoritatē secundam in .x. perspectiue: etiā dicit q loquitur ibi modo antiquorum opinantium visionem fieri extra mittendo: et hoc nō est verum: et dicitur q etiam Aristo. exemplariter loquitur: et non ad omnia aduertit: et in talibus cuilibet experto est credendum: et qui diligentius aduertit ei diligentius credatur: ideo si experientie dicte pro secūda conclusione sufficiunt credatur eis plus q alijs: qui eas neglexerunt. ¶ Ad tertiam si non esset iris et c. dicendum q non apparet remotius a candela vel a flamma saltem in longum: sed magis propinquius centro candele vel remotius: et hoc quia non est circa candelam: nec in aere: sed in circunferentia oculi vel foraminis: quod videtur equaliter distans a cētro oculi. ideo semper apparet distantia equalis huius: nec antecedit: nec sequitur: et secus est de iride celesti. ¶ Ad quartam tunc in aere raro quocunq non flante euro et c. conceditur cōsequens q in aere raro et rarissimo: oculus tamen dispositus vt dictum est et c. Et ad Aristo. dicitur. q opinatur qd in aere fiant extra oculum: quod est falsum: et qd magis apparet debilibus oculis: quia magis ibi frangitur visus vel radius visualis. ¶ Ad aliam. si non tunc visus cuiuslibet sani et c. concedit si iudicet vel per se vel cum adiutorio interiorum sensuum q iris fit extra in aere errat et decipitur. nec mirum: quia de istis fractionibus que in oculis contingūt non pōt aliter facere: et est ibi mediū indispositio: videlicet partis oculi q si talis nō esset nō oporteret. ¶ Ad aliam rationē: tunc eadē ratione nō esset circa lunā halo et c. negat consequētia. Ad pbationem. quia dicit litera q eodē modo: verum est secundum apparentias: licet nō omnino sit secundū veritatem. vt patet cōsyderanti predicta et c.

Questio. XXVI.



Queritur vigesimosexto. Utrum virge et paralleli fiant ex refractione radiorum sicut iris vel halo. Et arguit primo q nō: quia si sic: tūc fierēt

scdm

sin figuram circularem:sicut iris vel halo.consequens est falsum.vt patet per experientiam.cōsequētia ꝓbatur.quia si fierent ex eisdem causis effectus deberent esse consimiles. et per consequēs cū ista fiant secundū circulū vel eius portionē sequeretꝫ ꝙ ꝛ illa.❡Secundo probatur specialiter qꝺ non fiunt ꝑ refractionem:quia fiunt ꝑ reflexionē sup speculā irreflexa ipse virge:ergo non ꝑ refractionē.ergo ꝛc.consequentia ptꝫ:qꝛ reflexio ꝛ refractio sunt modi distincti radiādi.antecedens probatur per Aristo.in litera qui dicit.virge quidē ergo fiunt ꝑ irregularitatē speculi.❡Consimiliter probatur de parallelis que fiunt per reflexionē sup specula regularia.ergo nō per refractionem.consequentia patet ꝛ antecedens similiter ex litera.quia dicitur.parallelus autē cū maxime regularis fuerit ꝛc.sequitur.raritas eīn speculi facit vnū emphaseos colorē.❡Tertio ꝓbatur ꝙ nō fiāt per reflexionem:quia fiunt per incidētiā aeris super mediū diaphanū minus rarū in quo radiꝰ procedit:licet non directꝰ. ergo per refractionē vt apparuit.consequentia patet.quia sic fit refractio : sed antecedens probatur nam siue ad nubes siue ad caliginem spissam nondum existentem aquam siue ad alios vapores magis raros radij incidunt secundū qꝺ dicit litera:nā talia sint diaphani media minꝰ rara aere sic ꝙ radius poterit penetrare oblique incedēs:sed nō scḋꝫ incessum rectū.❡Quarto.si sic:tam fient virge ꝗ̄ paralleli ex omni differentia positionis prope solem.hoc consequens est falsum ꝛ contra Aristo.in litera.quia dicit ꝙ virge ꝛ paralleli:neqꝫ prope solē valde:neqꝫ longe penitus.Et parum post dicit.ꝙ neqꝫ sup:neqꝫ desubtus.sed consequētia ꝓbatꝛ. qꝛ vapores regulares diuersi vel irregulares possunt apparere ex oī differētia positionis solis.❡Quinto impossibile est fieri alium solē parē isti.ergo impossibile est fieri parallela per reflexionem vel refractionem.consequentia patet.per hoc quod parallelus est par soli.helios enim grece dicitur sol latine.Sed antecedens patet secundo celi secundū cursum nature consuetum.

Oppositum patet per Aristo.capitulo vltimo istius tractatus de reflexionibus vbi dicit:easdeꝫ enim dictis causas existimari:ꝛ de parallelis et virgis:fit eīn parallelus quidē refractio visus ad solē:et capitulo primo dicit quod causa omnium istorū eadem est vꝫ iridum parallelorū ꝛ virgarū.hoc idem patet per Vitulonem conclusione. lxxiij.que dicit virge per refractionem radiorū solariuꝫ ad visum ab aliqua consistentia vmbrosa a raritate et spissitudine inequaliter:et quantū ad parallelos conclusione octaua paralleli fiunt ex refractione radiorum ad visum.

In questione primo videbitur de quesito. secundo de accidentibus virgarum et parallelorum.

Quantū ad primū sciendū quod virge generantur per hunc modum.ꝙ radij incidūt in foramina nubium super vapores vel aerem vaporosum.Et ex hoc tales radij partim reflectuntur:et partim refranguntur vsqꝫ ad visum:et sic quādoqꝫ ostenduntur diuersi colores ad modū colorū iridis protensi secundum colūnas rectas vel modicū tortuosas:et talis diuersitas colorū contigit secundū diuersitatem vaporum in densitate ꝛ raritate:sicut ꝛ in iride:ꝛ qꝛ tales vapores sic reflectentes ꝛ refrangentes nō habent rectū ordinē:sicut in iride:ideo nō habent fieri secūdū aliquā figurā regularē:ꝛ propter hoc sudores quādoqꝫ manuuꝫ in hyeme si teneantur in obscuro inter lucidum foramen ꝛ oculum vapores existentes apparēt.❡Ex hoc potest poni ista conclusio.quod virge fiunt secundū refractionē et reflexionem radiorum simul probatur quia fiunt sicut iris.ergo per reflexionē et refractionem.consequentia et antecedens ptꝫ ex dictis.❡Sed de parallelis sciendū ꝙ fiunt secundū istū modū qn̄ vapor vel roratio est magis dēsa sic ꝙ sit ꝓpe densitatem aque:et sit figure regularis vel habens vnā superficiem planā et politam:ad quā radij solis incidant oblique: et sic secundū equalē angulū reflecti vsqꝫ ad visum nostrum representantes tam colorem ꝗ̄ figurā:tunc apparet sol tāꝗ̄ in speculo magno reflexe.ꝛ hoc vocatur parallelus:qꝛ parū vel simile soli.est enim quasi imago solis in magno speculo apparens.❡Ex isto patet secunda conclusio.ꝙ parallelus etiam fit per refractionem ꝛ reflexionem radiorꝫ solis:magis tū est fortis reflexio paralleli ꝗ̄ refractio.ꝛ hoc probatꝛ ꝑ vnam rationē ante oppositum:scilicet scḋam et tertiam.

De secundo scilicet de accidētibus.primū est qꝺ frequenter fiunt a latere solis et non directe sub sole: nec supra:cuius causam reddit Aristo.qꝛ ex lateribus pōt sic talis materia vmbrosa vel vaporosa distare et permanere quousqꝫ ista possint apparere:ꝛ abinde radij possunt reflecti ad nos.s.d si materia esset supra per solem dissolueretꝛ vel per ventū amoueretꝛ vel radius incidens ad nos non reflecteret:ꝛ sic similiter si subtus esset materia directe.❡Secundo accidit quod nō ex opposito solis:cuius causa est:qꝛ dato ꝙ materia esset ex opposita parte solis radius solis nō reflecteretur ad nos sensibiliter:licet forte ad alios existentes vltra sub orizonte alio.etiā radius esset debilis propter longitudinem vel distantiā a fonte ꝛ ꝑpendiculariter incideret sup diaphanum densius a. re.ergo penetraret:et propter hoc nō multum longe nec distanter appareret illa a sole.❡Tertio ista non fiunt de nocte propter defectum radiorum solariuꝫ:nec ab alijs astris possunt ita bene apparere: ideo non possunt fieri:nec apparere ptes lune simul in vna nocte.ergo nec alie partes stelle:nec planete ꝑpter reflexionem radiorum.❡Quarto accidit ꝙ sepe fiunt prope ortum vel occasum solis:cuius causa est:qꝛ ibi materia poterit congregari humido et aqueo i ortu:qꝛ sol fuit absens per noctē precedentē:et sic vapores propter frigus sunt condensati:ꝛ de vespere:qꝛ recedente sole qui eleuauit vapores infrigidatur aer ꝛ cōdensantur vapores in medio tamen celi vel circa meridem poterit quādoqꝫ apparere parallelus:sicut accidit in bosphoro:quod est quoddā mare diuidens asiā ab europa:vel quedam patria humida vbi apparuerunt duo paralleli oriri et permanere ꝛ per totum dieꝫ iuxta solē vsqꝫ ad occasum:et causa fuit nimia multitudo aquosorū vaporꝫ et quedā celi influentia specialis.❡Sed ista sunt signa pnoscendi pluuiā futuraꝫ sed inequaliter qꝛ parallelꝰ significat maiores:et citius pluuias venturas ꝗ̄ virge:causa est: quia materia parallelorum est magis densa et frigidior et citius conuertibilis in aquam quam materia virgarum. Ex his patet ergo de omnibus impressionibꝰ per refractionem radiorum factis.

Ad rationes.ad primam tūc fierent ꝛc.negatur consequentia.Ad probationeꝫ de similibus causis ꝛc. cēdū est ꝙ cause sunt similes quātū ad generales conditiones:sed nō oportet quātum ad oēs speciales.❡Secūda et tertia solute sunt.qꝛ certū est ꝙ ista nō fiūt sine ambobꝰ modis radiādi:nec sine reflexiōe et refractione:imo ambo concurrūt:et fit qdā lucis incorporatio.ꝛ dicēdū est ad literam Aristo.ꝙ loquitꝛ indifferēter et de reflexione et refractione supponēdo ista ꝑ eodē:sicut apparuit ex alijs prius dictis. ❡Ad quartā.si fit:tunc ex omni parte ꝛc.dicēdū ꝙ nō.Causa eius est visa:qꝛ nō fieret refractio sic ad visum nobis sensibilis dato ꝙ materia sit ibi.ꝛ si diceres tamē halo fit ex omni parte.dicēdū ꝙ non tam prope possunt apparere para lelis sicut circūferentia halo:et halo non ostendit figuram sicut parallelus:ideo oportet aliter vaporem esse ordinatum quā in halo:vt patet ex predictis.❡Ad quintaꝫ impossibile ꝛc. dicendum quod non oportet fieri solem:sed sufficit quod appareat imago vel idea sol bis vel ter vel quater quando apparent paralleli : et non visi sunt plures quam tres secundum quod recitat Plinius in secundo libro naturalis historie.sed plures possunt fieri virge:quia materia virgarum non tam difficiliter generatur:sicut materia parallelorum.Et sic patet questio ꝛc.

Questio.XXVII.



De his que fiūt sub terra queritur.Utrum per iuuamen artis possint fieri metalla:sicut iris et halo artificialiter quandoqꝫ fiunt.Et arguitur primo ꝙ non quia si sic tūc vna species metallica posset in aliam trāsmutari.videlicet plumbum in aurum vel econuerso.hoc est falsum et inconueniens:qꝛ sicut nec homo potest in asinū trāsmutari nec in vaccā:sic nec species metallice:cum tātū differant aurum et argentū vel plumbū quantū homo ꝛ asinus

vel capiat:t non est maior ratio de mutatione vnius speciei in aliam q̄ cuiuslibet in quālibet. hoc etiā patet esse falsum per cōmunē autoritatē Auicē. dicentis. species rerū trāsmutari adinuicē nō possunt. sed principalis cōsequētia ꝓbat̃. qz si p artē posset sic iuuari natura: q̄ fierent metalla: vel ergo ex eisdē metallis fierent vel eiusdem speciei: vel ex nō metallis aliis a se. sed nō primo modo: qz de hoc nō est dubiū q̄ de auro non fiat aliud q̄ aurū: vel si depuretur nihil est ad propositū: si autē ex nō metallis: tunc oportet non metallū qđ differt specie a metallo mutari in metallū: t habetur propositū. Et similiter de vno metallo fiat aliud. nec valet dicere vnū metallū: vel etiā nō metallū corrūpitur: t q̄ ex materia ei⁹ alterū generat̃: sicut ex vite fit arbor et ex homine cadauer. Etiā qz isto modo p artē cito videret posse fieri ex homine bos t econuerso boue corrupto fieret ex materia ei⁹ hō. cōsequēs est falsum t cōtra experiētiā, qz null⁹ vidit hoīem vnq̄ saltē ex boue factū, sed cōsequētia ptz. qz cōsimilis est ratio semp in vna specie: sicut in alia. Etiā oporteret vtiq̄ generari formā alterius q̄ metalli: t nullum esse generans: qz ars nō generaret aliqđ: cū sit accidēs in aīo artificis: nec qualitates actiue applicate passiuis p artificiū: qz iterū accidentia nō producunt formas substātiales: qz agerēt vltra suā speciē t pfecti⁹ specie sua ꝓducerent: qđ est incōueniēs: qz nihil agit vltra gradū suū ꝓpriū: cū nec ad gradum aliquē finitū magis terminaret̃ actio ei⁹: quin eque in duplo bene pfectionē vel triplo posset agere: et sic in infinitū. Et si dicatur q̄ isto modo arguitur de auro nō generat̃ sub terra ex nō auro: sicut homo ex nō homine: t sic ibi fit accidentib⁹ agētib⁹ substantiā: sic esset hic in artificiali opere. ¶ Sz cōtra, qz ibi sunt virtutes celi specialiter ad hoc īfluētes: t formas substātiales causantes quales vel quas nullo mō possum⁹ habere hic scđm voluntatē artificis: et semp paratas ad formandū generationē. ergo hic p artificiū nō pōt natura iuuari ad hoc. ¶ Scđo. si sic: tūc p artē posset sciri in qua ꝓportione se haberēt miscibilia in cōpositiōe auri vel alteri⁹ metalli: t que esset ꝓportio primarū qualitatū. cōsequēs est falsum t incōueniēs imo he ꝓportiones qualitatum vel elementorū vel ipsis ꝓportionabiliū sunt īpossibiles sciri: quia nullā viā habemus ad ipsas sciēdas: sed cōsequētia ptz: qz ille est termin⁹ ad quē ducere debem⁹: si taliter mixta cōponere velimus: vt ptz p totū ꝓcessum Aristo. in iiij. huius: et in secūdo de generatione: sz si terminū illū ignoram⁹ nunq̄ naturā dirigere ad id possum⁹. ¶ Tertio ad idem si p iuuamē artis metalla possent fieri: tūc p iuuamen artis facilius possent destrui. cōsequēs est falsum t cōsequētia ꝓbat̃. qz facili⁹ est destruere q̄ cōstruere. t falsitas cōsequētis ptz per Arist. qui dicit in litera. aurū igit̃ nō cōsumit̃ p ignitionē: et per cōsequēs a multo fortiori p alias actiones aliorū elemētorū vel mixtorū nō poterit destrui: cū ignis inter oīa sit actiuior: vt ptz scđo de generatiōe: t in antiqua translatiōe huius tertij dicit̃. aurū nō resoluit̃ solū: ideo per artē nō pōt corrūpi. ergo nec generari cū id sit difficilius. ¶ Quarto si sic. tūc p artē possem⁹ facere exhalationē vaporosam calidā et humidā ex qua ista generarent̃ tanq̄ ex materia. ꝯñs est falsum. et ꝯña tenet: qz ex ista fiunt oīa que metallantur: vt dicitur in litera. t falsitas cōsequētis probat̃. qz talis exhalatio vaporosa non potest fieri extra terrā: sed semp infra. aliter metalla t lapides essent impressiones sup terrā facte: nec oporteret specialiter fieri tractatū de hisque ita generātur: vt patet per Arist. in litera: nec etiā aliqđ alchimiste ꝓcedūt p exhalationē vaporosam in aliqđ generādo vel faciēdo: vt ptz intuentib⁹ libros ipsorū. ¶ Quinto si sic sequitur q̄ reges et principes maxima grauamina cōmunitatib⁹ facientes p habēdis stipēdiis aliquos sapiētes in talib⁹ artibus deberēt apud se habere et cōtinue tales fouere t in talibus studētes. ꝯñs est falsum t cōtra experientiā omniū. Sz cōsequētia tenet. qz p has artes ab oī grauamine meli⁹ q̄ p oēs īpositiones: t gabellas oēs vel etiam p thesauros liberarent̃: t hoc igit̃ maxime esset in ipsis eligendū: nec causa carū maneret aurū ꝓpter nimiā multitudinē que fieret per artem vel facta esset. falsitas cōsequētis ꝓbatur. qz multoties vel potius tales sunt extirpandi a bona prouincia vel extirpant̃: qz sophistice materie colorate illorū vt aurū fierēt multe: quibus cōmunitates possunt decipi t falli: t monete false fierent ex illis materiebus et cōsimilia magna pericula et mala. t cōsequētie iste patēt: qz qñ ad optimū terminū non peruenirēt: tūc starēt citra in materia nō perfecta: t ex illa fierent talia qđ principes regētes ꝓuincias permittere nō debēt: sed destruere. ¶ Sexto si sic: tūc mercuri⁹ vł argētum viuū posset detineri in igne et igniri. cōsequēs est falsū et cōtra experientiā: qz statim exit vas t frangit̃ quātūcūq̄ forte sit: dū ignit̃ et tēperat̃. sed cōsequentia ꝓbat̃: qz si ex eo posset fieri plūbū vel aliđ metallū: cū quodlibet aliud possit igniri: et in igne detineri. similiter etiā mercurius cū ex illo factum esset aliud metallū: t etiā sic mercurius posset cōgelari vel cōdēsari vt esset malleabilis et inductibilis et impressibilis: et sic de aliis passionib⁹: de qb⁹ dicit̃ ī quarto huius: cui⁹ oppositū sepe patet ī litera: nō enī est impressibilis ꝓpter nimiā humiditatē nec malleabilis sicut aqua t sic de aliis: vt vnusquisq̄ pōt experiri. ¶ Septimo si sic: tūc eadē rōne p iuuamē artis possem⁹ facere q̄libet alia metalla. puta poma et lapides pretiosos: q̄ etiā fiunt sub terra ex fumosa exhalatione: vz calida t sicca: vt dicit̃ in litera: cui⁹ falsitas patet: qz nec habēt tales ꝟtutes dato qđ cēnt ita disposite in figura fortitudine et duritie: t ī pōdere: t in sono t in aliis singulis qualitatib⁹: t p certo cōuenientius esset insistere arti generationis lapidū pretiosorū: qz meliores nec tā difficilis compositiōis. ¶ Octauo. si sic. tūc in vanū t superflue laborarēt q̄ aurū et alia metalla querūt in aurifodinis sub terra cū magnis expensis. t cōsequētia patet ex hoc cū possent istud extra facere sine tanta difficultate et periculo. cōsequēs ptz esse falsum per experientiā manifestam in regnis vbi sunt aurifodine: t etiā aliorū metallorū minere.

vel floribus apothecarũ. ¶ Unde causa est de animalibus: et huiusmodi putrefactis quare olent: quia caliditas putrefaciens causat quandã proportionem cũ aliis qualitatibus disconuenientem dissimilem et odibilem nature humane: ideo inde procedentes olent in conspectu hominũ. Sed nescio si in conspectu aliorum animaliũ fetent: quia vultures et aquile satis de fetoribus cadauerum gaudent: et veniunt a remotis ad coinquinandum calorem cũ voce facientes festum ipsis in putrefactione completa: sed ab aliis: quia sunt proportiones similes vel conuenientes nature humane: redolent: ideo experimur quod cõfortant virtutes naturales et animales. ¶ Undecimo accidit mutatio in saporibus: et causa est similis cum predictis. ¶ Duodecimo accidit mutatio ponderis vel grauitatis. vnde communiter mortuorũ corpora naturaliter sunt grauiora q̃ fuerint dum viuerent: et causa est: quia recedente calore recedit et leuitas. et illud quo corpora se sustinebant resistendo grauitati: similiter humiditas subtilis et leuis exhalat: idõ remanet terrestre grossum et compactum: quod est graue. ¶ Decimotertio accidit quod quandoq̃ corpora animalium sunt venenosa: et vt plurimum in comparatione ad hominem: exceptis esculis que putrefacta magis delectant et conueniunt. Causa primi est quia vt dictũ est in secunda proprietate talia animalia infrigidantur: et sunt naturaliter frigida et sicca: et hoc similiter potest esse causa quare genita animalia ex putrefactis sunt venenosa: saltem vt in pluribus: et ledunt quia frigida et sicca comedentes inficiunt. ¶ Decimoquarto accidit in quibusdam putrefactis lucidis: sic quod lucent de nocte: sicut patet de quercu et quibusdã piscibus putrefactis marinis: et causa iterum est aliqua proportio qualitatum primarum vna cum dispositione vna speciali a tota specie putrefactibilis ad causandum lucem: et tales virtutes a tota specie oportet in pluribus opinari occurrere ad operationes vel proprietates predictas et virtutes vel influẽtias celestes. ¶ Decimoquinto accidit quod quedã lucentia sunt ante putrefactionem sicut oculi gatorum luporum [illegible] canum et noctilucarum: quorum post mortẽ corpora non amplius lucent et post putrefactionẽ. ¶ Decimosexto accidit in quibusdã putrefactis viscositas et magna conglutinatio partium: sicut sepe contingit in vino debili: quod propter corruptionem caloris et euaporationem humiditatis subtilis efficitur ita viscosum et miserum quod non valet ad potandũ: qꝛ infectiuũ est hominis propter infrigidationem: et propter viscositatem est indigestibile: sed tamen istud valet ad alia multa: puta ad faciendum aquam vite vel vinum cremabile: quod est satis opportunum: et ideo qui haberet posset malo vino bene vti: et homo istud non deberet effundere.

¶ Ex his patet quod omnis putrefactio: vel fere oĩs: causat malum: licet quandoq̃ per accidens: et per adiutorem causaret bonum. et hec sunt accidentia communia et ꝓprietates putrefactionis cum suis causis et hoc erat tertium in questione ostendendum. ¶ Sed quia iam visum est de malis que contingunt per putrefactionem: et Aristo. loquitur de quibusdam: videlicet de quinq̃ impedimẽtis: ideo et incidentaliter de impedientibus putrefactionem: et eius proprietates vel effectus malos est dicendum. Unde Aristote. ponit solum quinq̃ impedimenta vel remedia q̃ tacta sunt in sexta ratione principali ante oppositum. vnde frigiditas continentis impedit putrefactionem: quia videmus per experientiam quod in hyeme minus putrescunt quam in estate: etiam corpora mixtorum in locis calidis citius putrescũt quam in frigidis: causa huius est: quia frigiditas continentis restringit poros putrefactibiles: et caliditas propria in eo diutius conseruatur. ¶ Secundum remediũ impediẽs ipsam est congelatio putrefactibilis pro tempore cõgelationis quando manent cõgelata: causa est: quia q̃diu sunt carnes: et similia congelata: non potest humiditas ꝓpria et caliditas exire nec euaporare. ¶ Tertium remedium est feruens caliditas actualis et virtualis putrefactibilis. causa est: quia feruens caliditas non permittit frigiditatem propriam superare caliditatem: et etiam non potest in feruenti caliditate humiditas se trahere ad exteriora: nec calor similiter: quia nulla causa esset quare magis vno tempore quã alio: ex quo semper esset calidum. ¶ Et dicunt auctores qđ feruens caliditas interior resistit caliditati exteriori et non permittit educi humidum sibi proprium. et ibi imaginãtur per caliditatem complexionalem propriam mixto esse resistentiam caliditatis extrinsece que non est complexionalis. ¶ Quartum impedimentum est motus et fluxus: mota enĩ et fluentia non putrescunt: quia per motum excitatur calor ad intra in sua naturalitate: ita quod diffundit se super partes mixti: et ita fortius resistit calori extra mittenti priuatiue suam naturalem dispositionem: etiã motus impedit humiditates moueri ad extra: quia tanta diuersitas fit: et variatio saltem in fluminibus quod quandoq̃ exteriora sunt interiora et econuerso. ¶ Quintum impedimentum est multitudo: vnde multitudo in continuo non in discreto plus resistit q̃ paucitas ceteris paribus: et sic magnitudo rei priuat eam a putrefactione ita quod tota non putrescit nisi in partes diuidatur: et similiter de aliis. Ista quinq̃ dicũtur per se impedimenta putrefactionis que enumerat Aristo. per se resistentia putrefactioni: et per se impedientia ipsam putrefactionem sicut sunt illa quinq̃. ergo bene solebant expositores dare sufficientiam istorum impedimentorum sic. Omne impediens per se. vel est simile vel est contrarium. si contrarium hoc est frigiditas. et hoc vt dicunt resistendo: et vel est extra in putrescibili continente; vel intra ipsum. si extra: sic est primum: quia tempore frigido minus fit putrefactio: si sit intra existens frigiditas: sic est impedimentum secundũ q mixta sunt coagulata a frigido: vt metalla non cito putrescunt: qꝛ frigus coagulans cõtra hoc poros comprimendo calidum intra se exhalat. Sed si impediens sit simile putrefactibili: sic est caliditas resistens caliditati exteriori: et hoc est ideo: quia caliditas naturalis sub ratione quadam fortitudinis impedit: et secundum diuersitatẽ fortitudines contingunt alia tria: quia aut fortitudo est in aliqua caliditate propter eius acumẽ ex naturali complexione rei aut ex alio accidente extrinseco excitante ipsum: aut ex quãtitate subiecti sui: quia in maiori corpore est maior virtus ceteris paribus. Si primo istorum modorum: tunc est tertium impedimentum feruens caliditatis rei a naturali complexione. ¶ Si vero secundo modo: tunc est quartum impedimentũ scilicet q motũ et fluens minime putrescit: qꝛ motu excitatur calor naturalis intra. ¶ Si tertio modo: tunc est quintum impedimentũ secundum q multum pauco minus putrescit: et hoc quasi modo demonstratiuo in ista materia procedens per diuisionem sufficientem in qua non est aliud mẽbrũ imaginabile ex parte rei similis. ¶ Sed notãdũ qđ adhuc sunt alia certa preter ista q̃ impediũt putrefactionẽ: vt balsamũ: mirrha etc. Sed sic nõ ꝑ se impediũt nec immediate resistũt calefaciẽti: sed mediãte quadã alia operatione. ista enĩ vehemẽter exiccant: sic q per exiccationẽ cõtrahunt humiditates corporũ quibꝰ applicantur et claudunt poros eorũ oẽs: sic q humiditas que est intra nõ põt exire. ideo remanet intra et nõ putrescit: ergo talia corpora apparẽt sicca rugata: dura: et cõpacta. et hoc est per exiccationẽ: vel forte est a tota specie istarũ rerũ modo quo dicunt medici tẽpe necessitatis: sed si qua illa sint vt puta influẽtia celestis i qbusdam locis terre vbi putrefactio nulla fit: vel virtute lapidis specialis: vel verborũ: sicut de corporibus excõicatorꝫ narratur: hoc nõ sunt secũdũ naturã cõsuetã: sed saltem quo ad vltimũ supernaturaliter. ¶ Sed adhuc est aliud remediũ impediens putrefactionẽ scilicet sal et cõdimenta salita. et hoc ad experiẽtiã videmus q carnes salse non putrescunt. et causa est: qꝛ calidũ et siccum est sal: ideo ratiõe siccitatis cõsumit humiditatẽ in exterioribus et poros condensat et claudit ne hũiditas interior possit exire: et sic ista nõ putrescũt. Est etiã causa similis: quare fumus iuuat durare carnes salitas plus: qꝛ vehemẽter exiccat. ¶ Itẽ videmꝰ aquã cõseruari a putrefactione: si sit congelata in fimo profundo: et sic etiam videmus glacies conseruari: et pruna et cerasa posita in melle et aceto vltra naturale tempus sue durationis: videlicet: a medio hyemis vsq̃ ad medium estatis: et pedes porcorum cocti et compositi durant per annum et vltra si fuerit posita in aqua salsa vel aceto. ¶ Item pisces quidã sunt qui vocantur scipicia sine sale exiccati: tñ durãt ꝑ valde longa tẽpora: et nõ putrescũt. ¶ Itẽ ficꝰ et vue passe et racemi. et oĩm istarũ experiẽtiarũ cãs reddere ꝓprijssimas et ꝓpinq̃ssimas et singulares esset difficillimũ: sed ex ꝑdictis haberi põt gñales: et hoc sufficit quãtũ ad sciẽtiã huius libri.

Sed nũc de quarto quesito que sit diffinitio

tio vel descriptio putrefactionis est videndū. vnde potius est danda eius descriptio q̄ diffinitio, dicens quid rei: eo ꝙ forte nulla vna res est nec potest esse putrefactio: nā neq̄ calefactio sola neq̄ caliditas nec frigefactio vł frigiditas nec cōdēsatio nec rarefactio: nec generatio substāntialis nec corruptio est putrefactio: sed sicut dictum est in secunda parte questionis plurima requiruntur ad putrefactionem: puta plures mutationes: quorum nulla sola esset putrefactio: sed omnes simul aggregate cum ordine modo prius dicto: ⁊ dicunt̄ putrefactio: sicut etiā cōmuniter solēt dici de augmentatione: ꝙ non sit vnꝰ solus motus sed plures: et adhuc magis diuersi dicunt̄ putrefactio q̄ augmentatio. ¶ Ex quibꝰ patet ista cōclusio prima. ꝙ putrefactiōis non est danda diffinitio quid rei ꝓbatur: q2 nihil est quid rei putredinis: igit̄ non est diffinitio quid rei. consequentia ⁊ antecedens patet ex predictis. ¶ Secunda cōclusio. putrefactiōis est danda diffinitio: vel descriptio quid nominis. patet: quia potest explicari per rationem quid et qualiter hoc nomē putrefactio significat: ergo ⁊c. patet consequentia: et antecedens prius est declaratum. ¶ Tertia conclusio potest esse. ꝙ potest describi: sicut Aristoteles eā describit: sic q̄ est corruptio caliditatis proprie in humiditatē propriam a caliditate aliena vel a frigiditate intrinseca: quequidem descriptio patet ex predictis ¶ Sed notandum quod forte non est sufficiēs descriptio et conuertibiliter se habens cuȝ termino descripto: quia multotiens corrumpitur caliditas propria a caliditate aliena in humiditate sua sine putrefactione: sicut patet de flamma lampadis adueniente magno igne et comburente totum oleū: non tamē fit putrefactio: ideo oportet multa apponi. videlicet ꝙ putrefactio est plures mutatiōes inter q̄s est corruptio caliditatis proprie in humiditate proprie a caliditate aliena actiue proueniens ex ea a qualitatibus primis et tanq̄ a dispositionibus a qualitatibus primis passiuis vel primis equiualentibus: et est preuia ad corruptionem forme mixti in parte: et similiter ad generationem alterius mixti vel elementi. Et sic ex predictis omnia simul combinando potest apparere quid sit putrefactio: et quot mutatiōes et quales simul aggregate debent dici putrefactio. et est sciendū q̄ putrefactio est naturalis et non violenta: eo q̄ passum confert vim: q2 naturaliter ratione materie appetit aliam formam: et per qualitates suas passiuas subiectum est dispositum ad recipiēdū putrefactionē. in actiuis saltem in quibusdam agit putrefactionem: licet cum aliis resistat. ¶ Sed aduertendum hic pro dictis in primo et quarto articulo ꝙ in quarto sumitur hoc nomē putrefactio valde stricte quādo dicit̄ ꝙ nihil sit vel possit esse putrefactio quod sit per se vnum: sed in primo sumitur large: ⁊c si diceremus ꝙ est exercitus substantiarum ⁊ accidētiū possibilis. si putrefactio est possibilis. i. si cumulus substātiarū ⁊ accidētiū vel mutationū substātialiū et accidētalium secundū ordinē est possibilis: tamen iste cumulus nihil est vel nulliū ens est: sed plura entia est. et sic similiter intelligitur ꝙ possibile est aliquid putrescere: id est aliquod subiectū tales mutationes substātiales ⁊ accidentales secundum ordinem: vt dicatur putrefactio: potest recipere.

Ad rationes principales. Ad primū: cum

dicitur: corruptio caliditatis ⁊c. Conceditur antecedens si non sit aliquod admixtum cū caliditate in quod admixtuȝ agat caliditas: et sic ipsum disponat vel destruat quod amplius calor nō possit manere in subiecto: modo sic cōtingit in proposito ꝙ subiectū indisponitur: q2 rarefit: et humiduȝ in quo calor cōseruari deberet cōsumit̄ a calore exteriori. ⁊ sic desinit calor interior: q2 nō habet subiectū. et etiaȝ bene pōt concedi ꝙ caliditas. s. extrīseca ⁊ intrinseca sint diuerse speciei capiendo intrinsecā ꝓ potentiali vel virtuali caliditate: et extrinsecam pro actuali: sicut caliditas qua pōt piper calefacere specie differt a caliditate ignis actuali: nec sequitur ex hoc ꝙ vni insint due qualitates contrarie: q2 actualis virtuali nō contrariatur: sicut frigiditati actuali: sed bñ actualis alterat subiectū virtualis ⁊ indisponit ne retineat virtualem consequentem formam mixti vel elemēti. ¶ Itē nō sequitur quod sint octo qualitates prime: quia forte ille qualitates virtuales sunt prime illis elemētis: quia magis inseparabiles: et cause aliarum actualiter sensibilium: sicut patet de aqua calefacta cuius frigiditas actualis est deleta: sed remanet inseparabiliter frigiditas virtualis: similiter est imaginandum de aliis qualitatibus. ¶ Ad aliā probationem que videtur fuisse contra istam responsionem: cū dicitur nec valet si dicatur ⁊c. quia in frigido tempore quādo esset frigidior homine ⁊c. Dicendum quod non sequitur et causa est vt puto: quia non solum imaginandū est caliditatem exteriorē medii continentis esse causam talis cōsumptionis immediatam. Sed quandoq̄ humores mali et supercalefacti: qui sunt sparsi per totuȝ corpus sunt causa huius consumptionis: et frigus aeris vel medii continentis ꝑ antiparistasim cum adiutorio frigoris interioris: ita ex inchoatione est ab exteriori calido: et illud calidum exterius quandoq̄ est calidū innaturale humorū qui non sunt pars compositi qui dicuntur esse vnum humidū radicale in quo est naturalis calor. et ergo in hyeme homines possunt infirmari et putrefieri: dato quod āer exterior sit frigidior: ⁊ mēbra hominum: similiter et cadauera mortuorum in terris posita. et sic similiter accidit circa membra compeditorū: nam propter constrictionem circa loca compedum fit vehemens lesio: quia natura mittit multum de sanguine ad adiuuandum partes lesas: et sic erit in locis illis calor maior q̄ nature membrorum requirat: et tunc per frigus circunstans: ⁊ per humiditatē aque frigide intenditur calor: et fit maior ꝑ antiparistasim: et ipso existente maiore consumit materiam naturalis caloris et complexionis membri: et sic fit ibi statim putrefactio. ¶ Ad aliam confirmationem antecedētis cum dicitur: quia sic calor tunc remaneret in materia sicca: sed in siccis aptissime conseruatur calor. dicitur quod aliquis calor in aliquibus siccis optime potest conseruari: sed non omnis in omni sicco: nec in proposito conseruari potest humido sibi proportionato quod requirit ad suum esse consumpto. vnde flamma manens aliquantulum diu nō potest in solis cineribus conseruari. vt per experientiā videmus. ¶ Ad secundam rationem putrefactio non est nec pōt esse alicuius generis vel speciei mutationis ⁊c. Dicitur negādo consequentiam: sumendo large hoc nomen putrefactio. Ad probationeȝ ꝙ non est alicuius speciei motus: ⁊ oportet esse motum aliquem: non est possibile: sicut nihil est animal ⁊c. Dicitur quod non est possibile esse aliquod vnum: sed possunt esse plures mutationes: vel plura simul possunt sic vocari: et sic est in ꝓposito ꝙ plures mutationes diuersorum generuȝ vocantur putrefactio. vel potest negari antecedēs: quia est generatio: corruptio: exiccatio: et sic de aliis multis simul licet proprie loquendo tot simul non sint vna species motus Sed ad probationes antecedentis ad hoc quod nō sit vna sola species mutationis: dicitur non procedunt licet putrefactio requirat motum localem et corruptionem ⁊c. Ideo non oportet dicere ad probationes: sed quando ꝓbat̄ quod non est motus localis: q2 iste impedit: dicitur ꝙ aliquis impedit et aliquis iuuat. vnde motus localis totius putrefacti sic quod partes abinuicem separentur ⁊ non quiescāt simul continue nec idem in ipsa possit manere diuersitas talis impedit putrefactionem: vt allegatum est ex litera: ⁊ dictum fuit de aquis currentibus. sed motus localis humidi vel humidorum interiorum ad exteriora propter actionem caliditatis extrinsece iuuat ad putrefactiones sed non impedit. ¶ Ad aliam probationem quod non sit motus generationis: quia est corruptio. dicitur quod est generatio vel requirit generationeȝ vnius forme: et est corruptio alterius preteriti: vel requirit etiam corruptionem. Et quando dicitur est productio substantie ⁊c. Dicitur quod putrefactio requirit substantie productionem. Et cum dicitur quod talis non est putrefactio: quia alias omnis generatio esset putrefactio. negatur consequentia: requiruntur plures mutationes secundum ordinem que cum generatione dicuntur putrefactio: etiam non omnis generatio est talis: et cum tot ⁊ talibus mutationibus. ¶ Ad aliam probationem quod sit corruptio: quia sic arguitur sicut argutum est: similiter soluitur. ¶ Ad aliam maxime esset corruptio caliditatis proprie in humido proprio a caliditate aliena. conceditur. Ad improbationem cum dicitur propriuȝ dicitur inseparabile. conceditur. sed caliditas propria sumitur hic pro naturali calore: et non proprie proprium. ⁊ si pro proprie proprio sumeretur: tunc simul humiditas ⁊ caliditas: sicut homo ⁊ risibile: non remanet vnum alio corrupto: et hoc ex debita et naturali dispositione. ¶ Ad aliam confirmationem que est for-

tionꝭ caliditas propria ⁊c. ergo sibi contrariatur. negatur cõsequentia illa: quia multa agunt adinuicem non omnino cõtraria: et etiam non omnino disparata agunt. vnde oportet imaginari quandam habitudinem caliditatis talis naturalis ad humidum naturale vel ad humiditatem et amicitiaȝ vel naturalem inclinationem recte. sicut ferrum se habet ad magnetẽ vel econuerso: ratione cuius habitudinis vel amicitie agunt adinuicem et durant. Et quando dicitur q̄d nõ corrumpitur ab aliena caliditate: quia sic oporteret contrariari actionem caliditatis et humiditatis. conceditur istud secundum modum iam dictum. Et quando dicitur pari forma omnium non contrariorum. negatur consequentia: quia non habent talem conuenientiam occultam vel inclinationem naturalem adinuicem. Sed quando dicitur. aer etiam tunc seipsuȝ destrueret. negatur consequentia. ⁊ forte causa est: q̄ talem virtutẽ sibi superadditaȝ non habet: qua agat: vel naturalem potentiam talem. Et bene volo quod sic dicere est quasi diuinare sed non bene apparet aliud esse dicendum: et sufficit in naturalibus tanta fides ꝙ non possit nimis experimento improbari. Et quando dicitur ꝙ est cõtra experientiam: quia calor in humido conseruatur. conceditur ad presens et non perpetuo. Et cum dicitur humidum a calido augetur. conceditur. quantũ ad extensionem subiecti ⁊ ad tempus: sed postea diminuitur ⁊ resoluitur calore manẽte primo. ❡ Ad aliam confirmationem: quia si agit in ipsuȝ corrumpendo ipsum tardius sine extrinseco ⁊c. tunc est alia proportio caliditatis ⁊c. conceditur. Ad improbationẽ: tũc habentia ⁊c. conceditur sed hoc erit secundũ diuersas proportiones: et non secundum eiusdem caloris ad humiditatem. Et quando dicitur si sic tunc modicus in multa humiditate non esset eque durabilis vel durabilior magno calore in modico humido. Ad hoc dicitur quod si cetera essent paria: sic ꝙ esset calor modicus cum humido multo: ⁊ mult⁹ calor cum modico humido. et quando infertur ꝙ modic⁹ calor cũ multa humiditate non esset durabilior ⁊c. negatur cõsequentia si bene proportionetur et applicetur calor humiditati. Et si probasses cõsequentiam ex hoc quod proportio modici caloris ad humiditatem multam est modica: et alterius magna. conceditur: et ex hoc sequitur potius ꝙ sit durabilior q̄ȝ ꝙ sit minus durabilis propter debilitatem actionis et tarditatẽ. Et quando dicitur contra illud: quia oporteret fieri actionem, secundum proportionem, minoris inequalitatis: dicitur vt patuit in arguendo: quia calor dicitur paucus in comparatione ad aliũ: ⁊ nõ in cõparatione ad resistentiam humiditatis. Et quando dicitur quod non esset simile de flãma lampadis ⁊ oleo multo ⁊c. conceditur quod non sit omnino simile: quia diuersitas est in eo ꝙ calor flamme non agit in quãlibet partem olei nec quelibet pars olei sibi resistit: sed solum in aliquam super quam dominaẗ que resistit. Et quando dicitur humidum olei sufficit dominari super caliditatem: dicitur quod verum est si totũ proportionetur ad totum modo sic non est: Quando diciẗ: calor quãdoq̄ȝ separatur ab humido ⁊c. conceditur: ⁊ tunc ampli⁹ nõ fit actio caloris vt cito desinat. ❡ Ad aliam confirmationẽ. aer habens magnam caliditatem et siccitatem est durabilior ⁊c. dicitur quod non nisi humiditas superet in aere caliditatẽ ⁊ putrescere faciat. ⁊ tunc non est durabilior: sed durante calore non superato esset aer durabilior cum humiditate q̄ȝ sine illa: et maxime cũ humiditate virtuali. Item qñ dicitur ignis sine humiditate durat semper dicitur ꝙ non est talis aliquis. et si durat diuiest naturalis dispositio sua caloris actualis et elemẽtalis cũ siccitate ⁊ sine humiditate ⁊c. sed alius est calor mixtorũ virtualis: vt dictum est prius. Et quando dicitur quod non sit augmentatio conceditur: nec alteratio: licet requirat adesse plures alteratiões ⁊c. Et qñ infertur quod non est de aliqua specie ⁊c. conceditur secundum modum predictũ in principio solutionis secundi articuli. ❡ Ad tertium argumentũ: si sic tunc sub aliquo gradu est possibile ⁊c. conceditur consequentia et consequẽs. et cũ dicitur eadem ratione ⁊c. cõceditur. Et quando dicitur q̄d hoc est falsum: q̄ nõ potest aliquid sub gradu summo putrefieri. dicitur imo exponendo suum superlatiuum scilicet q̄d null⁹ sit eo maior: licet multi equales scilicet negatiue et nõ affirmatiue. Et quãdo dicitur quãtũcũq̄ȝ aliquid est putrefactũ sub maiori gradu ⁊c. etiam esto quod hoc est veruȝ: ex hoc nõ sequiẗ ꝙ nõ sit summ⁹: nec põt esse summ⁹. Et quãdo probatur: q̄ actio caliditatis et frigiditatis nõ terminatur ad summũ vel maximũ. diciẗ ꝙ imo cũ certis circũstãtijs limitando: sed sine limitatiõe circunstantiarũ nõ terminatur ad maximũ. ❡ Sed ad ꝓbationẽ qñ arguiẗ cõtra hoc: q̄ dictũ est ꝙ nõ põt esse summus grad⁹ putrefactionis: sic ꝙ nõ possit esse aliquis intensior: sed bene põt esse summ⁹ q̄ null⁹ est intensior. Cũ arguiẗ sit a. ille: admittaẗ. Et cũ dicitur: q̄d putrescit a. gradu putredinis est subito summe putrefactũ: diciẗ ꝙ a. grad⁹ summe putredinis põt sumi vel ꝓ qualitate et dispositione aggregata qua diciẗ esse aliquid summe putrefactũ: vel ꝓ gradu actus ⁊ actione successiua qua imaginarie vel existenter illas qualitates vel dispositiones acquirit: licet eadem sit: tamen aliter significatur per istos terminos gradus vel actus ⁊ actio: ⁊ aliter per istos grad⁹ dispositiones acquisite vel acquisibiles per actũ vel gradũ act⁹: ⁊ sic aliter imaginatur gradũ summum caliditatis: aliter gradum inductionis grad⁹ siue caliditatis. vt aliter speciẽ intelligibilẽ: et aliter actũ intelligendi: qui tamen idẽ est realiter cum specie secundum communiter loquẽtes. tunc dicitur quod si sumitur gradus primo modo: tunc istud q̄d dicitur summum vel summe putrefactum non est subito summe putrefactũ: sed successiue: licet subito et incontinẽti habeat primum esse tale putrefactum et quietum secundum totum vel secundũ datã partẽ. nec ex hoc sequitur ꝙ motus fiat in instanti. Sed si sumiẗ a. gradus secũdo modo: tunc diciẗ q̄d successiue adhuc tam propter partes subiecti q̄ȝ etiam propter partes actiõis successiue que in subiecto diuisibili successiue fierent. Et quando dicitur contra: quia tunc si continue putrescit illud magis ⁊ magis: grad⁹ iste quo putrescit intẽdiẗ cõtinue ⁊ nũq̄ȝ erit summ⁹ ⁊c. diciẗ ꝙ nõ intẽdiẗ gradus a. secũdo modo sumendo: licet intẽdereẗ primo sumendo: sicut equali gradu alterationis ꝯtinue aliquid efficitur calidius. Et cũ diciẗ q̄d nunq̄ȝ erit summus. dicitur q̄d continue erat summus secundo modo sumẽdo. Et non est simile sicut dicitur ibi. si aliquid moueretur continue intendendo motũ suũ: q̄ hoc continue intensiori gradu mouetur: sed illud eque intenso gradu alterationis: sed tamẽ cõtinue ea qualitas vel dispositio acq̄sita dicitur intensior vel diceretur: sicut valde tarde aliquid posset dici calefieri: licet tamẽ illa calefactione fieret maxime calidũ. similiter in proposito est imaginandũ: licet nõ omnino siliter: q̄ putrefactio nõ est vna sola mutatio: vt dictum est prius. ❡ Ad quartã. si possibile est ⁊c. diciẗ ꝙ naturalis sicut prius dictũ fuit. Ad improbationẽ non est a principio intrinseco: sed extrinseco. dicitur ꝙ in oĩbus passum suis dispositionib⁹ confert vim ⁊ iuuat agẽs licet aliq̄ ei⁹ dispositiones resistãt: alie tamẽ nõ resistũt sed iuuant: q̄ intenduntur et perficiuntur sic ab illis: et a materia naturaliter appetuntur licet forma patiatur vim. Et quando dicitur cõbustio non est naturalis ⁊c. negatur consequẽtia. Ad probationẽ: sunt ad eundẽ terminũ. dicendũ ꝙ hoc est valde diuerse: q̄ putrefactio sicut dictũ est: sed cõbustio nullatenus fit tractione humidi intrinseci: et per incinerationẽ partium interiorum primo: modo primo exteriora combustiorum incinerantur et humiditates ad interiora propellũtur ⁊ durant: sed aliter est de putrefactio: vt dictum est. Et quando incidentaliter tangitur ibi quod cõbustio esset naturalis et non violenta: q̄ velocior in fine q̄ȝ in principio. dicitur ꝙ hoc non est verum nisi ratione accidentalium conditionum: videlicet ꝙ si subiectũ melius disponatur ad combustionẽ: et sic quidam motus violentus ẽt in fine diciẗ intẽdi: et etiam Aristo. loquiẗ: ponens conditionẽ istã mot⁹ naturalis ꝙ sit intensior in fine: de motu locali naturali: et nõ de quolibet alio. etiam naturalis põt remitti vsq̄ȝ ad nõ gradum. Et quãdo dicitur combustio fit a principio extrinseco passo conferente vim: diciẗ ꝙ adhuc nõ sufficit sola inclinatio materie: sed requiruntur forme et inclinationes naturales qualitatũ subiecti corruptibilis: et tales non sunt in cõbustione saltẽ similiter: sicut in putrefactione. ❡ Ad quintam. si putrefactio est possibilis cũ omnis transmutatio possibilis possit habere impedimenta vel iuuamẽta sic foret de putrefactione. dicitur ꝙ imo habet impedimenta multa: sicut dictum fuit prius. Sed quando probatur quod non. admittaẗ totus ꝓcessus vsq̄ȝ dum dr̃ frigiditas nõ impedit: q̄ frigiditas intrinseca causat putrefactionẽ ⁊c. cõceditur ad modum tactũ ibidẽ in litera Arist. Sed cũ dr̃ contra hoc: q̄ videmus fructus arboruȝ citius putrefieri quando fuerint

fortiter

fortiter infrigidari frigiditate aeris continētis:igit̄ illa frigiditas extrinseca iuuat.Dicit̄ ꝙ bene iuuat ꝗdiu est:sed tamen condensauit et alterauit:sic ꝙ post istam cōdensationem et alterationem citius putrescit:ꝛ est magis dispositū ad alterationem:ꝛ ideo iuuat ꝛ impedit:diuersimode tamē et in diuersis temporibus.Sed cū dicitur si frigiditas cōtinētis conseruaret tunc frumenta secta in terra ꝛc.Dicit̄ qꝺ ista diutius durarent si sola esset frigiditas:sed quia multa alia:videlicet:calor extrinsecus qui frigiditate extrinseca reprimitur:et humiditas illorum corporū facit magnas operationes quas non facerent in aere raro circunstante:ideo in terris putrescunt:et similiter superueniit pluuie:ꝛ multum operās:et aer in terra inclusus:et exhalationes causant putrefactionem talium in terra.¶Ad aliam cum dicit̄:tunc fena custodiēda in alto ꝛc.Dicitur ꝙ causa est:ꝗ humiditas potest exhalare et exire:et alius aer recens subintrare:ideo non putrescunt in alto:in basso autē ꝛ super terram in casa vel in cellario putrescūt propter oppositas causas:et maxime propter siccitatem que preseruat a putrefactione.¶Ad aliam cum dicitur:nec etiā congelatio impedit quia corpora mortuorū sunt coagulata ꝓpter humores mixtos in illis:et tamen illa citius ꝛc.Dicitur ꝙ ꝗdiu sunt congelata proprie et perfecte non putrescunt:sed non sunt congelata:lꝫ sint coagulata propter humores sanguinis mixtos.ꝛ satis differunt coagulatio et cōgelatio:ꝗ coagulatio potest fieri a calido:cōgelatio solū a frigido.adhuc tamē coagulatio iuuat contra putrefactionē:quia cōdensat ꝛ nō permittit penetrare actionē caloris eꝗ faciliter sicut in pricipio.ideo humiditas non potest extrahi:ꝛ caliditas propria non tam cito pōt consumi:sed tamen corpora mortuorum post modicam coagulationem putrescunt frigiditate intrinseca agente ꝛ calorem expellente cum humido in quo fuit:ꝛ facit exiccationē in interioribus:ꝛ ꝑ cōsequēs finaliter putrefactionē:ꝛ hoc in terra propter exhalationes inclusas aperiētes poros corporum et extrahentes humidū ad exteriora:et sic verū esset ꝙ si terra esset magis frigida:etiam si nulle exhalatiōes calide in concauitatibus eius essent:ꝙ tūc corpora ibi diuti⁹ durarent:et in aliis locis opposito modo se habentib⁹ cito consumunt̄:tamē sine cōbustione:similiter dicitur de cōgelatione fructuū:sicut prius in de infrigidatione dicebatur.¶Ad aliam quando dicebat̄ congelatio est causa quietis.Dicendū ꝙ cōgelatio aliqua est causa quietis alicuius ab aliqua specie motus:sed non est causa quietis simpliciter ꝗ quod congelatur alterat̄ semper:et sic condensat̄ et manet localiter:licet non augeatur nec extendatur etiā consequētia illa posset negari:est causa quietis:ergo est causa iuuās putrefactionem et non impediens:ꝗ quādoꝗ quies impedit putrefactionem:sicut si mare maneat indiuisum simul quiescens:non potest totū putrefieri:ergo impeditur a quiete a putrefactione.¶Et quando vlteri⁹ dicitur probando qꝺ cōgelatio est causa quietis:ꝗ motus impedit congelationē dicitur qꝺ aliquādo iuuat.vnde si portaretur pot⁹ aq̄ calefacte per aerē frigidū citius congelaretur ꝗ̄ si staret in loco vno:et sic quies illa aque stantis non iuuat sed impedit:et ita aliquis motus impedit congelationem:licet alia adhuc concurrant.Et quando dicitur:quādo aliquid est congelatum.dicitur in congelando non quiescit:sed mouetur.ergo non sequitur ꝙ congelatio sumendo pro actu congelādi sit causa quietis:saltem immediate licet mediate bene.¶Ad aliam quando dicitur:nec etiam secundum:videlicet feruor impedit.probatio.ꝗ si congelatio putrefactibilis impedit:igitur feruor iuuat.Dicitur ꝙ cōgelatio que prouenit ab extrinseco impedit:etiā feruor exterioris continētis iuuat ad citius faciendum putrefactionē si non esset combustio:licet feruor naturaliter inexistens ex complexione propria mixti putrefactibilis ille iuuat contra putrefactionem seu preseruat.et hoc visum est prius.¶Similiter dicitur ad tertiū ꝙ caliditas vel feruor impedit et aperit poros putrefactibilis:et facit humidū exhalare:verū est de feruore extrinseco non coadunato.¶Ad tertium cū dicitur,cōsumit humidū.dicitur quod non de intrinseco nisi secundū suā naturalem periodum:alias conseruat et preseruat ne exterius agēs cōsumat.¶Ad quartum de motu ꝙ non impediat:ꝗ est causa augmentationis caloris:dicitur quod auget calorem intrinsecū ꝛ nō extrinsecū:qui extrinsec⁹ causat putredinē:vt dictum est.¶Similiter ad secundum:motus disgregat et discooperit siue aperit:igitur est causa ꝛc.Dicitur ꝙ non sequitur:quia si aperit:tamen cum hoc cōfortat et iuuat calorem:et vnit cū humido per totum et miscet sic ꝙ non tanta fit consumptio in vna parte sicut fuisset si simul mansisset calor in vno loco:ideo impedit:et tamen verū est qꝺ posset motus tam excessiuus fieri ꝙ ipse iuuaret ratiōe taliū dictorū:ideo aliquis iuuat et aliquis non.¶Ad aliā quando dicit̄ quod multitudo non impedit:ꝗ iuuat:dicitur quod nō iuuat ipsam fieri.Et quādo dicitur ꝙ blada in vno magno cumulo putrescunt:Dicitur ꝙ hoc non est ratione magnitudinis:sed ratione ista ꝙ sub aliis tecta concauitatibus aere ꝛ exhalationibus repletis aerem putrefieri faciunt:ꝛ ratione illius postea putrescunt interiora blada et frumentorū grana:et ꝗ talis reseruatio aeris in concauitatibus non fieret si pauca essent blada simul:ideo pauca non putrescūt:ideo expedit ꝙ sepe moueantur ꝛ voluant̄ grana bladorum:ꝛ hoc sciunt coloni:et ideo illud faciunt ne putrescant.Et quādo dicitur.modicū cito exiccatur:volo bene quod aliquid modicum:sed nō omne:ꝛ ideo nō ꝗlibet magnitudo vel multitudo quātūcūꝙ sufficit in qualibet specie ad putrefactionē suscipiendam quālibet:sed aliqua sic et aliqua nō:sicut nec quelibet multitudo nec paucitas ꝗlibet sufficit ad extinguēdum ꝛc.Et sic patet questio ꝛc.

Questio.II.

SEcundo ꝗritur circa istū quartum librum.vtrum digestio sit perfectio causata proprio et naturali calore ex oppositis passiuis.Et arguit̄ primo ꝙ non:ꝗ digestio est imperfectio causata a proprio naturali frigore in oppositis passiuis:igitur non est perfectio causata ꝛc.consequentia tenet:ꝗ nihil est simul perfectio et imperfectio:nec simul ex contrariis agentibus circa idem subiectū:ꝛ non potest simul idem contrariis motibus moueri:vt calefieri et infrigidari perfecte a calore ꝛ a frigore.sed antecedens probatur:ꝗ digestio non est nisi mutatio imperfecta ante completū esse decoctiōis:et talis est imperfectio causata a proprio frigore:ꝗ si nullum esset frigus iam calor ageret sine resistentia successiue:quod videtur contra illud quod dicitur quarto ꝑhysicorū successio in motu causatur ex resistentia mobilis ad motorē.¶Et confirmat̄ antecedens:ꝗ digestio est motus vel actio:ꝛ omnis motus vel actio est imperfectio vel imperfecta mutatio:ergo omnis digestio est imperfectio.minor probatur per diffinitionem motus tertio physicorum ꝗ motus est act⁹ entis in potentia .s. actus imperfect⁹.¶Sed forte dicitur ꝙ motus digestionis vel via ad digestionem nō est proprie digestio nec perfectio:sed dispositio que finaliter acquiritur vel est acqͥsita per talem viā ꝑ motū digestionis.¶Sed contra.talis dispositio est imperfectio:ꝗ ad inductionē ipsi⁹ sequit̄ destructio forme substantialis ipsius:sic dispositi.ergo est imperfectio:ꝗ destructio.cōsequētia videtur nota.ꝛ antecedēs probat̄.sicut enī est in artificialibus dispositionibus ꝙ ex elixatiōe facta elixatum est dispositū ad corruptionē forme substantialis sui citi⁹ ꝗ̄ fuit ante:et similiter masticatione facta in ore et digestione in stomacho naturali digestum est magis propinquum ad corruptionē forme digestibilis ꝗ̄ ante:vel forte iam corrumpit formam eius:et facit humorē imperfectiorem carnibus de quibus incepit facere humorem.probatur autem quod humor sit imperfectior carnib⁹:quia ex humore intendit generare carnes perficiēdo naturam:igitur humor carnibus imperfectior est.¶Sed adhuc probatur antecedens principale:videlicet:quod a frigore proprio et naturali:ꝗ digestio iuuatur a frigore alieno ꝛ extrinseco:ergo etiam a frigore proprio.consequentia tenet:quia contrarium impedit contrarium et non iuuat:sed simile iuuat et intendit simile,ergo oportet quod si iuuatur a frigore extrinseco quod fiat et causetur a frigore intrinseco:sed antecedēs huius consequentie patet:quia in hyeme et in regionibus frigidis fiunt meliores digestiones ꝗ̄ in calidis locis et temporibus:vt experimur.¶Secundo ad principale:digestio fit a caliditate aliena nulla existēte caliditate propria,ergo non fit nec causatur a propria.consequentia patet:quia iste caliditates ex opposito distinguuntur.sed antecedens probatur.nam digestio cibi fit a caliditate cibati:quod est extrinsecum cibo:et non a caliditate cibi:dato quod cibus sit

frigidus sine caliditate: et iterū digestio fructuum vel maturatio fit a calore solis qui est extrinsecus. sic similiter patet idem de elixatis q̄ omnia digesta sunt: ⁊ hoc caliditate aliena et nō propria: ideo extrinseca. ¶ Tertio. digestio fit a calore artificiali: ergo non a naturali cū ex opposito distinguātur: sed antecedens patet de elixatione et assatione que per artificialem calorem causantur. similiter medici arte medicine iuuant ⁊ intendūt calorē quo fit digestio. ergo artificialiter fit intensior. ergo etiam digestio fit a calore artificiali. ¶ Quarto aliqua digestio fit a calore innaturali. ergo ⁊c. consequentia patet. vt precedens. et antecedens patet: quia a calore febrili. ¶ Iteꝫ a calore balnei: vt patet ex litera Aristo. tamen calor balnei est innaturalis balneato. ¶ Quinto. si sic: sequit̄ ꝙ omnia digesta essent calidiora indigestis. consequentia tenet: si fit a calore nō erunt frigidiora: sed calidiora: falsitas consequentis probatur de esculis et multis alijs fructibꝰ que ante digestionem cōpletā sunt calidiora: et post minus ¶ Item mustum est calidius vino digesto: et ideo est fumosus: et plures umos faciens: et citius inebriat vt experimur: vt patet in litera. ¶ Item stille vel gutte stillantes ab assaturis crassis sunt frigide vel minus calide q̄n assata sunt iam cocta q̄ꝫ in medio decoctionis vel ante medium. vnde coqui per minus calidas stillas cognoscūt assationē esse factā: ⁊ patelle in quibus bulliuntur pisces sunt iam minus calide cum iam pisces sunt cocti q̄ꝫ ante completam decoctionem: ⁊ sub vasis suis: et hec non essent vera per experientiaꝫ: si fierent digesta calidiora. ¶ Itē homines bibentes vina calidissima virtualiter et actualiter faciunt ex illis post digestionem vrinam minus calidā vino: et maxime si multum bibant: vt patet per experientiam. ¶ Sexto si sic: sequitur quod digesta essent leuiora et minora et subtiliora et rariora. consequens est falsum et contra experiētiā: quia poma matura sunt maiora ⁊ grossiora ⁊ grauiora: q̄ꝫ adhuc in principio ante digestionem erant. Similiter Aristo. dicit ꝙ ingrossantur digesta per digestionē: sed consequētia tenet: q꞉ calor naturalis deberet consumere humidum: et sic fierent minora ⁊ leuiora vel minꝰ grauia ⁊ rariora post ablationem materie que fit per digestionem.

Oppositum arguitur autoritate Aristo. in isto quarto sic diffinientis digestionem; quod est perfectio causata a proprio et naturali calido ⁊c.

In ista questione primo ponenda sunt notabilia. secundo ponent̄ conclusiones responsales ad q̄situ̅.

Quantum ad primam sciendum est quod Aristo. in litera ponit digestionē esse secundū opus post putrefactionē vel aliud opus primarum qualitatuꝫ: videlicet caliditatis: frigiditatis: humiditatis: ⁊ siccitatis: tamen secundum certam habitudinem et determinationem existentibus simul. ¶ Iuxta quod notandum q̄ȝ vtar bene aliq̄n modo loquēdi Arist. in litera sumendo concretū pro abstracto: videlicet calidum pro caliditate: ⁊ econuerso: secunduꝫ ꝙ in litera patet: et feci in questione precedenti similiter.

¶ Alterꝰ notādum ꝙ vnaqueq̧ res naturalis est perfecta siue digesta vel bene disposita: quādo debite et perfecte potest in suā operationem propriam quam naturaliter et finaliter intendit. ⁊ hoc contingit dupliciter: quia aut simpliciter aut secundum exigentiā finis ad quem tendit: ⁊ secūdū aliquod tempus determinatum. exempli causa. vt homo dicitur simpliciter p̄fectꝰ: quādo pōt nō respiciēdo tēpus oēs operationes perfecte facere: ⁊ ad finē debitū et naturalē producere: sic diceret̄ p̄fectꝰ iuuenis qui secūdū tēpꝰ iuuētutis bene se habet: vt perfectꝰ vel scd̄m tēpꝰ operationū vitaliū bn̄ se habet ⁊c. similiter est in aliquo n̄ aliquid dicit̄ p̄fectū vel perfecte res digesta cū sit viridis: sicut succꝰ viridis vitis quādo nos cupimus habere agrestum: sic ꝙ talis succꝰ est bene digestus ad hoc ꝙ sit agresta: sed non diceret̄ bene digestus ⁊ perfecte ad hoc ꝙ sit vinū: ⁊ adhuc secundū tempus quando est succus digestus vt fiat vinum ex eo non dicitur talis quando est mustum sed post in successu amplioris temporis post esse musti vltra digeritur et depuratur et resoluitur: et fit vinum. ¶ Item sciendꝫ quod digestio potest accipi pro perfectione a qua prouenit operatio debita rei vel simpliciter vel secundum tempus vel secundum finem: vt dictū est: vel pro via vel permutatione ad talem operationem habendam vel talem: puta simpliciter perfectionem: vel secundum tempus. Si capiatur pro tali dispositione et non pro via sic potest describi: ꝙ digestio est dispositio qualitatiua propria et intrinseca alicuius mixti secūdū quā natū est debite agere vel pati secundū finem intentum simpliciter vel secundū tempus: naꝫ dicitur qualitatiua dispositio: quia licet habet quandam dispositionē in figura rei vel situ vel in quantitate que iuuat ad perfectionem operis vel passionis: tamē q꞉ ab illis non prouenit operatio principaliter secundū finem intentū: ideo talia excluduntur per hoc ꝙ dicitur qualitatiua et non quantitatiua nec figuralis: sed dicitur propria: q꞉ si aliquid esset dispositum aliqua qualitate in modico tēpore secundū exigentiā temporis operis ⁊ finis intenti adhuc istud non diceretur esse digestum: sicut si ferruꝫ cito igniret̄ per ignem vt mallearet̄: tamen adhuc nō diceretur digestū: quia hoc non esset secundum intrinsecam qualitateꝫ. sed dicitur alicuius mixti: quia digestio est dispositio complexionalis et composita ex quatuor primis qualitatibus actualiter vel virtualiter inexistentibus intēse vel remisse: ergo nō inuenitur digestio proprie in simplici elemēto. et dicitur secundum ꝙ mixtum est natū agere vel pati: et per hoc excluduntur qualitates secunde a quibus principaliter non prouenit operatio vel passio. sed dicitur secundū finem intētū quia eadem res potest dici perfecte digesta ad vnum fineꝫ: que non esset perfecte digesta ad alium: vt dictum est. et dicitur simplex et secundum tempus propterea etiam que dicta sunt. sic patet quid per hoc nomen digestio importetur.

¶ Ulterius sciendum quod digestio pro via ⁊ mutatiōe ad talem dispositionem iam descriptam non est aliud q̄ꝫ q̄daꝫ alteratio dispositi ad talem dispositionem vel perfectioneꝫ mixti iam dictam. et sumitur talis alteratio que simul est calefactio exiccatio et humectatio: licet secundū diuersas partes et dispositiones digesti: et remissio in frigiditate siue sit aliquid vnum vel non. In proposito non fit vis: dummodo he mutationes simul aggregate tali vniōe vno nomine possint appellari. Et similiter dicatur de digestione primo modo dicta: quia est aggregatio diuersarum qualitatum non componentium vnum forte nisi aggregatione: sicut albedo et dulcedo et color in lacte vel frigiditas. ¶ Ex his patet: quod digestioni non acquiritur noua forma substantialis: et hoc ex quo solum est dispositio qualitatiua vt aliqui inferunt. ¶ Contra quod tamen obijcitur. quia dicit Aristo. in litera: vbi habet locū ꝙ finis digestiōis est natura: id est forma substantialis quia non materia: q꞉ est ingenerabilis et inacquisibilis. ¶ Itē secundo patet: q꞉ per digestionem corrumpitur nutrimentū. sed semper generatio vnius ⁊c. ideo sequitur quod digestio nō sit sine forma substātiali. ¶ Tertio. q꞉ aliter non distingueretur ab alteratione. Nec obstat hoc q̄ȝ dicitur communiter. q̄ȝ Aristo. intendit quod finis est natura: et per ly natura intendit perfectionem naturalē ideo describendo digestionem dicit: ꝙ est perfectio: id est dispositio perfecta qualitatiua. Sed certe Aristo. expresse dicit perfectionem naturalem: finis aūt his natura est: natura. autem quam dicimus: vt speciem id est formam et substātiam. non ergo valet ista expositio. ¶ Ideo aliter dicunt isti et bene vt puto q̄ȝ ad digestionem multi motus concurrūt vel mutationes. Primo motꝰ localis quo actiua applicant̄ passiuis. Scd̄o motus alterationis vel plures alteratiōes quo digerēs assimilat sibi digestibile introducēdo in ipsuꝫ qualitates: sibi ꝯueniētes: et corrūpēdo qualitates p̄existētes. Et tertio ex illis sepe sequit̄ corruptio formarū digestibilis: et generatio forme substantialis digesti. ¶ Et tūc est multis dubiū que istarum mutationum dicatur digestio: et secundum predictam descriptionem remanentem. et dicunt aliqui quod sola alteratio cū generatione et corruptione ꝓprie debet vocari digestio. Sed forte non bene dicūt vniuersaliter: q꞉ certum est ꝙ fructꝰ ante maturationem sunt male digesti et magis digeruntur vsq̧ ad maturationē: ⁊ nō tunc dicuntur generari noue forme substātiales: et etiam fierent tot generationes: quod non est verisimile. nec oportet in naturalibus si paucioribus possunt saluari digestiōes vt ostēdam. ¶ Potest ergo dici quod digestio qualitatiua acquisita alteratione post motū localem actiuorum et passiuoruꝫ a fortiori etiam: et tā si non fieret forma substantialis noua esset digestio dicenda: lꝫ ista digestio fiat vltimate pro generatione

tione forme substãtialis: vnde sicut i artificialibus digestionibus: videlicet elixatione ⁊ decoctione primus finis est vt sit vtile ad esum ⁊ ad sorbitionẽ: vt dicit philosophus: secundus finis est vt post esum alia digestione facta generetur forma substantialis ipsius nutribilis: sic est imaginandum in alijs naturalibus digestionibus: ⁊ sic omnis alteratio ordinatur finaliter ad generationem vel corruptionem: quia dicitur in primo de generatione: q̄d si non est possibilis trãsmutatio in substantijs nec est possibilis in accidentibus vel in qualitatibus quia frustra esset: tamen ex hoc non oportet ꝙ alteratio sit generatio: sicut nec digestio que est quedam alteratio vel plures: non tamẽ est generatio formaliter nec corruptio: et sic dicitur ad literam Aristo. Cum autẽ dicitur finis ⁊c. dicitur q̄d verum est finis vltimatus digestionis: sed non oportet de fine propinquo: quia ad istum sufficit dispositio qualitatiua vel perfectio qualitatum talis: vt dictum est ⁊ esse aptum nutritioni vel simi'ibus operationibus vel passionibus. ¶ Et ex his patet solutio questionis que cõsueuit fieri hic videlicet vtrum digestio terminetur ad formam substantialem. ⁊ dicitur q̄d sic vltimate si non sit impeditum: et est finis extrinsecus ac etiam remotus: sed esse esibile ⁊ cetera similia sunt fines propinqui. ¶ Ad secundam obiectionẽ per digestionẽ corrumpit̄ nutrimentũ: conceditur vltimate: sed primo vel prius disponitur ⁊ digeritur: nec oportet ꝓpter qualemcunq̄ modicam alterationem corrumpi formam substantialem ⁊ aliam generari. ¶ Ad tertiam quando obicit̄ ꝙ aliter non distingueretur ab alteratione. dico ꝙ imo: quia est quedam species alterationis: ⁊ sicut species a genere distinguitur: sic minus cõe a magis cõi: vnde cõcedit̄ bene ꝙ digestio est alterõ. id̄ non differt ab alterõne: tñ ꝓprie loquẽdo non esset alteratio: sed alterationes non cõponentes vnã et forte nulla entitas esset digestio: sꝫ plures entitates: vt in precedenti questione de putrefactione dictuꝫ fuit. ¶ Ex predictis etiam bene infertur ⁊ conceditur q̄d digestionem sequitur diuersitas proportionum primaruꝫ qualitatum: ⁊ huius signum est: quia per digestionem variantur sapor odor ⁊ multa consimilia ipsius digesti. ¶ Sed adhuc est vlterꝰ notandum q̄d digestionum: sumendo digesti nem vt prius descripta est: quedam fit in viuentibus: ⁊ alia in non viuẽtibꝰ. In viuentibus autem alia fit in plantis: alia autem in animalibus. omnes tales digestiones sunt operationes sine aggregatione: licet in viuentibus: ⁊ in cognoscentibus fiant diuerse: in animalibus adhuc fiunt diuerse digestiones: quia in viuentibus fit digestio seminis postq̄ꝫ generatur fetus. Alie sunt digestiones alimenti: ⁊ dicuntur quatuor ab aliquibus ⁊ ab aliquibus tres: que conueniunt in his tribus scilicet in digestione in stomacho: alia in epate: alia in membris. quartam ponentes eam dicunt esse in corde. ⁊ alij ponẽtes quintã ponunt vnam primam in ore per masticationem: q: masticato grano nõ posset amplius fieri: vt philosophi q̄ fingũt scribere formicas: ⁊ ex hoc diuisum granum custodire vel diuidere: aut custodita ipsa dicunt: ⁊ iste nõ sunt species distincte digestionis. de quibus loquitur Aristo. hic. sed differunt bene secundum magis ꝑfectũ: ⁊ minus ꝑfectum. ⁊ pñt diuerse forme substãtiales in termino hmõi diuersarũ trãsmutationũ fieri: puta post digestionẽ i stomacho vna: ⁊ post digestionem in epate alia: ⁊ post digestionẽ in mẽbris iterũ alia prioribus precorruptis: ⁊ sic de alijs. ¶ Sed adhuc digestionuꝫ viuentium in plantis soluꝫ altera fit in radice qua trahitur humidum cibale vel nutrimentũ. alia in ligno vel in stipite vel cortice. tertia in folijs. quarta fructuũ in maturatiõe. prime due continue sunt in hyeme ⁊ in estate: licet forte in hyeme insensibiliter: sꝫ due alie solum in estate: vcꝫ foliorũ ⁊ fructuũ: ⁊ hoc respectu aliquarum plantarum determinataruꝫ specierum: sed nõ omniũ: quia buxus ⁊ laurus ⁊ similes semper virescunt in hyeme ⁊ in estate propter eorum calorem naturalem excellentem. alia perdunt folia: vt pirus pomus ⁊c.

¶ Istis premissis quantum ad primã partem questiõis: nũc est dicendum de secunda parte: in qua ponuntur conclusiones. Prima sit hec: ꝙ digestio fit a calido mere naturali ⁊ intrinseco. probatur: quia talis calor est propinquius: ⁊ naturale instrumentum nature agentis: ⁊ ad intensionem eius intẽditur ⁊ acceleratur digestio: ⁊ ad remissionem eius remittit̄ ergo fit ab isto. cõsequentia videtur nota ex quo natura est principiũ motus ⁊ quietis: ⁊ nõ sine instrumentis que agere sic dicimus ⁊ causas esse: sed antecedens pro prima parte patet: quia natura que est forma digerentis nihil ageret sine calore: ⁊ semꝑ agit cũ isto: ergo est naturale instrumẽtum quo agit: sicut calor ignis. scd̄a pars antecedẽtis patet ꝑ experiẽtiam. vnde habentes fortem calorem naturalẽ cito consumunt esibilia vel comestibilia: ⁊ multa etiã cito cõsumunt: sꝫ parũ. etiã ex conclusio. ⁊c. patet ꝙ si calor intrinsecus nullus sit: nulla erit digestio. ⁊ ideo aqua corporũ simplex est indigestibilis ⁊ similia: ⁊ hoc dico indigestiõe sui: sꝫ ꝑ aliud agẽs cõmixta alijs nõ sic esset indigestibilis. ¶ Secunda ꝯclusio que cõmuniter ponitur ab alijs est ꝙ digestionis subiectũ vl̄ digestibile est humidum cõmixtum sicco. probatur. q: calor naturalis digerendo consumit humidum superfluũ: ⁊ consolidat illud q̄d remanet: ergo oportet esse humidum ⁊ siccum cõmixta. alias nõ posset fieri consequẽtia patet ex iaꝫ dictis sed antecedens patet. quia sic videmus digesta consolidari ⁊ humiditatem consumi: ⁊ per experientiã in fructibus ⁊ in animalibus. Et probatur conclusio ex alio: quia subiectũ digestionis est id in quod agit calor naturalis: ⁊ in quo conseruatur: sed hoc nõ est frigidum siccum nec solum humidũ: ergo est humidum cum sicco. consequentia patet de se. sed ꝓ secunda parte: probatur. quia frigidum est contrariũ: ⁊ in ista calidum non conseruatur: sed corrumpitur: nec solum humidum: quia tunc simplex aqua esset digestibilis: q̄d patet esse falsum ex predictis. ista consequentia tenet. quia solũ humidum sine siccitate. ⁊ sic ista duo videlicet humidum ⁊ siccum debite proportionata reputat Arist. opposita proportionata passiua caloris agentis naturalis. ¶ Ex istis patet: q: digestio est perfectio causata effectiue a ꝓprio ⁊ naturali calore in oppositis passiuis vel oppositis in humido: scꝫ ꝓportionato. Et ex hoc patet responsio ad questionem ꝙ cõcedẽda est qu stio: ⁊ est vera. ¶ Sed notãdum ꝙ in digestiõe opꝫ imaginari vnam caliditatem ⁊ humiditatem: sicut in precedenti questione fuit de putrefactione. ⁊ forte qualis sit ista vel quanta vtrũ dupla vel tripla: etiam latet nos homines: ⁊ quomodo hec habitudo sit. s. hic ⁊ non sit in aere qui est calidus ⁊ humidus: ⁊ ideo satis difficile est omnia ista videre ⁊ considerare nisi diuinando ⁊ sustinendo cõtra arguentem probabiliter cum formidine quod sufficit medico ⁊ naturali physico in tali proposito. ¶ Item notandũ ꝙ iste conclusiones ponende sunt et intelligende de digestiõibus animaliũ ⁊ animatorum conuenientibus eis vt partibus suis intrinsecis vel iam ipsa integrantibus: licet non de alijs. ¶ Unde ponitur ab alijs hec tertia conclusio: q̄d in nõ viuentibus nõ omnis digestio est a proprio ⁊ naturali calido. probatur: q: assatio ⁊ elixatio fiunt ⁊ non a calido ꝓprio ⁊ naturali sꝫ extrinseco: ⁊ sic digestio cibi in stomacho nõ fit a calore cibi intrinseco: licet a calore naturali animalis extrinseco cibo: vnde bene reperitur calor naturalis cibi: sed iste nõ sufficit ad digerendũ digestione qua vtilis fieret animali ad transmutationem in substantiam animalis. ¶ Quarta cõclusio est: quod in viuentibus calor extrinsecus quandoq̄ iuuat digestionem: patet: quia quodlibet simile intendit suum simile: ergo calor extrinsecus intrinsecuꝫ intendit: ergo iuuat: quia causam digestionis iuuat. Et hoc etiã innuit Aristoteles in litera: vbi questio habet locum: dicens balnea iuuare ad digestionem. potest etiam esse ita immoderatus ꝙ humidũ in quo naturalis calor conseruatur: resolueretur ⁊ extraheret̄ cum intra. ¶ Quinta conclusio quod etiam frigus extrinsecum quandoq̄ iuuat: ⁊ hoc per antiparistasin: in regionibus frigidis ⁊ temporibus ⁊ locis fiunt meliores digestiões acutiores ⁊ fortiores quã in locis opposito modo se habentibus: ergo frigus extrinsecum loci iuuat. et dico per antiparistasim: quia circunstans frigus claudit poros corporis habentis calorem digerentem: et sic propellit calorem intra: et ipso intra propulso quia virtus vnita fortius agit et iuuat digestionem quã ipsa dispersa: sed frigus extrinsecum nimis excellens potest totum corrumpere: ⁊ non iuuare: imo ducere ad mortem: sicut multis accidit supra mare septentrionale et orientale mori in hyeme propter frigus.

¶ Sexta conclusio. quod in viuentibus frigiditas semper impedit propria: et similiter in non viuentibus. probat̄: quia propria caliditas agit ⁊ iuuat per primã cõclusionẽ ergo ꝓpria frigiditas impedit: quia cõtrariorũ cõtrarie sunt cause: vt dicit̄ in hoc quarto: et experientia docet. ¶ Septima conclusio. ꝙ in viuentibꝰ aliena frigiditas semper impedit digestionẽ: quia in nõ viuentibus aliena caliditas est causa dige

ftionis:ergo aliena frigiditas impedit:per regulã qua dicit̃ q̃ cõtrariorũ cõtrarie sunt cause ꝛ effectus. ꝛ intelligat̃ ista cõclusio sic:si aliena caliditas semp sit presens vel ẽt si qñqꝫ sit presens impedit:ꝛ sic similiter de alijs dictis cõclusionibꝰ qꝛ certe scio bene q̃ nulla aliena caliditas semp est nec semp impedit p̱ pbationem cõclusionis huius ꝛ precedentis. ptꝫ etiã q̃ ꝑpria frigiditas impedit digestionẽ in nõ viuẽtibus sicut aliena ꝛ forte plus. ¶ Octaua cõclusio potest esse q̃ in viuentibus digestio cibi propria in stomacho nõ est effectiue a calore cibi ꝛ principaliter:sed a calore extrinseco cibo:licet intrinseco animali vel viuenti:tamẽ calor cibi bene adiuuat ad digestionem. probat̃:qꝛ cibus digeritur a calore naturali animalis vel viuentis ꝛ nõ ꝑprio calore:alias digereret seipsum. sic similiter dicat̃ de humore vlterius ingrediente post digestionẽ stomachi ad epar qḋ digerit̃ ab extrinseco. videlicet calore epatis:ꝛ sic de alijs. ¶ Ex his oĩbus potest apparere [illegible] in animali potest fieri cõplete:nisi precedat putrefactio q̃ pbat̃ ex eo:qꝛ si putrefactio vt dictũ est in precedenti questione est corruptio caliditatis ꝑprie in humiditate ꝑpria a caliditate aliena:ꝛ sic est quãdo cibus digeritur:tunc expellit̃ propria caliditas cibi cũ humido p̱ caliditatẽ digerẽtis que cibo est extrinseca:ꝛ ideo cõsequẽter fiunt tales mutatiões ꝛ superfluitates remanentes:ꝛ expulse putride sunt vel putrefacte:sed tamẽ bene potest fieri putrefactio sine digestiõe:licet nõ ecõuerso in pluribus:ꝛ loquor maxime de naturalibꝰ digestionibus ꝛ nõ de artificialibus sicut sunt el[illegible] ratio et assatio:qꝛ iste digestiones sunt sine putrefactiõe:licet participẽt de modo putrefactiõis in eo q̃ calor ꝑprius cũ humido proprio extrahit̃ ab alieno:sed ita velociter fit hec extractio humidi q̃ quasi est violenta mutatio:ꝛ ideo a digestione impeditur ne sit putrefactio pfecta:ꝛ hoc dico optimã do cũ formitudine ad oppositũ. Ex his ptꝫ bonos fuisse ꝓcessus Aristo. q̃ putrefactionẽ tanq̃ cõmuniorẽ premisit ante digestionẽ seu prius de ipsa determinauit. Patet etiã excellentia ꝛ vtilitas primarũ qualitatũ in mundo:qꝛ plus valent omni auro:qm̃ sine auro ꝛ argẽto possent esse viuere aĩalia ꝛ homines ꝛ cõseruari viuentia:sed sine digestione ꝛ putrefactione que fit a primis qualitatibus nequaq̃:vnde si nulla caliditas esset p̱ mensem omnia viuentia ꝛ elementa destruerent̃:sed tamen aurũ ꝛ quelibet substãtia est melior in se:licet nõ vtilior calore. Similiter dicatur de frigore ꝛ humiditate ꝛ siccitate:licet non equaliter. ꝛ hoc Aristo. aduertens in hoc quarto ꝓcessio omnes operationes possibiles fieri in hoc mũdo corruptibili cõmuniter enumerauit:ꝛ ostendit vtilitatẽ primarũ qualitatum generaliter ꝛ breuiter subtilissime ptractãdo quãtum sufficit naturali philosopho loquẽti. Ex predictis etiã potest intelligi descriptio digestionis premissa ab Aristo. que digestio sumendo pro dispositione p̱ habitũ acquisita vel p̱ actionem est dispositio qualitatiua vel qualitatum ꝑpria ꝛ inseparabilis ꝛ ꝑpria dispositio digesti nõ digerentis:licet causata sit a dispositione qualitatum agentiũ:ꝛ propriis agentis alia intrinseca digestio:ꝛ secundũ dispositionẽ propriã agẽtis potest in ipsum agere:ꝛ secundũ dispositionẽ propriã patientis potest ipsum passum pati vel resistere:ad hãc dispositionẽ vcꝫ digestionem vel sequentes habendas. ꝛ hec oĩa referant̃ ad fines intentos simpliciter vel secundũ tẽpus. Et hec dispositio vel perfectio vt loquit̃ Aristo. est tam vniuersalis q̃ sine ipsa facta nõ possunt fieri generationes animaliũ p̱ ꝑpagationẽ nec plantarũ nec permãsibilia essent viuẽtia hic corruptibilia sine ipsa sic q̃ si cessarent omnes digestiones per mensem nõ possent homines nec animalia ꝛc̃ nec viuere in mũdo:nisi miraculose per deũ:ꝛ sic fieret bona pax ꝛ nulla esset guerra hominũ in mundo:ꝛ de his cõmunibus vtilitatibus philosophus considerauit.

Ad rationes. Ad primã digestio est imperfectio a ꝑprio ꝛ naturali frigore ꝛc̃. negat̃ si sumat̃ p̱ dispositione cõpleta ꝛ acquisita p̱ digestionẽ:sicut etiã dictum fuit ibidem:sed si sumatur pro via vel mutatione:licet ista continue vsq̃ ad finem sit imperfecta:tamẽ nõ est imperfectio:qꝛ licet sit incõpleta:tamẽ sufficit q̃ finaliter possit cõpleri:et sic est pfectio vel actus vel actio pficiens ꝛ p[illegible]entis:ꝛ nõ imperfectio nisi cõparando diuersimode. vcꝫ in quãtum dicit̃ incõpleta actio dicit̃ imperfectio:licet nõ proprie. Et quando dicit̃ q̃ a frigore:negat̃ q̃ actiue a frigore intrinseco digestio fiat.

Sed si frigiditas resistit:tunc nõ actiue:sed tanq̃ potentia passiua concurrit:ꝛ etiam calor sine resistentia frigoris saltem posset agere successiue propter successionem ꝛ diuersam applicationem:ꝛ propter frigiditatem potẽtie nõ potentis simul agere:ꝛ propter generationem successiuam caloris potest successiue causare alium calorem:id est operationẽ aliã successiue:ꝛ sic sine resistentia frigiditatis:licet resistentia sit aliunde:videlicet in motu locali applicatiõis in motu generationis caloris:nec etiam propter hoc sine frigiditate subito agit. ¶ Sed cum dicitur contra aliam responsionẽ capiẽdo pro dispositione acquisita q̃ est pfectio:quia quãdo dicit̃ talis dispositio est imperfectio quia est a destructionẽ forme substantialis. dicitur q̃ digestio est perfectio ratiõe finis propinqui ad quem ordinatur. scilicet vt digestum sit esibile vel sorbibile in artificialibus:vel nutrimentum in naturalibus animatis vel apta ad nutritionem:ꝛ quia est perfectius dispositum ipsum digestibile ad hoc q̃ nutriat: q̃ erat ante digestionem:ideo dicitur perfectio:ꝛ si postea ex hoc forma substantialis digestibilis facilius corrumpatur non est vis: quia frequẽter velut in pluribus melior ꝛ pfectior generatur saltẽ in omnibus animalibus viuentibus:in quibus corrupta forma digestibili generatur anima vel pars eius vel informatur post digestum:ꝛ illa est melior non anima vel forma substantiali que non fuit anima:ideo finaliter vadit ad perfectionẽ:ꝛ diceretur finis etiam ex fine moto aliqualiter. Sed si cõcederetur aliquod viuum nobilius:sicut homo per leonem vel aliam bestiam:tunc fieret imperfectio:vel imperfectior forma:ꝛ corrumperetur perfectio:ꝛ ideo ĩ tali casu sufficeret qḋ dictum est:q̃ dicatur perfectio:qꝛ p̱ digestionẽ pfecte disponitur nutrimẽtũ. ¶ Ad aliã ꝓbationẽ antecedẽtis:digestio iuuat̃ a frigore alieno extrinseco ꝛc̃. cõceditur antecedẽs:ꝛ negatur cõsequentia:ꝛ ratio est:qꝛ non iuuatur a frigore illo extrinseco nisi propter hoc qḋ calor naturalis cũ humido in quo conseruatur fugiens frigus vnitur interius ꝛ tunc fortius digeritur cibus:qui est extrinsecus calori naturali:ꝛ sic iuuatur ꝛ non aliter. ergo non sequitur q̃ a frigore efficiatur tanq̃ ab agente immediato ꝛ digerente extrinseco:vt patet. ¶ Ad probationem consequentie. contrariũ impedit contrarium ꝛ non iuuat:verum est si cetera sint paria:sed quandoq̃ contrarium iuuat contrarium:ꝛ quãdoq̃ impedit ꝛ simul iuuat in comparatione ad diuersa loca ꝛ tẽpora. impedit enim actionem calidi ipsum frigiduꝫ in extrema ꝛ iuuat in profundo eam ꝛ prius q̃ depellat ipsuꝫ ab extremo:ꝛ hec non est intentio agẽtis frigidi scilicet iuuare calorẽ:sed destruere potius:ꝛ istud fugiens destructioneꝫ vnit̃ alteri:ꝛ sic agit nõ quod frigus velit ipsum intendere:sed qꝛ intendit ipsum corrũpere:ꝛ ideo ex fuga iuuatur:ꝛ hoc est p̱ seipsum:licet occasio sit a frigore:ꝛ sic simpliciter põt concedi quod frigus non intendit aliquẽ calorem nec iuuat digestionẽ:sed calidum fugiens frigus ꝛ se vniens intendit calorem ꝛ iuuat intrinsecũ:et illud nõ est frigus sed calor. ¶ Et ex istis intelliguntur conclusiones posite quãdo dictũ est q̃ frigus extrinsecum iuuat:qḋ nõ directe iuuat vt dictum est. ¶ Ad aliam. digestio ꝛc̃. dicitur ad antecedens quod digestio fit a caliditate propria digerente principaliter:ꝛ nõ oportet q̃ fiat a propria digestibilis caliditate:lꝫ qñq̃ talis iuuet ꝛ qñq̃ ꝑpria caliditate digestibilis per frigus consumpta:ꝛ ꝓpter abundantiã humiditatis ꝛ siccitatis fit citiꝰ digestio verum est aliquãdo:sicut quidam expositor Henricus nomine dicit q̃ tripliciter fit digestio:quedaꝫ a caliditate exteriori:alia ab interiori:ꝛ semper digestibilis continue:qꝛ vel calor est naturalis ꝛ exterior:sicut sol in maturatione fructuũ: vel in artificiali:sicut in assatione:siue digestio a naturali calore intrinseco est isto modo calore intrinseco digestibilis effectiue:ꝛ inde fit calore extrinseco circunscripto:et de tali dicit Aristo. hic principaliter intendere:ꝛ talis conuenit cum mixto. Sed quod mixtum in generatione vel ante digestionem fuerit exemplificat diffuse de semine humano et consimilibus:que dimitto. sed si hec sit intentio Aristotelis vt probabile est:et etiam verisimile: et illi dicerent consequenter quod fieret ab intrinseco calore principaliter et iuuaretur ab extrinseco et nulla existente caliditate intrinseca negarent posse fieri digestionem, vel antecedens secunde rationis saltem de digestione naturali a calore intrinseco sine digestione a calore naturali et extrinseco dicerent forte:vt dictum est:siue in naturalibus siue in artificialibus.

sed ex

sed ex digestione cibi in stomacho nõ bene intelligo quomodo calor naturalis in seipsum digeratur naturaliter: et ideo eligat quilibet quod sibi placet. ¶ Ad tertiā digestio fit ⁊c. conceditur de aliqua digestione ⁊ nõ de omni: ⁊ sic vna fit a naturali alia ab artificiali calore: nõ tamen sine naturali calore: qui velit ⁊ stricte loqui omnis calor est forma naturalis ⁊ non artificialis sic ꝙ nõ naturalis. ¶ Ad quartā aliqua digestio ⁊c. dicitur ꝙ potest accelerari: sed naturalis calor efficit principaliter: ⁊ sic similiter de calore balnei qui iuuat digestionem: non tamen omnem: sed illam que fit in embrione ⁊ nõ illam que est in stomacho vel hepate vel in stomacho extracto calore ad mēbra exteriora: sicut fit in balneo: q̄ impediret digestionem per absentiam principalis. ¶ Ad quintā. si sic ⁊c. conceditur consequentia: ⁊ consequens ceteris paribus si sint in via vel in termino digestionis ⁊ non inceperit alia mutatio que nõ est digestio. Ad probationem falsitatis quia escula ⁊c. dicit̄ ꝙ ista putrescunt: ⁊ incipit alia mutatio q̄ȝ digestio: ⁊ adhuc nõ est probatum ꝙ escula sic mollificata sint minus calida q̄ȝ ante: verum est si sint perfecta deberent esse minus calida: vt dictum est in precedenti questione: sed forte est calidum extrinsecū ꝙ escula sic putrescunt: etiā alio mõ magis alterat̄ magis calefaciēdo ad faciēdū calidū n̄ale exhalare: ⁊ sic finaliter fierent magis frigida putrefactione totali completa vsqȝ ad exiccationē: ⁊ similiter dicat̄ de alijs fructibus. ¶ Ad aliam confirmationem de musto ꝙ est calidius ante digestionem q̄ȝ quando est vinū factū: dicitur ꝙ hoc est rōne caliditatis extrinsece ⁊ innaturalis. s. ex parte solis vel hore digerentis: vel ex parte multe cōmixtionis cū multis calefactis ⁊ diuersis: que dum segregantur ⁊ euaporant subtiliora aere mixta ⁊ recente vino vel deueniente ad naturam debitā ⁊ specificā vini: illud vinū est calidius digestum q̄ȝ indigestum. sed aliqua mutatio corrumpens pōt aduenire qua vinum fieret acetosum ⁊ frigidius. ¶ Ad aliam stille ⁊c. dicitur ꝙ hoc contingit ideo: quia frequenter ignis est remissior: ⁊ ille stille veniunt de fundo assature in fine: ad quod profundum prius non potuerunt venire actiones caloris: nec tam intensa actio: ⁊ ideo coqui experti per hoc cognoscunt assaturam esse coctam: quia ad iteriora venit decoctio. ¶ Ad aliā de patellis in quibus pisces bulliunt̄. dicitur ꝙ ceteris paribus in fine actio caloris penetrauit: ideo sunt cocti: ⁊ certum est ꝙ cū istis stat ꝙ calidiores sunt pisces cocti q̄ȝ non cocti. ¶ Ad aliam homines bibentes vina ⁊c. dicit̄ ꝙ hoc contingit forte ex eo: quia in digestiōe talis vini fit corruptio et putrefactio aliqualis: ⁊ etiam separatio multorum vnde separantur plures vapores ⁊ fumi a vino: vnde sepe calidiores vino generantur: ⁊ de residuo propter longam transmutationem ⁊ corruptionem fit vrina que potest esse frigidior vino vel minus calida vino prius bibito ⁊ actualiter ⁊ virtualiter: sed si naturali digestione vinum sine corruptiōe partium aerearū ⁊ resolutione tanta digereretur fieret calidius ⁊ non minus calidum. ¶ Ad sextam. sequitur ꝙ digestio ⁊c. conceditur consequentia in quibusdā digestionibus ⁊ nõ in omnibus: vnde cibꝰ ⁊ potus simul in stomacho sumptus est grossior q̄ȝ humor ꝑ digestionē in stomacho vel a stomacho recedens ad hepar: sed postea iste humor est subtilior ꝑ digestionem tertiam: sic finaliter est imaginandum in alijs digestionibus. ¶ Ad improbationē cōsequentie: q̄r probat vniuersaliter in omnibus sic debere fieri ⁊c. dicitur ꝙ quādoqȝ sic est: sed cōmiscet etiā humidum cū sicco: ⁊ terminatur humidum sicco ⁊ ecōuerso: ⁊ ideo ingrossat finaliter: vt melius et specialiter post videbitur.

Questio. III.



Queritur tertio vtrum tantū tres sint species digestiōis. Et arguitur primo ꝙ non: quia omnis digestio omni digestioni est eiusdem speciei specialissime: ergo non differunt nisi secūdum magis ⁊ minus que nõ diuersificant species. probatur. nam si pasta vel consimile habens humiditatem nimiā decoquatur cōtinue humiditatem conseruat vsqȝ ad exiccationē ⁊ assationē. Et primo fit bullitio vel exhalatio ⁊ continue manet mutatio: ⁊ postea fit magis sicca: ⁊ similiter ē de oībꝰ: vt pȝ cōsiderāti: ergo ⁊c. ¶ Confirmat̄ etiā: q̄r in assatiōe que quasi est distincta ab elixatiōe si differunt specie essent plures simul digestiōes diuerse speciei in eodē: q̄r partes interiores in humido alieno partium extremarū decoquunt̄: ergo elixantur ⁊c. cōsequētia tenet. ⁊ añs similiter: quia humidū extremarū partiū fugiens cōtrariū calidū exiccans aggregat̄ versus interiora: ⁊ ita decoquitur cū calore: ⁊ hoc signū est ꝙ ponit Aristo. in litera: ꝙ assata sunt humidiora interius elixatis. etiā probatur per oppositum: quasi ꝙ elixatio esset assatio partium interiorū. ¶ Secundo ad idē: q̄r vel sunt tres tantū in genere vel in specie: vel in numero: sed nullo istorū modorū: igitur ⁊c. maior pȝ a sufficienti diuisione: ⁊ minor ꝓbatur. nõ enim numero prio: q̄r alie species digestionis sūt in hōīe alie in asino: ⁊ sic de singulis: nec in specie: quia digestio terminatur ad formā substantialem: ⁊ plures q̄ȝ tres forme substantiales specie distincte acquiruntur per digestionem ⁊ cū digestio sit quedā trāsmutatio ⁊ transmutationes diuersificant̄ ad diuersitatē terminorum ad quos tendunt: erunt plures q̄ȝ tres digestiōes specie distincte: nec sunt tantū tres in genere digestiones: q̄r forme que ad digestionem acquiruntur genere differentes sunt plures q̄ȝ tres: ergo. ¶ Tertio. agens in digestione est vnū tantū ⁊ materia vna tantū: ergo digestio erit vna tantū in specie: consequentia patet: quia si agens vnum ⁊ materia vna quod factum erit vnum: vt dicitur. xij. metaphysice: ſm Cōmētatorem. antecedens patet: quia agens in digestione est calidū: ⁊ passum est humidum proportionatum sicco. ¶ Quarto. tantū due sunt species digestionis in artificialibus scȝ optesis ⁊ eptesis: ergo etiā due ad minꝰ in naturalibꝰ ⁊ per consequens erunt quatuor. ¶ Quinto. maturatio fructuū ⁊ nascendorū est quedam digestio: ⁊ tamen alia ab illis ergo ⁊c. ¶ Sexto. vel talis caliditas agit cū humiditate: et sic est eptesis: vel agit cū siccitate: ⁊ sic est optesis: quia non potest dici ꝙ caliditas ꝑ se agat sine humiditate ⁊ siccitate. ¶ Septimo. si sic ⁊c. vel diuersificaret̄ ꝓpter diuersitatē subiectorum vel agentium: vel ꝓpter diuersitatem terminorum ad quos tendunt. Si primo modo: cū subiecta sint plura q̄ȝ tria specie differentia: essent plures species digestionis specie differentes. Si secundo modo: cū agens sit vnū solum in specie. s. caliditas est vna species digestionis. Si tertio modo: cum termini sint plures q̄ȝ tres specie distincti: q̄r terminus alicuius digestionis est sanguis vnius: alterius est forma asini: alterius forma plante: et sic de alijs multis differētibus specie.

Ad oppositū ē philosophus quarto huiꝰ.

In ista questiōe primo logicales distinctiones ⁊ respōsiones de toto exclusiuo addito termino numerali debēt videri in logica. vnde pōt concedi ꝙ tantū est vna species digestiōis: q̄r oīs species digestiōis est vna: ergo ab vniuersali ad exclusiuā de terminis trāspositis est bona cōsequētia: tantū est vna species digestiōis. sed tūc si ly tm̄ excludat maiorē numerū: vel nõ ⁊ similia habent videri in logica. Et quidā intellectus questionis posset esse falsus ſm ꝙ verba sonant: quādo queritur vtrū tantū sint tres species digestionis. s. vtrum sint sic ꝙ nihil aliud in mundo sit: nec aliter ab istis ꝙ nõ sit ita vel aliquod illarum specierū: et iste intellectus est falsus. Sed ad istum intelligatur questio: scilicet vtrum sint tantum tres ⁊c. id est vtrum omnis species digestionis sit aliqua trium enumeratarum ab Aristote. vel nūquid sit aliqua que nulla istarū sit. Et ad istam intētionē solet questio moueri.

Prenotāda sunt igitur aliqua: deinde ponuntur conclusiones. Primo notandū ꝙ omnes philosophi naturales: ⁊ medici etiā ponunt tres species digestionis: sȝ in modo ponendi sunt diuersificati: vnde aliqui probant sic. omnis digestio fit a calido: tunc vel caliditas agit secundū se: et tunc est pepansis: vel cum humiditate: ⁊ tūc est eptesis vel cum siccitate: ⁊ sic est optesis. ¶ Modo quidam contra hoc arguunt: quia digestio est quedam transmutatio. modo transmutationes nõ capiunt diuersitatem a diuersitate agētis: sed a diuersitate termini ad quem. ¶ Alij aliter probāt: quia digestio fit a calido: tunc vel fit a calido naturaliter intrinseco vel extrinseco. si primo modo sic est pepansis. si secundo modo vel calor agit cum humiditate: et sic est eptesis: vel cum siccitate: ⁊ sic est optesis. ¶ Contra illud potest argui recte: sicut superius. ¶ Alterius notandum

qđ cū similis digestio fit in vno animali: ⁊ in alio differētib⁹ specie tantū: ideo oēs digestiones sīles philosophi posuerūt esse vnā speciē digestiōis. ¶ Ulterius notandū ꝙ cūuis digestio sit quedā trāsmutatio: ⁊ trāsmutatiōes diuersificātur fm diuersitatē formaꝝ quas intendūt: tamen in proposito si loquamur de diuersitate istarū esset dicendū qđ tot sunt species digestionis quot sunt forme specifice distincte acquisite per digestiōes: sed illas nō intendimus hic: sed magis diuersificare secundū diuersitatem modi agendi. ¶ Ulterius notandū ꝙ pepansis est digestio in pericarphis. Sed qđ ꝑ pericarpiū debet intelligi? Dicūt aliqui ꝙ pericarpiū est loc⁹ receptationis seminis: quia sicut dicit quidā: pepāsis est digestio humidi seminalis: sed philosophus dicit ꝙ pepansis est ꝑfectio: ⁊ postea vocat ꝑfectū illud quod pōt generare sibi simile: modo cōstat ꝙ pepansis non est digestio in loco digestionis seminis quousqȝ illud ꝙ digeritur pōt generare sibi simile nisi dicat ꝙ ph̄s vocat pf[illegible]ctū qñ est totaliter organi[illegible] [illegible] in vtero. Tamē adhuc dubitatur: qr ita bene fit pepāsis in plantis sicut in alijs: iđ pericarpium accipitur pro loco in quo aliquod tale mixtum generatur: ⁊ per oppositionem diceremus qđ omotes est indigestio alicui. ¶ Secundo notandū ꝙ eptesis est proprie loquendo digestio artificialis: ⁊ est idem qđ elixatio ⁊ diffinit sic. eptesis est digestio a caliditate humida ⁊ aliena. ⁊ molinsis que est indigestio sibi opposita diffinitur sic molinsis est indigestio ꝓpter defectuȝ caliditatis humide aliene. ¶ Itē notandum ꝙ optesis est digestio vtilis: ⁊ est idē quod assatio. ⁊ sic diffinitur optesis est digestio a caliditate sicca et aliena. ⁊ statensis est indigestio sibi opposita: ⁊ sic diffinitur. Statensis est indigestio propter defectū caliditatis sicce ⁊ aliene. ⁊ digestionibus naturalibus corruptibilib⁹ istis non habemus nomina imposita: ideo quamlibet digestionē que fit a caliditate agentis cum humido vocamus eptesim. ¶ Uel aliter ille species digestionis possunt diuersificari in animali: ⁊ eas sic quidam diuersificant dicentes: qđ a principio generationis animalis vsqȝ ad plenaȝ etatem fiunt tres species digestionis: in quo modo primo digeritur humiduȝ seminale a calore naturali: ⁊ illa digestio vocatur pepansis: ⁊ durat a principio generatiōis animalis quousqȝ animal sit perfectum in sua specie. postea digeritur humidum cibale q̄diu animal est in augmento ⁊ in statu: ⁊ illa digestio vocatur optesis. Uel diuersificamus sic eas in digestionibus nutrimenti: quia prima digestio que fit in stomacho potest vocari pepan[illegible] per pericarp[illegible] intelligimus locum [illegible] [illegible] ¶ Et scđa [illegible] q̄ fit hic in hepate qr illud qđ digerit est magis humidū ⁊ vocat eptesis. ¶ Et tertia digestio q̄ fit ī alijs mēbris q̄ fit a calido fortiori agēte cū maiori siccitate vocat optesis. ⁊ ꝓportionaliter dicat in plātis. ¶ Ulterius notandū ꝙ licet isto mō distiguant ab aliquibus species digestionis: tñ alr distiguunt alij dicētes ꝙ oppone[illegible] mutat[illegible] sunt nobis noti: ⁊ agētia sunt illis nobis magis nota: ab agētibus distiguunt. ⁊ sic exponit auctoritas Arist. ī qnto physicorū: qđ motus est idē cū termino ad quē: ⁊ ab isto capit distictionē vbi mot⁹ fuerit nobis not⁹. ¶ Sȝ breuiter illđ nō multū vȝ: qr siue res sint nobis note siue nō: distictio reꝝ ⁊ diuersitas est penes eēntias eaꝝ diuersas ipsis itrīsecas ⁊ ñ penes extrīsecas: sicut sūt efficiētia vel agētia: sȝ ex diuersitate agētiū possumus bene cōsiderare diuersos esse effectus ex diuersis motibus factos: ⁊ sic agētia iuuant. ¶ Uñ dicūt alij sic ꝙ qr oīs digestio fit a calido naturali vt dicit diffinitio digestionis: vel ergo illud calidū est aereū: ⁊ habet prima species [illegible] pepansi[illegible] qđ maturatio si aūt illud calidū sit aqueū: tunc est scđa species. s. eptesis qđ est idē ꝙ elixatio. Sȝ si calidū fuerit igneū tūc est optesis ꝙ idē est quod a[illegible]atio. Et si q̄rat quare nō fit species a calido terreo. dicunt ꝙ terra nō calefacit nisi cū igne: ideo calidū terre eēt idē cū igneo: verū etiā dicūt ꝙ cūuis oīs digestio fit a calido intrīseco: pōt tñ cōpleri a calido extrīseco: sicut pȝ de maturatiōe fructuū. sȝ isti specialiter loquēdo de pepansi dicūt ꝙ nō inuenit nisi in seminib⁹ ideo dicit Aristo. ꝙ est digestio finita in pericarphis in vasis seminū: ⁊ ideo in seminibus est qđā virtus accidēralis qua agens cū causis pricipalibus cōcurrētibus ad generationē illius quod ꝓducitur ex semie generat sibi simile. Et illud videt voluisse Aristo. qr dicit ꝙ tunc cōpleta est pepansis quando semen aptum est facere tale qua-

le ipsum est: ⁊ hanc digestionem consequitur effectiue consolidatio ⁊ grauedo illius qđ digeritur: ⁊ maioratio: vt patet inductiue de seminibus. s. de vuis de frumento de amigdalis: ⁊ de alijs lignis: quorū causa est naturalis: cū adiutorio caloris extranei euaporatur humidū flegmaticū: ꝙ est superfluū: ⁊ ideo illud quod remanet est graue ⁊ cōsolidatū. ¶ Et si obijcitur ꝙ videmus poma matura esse molliora q̄ poma indigesta: ⁊ vlcera etiā ⁊ apostemata: vt etiam videtur ī isto libro ⁊ experientia docet: dicitur ꝙ poma nō sunt semina: sȝ pericarpia: id est continentia semina ad modum matricis: ideo semina inclusa in pomo patiuntur pepansim: sed nō poma secundum aliam digestionem. Sed de apostematibus ⁊ vlceribus diceretur ꝙ nō proprie patiuntur digestioneȝ que est pepansis: sed aliam. vnde dicunt ꝙ cum fuerit apostema mollificatū ⁊ consumitur humidū superfluū: tunc digestio sequens tendens in perfectionē mixti potest dici pepansis: et forte quod apostema vadit ad putrefactionem magis ꝓprie q̄ ad digestionem: quia digestio est ad generationem forme substantialis: modo maturatio apostematis non: sed ad corruptionem. ¶ Sed de eptasi que est similis elixationi sciendū est qđ talis fit a calido agente in humidum: ⁊ fit finaliter ad esum ⁊ potū: vt dicit Aristo. ⁊ effectus ipsam sequens est desiccatio illius quod patitur talem digestionem: cuius causa est: quia calidum cum humido subintrans poros corporis resoluit ⁊ extrahit humidum superfluum quod continetur in partibus interioribus illius corporis: quo resoluto totuȝ corpus remanet siccius: verum est tamen quod talia apparent magis humida propter humiditatem extraneam imbibitam. ¶ Deinde de optesi que est quasi assatio sciendū qđ propri[illegible] [illegible] in artificialibus: ideo dicit ꝙ difficile est bene assare: tamen inuenitur in naturalibus: vt pri⁹ dicebatur: ⁊ tale fit a calido sicco: ⁊ talem digestionem patit panis in furno. ⁊ effectus consequens est humectatio corporis digesti in partibus interioribus ⁊ desiccatio in exterioribus nisi illa digestio fuerit diu continuata: quia si sic: tūc fieret adustum. ⁊ causa humiditatis in interioribus est: quia calor attrahens sibi humiditatē a partibus interioribus facit crustam in superficie per quā prohibetur exitus humiditatis interioris: Sed isti addunt: in q̄bus reperiantur iste digestiones: ⁊ dicunt ꝙ in corporibus animatis: sicut in animalibus videlicet: ⁊ hoc fm diuersitatē etatis: ita ꝙ in pueritia est pepansis ⁊ ī iuuentute eptesis: ⁊ postea quando humidū superfluum est consumptum est optesis: quia tunc calor est actus pungens ad modū caloris ignis. ¶ Secundo reperiūtur in interioribus animatis. vñ primo in animalibus fiunt due digestiones vel operationes nutrimēti: vna in ore: alia ī stomacho: deinde fit prima digestio in hepate: eptasis ī corde: tertia ī membris que est optesis. Alij dicunt: qđ prima ē sit pepāsis ī stomacho: eptesis ī hepate: ⁊ optesis ī corde: qr cor est calidissimū ad modū ignis. ¶ Tertio reperiuntur ille digestiones ī nascentibus: vt ī seminibus sicut dictū est: ⁊ forte ī lapidibus ⁊ metallis. Et nō valet si obijcit ꝙ nō sunt aīata: nec nutriuntur: igitur non sic digeruntur. non sequitur quia in generatione isto modo est prīa consolidatio: ergo pepāsis ⁊ alie dispositiones vel alij effectus aliarū digestionū respōdent: sicut ī alijs generationibus ⁊ digestionibus animaliū. hoc recito secundum dicta aliorum philosophorum naturalium cōcordantiū dicta sua Aristo. dictis ⁊ expertis. sȝ forte totum qđ dicitur est quasi vna diuinatio vel coniecturatio preter valde pauca: ⁊ hoc debet sufficere in naturalib⁹: ⁊ maxime ī hac materia. Sed ad alicuius magis pertinentie ⁊ vtilitatis pro medicis dicit Henricus quidā antiquus expositor: q̄ ponit exemplū de oīb⁹ istis digestionibus tale: ī generationib⁹ a principio vsqȝ ad finē corruptionū īclusiue sunt multe digestiones considerāde. primo ī generatione calidū seminale habet ī se virtutem celestem ⁊ complexionem corporis a quo decisum est: etiam virtutē formatiuā ex virtute forme a qua deciditur: que virtus est decisa per totum semen ꝑ spūs triplicem virtutem habentes. s. vitalem naturalem et animalem: ⁊ tunc huiusmodi calidum seminis mediantibus illis virtutibus digerit humidum seminale ⁊ maturat cōfortat organizat vt ad complementū figuretur: et quantitatem generandi attrahit humidum menstrui ⁊ suum nutrimētū complet ⁊ digestionem in humido seminali quādo potest ex ipso facere tale alimentum in actu quale est illud a quo decisum est semen: ⁊ sic ille calor digerit terminando humidum

cum sicco


cum sicco miscendo:et hec digestio est prima que vocatur pe
pansis:qua cõpleta forma rei in esse producitur per genera
tionem rei in esse:⁊ hoc intendit Aristo.cũ dicit cõpleta est ⁊
cũ fructibus semina voluerũt facere alterũ tale quale est ip̄z
scilicet qđ semen fecit:⁊ hoc est ex semine per calorẽ digerẽtẽ
in ipso:⁊ sic humido digesto ducit rem ad cõplementũ in for
ma ⁊ specie ⁊ antecedit esse.Sed hac digestiõe terminata ge
neratũ adhuc in humiditatibus superfluit:in quibus calor
naturalis incipit digerere digestione secunda humidum su=
perfluum cõsumendo ⁊ digerendo.⁊ completur illa digestio
qñ humiditas superflua p calidũ digerens põt exhalari et
cõsumi ⁊ vocat̃ eptesis:⁊ fit in organis naturalibus per mo=
dũ elixatiõis.Cõpleta autẽ hac digestione humido sup̄fluo
cõsumpto ⁊ terminato ipsum generatũ exiccat̃ ⁊ viget calor
in sicco magis terminãs humidũ necessariũ suo sicco.vñ ꝺm
ipsum fortificat̃ generatũ in suo esse fortissimo.Et hec tertia
digestio vocat̃ optesis:⁊ fit in organis naturalibus p modũ
assatiõis.⁊ cõplet̃ illa digestio cũ calor naturalis ꝺm vltimũ
virtutis terminat humidũ radicale cõsumẽdo cũ sicco:ipsa
aũt cõpleta ⁊ cũ calidũ incipiat fortiter cõsumere humidum
radicale:cũ calor nõ possit esse ociosus:cõsumendo humidũ
necesse est ipsum deficere:⁊ tũc incipit inualescere frigidũ in
sicco:⁊ incipit ibi digestio q̃ opponit̃ optesi q̃ dicit̃ statẽsis:q̃
ꝓprie nõ sibi opponit̃:sed qñ calor nõ est causatus ⁊ digestio
est debilior:ista mutatio vocat̃ tũc indigestio:qr nõ venit tũc
ad finẽ:⁊ si remissior mutatio dicat̃ opposita intẽsiori.s₃ hec
possent dici opposite ⁊ nõ aliter.Sed de illo ꝙ conualescen=
te p statẽsim frigido siccũ debilitato calore naturali:vt non
possit sufficiẽter hũidũ nutribile digerere ⁊ vnire mẽbris in=
cipit supabũdare hũidũ supfluũ indigestũ ⁊ incipit indige=
stio opposita eptesi.s.molinsis p frigidũ conualescens extin
ctionẽ sui in humido:ita ꝙ cõpleta ista indigestione necesse
est calidũ deficere:⁊ hoc cõtingit in etate qua naturalis ca=
lor qui primo fuerat cõtinens ⁊ cõstare faciens statim fit dis=
gregans ducẽs a forma ⁊ specie ad viã putrefactionis.inci=
pit tũc idigestio q̃ dicitur ometes opposita pepãsi:tñ sub ra=
tione qua innaturalis ducẽs a specie.Et sic ꝺm istũ ordinẽ₃
in generatiõe hois sunt tres digestiones.Quarũ prĩa est pe=
pansis:⁊ p̄cedit esse rei in gñatiõe sui.¶Scđa est in prĩa eta
te rei q̃ est eptesis a calore in humido vigente.¶Tertia in se
cunda etate q̃ đr optasis a calore vigente in sicco:⁊ tũc sequũ
tur tres indigestiones:ordine tñ ɔ̃rio:qr post eptesim sequit̃
indigestio sibi opposita.s.statensis a calore deficiẽte in sicco:
frigido cõualescẽte:⁊ hoc in etate in qua p digestionẽ corrũ=
pit̃ calor sub rõne qua naturalis sibi cõuenientẽs đr:⁊ fit inna=
turalis:⁊ tunc in corruptione rerũ post vltima₃ etatẽ sequit̃
indigestio opposita pepansi q̃ đr ometes in calore innatura=
li inquãtũ innaturalis ducẽdo rẽ ad finalẽ corruptionẽ.Et
p istũ ꝓcessu₃ distinguunt̃.s.pueritia iuuẽtus senectus ⁊ se=
niũ:quarũ prima est calida ⁊ humida in qua viget digestio a
calore in humido.¶Secũda est calida ⁊ sicca:in qua viget
digestio a calore in sicco q̃ dicit̃ optesis.¶Tertia videt̃ esse
frigida ⁊ sicca in qua viget indigestio a calore deficiente in
frigido sicco cõualescẽte q̃ đr statẽsis.¶Quarta frigida et
humida in qua viget indigestio a calido deficiente in humi=
do q̃ đr molinsis:sic qđ iuxta duas vltimas digestiões sumũ
tur quatuor etates:due ꝺm duas digestiones:⁊ alie due scđ₃
duas indigestiones:⁊ sic penes primam nulla distinguit̃ nec
cõsumit̃ etas:⁊ sic sit̃ imaginãdũ in oĩb⁹ generatis p natu=
rã.s.aĩalib⁹ plãtis mineralib⁹ ⁊ ptib⁹ eoꝝ.⁊ sic hec dicta sint
in gñali.¶Sed in speciali dicẽdũ de prima specie.s.pepãsi:
qđ h₃ fieri proprie ⁊ ĩproprie.ve₃ metaphorice ⁊ ĩ diuersis de
uersimode.vñ si pepãsis accipiat̃ ꝓprie stat ꝙ digestio ẽ du=
cens ad formã aĩati:aut ad formã inaĩati.si prĩo mõ:sic est di
gestio semis in gñatiõe plãte aut spmatis in gñatiõe homi=
nis:si vero inaĩati:sic est digestio humoris seminati in gene=
ratiõe aĩalis:cui⁹ exẽplũ nõ ponit̃ ĩ litera.Si aũt fit pepãsis
metaphorice vel min⁹ ꝓprie:tũc fit aut in naturalib⁹ aut in
artificialibus.Si scđo mõ sic est digestio lateris:qr in calore
ignis circũstãtis ĩ ꝓprio calore digerit̃ ad ɔplẽdã formã la=
teris:de cui⁹ indigestiõe Aristo.ponit exẽplũ in omete op=
posita pepãsi.Si vero fiat in naturalib⁹:aut ꝓprie aut ĩpro
prie:si prĩo mõ:aut ergo ĩ se aut in alio.si in se:sic est digestio
humoꝝ in plãta:vt fiat semẽ ad gñationẽ plãte:vl̃ spma ad
gñationẽ aĩalis.Si in alio aut est vnitũ alteri ꝺm substãtiã:
aut nõ.Si primo mõ:aut est separabile:aut nõ.si prĩo modo
sic est digestio humorũ in plãta:vt fiant flores folia ⁊ fruct⁹.si
inseparabile sic est digestio humoꝝ vt fiat mẽbrũ vel ps ei⁹:
vt ram⁹ vel cortex in planta caro vel os in aĩalib⁹.Si ṽo nõ
sit vnitũ:tũc est indigestio in aĩalib⁹ vel plantis:qđ digestũ
vltimata digestione natũ est ipsis vniri ꝺm substãtiam et in
ipsis animari.tale autẽ aut est in proxima dispositiõe vt aliq̃
vniatur sumẽdo in ipso formã animati:aut in dispositiõe re=
mota primo modo est digestio in substãtia mẽbrorũ:vt ex cã
bio fit gluten in fine tertie digestionis:q̃ fit in mẽbris.Si se=
cundo mõ in remota:aut digerit̃ digestiõe prima:⁊ sic est di=
gestio cibi in stomacho in humorẽ ptisanarium:aut secunda
digestiõe:⁊ sic in hepate digestio hec ptisanarij in humores
quatuor principales:qui sunt:sanguis cholera/flegma/⁊ me
lãcholia:aut digestiõe tertia:vt fluat ros in orificijs venarũ:
aut rore vt fluat cambiũ in spongiositatibus mẽbroꝝ.Si ṽo
sit digestio pepansis in naturalibus non natis animari:aut
ergo digerit̃ aliquid ne grauet naturã in eodẽ ꝺm numerũ:
aut vt conseruet eã in eodẽ ꝺm speciem.¶Secunda est dige
stio sanguinis mẽstrui in mãmillis ad generationẽ lactis.s.
propter conseruationẽ fetus.Si primo modo:cũ omne tale
digeratur vt facilius a natura expellat̃:aut ergo qr sit̃ fluũ
aut qr inobediens.si scđo modo:sic est digestio humoris cor=
rupti in sanguineis ⁊ nascentijs ⁊ humoribus corruptis vni
uersaliter:vt fiat sanies:⁊ sit̃ lachryme circa oculos vt fiat
lippitudo.Si supfluũ:aut qr superfluũ in prima digestione:
⁊ sic est digestio fetoris vel nitide in intestinis:aut qr in scđa
digestione:⁊ sic est digestio vrine in renibus ⁊ vesica:aut qr
in tertia:⁊ sic erit in digestiõe roris cãbij ⁊ glutinis.si primo
modo ⁊ secundo modo sic est digestio sudoris.tertio est digе
stio hypostasis sine residẽtia apparẽte in vrina.Istis oĩbus
modis alia maturãtur in humore seminali ad generationẽ₃
forme alicuius mixti:⁊ hoc ab actione caloris naturalis ⁊ ꝓ=
portionalis rei ꝓducẽde:⁊ sic omnibus istis modis põt fieri
prima digestio que est pepansis:⁊ alie due.s.eptesis et opte=
sis:quia in digestione cuiuslibet mixti oportet misceri humi
dũ cũ sicco in calore naturali natanti in humido.Deinde re=
sudat humidũ sensibile in calore naturali vigenti in sicco:et
ita tot ⁊ eisde₃ modis possunt distingui eptesis vel optesis:
sed adhuc h₃ alios modos ꝓprios pepansis preter istos de
quibus dictũ est.¶Nunc ergo dicendũ specialiter de eptesi
q̃ est scđa species digestionis:de qua dicit̃ ĩ litera que est ad
totũ in calore ⁊c.dicit̃ ad totũ:sicut pepãsis est ad totũ gene=
randũ:sic hec est vlterius ad totũ ꝓducẽdũ ad perfectione₃
postq̃ cõstitutũ est p generationẽ ⁊ pepãsim.Et cũ digestio
põt dici ad aliquod tanq̃ ad subiectũ supra qđ cadit:actus
digerendi aũt tanq̃ ad subiectum vel ad totũ generãdũ:sed
op₃ dici ad totũ cõpletũ:quia vltimo cõplet ⁊ pficit in bene
esse suo.⁊ quando dicitur a calore humido intenditur qđ ca
lor digerens dicitur natans in humido:ita ꝙ ista predicatio
calor est humidus sit aliqualiter extranea per accidẽs:sicut
diceretur albedo dulcis est in lacte:⁊ quia calor ⁊ humidi=
tas sunt in eode₃ subiecto:ideo sic dicit a calore humido.Et
ꝓpter hoc dicitur in diffinitione qđ inheret in humido intel
ligitur vt habeatur propria differẽtia materialis eptasis ad
alias digestiones:vt distinguendo tres digestiones penes
materiam dicatur qđ pepansis est digestio humidi indeficiẽ
tis:quia prima digestione cõsumitur humidũ penitus inde=
siccatum:sed secunda vel eptasis dicitur in deficienti qđ in=
heret in humido quia cum aliquod digestum per pepansim
adhuc genitum abundat in humido:tũc eptasis est digestio
sequens post pepansim ad illius humidi elixationem:⁊ opte
sis consequitur eptasim cõpletis humido superfluo elixato
nihil restat nisi humidum indurare:et sic eptesis dicitur in
deficienti humidi non est solum:sed indefectum et mixtum
sicco aliqualiter:ideo non indefinitum:⁊ ideo humidum est
causa materialis in eptesi:⁊ calor causa efficiens.S₃ de mo=
dis specialib⁹ eptasis ⁊ differentijs eius dicitur quod epte=
sis aut fit proprie aut metaphorice.si proprie sic solum habet
fieri in naturalibus per calidum intelligitur natans in hu=
mido interiori ⁊ abstergendo humidum superfluum indige
stum et pepansim.Et sic tot modis habet fieri quot pepãsis
proprie dicta sed in digestione mineraliũ plãtarũ ⁊ aĩaliũ in
ipsis astringẽdo humidum superfluum postq̃ inducta est
forma p pepansim.Si vero fiat improprie optesis:aut in na
turalibus aut in artificialibus:si in naturalibus:aut dige=
ritur in seipso:aut in alio:si in alio sic est digestio alimẽti ꝺm

vnāquāq; speciē digestionis humidū sup̄fluū abstergendo post inductionē forme: vt ī alimēto cū est inducta forma sanguinis ꝑ pepansim: opʒ ꝙ sequestret̄ humiditas sup̄flua per optesim: ⁊ silr̄ in carne ⁊ in alijs qui solū ratione calidi vt in digerendo sanguinē ꝑ calorē ꝓpriū ne in specieʒ sanguinis cōpleat quo ad bene esse: sed etiā ratiōe qua nutrimentū digerit̄ a calore corporis natante in humido. Si vero dicat̄ in seipso est digestio mixti in vinū a calore ꝓprio adiutorio caloris exteriorū digerente ne humidū subtile in vinū corrumpat̄ ⁊ euaporet ⁊ grossum nō bene comestibile cū siccū inferius resideat. Si vero fiat in artificialibus: aut ergo in humore proprio elixati: vel ab alieno: sic est elixatio artificialis proprie dicta ꝺm ꝙ est elixatio carnis in olla cū aq̄s. Si ī humido ꝓprio: aut ergo ꝑ sequestrationē partiū mixti que sunt vere heterogenee ī ipso secūdo modo est digestio lactis: cuʒ in ipso virtute caloris natātis in humido ꝓprie cōgregetur semē a retracto. ꝑmo mō cōtingit dupliciter: aut fit sequestratio puri ab impuro aut superflui nō bene mixti: ꝑmo mō est digestio auri argenti ⁊ cupri ⁊ decoctio eorū in ꝓprio humore que liquefiūt nimio subtili effumāte ⁊ feculento terreo in scoriā residēte: sic enim aurū liquefactū cū latere terreo ⁊ sale in ꝓprio humore depurat̄ ⁊ coquit̄: silr̄ argentū cū arena aut sabulo. ¶ Quarto modo est digestio ligni viridis in humore ꝓprio humido sup̄fluo destillante: ⁊ hoc de optesi in speciali de qua dicit Aristo. qꝺ est digestio a calore sicco alieno ⁊ hoc q: calidū digerens in optesi agit sua actione ad modū caloris ignei: nō tñ excedō ꝓportionē ꝑ quā dicit̄ ꝙ naturalis calor digerens est calor siccus: talis enim pure siccus nō est naturalis sed igneus. scꝺo mō intelligit̄ calor siccus: non q: igneus simplr̄ in sicco: imo viget in humido: ⁊ ꝯseruatur ⁊ hʒ esse: sed q: humidū sup̄fluū est cōplete abstersum respectu caloris digerētis in pepāsi. sic digerēs hūido sup̄fluo nō abstersio respectu caloris digerētis in optesi est abstersuʒ humidū: ⁊ tūc remanet calidū nāle cū modico hūido ⁊ sicco ꝙ causat optesim. ⁊ dicit̄ a caliditate aliena illius qꝺ debet digeri ꝑ illā digestionē: ⁊ aliq̄ dicunt ꝙ fingit digestionē q̄ hʒ fieri in artificialibꝫ vbi manifestius hec sunt: ⁊ cōtingit etiam in naturali digestiōe: ⁊ hoc est verū: lʒ ad vtrūq; possit applicari: ⁊ satis pʒ in quibꝫ ex p̄dictis: ⁊ specialr̄ q̄ñ hʒ etiā fieri in artificialibus: sicut sunt assatiōes carniū ad ignē ⁊c. ¶ Igit̄ r̄ndendo ad questionē pōt esse ista cōclusio: qꝺ tm̄ sunt tres species digestionis. i. tres termini specifice distincti nō equiualentes in significādo oēs digestiōes significātes: ⁊ hoc pʒ ex p̄dictis: q: ois digestio significat̄ altero triū terminoꝝ. ergo ois species digestionis est aliqua triū. Et pōt aliter ꝓbari: q: tres sunt species digestionis: ⁊ nō plures q̄ tres: igitur tantū tres sunt: ꝯña pʒ ab exponētibus ad expositā. ⁊ añs est declaratū ex modis diuersis iā recitatis. ¶ Secunda cōclusio ꝙ infinite sunt vel pñt esse digestiones solū numero differentes: ⁊ sub qualibet illarū specierum infinite digestiones numero distincte possent experiri. probatur ex predictis: quia infinitis modis contingit variari eptesim vel pepansim: ergo ⁊c.

Ad rationes. Ad primam. ois digestio ⁊c.

negatur antecedens. Ad probationem: non differunt nisi secundum magis ⁊ minus: negatur. Ad probationem: quia si pasta ⁊c. dicitur qꝺ secundū diuersam ꝓportionē primarum qualitatū fiunt diuerse forme mixtorum ⁊ mixta: sicut etiam secundū diuersam ꝓportionē qualitatū primaꝝ fiunt diuerse species digestionis. Et q: nō manet cōtinue vna ꝓportio: iō cōtinue fit variatio: vñ oportet imaginari vnā latitudinē ꝓportionū qualitatū cum quibus stat digestio que vocat̄ pepansis: postea aliam cū quibus omnibus stat alia: ⁊ sic fit alteratio cōtinua: nō obstante hoc: tñ ꝺm diuersam ꝓportionē fiunt diuerse species. ¶ Ad cōfirmationē antecedētis si differunt specie ⁊c. negatur secundū idem ⁊ respectu eiusdē et in eodeʒ: sed secūdū diuersas partes non esset inconueniēs. ¶ Ad secundā vel specie ⁊c. dicit̄ ꝙ specie. Ad improbationē alie species sunt in alijs ⁊c. negat̄: q: nō sumitur distinctio speciei illius secundū distinctionē finium vel terminoꝝ ad quos tēdunt: sed secundum diuersitatem agentiū vel modorum agendi secundū modos p̄dictos. ¶ Ad tertiā. tantū ⁊c. cōceditur: sed propter alia agētia bene diuersificatur in modo agendi ⁊c. etiā est dubium vtrum omnes caliditates sint eiusdem speciei. ¶ Ad aliam, due sunt species ⁊c. cōceditur igitur erunt due in naturalibus dico ꝙ imo sunt tres in artificialibus: sed non habemus nomina imposita. ¶ Ad aliam maturatio fructuuʒ ⁊c. dicitur qꝺ illa digestio reducitur ad optesim. ¶ Ad aliam sicut calor agit ⁊c. dicitur quod illa nō est totalis causa diuersitatis. ¶ Ad vltimam. vel essent tantum tres ⁊c. negatur maior: quia illis modis non capit digestio diuersitatem: sed potius propter diuersitatem in modo agendi ⁊c.

Questio. IIII.



Quarto queritur vtrum digestio sanguinis ⁊ nascentium a calore naturali sit pepansis. ⁊ arguitur primo qꝺ nō quia sanguis nō digeritur in pericarpijs ergo nō est pepansis. consequentia tenet quia pepansis fit in pericarpijs: vt patet in litera: ⁊ añs patet: q: nō oia loca sanguinis vasa sunt seminū nec pericarpia. ¶ Secundo. digestio sanguinis est corruptio eius ⁊ putrefactio: ergo ⁊c. cōsequētia patet: q: sanguis est optimus humor ⁊ optime digestiōis si tunc aliquid addat̄ accendit̄ ⁊ cōburitur ⁊ inflāmat̄ vel fit putrefactio ⁊ nō vltra digeritur: sed potius corrūpit̄ ⁊ putrescit. ¶ Tertio, digestio sanguinis est alteratio vel motus ad sanguinē acquirendū vel destruēdū. si primū: tūc nō est pepāsis. q: nō dicit̄ digestio forme vel digestio rei acq̄rende: ſʒ potius rei existētis. Si scꝺm: ad destruēdū sanguinē: tūc nō est digestio sanguinis sed corruptio eius q̄ nō dicitur digestio. ¶ Deinde arguit̄ ꝙ nō de nascentibꝫ: q: nascētie ꝓcedūt directe ad putrefactionē: ⁊ ad nō esse tanq̄ ad finē: ergo nō sūt pepāsis: vel nō digerit̄ pepāsi: ꝯña pʒ vt p̄cedēs: ⁊ añs pʒ: q: siue sumant̄ nascētie ꝓ fructibꝫ cōstat ꝙ putrescūt finaliter in artificialibus siue sumant̄ ꝓ apostematibus siue pro vlceribus. ista enim vsq; ad saniē deueniūt: ⁊ sic finaliter putrescunt: ergo ista nō est pepansis que est digestio.

Oppositum dicit Aristo. in litera. est auteʒ

⁊ que nascentiarum ⁊ sanguinis.

In ista questione videndum est specialiter

de quibus Aristo. exēplificat: ⁊ primo de illis de quibꝫ questio querit: ⁊ consequenter de alijs dictis eius.

Quantum ad primum dicendum est: sicut

prius dictū fuit de generatione aīaliū in putrefactis: qꝺ humor in aīalibus pōt dici naturalis modis. vno modo respectu alicuiꝫ generādi ex illo humore cuius est: alio modo q: est naturalis ipsi cuius est ille humor vel dr̄ humor ille. ¶ Primo modo dicēdū ꝙ pepāsis in sanguinibꝫ ⁊ nascētijs in generādo saniem siue putrefactionē in hūoribꝫ ipsorum est a calore naturali. Sed secūdo modo est a calore innaturali: calor eñ in aīali ad cōgregationē apostematis est naturalis elemēti ⁊ innatur(ali) illo ꝓportio(ne) mēbro vel in mēbris a quo vel a quibꝫ iste impellit̄: vñ in rōne qua calor in mouēdo illū humorē ab ipso mēbro dr̄ innaturalis: ⁊ hoc pʒ, q: agit erigēdo in conuʒ q: omne apostema saltē existens asperū in conū erigit̄ ꝑ naturā ⁊ q̄ʒ attestat̄ sup hoc talis calor nitit̄ ad deducēdū humidū a mēbro: ⁊ ad eleuādū cū ipso: sicut agit in putrefactis qꝺ nō oporteret nisi eēt innaturalis. sumēdo ergo sanguinē ꝑ humoribꝫ sanguinis expulsum ꝑ naturā: ⁊ nascentias pro apostematibꝫ ⁊ humoribꝫ illis q̄ exeunt ꝑ ipsam: si sumat̄ digestio ꝓ generatiōe vel dispositiōe ad gñationē saniei: et similiter ꝑ calorē iā decoquentē: ista dispositio ē digestio que est pepāsis. ¶ Et hec sit prima cōclusio. Et ꝓbat̄ q: ois digestio ad gñationē alterius a calore naturali facta dr̄ pepāsis respectu illius: hmōi est hec: ergo ⁊c. ꝯña ⁊ antecedēs patent ex p̄dictis questionibꝫ. Sed si sumat̄ talis ꝓ sup̄fluitatibus adductis ꝑ calorē naturalē corrūpētē dispositionē qua iste humor erat cōueniens nature ⁊ mittens ⁊ cōseruās: sic ⁊ calor erat naturalis hūori: cū tūc talis actio vel dispositio non est pepāsis vel sic cōsiderata nō dicit̄ pepāsis: sed potius dicit̄ quoddā putrefactū: hec est naturalis corruptio: ergo ⁊c. consequētia ⁊ antecedens patēt ex predictis.

Ad rationes. Ad primā. i. sanguis nō digeri

tur in pericarpijs. negat̄. Ad ꝓbationē. nō oia loca sanguinis ⁊c. dico ꝙ imo sunt vasa seminū saltē generādorū in illis

Istis notatis potest dici: q̄ scientia de aīa est certissima ꝛ facillima inter alias nāles q̄tū est ex pte nobilitatis ꝛ excellētie consideratoꝝ: eo qḋ aīa iter ceteras formas nāles ē excellētior: ꝛ maioris entitatis actualitatꝭ: sicut etiā metaphysica ex ea pte qua ꝯsiderat de deo ꝛ itelligētijs est facillima: ꝛ certissima: tñ ſcḋo pōt dici qḋ q̄tū est ex debilitate cognoscētis scīa ista ē difficilior ꝛ p pñs icertior q̄ȝ scie de alijs formis nālibus: q̄ itellect⁹ pp debilitatē sue ꝟtutis indiget ad hoc qḋ possit ,pducere actū itelligēdi: qḋ aīa moueat ꝛ actueṫ p spēm sensibilē ab ipo sensu: ꝛ iō facil⁹ pōt intelligere accidētia sensibilia ꝛ res subiectas illis accidētib⁹ sensibilibus. ¶ Sed ibi ē vna dubitatio: q̄ si scīa de deo ꝛ intelligētijs sit ex pte ꝯsideratoꝝ facilior ꝛ certior q̄ȝ scīa ḋ reb⁹ sensibilibus: ego q̄ro a te cui ipa sic ē facilior: q̄ñ hoc non est nobis: cū ex pte intellectus nr̄i sit repugnātia. ¶ Ad hoc respōdetur vno mō: qḋ de deo ꝛ itelligētijs ē scīa certior ꝛ quodāmō facilior q̄ȝ de istis reb⁹ sensibilib⁹: tñ opꝫ dicere qḋ ista locutio nō ē ,ppria ꝫ metaphorica: q̄ñ in deo non sunt plures notitie quaruꝫ vna sit certior vel facilior: ꝛ alia incertior siue difficilior: imo ī deo ē sola simplex notitia q̄ ē ipemet de⁹ tñ p silitudinē ad nos illa ḋ ba poterāt itelligi: q̄ sicut illud magis intelligimus qḋ magis itellectui repñtatur: ita silitudinarie ex eo dicim⁹ aliqḋ magis itelligi a deo q̄ deo ē magis repñtatū: hoc est magis assimilatū: mō q̄tū entia sūt maioris entitatis ꝛ nobilioris intm̄ maiorem hñt silitudinē ad ipm deū qui p seipm solū oīa intelligit: ideo illa dr̄ magis intellecta a deo. ¶ Aliter pōt rñderi qḋ mod⁹ noster loquendi debet intelligi cōditionaliter: scꝫ quod res excellentiores

q̄tum est

q̃tū est ex pte sua sunt nobis facilius intelligibiles & certius id est q̄ essent nobis faciliores & certiores si intellectus nr̄ eēt talis v̄tutis q̄ esset natus oīa intuitiue apprehendere. ¶ Ad huc tertio mō pōt rn̄deri: q̄ res excellētiores ex pte sui sūt nobis certiores & notiores: hoc est dictu: in pcessu sciētifico ordinato ſm ordinē rerū cognoscibiliū: res excellētiores sunt notiores & certiores etiā nobis: qm̄ ille pcessus est pp quid: & in tali pcessu cāe primū sunt notiores: lȝ in pcessu q̄a: sit ecōuerso: ꝑus em̄ opȝ cognoscere causas q̄ȝ scire pp q̄d effectus sūt. Et debetis scire q̄ ex istis nūc dictis pōt dari mod⁹ soluendi questionē ppositā: vȝ q̄ q̄tū ad pcessum pp q̄d & perfectū: scīa de aīa est certior: & p ɔ̄ñs ꝑor & facilior q̄ȝ scīe de alijs reb⁹ naturalibus: sed q̄tum ad sciam q̄a est: ipsa est difficilior: & id est q̄a aīa & aīata sunt cause aliorū naturaliū magis ꝑncipalr̄ q̄ȝ econuerso: q̄a sunt cause finales eorū: iuxta dictū Arist. vij. politicorū: q̄ semper deterius est ppter melius. ¶ Ultimo ēt modo possetis facilr̄ vos expedire de illa q̄stione: dicendo q̄ scientia de aīa ad q̄tum aliqua ibi cōsiderata est nobis facillima & certissima scȝ q̄tum ad operationes & passiones quas in nobis experimur: sed q̄tum ad aliq̄ alia est nobis difficillima: scȝ ex quibus & qualibus causis & quō ille operationes & passiones proueniant. Ad rationes: procedunt vijs suis.

Questio. V.




Utrum vniuersalia sunt posteriora singularibus an ꝑora. Arguit q̄ vniuersale sit ꝑus singulari. pmo per porphiriū qui hoc dicit sepe in suis cōitatibus. ¶ Secūdo illud est ꝑus a quo nō cōuertitur subsistendi ɔ̄ña: sed ab vli ad singulare nō conuertitur: ꝟbi gr̄a: lȝ sequatur: sortes ē: ḡ hō est tn̄ nō sequit hō est: ḡ sortes est: ḡ vle est ꝑus. ¶ Itē. sicut demonstrationes ita etiā diffinitiones dn̄t dari ex ꝑoribus: vt ptȝ. vij. metaphy. mō diffinitiones dātur p vlia vt p gn̄a & differētias igit vlia sunt ꝑora. ¶ Itē. perpetuū est prius corruptibili: sed vlia sunt ppetua vt dicitur ꝑmo posteriorum: & singularia sunt corruptibilia igitur. ¶ Itē. eadem sunt principia essendi & cognoscendi vt allegat ex scd̄o metaphysice: sed vlia sunt principia cognoscendi ipsorū singularium: cū ex vlibus fiant demonstrationes & diffinitiones: igitur sunt ꝑncipia essendi eorum: & sic sunt priora.

Oppositum dicit Aristo. vniuersale namq̄ȝ vt dicit aut nihil est aut posterius. Breuiter notandū est: aliquid d̄r vniuersale ſm causalitatem & aliud d̄r vle ſm ꝑdicationē vel ſm significationē. Uniuersale ſm causalitatē d̄r ex eo q̄d est cā multorū: sicut corpa celestia dicūtur vlia in cāuſalitate: q̄a sunt cause oīm istorū inferiorū: & inter illa de⁹ ē vlissim⁹ in causalitate: cū sit cā oīm aliorū. Singulare aūt dictū opposito mō: est illud q̄d nulli⁹ est cā vel forte vni⁹ tm̄ vl̄ paucorū. Et tūc breuiter d̄r de istis vlibus: q̄ vlia sunt simpl̄r ꝑora singularibus: q̄a sunt cause eorū & vniuersalissimū est simpl̄r primū: q̄a est ip̄e de⁹ vt dictū fuit: & de istis vniuersalibus Arist. dicit q̄ maxie vniuersalia sunt nobis difficillima ad cognoscendū q̄a sūt a sensu remotissima. ¶ Sed vniuersalia in ꝑdicatione sūt termini cōes ꝑdicabiles de pluribus suppositis significātes plura: vl̄ etiā supponētes p plurib⁹: sicut isti termini: hō: aīal: siue sint termini mētales siue vocales. vel scripti: sed ibi nō curo de vocalib⁹ aut scriptis: q̄a nō dn̄r termini significatiui nisi in ordine ad terminos mētales. Singularia aūt dicta opposito mō his vniuersalibus sunt termini discreti: si ḡ velim⁹ ɔparare hmōi vniuersalia & singularia: ego credo dicēdum eē q̄ singulare est ꝑus vniuersali: ptȝ: q̄a sicut dixi hmōi vlia vel singularia sūt ɔceptus in aīa q̄bus res cōcipiūtur & cognoscūtur: mō ꝑus cognoscimus rē singl̄r q̄ȝ vl̄r siue cōiter: p tāto: q̄a solus itellectus apphendit vl̄e: sensus em̄ semp apphēdit singulare: & necesse est nos ꝑus cognoscere res ſm sensum q̄ȝ ſm intellectū: ḡ ꝑus habemus ɔceptum siue terminū singularē q̄ȝ vlem. sȝ adhuc vltra dico q̄ p intellectum habemus ꝑus ɔceptū singularē q̄ȝ vniuersalē: q̄a rōnabile est q̄ qualiter fit intellectui repn̄tatio a ꝑncipio taliter primo cōcipiat: sed a ꝑncipio fit ipsi repn̄tatio singulariter: q̄a per sensum q̄ nō nisi singulariter apphendit: ḡ intellectus primo apphendit singulare: de hoc magis videbitur in iij. lib. tn̄ istis nō obstantibus magis vlia sunt ꝑora apud intellectum q̄ȝ minus vniuersalia: vt dicitur in proemio physicorum & hoc pueniit ex pte sensus & ex diuersitate singulariū apd̄ sensū: q̄m apd̄ sensū est duplex singulare: q̄ddā determinatū: aliud ɔfusum siue vagū: determinatū: vt sortes vel plato: sed cōfusum siue vagum: vt hic hō: hoc aīal: & ista singularia vaga sunt directe correspondentia vniuersalibus: & subordinata apud sensum: sed vlia apud intellectum. Nā hic hō: ē singulare hōis. i. talis terminus talis termini: & hoc aīal est singulare aīalis: & hoc corpus: corpis: & sic de alijs: mō certe apud sensum sunt prius nota singularia vaga magis vniuersalium q̄ȝ singularia vaga minus vniuersaliū: vt si aliq̄d videas a longe: prius iudicabis p visum q̄ ip̄m est hoc corpus q̄ȝ iudices ip̄m esse hoc aīal: & cum magis ppe veneris iudicabis ip̄m esse hoc aīal: ignorabis tamen vtrum equus an asinus: postea magis appropinquās iudicabis esse hunc equū: ignorans adhuc vtrum brunellus an fauellus: & vltimo videbis q̄ est brunellus equus tuus. & ita vl̄r determinatum singulare inter cetera singularia est postremū apd̄ sensum & difficilioris notitie: q̄a ḡ quodlȝ vle format ab intellectu per abstractionē a suo singulari vago: vt magis videbitur in tertio ideo magis vlia prius formantur apud intellectū q̄ȝ minus vlia. ¶ Tertio debetis scire q̄ plato preter terminos singulares & vl̄es posuit res vl̄r existētes significatas p terminos vl̄es: ita q̄ posuit hoīem vl̄em idealē signatū primo per istū terminū hō: quē dicebat esse cām pductiuā & exemplarē hominū singulariū: tūc dicendū est q̄ isto mō vl̄e nihil est: imo oīa entia singulariter existūt: vn̄ cōceptus aīalis qui est cōis ſm predicationē ita singl̄r existit in intellectu tuo singulare sicut hec albedo in isto pariete: & sic vos videtis intentionē Aristo. si aūt accipiamus vl̄e ſm opinionē platonis: tūc vl̄e nihil est: sȝ si accipiamus vl̄e & singulare ſm ꝑdicationē vel significationē: tūc opȝ oē vl̄e aliq̄ singulari eē posterius: eo q̄ ex abstractiōe a ɔceptu singulari ꝑexistēte in mēte format cōceptū vl̄em: vt d̄r in tertio. tn̄ non debetis dicere q̄ terminus vlis sit posterior singulari: ppter hoc q̄ cōparatiuus distribuit ablatiuū sequentē ip̄m: mō nō opȝ q̄ oēs termini singulares precedant in me terminos vniuersales.

Istis visis respōdetur ad rationes. Ad primam: ad autoritatem porphirij potest dici q̄ vniuersalia sūt priora singularib⁹. i. magis vlia minus vlibus: vel etiā vlia possunt eē singularib⁹ determinatis ꝑora: sȝ nō singularibus vagis sibi correspondentibus. ¶ Ad aliā. concedo q̄ magis vlia sunt priora minus vlibus q̄a nō cōuertitur: idem probat ratio de diffinitione vel demonstratione. ¶ Ad aliā que dicebat vlia esse perpetuū: dico q̄d hoc concederet Aristo. simpl̄r loquendo de vlibus in causalitate: sȝ vlia in predicatione nō sunt simpl̄r loquēdo perpetua: imo de nouo formātur apud intellectum: tn̄ ad istum sensum solēt dici ppetua: q̄a semper pro aliquibus supponūt: eo q̄d semp est aliq̄s hō vel aliquis equus ſm intentionē Aristo. sed hoc nō obstat quin in essendo fuerūt posteriora. ¶ Ad vltimā respōdetur q̄d q̄cūq̄ȝ sūt principia essendi illa sunt ꝑncipia cognoscēdi sȝ nō ɔuertit.

Questio. VI.



Sexto queritur vtrum accidentia magnam partem conferant ad cognoscendum q̄d quid est / siue substantia rei. Arguitur q̄d non: q̄a primo sequeretur q̄d esset circulatio in notificatione vnius per alterum: sed ɔ̄ñs est inconueniens: q̄a circulariter nō ɔtingit demonstrare vt dicitū est primo posteriorum: & cōsequentia manifesta est: q̄a per q̄d quid est sciuntur accidentia: omnis enim demonstrationis principium est quod quid est: vt dicit Arist. & sic appareret q̄d esset circulatio si econuerso per accidentia quod quid est sciretur. ¶ Item. solet dici q̄d nihil agit vltra suam speciem. i. nullū agens potest producere effectum perfectiorē & nobiliorem se: eo q̄d agens dat effectui esse: & nullus dat plus q̄ȝ habeat: sed cognitio substantie est excellentior & nobilior q̄ȝ cognitio accidentis: ergo cognitio accidentis non est nata agere in nobis cognitionem substantie. ¶ Item. vnum nō videtur ducere in notitiam alterius nisi vel propter conuenientiam vel propter oppositionem: sed accidēs ad substantiam non habet oppositionem: cum simul stent: nec conuenientiā: quoniam accidens & substantia sunt primo diuersa: propter quod ens primo diuiditur in substantiam & accidēs: ḡ acci-

dens nō ducit in notitiā substantie. ¶ Itē. queremus de mō per quē: q̄m si per accidens cognosceretur substātia: vel hoc esset per directā representationē: vel p discursum: sed neutro modo: probo: primo nō per directā representationē eo q accidēs ⁊ substantia valde distinguūtur: ⁊ representatio dꝫ esse p similitudinē ⁊ conuenientiā: secūdo nō pōt dici q per discursum: qꝛ sicut quidā dicūt discursus nō tenet nisi in virtute reductionis eius in primū principiū: modo si procedatur de vno ad aliud quantū ad res significatas nō potest fieri reductio ad primū principium qd̄ est fundatū in contradictione: qꝛ de quibuscūqꝫ diuersis nō contradicitur hoc esse ⁊ illud nō eē: ideo nō valet processus de accidente ad substantiam. ¶ Cōfirmatur. qꝛ processus affirmatiuus tenet per illud principium quecūqꝫ vni ⁊ eidem sunt eadem inter se sunt eadē: mō nulla diuersa cuiusmodi sunt substantia ⁊ accidēs sunt eadem vni ⁊ eidem: ideo de accidente ad substantiam non valet processus affirmatiuus.

Oppositum dicit Aristo. in isto proemio et etiam in tertio physicorum dicit: q necesse est ignorato motu ignorare naturam in secundo huius dicit q opꝫ prius determinare de operationibus anime q̄ de substantia vel de potentijs anime: quoniā tā passiones q̄ operationes que sunt accidentia ducūt in notitiā substantie anime. etiā in octauo physicorum per motus proprietatis inuestigat Aristo. substantias separatas: nam trāsmutatio facit scire materiā ⁊ operatio formam ⁊ ob hoc etiam accidētia ponuntur in descriptionibus substantiarum. ad circunferendum differentias substantiales. ¶ Debetis scire q omnes cōiter contendūt q per accidentia possumus duci aliqualiter in notitiam substantiarum. quoniā omnes hoc experimur bene: per figuras: ⁊ magnitudines: ⁊ motus: ⁊ colores. scimus hoc esse equum ⁊ illud canem: imo etiā per accidentia contingentia vel etiā extrinseca arguimus rerū substantias: vt per vestes: aut per modū ambulandi iudicamus illū esse sortē: ⁊ illū Platonē: sed de modo per quē hoc fiat: plures dubitauerūt. ¶ Debetis ergo scire: q aliqui posuerūt talē modum: primo supponūt q intellectus indiget moueri a phantasmate: ⁊ fantasia a sensu: ⁊ sensus ab exteriori obiecto: ⁊ hoc totum est verum. Scđo supponūt q sensus ⁊ fantasia seu estimatiua nō sunt nisi accidētiū. Vnde cōmentator dicit scđo huius q sensus nō apprehendit quidditates rerum: imo hoc est alterius potētie: scz intellectiue. Tertio supponunt q estimatiua: qꝛ est virtus superior ⁊ nobilior q̄ sensus exterior: nō solum percipit intētiones que sensu exteriori percipiuntur: imo ex intentionibus sensatis elicit intētiones nō sensatas: verbi gratia ouis vidēs figurā ⁊ motum lupi: elicit ⁊ format per estimatiuā intentionē inimicitie ⁊ fugit: nō sic autem fugit a pastore: sed prosequitur eū: formans per estimatiuam intentionē amicitie: ergo simpliciter dicendum est q cū intellectus sit virtus superior vel valde excellētior ad estimatiuā: intellectus ex intētionibus estimatis seu fantasiatis potest elicere ⁊ formare intētiones que in estimationem non cadebant. ⁊ isto modo pōt ex intentionibus accidentium estimatorum elicere intentiones substantiarū. ¶ Sed videtur mihi q iste modus aliqualiter deficiat q̄tum ad secundam suppositionē: qꝛ dicit cōmentator in secūdo huius q cogitatiua seu estimatiua cōprehendit intentiones dictorum predicamentorum: ⁊ Aristo. etiā. 3. huius ponit q substantia sentitur: vt filius. Et credo q non solū percipis albedinē aut nigredinem: imo per visum tu iudicas album aut nigrum: et tū album est substantia ⁊ hoc videtur apparere: qꝛ canis percipit q vocans eū est ille quē videt: ⁊ tū non percipit q vox sit color: ideo ipse percipit substantiā: sed non fm conceptum de predicamento substantie. i. absolutum. sed fm conceptum de predicamento accidentis: a quo sumitur iste terminus albū aut magnū: aut motum: aut vocans: ⁊ hoc est quod vult dicere Aristo. quando dicit substantias non esse per se sensibiles sed per accidens. ¶ Alius modus potest dari cōcedendo q sensus apprehendit simul confuse substantiā ⁊ accidēs apprehendendo album: aut dulce: aut magnū; ⁊ hoc representat intellectui: intellectus aūt qꝛ est virtus excellentior: pōt iā distinguere ⁊ abstrahere siue separare intentionem accidentis ab intentione substātie: verbi gratia; cū video istum nūc esse albū ⁊ postea ipsum esse nigrū: istū nūc currere: ⁊ postea sedere: percipio q hoc manet idē: ⁊ ille dispositiones non manēt eedē: ideo concludo hoc nō esse tales dispositiones: ⁊ ita intellectus pōt abstrahere intentionē substantie ab intentionibus accidentium: ⁊ tunc cognoscit substantiam fm conceptū substantialem. ¶ Tertius etiam modus datur: q res cognoscitur ⁊ representatur intellectui non per seipsam: sed per suā similitudinē: vnde lapis nō est in aīa sed similitudo lapidis: vt habet in tertio huius: mō effectus gerit in se quādā similitudinē cause: imo effectus est quedā cause similitudo: ideo est innatus causam representare: ⁊ ob hoc cā cognoscit per effectū: ⁊ effectus per causam ⁊ cōclusio per premissas: ⁊ tandē sic deus ⁊ intelligētie cognoscūtur per ista sensibilia: cū ergo accidēs sit effectus substantie possibile est q sit quedā similitudo representatiua substantie. ¶ Quartus etiam modus ponitur q sicut materia prima nō potest recipere formas substātiales nisi disposita ⁊ preparata per accidentia: ita etiam intellectus anteqꝫ recipiat notitiam substantie: ⁊ hoc fm conceptum substantialem: indiget disponi ⁊ preparari per notitias accidentium: ⁊ sicut agens naturale in materia preparata potest extrahere formam substantialem ad actum: ita intellectus agens cū intellectus possibilis preparatus fuerit p notitias accidentium pōt extrahere ad actū notitiam substantie: ⁊ isti quatuor modi nō repugnant sibi adinuicem: imo cōcurrunt simul ⁊ constituūt modum perfectum per quem accidentia ducunt in notitiam substantialem.

Ad rationem igitur primū respondendum est: q nō est inconueniens circulariter procedere: ita tamen qd̄ primus processus ostendat qꝛ est: ⁊ processus cōuersus ostendat propter quid. ¶ Ad aliam: concedo qd̄ nullū agēs producit aliqd nobilius se: nisi rōne agentis nobilioris cōcurrētis ⁊ ideo notitia accidētis nō est sufficiens ad causandum notitiam substan. se: nisi concurrat intellectus agēs: de quo determinabitur in tertio. ¶ Ad aliam: dico quod bene est aliq̄ conuenientia similitudinis ⁊ depēdentie accidentis ad substantiā: ⁊ est eorum q̄dā cōuenientia vniōis p inherentiā propter quā simul cōfuse cōcipiuntur substātie ⁊ accidētia: ⁊ tunc intellectꝰ pōt abstrahere hoc ab illo. ¶ Ad aliam: dico quod p abstractionem vel discursum potest accidens ducere in notitiā substātie. nec est verū qd̄ oīs discursus indigeat reduci et probari per primū principiū: imo fere tot sunt principia immediata ⁊ indemonstrabilia quot sunt cōclusiones: vt habetur primo posteriorum. nec est verum qd̄ semper arguimus per illud principiū quecūqꝫ vni ⁊ eidem ⁊c. qꝛ sepe arguimus nō dicendo qd̄ hoc est hoc sed dicendo qd̄ hoc est ab hoc: aut ex hoc: aut gratia huius.

¶ Incipiunt questiones Secundi Libri.

Questio prima.




Utrum omnis aīa est substantia. ⁊ arguitur qd̄ non: qꝛ cōe est omni substantie in subiecto nō esse: sꝫ aīa est in subiecto scz in corpore: igitur. ¶ Itē. illud est accidens: ⁊ non substātia cui cōpetit diffinitio accidentis: sed aīe conuenit diffinitio accidentis: qm̄ aīa adest materie que sibi subijcit: ⁊ postea abest: pter illius materie corruptionē: igitur aīa est accidēs. ¶ Itē. cōmentator in scđo huiꝰ ponit talē differentiā inter formas substātiales ⁊ formas accidētales: qd̄ forma substātialis hꝫ subiectū in pura potentia ⁊ forma accidentalis hꝫ subiectū in actu: sꝫ aīa hꝫ subiectū in actu: vt dē Arist. in. 7. metaphy. dicit eū qd̄ aīa est substātia i subiecto in actu qd̄ etiā ex hoc patꝫ qꝛ corpꝰ anteqꝫ recipiat aīam ē dispositū ⁊ organizatū ⁊ p̄ono actuatū p formā organizatiōis: igr aīa est forma accidētalis. ¶ Itē. si aīa esset forma substātialis sequeret qd̄ nō maneret idē cōpositū substātiale aīa existēte in corpe ⁊ ipa remota sed cōñs est falsum g̃ ⁊c. cōña pꝫ ex noīa: sed falsitas cōñtis pbat: qꝛ subiectū accidentiū est cōpositum substātiale ⁊ nō solū materia pma cū accidēs debeat hre subiectū in actu: ideo si illa aīa nō maneret nō et maneret idē cōpositū substantiale nec maneret subiectū accidētis idē ideo etiā nullū accidēs remaneret idē scz in viuo ⁊ mortuo: eo qd̄ accidens corrumpitur ad corruptionē subiecti: ⁊ non transit de vno subiecto in alterum: mō falsum est dicere qd̄ non maneat aliquod accidēs idem: qꝛ cū equus interficitur adhuc per aliqd tēpus remanet aliq̄ caliditas: ⁊ remanet duricies ossium: et mollicies carnis: et sic de alijs: igitur. ¶ Item. si anima esset

anima esset substantia: tunc gñatio vel corruptio eius cuius esset aĩa: esset gñatio simplr: et etiã corruptio simplr: sed ꝯñs est falsum: qr dicitur primo de gñatione ꝙ generatio vel corruptio simpliciter est transmutatio totius in totũ nullo sensibili remanẽte vt subiecto eodem: modo talis non est corruptio equi per remotionẽ aĩe: qr remanet idẽ corp⁹ sensibile: vt eadẽ caro/ijdem nerui: eadem ossa: et sic de alijs. ¶ Item. autor sex principiorum dicit animal esse animantius arbore: igitur anima non est substantia: et patet ꝯñia: qr substantia non suscipit magis et minus: vt habetur in predicamentis. ¶ Itẽ substantia non diffinitur per additamentũ: sed aĩa diffinitur per additamentum: ergo etc. maior ptz septimo metaphysice: minor etiam patet. qr aĩa diffinitur per cor⁹ phẏsicum organizatum: qd non est de quidditate et substantia aĩe: et hoc est diffiniri per additamentum.

Oppositum volunt Aristo. et commentator dicentes animã esse omni accidente quod inuenitur in aĩato nobiliorem: igitur ipsa nõ est accidẽs: ergo ipsa est substãtia. ¶ Dico breuiter ꝙ anima est substãtia: qr omnis pars substãtie est substãtia: modo aĩa ẽ pars substantie: qr est pars principalior aĩalis: aut plante: que si remoueretur illud amplius nõ esset animal: aut planta: nisi equiuoce: igitur. ¶ Itẽ. illud est substãtia p cuius aduentũ vel remotionẽ mutatur responsio ad quid est hoc: de tali supposito per se subsistente: sed p aduentũ vel remotionem aĩe mutatur: qr cũ est gñata aĩa equi dicimus hoc esse equum: et post remotionẽ non dicimus: hoc est equus: nisi equiuoce: sed hoc est cadauer: ergo aĩa est substãtia. ¶ Et debetis scire ꝙ isto modo a posteriori Aristo. cognouit formas substãtiales distingui ab accidentibus: quia per aduentũ vel recessum forme accidentalis nõ mutatur responsio nisi ad tales questiones: quale est hoc: quantũ est hoc vel vbi est hoc: aut quando: et sic de alijs predicamentis accidentiũ sed quando mutatur responsio ad quid est hoc: demõstrato supposito per se subsistente: tunc est mutatio substantialis: et est aduentus vel recessus forme substãtialis. ¶ Itẽ operationes principales substantiarũ non debent reduci in aliqd accidens tanꝙ in principale principiũ: imo debent reduci in substantiã: sed anima est in quã principaliter reducũtur: quoniã est quo principaliter viuimus: aut sentimus aut intelligimus: igitur aĩa est substantia. ¶ Et confirmo ꝙ operationes vitales non sufficienter reducãtur in accidẽtia: qr nõ in grauitatem et leuitatem: qm̃ tunc oĩa ossa descenderent ad pedes et tota caro poneretur super illa ossa: et superius essent sanguis et spiritus qui sunt leuiores: modo totũ hoc apparet falsum: nec potest dici ꝙ reducãtur in primas qualitates qr hoc esset maxime ad caliditatem: modo hoc est falsum: qr caliditas sm se non habet figurare corpus et organizare: etiã caliditas sm se nõ determinat corpus animatũ ad certum augmentum: qr sicut Aristoteles secundo huius dicit: ignis per suam caliditatem augmentaretur in infinitum. i. valde vltra quantitatem animatorum si apponeretur combustibile: relinquitur igitur ꝙ aĩa in quaz tales operationes reducũtur principaliter/non est accidens: sed substantia.

Ad rationes. Ad primam: potest dici quod omni substantie totali cõmune est in subiecto nõ esse: et vocat substantia totalis q̃ non est pars alterius substãtie: sed illud nõ est cõe omni substantie partiali. põt etiã dici ꝙ in illa prima proprietate substantie subiectũ accipitur pro eo quod est hoc aliqd in actu: et sic aĩa vel quecũꝙ alia forma substantialis non est in subiecto per inherentiã: qr subiectum forme substantialis circunscripta illa forma substantiali non esset hoc aliquid in actu. i. nõ eẽt illud de quo querimus quid est hoc: quando querimus de substãtia per se subsistẽte: vel etiã illa proprietas põt glossari de terminis substantialibus: scilz qd nullus terminus substantialis. i. de predicamento substãtie est predicabilis de aliquo per modum passionis de subiecto. ¶ Ad aliam: dico ꝙ diffinitio accidẽtis potest sic glossari qd accidens adest vel abest successiue manente eodem subiecto quod est hoc aliquid: si sit accidens separabile: si vero sit inseparabile tunc separatur ab illo subiecto secundũ diffinitionem: qr nec diffinitur per illud subiectum nec econtra: vt neꝙ nigredo per coruũ: neꝙ coruus per nigredinem et per hoc differt accidens a proprio: quoniam proprie passiones diffiniuntur per sua subiecta: et forte hanc separationem secundũ diffinitionem seu rationem intelligebat porphirius cum dicerat: ꝙ coruus potest intelligi albus: et ethiops nitens cãdore propter hoc ꝙ termini non includebãt in suis rationibus diffinitiuis. Aliter potest dici ꝙ accidens adest et abest. i. terminus accidentalis dicitur accidens respectu alicuius termini subiecti: si de illo termino supponente pro eodem predicaretur aliquãdo vere: aliquando false: sed q̃ntum ad accidẽtia inseparabilia credo ꝙ oportet recurrere ad separationem sm diffinitiuam rationem vt prius dicebatur. ¶ Ad aliam rationem: dico ꝙ illa differentia inter formas substantiales et accidẽtales non debebat sic intelligi: accidentia enim sunt dispositiones preuie in materia ad receptionem formarũ substantialiũ: ideo accidens ita bene inheret subiecto pure potẽtiali sicut forma substãtialis: imo immediatius: sed debet sic intelligi ꝙ forma accidentalis habet subiectum in actu. i. forma accidentali circũscripta: adhuc illud quod remanet esset hoc aliquid in actu: et non mutaretur responsio ad quid est hoc: sed sic forma substantialis habet subiectum in potentia solum: qr forma substantiali circũscripta: illud quod restaret non iam diceretur hoc aliquid in actu: licet bene esset quale actu: et q̃ntum actu: et hoc est: qr per formã substantialẽ est suppositum per se subsistens hoc aliquid in actu: et per accidentia est quale: aut q̃ntum: et per idẽ respondetur ad alias duas rationes. ¶ Ad aliam: dico ꝙ debet exponi animantius non proprie: scz ꝙ sit magis animatũ intensiue: sed animantius. i. habens plures potẽtias aĩe: hoc est dictu ꝙ potest in plures operationes anime. ¶ Ad vltimam: dico ꝙ nomen substantiale non diffinitur per additamentũ diffinitione quidditatiua: tamen diffinitione causali: cuiusmodi est ista diffinitio bene diffinitur per additamentum.

Questio.II.



Secundo queritur: vtrum omnis anima est actus corporis. arguitur qd non: qr dicit Aristo. ꝙ nihil prohibet quedam. i. intellectum separari: qr nullius corporis est actus. et etiam cõmentator in tertio huius dicit ꝙ intellectus nec est corp⁹ nec forma in corpore: igitur non est alicui⁹ corporis. ¶ Item. actiui repugnat recipere: vt dicit cõmentator in de substantia orbis: et anime intellectiue non repugnat recipere: cum intellectus sit virtus passiua: igitur. ¶ Itẽ. sensus et intellectus sunt passiui: igitur et non sunt actiui: quia si idem esset actiuum et passiuum: ipsum simul esset in actu et in potentia: qd videtur impossibile ex eo ꝙ actus et potentia opponuntur: sed quod non est actiuum nõ est actus: qr sicut potentie est pati: ita actus est agere: vt accipitur ex tertio physicorum: igitur sensus et intellectus non sunt actus sed potẽtie. ¶ Confirmatur: qr potentia anime est ipsa aĩa: et nulla potentia est actus: cum actus et potentia opponãtur: ergo aĩa non est actus. ¶ Itẽ. intelligentie sunt aĩe cum eis cõueniant potentie aĩe: scz intellectus et voluntas: et tamen intelligẽtia nõ est actus corporis: cum sit separata a corpore.

Oppositum videtur determinare Aristo. quia illam diffinitionem. Anima est corporis etc. reputat esse diffinitionẽ cõmunissimã anime tanꝙ omni aĩe cõuenientẽ. ¶ Ista questio mota est: vt videamus quomodo anima est actus corporis. Unde Arist. de modo per quem loquitur dubitat in secundo huius dicens non esse manifestum. Utrum anima sit actus corporis sicut nauta nauis.

Et propter solutionem istius questionis. Notandum est vt habetur nono *metaphysice* ꝙ actus et potentia correlatiue dicuntur adinuicem: intantum ꝙ nõ possumus intelligere potentiam nisi in respectu actus: sicut neꝙ patrem nisi respectu filij. ¶ Deinde notandum est ꝙ hoc nomen actus solet capi tribus modis satis ppinquis adinuicem et hoc q̃ntum spectat ad ppositum. actus enĩ vno modo dicitur quia est forma inherens alicui subiecto: et illud subiectum dicitur potentia subiectiua seu receptiua in respectu dicti actus: et si talis actus sit forma substantialis: tunc per talem actum suppositum demonstratum et per se subsistens dicitur hoc aliquid in actu: et si ille actus sit forma accidentalis: tunc per talem actum dicitur suppositum actu tale: vel actu tantum: et non actu hoc aliquid vt actu homo: vel actu

lapis. Secundo modo actus est motus vel operatio respectu operantis: dico operantis siue actiui siue passiui: et isto modo tam agens quam passium solent vocari potentie scilicet potentia actiua et potentia passiua. Unde iste modus potentie nō repugnat deo imo actiue deus est oīpotēs: sed quantum ad primū modū determinatū est duodecimo metaphysice ꝙ deus est purus actus nulli potētie admixtus: q̄r nullam formā recipere pōt: nō tamen intelligo ꝙ sit actus per inherentiā: sed intelligo ꝙ ipse nullo mō est potentia ꝓut potētia est cui actus inheret. Tertio modo agēs dicitur actus respectu passi: ⁊ hoc modo omne passium vel motū vocat̄ potētia: vnde etiā sic deus est actus purus ⁊ nullo modo est potētia: q̄r est mouens imobile ⁊ pro tāto agēs dr̄ actus ⁊ passium potētia: q̄r agēs continet actu similitudinē eius ad qd̄ recipiendum passium est in potentia: isto ergo modo intelligentia est actus orbis: ⁊ nauta actus nauis.

His consideratis: dico ꝙ in omnibus animatis corporibus aīa est actus corꝑis primo mō ⁊ tertio modo. ⁊ ꝙ sit actus corporis tertio modo declarabit postea Aristoteles: vbi dicet ꝙ aīa est causa corporis ꝑ formā ſm agēs ⁊ ſm finē: nutrit eñ corpus ⁊ augmētat: ⁊ mouet ipm̄ ſm locā ꝗtiū ad aīalia sed ꝙ ipa sit actus corꝑis primo mō pōt declarari: q̄r omne aīatū corporale cuiusmodi sunt plante ⁊ aīalia que hic sunt: est cōpositū substātiale ex aīa ⁊ corpe: ideo oportet vel ꝙ corpus sit forma aīe: qd̄ est impossibile: vel ꝙ aīa sit forma corporis: ⁊ habet̄ propositū. Itē illud est actus nō solū mouens sed informās corpus quo suppositū demonstratū ꝑ se subsistēs est hoc aliquid in actu: sed hoc est per aīam: nā ꝑ aīam que est actus id est qd̄ est: ⁊ silr̄ homo vel asinus. ¶ Sꝫ posset queri: vtrū aīa esset actus corporis secūdo mō: scꝫ ꝓut motus vel operatio dr̄ actus operātis. Respōdeo ꝙ quādo aīatum substātialiter gñatur: tunc vt credo ipa aīa est gñatio: ⁊ tunc ipa est actus corporis subiecti ⁊ generantis scd̄o modo: scꝫ ꝓut motus: trāsmutatio: vel opatio dr̄ actus: tam agentis q̄ꝫ patientis. Deinde dico ꝙ in perpetuis anima ſm Aristo. est actus corporis tertio modo solū. Debetis eñ scire ꝙ corpora celestia aliquādo dñr aīata ⁊ aīe eoꝝ sunt intelligentie mouētes ea: qm̄ intelligētijs attribuūtur opationes vitales ⁊ potētie aīe. Nam duodecimo metaphysice dñr viuere ⁊ delectari ⁊ velle ⁊ intelligere: ⁊ tñ intelligētie per se subsistūt nō inherēdo corꝑi: ⁊ sic notat cōmentator in scd̄o huiꝰ ꝙ diffinitio aīe q̄ꝫ dat Aristo. nō oīno vniuoce dr̄ de omni aīa eo ꝙ alique anime sunt actus corpoꝝ ꝑ inherentiā: ⁊ alique aīe [illegible] sunt actus corpoꝝ [illegible] per mouere ea: ⁊ ita etiā credidit cōmentator ꝙ intellectus humanus esset actus corporis humani. sed de hoc determinandum est in tertio libro.

Istis visis respōdetur ad rationes. Ad primā dico ꝙ cum Aristo. dicebat quandā aīam nō esse actum corporis loquebatur de actu primo modo: nō tertio modo. et illa erat aīa celi: que nullius corporis est actus per inherentiā: verū est etiā ꝙ autoritas posset exponi de aīa hūana post mortem hoīs. ¶ Ad autoritatem cōmentatoris: dicendū est ꝙ intellectus qui est aīa celi: vel etiā humanus post mortem nec est corpus nec est in corpore per inherentiā: ⁊ hoc non repugnat predictis. ¶ Ad aliam autoritatem potest dici quod actui repugnat recipere: ad talem sensum ꝙ actus substantialis nō potest recipere per inherentiā aliū actū substantialem tamen potest recipere formas accidentales. ¶ Ad aliaꝫ per idem dico ꝙ sensus ⁊ intellectus sunt actus substātiales sed sunt passiui: quia possunt recipere pfectiones accidentales: ⁊ non est inconueniens idem sic esse diuersimode in actu ⁊ in potentia. ¶ Ad aliam: dico ꝙ potentia aīe est aīa: ⁊ concedo ꝙ diuersimode potētia est actus: potentia nāq̄ꝫ ad operationem est bene actus substantialis. ¶ De vltima ratione que arguebat de intelligentijs dictum est in positione.

Questio. III.

Tertio queritur vtrum anima est actus primus corporis. Arguitur ꝙ nō: per Aristotelem quinto metaphysice [illegible] rentem qd̄ aīa est substantia in subiecto in actu: igitur habet actum precedentem ipaꝫ ergo non est actus primus. ¶ Item anima presupponit in corpore accidētia disponentia materiam ad eius receptionē: vnde supponit corpus esse organicum: ideo dicit Aristo. in secundo huius ꝙ anima nō sit indifferenter in quolibet corpore: imo actus actiuorum recipiūtur in patiente disposito: ⁊ tamen qd̄ huiusmodi dispositiones ⁊ organizationes sunt aliqui actus saltē accidētales ideo anima non erit actus primus corporis. ¶ Itē tertio celi dicit cōmentator qd̄ materia non suscipit formas mixtorū nisi mediantibus formis elementoꝝ: ⁊ ita nulla forma mixti est actus primus corporis: ergo nec aīa. ¶ Item. Aristo. dicit in secundo huius qd̄ vegetatiua est aliis prima ⁊ maxime cōmunis: igitur saltem alique aīe non erunt actus primi: sed solum vegetatiue.

Oppositum determinat Aristo. ponēs istā diffinitionem esse cōmunem omni anime in qua dicitur: anima est actus primus ⁊c.

Notandum est ꝙ multipliciter potest dici actus primus vno modo simpliciter primus: ⁊ sic solus deus esset actus primus: ideo manifestū est qd̄ de isto modo loquēdi nō intendit Aristo. cum dicit omnē animā esse actum primū. secundo mō dicitur actus primus non simpliciter sed primus in materia cui inheret: ⁊ isto modo credunt multi quod anima sit actus primus corporis: imo etiam qd̄ omnis forma substantialis inherens materie sit actus primus inter cetera que illi materie inherent: q̄r ipsi opinantur qd̄ q̄uis ad introductionem forme substantialis in materia requirantur multe dispositiones accidentales preuie: tamen in aduentu forme substantialis: ⁊ apud corruptionem forme substantialis precedentis omnes huiusmodi dispositiones prime corrūpuntur ⁊ similes cum forma substantiali aduentente generātur consequenter ad illam formam substantialem: ita quod illa forma substantialis prius generatur in materia q̄ꝫ accidētia: que cum ea inueniūtur ⁊ si non prius tempore tamen prius natura. ¶ Et hanc opinionem credunt se probare primo per commentatorem in secundo huius dicentem quod forma substantialis debet habere subiectum in pura potentia: ideo debet inuenire materiam nudam: sed accidens debet habere subiectum in actu: ideo debet inuenire materiam forma substantiali inuestitam. ¶ Similiter autoritate Aristotelis primo de generatione dicentis: quod generatio substantialis est transmutatio huius totius in hoc totum nullo sensibili remanente subiecto eodem: idcirco oportet accidentia preexistentia corrumpi quibus erat sensibile. Ad hoc etiam adducunt Aristotelem primo physicorum dicentem quod materia cum forma est causa omnium accidentium: que fiunt in ea: tanq̄ꝫ forma precedat ea. Item septimo metaphysice dicitur: quod substantia prius est accidente noticia: diffinitione: ⁊ tempore: quod non est verum de materia solum cum ipsa sit multis ignota: ideo hoc debet intelligi de substantia composita: ⁊ ita forma erit prior accidētibus. Isti ergo imaginantur qd̄ non materia solum sed compositum totale ratione totius totius est subiectum omnium accidentiū ⁊ istd̄ compositum corrumpitur ad corruptionem forme substantialis: ideo tunc corrumpitur subiectum accidentium: ergo oportet accidentia corrumpi cum non transeant de subiecto in subiectum. ¶ Tamen istam opinionē non credo esse veram: quia si equus interficiatur aut bos adhuc inuenitur in corpore mortuo calor ⁊ color consimilis priori ⁊ sic de aliis accidentibus: si ergo accidentia precedentia corrumpebantur quero quis generauit ista noua accidentia: nō potest dici quod interficiens: quia ille nullam hꝫ proprietatem ad generandum magis calidum q̄ꝫ frigidum: aut vnum colorē q̄ꝫ alium: nec potest dici sicut illi dicunt qd̄ illa accidentia generantur consequenter ⁊ concomitatiue ad formam substantialem cadaueris que introducitur: quoniam talia accidentia non sunt conuenientia illi forme cadaueris: nec illa determinat sibi talia accidentia: imo potius opposita ideo non debent consequi illam formam nisi appareat aliud generās habens proprietatem ad generandū talia accidētia. ¶ Itē isti supponunt falsum: quia q̄uis accidentia secundum predicationem attribuantur non solum materie: sed toti composito propter hoc qd̄ ipsum est notius: tamen solū de potentia materie educuntur: que naturaliter est in potentia ad illa accidentia tanq̄ꝫ ad quasdam perfectiones ipsius: sicut si aqua calefiat lꝫ dicamus aquā esse calidam: tñ illa caliditas nō est

naturalis

naturalis forme aque: imo disconueniens: ideo non educitur de potentia forme: sed solum de potentia materie et ideo non oportet quod ad remotionem illius forme remoueantur accidentia cum subiectum maneat de cuius potētia naturaliter educebantur. Ad istam opinionem multa alia inconuenientia sequuntur que debent tractari in libro de gñatione. Sed quantū spectat ad propositū videtur fm illam opinionem q male esset positum in diffinitione aie qd aia est actus primus substātialis corporis: qr ois actus pmus esset substātialis: et ois actus substantialis esset primus: ideo neutra harū differentiarum contraheret alteram. Tertio modo dicitur actus pmus qui in materia cui inheret est actus primus via perfectionis: et sic anima debet dici actus primus: sed quis sit verum q sic aia sit actus primus: tñ nō videtur ad intellectum Aristotelis: qr hoc esset verum de omni forma substantiali: ideo sicut prius dicebatur non deberet poni in diffinitione aie actus primus substantialis: qr nec primum contraheret substantiale nec econtra. et ita Aristo. illo modo quo loquitur: dicit scientiā esse actū primū in ordine ad considerare: qd non pōt intelligi de pōritate perfectionis: qm considerare est perfectius q habitus scientificus: ideo primo et decimo ethicorum dicit Aristo. felicitatem consistere nō in habitu sz in actu. Quarto modo dicitur actus primus ois forma vel habitus qui est principiū alicuius operationis: et hoc in ordine ad illam operationem: et sic videtur intendere Arist. bene propter hoc scientia dr actus primus qr est principium considerationis quis scientia habeat actum substantialem scz animam precedentem se. Unde sic manifestum est q omnis anima est actus primus respectu singulorum operum vitalium: quoniam ipsa est principium eorundē. Quinto et vltimo modo (qui est satis propinquus precedēti) dicitur anima actus primus viuentis in potentia: et scientia actus primus scientis in potentia: caliditas actus primus calidi in potentia: et sic de alijs formis ad istum sensum q aia est actus quo primo illud qd erat viuens in potētia dicitur viuēs in actu. Sic scientia est actus primus scientis in potentia. i. quo primo illud quod erat in potentia sciens: est actu sciens: et ita intendit Aristoteles in proposito.

Et sic quantum ad rationes apparet q nō procedūt cōtra dicta qr positio non excludit quin ipsam animā precedāt dispositiones accidētales pute: et maneant cum ipsa anima: sed per nullam illarū dicitur viuens actu viuens formaliter. ¶ Sed tunc possunt solui rationes alterius opinionis. Ad primā: dico q forma substantialis habet subiectū in potētia sicut prius exponebatur: non qr inueniat materiā nudā: sed qr ipsa circunscripta residuū non esset hoc aliqd in actu qd ante erat: sed forma accidētalis sic hz subiectū in actu q n ij sa circunscripta adhuc esset hoc aliqd in actu idem qd ante erat: et ad eundē sensum debet exponi diffinitio generationis primo de gñatione. nō enim est intentio Aristotelis quin in gñatione substantiali maneant accidentia sensibilia sed intendit q non remanet idem subiectum sensibile: accipiendo subiectum pro eo quod est hoc aliquid. ¶ Ad aliam concedo q materia et forma sunt cause accidentium: scz materia causa subiectiua: et forma causa finalis. ¶ Ad autoritatē septimi metaphysice patet q autoritas non potest exponi de substantia composita qr ignis nō precedit tēpore calorē: ideo cōmētator exponit q respectu omnium accidentium corporalium subiectum eorum precedit tempore: capiendo subiectum disiunctiue pro composito vel pro materia.

Questio. IIII.

Queritur vtrum diffinitio anime sit bona l qua dicitur aia est actus primus substantialis corporis physici organici in potētia vitam hñtis. Arguitur primo q non sit bona querēdo cuius corporis: aia esset actus vel corporis de genere substantie: vel corporis de gñe quātitatis non de gñe quātitatis qr illud est accidēs: sed nec corpis de gñe substātie: quia illud est compositū per se subsistens: aliter non esset quiditatiua predicatio dicendo: animal est corpus: lapis est corpus: modo anima nō informat corpus compositum: ideo non est actus talis corporis. ¶ Item. Frustra ponitur physici quoniam omne corpus est [illegible] vnde corpus artificiale adhuc est physicum corpus enim securis est ferrum: vel lignum: ideo iste terminus physici nihil contrahit corpus: et ita videtur frustra addi. ¶ Item arguitur q non organici: quia anima est forma simplex ideo debet habere subiectum simplex et vniforme: tale non est organicum. ¶ Item. suppono q cum anima sit simplex non habens partes diuersarum rationum q quelibet pars quantitatiua anime est anima sicut quelibet pars aeris est aer suppono etiaz q licet membra animalis sint heterogenea: tamen contingit in eis capere aliquam partem homogeneam: vt aliquam modicam carnem inter venas et neruos et ossa: que tota est caro: ideo cum illa pars sit homogenea et cōsimilium partium [illegible] non est organica. Ex hoc concludo: q ista diffinitio nō est bona: quia non conuenit omni anime quoniam illa pars anime que informat illam modicam carnem est anima vt dicebatur et tamen non est actus corporis organici: cum illa modica caro non sit organica. ¶ Item contra illam partem: habentis vitam in potentia: quia corpus cuius materia est actus viuit in actu per ipsam animā: imo et in actu primo et in actu secundo: vt quando tu vigilas et scribis: igitur non bene dicitur q sit actus habentis vitam in potentia. ¶ Item actus est prior et notior ipsa potentia: ideo potentia indiget per actum diffiniri: vt habetur nono metaphysice: igitur non debet diffiniri econuerso scilicet actus per potentiam: ergo anima cum sit actus non bene diffinitur per potentiam. ¶ Item ista diffinitio conuenit alijs ab anima: igitur nō est bona: antecedēs probo: qr cōuenit forme substantiali seminis. Nam semen vel frumentum est physicum corpus et organicum et habens vitā in potentia: et tamen forma substātialis ipsius est eius actus primus: ergo manifestum est q illi forme substātiali seminis conuenit tota diffinitio anime: et ita dicetur de forma substātiali oui: quia non est aliud ouum q semen: et tamen illa forma non est anima. Similiter hec diffinitio cōuenit forme substantiali cadaueris: quia corpus cadaueris est corpus physicum organicum et habet vitam in potentia: licet non propinqua: quia possunt ex eo generari animalia: aut plāte: vel per vnam transmutationem vel per plures.

In oppositum arguitur autoritate Aristo. ¶ Dico breuiter q hec est bona diffinitio anime: quia bona est diffinitio que explicite et conuertibiliter indicat naturam diffiniti: et ista est huiusmodi: igitur. maior patet pmo et sexto topicorum: declaro minorem: primo q explicite: quia dictum fuit prius q anima est actus et q est substantia: et q est actus primus et hoc totum explicat ista diffinitio: et vt magis appareat quis actus sit anima: apponitur explicite cui9 sit actus qr corporis physici organici: et explicatur etiam secundum q potentiam anima sit actus eius quia secundum potentiam ad vitam. ¶ Item quedam diffinitio est dicens quid nominis solum: aut etiam mere qdditatiua alia ē diffi. causalis explicans non solum quid est sed etiam propter quid est et talis est magis completa: modo sic est de ista diffinitione. quod declaro: qr cum anima sit forma: eius non est causa formalis nisi forte improprie prout aliquādo predicata quidditatiua vocamus formas et ideo ad explicandum causam formalem anime qualiter sic improprie conuenit causa formalis: ponūtur in hac diffinitione predicata quidditatiua: cum dicimus q anima est actus substātialis. Deinde explicatur causa materialis siue subiectiua anime: cum dicitur physici organici. postea exponitur causa finalis cum dicitur in potētia vitam habētis: si per vitam volumus intelligere operationes vitales nam operatio dicitur aliquo modo finis operantis: vt habetur in secundo celi. Deinde declaro q hec diffinitio conuertitur cum isto termino anima et conuenit omni anime et nullis alijs et primo declaro q conueniat omni anime: quia omnis anima est actus substātialis: vt ante dictum est: et actus primus prout dicitur actus primus in ordine ad operationem que ab eo procedit quia ab omni anima sunt innate procedere operationes vitales: omnis etiam anima est actus corporis organici: quod patet manifeste de animabus corporum: sed de animabus separatis: diceremus primo de hūana anima secundum fidem quod ipsa habet quandam inclinationem ad reunionem sui cum corpore: ideo saltem inclinatiue potest dici actus corporis physici organici: sed forte de hoc

Aristoteles non curauit. De animabus autem celorum dictum fuit q ille sunt actus corporum celestium modo corpora celestia sunt physica organica: quoniam licet in eis nō sit diuersitas figurarum in membris: sunt tamen diuerse virtutes in diuersis partibus deputate ad diuersa officia. vñ propter hoc ponit Aristoteles in secūdo celi q in celo distinguūtur dextrum: sinistrum: ante: et retro: sursum: deorsum: et potiꝰ etiam de alio deseruiunt q̄ alie partes. ¶ Omnis etiam anima est actus in potentia vitam habentis: adhuc secundum duplicem expositionem. Prima expositio est q omnis anima est actus viuentis in potētia id est anima ex qua illud est actu viuens: quod ipsa circunscripta esset solum viuens in potentia: et ista est multum cōueniens expositio: et accipitur ibi potentia pro potentia ad actum prime vite. Alia expositio est q anima est actus viuētis in potentia id est anima est actus potentis exercere opera vitalia. Dico actus primus scilicet a quo procedunt huiusmodi opera: et tunc est ibi sermo de potentia ad actus secundos vitales. ¶ Nunc restat declarandum q hec diffinitio conueniat solum anime et hoc sic patet: quia per hoc quod dicit anima est actus differt anima a prima materia: que est pura potētia: et etiam a composito: quod non est proprie loquendo actus: licet sit in actu per formam. et cum dicitur primus differt anima per hoc ab actibus sensitiuis qui sunt motus et operationes vitales. Deinde cum dico substantialis: differt per hoc anima ab accidentibus quorum quedam dicuntur actus primi q2 ab eis procedunt operationes: sicut sunt scientie et virtutes: imo etiam et caliditas et frigiditas et grauitas: et leuitas: tamen non sunt actus substantiales. Deinde cum dico corporis. forte per hoc non contrahitur illud quod precedit: quia omnis actus substātialis est aliquo modo actus corporis alicuius: tamen nō male ponitur hec clausula: quia ponitur ad explicādum causam materialem siue subiectiuam. Similiter cum dico physici nō cōtraho quod ante pretēdebat: quoniam omne corpus est physicum siue naturale nō obstante q etiam dicatur artificiale. Tamen illa clausula non ociose apponitur: quia per eam designo q anima nō cōuenit corporibus ea ratione qua sub artem cadunt sed conuenit eis per naturam: imo tanq̄ eorum natura. Deinde etiam cum dico organici differt per hoc anima a formis substantialibus elementorum et mineralium id est lapidum et metallorum: quoniam illorum corpora nō sunt organica. Ultimo cum dicitur vitam habentis: differt p hoc anima a forma substantiali seminis aut cadaueris: dum tamen illam clausulam debite exponamus scilicet q anima est actus habentis vitam in potentia. i. anima est actus quo aliquid dicitur actu viuens cum ante vel ipso circunscripto nō diceretur viuēs nisi in potētia. Manifestū est enim q forma substantialis oui aut grani frumenti: licet sit actus primus substantialis corporis physici organici: tamen non est actus quo ouum vel frumentum dicatur actu viuens: imo solum viuens in potentia sed anima adueniens iam erit quo illud diceretur actu viuens cum ante diceretur solum viuens in potentia et ita etiam forma substantialis cadaueris: licet sit actus corporis organici tamen non est actus quo aliquid dicatur actu viuens. Et istam expositionem notauit Aristo. in litera dicens q quando dicimus animam esse actum viuētis in potentia: non intendimus per hoc abijcere vitam: scilicet q illud non sit viuens actu: q2 tunc illa esset descriptio forme seminis magis q̄ anime sed intendimus q ipsum corpus per animam sit actu viuens ita q ipsa circunscripta non diceret viuens nisi in potentia. Uerum est etiam q aliqui aliter intelligunt illam clausulam: scilicet q anima est actus viuētis in potentia id est secundum quam viuens est in potentia propinqua ad vitam: id est ad operationes vitales: licet intelligant vitam pro actu prime vite: et sic etiam per hoc differret a forma seminis quia semen non est in potentia propinqua ad exercendum opera vitalia: nisi ante precedat substantialis transmutatio: secundum quam in eo generetur anima.

¶ His visis respondēdum est ad rationes

Ad primam potest dici q anima est actus corporis compositi scilicet animalis aut plante: scz tanq̄ quo ipsum est actu illud quod est: et posset etiam concedi: q anima est actus materie tanq̄ eius quod ipsa informat. ¶ Ad aliam dictum fuit quare ponebat physici. ¶ Ad aliā cōcedo q aīa est simplex substantialr tñ vtualr est multiplex: hoc est dictu: q ipsa est potens in multa opera diuersa propter que exercenda ipsa indiget diuersis organis: ideo ipsa est actus corporis organici. ¶ Ad aliam que arguebat de parte anime informante modicam carnem homogeneam posset dici q hic non describitur anima nisi pro animabus totalibus: et non pro partialibus: sicut erat illa de qua arguebas: dicendo illam animam totalem que nō est pars alicuius anime. ¶ Sed adhuc ista solutio non videtur sufficere: quia si tu dicis q hic non intendimus diffinire nisi animam totalem: tunc sequitur aliud incōueniens: scz q hec diffinitio conueniret alijs a diffinito quia conuenit anime partiali capitis: eo q caput est corpus organicum. Et ideo posset aliter responderi q corpus organicum dupliciter dicitur. vno modo quia compositum ex partibus diuersarum rationum: deputatis instrumentaliter ad diuersas operationes et ita caput et pes: et totale animal essent corpora organica: sed non modica caro homogenea. Secūdo modo dicitur corpus organicum quia est pars quantitatiua corporis predicti: et sic tam caro quam neruus esset corpus organicum: vnde non aliud significat organicum quā instrumentum: modo caro in animali licet sit homogenea tamē est instrumētum deputatum ad aliam operationem q̄ neruus vel os: ideo illa caro potest dici corpus organicū. ¶ Ad aliā expositum fuit q non intendimus abijcere vitam cum dicimus actus viuentis in potentia. ¶ Ad aliam: potest dici qd actus bene diffinitur per potentiam: q̄uis potentia diffiniatur per actum: q2 sicut dicit cōmentator nono metaphysice: actus et potentia sunt relatiua ad inuicem: et talia bene diffiniuntur per se inuicem et non accidit in malum: vt dicit commentator: et vos habetis idem a Porphirio dicente: quia genus et species dicūtur a dinuicem relatiue idcirco oportet in vtrorumq rationibus vtrisq vti. Sed forte tu obijcies quia sic potentia non est notior actu: et tamen diffinitio debet notificare diffinitum: et nihil notificatur nisi per notius: quomodo ergo diffinietur actus per potentiam? Respondetur posset q̄ vtrunq relatiuorum quodāmodo cōnotat reliquum tanq̄ terminum ad quem dicitur: ideo breuiter dicemus q vnū relatiuum diffinitur per alterum non tanq̄ per illud per qd cognoscitur et notificatur: sed tanq̄ per illud cum quo cognoscitur: sunt enim simul natura id est simul naturaliter cognoscuntur. ita quod non vnum sine reliquo. ¶ De vltima ratione dictum fuit.

Questio. V.



Ueritur quinto vtrum in homine sit eadem anima vegetatiua sensitiua et intellectiua. arguitur q non: quia anima sensitiua est organica et extensa: anima autem intellectiua nec est organica nec extensa: cum ipsa ponatur esse indiuisibilis. ergo hec non est illa. probatur maior: quia omnis illa anima videtur esse organica et extensa que ad omne opus suum requirit organum corporeum et extensum: modo sic est de sensitiua igitur. ¶ Item: omnis anima sensitiua vel vegetatiua est generabilis vel corruptibilis sed anima intellectiua non ponitur generabilis neq corruptibilis: vnde si fiat de nouo: non ponitur fieri per generationem: sed per creationem: ergo hec non est illa. et probatur maior: primo qd sit generabilis per Aristotelem in secundo huius dicentem q sensitiui prima immutatio fit a generante: hoc etiam patz de corpore quia post mortē nō videtur manere anima sensitiua cum tunc non possit sentire et ideo bene dicit Aristoteles de potentia intellectiua qd ipsa separatur ab alijs sicut perpetuum a corruptibili: ideo adhuc sequitur qd intellectiua non est sensitiua vel vegetatiua quoniam perpetuum nō est corruptibile. ¶ Itē: contraria iudicia non possunt simul esse in eodem subiecto indiuisibili: propter hoc enī dicitur quarto metaphysice quod nullus potest simul opinari contradictoria: q2 opiniones contradictoriarum sunt contrarie: et contraria non possunt simul esse in eodem: sed idem homo habz simul contraria iudicia in sensu et intellectu: ergo non est in eo eadem res sensus et intellectus. Et declaro minorem: quia idem homo per visum iudicat solem esse bipedalem aut solū tripedalem: et tamen per intellectū iudicat ipsum esse maiorem terra: et si baculus rectus ponatur pro medietate ī aqua et pro alia medietate extra aquam iudicabitur per visum fractus vel curuus et ad intellectum rectus. ¶ Item: si esset eadem anima

dem anima in homine vegetatiua sensitiua & itellectiua: tūc
homo nō esset compositus substantialiter nisi ex prima ma-
teria & forma intellectiua: modo cōsequens est falsum: igitur
consequentia prima patet: quia communiter omnes negan-
tes plures esse animas in eodem supposito negant similiter
plures esse formas substantiales in eodem supposito: quod
si ponatur non erit substantia in homine nisi prima materia
& anima intellectiua: sed probo falsitatem consequentis: q2
sequeretur q̄ homo non possit nutriri: eo quod in nutritiōe
oportet nutrimentum corrumpi & ex eo generari aliquid de
substantia nutriti: modo hoc est impossibile: quia nec posset
generari aliquid de materia prima nec aliquid de anima in-
tellectiua: & sic etiam sequitur aliquid contra Aristotelē sci-
licet quod non semper corruptio vnius esset generatio alte-
rius: imo corrumperetur in nutritione alimentum & forma
substantialis alimenti: & non generaretur aliquid substātia-
liter quia nihil posset generari de substātia hominis. ¶ Itē
adhuc sequeretur aliud inconueniens .s. q̄ nullum agēs na-
turale generaret animam humanā: pro tanto quia nō esset
anima humana nisi intellectiua & illa ponitur creari a deo &
non generari naturaliter sed illud consequens videt absur-
dum: primo: quia tunc pater tuus nō genuerit te: nec Aristo
teles diceret verum dicendo q̄ homo generat hominē & sol.
& Aristoteles secundo huius describit potentiam vegetati-
uam quod ipsa est generatiua in alio qualis ipsa est q̄ est
falsum de vegetatiua hominis. ¶ Adhuc sequeret aliud in-
conueniens .s. quod asinus haberet nobiliorem operationē
in generando asinum quā homo in generando hominem: q̄
est absurdum: & patet consequentia quia asinus generando
asinum generaret substantiā & homo non generaret substan
tiam: quia nec materiam nec formam: nec per consequens to
tum compositum: cum non sit aliud compositum q̄ materia
& forma. ¶ Item: nihil aduersat & obuiat sibi ipsi: nihil etiā
afficitur affectionibus contrariis: sed illa cōueniunt anime
sensitiue & anime intellectiue in homine igitur non sunt ea-
dem: maior videtur nota de se: & minor patet: quia sicut dicit
primo ethicorum sensus siue appetit' sensitiu' in nobis ob-
uiat & aduersatur rationi: & sepe sensus in aliquo tristatur in
quo intellectus delectatur & econtra: & hoc apparuit maxie
de Christo cuius anima intellectiua semper summe delecta-
batur: q2 semper fruebatur beatitudine: & tamē de anima sen
sitiua dixit: tristis est anima mea &c. ¶ Item non est omnino
eadem substantia qua sortes est homo & qua est animal: et
tamen non est diuersitas ex parte materie vt omnes conce-
dunt: ergo est diuersitas ex parte formarum: quod nō potest
esse nisi anima sensitiua qua ipse est animal sit diuersa ab in-
tellectiua qua ipse est homo: & ego probo maiorem huius ra-
tionis: quia si esset omnino eadem substantia qua sortes est
homo & qua sortes est animal: tunc sequeretur quod quicqd
inesset sorti secundum quod est homo inesset ipsi secundū q̄
animal & econuerso: modo hoc est falsū: quia esse risibile in-
est sorti secundū q̄ homo & non secundū q̄ animal & esse sen
sitiuum econtra inest illi secundū q̄ animal & non secundū
quod homo. ¶ Item: non possumus arguere diuersitatē spe
cificam formarū substantialium nisi per diuersitatem opera
tionum: ideo oportet concedere q̄ operationes similes pue-
niunt a formis consimilibus & eiusdem rationis: & operatio
nes dissimiles proueniunt a formis dissimilibus: & diuersarū
rationū. Sed constat quod in homine nutrire sentire: & intel
ligere: sunt operationes valde dissimiles igitur ille sunt a di
uersis formis substantialibus & non sunt nisi ab animabus:
igitur. Et etiam videre est eiusdem rationis in homine & in
equo cum sit eiusdem obiecti: & actus distinguūtur per obie
cta: per consequens videre in homine et in equo proueniūt
a formis eiusdem ratiōis: quod nō possit esse nisi anima sen
sitiua in homine distingueretur ab intellectiua.

Oppositum arguitur per commentatorem
in de substantia orbis dicentem: quod vnum subiectum ha-
bere plus q̄ vnā formā est impossibile: & loquitur de formis
substantialibus. ¶ Item si concedamus quod animal secū-
dum quod animal viuit: concedendum est q̄ in animali nō
distinguitur anima vegetatiua secundū quam viuit ab ani-
ma sensitiua secundum quā est animal. Et Aristoteles in li-
bro de morte & vita videtur dicere quod animal secundū q̄
animal viuit: concedit enim quod impossibile est animal se-
cundum quod animal non viuere. ¶ Item sequitur quod
homo esset plura animata: quia quelibet anima dat esse ani-
matum. ¶ Item: sequitur quod homo vel equus non esset
per se aliquod vnum: consequens est falsum: & probatur cō-
sequentia: quia septimo metaphysice: ex pluribus in actu nō
fit vnū per se: & tamen quelibet anima in homine esset in ac-
tu: imo esset actus nobilior & perfectior quam sit vegetatiua
plante. ¶ Item: si anime plures in homine essent eiusdē spe
ciei vna videretur superfluere: & si essent diuersarum specie-
rum: tunc homo esset diuersarum specierū in genere anima
torum quod est inconueniens. ¶ Itē anima sensitiua adue-
niens vegetatiue esset forma accidētalis: q2 forma illa videt
accidētalis que habet subiectū in actu per formā substantia
lem: & sic esset in proposito.


Dicam quod de hoc mihi videtur ponēdo
istam conclusionem. In homine non differt anima intellecti
ua ab anima sensitiua vel ab anima vegetatiua: & similiter in
equo nō differt anima sensitiua ab anima vegetatiua: & ista
conclusio potest faciliter persuaderi tali modo: quia certum
est quod si in homine differrēt ille anime: cū in homine esset
anima sensitiua perfectior q̄ in brutis: & anima vegetatiua
perfectior q̄ in plantis: eo quod perfectius sentit homo quā
animalia bruta: & si non secundum quemlibet sensum exterio
rem: tamen secundum interiores sentit nobilius & perfecti':
similiter etiam secundum potentiā vegetatiuam animal per
fectius nutritur & nobiliori alimento vtitur quā plante. Et
ideo cum iste anime sint perfectiores in homine q̄ in alio: se
quitur quod quelibet istarum est actus sufficiens ad consti
tuendum suppositum in actu substantiali completo vlterio-
ri anima circumscripta & per potentiam diuinā remota. Tūc
ergo pono casū quod per potentiam diuinam remoueatur
a corpore humano anima intellectiua: tamen seruata anima
sensitiua & anima vegetatiua: hoc enim est possibile si sint di
uerse: imo multi qui istas animas diuersas posuerunt dixe
runt in embrione prius tempore formari animā vegetatiuā
quā animā sensitiuam: & sensitiuam quā intellectiuā: & redi-
cto ergo casu posito quererem': quod animal esset illud ani-
matum a quo remota est anima intellectiua & constat quod
illud non est de specie humana: ergo esset animal brutum:
ideo homo esset compositus ex animali bruto & anima intel-
lectiua: quod videtur inconueniens: & etiam ex animali bru
to absq3 eius corruptione posset fieri homo per aduentū ani
me intellectiue. ista videntur esse absurda. ¶ Item: sequere-
tur quod anima vegetatiua esset in equo nobilior q̄ anima
sensitiua: modo consequens est falsum vt omnes communi-
ter concederent: sed probatur consequentia: quia ceteris pa
rib' agere est nobilius q̄ pati vel recipere aliquod accidēs
cum substantia sit nobilior accidente: & cum anima vegetati
ua in equo generaret substantiam tam conuertēdo nutrimē
tum in substantiam equi q̄ etiam generando alium equum
& anima sensitiua in eodem equo non ageret aliquam substā
tiam sed solum reciperet vel ageret actum sentiendi qui est
quoddam accidens: & sic anima vegetatiua esset nobilior q̄
est inconueniens & cum de ratione perfecti sit generare sibi
simile: videtur q2 q̄ equus non sit animal perfectum nisi ra-
tione anime sensitiue: videtur ergo quod equus debet gene
rare equū sibi similem per illam animam sensitiuam p quā
ipse est equus & perfectum animal: & hoc non esset verum si
anima sensitiua in equo esset distincta ab anima vegetatiua.
¶ Item ponentes plures animas in homine & in equo: po-
nunt quod secundum animam vegetatiua homo & equus
& plante sunt eiusdem rationis ita quod in eis est anima ve
getatiua eiusdem rationis: & sequitur quod in homine & in
equo & in asino anima sensitiua est eiusdem rationis: & ideo
si hoc sit falsum sequitur quod non debeant sic poni plures
anime in eodem. Et ideo statim declarabitur q̄ illud erat
falsum quoniam anima vegetatiua in homine & anima ve-
getatiua in plantis vtuntur valde diuersis nutrimentis: et
producunt mēbra diuersa: & semina diuersarum rationum:
ideo apparet quod ille anime sint adinuicem diuersarū ra-
tionū: ideo in eodem non debent poni plures tales anime.
¶ Et confirmatur ista ratio: quia certum est quod eadem
anima potest habere diuersas et dissimiles operationes et
membra dissimilia mediantibus quibus exercet illas opera
tiones: sicut anima vegetatiua in arbore exercet aliā opera-

tionem per radices ⁊ aliā per ramos: Tunc igitur si tu concedis quod anime vegetatiue in planta: in equo: ⁊ in homine sint eiusdē rationis: equus erit cōpositus ex planta ⁊ anima sensitiua: ⁊ pari ratione homo ex bruto ⁊ anima intellectiua: quod est absurdum. ¶ Si vero dicatur quod ille anime vegetatiue sunt in illis diuersarum rationum ⁊ specierū: tūc oportebit dicere quod anima vegetatiua animalis est perfectior ⁊ nobilioris gradus q̄ȝ anima vegetatiua plante: ideo poterit habere plures ⁊ nobiliores operationes: cū nō repugnet anime simplici habere diuersas operationes vt dicebatur de planta: hoc autem concesso superfluuȝ erit in animali ponere preter vegetatiuam aliā animā: quia poterit statiȝ dici secundū predicta quod ipsa habet operationem sentiēdi cū operatione vegetandi. ¶ Itē: huiusmodi diuersitas animarum nō posset rationabiliter argui nisi ex diuersitate operationum: sed tale argumentum non vȝ: qr diuerse operationes etiam specie non arguant in eodem supposito diuersas animas: cum planta habeat multas operationes etiam specie diuersas: licet habeat solā animā vegetatiuam: ⁊ cum etiam animal secundum vnam sensitiuam valde diuersas operationes habeat: vt videre: audire: ⁊ sic de multis alijs: igitur non debent poni plures anime in eodem. ¶ Ultimo posset argui sic: frustra in natura ponunt plura si oīa possūt saluari per pauciora: sed oīa que apparēt in hoībus ⁊ ceteris aīalibus possunt saluari per vnicā animā in vnico supposito: vt apparebit si rationes aliorum possint solui: igitur non sunt plures anime in eodem.

Nunc igitur soluende sunt ratiões que ad oppositum fuerūt adducte. Ad primā: dico quod anima sensitiua vel vegetatiua in homine non est extensa nec educta de potentia materie sicut nec intellectiua. Dico etiam quod anima intellectiua potest dici forma organica: nō qr habeat partes diuersarum rationum: quia sic non est anima equi organisata: sed potest dici organisata quia informat corpus organicum ⁊ vtitur diuersis organis siue mēbris ad suas operationes exercendas: verum est tamen sicut solet dici quod anima intellectiua aliter se habet ad organa quantū ad sentire: ⁊ aliter quantum ad intelligere: quia anima intellectiua secundum se ipsam solam recipit actum intelligendi: ita quod corpus nullo modo est de cuius potētia educatur ille actus: sed anima intellectiua non recipit actum sentiēdi nisi secundū communicationem cū corpore: ita quod species sensibilis ⁊ actus sentiendi educuntur non solum de potentia anime: sed etiam de potentia materie: ⁊ ideo actus sentiēdi extenditur extensione corporis seu organi quo anima vtitur in sentiendo. Actus vero intelligendi nullo modo extēditur sicut nec ipsa anima: ⁊ hoc est quod volumus quando dicimus quod ipsa anima quantū ad intelligere non vtitur organo corporeo sed vtitur eo quantum ad sentire. ¶ Ad aliā dico qd̄ non aliter generatur sensitiua in homine q̄ȝ anima intellectiua: sed in alijs animalibus aliter generat: nec anima sensitiua corrumpitur in morte hominis: sed non pōt exercere actum sentiendi: ⁊ ideo dicunt aliqui quod ipsa desinit esse sensitiua licet sensitiua anima non desinat esse: tamē ego credo quod ipsa non desinat esse sensitiua quia esse sensitiuum est idem quod posse sentire: modo anima licet sit separata a corpore potest sentire: quia potest reuniri: ⁊ tūc sentiet verum est tamen quod hec nō est possibilis: anima separata a corpore sentit. ¶ Ad aliam: dico qd̄ nunq̄ȝ in eadeȝ anima intellectiua sunt contraria iudicia siue opiniones cōtrarie: qr sciens solem esse maiorem terra per intellectum nunquā per apparitionem sensus assentiet solem esse bipedalem: nec assentiet baculum in aqua esse fractum sed solummodo homo asserit quod sol in eius sensu facit speciem qualem vel quantam faceret corpus bipedale propinquans visui: ⁊ asserit etiam quod baculus cuius medietas est in aqua facit in oculo speciem qualem faceret baculus fractus qui esset in medio vniformi: vnde statim superueniente iudicio assertiuo intellectus: homo cadit ab assertione quam prius habebat secundum sensum: si illa sunt opposita. ¶ Ad aliam: dico quod homo nutritur quia in materia alimenti generatur forma substantialis hominis. ¶ Unde debetis scire qd̄ homo fit albus licet homo non fiat: ⁊ homo etiam de nouo fit in hac domo: licet ipse nō de nouo fiat: ⁊ ita similiter anima intellectiua fit de nouo in materia tali ⁊ tamen tunc ipsa nō fit de nouo: ⁊ hoc modo conuertitur alimentum in substantiaȝ hominis: quia corrumpitur forma alimenti. ⁊ generatur forma hominis in ipsa materia: licet non simpliciter generetur. ¶ Ad aliam de aduersatione vel obuiatione ⁊ diuersis seu contrarijs affectionibus statim apparet quod illa ratio non est demonstratiua: quia hoc modo ipsamet volūtas sibi ipsi aduersaretur ⁊ quasi contrarijs affectionibus afficeret: vnde ex hoc quod voluntaria sunt mixta cum inuolūtarijs: verbi gratia: nauta videns tempestatem maris per voluntatē multum desiderat salutem corporis tamen multuȝ tristatur de perditione rerum suarum quas oportet proijcere in mare si saluetur: licet velit eas proijcere in mare ⁊ de facto ꝓijciat tamen cum magno dolore ⁊ magna tristitia: ⁊ longuȝ tempus apponit anteq̄ȝ proijciat propter rebellionem diuersorum actuum volendi adinuicem: scilicet quia vellet tempestatem euadere ⁊ res suas saluare. Sed vos videtis quod isti actus obuiantes sibi inuicem sunt circa diuersa obiecta vel ratione diuersarum proprietatum in eodem subiecto apparentium ⁊ ideo non est ibi proprie ꝯtrarietas. sic ergo dico in proposito quod sensus dicitur aduersari rationi: quia sensus percipit quod hoc esset sibi valde delectabile de p̄senti: ⁊ ratio considerans futurum percipit nocumentū quod sequeretur ⁊ sic breuiter non solum ad sensum sed ad ipsam volūtatem est ibi quedā perplexio: sed vos videtis quod hoc est propter diuersa obiecta ideo non est ibi contrarietas. ¶ Ad aliam: dico quod pater tuus non aliter genuit te nisi quia ꝓduxit semen: per quod materia disponitur ad receptionē forme tue: ⁊ consimiliter dico de equo quoniam cum equus produxit semen suū nonduȝ est ex eo equus genitus: ⁊ si statim moriatur equus qui produxit illud semen non propter hoc impediretur quin ex illo semine generetur equus ⁊ ideo vnū animal non generat aliud tanq̄ȝ principale agens sed solum sicut ministrans semē: ⁊ ex hoc solo dicitur pater ⁊ ꝓpter hoc etiam solūmodo potentia vegetatiua est generatiua sibi similis: ⁊ ex hoc etiā responsum est quod asinus nō habet nobiliorem operationē in generatione asini: q̄ȝ homo in generatione hominis: quia neuter generat nisi producendo semen quod preparat materiam: ⁊ agens principale producens animā hominis vel asini est aliud ab homine vel asino. quia est substantia separata vt deus sicut debet videri septimo metaphysice. ¶ Ad aliā dico qd̄ secundum eandem substantiam omnino sortes est ⁊ homo ⁊ animal. ⁊ quicquid inest sorti per substantiaȝ secundū quā est homo: illud inest ipsi per substātiam secundū quam est animal: tamen concedo quod hec est vera sortes est risibilis inquantum homo: ⁊ hec nō est vera sortes est risibilis inquātuȝ est animal: sed hoc non est quia hec dictio inquantū reduplicet diuersas substantias in sorte: sed quia reduplicat diuersos terminos significatiuos.

¶ Ad alias rationes que arguebant de diuersitate operuȝ: dico quod operationes ꝑ se conueniētes aliquibus suppositis secundū totas suas species si inueniantur in eodē supposito tales quales in alio non inueniuntur: debet argui quod illa supposita habent formas substantiales diuersarum specierum: nec aliter potest argui distinctio specifica in substantijs: sed quantumcunq̄ȝ sint diuerse in eodē supposito nō arguit diuersitas formarū substantialiū qr non repugnat eidē forme substātiali habere dissimiles operationes per dissimiles qualitates vel per dissimilia instrumēta sicut igni naturale est calefacere ⁊ se mouere sursum que sunt dissimiles operationes.

Questio. VI.



Queritur sexto. vtrū potentie anime sint distincte ab anima. Arguitur primo q̄ anima sit distincta a suis potentijs: quia si esset eadem suis potentijs sequeretur q̄ ille potentie essent eedē inter se: consequens est falsum: ergo ⁊ antecedens. consequentia manifesta est ꝑ illam regulam: quecūq̄ȝ vni et eidem sunt eadē: inter se sunt eadeȝ sed falsitas consequentis probatur multipliciter scȝ q̄ potētie anime sunt abinuicem distincte ⁊ non eedem: primo quia ille potentie vt sensitiua ⁊ vegetatiua habent diuersos act⁹ ⁊

diuersa

diuersa obiecta: ⁊ tamen potentie distinguntur per actus ⁊ obiecta sua: vt patet in secundo huius ⁊ in nono metaphysice. ¶ Et confirmatur idem: quia potentie anime in eodē supposito habent diuersa organa: vt visiua oculum: ⁊ auditiua aurē: ideo videntur distincte. ¶ Quod iterū confirmatur quia in hoīe vel in equo est potētia tactiua vbi nō est visiua nā tactiua est in pede: ⁊ visiua nō est in pede: quoniam si visiua esset in pede: ipsa esset frustra. eo quod nunquam posset ibi exercere actum suū: igitur oportet ꝙ ille sint distincte ab inuicem. ¶ Adhuc istud confirmatur quia omnes medici ⁊ naturales concedunt cerebrum habere talem potentiam qualem nō habet cor aut hepar ⁊ tamen ille potentie sunt potentie anime: ⁊ nō solū corporis. eo quod non remanet anima remota: ergo potentie anime distinguuntur abinuicem. Et confirmatur idem: per Aristotelem qui distinguit illas potentias anime contra se inuicem ⁊ ponit inter eas ordinem priorum ⁊ posteriorum: quod nō faceret si nō essent abinuicem distincte. Et in primo ethicorum dicit Aristoteles ꝙ appetitus sensitiuus aduersatur intellectiuo: ergo sunt diuerse potētie appetitiue. etiam intellectus est nobilior sensu ideo distinctus a sensu: quod etiam patet: quia intellectus nō est potentia organica: ⁊ sensus est potentia organica: Et Aristoteles dicit intellect⁹ separatur ab alijs potētijs sicut perpetuū a corruptibili. Solem⁹ etiam dicere ꝙ potētiarum anime quedā sunt cognoscitiue: alie nō cognoscitiue: ⁊ quedam reseruatiue specierū vt fantasia: ⁊ memoria: ⁊ alie nō reseruatiue: vt sensus exteriores sensus cōis: ⁊ virt⁹ cogitatiua: igitur tales sunt abinuicē distincte. ¶ Itē: sicut potētia materie se habet ad materiā ita potentia anime se habet ad animam per simile: ⁊ tamen potentia materie differt a materia: igitur. ⁊ probatur minor expresse per cōmentatorem primo physicorum hoc dicentem: ad quod probandum commentator adducit tres rationes. Prima est: quia potentie materie sunt in eadem materia multe secundū multitudinē formarū ad quas materia est in potentia: ⁊ potentia materie ad formā corrūpitur illa forma adueniente: ⁊ ipsa materia nō corrumpitur: ⁊ quia sunt in diuersis predicamentis vt dicitur. materia enim est substātia ⁊ potentie materie sunt ad aliquid.

Oppositum tamen arguitur: quia in secundo huius dicitur materia est potentia: ideo materia non est distincta a sua potentia ⁊ pari ratione ita erit de aīa. ¶ Itē si anima esset distincta a sua potentia sequeretur quod oporteret ponere in anima infinitas potentias subordinatas: modo consequens est absurdum: ⁊ probatur consequentia: quia anima est in potentia ad quodlibet accidēs sibi inherens: ideo si potentia sit accidens sibi additum anima erit in potentia ad illam potentiam: ⁊ queremus: vtrum per se ipsam ⁊ non per aliquod additum sit in potentia ad illam potentiam: vel per aliam potentiam additam: si per se ipsam tunc pari ratione debebat ita dici de prima potētia: ⁊ si per aliam additam tunc reducatur questio ⁊ proceditur in infinitū. ¶ Item quedam diffinitio anime datur ab Aristotele in secundo huius: quod anima est qua viuimus sentimus ⁊ intelligimus: modo hec diffinitio conuenit potentijs anime: quia potētia vegetatiua viuimus: ⁊ sensitiua sentimus: ergo ille potētie nō sunt distincte ab anima: cum diffinitio nō debeat conuenire alijs a diffinito. ¶ Itē: tertio huius dicit Aristoteles sicut ⁊ non alterum appetitiuū ⁊ fugitiuum neque abinuicem neque a sensitiuo: ita vult ꝙ anime potentie nō sunt distincte abinuicem: quo concesso debet etiam concedi quod nō sunt distincte ab anima.

Ad istam questionem dico primo ꝙ omnis anima est potentia. Ad euidentiam cuius debetis notare ꝙ Aristoteles quinto metaphysice ⁊ nono: distinguit potētiam quantum ad eius principia in potentiā actiuā ⁊ potentiam passiuam ⁊ in habitum impassibilitatis: id est in qualitatiuā dispositionē secundū quā subiectum potest resistere corruptiuis ⁊ nociuis: ⁊ iste terti⁹ modus potētie pertinet ad primam speciem qualitatis. ¶ Deinde Aristoteles ibidem describit potentiā actiuā ⁊ potentiā passiuā: scilicet ꝙ potentia actiua est principium transmutandi alterum inquantū alterū ⁊ potētia passiua est principium transmutandi ab altero. ita breuiter apparet ꝙ omne principium mouendi vel transmutandi est potentia: ⁊ si sit principiū mouendi atque transmutandi passiue est potentia passiua ⁊ ideo videtis quod deus qui absolut⁹ est ab omni accidēte sibi addito est potentia actiua: quia est principiū actiuū aliorū. Ex dictis probatur manifeste cōclusio proposita quia omne principium actiuum aut passiuū est potentia: sed omnis anima est principium actiuum quia sicut dicit Aristoteles secundo huius: anima est causa siue principium corporis secundum agens secundum formam ⁊ secundū finem: ergo omnis anima est potentia. Et confirmatur: quia omnis natura est potentia: vt patet per diffinitionem nature: in qua dicitur quod natura est principiū mouendi ⁊ quiescendi. ⁊c. sed anima est natura: cum sit forma substantialis animati: igitur. ¶ Secundo etiam dico: quod ad omnem operationem anime seu respectu omnis operationis anime anima est potentia. quod probatur: quia hec nomina potentia ⁊ act⁹ dicuntur adinuicē relatiue: vt habetur nono metaphysice. Unde ex eo potentia dicitur: quia ipsa est alicuius actus principium: vel passiuum: vel actiuum: ⁊ omnis operatio est quasi actus quidam: modo cuiuslibet operatiōis anime anima est principium vel actiuum vel passiuum: igitur respectu cuiuslibet operationis anime anima est potentia.


¶ Deinde vlterius dico quod in omni viuente: saltem mortali anima est potentia nutritiua seu potentia vegetatiua: quia non ex alio dicitur potentia nutritiua nisi quia est principiū actiuum nutritionis. modo in omni viuente mortali anima in principiū actiuū nutritiōis eodē modo dicemus quod in omni animali anima est potentia sensitiua: quia nō ex alio dicitur potentia sensitiua nisi quia est principium sensationis actiuum: si sentire sit agere: vel passiuum: si sentire sit pati: modo in omni animali anima sic est principium sensationis. Et eodem modo specialius descendendo dicem⁹ ꝙ in omni vidēte vel audiente anima est potentia visiua vel etiā potentia auditiua: quia est principiū videndi vel audiendi: ⁊ sic de alijs. ¶ Ultimo quantum ad presens ego concludo: quod si vnica est anima in equo: ipsa est potentia sensitiua: ⁊ potentia appetitiua: ⁊ potentia secundum locum motiua. ⁊ etiam potētia vegetatiua: ⁊ ipsa etiā est potentia nutritiua: augmentatiua: generatiua: visiua: auditiua: ⁊ sic de alijs: quapropter in equo potentia vegetandi non differt a potentia sentiēdi: nec a potentia secundum locum mouendi ⁊c. ¶ Sed statim circa hec possunt moueri alique dubitationes. vna est: cum anima humana sit potentia intellectiua ⁊ potentia sensitiua ⁊ potētia vegetatiua: vtrū hec sit vera: anima humana est plures potētie: ⁊ mihi videtur de virtute sermonis nō esse cōcedendum ꝙ anima sit plures potētie: imo ipsa est potētia: ad plures operationes verbi gratia. sicut homo habens plures filios non est plures patres nec plures paternitates: sed est pater ad plures: ita vna anima humana: licet possit in plures operatiōes nō debet dici plures potestates vel plures potentie sed vnā potens in plura: vel vna potentia ad plura: tamen conceditur quod anima humana est plures potentie: ad istū sensum quod ipsa est potens ad plures operationes: ⁊ quod ipsa nominatur diuersis nominibus contentis sub hoc nomine potētia: quoniam inquantū potest in actū intelligendi ipsa nominatur potentia intellectiua: ⁊ inquantū pōt in actū sentiendi ipsa nominatur potentia sensitiua ⁊ sic de alijs. ¶ Deinde etiā dubitatur si potentia sensitiua est anima quomodo erit verum dicere quod ipsa sit potentia anime cum anima non sit anime. Respondetur breuiter: ꝙ licet potētia dei sit deus et nihil aliud: vt omnes concedunt: tamen nos dicimus potētia dei: licet nō dicam⁹ deus dei imo etiā dicimus substātia dei: deitas dei: quamuis nullo modo in re sit hoc distinctū ab illo: talis locutio consueta est propter diuersos modos significādi grāmaticales.

Istis visis alie conclusiones sunt ponende ⁊ pono istam conclusionem ꝙ potentia vegetatiua in homine vel in equo non est anima: potentia etiam sensitiua nō est anima: imo etiam potentia sensitiua in equo est alia visiua: alia auditiua. Et ad hoc declarandū debetis supponere quid nominis potentie ex quinto ⁊ nono metaphysice: scilicet quod potentia est principium actiuum aut passiuū alicuius mot⁹ vel operationis: aut omnino alicuius actionis vel passiōis: si proprie loquamur de potentia: modo in igne calefaciente duplex est principiū actiuū calefactionis. vnū dicitur sicut primum ⁊ principale: scilicet forma substātialis ipsius ignis ⁊ aliud est immediatum ⁊ instrumentale: vt caliditas: ⁊ ideo oportet quod vtrunque istorum dicatur potentia calefactiua

nam forma substantialis ignis est potentia calefactiua prin principalis: et caliditas est potentia calefactiua immediata et sicut instrumentalis: ignis vero calefacit per calefactionem tanquam per suum propriu instrumentum: ita in proposito nutritionis vel sensationis duplex est principium quantum spectat ad propositum. Unum principale et hoc in ipso viuente et hoc est ipsa anima. Aliud est tanquam immediatum et instrumentale et hoc est calor naturalis per quem anima vegetat et nutrit: vel dispositio qualitatiua organi per quam instrumentaliter anima sentit: videt: vel audit cum ergo tam anima quam ille dispositiones qualitatiue sint principia operationum anime aut actiua aut passiua: oportet quod hec omnia dicantur potentie in respectu huiusmodi operationum. Sic ergo potestis habere quod potentia prima et principalis vegetatiua: sensitiua: visiua: vel auditiua est ipsa anima: sed potentia immediata et instrumentalis vegetatiua: vel sensitiua: visiua: aut auditiua: non est anima: et ideo potentia principalis vegetatiua in equo non differt potentia principali sensitiua: nec potentia principalis visiua a potentia principali auditiua: tamen potentia vegetatiua immediata et instrumentalis in equo differt a potentia sensitiua immediata et instrumentali: quoniam per alias qualitates exercetur nutritio et sensatio: et hoc etiam modo in equo differt potentia visiua a potentia auditiua.

Istis visis facile est soluere rationes. Ad primam: dico quod si loquamur de potentijs principalibus non sequitur quod in equo sint plures potentie anime: nisi forte tu velis quamlibet partem quantitatiuam anime vocare vnam animam: et vnam potentiam: sed est vnica anima totalis: potest tamen in plures operationes: sed si loquamur de potentijs immediatis et instrumentalibus: dico quod in equo sunt multe potentie anime diuerse abinuicem et ab ipsa anima. Sed quando dicitur quod potentie distinguuntur per actus et obiecta: potest dici: vno modo quod si est aliqua potentia potens in aliquem actum vel in aliquod obiectum omnis potentia que non potest in illum actum vel consimilem secundum speciem est realiter distincta ab illa: vnde sic ex diuersitate actuum potest argui diuersitas realis et specifica potentiarum: sed si eadem forma possit in diuersos actus non arguitur ex hoc quod illa sit diuerse potentie: sed solum quod in ordine ad illos diuersos actus nominari potest diuersis nominibus sub isto nomine potentia contentis: vt quod anima vocabitur vegetatiua et sensitiua. quando etiam arguitur quod potentia visiua est in oculo et non in pede: concedo de potentia visiua immediata et instrumentali. sed potentia principalis visiua est in pede: scilicet anima: in tantum quod si in pede esset dispositio oculi: anima videret in pede. similiter concedendum est quod aliam potentiam habeat cor et aliam cerebrum: et sunt potentie diuersarum rationum et multum dissimiles: sed hoc est loquendo de potentijs immediatis et instrumentalibus etiam de istis potentijs concedo quod inter eas est ordo naturalis prioritatis et posterioritatis: etiam in eodem supposito. quando etiam dicebatur quod appetitus sensitiuus rebellat intellectui dico quod non arguit quod iste sit diuersus ab illo: quia etiam voluntas aliquando rebellat: vt in voluntarijs nuptijs: hec enim rebellatio nihil aliud est nisi quia in eodem supposito apparent simul aliqua bonitas et aliqua malitia: et ratione bonitatis apparentis voluntas nititur illud prosequi: et ratione malitie nititur illud fugere: vt si videas tempestatem ad euadendum projicies merces in mare: vides quod bonum est vt euadas et tamen vides cum hoc proiectionem rerum ideo cum tristitia projicis: et si est de appetitu sensitiuo et intellectiuo: homo enim per sensum videt quod illud obiectum presentatur delectabiliter: ideo per hoc iudicium sensus nititur prosequi: sed per intellectum iudicat inhonestatem vel futurum malum inde prouenient: ideo nititur illud fugere. Quando etiam dicebatur quod intellectus est nobilior sensu: debet exponi: quod anima secundum nobiliorem actum dicitur intellectus: et secundum minus nobilem dicitur sensus. Cum etiam dicitur quod sensus est potentia organica dico quod in homine hoc sic debet intelligi: quando anima actum sentiendi exercet et recipit: hoc est per organum corporeum: sed intellectus non est virtus organica: hoc est dictu: quod anima humana non exercet et recipit actum intelligendi per organum corporeum: sed per se ipsam precise. vnde actus intelligendi inheret solum anime: et actus sentiendi inheret composito ex anima et corpore: Quando etiam dicitur quod intellectus separatur ab alijs sicut perpetuum a corruptibili: hoc est sic intelligendum quod omnis potentia anime que est intellectus est perpetua saltem a parte post et nulla est perpetua que non est intellectiua. ¶ Ad aliam concedo: quod in plantis potentie anime non sunt cognoscitiue et etiam in hominibus si loquamur de potentijs immediatis et instrumentalibus que sunt quinque sensitiue: et alie non: et differunt abinuicem et ab anima. ¶ Ad aliam dico quod materia prima est prima et principalis potentia passiua vel etiam receptiua formarum substantialium: et rationes eorum solum concludunt quod secundum aliam et aliam rationem materia eadem existens vocatur materia: et vocatur potentia: et quod isti termini sunt diuersorum predicamentorum: quamuis bene supponunt pro eadem re.

Questio. VII.



Queritur septimo: vtrum tota anima sit in toto corpore siue etiam in qualibet parte corporis animati. Arguitur quod non quia sequeretur quod quelibet pes animalis esset animal: et quelibet pes hominis esset homo: consequens est falsum: esset enim absurdum dicere quod pes hominis vel manus esset homo. et consequentia probatur quia quelibet pars quantitatiua animalis esset composita ex tota anima sensitiua et corpore: et tale videtur esse animal. Et confirmatur. quia quelibet pars animalis quantitatiua esset substantia animata sensibilis: ex quo haberet animam sensitiuam: ideo per locum a diffinitione sequitur quod quelibet pars quantitatiua animalis est animal et ita etiam de homine: quia cum anima sit principalior corpore: ab ipsa principaliter animal debet dici homo: et ideo si in pede esset tota anima humana pes deberet dici homo. ¶ Item ad principale. omnis anima est actus corporis physici organici: cum hoc ponatur in communi diffinitione anime: ideo videtur quod nulla anima est nisi in corpore organico: sed alique sunt partes corporis animati non organice: vt aliqua pars modica que pure est caro vel os: tunc enim illa pars non erit organica: cum sit homogenea igitur in talibus partibus non est animal. ¶ Item anima est extenta extensione corporis: nihil tale est totum in qualibet parte corporis: immortalia et in alia parte corporis est eius alia et alia pars igitur. ¶ Item: si tota anima humana esset in digito sequeretur quod ipsa totalis auferretur ablato digito: quod est falsum: quia adhuc remanet homo viuens per animam.

Oppositum arguitur primo de anima intellectiua: quia in qualibet parte corporis humani est anima intellectiua cum ipsa sit forma corporis humani: et non videtur esse ratio quare magis sit in vna parte quam in alia: vel ergo ipsa est in qualibet parte secundum se totam sic habetur propositum vel ipsa est in vna parte secundum aliquam partem sui: et in alia parte secundum aliam partem et hoc est impossibile: quia anima intellectiua ponitur esse indiuisibilis: et non habens partes. ¶ Et in etiam arguitur: de anima extensa vt de anima equi: quoniam ipsa est in pede: cum pes sentiat: et non est indiuisibilis in pede: ergo est habens partes: et omne habens partes est totum: ergo tota anima sensitiua est in pede: et sic argueretur de capite: et de alijs partibus: et ita in qualibet parte corporis est tota anima sensitiua. ¶ Ista questio tangit quantum ad rationes factas aliquas difficultates. Prima est: vtrum quelibet pars quantitatiua animalis sit animal et quelibet pars quantitatiua hominis sit homo: et videtur quod sic: quia cuilibet parti quantitatiue animalis conuenit diffinitio animalis. pes enim equi est substantia animata sensibilis.

Ad hoc breuiter respondendo: quod hec oratio substantia animata sensibilis: non est bona diffinitio istius termini animal: primo: quia loquendo de virtute sermonis deberet dici non sensibilis sed sensitiua: quoniam planta non est animal: et tamen planta est substantia animata sensibilis. ¶ Secundo dico: quod non sufficit dicere diffiniendo animal: quod animal est substantia animata sensitiua: quia sicut arguebatur: sequeretur: quod quilibet digitus vel pes hominis esset vnum animal: ideo homo esset plures homines: imo infiniti homines essent vnus homo: cum quelibet pars quantitatiua

tatiua hominis sit substãtia animata sensitiua: vel si nõ quelibet: tũ sũt plurime in hoie: quarũ quelibet est substãtia animatã sensitiua: modo absurdũ est sic dicere scʒ ꝙ vnus homo sit plures hoies. Et ideo credo ꝙ ad esse animal non sufficit esse substantiã animatã sensitiuam: sed requiritur vltra esse substantiam animatã sensitiuam totalem: voco autẽ substãtiam totalem: que cum sit vnũ totũ: non est pars alterius totius quod sit per se aliquid vnũ. ⁊ similiter diceref quod ad esse hominẽ nõ sufficit esse compositum ex anima humana et corpore: sed oportet esse compositum totale: exponẽdo totale sicut prius. ⁊ ideo non est sic de animali: vel de homine sicut esset de aqua vel de aere: nam omnis aqua est plures aque: cum quelibet pars quantitatiua aque sit aqua: sed nullũ animal est plura animalia nisi in potentia. dico in potẽtia: quia aliqua sunt animalia que possunt diuidi in partes quarum quelibet remanet viuens post diuisionẽ: ⁊ sic tunc quelibet est animal: ideo sic per diuisionem vnum animal potest fieri plura animalia. ¶ Secunda difficultas est: de anima intellectiua: quomodo possit informare corpus totum: cum ipsa sit indiuisibilis: ⁊ vtrũ ipsa sit tota in qualibet parte corporis humani. ¶ Ad hoc respondetur qđ tales forme non habentes quantitatiuam extensionem: quia non determinant sibi situm ideo possunt toti corpori adesse: ⁊ informare totum corpus: imo sic est ponendũ qđ deus qui est summe simplex adest toti mundo: ⁊ cuilibet parti mundi: per indistantiam ⁊ immediatam assistentiam: licet non per informationem vel inherentiam. Unde non oportet si deus sic est in oriente ꝙ propter hoc distet ab occidente: quia distãtia non est nisi ꝑ quãtitatem: qua quãtitate ipse non afficitur. Dicendũ est ergo breuiter quod tota anima intellectiua est in qualibet parte corporis humani: sicut prius arguebatur. ¶ Tamen contra hoc sunt obiectiones. Primo quia illud qđ est in pede meo distat localiter ab eo quod est in manu mea: ideo anima si esset in pede ⁊ in manu distaret localiter a se quod est impossibile. ¶ Itẽ: sequeref ꝙ idẽ simul moueref: ⁊ quiesceret qđ est impossibile. ⁊ etiã si anima esset tota in digito per ablationẽ digiti tota anima auferref: qđ est falsum. ¶ Itẽ totũ dicif relatiue ad partes: ideo qđ nõ habet partes nõ est totũ: sed anima intellectiua non habet partes: cũ sit indiuisibilis: igitur ipsa anima nõ est tota in qualibet parte.

Ad ista respondetur. Ad primam obiectionẽ dicendũ est ꝙ licet pes distet a manu: tñ non opʒ ꝙ aĩa existẽs in pede distet ab aĩa existẽte ĩ manu: quia ipa aĩa nõ afficif neqʒ extendif ꝑ quantitatẽ facientẽ distare pedẽ a manu: sʒ si ꝑ illã quãtitatẽ extẽderef sic esset de aĩa equi vl asini: tũc bene oporteret ꝯcedere rõnẽ. ¶ Ad aliã: põt dici ꝙ nõ est impossibile idẽ simul moueri alicubi ⁊ alicubi q̃escere: vel etiã moueri alicubi ⁊ nõ moueri. põt enim simul aĩa humana moueri ĩ manu ad motũ manus: ⁊ q̃escere in pede ad quietem pedis. ¶ Ad aliã dicif ꝙ per remotionem digiti nihil remouef de aĩa: sʒ solũmodo illa anima desinit informare materiã talis digiti. ¶ Propter vltimã obiectionẽ dĩ ꝙ aĩa nõ est totũ capiendo ly totũ vt dicif relatiue ad ptẽs: sed dĩ totũ quia est pfectũ: sic ꝙ nihil ei deest pertinẽs ad suã naturã: sicut dicimus totã dei substãtiã: ⁊ ita qđlʒ indiuisibile est vnũ totũ. ¶ Ad rõnes. Ad primã prĩo de diffinitiõe aĩalis dictũ fuit in positione: sed de alia rõne q̃ dicebat aliquas ptes corpis animalis esse organicas: quia sũt homogenee respõdẽdũ est: ꝙ ĩ animali non solũ ptes heterogenee dicunf organice: imo etiam partes hõgenee: idẽ enim est organicũ ꝙ ĩstrumẽtale: modo caro ad aliud deseruit in aĩali q̃ȝ neruꝰ tanq̃ȝ existens aliud instrumẽtũ: etiã ad aliã operationẽ ordinatũ. ¶ Alie rõnes procedunt viis suis.

Questio.VIII.



Queritur octauo: vtrum opus naturalissimũ in viuẽtibus sit generare sibi simile. Arguitur quod nõ: quia ꝓpria ⁊ inseparabilia accidẽtia vel opa sunt magis naturalia q̃ȝ separabilia: ⁊ non propria. sʒ nutrire est opus magis proprium ⁊ magis inseparabile ab ipsis viuentibus q̃ȝ gñare sibi simile: igitur nutrire est opus naturalius: ⁊ patet minor per hoc ꝙ nutrire conuenit omnibus viuẽtibus saltẽ mortalibus: ⁊ eis solis ⁊ semꝑ. s. q̃ȝdiu viuunt: ideo hoc est eis opꝰ propriũ ⁊ inseparabile: sʒ generare sibi simile nõ cõuenit omnibus viuentibus nec etiam solis viuẽtibus: cũ ignis generet ignẽ: nec cõuenit semꝑ illis q̃bus cõuenit: quia nec in nimia iuuentute: nec in nimia senectute: sic illud opus non est ꝓprium nec inseparabile. ¶ Itẽ illud ꝑ ꝙ vita cõtinuaf ⁊ saluaf est naturalius viuẽti q̃ȝ illud ꝑ ꝙ vita debilitaf ⁊ breuiaf: sʒ ꝑ nutritionẽ vita cõtinuaf ⁊ saluaf: ⁊ ꝑ coitũ ordinatũ ad generationẽ vita debilitaf ⁊ abbreuiaf. Unde dictũ est in lib. de lõgitudine ⁊ breuitate vite: ꝙ animalia frequẽtis coitꝰ efficiũtur breuioris vite: ergo nutrire est opus naturalius. ¶ Itẽ: illud est naturalius ꝙ est naturaliter appetibilius ſm rectã rationẽ: cũ recta ratio sit cõsona nature sʒ nutrire est naturaliter appetibilius ⁊ etiã ſm rectã rationẽ q̃ȝ gñare sibi simile: igitur: minor ꝓbaf: quia vnũquodqʒ ens naturaliter magis inclinaf ad salutẽ sui ipsius q̃ȝ ad salutẽ alterius. Unde videmus ꝙ ꝓpter timorẽ mortis hoies ⁊ bruta dimitterent coitũ ⁊ filios. Similiter ſm rectã rationẽ homo magis tenef diligere se q̃ȝ aliũ: vt apparet nono ethi. Ideo solet dici ꝙ charitas est ordinata: quia est primo ad se consequẽter ad alios: ⁊ sic manifestũ est ꝙ nutritio: que est ad salutẽ ꝓpriã: est naturaliter ⁊ secundũ rectã rationẽ appetibilior q̃ȝ sit generatio q̃ est ad alterũ: idõ nutrire est opus naturalius. ¶ Itẽ: illud est naturalius de quo natura magis est solicita: sʒ hoc est de nutritiõe qđ apparet primo: quia in omnibus tã senibus q̃ȝ iuuenibꝰ natura exercet opus nutritionis: nõ aũt opus generatiõis. Et quia sicut dicũt medici sperma quod ordinaf ad generationẽ nõ est nisi ex superfluo alimenti: modo natura magis est solicita de eo ꝙ non est sufluũ q̃ȝ de eo ꝙ est sufluũ: idõ magis solicita est de nutritione propter ꝙ videf ꝙ nutritio sit naturalior. ¶ Itẽ operationes nature tanto sunt magis naturales quanto sunt nobiliores ⁊ pfectiores modo gñare sibi simile nõ est opus anime nobilissimũ imo potius scire vel nutrire in quo cõsistit humana felicitas igitur generare sibi simile non est opus nobilissimũ viuentibus.

Oppositũ determinat Aristoteles. Et arguitur ꝙ generare sit naturalius q̃ȝ nutrire quia qđ in natura est melius illud est naturalius: sed melius est generare q̃ȝ nutrire quia primo ethicorũ dicif ꝙ bonũ quãto cõius tãto melius ⁊ diuinius modo nutrire est ꝓpriũ ei q̃ nutritur ꝑ generare aũt cõicatur esse alteri: ideo generare est melius ⁊ diuinius: quod etiã ex hoc pʒ: quia nobilissimis entibus ꝯuenit generare vt deo: ⁊ non nutritio.


Notandum est breuiter: quod duplicia sũt generantia sibi similia quedam enim generant sibi simile ex materia aliena ⁊ extranea. sicut ignis generat ignẽ ex lignis ⁊ huiusmodi generatio nõ est ex parte aĩe siue nõ est a potentia anime: ideo de ista nihil intendimus. Alia generant sibi similia ex materia intranea resecata ab ipsis q̃quidẽ vocaf semẽ: ⁊ huiusmodi generatio est ab anima siue a potentia aĩe ⁊ ideo de ista hic intendimus. Presupponitur similiter ꝙ naturalius dicitur illud ꝙ cõuenit alicui ratiõe forme q̃ȝ illud qđ cõuenit ratiõe materie. ¶ Secũdo notandũ est: qđ illud debet dici simpliciter naturalius inter naturalia qđ est simpliciter melius ⁊ finalius: quia tale magis est intentũ a natura: imo alia ipsius gratia intenduntur.

Ex istis primo pono istam primã cõclusionem: generare sibi simile non est opus naturalissimũ operationũ vitalium: quia ipsum non est opus optimũ ⁊ nobilissimũ nec maxime finale: imo magis intellectio: ꝓpter qđ in libro ethicorũ in actu intelligendi ponitur humana felicitas cõsistere: tanq̃ȝ in actu nobilissimo ⁊ maxime finali: modo dictũ est ꝙ tale est naturalissimũ. ¶ Secunda conclusio ponenda est cum Aristotele: qđ in viuentibus innatis gñare: opus naturalissimum inter opera vegetatiua est generare sibi simile hoc est dictu: ꝙ in ipsis generare sibi simile est naturalius q̃ȝ nutrire: vel augmentare: ꝓbatur: quia quod est nobilius ⁊ finalius inter opera nature illud est naturalius vt dicebatur: sʒ generare est huiusmodi respectu nutrire. Dico primo nobilius. siue perfectius: quia conuenit solum viuentibus perfectis in qualitate ⁊ quantitate: nutrire autem conuenit tam perfectis q̃ȝ imperfectis: vt pueris ⁊ senibus: modo nobilius est quod est proprium perfectis q̃ȝ quod est cõmune pfectis ⁊ imperfectis. Dico etiam quod generare sibi simile est fina-

lius: quia dicit Aristoteles in litera qd̄ generare sibi simile est finis aliarum operationum: cuius signum etiam videtur esse: quod multe plante cum peruenerint ad perf ctionem seminis desiccan̄t ꝛ moriuntur: vt frumenta ꝛ multa alia: tā̄q̄ natura nō esset de illis solicita nisi gratia seminis finaliter: ergo generare sibi simile est naturalius. Et confirmāt: q2 posteriora generatione sunt priora perfectione ꝛ magis finalia: vt habetur nono metaphysice: modo nutrire ꝛ augmentare via generationis procedunt in eodem supposito generare sibi simile: ergo generare sibi simile est perfectius ꝛ finalius. Confirmatur iterū: q2 illud opus est perfectius ꝛ nobilius ꝙ est ad nobiliorem finē siue p qd̄ nobilius esse acquirīt: sꝫ generatio est ad finē nobiliorē: quia per generationeꝫ acquirīt totale esse viuentis: ꝛ per nutritionē solū restauratur deperditum: modo totale esse viuentis est nobilius q̄ꝫ restauratio deperditi. Itē illud est nobilius ꝛ naturalius qd̄ magis cōuenit naturalibus ratione anime ꝛ perfectionis: q̄ꝫ illud qd̄ conuenit eis ratione corporis ꝛ indigentie modo generare sibi simile conuenit animatis ratione perfectionis: ideo soluꝫ conuenit perfectis: ꝛ conuenit etiam ratione anime: q2 generatio terminatur ad formā qua est aīa: sed nutritio conuenit animatis ratiōe indigentie. s. ꝓpter deperditū restaurāduꝫ ꝛ cōuenit magis ratiōe corporis: igīt generare sibi simile est naturalius. Et iō dicūt medici: ꝙ natura coitui ordinato ad generationē admiscuit magnā delectationē tanq̄ꝫ valde solicita de generatione sibi similis.

Tunc soluende sunt rōnes. Ad primā dicitur. nō opꝫ illa esse nobiliora ꝛ perfectiora nec p ꝯn̄s magis naturalia nec etiā magis intenta a natura que sunt magis ꝓpria: ꝛ magis inseparabilia: q2 videmus ꝙ actus speculandi qui est in hoīe nobilissimus: ꝛ maxime finalis est minus proprius hominibus q̄ꝫ actus nutriendi vel sentiendi: ꝛ magis [illegible] Unde [illegible] habetis in scd̄o phy[illegible] ꝙ materia est simpliciter necessaria in omnibus naturalibus sꝫ sit minime nobilitatis: ꝛ finco nō sunt simpliciter necessarii. Iō simpliciter negandū est ꝙ omne illud sit naturalius ꝛ meli⁹. qd̄ est inseparabilius. ¶ Ad aliā: pōt dici ꝙ si vita aliqualiter abbreuietur p coitū tn̄ aliud prouenit maius. s. totale esse alterius viuētis: ꝛ cū hoc nō abbreuiatur vita p coitū ad generationē reqsitū: s[illegible] p nimiā frequētiā coitus. ¶ Ad aliā pōt dici ꝙ nō sequīt si aliqd̄ est illi naturaliter magis appetibile ꝙ ꝓpter hoc sit simpliciter loquēdo magis naturaliter appetibile. Unde q̄uis nutritio ꝛ cōseruatio sortis sit sorti magis appetibilis q̄ꝫ generatio alteri⁹: tn̄ generare alterū est naturaliter magis appetibile ꝛ magis intentū a natura: ꝛ si nō a natura sortis: tamē a natura cōi ordināte vniuersuꝫ ꝛ intēdēte eius perpetuitatē ꝛ specierū suarū ꝛ illa natura cōis esset deus: intelligētie ꝛ corpora celestia. ¶ Ad aliā: pōt dici ꝙ natura eque vel magis est solicita de generatione sicut de nutritione imo intendit nutritionē finaliter propter generationē ideo magis intendit generationē: sꝫ tn̄ magis continue exercet nutritionē: nō q2 magis intēdat eā: sꝫ q2 sine ea nō pōt venire finis intentus. s. generare sibi simile: sicut homo mul[illegible]uꝫ solicitatur ꝛ cōtinue de nutritione equi sui ad finē vt in tpe debito posset vti eo: ꝛ nō q2 magis intendat nutritionem ei⁹ q̄ꝫ vsum. Ultima ratio procedit.

Questio. IX.



Queritur nono: vtrum potētie distinguūt̄ p actus suos in quos possunt. ꝛ argui̅t ꝙ nō: q2 lꝫ ab aliquibus duabus potentijs nūq̄ꝫ prouenirent aliqui act⁹: tamen ille potētie essent adhuc abinuicem distincte: ergo ille potentie nō distinguūt̄ per illos actus: ꝛ pat[illegible] ꝯn̄a quia quecūq̄ꝫ distinguūtur circumscriptis actibus: illa p illos actus nō distinguūt̄. ¶ Itē: si potentie distinguerentur p actus: sequeretur quod oporteret diuersarū potentiaꝝ esse diuersos act⁹ ꝛ diuersorū actuū esse diuersas potentias: sed ꝯn̄s est falsum ꝯn̄tia manifesta est: q2 quecunq̄ꝫ p inuicē distinguūt̄ debent cōsimiliter siue ꝓportionabiliter distingui. sed falsitas cōsequētis declara̅t: primo ꝙ nō oporteat diuersarū potētiaꝝ eē diuersos actus: q2 tertio physicorū habe̅t ꝙ actiui ꝛ passiui ē idē actus: ꝛ mobilis ꝛ motiui est idē motus: quū tn̄ actiuū ꝛ passiuū sint diuerse potentie: ꝛ similiter mobile ꝛ motiuum.

Quod ꝛ cōfirma̅t: q2 diuerse sunt potentie dei solis ꝛ hois et tn̄ ab eis ꝓuenit idē actus: scꝫ iste hō: hō genera̅t ab hoīe ꝛ a sole s̄m Aristo. ꝛ etiā a deo: q2 deus agit ad omnia que fiunt. Et hoc etiā cōfirma̅t: q2 diuersoꝝ hominū simul trahētiū nauem sunt diuerse potētie: quorū tn̄ est idē actus scꝫ idē mot⁹ nauis. ¶ Deinde etiā ostēdo ꝙ nō oporteat diuersoꝝ actuū esse diuersas potētias: imo ꝙ eiusdē potentie sunt diuersi actus: q2 nono metaphysice habe̅t ꝙ eadē potentia realis pōt in contrarios actus: ꝛ eadem etiā potentia passiua vt prima materia pōt passiue in diuersos actus ꝛ cōtrarios. videmus etiā ꝙ idē calor qui nō est aliud q̄ꝫ potentia calefaciens calefacit: ꝛ rarefacit ꝛ leuefacit: ꝛ ideo patet bene ꝙ eiusdē potētie sunt diuersi actus. ¶ Item si potentie distinguerentur p actus: vel hoc esset specifica distinctione: vel distinctione numerali: sed non potest dici quod hoc sit distinctione numerali: quia eadē potentia visiua in numero scilicet sortis: pōt in diuersos actus secundū numerū: vt in visionē huius albi ꝛ illius: ꝛ idē etiā actus s̄m numerū est a pluribus potentijs distinctis s̄m numerū: vt idē motus nauis a diuersis trahētibus. nec pōt dici qd̄ potentie distinguan̄t per actus distinctione specifica: q2 intellectus idē numero pōt in intellectiones distinctas numero ꝛ specie. Et idē etiā actus est potentiarū specie distinctarū: vt actiui ꝛ passiui. ¶ Itē: sicut ante dictuꝫ fuit: eadē potentia est intellectiua ꝛ sensitiua: ꝛ tamen intelligere ꝛ sentire sunt diuersi actus: ergo ꝓpter distinctionē actuum nō oportet distingui potentias.

Oppositum videtur velle Aristoteles in secundo huius ꝛ in secundo ethicorum ꝛ magis in nono metaphysice. ¶ Etiam arguitur ratione quia potentie non cognoscuntur nisi per actus vt patet nono metaphysice. ideo nec potest sciri earum distinctio nisi per distinctionē actuū.

In ista questione pono plures conclusiões. Prima est: quod quecunq̄ꝫ sunt distincta abinuiceꝫ illa sunt seipsis distincta ꝛ essentialiter ꝛ intrinsece. quoniā illa sunt seipsis distincta essentialiter ꝛ intrinsece que omnibus alijs circumscriptis vel remotis ipsis solis remanētibus: siue per possibile siue per impossibile adhuc essent disticta: modo sic est de omnibus rebus que abinuicem distinguūtur: posito enim quod in mūdo non essent nisi hec albedo: ꝛ illa: adhuc hec nō esset illa: ideo adhuc essent distincte: ꝛ ita esset de quibuscūq̄ꝫ alijs. ¶ Itē: oē ꝙ ē: est seipso ꝙ est intrinsece ꝛ oīa q̄ sunt sūt seipsis ea q̄ sunt ꝛ intrinsece ꝛ essentialiter: igi̅t quecūq̄ꝫ distincta sūt: seipsis intrinsece distincta sunt. añs manifestū est: q2 si sola albedo eēt adhuc ipsa eēt albedo: iō albedo seipsa intrinsece est albedo: ꝛ sic de quolibet alio ꝛ iō declaratū est quarto metaphysice ꝙ esse rei nō ē di[illegible] ab ea ꝛ parti rōne sicut oē ꝙ ē seipso id ꝙ ē: ita oīa q̄ sunt sūt seipsis ea q̄ sunt. Tunc declara̅t ꝯn̄a p̄cipalis q2 sicut declaratū ē quarto metaphysice ens ꝛ vnū cōuertun̄t: ita ꝙ hec noīa ens ꝛ vnū in reb⁹ ꝓ qbus supponūt nullā dispositionē additā significāt ꝛ hoc capiendo vnū ꝓut dr̄ ab indistin[illegible] tiōe eiusdeꝫ ad se: ꝛ hoc est prout vnū ꝛ idē sibipsi ꝯsignificat: iō dꝫ cōcludi ꝙ illud aliqd est vnū ꝛ idē sibi ꝓut ipm̄ est ens: ꝛ pari ratione p illa aliqua sunt abinuicē diuersa p q̄ sūt entia: sꝫ hoc est p [illegible] intrinsece vt dictū fuit igi̅t ¶ [illegible] nō obstāte dicta cōclusione pono aliā cōclusionē talē: ꝙ aliqua sunt distincta abinuicē p alia a se ꝛ sibi extrinseca: q2 p qd̄ res est p hoc ipsa est sibi eadē: ꝛ distincta ab alijs. Sed res est p suas causas extrinsecas: omnia enim sunt p ipm̄ deū vel ab ipso deo non intrinsece: sꝫ causaliter. igi̅t sic res est eadē sibi ꝛ disticta ab alijs p suas causas etiā extrinsecas: nō tn̄ intrinsece sꝫ causaliter: scꝫ effectiue vel finaliter. ¶ Tertia conclusio est ꝙ potētie nō distinguūt̄ p actus suos scilicet in quos possunt: probatur: quia nō sunt id quod sūt p illos actus: ideo nec distinguūtur abinuicem per illos actus imo in esse suo ꝛ in distinctione ipsarum abinuicem ille potentie precedunt act⁹ suos vnde potius potest dici quod actus distinguūtur per suas potentias causaliter quoniā potentie sunt causa actuum ab eis prouenientium. ¶ Quarta conclusio est: quod non oportet potentias distingui proportionabiliter suis actibus: eo quod eiusdem potentie vt passiue vel rationalis sunt diuersa opera numero ꝛ specie distincta: ꝛ idē etiam opus est a diuersis potentijs vel saltem diuersarum potentiarum numero ꝛ specie distinctarum: q2 actiui ꝛ passiui est idem actus

et hec

et hec magis declarabantur in arguendo ad questionem. ¶ Quinta conclusio: quod ex diuersitate actuum potest argui diuersitas numeralis potentiarū: q: tali modo poterit fieri argumētū. istud opus a procedit a potentia b ⁊ non procedit a c igit̄ c nō est b. ⁊ tamē vtrūqȝ scilicet taȝ b q̄ȝ c est potentia: igit̄ c ⁊ b sunt diuerse potētie Sic ergo vniuersaliter quādocūqȝ ab aliquo prouenit aliquis actus sequitur q̄ꝺ illud est q̄dā potentia: ideo si a prouenit ab ipso b tūc c b est potētia: ⁊ etiam si d prouenit ab ipso c tunc est quedam potētia: Tunc ad concludendū ꝙ b ⁊ c sunt diuerse potētie: sufficit ponere ꝙ b nō est c: ⁊ hoc probabatur: quia ab ipso b erat a ⁊ a c non erat a: ergo c non erat b. ¶ Sexta ꝯclusio ponitur quod ex diuersitate actuum potest argui diuersitas specifica potentiarum: q: si b est potentia sufficiens ad producendum actum in suo genere ⁊ c est etiā potētia sufficiēs ad ꝓducendum actum in suo genere: tunc si effectus a proueniat ab ipso b: ⁊ ab ipso c non possit prouenire effectus a nec ipsi consimilis in specie: sequitur ꝙ b ⁊ c erunt potentie diuersarum rationum et diuersarum specierum. ¶ Debetis tamen considerare q̄ꝺ non oportet ex omni diuersitate actuū arguere diuersitatē potētiarū cū diuersi actus ab eadē potentia possint prouenire: sed ex actibus arguitur diuersitas potentiarū secundum numerum: quando videmus actum esse ab hac potētia et non ab illa vel eundem actū esse ab hac vno modo: et ab alia alio modo. ⁊ tunc arguimus diuersitatem specificam potentiarum quando videmus ab vna prouenire alio modo aliquem actum: et q̄ꝺ ab alia non potest prouenire actus similis speciei. ¶ Ultima cōclusio ponitur: quod potentie distinguntur per sua opera siue per suos actus: secundum rationem: ad talem sensuȝ: quod nomina subiecta huic nomini potētia: hoc est dictu: nomina que sunt species huius nominis potentia: habent diuersas rationes: id est diuersas diffinitiones nominuȝ potentiarum: verbi gratia calefactiuum dicitur quod est potēs calefacere: calefactibile potens calefieri: sensitiuū potens sentire: sensibile potēs sentiri ⁊ sic suo modo de motiuo ⁊ mobili: et de auditiuo et de audibili: et de omnib⁹ alijs nominib⁹ potētiarū. Hec eīn nomina sensitiuum: sensibili: auditiuuȝ: audibile: actiuum: passiuum: motiuuȝ: mobile ⁊ huiusmodi sunt nomina subiecta huic nomini potentia: ⁊ ista nomina: sentire: sentiri: agere pati mouere moueri: et sic de alijs sunt nomina subiecta huic nomini opus vel actus: et puto quod hanc cōclusionē vltimam intendebant commentator et Aristoteles quando in multis locis dicebant potentias distingui per actus. Et rationes que fiebant non procedunt.

Questio. X.



Queritur decimo: vtrum potentie distinguantur per obiecta. Arguitur quod non: quia aliquādo potētia est ens et eius obiectum non est ens: verbi gratia, potentia intellectiua est ens et tamen aliquando obiectuȝ intelligibile nō est ens vt si modo intelligas Aristotelem vel antichristum aut vacuum vel chimeram: sed entia non distinguuntur per non entia ergo potentie non distinguntur per obiecta. ¶ Item: si potentie distinguerētur per obiecta tunc oporteret diuersarum potentiarum esse obiecta diuersa: et econtra diuersorum obiectorum esse diuersas potētias sed non inuenitur ita esse imo idem obiectum est diuersarū potentiarum: vt lapis est obiectum sensus quia sentitur: et obiectum intellectus quia intelligitur: et obiectum potentie calefactiue aut frigefactiue quando calefit aut frigefit. Similiter idem sensibile commune est obiectum cuiuslibet sensus exterioris. similiter etiaȝ econuerso eadē potētia est diuersorum obiectorum: vt idem visus albi ⁊ nigri et idem intellectus omnium entium quantūcunqȝ diuersorum: ergo potentie non distinguuntur per obiecta.

Oppositum dicitur communiter. Unde in secūdo ethicorū videt̄ Aristo. distinguere virtutes morales secūdū distinctiones obiectorū suorū: ⁊ ideo etiā dicit in secundo huius Aristo. ꝙ volēti determinare de potentijs anime oportet prius determinare de operibus: et adhuc prius de obiectis: quod non videtur esse nisi quia potentie distinguuntur et cognoscuntur per opera sua et obiecta. etiam in primo physicorū dicit: ꝙ nō quodlibet agēs agit in q̄ꝺlibet passum nec quodlibet passuȝ patit̄ a quolibet agente indifferenter. sed determinatū a determinato tāqȝ potentie actiue et passiue que adinuicē dicunt̄ obiecta distinguantur ꝓportionabiliter per inuicem.

Primo breuiter videndum est: quid debeamus vocare obiectum potentie ⁊ est premittendū ꝙ potētie proprie loquēdo de potentijs: distinguunt̄ in actiuas ⁊ passiuas: sed q̄dā earū sunt actiue vel passiue sine cognitione: vt grauitas mouendo graue vel caliditas ignis calefaciendo: Alie dicunt̄ actiue vel passiue cū cognitione q̄ vocantur potentie cognoscitiue: vt sensus et intellectus. ¶ Est etiam notandū: ꝙ q̄uis eadē potētia vt intellectiua sit passiua et cognoscitiua: tamē nō est necessariū q̄ꝺ oē obiectū q̄ꝺ dicit̄ obiectū intellectus inquātū est potentia cognoscitiua: dicatur ei⁹ obiectū inquantū est potētia passiua. debem⁹ eīn vniuersaliter dicere q̄ꝺ oē obiectū potētie passiue inquātū est potētia passiua est actiuū innatū agere in illā: et econuerso etiā oē obiectū potētie actiue inquātū est actiua est passiuū q̄ꝺ est innatū pati ab illa: sed obiectū potentie cognoscitiue inquātū dicit̄ cognoscitiua est cognoscibile q̄ꝺ est innatū cognosci ab illa: modo sepe cōtingit ꝙ aliquid est cognitū ab intellectu a quo nullus intellect⁹ patit̄: q̄m materia prima cognoscit̄ ab intellectu: ⁊ sic materia prima bene est obiectū cognoscibile ipsi⁹ intellect⁹ licet materia prima nō agat in intellectū: q: ipsa nulli⁹ est actiuitatis. silr̄ si tu habeas conceptū hominis specificū: tu p illū intelliges oēm hoīeȝ indifferenter: et sic ois hō est obiectū intellect⁹ inquātū intellectus est cognoscēs ⁊ tamen nō ois hō est obiectū intellect⁹ inquātū intellectus dicit̄ patiēs: q: hoīes q̄ sunt rome nihil agunt in intellectū meū ad formādū illum conceptum quo tamen ipsi cognoscunt̄. ¶ Notandū est etiā ꝙ nō ois potentia actiue requirit obiectū scilicet passiuū: q: deus creando potest agere sine passo presupposito: tamē omne actiuū naturale requirit passiuum: et econuerso.

Tunc pono breuiter aliquas cōclusiones. Prima est: ꝙ nō oportet oēs potētias distingui per obiecta sua q̄m corpa celestia nō distinguunt̄ p ista inferiora q̄ tamē sunt obiecta in q̄ agūt: ⁊ etiā materia pria est cōmune obiectū oīm potētiarū actiuarū materialiū ⁊ tū p illā materiam nō distinguunt̄ illa agentia: nec materia etiā distinguit̄ p distinctiōes illorū agētiū. ¶ Secūda conclusio est: ꝙ non opȝ potētias ⁊ obiecta earū distingui ꝓportionabiliter: q: potētie itellectiue nō distinguūt̄ ꝓportionabiliter cōi distinctione entiū: ⁊ q: etiā in arguēdo dictū fuit ꝙ bene est idē obiectū diuersarū potētiarū et eadē potentia diuersorū obiectorū. ¶ Tertia cōclusio est: ꝙ aliqū ex diuersitate obiectorum possumus arguere diuersitatē potētiarū siue specificā siue numeralē: q̄ꝺ pōt declarari sicut in alia questiōe declaratū fuit ꝙ ex diuersitate operum potest argui diuersitas potentiarū. dato eīn aliq̄ obiecto vel actiuo vel passiuo vel cognoscibili: si illud sit cognoscibile a potentia. b: et ipsum vel illi simile in specie nō sit cognoscibile a potētia. c: sequitur ꝙ c ⁊ b sunt potētie distincte: nō solū sm numerū: sed etiā scd̄m speciē. q̄cūqȝ enim potētie essent eiusdē ratiōis ⁊ eiusdē speciei ille possent pati ab obiectis eiusdē speciei: si essent passiue et agere i obiecta eiusdē speciei si essent actiue. ¶ Quarto conclusio ponit̄ descendēdo specialiter ad potētias sensitiuas: ꝙ potentie sensitiue exteriores distinguūt̄ in suis qualitatiuis dispositionibus secundū exigentiam obiectorū suorum propriorū: verbi grā: alia requirit̄ qualitatiua dispositio ad recipiendū speciē luminis vel coloris ⁊ ad recipiendum speciem soni ⁊ sic de odore: ⁊ sapore ⁊ de qualitatibus tangibilib⁹: ⁊ ob hoc oportuit organa sensuū exteriorū esse diuersarū cōplexionū: tamen licet dicte potentie distinguātur secūdum exigentiam suorum obiectorum non sequitur quod distinguantur per illa obiecta scilicet colorem vel odorem vel sonum: nihil enim egerunt ad formationem ⁊ distinctionem organorum suorum sensuum. ¶ Ultima conclusio. Potentie et obiecta sua distinguūtur proportionabiliter: secundū rationem: ad istum sensum: ꝙ omni nomini cōtento sub hoc nomine potentia actiua siue sub hoc nomine actiuum correspondet proportionabiliter nomē contentū sub hoc nomine potentia passiua vel passiuum: ⁊ ita etiaȝ omni nomini con-

tento sub hoc genere cognoscitiuum correspõdet proportionabiliter nomen contentũ sub hoc genere cognoscibile: verbi gratia: motiuũ mobile: alteratiuũ alterabile: calefactiuũ calefactibile: intellectiuum intelligibile: sensitiuum sensibile: et sic de alijs: et omnia hec nomina potentiarum habent sibi nomina correspondentia actuum per que diffiniuntur: et ideo potest concedi quod hoc sepe intẽdebat Aristoteles quando dicebat potentias distingui per actus et per obiecta: nec contra dicta procedunt rationes prius facte.

Questio. XI.



Queritur vndecimo: vtrũ potentia nutritiua potentia augmentatiua et potentia generatiua: sunt potentie anime. arguitur quod non: quia potẽtie anime non conueniunt inanimatis. sed iste potentie conueniunt inanimatis: igitur. maior est de se manifesta: minor vero probatur primo de generatione sibi similis quia ignis generat ignem caliditas caliditatem frigiditas frigiditatem similiter de nutritione et augmentatiõe quia ignis ex vnctuoso nutritur et augetur: similiter etiam calor et sic patet quod iste potentie et opera earum conueniunt inanimatis ergo iste non sunt potentie anime. ¶ Item sortes vel anima sortis nõ generat sibi simile sed solum generat semen ex quo postea generatur alius homo: etiam sortes vltra generationem seminis nihil agit ad generationẽ alterius hominis: imo si sortes emisso semine corrumperetur: non minus generaretur alius homo: ideo patet quod anima sortis non habebat potentiã generandi sibi simile. ¶ Item: si ille essent potentie anime vel essent diuerse potentie: vel eadem: non potest dici quod eadem: quia tunc non deberet dici in plurali numero quod ille essent potentie anime: imo potius quod ille essent potentia anime. Etiam Aristoteles distinguit inter eas: ideo non est dicendum quod sint eadem potentia sed nec potest dici quod sint diuerse potentie: primo: quia sunt vna et eadem anima: secundo quia earum est idem obiectum: scilicet cibus: et potentie diuerse debent habere obiecta diuersa.

Oppositum vult aristoteles. Notandum est primo de nutritione quod nutritio proprie dicta fit per alimentũ aduenientẽ ab extrinseco ipsi nutrito: et per conuersionẽ illius nutrimẽti in substãtiã nutriti: secundum singulas eius partes notabiles: eo modo quo declarari debet de modo generationis: et debet fieri huiusmodi cõuersio per virtutẽ existẽtẽ in ipso nutrito: ita quod hec sunt cõditiones vere nutritionis. ¶ Et per hoc debetis inferre quod iste fluuius continue perseuerat per continuum aduentũ noue aque: nõ nutritur: quia deficiunt iste cõditiones nutritionis. primo enim nõ est verũ quod quelibet pars notabilis aque preexistẽtis accipiat sibi portionẽ aque superuenientis: imo tota precedẽs fluit vltra: et alia noua insequitur et tamen in vera nutritione quelibet pars nutriti antecedens nutritionem capit sibi portionẽ et cõuertit sibi portionẽ de nutrimẽto aduenientẽ. secundo: aqua fluuij preexistẽs nõ cõuertit sibi per virtutẽ suã aquã superuenientẽ per quã fluuius continuatur: et tamen nutritũ per virtutẽ suã debet sibi cõuertere nutrimentum. ¶ Secũdo etiã inferẽdũ est: quod ignis ex cãdela nõ nutritur vel ex lignis: quia sicut dicebatur de fluuio nõ est verum quod quelibet pars flãme preexistẽtis accipiat sibi partẽ superuenientis: imo totalis flãma prior euolat et exhalat: et alia noua generatur ex sicco: ex seuo vel cera: tamẽ verũ est quod ignis propinquiorẽ habet similitudinẽ ad nutritionẽ quam aqua fluuij inquantũ ignis preexistens virtute sua generat ignẽ subsequentẽ. ¶ Deinde ex dictis sequitur quod nutritio proprie dicta est opus anime: quod patet primo quia cõuenit solũ animatis: vnde inter inanimata magis videtur conuenire igni: et tamen ipsi non cõuenit vt dictũ est: ergo nõ conuenit inanimatis. Item nutritio vel est ab anima seu a virtute anime: vel est a virtute elemẽtari vt igneo calore: sed nõ potest dici quod sit a virtute elementari: quia elementum virtute sua non mouet nisi ad vnam partem: vt leue sursum: et graue deorsum: nutritio autem vndique fit: et in nutritiõe ad omnem differentiam positionis mouetur nutrimentum: ergo hoc non est opus virtutis elementaris saltem presentialiter: sed anime. ¶ Nec valet cauillatio dicentium quod nutrimentum mouetur deorsum ad pedes per naturam terre que est grauis: et sursum ad caput per naturam ignis qui est leuis: quoniam si illud esset: tunc omnes partes magis terrestres descenderent deorsum ad pedes: et omnes partes magis ignee et leuiores ascenderent ad caput: ideo in capite non essent ossa et nerui: nec in pedibus esset sanguis et spiritus: quod apparet totum falsum: igitur. Et ex his finaliter concludendum est quod potentia nutritiua est potentia anime: imo est ipsamet anima potẽs nutrire. ¶ Deinde breuiter: de augmentatione dicendum est: quod augmentatio vno modo fit per rarefactionẽ a calido absque aduentu vel additione extrinseci: et huiusmodi augmentatio non est propria animatis: imo conuenit inanimatis. Alia est augmentatio per appositionẽ sicut in cumulo: sicut si vinũ aut frumẽtum diceremus augeri per hoc quod aliud vinũ vel frumentum et apponitur et adhuc iste modus augmentationis nõ est proprius animatis: quia sic aqua potest augeri vel cumulus lapidum. Alia est augmentatio per nutritionem: quando in substãtiam nutriti plus conuertitur de nutrimento: quam sit resolutũ de corpore nutrito: et hec augmẽtatio est propria animatis. sicut et ipsa nutritio: cum per nutritionem adueniat: ideo est opus anime. Ex quo concluditur: quod potẽtia hoc modo augmentatiua est potẽtia anime: imo ipsa anima est potentia principaliter augmẽtatiua tali augmentatione. Ultimo dicẽdũ est de generatiõe sibi similis: et dico quod dupliciter est generatio similis: vno modo ex materia aliena: sicut ignis generat ignem ex lignis: et apparet quod iste modus generationis non est proprius animatis. Alio modo est generatio similis ex semine ab ipso generante orto et resecto: et manifestum est quod iste modus generationis non conuenit nisi animatis: imo adhuc perfectis: et ideo talis generatio est opus anime: et sic potẽtia generatiua est potentia anime imo anima est ipsamet potentia sic generatiua: tamen non credo quod anima sic generantis sit principale generãs sibi similis: sed solum generat semen: vnde post generatur ipsi simile: et ideo anima est potẽtia principaliter generatiua seminis: ex quo innatum est generari simile ei cuius ea est anima.

Per hoc respondetur ad rationes quod enim arguebatur de eo quod ignis generat ignem et de hoc quod ignis nutritur ex vnctuoso et de augmentatione per rarefactionem: totum solutũ est in positione: sed hoc quod vltimo arguebatur videlicet quod anime potẽtie sunt distincte vel eadẽ: posset concedi quod eadẽ anima est potẽtia nutritiua augmentatiua et generatiua tamen secundum diuersas rationes. Et hec alias satis dicta fuerunt.

Questio. XII.



Queritur duodecimo vtrũ sensus sit potentia passiua siue virtus passiua. Arguitur quod nõ: quia materie est pati et forme est agere vt habetur in libro de generatione: et etiã secũdo physicorũ: modo sensus nõ est materie: imo est forme: quia est ipsa anima sensitiua ergo sensus est potentia actiua: et non potentia passiua. ¶ Et hoc confirmatur per Aristote. secundo huius dicentem: quod anima est causa corporis secundum formam: secundum finem: et secundum agens: ideo ipsa est actiua et non passiua. quod etiam confirmatur per commentatorem dicentem secundo huius quod anima est causa motus corporis secundum omnes modos motus: siue vocatos siue existimatos ideo anima est causa motiua et actiua ad sensationem et non passiua. ¶ Item: sentire est agere: ergo sensus qui sentire dicitur est actiuus: consequentia est nota de se: antecedens probatur primo: quia sentire significatur per verbum actiuum: quod non esset conueniens nisi sentire esset agere: et etiam communiter cõceditur quod sentire et intelligere sunt actiones immanentes: et actio non dicitur immanens quia maneat in passo: quia sic omnis actio diceretur immanens: sed ideo actio dicitur immanens ex eo quod manet in agente: ergo cum sensatio et intellectio maneant in sensu et in intellectu: sequitur quod sensus et intellectus agunt ad sensationem et intellectionem: et ita sunt virtutes actiue: et nõ passiue. ¶ Item: in tertio huius dicit Aristoteles quod principia mouentia animal secũdum locũ sunt sensus et appetitus vel intellectus et appetitus ideo sensus et intellectus sunt potentie motiue et

ue et actiue. Et hoc solet confirmari qr basiliscus visu interficit hominem: et mulier menstruosa visu etiam inficit speculum: quod non esset nisi potentia visius esset actiua in ipsum visibile. ¶ Item si sensus esset potentia passiua: sequeretur quod sensibile esset nobilius ipso sensu: modo consequens est falsum igitur: probo consequentiam qr tertio huius dicit Aristoteles ꝙ agēs sit nobilius et prestātius passo: modo sensibile esset agens in sensum si sensus esset virtus passiua: ideo sensibile esset nobilius. ¶ Ultimo arguitur: qr sequit ꝙ virtus vegetatiua esset nobilior ꝙ̄ sensitiua: qđ est falsum: ⁊ cōsequētia ptꝫ: qr nobiliꝰ est agere ꝙ̄ pati: ideo actiuum est nobiliꝰ passiuo: ⁊ tñ oēs cōcedūt virtutē vegetatiuā esse virtutē actiuā: ideo esset nobilior.

Oppositum dicit Aristoteles et in secūdo huiꝰ: et in tertio. ¶ Notandū est secundū cōmentatorem qđ potentia actiua mouet obiectū suū: ⁊ potētia passiua mouetur ab obiecto suo: siue hoc sit motu ꝓprie dicto cū additione cōtrarij siue hoc sit motu alio vel mutatiōe. ¶ Nūc pono conclusiones. Prima est: ꝙ oīs sensus est virtus passiua: qr oīs sensus potest habere opationē nouā: videlicet nouā sensationē immanētē sibi: modo oē tale est passiuum qr est receptiuū illius operationis: ex quo illa de nouo immanet sibi: ergo oīs sensus est passiuꝰ. ¶ Scđa cōclusio: oīs sensus est passiuꝰ a sensibili: qm̄ illud est passiuū a sensibili in qđ sensibile imprimit aliquā speciē: mō sensibile imprimit aliquam speciē in sensum: sicut ptꝫ de visu p experientiā: si qs eīn diu aspicit lucem aut fortes colores: ⁊ retrouertat ad ptē opacā adhuc p aliq̄ tpe res sibi obiecte apparebūt clare et lucentes: ꝙ̄uis nō sint tales: qđ non pōt esse nisi qr adhuc sensus habet aliquā de speciebꝰ quā ab illis lucidis recipit vel ab illis colorībꝰ intēsis. ¶ Itē: sensus exterior ad sentiēdū indiget obiecto sensibili exteriori: sed sensibile non exigeretur ad sensationē nisi ageret in sensum: vel nisi pateret a sensu qm̄ ad aliquā actionē nihil exigit nisi agēs aut passum nisi forte hoc sit p accidēs: sicut exigeret remouens ꝓhibēs vel applicās actiuū passiuo: modo absurdū videtur dicere qđ sensibile patiat ⁊ recipiat aliqđ a sensu: qr nō posses consequēter assignare qđ ⁊ qño visus tuꝰ ageret in stellas qñ videret eas. sic de olfactu: si obiectū odorabile nō ageret ī olfactū sꝫ magis ecōuerso: tūc sequit ꝙ odoratio magis fieret expirādo ꝙ̄ inspirādo: qđ tñ est falsum: igit sensus est virtꝰ passiua ab ipso sensibili. ¶ Tamē debetis notare: ꝙ nōduꝫ est manifestū: vtrū sensibile agat ipsam sensationē: ⁊ qđ sensus solū recipiat eā an sensus agat eā: de hoc autē erit dicendū post: secundū exigētiā diuersarū opinionū de specie sensibili: vtrū sit eadē sensationi an nō: qm̄ qcūq̄ ponūt ꝙ sensatio nō differt a specie sensibili ipsi habēt ponere ꝙ sensus recipit sensationem ab ipso sensibili: ⁊ ꝙ sensibile agit sensationē in ipsum sensum. Sed illi q̄ ponūt sensationē esse actū superadditū speciei sensibili: ⁊ diuersum ab ea: habent dicere quod sensus patitur a sensibili recipiendo ab eo speciem sensibilē: tamē possunt dicere qđ sensus informatꝰ specie sensibili agit in semetipsum sensationē: sicut graue habens primum actū. s. grauitatē remoto impedimento trāsit in actuꝫ secūdū a semetipso actiuo. ⁊ de hoc postea videbitur.

Ad rationes: conceditur quod sensus est bene actiuꝰ multarū operationum: qm̄ sensus est ipsa aīa et ipsa agit ad nutritionē: ad augmētationē ad motū localē: ⁊ forte etiā ad sensationē: ⁊ intellectionē: ⁊ licet sic multipliciter agat: nō est incōueniēs ꝙ aliqbꝰ modis patiat. Sed forte tu obijcies: qr sicut prima materia ita patit ꝙ non agit sic forma ita debet agere ꝙ nō patiat. ¶ Respōdet: ꝙ pria materia solū est passiua: ⁊ nō actiua: ⁊ ita etiam prima forma (q̄ est ipse deꝰ) ita est actiua ꝙ nō passiua: sed non est inconueniens ꝙ forme medie: et materie medie: sint simul et actiue et passiue. ¶ Deinde qñ dicebat ꝙ sentire est agere: pōt dici ꝙ indubitanter sentire est sensum pati: vtrum autē sensus in sentiēdo agat sensationem et non solum recipiat eā: videbit in alia q̄stione. Sed si sentire est pati: quare ergo significat p verbū actiuū: pōt rūderi: ꝙ noīa significāt ad placitū ⁊ fuit talis cōmunis impo mo ꝓpter estimationē vulgarē: qr sepe apparet vulgaribꝰ ꝙ sentire sit agere: eo ꝙ ipsi nō pcipiūt motū p quē sensus moueat a sensibili remoto. Sed tñ peteres quare philosophi dicūt ꝙ sentire et intelligere sunt actiōes immanētes. Rūdeo scđm vnā opinionē ꝙ hoc est qr iste actiōes manēt in suis agētibꝰ scꝫ qr sensus agit in semetipsum sensationē: ⁊ itellectꝰ ī semetipm itellectionē: ⁊ sic sensus ⁊ itellectꝰ sunt simul actiui ⁊ passiui ad actū sentiēdi vel intelligēdi. Sed alia opinio q̄ ponit ꝙ sensus nō agat sensationē sed solū recipiat diceret: ꝙ sentire ꝓ tāto dicitur actio immanēs: qr secū dū veritatē est passio tñ p modū actiōis significata ⁊ ita sentire posset dici passio transiens in aliud: qr secūdū veritatē est actio siue agere: tñ per modū passiōis significata. Alia ratio bene ꝓbat ꝙ sensus est virtus actiua ad motum localem. De alijs rationibus arguentibus de nobilitate vegetatiue supra sensitiuam: vel sensibilibus supra sensum dicetur in alia questione.

Questio.XIIII.




Queritur decimoquarto: vtrum ad sensationē necesse est ponere sensū agētē. Arguit ꝙ sic: qr sicut itellectꝰ se hꝫ ad intelligere ita sensus ad sentire: vt ptꝫ tertio de aīa: sed ad intelligēdū opꝫ ponere intellectū agētē: ergo ad sentiēdū opꝫ ponere sensuꝫ agētē. ¶ Itē Arist. scđo huiꝰ dicit animā esse cām corporis secūdū agēs: declarat dictum suū in alteratiōe sensus: qđ nō esset ad ꝓpositū nisi aīa eēt agēs ad sentiēdū ergo ipsa debet poni sensus agēs. ¶ Item vt arguebat in alia q̄stiōe si aīa sensitiua nō esset agēs ad sentiendū opꝫ cōcedere ꝙ sensibile esset nobiliꝰ sensu: ⁊ potētia vegetatiua esset nobilior potētia sensitiua. ¶ Itē: cū forme sit agere: rōnabile est ꝙ oī forme assignet aliqua actio ꝓpria sed nō potest anime alia actio assignari igitur.

Oppositum arguitur: quia si esset dare sensus agētes sicut passiuos: seqret ꝙ Aristo. esset diminutus. ¶ Pono breuiter cōclusiones sine recitatiōe opinionū. Prima est ꝙ aīa agit ad actū sentiendi: qr ad agēdū sensationē nō sufficit obiectū: qr nullū agēs ꝓducit effectū nobiliorem se: ⁊ tamē actꝰ sentiēdi est nobilior colore: odore: vel sono: nā sicut dicit pmo politicorū: opꝫ dispositiones aīe esse nobiliores dispositionibꝰ corporis queādmodū aīa est nobilior corpore. Silr species sensibilis si sit distincta a sensatione non sufficit ad agendū sensationē ꝓpter idē: ⁊ ita argui pōt qđ species ⁊ obiectū nō sufficiūt. Et hā ꝓbat ex alio: qr si aīa ad hoc nō ageret: seqretur ꝙ nullo mō posset cōuinci ꝙ ipsa aīa sensitiua esset nobilior obiecto: ꝓpter hoc ꝙ nō possumꝰ arguere nobilitatē substātie vel potētie nisi ex nobilitate opationis eo ꝙ nō possumꝰ deuenire in notitiā substātie vel potētie nisi p notitiā opatiōis: ⁊ ideo si alicuiꝰ potētie operatio inueniat nobilior ꝙ̄ alteriꝰ: illa ponēda est nobilior mō aīe sensitiue eq̄ nulla est opatio nobilior ꝙ̄ actꝰ sentiēdi: ⁊ si ille actꝰ sentiēdi nō sit ab aīa actiue: sꝫ solū passiue tūc ille actꝰ esset actiue ab obiecto vel a specie sensibili: et sic esset eadeꝫ opatio obiecti ⁊ aīe scilicet sentire et illa operatio nobiliori mō esset obiecti ꝙ̄ aīe: qm̄ nobilius est agere ꝙ̄ pati: vt vult Aristo. tertio huius: et quarto ethicorū propter hoc enīꝫ est nobilius: vt ibi dicitur dare ꝙ̄ recipere: et qr semper Arist. extollit agentia super passa: nisi forte sint agentia instrumentalia: ideo si anima sensitiua non ageret ad suam nobilissimam operationem que est sentire: sed obiectum soluꝫ: illud obiectū esset nobilius ea quod est inconueniēs. ¶ Itē: nos videmus equū vel canē p sensum componere et diuidere et quasi syllogisando discurrere: vt si videt dñm suum vltra aquam vel post fossam: iudicans qđ non est veniendum ad dominum per viam rectam: sed per viam obliquā: circuibit fossatum: modo non est credendum quod obiectuꝫ sufficiat agere talem discursum: qr non habet aliam virtutem ꝙ̄ imprimendi suā speciē in mediū vltra quā impressionē sunt dicti actus: ideo ad illos actus oportet ponere aliud agens: ⁊ hoc debet esse anima sensitiua. ¶ Deinde infero secundam conclusionem ex predicta: scilicet qđ ad sentienduꝫ oportet dare sensum agentem et non solū passiuum: qr oportet dare animam sensitiuam: que agat ad sentiendum vt dictum est: sed non debet intelligi aliud per sensum agentem ꝙ̄ anima sensitiua si ponatur agere ad sentienduꝫ: ideo ⁊c. ¶ Tertia conclusio, non est ponendus sensus actiuus distinctus a sensu passiuo ex parte anime: quia non posset dici nisi ponendo in eodem animali plures animas sensitiuas:

quod videtur absurdū ⁊ superfluū etiā si ponatur alia anima sensitiua agens et alia recipiens sensationē: sequitur ꝙ illa anima sensitiua agens non cognosceret qꝛ nulla anima cognoscit nisi habeat in se cognitionē: tūc sequit ꝙ illa anima actiua sensationis esset minꝰ nobilis ꝗ̄ passiua: cum cognoscens sit nobilius sentiente: mō hoc esset absurdū. ¶ Quarta ꝯclusio est: ꝙ etiā sensus agēs nō est distinctꝰ a sensu passiuo ratiōe organi sicut diceremꝰ visum distingui ab auditu: qꝛ non esset possibile assignare organū visus actiui: ⁊ auditꝰ actiui distinctū ab oculo ⁊ aure q̄ tamē sunt organa visus ⁊ auditꝰ passiuoꝝ. ¶ Alia conclusio potest poni: ꝙ aīa nō agit in organo sensus speciē sensibilē obiecti exterioris: vt coloris: vel odoris: qꝛ obiectū ita videtur sufficere ad imprimendū speciē suā in organo sicut sufficit ad imprimendū eā in medio: qm̄ secundū eandē vel similē dispositionē: Verbi gratia secundū diaphaneitatē mediū et organū visus recipiūt species lucis: ⁊ coloris: ⁊ ideo si color illā speciē potest ꝓducere in medio sine hoc ꝙ anima coagat: ita pōt eā ꝓducere in organo. ¶ Ultima conclusio potest poni ꝙ species sensibilis est dispositio sensus ad agendū sensationē: quod ꝓbatur: qꝛ sine specie sensibili facta ab obiecto nō pōt sensus sentire: ideo species illa disponit sensum vel igitur disponit ipsum solū ad suscipiendū sensationem: vel disponit ipsum ad agendū: si dicas ꝙ disponit ad agēdū habeo ꝓpositū: si vero dicas ꝙ disponit solū ad patiendū ⁊ recipiendū: tunc concludet illud incōueniēs: qꝺ passiuum in hac alteratiōe esset nobilius ꝗ̄ actiuū etiā principale: et magis in actu: modo hoc est omnino inconueniēs: quia semper agens agit vt est in actu: et passiuum patitur: vt est in potentia sed consequentia probatur: quia passiuum in sensatione esset compositum ex specie sensibili et potentia ⁊ actiuum in sensatione saltem principale esset anima tantum: non vt informata illa specie: modo anima vt informata illa specie dicitur nobilior et magis in actu: ꝗ̄ vt accepta secundū se tantū: ⁊ ideo ad hoc ꝙ agens sit nobilius et magis in actu ꝗ̄ passiuum: rationabile est dicere ꝙ illa species sensibilis disponat ad agendum: ita ꝙ sit ex parte actiui magis ꝗ̄ passiui. ¶ Et vt finaliter detur modus per quem hoc fiat: nota: ꝙ nunꝗ̄ idē secundum idē ⁊ ratione eiusdem est actiuū ⁊ passiuū eiusdē operationis: et ideo credendum est qꝺ obiectū est actiuum speciei sensibilis tam in mediū ꝗ̄ in organū: compositū autem ex anima et organo correspondente est passiuū siue receptiuū illiꝰ speciei sensibilis ab obiecto. ¶ Preterea quātū ad actū sentiēdi: ⁊ cōponēdi ⁊ discurrendi ipsa aīa cū organo est passiuum ⁊ receptiuū: non ꝑ speciē illā: qꝛ species illa nō se habet receptiue ad aliquē illoꝝ actuū: sed ipsa aīa vt informata tali specie agit illos actus: ita ꝙ illa species cum anima se habet actiue ad illos actꝰ: ideo sic agens est nobilius: qm̄ cōpositū ex aīa ⁊ specie est nobiliꝰ ꝗ̄ species ꝺm se solā. ⁊ est sile sicut i multis aliis vꝫ ꝙ qm̄ ab exteriori agente aliqua potētia fieret i actu pīo posset se ꝑ illū actū primū mouere ad actū ꝺm: sicut graue ꝑ actū primū. s. grauitatem mouet se ad actū ꝺm: scꝫ ad locū deorsum: ⁊ intellectꝰ habēs sciētiā pōt ꝑ illā cōsiderare. ¶ Ex dictis rationes faciliter soluūtur: qm̄ cōcessum est sensus agēs q̄ est nobilior sensu passiuo: ⁊ nobilior obiecto: qꝛ agit principaliter ad nobiliorē opatiōnē ꝗ̄ obiectū: eo ꝙ agit ad sensationem q̄ est nobilior specie sensibili quā obiectū agebat. ¶ Sed de Arist. q̄re nō determinauit de istis sensibꝰ actiuis: dico ꝙ imo docet hic de eis: qꝛ nō est aliꝰ ex pte aīe vel organi sensus actiuꝰ ⁊ sensus passiuꝰ sed aīa q̄ de se est sensus passiuꝰ est cū specie sensibili sensus actiuus: ⁊ hoc determinauit satis Aristo. in dicendo qꝺ anima est causa corporis secūdū agens: ⁊ in motibus localibus: et in alterationibus sensibiliū: quod debet intelligi quātum ad sensationes.

Questio. XIIII.



Queritur decimoquarto vtrum sensus circa suum sensibile proprium potest decipi: Arguitur quod sic: quia visus a longe vel in obscuro aliter iudicat de coloribus et de luce quā faciat de prope vel in lumine: ergo vel hic vel ibi decipitur circa colorem et lucem. ¶ Item solem iudicamus in mane rubrum in ortu: ⁊ i meridie ipsum iudicamꝰ album: ergo cum sol non mutet colorem nos decipimur de eiꝰ colore: aut in mane: aut i meridie: ꝗ̄uis color sit de propriis sensibilibus. ¶ Item: infirmus dulce iudicat amarū: ergo decipitur de saporibus: que tamen sunt gustui propria sensibilia. ¶ Item: intellectus decipitur: circa propriū suū obiectum igitur et sensus: antecedens manifestum est: quia illa sunt propria obiecta intellectui que ab intellectu cognoscuntur et nulla alia virtute cognoscuntur: sicut sunt deus et intelligentie circa quas tamen intellectus potest decipi ⁊ errare: sed consequentia principalis probatur: per hoc quod intellectus est virtus potentior et certior ꝗ̄ sensus: in tantū quod sepe ꝑ intellectū corriguntur errores sensus vt de magnitudine solis et astrorum: modo si virtus superior et certior decipitur circa proprium obiectum: magis videtur quā virtus inferior et minus certa possit decipi circa suū. ¶ Itē quedam apparent lucere de nocte et de die non: sed apparēt colorata: ergo vel de die vel de nocte vel forte vtroꝗ tempore sensus decipitur circa colores aut luces illorum: tamē lux et color sunt propria sensibilia visus. ¶ Itē medius color iuxta nigrū apparet albior ⁊ iuxta album nigrior vt habetur tertio metheororum ideo de illo colore decipit visus. sic ergo patet qꝺ sensus multipliciter decipiuntur.

In oppositū est Aristoteles in littera. In ista questione fuerunt multi modi dicendi quomodo dictū Aristotelis debeat intelligi: et Aristoteles sensibile suum proprium vt visus non decipitur de colore quoniam colon nec auditꝰ de sono: tamen bene decipit iudicando quid est coloratum: vel vbi est: aut quid est sonās vel vbi est. Et themistius apponit tres conditiones ad hoc quod sensus non debeat decipi circa suum proprium sensibile. dicit enim qꝺ ad hoc primo requirit organū sensus bene dispositum. eger eñ ꝓpter imperfectionem lingue male iudicat de saporibꝰ: et ita habēs oculos egros nō bene iudicaret de coloribus. Scꝺo etiā reqrit: ꝙ mediū sit purū. ꝓpter hoc. eñ de luce vel colore solis nō bñ iudicamꝰ in mane iudicātes colorē eiꝰ rubeū hoc aūt est ꝓpter fumos iuxta superficie terre a terra eleuatos et aeri medio cōmixtos: fumi eñ de se sunt nigri: et lucidū ꝑmixtū nigro vel visum ꝑ nigrū apparet rubeū. Unde propter hoc carbones igniti apparent rubei scꝫ qꝛ lux ignis ꝑmixta est nigredini carbonū sed in meridie qꝛ nō sunt tot fumi inter nos et solē sol nō sic apparet. ¶ Tertio requirit ꝙ sit debita distantia inter visibile et visum. vnde si a longe videas colorē panni non bene poteris de eo iudicare. forte multe alie cōditiōes essent apponēde oportet eñ qꝺ sensibile sit sufficientis virtutis ad efficaciter mouēdū sensum: auditꝰ enim nō bene posset discernere sonos valde debiles: et oportet etiam non solū mediū esse purū: sed etiā ꝙ sit conuenienter dispositum ad sensationē talis obiecti: vnde in tali medio deciperemur de luce qm̄ nō deciperemur de colore et ecōtra sicut ꝑꝫ in tenebris vel in obscuro. Forte requiritur quod obiectum de quo debemus iudicare non appareat iuxta aliquod contrariorum quorū ipsum est medium: qꝛ sicut allegabatur ex tertio metheororum color medius apparet alius et alius si videatur iuxta album et nigrum. commentator etiam glossat Aristotelem qꝺ visus non errat circa colorem quoniā album ⁊ nigrum: ⁊ hoc in maiori parte. Et videtur mihi quod simpliciter concedendum est qꝺ sensus sepe decipit de obiecto ꝓprio ꝗ̄tū ad certū gradū. vnde sicut de magnitudine tu non potes ad visum iudicare precisum gradum: imo si duas magnitudines videas que quodāmodo sint equales ignorabis an sint equales; et forte credes eas esse equales licet non sint: et si videas festucā: licet medium et organum sint bene disposita et quod sit debita distantia tu nescies certam eius quantitatem: sed mēsurabis eam per digitos vel per aliam mensuram. et non minus est huiusmodi incertitudo circa colores: luces: aut sonos. sepe enim si colores sint in ꝓpinquo gradu albedinis aut nigredinis non iudicabis eorū differentiam: sic etiam de luce tu non percipies statim augmentum paruum lucis: imo forte non est bene possibile quod aliquis posset bene iudicare de certo gradu coloris: quia non percipimus colorē sine lumine: et vnumquodꝗ coloratum in maiori lumine apparet albius et in minori nigrius; etiam valde notabiliter; vt si aspiciamus parietem vbi radius solis cadit et iuxta: constat quod in radio solis apparebit multo albior. igitur manifestū est qꝺ sensus bene dispositus ⁊ ꝑ mediū purum et

rũ τ per debitã distantiã decipit: ergo sensus multipliciter circa obiectũ ꝓpriũ q̃ꝫtũ ad gradũ: imo etiã forte quãtuꝫ ad speciẽ decipit: q: rubrũ in obscuro apparebit nigrũ. Et ideo credo ꝙ expedit reuerti ad glossaꝫ cõmẽtatoris τ fortet themistij simul videlicet qꝺ sensus circa ꝓpriũ obiectũ nõ decipit scꝫ q̃ꝫtũ ad gradũ vel speciẽ in maiori parte.i.in multo τ hoc appositis illis ꝯditiõibus superius tactis: tũc enim vel quãtũ ad gradum vel q̃ꝫtũ ad speciem obiecti proprij nõ decipimur in maiori parte id est nõ decipimur in multo: tñ possibile est ꝙ paruas differẽtias nõ ꝑcipim⁹ neqꝫ distiguim⁹: sicut declaratũ fuit. ¶ Et tũc circa ista finaliter notandum ꝙ in hoc dicto nõ intẽdebat Aristo. ponere differentiã inter sensibilia propria τ cõmunia sicut aliqui putauerũt: q: sicut visus nõ decipit de colore qm̃ color ita nec de magnitudine qm̃ magnitudo: τ sicut visus circa colores nõ decipit in magno gradu: verbi gratia si sortes sit multo albior platone visus nõ decipiet qn ꝑcipiat ipsum albiorẽ q̃uis possit decipi in paruo gradu ita sine dubio nõ decipiet circa magnitudines si in q̃ꝫtate multũ distant sed bñ si parum distant. Sed Aristo. voluit ponere differẽtiã inter sensibilia ꝓpria τ sensibilia ꝑ accidens: q: circa sensibilia ꝑ accidens sensus põt decipi: nõ solũ in pauco: sed in valde multo vel in toto: etiaꝫ appositis oib⁹ circũstãtijs themistij: vt forte ꝓpter colorem iudicabimus hoc esse mel: licet sit fel: vel hoc esse ferrum licet sit lapis τ hoc voluit Aristoteles notare qꝺ visus nõ decipitur colore quoniaꝫ color idest non multum decipitur circa colorem nec q̃ꝫtũ ad gradũ nec quãtũ ad speciẽ: sed decipit quãtũ ad q̃d est iudicãdo q̃d est coloratũ: scilicet vtrũ hoc est lac an fel an vinum.

Istis visis rationes facte conceduntur: q: demonstrant: alique enim bene arguũt quod aliquãdo multum decipimur: aut ꝓpter nimiam distãtiã: aut ꝓpter indispositionem medij vel organi: vel etiã ꝙ circa propriũ obiectum oib⁹ bene dispositis decipimur: in pauco tamẽ: idẽ nõ in multo gradu: et hec omnia concessa sunt.

Questio.XV.



Queritur decimoquinto vtruꝫ sensibilia cõmunia sunt per se sensibilia: videlicet numer⁹ magnitudo mot⁹ quies: ita enim numerat Aristo. Arguit ergo primo ꝙ illa nõ sunt ꝑ se sensibilia: q: vel hoc esset ꝑ se τ prĩo vel hoc esset ꝑ se secũdario et non primo: sed neutrũ hoꝝ põt dici: igit ꝓbo minorẽ: primo em̃ nõ est dicẽdum' ꝙ sint ꝑ se et primo sensibilia: qm̃ sensibilia ꝓpria vocant ꝑ pri⁹ et magis per se sensibilia. nec põt dici ꝙ secundario: q: cõmentator dicit qꝺ illa cõmunia sensibilia sunt sensibilia a sensu secũdã qꝺ sensus: modo illud qꝺ est secũdũ ꝙ ipsum nõ est secũdario imo est primo vt apparet in lib. posteriorũ. ¶ Itẽ qꝺ est ꝑ se tale esset tale oĩ alio circũscripto: sed magnitudo τ numerus nõ sentirẽt circũscriptis q̃litatib⁹ ꝓprie sensibilib⁹: nõ em̃ viderent: sine lumine nec audirent sine sono: ergo numer⁹ τ magnitudo nõ sunt ꝑ se sensibiles: τ ita esset de alijs cõib⁹ sensibilib⁹. ¶ Itẽ: illa nõ sentiunt ꝑ se q̃ sentiunt ꝑ aliud maxie si illud aliud sit eis cõiũctũ accidẽtaliter τ cõtigent verbi grã. hõ nõ esset ꝑ se risibilis si esset risibilis solum ꝑ currere aut sedere: qꝺ cõtingẽter cõuenit hoi. sꝫ magnitudo si sit visibilis vel audibilis: hoc nõ est nisi ĩquãtũ cõiungit lumini aut colori: aut sono: qb⁹ tñ accidẽtaliter τ cõtingẽter cõiungit ergo nõ est ꝑ se sensibile: et ita argueret de alijs sensibilibus cõib⁹. ¶ Itẽ entia mathematicalia nõ sunt ꝑ se sensibilia cũ sint abstracta a motu et materia sensibili: sed numer⁹ magnitudo et figura q̃ ponunt sensibilia cõmunia sunt entia mathematicalia: igit. ¶ Itẽ: in prĩo posterioꝝ ponit Aristo. duos modos dicẽdi ꝑ se: addẽs solũ ꝙ q̃cunqꝫ neutraliter dicunt accidentia dicunt: et ideo si sensibilia cõia essent per se sensibilia: aut hoc esset in prĩo modo dicẽdi ꝑ se aut in secũdo: sed neutro modo põt dici: qm̃ in primo modo predicatum ponit in diffinitione subiecti: τ in secundo subiectum ponitur in diffinitiõe p̃dicati: vt vult Aristoteles: modo nec sensibile ponitur in diffinitione magnitudinis aut numeri nec ecõuerso igitur numerus et magnitudo nõ sunt per se sensibiles. ¶ Item: substãtia non sentitur per se: vt vult Aristoteles: ergo neqꝫ numerus vel magnitudo. consequentia probatur: q: non min⁹ ꝑ se cõiungit substãtia qualitatibus sensibilibus q̃ꝫ numer⁹ vel magnitudo: τ nõ minus etiã hec est necessaria: substãtia est sensibilis: q̃ꝫ hec: numer⁹ aut magnitudo est sensibilis: ideo nõ videt ratio quare substantia sit minus per se sensibilis quam numerus aut magnitudo. ¶ Deinde etiam posset argui de quolibet illorum sensibilium communiũ in speciali: sed de his videbitur in questionibus sequentibus.

Oppositum predictorum arguitur per autoritatem Aristotelis qui ponit illa sensibilia cõmunia esse per se sensibilia. ¶ Circa istã questionẽ sunt magne dubitationes de numero magnitudine τ figura: an sint res distincte a rebus numeratis magnis et figuratis: et de motu similiter et quiete vtrum sint res distincte a rebus motis vel q̃escentibus: et iste questiones habẽt locũ in alijs libris sꝫ in physica vel in metaphysica: et ideo in isto primo libro q̃stio taliter tractãda est ꝙ vtriqꝫ opinionũ de predictis ꝯcordet. ¶ Et est notãdũ ꝙ oportet aliter dicere de sensibilibus cõmunibus et de substantijs ꝙ sint sensibiles: cum Aristote. ponat substãtias esse sensibiles solum per accidens. et ego ad presens pono aliquas conclusiones. ¶ Prima est: qꝺ ista propositio magnitudo est sensibilis vel numerus est sensibilis nõ est magis per se q̃ꝫ hec: substãtia est sensibilis. vtraqꝫ em̃ est ꝑ se q: vtraqꝫ est necessaria: neutra tamen est per se et primo: qm̃ nec oĩs numer⁹ est sensibilis: nec omne sensibile est numerus. ¶ Secũda cõclusio põt poni: ꝙ non oportet dicere ꝙ magnitudo sit sensibilis ꝑ se id est solitarie: τ ita etiã de motu q: quecũqꝫ ponerẽt ꝙ motus non sit res mota: τ ꝙ nulla magnitudo sit albedo aut nigredo vel caliditas et sic de alijs similibus qualitatibus tertie speciei: sicut multi ponunt: non haberent dicere ꝙ numer⁹ et magnitudo possent sentiri sine illis qualitatibus: ideo non solitarie sentirẽtur. ¶ Alia cõclusio est: ꝙ non oportet dicere ꝙ magnitudo vel numerus ex eo dicatur sensibile cõmune q: eadẽ magnitudo vel idem numerus a pluribus sensibus per se sentiatur: quoniam istud dictum non cõueniret opinioni dicentiũ qꝺ omnis res extensa est magnitudo τ qꝺ numerus nõ est nisi res numerata: isti em̃ ponũt qꝺ nulla magnitudo est per se visibilis nisi illa que est color aut lux vel lumẽ: et nulla talis est ꝑ se tãgibilis vel per se audibilis. Illi etiã dicunt qꝺ solus numerus sonorũ est ꝑ se audibilis et solus numer⁹ saporum est per se gustabilis et sic de alijs: ideo nulla magnitudo vel nullus numerus est sensibilis pluribus sensib⁹ diuersarum specierũ. ¶ Ideo est alius modus dicendi ponẽdus qui vtrisqꝫ opinionibus cõueniat et per quẽ appareat intentio Aristotelis. Pono igitur istum modũ: ꝙ in proposito illis nominibus attribuitur hoc predicatũ esse per se sensibile: secundum quorũ cõceptus sensus iudicat de reb⁹ sensibilibus dico sensus exterior per se id est sine adiutorio estimatiue vel intellectus: sed de illis nominibus dicitur hoc predicatum sensibile per accidens que supponunt pro reb⁹ sensibilib⁹: sed de illis rebus nõ iudicat sensus exterior ſm conceptus illorum nominum: nisi hoc sit per cursum estimatiue vel intellectus Et vt istud intelligatur ponendum vt mihi videtur ꝙ visus non solum iudicat colorem vel lucem imo appropriate iudicat coloratum vel lucidum vnde eque primo eque per se vel per prius sentimus coloratum sicut colorem: et sapidum sicut saporem: et sonans sicut sonũ. τ ideo si nos videmus album: et albuꝫ est homo: sequitur quod videmus hominẽ: vel saltem ꝙ hominẽ videmus: sed tamẽ ꝑ visum non iudicamus de albo quod sit homo: sed quod sit albus: qꝺ ex hoc apparet: quia si per potẽtiam dei vel alias mutaretur substantia remanentibus colore magnitudine τ figura et alijs accidentibus: visus non mutaret suum iudicium in aliquo: sed si remaneret substantia et mutaretur color aut magnitudo aut figura: sensus mutaret suum iudicium: quia iudicaret nigrum quod iudicabat album: et magnum quod iudicabat paruum: et sphericum quod iudicabat cubicum: et causa est quia cum sit eadem res lapis: τ alba: et cubica: et spherica: tamen visus de illa re nihil iudicabat secundum conceptum substantialem a quo sumitur hoc nomen lapis: sed de illa re iudicabat secundum alios tres conceptus a quibus sumuntur hec nomina: album cubicum: sphericum: ergo nos dicemus ꝙ album vel cubicum

est per se sensibile sed lapis non est ꝑ se sensibilis. ¶ Tamē contra hoc statim obijcit qꝛ hoc tricubitū est ꝑ se sensibile et hoc tricubitū est lapis ergo lapis est ꝑ se sensibilis ꝙ est cōtra dicta. ¶ Solutio. argumētū tuū esset valde bonum si dicta prius essent intelligēda secūdū suppositionē personalē terminorū et de virtute sermonis sed sic nō erāt intelligēda vt apparuit: imo cū dico tricubitū per se sensibile: sensus est ꝙ de re que est tricubita sensus iudicat secundum illū conceptum secundum quem dicitur tricubita. et cū dico lapis nō est per se sensibilis: sensus est: quod de illa re non iudicat sensus vel etiā non potest iudicare sensus exterior secundum illū conceptū secundū quem dicitur lapis: et hoc non dixi nisi cum adiutorio estimatiue vel intellectꝰ. hoc enī dico qꝛ estimatiua ⁊ intellectꝰ possunt de speciebꝰ sensatis elicere intentiones nō sensatas: ⁊ ideo cum adiutorio estimatiue et intellectus nos ꝑ visum iudicamus hoc albū esse lac: vel hūc currētē esse canem aut lupum. ¶ Ex dictis ergo videtis respōsionē ad questionē. numerus enī ⁊ magnitudo figura ⁊ motus ⁊ quies dicūtur sensibilia ꝑ se: qꝛ per sensus exteriores iudicamꝰ res esse plures aut motas aut quiescentes aut etiā tātas vel sic figuratas ideo de eis iudicamꝰ secundum illos conceptus a quibꝰ dicta nomina sumuntur. ¶ Tunc vltimo videndū est quare dicuntur hec sensibilia cōmunia ⁊ illa sensibilia propria. Ad quod dico breuiter ꝙ non dicitur sensibile proprium ex eo quod alio sensu nō sentiatur: quoniā albū dicitur sensibile ꝓpriū: quod tamen nō solū videtur: imo gustatur: qꝛ est dulce: et qui ponit colorem esse magnitudinem ipse ponit ꝙ illa magnitudo visu solū cognoscitur ꝗuis dicamus magnitudinem esse sensibile cōmune. dicamus ergo quod illis nominibus attribuitur hoc predicatū sensibile ꝓpriū secūdū quorū conceptus iudicat solus vnus sensus de rebus: ⁊ illi nomini attribuitur hoc predicatum sensibile cōmune secundū cuius conceptū plures sensus exteriores iudicant de rebus: sic ergo dicemus colorē vel coloratum esse sensibile proprium: et magnitudinem vel magnū esse sensibile cōmune: ꝗuis nō sit alius color a magnitudine secundum sic opinantes nec aliud coloratum ꝗ̄ magnum. Nec contra predicta habet locum syllogismus expositorius: qꝛ quando dicimus magnitudinem vel magnū esse sensibile commune: propositio non intelligitur secundū proprium sensum nec secundum suppositionem personalem terminorū: sed ad istū sensum ꝙ de rebꝰ iudicāt diuersi sensus exteriores secundum conceptus secundū quos ille res dicuntur magne vel magnitudines. ⁊ color vel coloratū est sensibile ꝓpriū ad istū sensum ꝙ solus visus iudicat de rebus secundum illos conceptus secundū quos dicuntur coloratum vel colorate. Et vos videtis quod rationes que fiebant non procedant contra dictos sensus et ideo non indigebant solutione ⁊c.

Questio. XVI.



Queritur decimosexto vtrum numerꝰ magnitudo figura motꝰ et quies sunt sensibilia cōmunia et ꝑ se sicut dicit Aristoteles. Arguitur quod non: primo de numero: qꝛ numerꝰ preter animā non est nisi res numerate ⁊ ille res numerate vel sunt substātie ꝗ nō sunt sensibiles per se sed accidens: vel sunt qualitates que sunt propria sensibilia sicut colores aut soni vel forte sunt magnitudines: et sic sequitur ꝙ numerꝰ nō est sensibile nisi ꝑ accidēs vel ꝓpriū: vel saltē si est sensibile cōmune tū non distinctū a magnitudine. ¶ Item per Aristotelē quarto physicorū dicentem ꝙ numerā non est nisi anima ⁊ loquitur de anima intellectiua ideo sensus non numerat: et sic non iudicat de numero: ideo numerꝰ non debet dici per se sensibilis. ¶ Deinde arguitur de magnitudine: qꝛ multi ponunt quod magnitudo que sentitur non est res distincta a substantia vel a qualitate que est sensibile proprium ideo non debent dici ꝙ magnitudo sit sensibile cōmune ⁊ ꝑ se. Et iterum si magnitudo est res distincta a substantijs et qualitatibus predictis tamen videtur quod non possit imprimere speciem suam in sensu: ideo non per se sentitur. et hoc probatur primo: qꝛ recipiēs debet esse denudatum a natura recepti vt habetur sepe in secundo huius ⁊ in tertio: propter quod dicitur secundo huius quod similiter calidum vel frigidum non sentimus: sed organum visus vel vniuersaliter sensus non est denudatum a magnitudine. igitur non potest recipere species magnitudinis. ¶ Et confirmatur per commentatorem quarto physicorum dicentem quod quātitas non est de virtutibus actiuis: et ita magnitudo non potest immutare sensum vel organum. ¶ Quod iterum confirmatur: quia si magnitudo faceret speciem suā in sensu illa species vel esset magnitudo vel esset quedam qualitas. si esset magnitudo tunc essent simul plures magnitudines et esset penetratio corporum qꝛ esset magnitudo speciei cum magnitudine oculi: ⁊ hoc videt impossibile. si vero illa species non esset magnitudo sed quedā alia qualitas: tunc esset valde diuersa a magnitudine: ideo non videtur esse conueniens representatiuum magnitudinis: ergo magnitudo non est sensibilis per se. ¶ Item arguitur de figura: quia communiter nulli ponunt figuram esse rem distinctam a magnitudine: igitur saltem figura non debet poni sensibile cōmune distinctū contra magnitudinē. ¶ Deinde arguitur de motu: quia impossibile est motū esse in instanti: vt patet quarto et sexto physicorū: sed visio fit in instanti. vt vult Aristote. septimo ethicorū: igitur motꝰ non potest videri: et si non potest videri nō potest etiam alio sensu sentiri pari ratione. ¶ Item de motu non habemꝰ presentialiter nisi indiuisibile ad quod pars preterita et pars futura copulātur: quoniam quod preteriit amplius non est: et quod est futurum nondū est: modo indiuisibile non potest sentiri vt habetur libro de sensu et sensato ergo de motu nihil est quod possit sentiri. ¶ Item si motus esset per se sensibilis tunc sentiretur quādocūq; esset debita distātia ipsius ad visum: ⁊ quod mediū esset bene dispositū ⁊ similiter organum: et tamen hoc est falsum: qꝛ ponendo casū quod in mari nauis in qua tu eris moueatur et alia nauis iuxta illam: tu non percipies motū illarū nauium sed ad sensum apparebunt tibi quiescere: igitur motus nō est ꝑ se sensibilis. ¶ Ultimo arguitur de quiete: quoniā quies est priuatiuum motꝰ et priuatio nō nisi per habitum cognoscitur: ergo quies non cognoscitur nisi per motū: ⁊ per consequens non per se. Itē quies non est aliqua res preter substantiā vel magnitudinē quiescentē igitur non debet poni sensibile distinctum cōtra predicta. Item quies non sentitur per speciem propriam: qꝛ sic non sentiuntur priuationes: eo quod non habent species proprias: nec sentitur per species motus: quia tunc non est motus scilicet quando res quiescit ergo nullo modo videtur per se sentiri.

Oppositum vult Aristoteles in hoc secundo. Primo potest dici: ꝙ predicta: scilicet numerꝰ: magnitudo: figura: motus et quies: sunt sensibilia per se loquēdo ad sensum datū in alia questione: qꝛ sensus exteriores iudicāt de rebus secundū conceptus a quibus dicta nomina sumūtur et diuersificantur iudicia sensuū secundū mutationes dispositionum per dicta nomina significatarū siue connotatarū: verbi gratia: de magnitudine sensus iudicat hoc esse magnū: illud paruū: hoc esse tripedale vel bipedale. Silr ⁊ de figura: sensus iudicat hoc esse rotundū: illud quadratū: similiter de numero capiendo in ꝓposito numerū pro multitudine corporum adinuicē separatorū. sic enim patet ꝙ sensus iudicat istos homines esse multos et adinuicē diuersos et similiter auditus iudicat sonātia esse multa: vt cāpanas vel homines. Silr de motu ⁊ quiete manifestū est ꝙ ad sensum iudicamus istū quiescere: alterū currere: ideo hec oīa sunt ꝑ se sensibilia ad sensum priꝰ datū. ¶ Scđo dico: ꝙ oīa predicta sunt sensibilia communia: loquendo ad sensum datum in alia questione: qꝛ plures sensus exteriores iudicant de rebus secundū conceptꝰ predictorum nominum: quoniā de magnitudine et de figura iudicant bene tactus et visus: sed de numero motu et quiete possunt iudicare omnes sensus: nā ad auditū iudicas tonitruū moueri in nube. ¶ Sz hic aliqui dubitant quare visus et tactus iudicant magis de magnitudine ⁊ figura quam alij sensus. Ad quod breuiter respondetur: quod tangibile expandit se super organum tactus et maiorem magnitudinem occupat in tactu secundum quod est maius: et etiam secundum eius diuersam figuram occupat diuersam figuram in organo tactus: ideo propter hoc tactus iudicat de eius magnitudine et figura. ¶ Deinde ꝗ̄tum ad visum. species coloris multiplicant se ad visum secundum radios rectos: ideo nō est confusio radiorum

dictum sed remanet eorū ordinatio:et ideo alia pars quantitatiua coloris aliam partem quātitatiuā organi occupat: et ideo color secundū exigentiā sue magnitudinis et figure occupat in organo visus certam magnitudinē ꝛ figuram:et propter hoc visus potest iudicare de magnitudine et figura coloris vel colorati. Sed sonus ꝛ odor multiplicātur ꝑ medium secundū vias tortuosas ꝛ ideo cōfusio est radiorū ita quod partes quātitatiue soni vel odoris nō reseruant in organo sensus situm determinatū corespondentē situi corporis sonātis vel odoriferi:ideo sensus non potest iudicare de magnitudine vel de figura corporis sonantis vel odoriferi per speciē soni vel odoris. ¶ Ultimo debetis notare:q̄ oia dicta sensibilia cōmunia reducūtur in sensatione ipsorū ad magnitudinē:propter diuersum situm partium magnitudinis:hoc eīn est de natura magnitudinis quod eius partes habeant sitū siue positionē in toto. hoc est dictu ordinatione extra inuicem vt habetis in predicamentis:modo omne organū sensitiuum habet magnitudinē:ideo potest moueri a sensibili secundū diuersos situs organi:si ergo organū sensus moueat a parte dextra iudicat mouens esse ad illam distantiā:et si a parte sinistra iudicat obiectū a parte sinistra: et per istū modū iudicatur magnitudo:si enim occupat totum organū iudicatur magnum:et si occupat parū de organo iudicatur paruum. verū est tamē ꝙ ad hoc multum facit estimatiua. Ita etiam iudicatur numerus:q: si vnum obiectum mouet organū ad dexterū alterū ad sinistrū:sensus iudicat illa obiecta distincta. etiā percipitur mot⁹ aut quies: q: si sonans cōtinue mouet organū secundū eandē eius partem quātitatiuā iudicabitur obiectum cōtinue similiter se habere et quiescere. si vero sonās mouet organum modo ad dexterā modo ad sinistrā iudicamus obiectū moueri: ꝛ ita de visu ꝛ visibili:et ideo totū reducitur ad situm et magnitudinē. ¶ Et ex istis vos potestis assignare causas quare sepe rē quiescentem iudicamus moueri et rem motam quiescere:vt existens in naui mota iudicat arborē in litore moueri:q: arbor cōtinue mouet oculū secundum aliam ꝛ aliā partem eius propter motum oculi.

Ad rationes. Ad primā:dico ꝙ quis numerus non sit nisi res numerate vt homines aut boues:tamen illa nomina numerus ꝛ homines aliter significant illas res et secundū alios cōceptus:ideo possibile est q̄ sensus iudicat de illis rebus secundū conceptum a quo sumitur hoc nomen numerus vel multitudo:ꝛ nō secundū conceptū a quo sumitur hoc nomē homo:nisi hoc sit cū adiutorio virtutis superioris. Ad autoritatem Aristotelis:potest dici ꝙ solus intellectus iudicat de numero prout per numerū intelligimus certam mensurā:vt quadraginta vel centum:sic enim bruta nō numerāt res:tamen sensus bene iudicat numerū idest distinctionē rerū numerabiliū per hoc q̄ distinctos situs occupāt in sensu. ¶ Ad aliā:diceretur quod licet magnitudo visa nō sit res alia a substātia vel colore:tamē illa nomina aliter ꝛ aliter significāt illam rem:ꝛ secundū alias cōnotationes:et ita sensus potest iudicare de illa re secūdū conceptū vnius nominis nō iudicando secundum cōceptū alterius. Ad aliā:diceretur ꝙ licet magnitudo esset res alia a substātia et qualitate:tamē sentiretur:nō q: ageret in sensum:sed q: pars coloris secundū situm quē haberet in magnitudine propria ageret speciem suā in determinato situ organi:et alia pars coloris in alia parte organi et sic totalis species coloris esset expansa in organo secundū situm figuram et magnitudinem correspondentē situi magnitudini et figure coloris:ideo sensus de illo iudicabit. ¶ Ad rationē que arguebat de figura:conceditur q̄ nō sit distincta a magnitudine:cū ista nomina magnitudo et figura secundū cōceptus diuersos significant eandē rem et sensus de illa re iudicat secundum vtrūq; conceptū:et ob hoc figura et magnitudo ponuntur sensibilia distincta:non q: res significata est distincta:sed quia de illa re iudicat sensus secundum diuersos cōceptus designatos per illa nomina. ¶ Ad aliā: dico quod si visio fiat in instanti:tamen durat per longum tempus in quo tempore sensus potest iudicare de motu temporali. Dicendum est etiam:quod presentialiter habemus longum motum et diuisibilem:quoniam presens non solum est indiuisibile:sed magnum tempus:vt ista dies:iste mēsis et hoc est videndum in quinto physicorum. ¶ Ad aliā:concedo illam rationem. breuiter ego concedo quod motū non sentimus nisi per reductionem eius ad magnitudinem et situm. vnde ex eo solo iudicamus aliquid moueri q̄ ipsum immutat sensum nostrum continue secundum alium ꝛ aliū situm:et ideo quando mouemur cum re visa motu consimili non iudicamus rem illam moueri nisi hoc sit per virtutē interiorem:scilicet per estimatiuā vel per intellectū [illegible] gisando q̄ cum moueamur:et res visa maneat conti[illegible] in eodē situ ad nos oportet rem illā moueri similiter sicut nos et ob hoc etiā rem quiescentē iudicam⁹ moueri quando mouemur:ꝛ ad motū nostrū non attendimus:q: ita bene ꝑ motum nostrum res quiescens fit in alio et in alio situ ad nos sicut fieret per motū suum nobis quiescentibus:ideo ei qui in naui mouetur apparent ripe fluuij moueri:vel etiā arbores existētes in ripis. ¶ Postea ad rationē de quiete:dico etiā q̄ quies non sentitur nisi secundum reductionem eius ad magnitudinem et situm:cum enim res sensata manet cōtinue in eodem situ ad sensum:iudicamus illam quiescere et si continue fiat in alio situ iudicamus moueri vt dicebatur:et ita non iudicamus quietem omnino per modum priuationis:sed per modum predictum:scilicet per habere eundem situm ad sensum. ¶ Ad aliā:quando dicitur ꝙ quies non est res alia a substātia vel magnitudine:dicendum est sicut sepe dictum fuit:quod licet sit idē:tamē aliter ꝛ secundum alios cōceptus significatur per illa nomina. ¶ Ad vltimā:potest dici ꝙ si quies sentiatur per motū priuatiue:sicut tenebrā sentimus per priuationem lucis:tunc talis sensatio et tale iudiciū non est per sensum exteriorē nisi cū adiutorio virtutis interioris:sicut post videbitur:virtus nāq; interior per speciē in fantasia reseruatā motus aut lucis aut vniuersaliter habit⁹:hꝫ adhuc notitiā ḋ habitu:ꝛ pcipit sensum exteriorē nō moueri a tali obiecto cuius adhuc hꝫ speciem reseruatā:ideo iudicat exterius esse carentiā talis obiecti:et hoc est iudicare modo priuatiuo quietē aut tenebrā aut silentiū et sic de alijs priuatiuis:ideo ergo priuationes cognoscuntur per habitus siue per species habituū:non q̄ tunc fiant in sensu:sed que ante fiebant et reseruabantur interius. ¶ Istis visis potest consequēter dubitari:vtrū ꝑter dicta sensibilia communia sint aliqua alia. ꝛ solet dici ꝙ sic: imo Aristoteles in secūdo huius cū predictis enumerat vnitatem:sicut eīn sensu pcipimus discretionē siue separationē sensibiliū:quā Aristoteles hic intendit per numerū ita per sensum iudicamus de continuitate sensibilis:quā Aristoteles hic intēdit per vnitatem:iudicamus etiā de propinquitate remotione obiecti:ꝛ hoc est iudicando de magnitudine intermedia:iudicamus de asperitate ꝛ lenitate:ꝛ hoc est reducēdo ad figurā vel ad situm partium. vnde oia predicta sensibilia cōmunia non iudicantur a sensu nisi secūdū reductionē ad magnitudinē:de cuius natura est q̄ partes [illegible] eius habeant situm et positionem extra inuicē. similiter etiā sentiunt gravitas ꝛ leuitas:ꝛ ꝑ reductionē ad motū:qui etiā sentiebat ꝑ reductionē ad magnitudinē ꝛ sitū:ita etiā duricies et mollities sentiuntur ꝑ reductionē ad motum:cū eīn videmus aliquod corpus pelli ꝛ cōprimitur siue cedit in se iudicamus ipsum molle:si autē videmus ipsum nō cōprimi nec cedere in se iudicamus ipsum durū:et constat etiam q̄ multa visibilia percipiuntur a visu modo predictorū sensibiliū communiū et per reductionem ad ea:vt scripture ꝛ picture rectitudo et curuitas secundum reductionē ad figuram:et sic etiam pulchritudo et turpitudo:et multe etiā ꝑassiones aie:vt iocunditas vel tristitia vel timor aut ira et huiusmodi:omnia enim hec per quosdā motus corporeos aut per quasdā figuras faciei percipiuntur et sic principaliter puto quod non sint sensibilia communia nisi magnitudo ꝛ reducta ad magnitudinem ratione situs siue positionis partium ipsius magnitudinis.

Questio.XVII.



Queritur decimoseptimo vtrū ad videndum colores lumen requiratur propter ipsos colores an propter mediū. Arguitur quod propter colores:autoritate auē pace et per eius rationem:quia color participat naturam lucis:vt debet videri in de sensu et sensato:modo recipiens debet esse denudatū a natura recepti:igitur medium

non recipit species ratione qua ipsum est illuminatuz:imo
magis ratione qua denudatū est a lumine vel a luce:ideo lu
men non requiritur propter mediū:scilicet tali modo:quod
mediū per ipsum lumen fiat receptiuū specierum coloris et
si nō sic requiratur propter medium sequitur quod requiri
tur propter colores:scilicet vt det coloribus potestatē agen
di speciem suā in medio. ¶ Itē ad idē arguit per experimē
tum:quia si lumē cadat super colorē et mediū iuxta videntem
sit tenebrosum:vt si homo sit in camera clausa:tamē ille per
fenestrā vel foramē videbit manifeste illum colorē:sed econ
uerso si mediū sit illuminatum ab ipso vidēte vsque prope co
lorem:et tamen lumen non cadat super colorē vel debiliter
cadat super ipsuz:ille color vel non videbitur vel debiliter:
ideo manifestū est quod lumē non propter mediū sed pro-
pter ipsum colorē requirebatur. ¶ Item si medium indige-
ret lumine ad recipiendū speciē coloris:sequitur quod etiaz
organū indigeret huiusmodi lumine ad recipiendum speciē
coloris:sed hoc est falsum:quia dum tamē lumē cadat sup co-
lorem:quāto oculus magis erit in tenebris tanto melius vi
debit illum colorē:et quāto maius lumē attinget oculū tan-
to minus bene videbit illum colorem:igitur lumen non exi-
gitur in medio vel organo ad hoc quod medium vel organum
magis et melius recipiant speciem coloris. ¶ Et istud ar-
gumentū confirmatur per experientiam:quoniam si tu fueris in
lucido et intres camerā clausam:tu statim nihil in ea vide-
bis:quia adhuc oculus tuus est lumine siue specie luminis
repletus:sed quādo diu feceris morā in illa camera et quod re-
cedant species luminis ab oculo tuo:tu in illa camera vide
bis colores:igitur manifestū est quod lumē in medio vel or-
gano magis impedit receptionem speciei coloris quam ad hoc
proficiat:igitur non propter mediū sed propter ipsum colo-
rem requiritur. ¶ Idē confirmatur per aliam experientiaz
cum enim exhalationes fumose sint eleuate super terraz in
aere:et non sint inflammate neque lucētes:nos possumus me-
diantibus illis exhalationibus videre colores:si tamē con-
tingat quod ille exhalationes inflāmētur et luceant:tūc ille ter-
minabunt visum et nō poterunt species colorū multiplicari
per illas exhalationes vsque ad visum:ergo manifestum est
quod illuminatio medij magis nocet ad receptiones specie
rum coloris quam prosit. Et idem experimentum est de flamma
que prohibet videre colorem camini:fumus autem antequam
inflāmaretur et luceret non ita prohibebat videre colorem
camini:igitur illuminatio medij non prodest ad receptionē
speciei coloris. ¶ Ultimo arguitur per vnam similitudinē
quam ponit Aristoteles in secūdo huius:scilicet:quod intel-
lectus agens se habet ad fantasmata sicut lumē ad colores:
sed intellectus agens nō requiritur propter mediū inter fan-
tasmata et intellectum possibilem:quia non est ibi mediuz:sed
requiritur propter fantasmata que per se non sufficiebant ad
causandum intellectionem:igitur similiter lumen nō requi-
ritur propter medium:sed propter colores qui nō erant per
se sufficientes ad mouendum medium et visum.

Oppositum arguitur autoritate commen-
tatoris:et per eius rationem:quia si lumē requireretur propter
colores:tunc color non esset per se motiuus medij nec orga-
ni:sed per habitū sibi aliunde acquisitum:scilicet per lumē:
ideo color non esset per se visibilis:sed hoc est falsum:quia di-
cit commentator:quod ita color est per se sensibilis sicut ho
mo est per se risibilis. ¶ Item:propter illud requiritur lu-
men quod informatur lumine:sed mediū est quod informat
lumine:et non color:quoniam color est inherens corpori co-
lorato intrinsece:et lumen non intrat in corpus coloratum:
sed solum pertingit vsque ad ipsum:ideo non informat colorē
neque corpus coloratum:igitur requiritur propter mediū et
non propter colorem. ¶ In ista questione pono breuiter ali
quas cōclusiones:prima conclusio est:quod lumen requiritur
ad visionem:et hoc patet per experientiā in loco eniz simpli-
citer tenebroso nihil videmus:si nō sit ibi aliquod corpus lu-
cidum quod aliqualiter lumē suum multiplicet per illum
locum. Per hoc enim soluitur quedam obiectio in qua dice-
retur quod si in camera clausa et omnino tenebrosa sparge-
retur nix ille visu perciperetur et multi etiam lapides pre-
tiosi in tali loco viderentur ergo sine lumine possumus ali-
qua videre. Solutio:illi lapides sunt lucidi:ita quod habent
sibi lucē incorporatam:a qua luce prouenit lumē per quod
lumen multiplicatum vsque ad oculum illi lapides videntur:et
ita etiam dicendum est quod multa sunt corpora colorata:
specialiter albo colore vel rubro:vnde vinum habet lucem
sibi incorporatam:imo omnis color participat naturam lu-
cis:et maxime color albus:ideo aliqui colores possunt ali-
qualiter medium illuminare:et lumen suum multiplicare
vsque ad oculum:et sic nunquam aliquid sine lumine videtur.
¶ Secunda conclusio est:quod lumen dat medio formam
aliquam vel habitum:imo verius loquendo lumē est forma
medio inherens causata in eo a corpore lucido:et hoc est ex-
pertum et tanquam per se manifestum. Unde debetis imagina-
ri quod lumen differt a luce:quia lux habet esse fixum in corpo
re lucido:sicut color in corpore colorato:ideo mouetur cum
corpore lucido ad motum eius:sed lumen non sic habet esse
fixum in medio illuminato ideo non mouetur cum eo:et sta
tim ab eo auferretur si lucidū a quo est remoueretur. Debe
tis igitur imaginari quod lumē non est nisi sicut species et repre
sentatio lucis:multiplicata a luce vsque ad visum:per quam
speciem lux videtur sicut per speciem coloris color videtur.
vnde non est imaginandum quod proprie loquendo lumen
videatur sicut etiam species coloris non videtur:quoniam
sensibile vt vult Aristoteles positum supra sensuz non facit
sensationem:sed sicut per speciem coloris color videtur:ita
per lumen quod est species lucis lux videtur:ideo credo quod
nos videmus lucem solis per lumen ab ea multiplicatū ad
nos:licet hoc non sit per radios rectos. ¶ Tertia conclusio
lumen ab extrinseco cadens super colorem non reddit ex eo
colorem visibilem quod aliquam formam sibi imprimat:quia
si corpus coloratum esset penitus opacū:lumen non recipe-
retur in ipsum ad aliquam eius profunditatem:sed solum
ad extra pertingeret ad ipsum:ideo per hoc corpus colora-
tum nullam formam acquireret sibi inherentez:nec per con-
sequens color qui non est extra illud corpus. ¶ Quarta con
clusio:ad videndum colores lumen non requiritur in me-
dio vt disponat ipsum medium ad receptionem speciei colo
ris:et hoc vt mihi videtur probant sufficiēter rationes que
adducte fuerunt prius pro opinione auē pace. ¶ Quinta cō
clusio:ad visionem coloris lumen non requiritur vt det co-
loribus formam inherētem per quam moueant medium et
organū:et hoc patet per tertiam conclusionē. ¶ Ultima con
clusio:lumen requiritur ad visionem coloris ad hoc quod
simul lumē et color sufficiant ad mouendum visum et impri-
mendum in eo speciem sufficientem ad visionem:ita quod sic
imaginor quod nullus color habet naturā mouēdi diapha-
num nisi ratione qua participat aliquo modo naturalez lu-
cis:et quia colores specialiter nigri valde modicū participant
naturam lucis:ideo non sufficiunt per se ad causandum spe
ciem in medio vel in organo sufficientē ad visionē:sed sup-
ueniente lumine extrinseco:tunc color cū illo lumine simul
agunt et possunt facere speciem sufficientem:non quia lumen
agat in colorem nec econtra:sed quia simul agunt et possunt si-
mul quod color non poterat per se sicut quando due cande-
le sufficiunt ad scribendum de longe quando vna non suffi
ceret. quod autem iste modus sit tenendus:probatur per hoc
quia per conclusiones precedentes alij modi apparentes
sunt remoti:et videtur mihi quod rationes facte non proce
dunt contra dicta.

Questio. XVIII.



Queritur decimooctauo vtrū
color sit primum obiectum visus an lux.
Arguitur quod color sit primum obiectū
visus:per commētatorem qui dicit quod
color est visibilis sicut homo est risibilis:
modo homo est per se et primo risibilis:
igitur color est per se et primo visibilis.
¶ Item, vnicuique sensui primū obiectuz debet assignari ali-
quod genus continens contraria quia omnis sensus vnus de-
bet esse vnius contrarietatis:sed visui non potest assignari
aliud genus continens contraria quam color:igitur color de-
bet poni primum obiectuz visus. ¶ Deinde arguitur quod
lux sit primum obiectum visus:quia illud est primum obie-
ctum visus quod sine alio videri potest:et non aliud sine ipso:
sed lux potest videri sine colore et non color sine luce:igitur
lux debet poni primum visibile.

Oppositum

Oppositum vtriusq3 arguitur q2 obiectu3 primum alicuius potentie debet esse adequatum illi potentie: sed neq3 lux neq3 color se habet adequate ad potentiā visuā. nō eñ color: q2 lux potest videri: neq3 lux q2 color potest videri: imo nec ambo simul sub disiunctione: q2 multa alia possunt videri: vt magnitudo: figura: lumē: diaphanū: et quedā innominata que de nocte vidētur lucere: igitur neq3 lux neq3 color est primū obiectū visus nec ambo: etiam sub disiunctione. ¶ Notandum est: quod idē debemus intelligere per obiectum visus et per visibile: et etiam idem debemus intelligere per visibile et per illud qđ videri potest: ideo vidēdū est vtrū color aut lux sit primo visibilis. ¶ Deinde debetis notare: quod dicta questio potest vno modo intelligi secundum suppositionē materialē: scilicet ad istum sensum: vtrū color est primo visibilis: id est vtrum hec ꝓpositio sit de primo: color est visibilis: vel ista lux est visibilis. ¶ Alio modo potest intelligi secundum suppositionē personalem sine aliqua materiali suppositione et tunc aliquid diceretur primo visibile aut primo album aut vniuersaliter primo tale altero duorū modorum: vno modo q2 ipsum esset omni alio prius tale. Alio modo q2 nihil aliud esset prius tale q̄3 ipsum: sic eñ dupliciter exponitur primū: sc3 q2 ante oīa alia: vel q2 nihil ante ipsum: et posset questio intelligi: aut de prioritate secundum tēpus: aut de prioritate secundū principalitatē. ¶ Deinde est notādū: ꝙ bene differūt color lux et lumē: color eñ et lux termināt subiectū suū: hoc est dictu: reddunt ipsum non trāsparens: et si aliqđ lucidum vel coloratū adhuc sit trāsparens: vt vinū vel vitrū: hoc est quia non est ꝑfecte et intēse lucidū vel coloratum: et ideo etiā color et lux termināt visum: sed lumen dicto modo non terminat subiectū suum: imo relinquit ipsum trāsparens: et non terminat visum: et est lumen species lucis per quā speciem lux videtur. Unde proprie loquēdo lumen nō videtur: sicut nō videt species coloris: hoc satis patet experimētaliter: quia si radius luminis a sole intrans p fenestrā multiplicet se per aerem: et ad illū aerem aspiciamus: nō magis videbimus ibi lumē q̄3 alibi: sed tunc percipimus ꝙ radius intrabat quando inuenit obstaculū per qđ refrāgitur ad oculū nostrū. Imo debetis vltra imaginari ꝙ quādo lumen recte a lucido vel reflexe venit in oculu3: tunc p illud lumē videmus illud lucidum: et ideo nunc videmus nō lumen sed lucē solis: p lumen ab ea multiplicatum vsq3 ad oculū: qđ quidē lumē est in oculo species et representatio lucis. et non obstat si p reflexionē lumē multiplicetur ad oculum: quia simile est sicut si p speculū videas te: nō eñ debes credere imaginē existētem in speculo sicut: p̄ma facie apparet: imo tu vides te p speciem causatā a temetipso multiplicatā primo ad speculum et vlterius ad oculū tuum p reflexionem. ¶ Postea notādu3 est: ꝙ lux et opacitas sunt qualitates cōtrarie termināntes: corpus sibi subiectū: ita ꝙ nō sit transparens: et est nigredo ꝓpter multū de opacitate et parum aut nihil de luce: albedo autē est ꝓpter plus de luce et minus de opacitate. vnde lux pura apparet albedo: ꝓpter qđ sol apparet albus: modo lux ex se mouet diaphanū et illuminat: et ad hoc nō indiget opacitate aliqua: ideo neq3 colore: cum color non sit sine aliqua opacitate: sed opacitas non mouet diaphanū sine adiutorio luminis cadētis sup ipsu3: ideo lux sine lumine extraneo videtur: sed nō color. Et ex dictis reddit causa quare aliqua de nocte vidētur lucida: et de die vidētur colorata: causa eñ est: quia cum colore eorum admixta est lux: que cū nō sit lux maior obfuscās: potest immutare medium diaphanū vsq3 ad oculū: et tunc percipitur illa lux: sed nō percipit color eius: q2 super illu3 colorē nō cadit lumē extraneū: sed de die videt ille color quia sup ipsum cadit lumē solis. ¶ Istis notatis pono aliquas cōclusiōes. prima est: ꝙ nec ista propositio est de p̄mo. color est visibilis: nec etiam ista: lux est visibilis: q2 nec solum lux: nec solu3 color: sed si nomen commune esset impositum ad lucē et opacitatem et colores ex eis prouenientes: sicut multi aliquando vtuntur hoc nomine color: extendendo significatione3: tunc ista esset de primo: color est visibilis: vel saltem ista: color vel coloratum est visibile: omne enim tale et solum tale esset visibile. ¶ Alia conclusio erit intelligendo questionē sine suppositione materiali et loquendo de primitate principaliter. diceretur quod lux vel lucidum est primo visibile: et non color vel coloratum: quia illud est principalius visibile quod sine alio est visibile: quam illud quod non sine alio: sed lux est visibilis sine colore: et color non sine luce: igitur. Si autem loquamur de prioritate temporis: tunc ponerem istā cōclusionem: quod omne visibile ab eterno erat visibile: verbi gratia: antichristus est visibilis: quia omne quod videbitur potest videri: et per consequens est visibile: et si nūc antichristus est visibilis: ita erat heri et semper ante: et sicut dico de antichristo ita de omni visibili diceretur ergo omne visibile ab eterno fuit visibile. ¶ Ex hoc sequitur alia conclusio: quod loquendo de prioritate tēporis nihil est vel fuit primum visibile: ad hanc expositionē: quod omni alio prius sed omne visibile est vel fuit primo visibile: ad hanc expositionem: quod nullum fuit visibile priusq̄3 ipsu3: eo quod ipsum ab eterno fuit visibile: tamen dico vl imo: quod multa visibilia fuerunt multis aliis priora: quoniam corpora celestia fuerunt generabilibus et corruptibilibus priora: cum tamen hec et illa sint visibilia: tamen corpora celestia non fuerunt prius visibilia quam generabilia et corruptibilia.

Ad rationes dicendum est quod simile est de istis: color est visibilis: et homo est risibilis: q̄tu3 ad hoc quod vtraq3 est per se: sed non q̄tum ad hoc quod vtraq3 sit de primo. ¶ Ad aliam: potest dici quod genus appropriatū visui non est color: sed est genus commune ad lucem et opacitatem: ex quibus proueniunt colores: et est prima cōtrarietas circa quam est visus inter lucem et opacitatem. Alie rationes omnes possunt solui ex dictis.

Questio .XIX.



Queritur decimonono vtrum lumen multiplicetur in instanti per medium. Arguitur quod sic: per Aristotelem in secundo huius qui reprehendit empedoclē de hoc quod ponebat lumen diffundi temporaliter per medium: sed tamen tempus latere nos propter breuitatem. ¶ Item arguitur per commentatorem sexto physicorum commento tricesimo primo: qui contra Alexādrum negantem transmutationes indiuisibiles dicit: Alexāder contradicit in hoc magno et famoso scilicet Aristoteli: quonia3 Aristoteles et omnes peripatetici dicunt esse transmutationes que fiunt in non tempore: et hoc est manifestu3 in illuminationibus: illa sunt verba commentatoris. ¶ Item nō magis temporaliter fit illuminatio q̄3 visio et tamen visio fit in instanti et non in tempore vt determinat Aristoteles. vij. et x. ethicorum igitur. ¶ Item non est successio temporalis in aliqua transmutatione nisi propter aliquā resistentia3: sed nulla est resistentia in illuminatione igitur in instāti fit lumen per ipsum medium: maior manifesta est: quia quarto physicorū declarat Aristoteles quod in vacuo si esset fieret motus in instanti: quia nulla esset ibi resistentia: minor etiā patet: quia in alterationibus non apparet esse resistentia nisi ex ipso contrario: et lumen nullum habet contrarium: ideo nulla videtur ibi esse resistentia. ¶ Item in instāti fit quod in instanti corrumpitur: non enim est maior ratio de vno q̄3 de alio: sed lumen in instanti corrumpitur ergo sequitur ꝙ lumen fit in instanti: declaro minorem: supponendo quod lumen aliquod habet esse per solū instans: et hoc postea probabo. tunc de illo lumine probo quod corrumpitur in instāti: scilicet in illo instanti in quo est: quia vel corrumpitur in illo instanti vel corrumpitur in tempore precedente vel corrumpitur in tempore sequente: sed non potest dici quod in tempore precedente quia nihil corrumpitur anteq̄3 ipsu3 sit nec potest dici quod in tempore sequente: quia in illo tempore non amplius est: et sic iam corruptum est: ideo tunc non corrumpitur. ¶ Et confirmatur etiam per Aristotelem primo perihermenias dicentem: quod fit non est ideo proportionabiliter oportet dicere quod illud quod corrumpit est: modo illud lumen in illo tempore sequente non est: ideo in illo tpe sequēte nō corrūpit sequitur igit ꝙ corrūpit ī illo instāti ī quo habebat esse: et hoc volebamus ꝓbare. ¶ Nunc ego declaro suppositum: scilicet: quod aliquod lumen habet esse per solum instans: et suppono quod sol continue moueatur et aer in hac domo continue quiescat et radius solis intret in hanc domum per fenestram: et cum hoc suppono quod

impossibile sit naturaliter aliquod accidēs transire de vno subiecto in aliud subiectum: tūc signetur ille totus aer precisus qui in hoc instanti illuminatur per illum radiū: ⁊ vocetur ille aer: a: et lumen precise illuminans ipsum vocet᷑: b: dico ꝙ illud lumen: b: est in hoc instanti: q̄r ponitur quod in hoc instanti illuminat aerem: a: et illud lumen: b: nunꝗ̄ erit post hoc instans: licet forte pars eius erit: q̄r propter continuum motum solis quedam pars illius aeris: a: immediate post hoc instans non illuminabitur: et sic corruptum erit lumen quo illa pars illuminabatur: cū non transeat de subiecto in subiectū: ideo nō amplius erit totale lumen: b: et pari ratione nunquam fuit illud totale lumen: b: quia immediate ante nondum erat ille totus aer: a: illuminatus: ideo etiam nondum erat totale lumen: b: ergo totale lumen: b: est solum per hoc instans: et hoc erat suppositum.

Oppositum arguitur quia illud fit temporaliter ⁊ non in instanti quod cōtinue intenditur apud suā generationem: et continue remittitur apud suam corruptionem: sed sic est de lumine solis in nostro hemispherio: apparet enim experimentaliter ꝙ ab aurora vsꝗ̄ forte primaꝫ vel tertiam continue nobis intenditur lumen: et forte ab hora nona vsꝗ̄ ad defectū diei continue nobis remitti᷑ lumen: ergo temporaliter et continue generatur nobis lumen et corrumpitur. ¶ Item vbi inuenitur resistentia ibi non est mutatio instantanea: sed lumen in sua generatione semper habet resistentiam: quoniam grossities medij resistit lumini: quod ex hoc patet: q̄r ad minorem distātiam fit illuminatio et minus intensa: q̄to medium est grossius: ⁊ fit illuminatio ad maiorem distantiam et magis intensa q̄to mediū est subtilius: quod nō esset ita nisi grossities resisteret. sed semper medium habet aliquā grossitiem nisi ponatur corp⁹ vacuum ergo semper inuenitur ibi resistētia et per consequēs mutatio temporalis non instantanea. ¶ Iteꝫ instans nihil est: ergo in instanti nihil fit vel mutatur: consequentia videtur nota de se: antecedens probatur: quia instans si est: est aliquod indiuisibile in tempore: sed nihil est indiuisibile in tp̄e vt ad presens suppono: igitur instans nihil est. ¶ Ista questio est difficilis propter dubitationem de esse puncti et instantis: vel etiam de significatione horum nominum punctum et instans. ¶ Debetis enim primo notare et supponere ex libro physicorum: quod instans non est mensura positiua indiuisibilis scilicet distincta a tempore: sicut etiā punctum non est aliqua res indiuisibilis nec est aliqua res distincta a linea. Unde hec nomina punctum et instans sunt priuatiua vt innuit Aristoteles tertio de anima: cum igitur nomen priuatiuum debeat exponi per negationem habitus siue nominis positiui: diceremus quod hoc nomen instans potest exponi dupliciter. Uno modo per negationem durationis diuisibilis in tempore: et sic punctum exponeret᷑ per negationem diuisibilis in linea: ita quod cum dico inter duas medietates linee esse punctum: ego significo medietates linee esse: et inter eas: nihil esse diuisibile: et sic etiam cū dico inter duas horas diei esse instās: ego significo illas horas esse et nihil esse diuisibile inter eas: sicut quando dico in oculo esse cecitatem significo oculum esse ⁊ non esse in eo visum. Alio modo hec nomina instans et punctum minus proprie accepta exponuntur non per negationeꝫ diuisibilis simpliciter: sed per negationem totius diuisibilis: ita scilicet quod negetur hoc congregatum totum diuisibile videlicet: totum tempus: tota linea: accipiendo hoc nomen totum syncathegoreumatice scilicet distributiue: et tunc si diceremus mutationem esse instantaneam: non significarem⁹ illā esse in tēpore: sed oppositum in nullo toto tempore. et si dicamus spherā tangere planum secundum punctum: non intelligimus ꝙ non tangit secundū aliquam partē ei⁹: sed ꝙ nō secundū aliquā totā partē. ¶ Et istis notatis pro presenti pono vnā conclusionem: exponendo instans primo modo impossibile est aliquod esse instans: aut etiam fieri: aut corrūpi: et similiter impossibile est aliquid incipere esse vel desinere esse aut etiam moueri in instanti: quoniam impossibile est quod implicat contradictionem: sed predicta implicant contradictionem: nam si: b: incipit in instāti habetur quod incipit esse: et tamen in nullo tempore incipit esse: sic eīm exponebatur ex prima expositione modo si in nullo tempore incipit esse tunc nunꝗ̄ incipit esse: quoniam semper ⁊ nūꝗ̄ non distribuunt nisi tempora: ex quo non ponimus in tempore aliquas mensuras indiuisibiles distinctas a tempore. Deinde sequitur: si nunꝗ̄ incipit esse ꝙ non incipit: ergo incipit esse ⁊ non incipit esse: ⁊ hoc est manifesta contradictio: et ita declaretur de omnibus alijs in predicta conclusione contentis. ¶ Sequitur statim alia conclusio: scilicet quod est vel quod fit vel quod desinit aut incipit esse fit in tempore diuisibili et est in tempore et incipit vel desinit esse in tempore diuisibili: quia vel in instanti indiuisibili et distincto a tempore: vel in tempore diuisibili: sed non in instanti indiuisibili et distincto a tempore: q̄r non est tale vt supposuimus igitur est in tempore diuisibili. ¶ Sed contra hoc obijcitur: quia anima intellectiua fit de nouo et creatur: tamen hoc non est in tempore diuisibili: cum ipsa sit omnino indiuisibilis. ¶ Similiter: si tu dicas quod Sortes incipit esse in aliquo tempore diuisibili: vel etiam incipit moueri in aliquo tempore diuisibili: signetur illud tempus in ista die: tūc in ista die moue᷑ et tamen in ista die incipit moueri ⁊ quandocūꝗ̄ aliquid mouetur ipsum prius mouebatur ergo quādocūꝗ̄ Sortes incipit moueri ipse prius mouebatur: ⁊ hoc est manifeste falsum: quia non incipit esse vel moueri nisi q̇ᵭ ante non erat vel mouebatur. ¶ Ad istas obiectiones patebit per conclusiones sequentes. Pono igitur aliam cōclusionem: aliquid fit in instanti exponendo instans per negationem temporis distributi per hoc nomen totum: quia hoc modo fieri in instanti significat ipsum fieri in aliquo tēpore et tamen ipsum in nullo toto tempore fieri: capiendo totum distributiue sicut dixi prius: modo anima intellectiua fit in aliquo tempore: quia fit aliquando: cum aliquando sit ⁊ aliquando non erat: ⁊ fieri aliquando est fieri in aliquo tempore: ex quo non ponantur instantia indiuisibilia: et tamen anima intellectiua in nullo toto tempore fit: q̄r tūc fieret in qualibet parte illius temporis: quod non est dicēdū. Eodē modo omne quod incipit vel desinit esse aut moueri incipit vel desinit esse aut moueri in instanti exponendo instans vt dictum est. Et ita dico principium et similiter finem diei esse instans: et principium vel finem linee punctum: non exponendo punctum et instans per negationem diuisibilis: sed per negationem diuisibilis distributi per hoc nomen totus: sicut potest patere ex dictis.

Tunc respondetur ad illas obiectiones: ⁊ dico quod anima fit siue creatur in tempore et tamen fit siue creatur in instanti exponendo instans secundo modo vt dixi: quoniā in his que fiunt tota simul et non pars ante partem non est ibi factio distincta a facto esse nec distincta a re que fit vel que post facta est: sed in his que fiunt diuisibiliter scilicet precise pars post partē ibi factio et res facta distinguūtur sicut pars ⁊ totum distinguūtur: quoniā factū completū est totū ad illud quod ante erat factio: ideo bene dicitur tertio physicorum quod motus est actus incompletus. ¶ Debetis ergo exponere fieri in his que fiunt tota simul quod fieri est rem esse cum aliquando non fuerit ante: et ideo cum Sortes est in hac die et non fuit ante ipse est in ista die ⁊ ipse est in prima medietate et prima centesima et non erat ante: ideo fit et creatur in prima medietate ⁊ in prima cētesima ⁊c. Hoc est in instanti: quia non fit in aliquo toto tēpore. ¶ Sed ad aliā instātiam quādo dicebat Aristoteles: omne quod mouetur in aliquo tempore moueba᷑ pri⁹. dico q̇ᵭ illa ꝑpositio habet vnū sensum veruꝫ et alium falsum. verum enim est quod omne quod moue᷑ in aliquo tp̄e mouebatur prius q̄ꝫ illud tēpus esset completum: ⁊ sic intendit Aristote. sed non mouebatur priusq̄ꝫ esset aliquid illius temporis: sicut si Sortes moue᷑ precise ꝑ istā totā diem ipse pri⁹ moueba᷑ q̄ꝫ etiā dies fuit cōpleta: sed nō moue᷑ priusq̄ꝫ sit aliquid illius diei: ideo incipit moueri in hac die quia nō ante mouebatur. ¶ Ex istis concluditur q̇ᵭ nunꝗ̄ exponēda sunt hec verba incipit vel desinit per instans indiuisibile: cū nō sit illud dare: nec exponenda sunt per non esse seꝫ ꝑ negationē presentis: imo semꝑ per affirmationē presentis ⁊ negationeꝫ preteriti vel futuri. vnde ego incepi esse q̄ñ ego eram: ⁊ incepi moueri quādo mouebar: et sic desinā esse q̄ñ ero ⁊ moueri quādo mouebor. ¶ Istis habitis descēdo ad lumen specialiter de quo in speciali fiebat questio: et pono istam primam cōclusionē: ꝙ secūdū cursum nature nullū lumen fit in aere in instanti imo in aliquo toto tp̄e cōtinue ꝑ

post

post partem: ita q in factione luminis dare est successionem tam secūdum partes quātitatiuas aeris q̄ secundum partes graduales luminis: et causa est: q: si modo dom⁹ careat lumine ⁊ de nouo debeat aer hui⁹ dom⁹ illuminari: vel oportet quod hoc sit per nouā approximationem lucidi: vt hodie per aduentum solis aut per nouā remotionē prohibētis: vt per apertionē fenestre. si primo modo cōstat q lucidū continue et temporaliter approximabatur: ⁊ secundū q approximabatur magis fiebat lumē intensius: ideo continue fiebat sicut continue approximabatur. eodē modo erit de remotione prohibentis vt de apertione fenestre quia cōtinue ⁊ temporaliter oportet eam aperiri: et q̄to magis aperitur tanto fit lumen intensius ideo sic continue fit lumen in hac domo sicut cōtinue fieret caliditas in calefactibili. ¶ Secūda cōclusio de lumine in speciali est talis: quod si per potentiā diuinam corpus lucidū crearetur totū simul et instanter sine motu locali applicaretur aeri illuminabili tunc in illo aere toto fieret lumen in instanti: exponendo instans per secūdū modum: q: fieret aliquando ⁊ ideo in aliquo tēpore ⁊ tamē in nullo toto fieret: cū enim non sit contrarium resistens nō fieret prius tempore in parte aeris propinqua lucido q̄ in parte remotiori. nec in aliqua parte aeris fieret pri⁹ remisse et post intense et ideo simul fieret per totum aerem per quē fieret: et hec est intentio Aristo. quando dicit lumē fieri seu multiplicari in instanti. et etiam quando dicit septimo ⁊ decimo ethicorū visionem et delectationē fieri in instanti: hec enī non sunt simpliciter vera secūdum cursum naturalē: sed sub hac conditione: si obiectum sufficienter esset presentatū sine motu successiuo: ita scilicet quod nō repugnat ex parte luminis vel ex parte visionis vel delectationis quin fiat tota simul sed repugnat ab extrinseco scilicet ob eo quod obiectū non potest applicari passiuo nisi per successionez: ⁊ intendit Aristoteles quod in hoc est differentia inter lumē visionē et delectationem ex vna parte: et inter caliditatem et frigiditatem et alias qualitates secundum quas est per se alteratio ex alia parte: q: q̄uis per potentiaz diuinam esset a instanter approximatuz calefactibili: tamen adhuc fieret caliditas continue et temporaliter: et prius remisse q̄ intense: et prius etiam tempore in parte calefactibilis propinqua tali frigiditati q̄ in parte remotiori: prouenit successio ex resistentia qualitatis contrarie. ¶ Deinde propter quasdam alias questiones de esse luminis vos debetis notare q etiā inueniuntur in triplici differentia: quedā enī sunt pure permanentia: alia sunt pure successiua: ⁊ alia sunt quodāmodo permanentia ⁊ quodāmodo successiua: modo ens pure permanens se habet ad aliquod totum tempus ita: q ipsum et quelibet pars ei⁹: si habeat partes: est in aliquo tpe ⁊ i qualibet parte illi⁹ tpis. Sed pure successiuū vocatur illud qd proportionabiliter diuidit tpi et q nulla pars ei⁹ correspōdens priori parti tpis stat cū parte correspōdēte posteriori parti tpis: ⁊ de hoc genere entiū est mot⁹ localis si ponam⁹ ipsum esse rem distinctam a mobili et loco. Sed illud dicit partim successiuū et partim permanens cui⁹ partes fiūt vel corrūpuntur cōtinue vna post aliā: tamē pars prior pōt manere cū parte posteriori et sic fluui⁹ est ens successiuū et flamma candele ⁊ aer vel aqua apud suā generationē vel corruptionē: imo etiā corpora animaliū possunt dici talia: qm cōtinue per nutritionem illis corporibus alique partes apponuntur: et per euaporationē a calore aliquae partes remouētur. ¶ Modo debetis scire qd si dicamus totū permanens esse in aliquo toto tpe ⁊ totum successiuū etiā esse in aliquo toto tempore: oportet aliter et aliter exponere propositiōes si debeant esse vere: q: in permanentibus totum est in toto referendo quodlibet ad quodlibet: hoc est dictu: quod quelibet pars illius permanentis est in qualibet parte illi⁹ temporis: hec autē expositio in successiuis esset falsa: si enim sit motus localis durans precise per vnam diem et dicam⁹ totum illum motum esse in tota illa die non poterit dici quod quelibet pars illius motus sit in qualibet parte illius diei: q: prima medietas motus non est in secūda medietate diei: sed exponatur si totum in toto quod singula singulis referantur scilicet quod quelibet pars motus est in parte temporis sibi correspondente: et etiam in qualibet parte illius temporis est pars motus sibi correspondēs vt in prima medietate prima medietas et in secūda secūda. ¶ Et debetis scire: q iste mod⁹ essendi hic totum in toto q̄uis non sit ita proprie dictus sicut precedens tamen sufficit ad hoc q res dicatur esse in instanti: et ob hoc Aristo. declarat qd omnis motus est in tēpore diuisibili et nullus motus est in instāti: eo qd omnis motus est in aliquo toto tempore ad expositionē predictam: scilicet: quia in qualibet parte illius tēporis est aliqua pars illius correspondens illi parti temporis.

¶ Nunc ergo descendo ad ipsum lumen et pono istam conclusionem: q si lucidum quiescat ⁊ aer illuminatus moueatur: et econuerso lucidum moueatur et aer quiescat: tunc lumen in illo aere erit ens pure successiuū: quoniā illud lumē quod erit in prima hora non manebit in secunda hora: imo erit tunc aliud lumen: quia ex quo positum est quod aer cōtinue mouetur oporteret si lumē maneret idē quod trāsiret de subiecto in subiectum: quod est impossibile. ⁊ etiam si aer quiescit et lucidū mouetur tunc non remanebūt eedē linee recte que semper protraherentur a corpore lucido in illum aerem: modo lumen q̄tum ad principales radios multiplicatur siue generatur secundū rectitudinez a corpore lucido in ipsum aerē. igit moto lucido sunt alij radij nisi transeant de subiecto i subiectū quod est impossibile: igitur nō est idē lumē quod erat in prima hora cū illo quod est in secūda hora: et pari ratiōe non est idem quod est in prima medietate hore cū illo quod est in secūda medietate: ⁊ sic secundū infinitā diuisionē: ideo manifestum est q ibi lumen habet esse pure successiuum propter quod oportet dicere quod totale lumen vnius diei est in illa tota die: nō q: quelibet pars in qualibet parte sed q: singule partes luminis sunt in singulis partibus diei sibi correspondentibus: et hoc sufficit vt dictum est ad hoc quod dicamus lumē non esse in instanti et etiam lumen non fieri in instanti.

Ex istis dictis potest respōderi ad omnes rationes que hic mihi fiebant. vna enī ratio probabat quod lumē habet esse per solū instans: q: hoc totale lumē nec fuit ante nec erit post. respondeo quod omne lumen signatū vel signabile habet esse temporale: non q: sit in illo toto tpe per modū permanentie: sed q: est in illo toto tēpore p modū successionis scz vna pars eius in vna parte et alia in alia: et dictum fuit qd hoc sufficiebat ad hoc q non dicatur esse in instanti. ¶ Alia ratio arguebat quod lumē non fieret in instāti licet per potentiā diuinam crearetur lucidū ⁊ presentaret aeri sine motu locali: scilicet instanter: q: sicut arguebat illa ratio resistentia lumini inuenitur in illo aere scilicet aliqua grossities: aliter enim ita intense fieret ab eodem corpore lucido lumen in medio grosso sicut in medio subtili: qd tamē apparet falsum. ¶ Ad hoc respondetur qd non est ibi ppria resistentia: cū non sit contrariuz nec inclinatio ad oppositū: sed est ibi passum minus bene dispositum ad recipienduz: ⁊ est ibi actiuum non infinite sed determinate potentie: modo tale actiuū: q̄uis nō sit resistentia in passo: nō producit nisi q̄tum exigit proportio sue actiuitatis ad dispositionē passiuam ipsius passi: ideo minus pducit in minus passiuum et magis in magis passiuū: tamen statim quando est applicatum passiuo producit sine mora q̄tum cum mora posset producere. vnde propter longam morā lucidi in aliquo aere nō magis intendit lumē. qd nō est ita de caliditate: ppter hoc qd caliditas habebat resistentiam. ¶ Alie rationes omnes non procedunt contra dicta.

Questio. XX.



Queritur vtrum sit dare maximā distantiam a qua visus potest videre obiectum suum. Arguitur quod sic: quia per aliquam distantiam tu posses videre fabam: et tamen nō p omnem distantiam posses eam videre: ideo distātia per quā tu potes videre est terminata: et de omni terminato est dare maximum: igitur.

Oppositum arguitur: q: per subtilius mediū tu posses p maiorē distātiā videre: vt expertū est: sed of medio subtili dato potest dari subtilius: quoniam sicut dicit Aristot. quarto physicorum: non repugnat quod in infinitum fiat subtilius igitur quacūqz distantia data p quam tu posses videre fabam posset dari maior: scilicet in medio subtiliori: per quod tu posses eam videre et sic non est dare

maximã per quam tu posses eam videre.

Ista questio est bene difficilis ⁊ multũ scrupulosa indigens multis: et diuersis distinctionibus. Tamẽ pono vnã conclusionẽ: quod nõ est dare maximã distantiaꝫ per quã possemus videre aliquod obiectũ: imo non est dare aliquã tantã distantiã quin possemus aliquod obiectum videre ꝑ maiorẽ in duplo: q2 maius visibile et lucidius videremus a maiori distantia ꝙ̃ minꝰ visibile ⁊ minus lucidum: ⁊ ideo quacũq3 distãtia data ⁊ quocũq3 lucido dato: quod ab illa distantia videretur: maius visibile ⁊ maius lucidum: si esset: videre¬ a maiori distantia: et tamẽ posset esse per potẽtiam diuinã maius visibile in duplo aut in cẽtuplo aut magis lucidum: igitur illud posset videri per maiorẽ distãtiam aut in duplo aut in cẽtuplo aut in quacũq3 proportione volueris. ¶ Sed ista questio solet restringi: ponendo certũ visibile: verbi gratia fabam que semꝑ maneat in eiusdẽ dispositionibꝰ et secundũ suã quãtitatẽ et secundũ omnes qualitates et ponendo certuꝫ mediũ vt aerẽ qui ponatur semper manere eiusdẽ subtilitatis ⁊ diaphaneitatis: et oĩno eiusdẽ dispositionis in oĩbus alijs qualitatibus facientibꝰ ad visionẽ vel ad impedimẽtũ visionis: ⁊ ponẽdo certũ oculum qui etiã nunq̃ mutetur in suis dispositionibꝰ facientibꝰ ad bene vel male vidẽdum. et tunc esset questio: vtrũ esset dare maximam distantiaꝫ per quã siue vltra quã illa faba posset videri a tali oculo per tale mediũ ¶ Et ad istã questionem sic restrictam pono aliquas conclusiones. prima est: q̃ non est dare maximã distantiam ꝑ quã siue vltra quã illa faba posset videri: et loquor de distantia incipiente ab oculo procedendo ad fabã. Ista cõclusio probatur: q2 secundum aduersariũ signe¬ illa maxima distantia: tunc per illam distantiam faba videbitur et erit visio aliquãte intẽsionis: modo suppono ꝙ si obiectũ sit in maxime debita distãtia ad oculum tunc intẽse bene videtur: ⁊ si elõgetur minus bene ⁊ minus intẽse videbitur: ita ꝙ per elongationem visio est innata remitti. Tunc igitur cũ dictum fuerit quod visio in casu posito ab aduersario, erat aliquãte intensionis: sequitur si faba continue elongetur nõ statim corrumperetur illa visio tota simul: sed prius remittetur: ideo a maiore distantia videbitur faba: licet remissius: igi¬ illa distantia data ab aduersario non erat maxima per quam faba poterat videri.

¶ Item ad istam conclusionẽ aliqui arguunt sic: agens nõ agit in passum nisi eius virtus actiua excedat resistentiam passi: detur igitur distantia tãta ꝙ sit proportio equalitatis inter virtutem obiecti ⁊ resistentiã passi: constat q̃ ꝑ taleꝫ distantiã non fiet visio: per suppositũ: et per omnẽ minorem distantiam fieret: q2 in minori distãtia obiectũ esset potentiꝰ ad mouendũ visum: ideo excederet resistẽtiã passi: signemꝰ ergo per imaginationem punctũ terminantem primam distantiã: scilicet propter quã erat proportio equalitatis: constat q̃ omnis distantia per quaꝫ potest videri est infra illũ punctũ: et tamẽ nõ est possibile dare maximam distantiã infra illam que ad illũ punctum terminatur: q2 terminare¬ ad alium punctũ: quod est impossibile: quoniam inter illa duo puncta esset distantia diuisibilis: cũ punctũ non sit ꝓximuꝫ puncto. Tamẽ debetis scire q̃ ista ratio: q̃uis videa¬ subtilis: tamẽ forte non est demonstratiua: q2 supponit ꝙ visus habeat resistentiã ad actionẽ ipsius visibilis: ⁊ hoc non est demonstratũ nec ab omnibus concessum: imo sicut lumẽ nõ habet resistẽtiam in diaphano: q̃uis sit possibile quod diaphanum sit melius vel peius dispositum ad receptioneꝫ luminis: ita diceretur q̃ visus non habet resistentiam ipsi visioni: quoniam resistentia est a contrario vel ab inclinatiõe ad contrariũ: ideo ⁊c. cõcederetur tamen quod esset demonstratiua si esset resistentia ex parte visus ipsi visioni. ¶ Alij ad dictã conclusionẽ credunt facere demonstrationem: sic si esset dare maximam distantiam a qua tu posses videre: sequitur q̃ esset dare vltimũ instans rei permanentis in esse: et hoc est impossibile prout determinatũ est octauo physicorum vt illi dicunt: et probatur consequentia: quia per illam maximã distantiã videre¬ ⁊ esset visio in oculo: et per nullaꝫ maiorẽ videre¬: tũc pono ꝙ faba incipiat elongari: et tũc in instanti a quo incipit motꝰ elongationis nondũ est factꝰ aliquis motus nec aliqua elõgatio: ideo adhuc stat visio: ⁊ cũ nũq̃ post illud instans erit visio: illud instãs est vltimũ instãs in esse illiꝰ visionis ⁊c. Tamẽ sciẽdũ est quod ista ratio nõ valet quia supponit quod sint instantia indiuisibilia: quod nõ est verum vt suppono. si vero non ponantur talia instantia indiuisibilia: sed illo modo qui dictus fuit in alia questiõe: tunc certe concedẽdum est vltimum instans in esse rei permanentis sicut primum. ¶ Deinde pono secundã conclusionem: scilicet: quod vltra spatiũ in quo faba videretur est dare minimã distãtiam per quã siue vltra quam illa faba non videretur. Ista conclusio probatur: quia est dare spatiuꝫ in quo videtur: et est vltra dare spatium in quo non videtur: ⁊ illa spatia sunt immediate inuicem coniuncta: ideo mathematice imaginandus est punctꝰ terminans vtrũq3 spatium et ponamus ꝙ faba sit vltra illum punctum contingens tamen ad ipsum: constat ꝙ ibi non videtur: quia si videretur: tunc distantia inter ipsam et oculum esset maxima per quaꝫ posset videri: quod est contra predictã cõclusionẽ: ⁊ tñ vbicũq3 propinquius faba poneretur ipsa videre¬: ideo illa distantia est minima ꝑ quã nõ põt videri. ¶ Tertia cõclusio. simpl'r loquẽdo: nõ est dare minimã distantiam ꝑ quã faba non posset videri. q̃ sic patet: q2 si faba ponere¬ valde prope oculum nõ posset videri: ⁊ in tali propinquitate data quacũq3 distantia per quam non posset videri adhuc per medietatẽ illius distãtie minus posset videri: ⁊ si coniungeretur super oculum tunc nulla esset distantia igitur nulla est minima distantia per quã non posset videri: ⁊ ideo oportebat modificare secundam conclusionem eo modo quo modificata fuit.

¶ Quarta conclusio. nõ est dare minimã distantiã per quã illa faba videretur: q2 si detur: visio est aliquante intensionis sicut arguebatur de prima conclusione: ⁊ in approximando visibile ad visum est innata visio remitti ideo a minori distãtia videbitur magis remisse: ideo non erat dare minimam distantiam per quam posset videri. ¶ Quinta conclusio ponitur: ꝙ infra illud spatium in quo faba videtur est dare maximã distantiam per quã non videretur: q2 certum est ꝙ valde prope visum non videretur: ideo est imaginari terminum inter spatium in quo videretur ⁊ spatium in quo nõ videretur propter nimiam propinquitatem: illa enim spatia coniuncta sunt adinuicem: imaginetur igitur punctus medius: ⁊ visibile attingat ad illum punctum: constat ꝙ ibi non videretur quoniam si ibi videretur hoc esset contra ꝓdictam conclusionem: ⁊ tñ cõstat q̃ vbiq3 vltra elongãdo videretur: ideo patꝫ q̃ illud erat maximũ spatium in quo non videretur: q̃m per omne spatium maius videretur vt dictum est. ¶ Sed obijcitur fortiter contra primã cõclusionẽ: q2 est dare spatium in quo illa faba videretur: ⁊ vltra illud spatium est dare aliq̃ spatiũ in quo nõ videre¬: ⁊ illa spatia imediate se cõtingũt: ita q̃ nihil est inter ea medium nisi sicut mathematici imaginantur punctum modo vsq3 ad illũ punctum et non vltra est distantia in qua videretur ergo, illa est maxima distantia in qua videretur et hoc videtur esse contra cõclusioneꝫ.

¶ Ad istã obiectionẽ responde¬ ponendo differentiã inter istũ modũ locutionis in qua viden¬ ⁊ istũ modũ locutionis per quã viden¬: non enim est idẽ spatiũ in quo vide¬ et per q̃ videtur: q2 spatiũ per quod vide¬ est precise contentũ inter visibile et oculũ: et in illo spatio non est faba: sed vltra: ideo in illo spatio non videtur sed vltra. ¶ Et ideo oportet ponere cõclusiones cõuersas: de in qua vide¬: cõclusionibꝰ de ꝑ quã vide¬: et erit prima cõclusio: ꝙ est dare maximã distantiã in qua faba videre¬: et illa distãtia est minima ꝑ quã nõ vide¬. ¶ Secũda cõclusio. ꝙ vltra illud spatiũ in quo videre¬ nõ est dare minimã distãtiã ĩ qua nõ videre¬ ⁊ cã est: q2 signato pũcto distãtie in qua videre¬: si detur distantia vlterior in qua nõ videre¬: oportet quod sit terminata ad punctũ vlteriorẽ: ⁊ tũc illa nõ est minima in qua nõ videre¬: q̃m inter illa duo puncta est distãtia diuisibilis in qua tamẽ nõ videre¬ id est dare minorẽ ĩ q̃ nõ videre¬ ꝙ̃ sit illa quã priꝰ dabas: ideo non põt dari minimũ. ¶ Tertia cõclusio est: ꝙ vltra spatiũ in quo videre¬ nõ est dare maximã distantiam in qua non videretur: q2 quacũq3 data adhuc in maiori non videretur. ¶ Quarta conclusio est: quod simpliciter loquẽdo non est dare minimam distantiam in qua faba non videretur: quia si ponatur immediate super oculum nulla est distantia et si quãtũcunq3 modicũ remoueatur ab oculo ita tamen quod non videatur ꝓpter nimiã ꝓpinquitatẽ: illa non erit minima distãtia ꝑ quã nõ vide¬ q2 diuisibilis est ꝑ mediũ: ⁊ adhuc ibi nõ videre¬: ideo oĩ data est dare minorẽ ĩ q̃ nõ videre¬. ¶ Vltima ꝯclusio est: ꝙ infra illud spatiũ ĩ quo

faba

saba videtur nõ est dare maximã distantiã in qua non videretur quia dictu fuit ꝙ erat dare maximã distantiã per quã nõ videret: ideo signetur illa ⁊ terminet ad punctũ b/modo oportet distantiã in qua nõ videret esse minorẽ ꝙ̃ illã ꝑ quã nõ videret: ideo oportet eã terminari ad punctũ ꝓpinquiorẽ ⁊ tunc inter illa puncta erit distantia diuisibilis in qua adhuc nõ videbitur: ideo omni distãtia data in qua non videt: est dare maiorẽ etiã in qua non videret: ergo nõ est dare maximã in qua nõ videretur. ¶ Istis visis rationes ꝓcedunt secundum predicta.

Questio.XXI.



Queritur vigesimoprimo. vtrũ me loquente sit idẽ sonus quẽ quilibet vestrũ audit. Arguitur ꝙ nõ: q2 nullus vestrũ audit nisi sonũ peruenientẽ ad ipsum: sed nõ est idẽ sonus pueniẽs ad auditũ istius ⁊ ad auditũ illius: imo sunt soni separati loco ⁊ subiecto: igit. ¶ Et ↄfirmat ꝑ simile: q2 nõ est idẽ lumẽ multiplicatũ ad oculũ istius ⁊ ad oculũ illius: imo ꝑ aliqḋ obstaculũ ꝓhibet lumẽ multiplicatum ad oculũ istius: ꝑ qḋ nõ impediret lumẽ multiplicatũ ad oculũ illius: igit pari ratiõe nõ est idẽ sonus multiplicatus ad auditũ istius ⁊ ad auditũ illius: ideo nõ eũdẽ sonum audit iste ⁊ ille. ¶ Itẽ. ponamus casum ꝙ sortes sit prope: ⁊ plato bene remote: tunc sortes audit sonũ intẽsum ⁊ plato sonũ remissum: modo nõ est idẽ sonus intẽsus ⁊ remissus: ergo nõ eundẽ audit sortes ⁊ plato. ¶ Itẽ. in casu nunc posito sortes prius audiet sonũ ꝙ̃ plato: sicut potestis scire ꝑ experientiã q2 vadatis sup sequanã ⁊ inspiciatis lotrices ille ꝗ erit ꝓpe quasi simul videbit ⁊ audiet ictũ: ⁊ ille ꝗ erit remote prius notabiliter videbit ictũ ꝙ̃ audiet sonũ. igitur ille ꝗ est ꝓpe prius audiet: ⁊ hoc est quia sonus prius est apud eum ⁊ postea est apud aliũ: igit vel est alius ⁊ alius apud ꝓpinquũ ⁊ remotũ: ⁊ sic nõ est idẽ quẽ iste ⁊ ille audit: vel tu dices ꝙ sonus existẽs prius apud sortẽ: mouet postea localiter apud platonẽ: qḋ ẽ impossibile: q2 sonus est quoddã accidẽs: ⁊ accidens nõ trãsit de subiecto in subiectũ: igitur. ¶ Itẽ. si esset idẽ sonus quẽ quilibet vestrũ audit: sequitur ꝙ essent idẽ: sonus eccho ⁊ primus sonus: qḋ videtur esse falsum: cũ sint diuersimodi generationis ipsorũ: ⁊ consequẽtia ex hoc patet: q2 nõ refert ꝙ̃tũ ad identitatẽ si sonus multiplicet ꝑ viã rectã: sicut nũc multiplicatur ad vos: vel per viã tortuosam aut reflexam: sicut fit in eccho.

Oppositum arguitur: quia est idem color quẽ tu ⁊ ille videtis: ꝙ̃uis sitis abinuicẽ remoti ⁊ distantes: ergo pari ratione est idẽ sonus quẽ auditis. ¶ Itẽ quilibet vestrũ audit vocẽ meã: ꝗ tñ est eadẽ ⁊ vnica: igit eandẽ vocẽ quilibet vestrũ audit. ¶ Circa istã conclusionẽ debetis notare ꝙ sensibilia vt docet Aristoteles posita supra sensum secundũ esse reale nõ faciunt sensationẽ: sed species eorũ ꝑuenientes ad sensum faciunt sensationẽ ⁊ ideo solet dici qḋ sensibilia habẽt duplex esse: scȝ esse reale ⁊ eẽ intẽtionale de quorũ differẽtia magis videbit post: vbi gratia: color in corpore colorato dicit habere esse reale ⁊ fixũ: sed in aere vel in oculo habet esse itẽtionale. vnde nõ est ꝓprie loquẽdo verũ qḋ in aere vel in oculo sit ille color imo solũ est ibi species coloris: ꝗ est solũ rep̄sentatiua ipsius coloris: ita etiã lux hȝ esse reale ⁊ fixũ in corpore lucido sed in diaphano vel in oculo habet eẽ intẽtionale: q2 ꝓprie loquẽdo nõ est in hoc aere lux: sȝ lumen qḋ est species lucis rep̄sentatiua ipsius: ita etiã ĩ ꝓposito differunt sonus ⁊ species soni: ita ꝙ sonus habet alibi esse reale ⁊ alibi intẽtionale. sonus enim hȝ esse reale ĩ aere velociter moto ⁊ fracto virtute ꝑcutiẽtis ⁊ ꝑcussi: ⁊ sunt diuerse spẽs sonorũ ꝺm diuersam figurã illius aeris fracti: ⁊ ob hoc etiã sũt diuersi soni secũdũ diuersas figuras ꝑcutiẽtis aut ꝑcussi: eo ꝙ secũdũ illorũ figuras figurat aer fractus: ⁊ post motũ ille sonus in aere circũstãte orbiculariter generat siue multiplicat speciẽ suã que est rep̄sentatiua ipsius: ⁊ illa species nõ est sonus: sicut species coloris nõ est color. vnde illa species nõ habet similẽ generationẽ sicut sonus: ad hoc enim ꝙ fiat verus sonus requiritur fractura aeris velox ⁊ violẽta: que non requiritur ad multiplicationẽ speciei: aer enim remotus nõ illo modo frangitur sicut in fistula. ¶ Postea debetis cõsiderare: quod sicut nõ videtur species coloris sed color: licet per eius speciẽ: ita nõ auditur species soni sȝ ipse sonus tamen ꝑ speciẽ suam peruenientẽ ad auditũ. ¶ Et istis consideratis facile est respondere ad questionẽ. dico enim qḋ eundẽ sonũ meũ siue eandẽ vocẽ meã quilibet vestrũ audit: quia vocem meã que realiter fuit in aere fracto: sicut colorẽ realiter existentẽ in pariete quilibet vestrũ videbat: ⁊ illa vox erat vnica ⁊ eadẽ: igitur. Dico secũdo: ꝙ nõ ꝑ eandẽ spẽm: sȝ per aliã ⁊ aliã tu ⁊ ille audiebatis illã vocẽ meã: ⁊ hoc probãt omnes rationes que in p̄sente q̄stione fiebãt. ¶ Consequẽter pono correlaria. primũ est: sonus auditur ꝗ nõ est: siue quãdo ipse nõ est. illius ratio est: quia sicut sonus realis consistit in motu veloci ⁊ fractiuo aeris: sic oportet ꝙ spẽs soni multiplicẽtur ꝑ quẽdã motũ aeris: licet nõ ꝑ talẽ fracturam: nõ tamen intelligendo quod aer moueatur localiter idẽ in numero de me vsq3 ad te qñ tu audis sonũ meũ: quia absurdũ esset dicere ꝙ aer ꝑcussus ab illa campana moueatur localiter ad omnem locũ ad quẽ illa cãpana audit: q2 vndiquaq3 illa campana orbiculariter audit: ⁊ nõ posset sic idẽ aer moueri contrarijs motibus: nec paruus aer posset extẽdi ad tantã distantiã: sed sicut videtis in aqua: si lapidem ꝓijciatis in eã fierẽt quedam circulationes successiue: primo parue iuxta locũ casus: deinde maiores vsq3 ad ripã: nõ ꝙ aqua eadẽ nũero moueat de loco casus vsq3 ad ripã: sed illa impellit sibi propinquã: et illa impulsa impellit aliam ⁊ sic ↄsr: ita imaginandũ est in aere ꝙ aer motus ⁊ fractus impellit vndiq3 aerẽ sibi propinquum ⁊ ille aliũ ⁊ sic ↄsr ⁊ fiunt inundationes aeris sicut fiebant in aqua: ⁊ ad talẽ motũ aeris innata est generari ⁊ multiplicari species soni ⁊ propter hoc nõ auditur sonus ita cito remote sicut prope. modo igitur ante cessat sonus realis quã ad locũ remotũ perueniãt hmõi aeris inũdationes: ⁊ per cõsequẽs anteq̃ generetur ibi species soni per quã ipse sonus auditur: ideo manifestũ est ꝙ bene sonus auditur quãdo iam corruptus est. ¶ Et debetis scire ꝙ hoc non est solũ verũ de auditu: imo etiã de visu: qm̃ lucidũ posset videri quando iã esset corruptum: ꝓpter hoc ꝙ aliquo tempore species seu intẽtio lucidi remanet in oculo: lucido remoto: ꝑ quã tamẽ speciẽ illud lucidũ videtur: ⁊ istud scitũ est ꝑ experientias: qm̃ si aliquis aspexit diu ad bene lucidũ: ⁊ retrouertatur: adhuc apparebit ipsi lux. similiter si habeatis baculũ ignitũ ⁊ ipsum moueatis ante oculos bene velociter: apparebit vobis linea continua in eo ꝺm illam viam ꝺm quam ignis mouebatur: et hoc nõ est nisi q2 species lucis que generabatur in oculo manet adhuc in oculo quando baculus motus est ad aliã partem. ¶ Deinde concludẽdum est aliud correlarium: qḋ sensus exteriores percipiunt obiecta sua in absentia ipsorũ sensibiliũ: hoc tamẽ nõ est sicut de fantasia vel de sensu cõmuni: quia nõ ꝑcipiunt obiecta sua nisi in modico tẽpore post absentiam sensibilium: sensus aũt interior ꝑ longum tẽpus: vt ꝑ mẽsem vel ꝑ annum ꝑcipit sensibile suum post eius remotionem. ¶ Ultimum correlariũ: quod idẽ sonus ab eodẽ homine potest audiri bis: etiam tẽporibus interruptis: ⁊ hoc fit per reflexionẽ speciei soni: scilicet quando fit eccho clamans statim audit se: ⁊ postea quando reuertitur sonus siue species soni iterato audit se. Unde non debetis credere proprie loquendo quod eccho sit sonus imo est species soni reflexa per obstaculum sicut species coloris reflectitur ꝑ speculum.

Istis visis: rationes procedunt omnes ad illam conclusionem quod non est eadẽ species soni multiplicata ad istum ⁊ ad illum: cum species: in auditu istius et species in auditu illius sunt eiusdem soni in numero: ⁊ eũdẽ sonũ in numero representant: ideo isti eundẽ sonũ audiunt.

Questio.XXII.



Queritur vigesimosecũdo vtrũ odor sit in medio realiter an spũaliter. Arguit ꝙ sit in medio realiter q2 in medio est aliquo mõ ens: ⁊ ens ⁊ res cõuertunt igit est ibi aliquo mõ res: igitur est ibi realiter. ¶ Itẽ eẽ spũale nõ mouet seu ĩpedit a vẽtorum de lumine ⁊ de spẽbus coloris: sȝ odor

res multiplicati p aerē mouent᷑ ⁊ impediunt᷑ a vento: qđ pꝫ quia sub vento a valde remoto sentimus odorē: ⁊ supra ventum nō sentimus ipsuꝫ etiā a propinquo: igitur. ¶ Itē spūa le videt᷑ se multiplicare instāter q̄ztū eēt ex se vt patet de lumine: odor aūt nō sic se multiplicat instāter: imo prius tpe sentimus odorē a ppinquo q̄ȝ a remoto. ¶ Itē post remotionē corporis odoriferi remanet adhuc odor in aere: qđ nō esset si solū esset ibi spūaliter: lumē enim ⁊ species coloris quia sunt spiritualiter in medio nō remanent ablatis corporibus lucidis ⁊ coloratis: igit᷑. ¶ Itē cōmētator dicit ī hoc eē simile de odore ⁊ sono: ⁊ tamē sonus est realiter in aere cū nō sit successiue in corporibus dsu pcussio: ⁊ etiā q2 sonus in aere generat᷑ ⁊ multiplicat᷑ p motū realeꝫ aeris: igitur est in aere realiter: igitur est ita de odore.

Oppositum determinat commētator: ⁊ arguitur ratione: q2 si odor multiplicaret᷑ realiter p mediū vsq3 ad organū: sequit᷑ q nō sentiret᷑: quod est falsum: ⁊ pꝫ ɔsequētia p hoc q sensibile positum scđm esse reale supra sensuꝫ nō facit sensationē: vt vult Aristoteles. ¶ Ista questio est bene difficilis; q2 occulta est differentia inter esse qđ vocamus reale seu corporale vel materiale ⁊ inter esse qđ vocamus spūeas seu intentionale. Debetis ergo scire de odore q quidā dixerunt: vt recitat cōmētator: odorē nō multiplicari per mediū nisi cū quodam corpore subtili resoluto ex corpore odorifero qđ quidē corpus subtile vocatur fumalis euaporatio: et ad hoc isti apponunt signa. primo: q2 quedam corpora odorifera vt poma vel pira redduntur p tēpus rugosa: qđ non est nisi ppter exituꝫ ab eis huiusmodi corporū subtiliū: scꝫ p quādā euaporationē. Aliud signū est: qđ multa inueniuntur nō facere sensum odoris donec ponant᷑ ad ignē vt ab eis exeat fumus ⁊ tunc intense faciunt sensuꝫ odoris: verbi gratia: thus pili: ⁊ multa huiusmodi. Sed cōtra istos obijcit commētator q2 sicut dicit: tigrides ⁊ vultures a quingentis milliaribus p sensum odoris venerunt ad cadauera mortuorū in quadam patria vbi fuerat bellum magnū: modo nō potest dici qđ ad tantam distātiā multiplicet᷑ odor cū huiusmodi fumali euaporatione: qm̄ si illa cadauera fuissent omnino resoluta ī corpus subtilissimū adhuc nō sufficerent ad diffundēdum se orbiculariter vndiq3 per tantū aerē: ⁊ ideo videt᷑ q huiusmodi multiplicatio odoris ad tantā distantiā fuerit spūalis: ⁊ nō cū tali fumali euaporatione nisi forte ad aliquā paruam distantiā nō ad tantā. ¶ Itē, cōbustio modici pergameni vel valde modici sulfuris replet totā domū odore: cuius non vbiq p domū expandat se fumus illius igitur aliter q̄ȝ cū fumo multiplicat se odor p mediū. Et quedā parua corpora de loco ad locū sepe deportata videmus p totā annū facere intense odoris sensationē: ⁊ hoc nō esset si solū cū fumali euaporatione odor multiplicaretur: q2 nō posset a tali corpore paruo cōtinue p annū fumus notabilis exire qui esset sufficiens ad fortē odorē: vel quin illud corpus paruū cito esset cōsumptū vel valde notabiliter minoratū. ¶ Dicamus ergo cū cōmētatore: qđ cōmune est oibus sensibus exterioribus q sensibile positum realiter supra sensuꝫ nō facit sensationē: quod tu potes videre: qm̄ licet lingua sit sapida ⁊ canis comedēs cā bene sentiret saporē: tamē tu nō sentis illum saporē: eo q est ibi realiter. similiter licet intra corpus tuū sit calor cōiūctus neruis sensitiuis: tamē illū nō sentis: eo q ibi est scđm eē reale ⁊ nō spūale. similiter cū olfactus aut lingua inficit᷑ fortiter malo sapore vel odore nō posset iā sentire: ⁊ sic cū socio comedit a ita neuter ad olfactum sentiet reliquū: q2 ī in vtroq3 odor nō solū spūaliter sꝫ realiter puenit ad organū olfactus: ⁊ ideo videt᷑ q vnūquodq3 sensibiliū ppriorū multiplicat se siue speciē suā p mediū: nō solū realiter siue materialiter: sꝫ etiā spūaliter: q2 aliter nō sentiret᷑. verū est tamē q cum hoc stat q p aliquā distantiā ⁊ in aliquibus subiectis sensibilia habēt esse materiale ⁊ reale: verbi gratia: color ⁊ lux in corpore lucido vel colorato habent esse reale ⁊ fixum: ⁊ in diaphano multiplicant se siue species suas spiritualiter. similiter sonus in aere fracto a corporibus pcutientibus ⁊ pcussis habet esse reale siue materiale: sed in aerem vlteriorem multiplicatur spiritualiter: ita quod non est proprie loquēdo ibi sonus sed species representatiua soni existit; qđ ex hoc patet: q2 aer vlterior ad tantam distantiam ad quantam sonus audit᷑ nō frangitur nec fortiter mouetur a tali fractione que exigebatur ad realem soni generationem. ⁊ similiter odor in corpore odorifero ⁊ in fumali euaporatione ab illo exeunte habet esse reale seu materiale: vltra tamen diffunditur spiritualiter ad tales distantias seu ad talia loca ad que nō vadit ille fum⁹. ¶ Sed contra hoc tu obijcies quia sentimus odorem: etiam fumo intrante in nasum: ergo etiā in tali fumo non erat odor realiter: cum dictum fuerit quod sensibile positum supra sensum non facit sensationem. ¶ Solutio: dicendum est quod ille fumus non pertingit vsq3 ad intrinsecum organum olfactus: vel si contingat quod ille fumus perueniat realiter ad intrinsecum organum tunc impediret sensationē: ita quod non amplius sentiremus nisi odores fortiores. ¶ Similiter idem apparet de tangibilibus: caliditas enim ⁊ frigiditas bene fiūt in corporibus nostris ⁊ alijs realiter ⁊ materialiter nam ⁊ aer ⁊ caro nostra realiter ⁊ materialiter calefiunt: tamen cum hoc caliditas multiplicat se aliquando spiritualiter priusq̄ȝ generetur realiter: ⁊ ad maiorem distantiā: quod persuaderi potest: quia si prope ignem ponatur lignum vel ferrum: ⁊ sit aer intermedius inter ignem ⁊ lignum; vos videbitis quod per moram illud lignum vel ferrum intense calefiet vltra caliditatem aeris intermedij: ⁊ tamen ignis non calefacit nisi mediante aere; ⁊ caliditas parua realiter existēs in aere non sufficeret ad ita fortiter calefaciendum: imo nisi in aere esset aliud concurrens aer ille cum sit magis frigid⁹ quā ferrum vel lignum refrigeraret ferrum vel lignū: oportet ergo dicere quod cum illo calore realiter existente in aere est alius calor spiritualis siue species caloris que non reddit aerem formaliter calidum: sicut species coloris nō reddit aerem formaliter coloratuꝫ: que tamē species caloris est actiua illius intense caliditatis in ferro vel ligno. similiter apparet cum intraueris balneum: tu senties aquā valde calidā: quia non ita cito multiplicatur ad neruos sensitiuos calor nisi spiritualiter: ⁊ tunc intense facit sensum sed p moram nerui sensitiui tam realiter calefiunt: ideo tunc tu non sentis calorē. ⁊ etiam in libro de sensu ⁊ sensato dicit Aristoteles quod odor non est realiter nisi in sicco terrestri digesto cuꝫ humido: modo si corpus odoriferū proijcitur in aquā: non est credēdum quod statim siccū terrestre exiens ab illo diffundat se p multam aquā: ⁊ tamē pisces sentiunt odorē: oportet ergo concedere qđ ibi fit spiritualis multiplicatio ⁊ nō realis. ¶ Nunc est vidēdum quid in ppposito debeamus intelligere per esse spūale ⁊ esse reale: ⁊ est dicēdum qđ hoc nomē spiritus prius dictū est de substantijs indiuisibilibus ⁊ inextēsis cuiusmodi sunt deus ⁊ intelligētie ⁊ anime humane: ⁊ ita substantie prima sui diuisione diuiduntur in substantias spirituales ⁊ corporeas: hoc est in substantias incorporeas ⁊ corporeas. postea consequēter omnes forme accidētales predictis substantijs indiuisibilibus inherētes vocantur etiā spirituales vt species intelligibiles: actus intelligēdi: vel habitus intellectuales. Deinde quia dicte substantie: que primo siue secūdum primā nominis impositionē vocantur spirituales: sunt insensibiles: ideo translatum est hoc nomē spiritus secundū quādam similitudinem ad significandum corpora subtilia: que scilicet propter eorum subtilitatē non sunt visibilia siue visum terminantia: sic enim ventum vocamus spiritū: ⁊ aeris etiam exhalationes aliquando vocantur spiritus. vnde dicta sunt hec nomina inspiratio expiratio siue respiratio: et isto modo etiam corpora calida subtilia resoluta ex cibo digesto per que in viuētibus exercentur operationes vitales vocantur spiritus vitales: ⁊ sic corpora diuiduntur in spiritualia ⁊ grossa: hoc est in subtilia ⁊ grossa. adhuc consequenter ad similitudinem spirituum primo dictoruꝫ: qui sunt simpliciter insensibiles: forme accidentales que in corporibus sensibilibus inueniuntur et sunt insensibiles vocantur spirituales. Et similiter in proposito forme vocantur spirituales que sunt insensibiles et representatiue sensibilium: sic enim lumen dicitur spirituale: quia representat lucem sensibilem: et tamen non est sensibile; non enim videmus lumen sed lucem vel lucidum per lumen: sic etiam species coloris multiplicata per aereꝫ dicitur forma spiritualis: ex eo quod est insensibilis: ⁊ tamen sensui representat formam sensibilē: et ita etiam dictum fuit quod ab alijs sensibilibus vt a sono vel ab odore vel ab alijs qualitatibus tangibilibus causantur species siue forme spirituales que sensui sunt representatiue dictorum sensibilium: cum tamen sint insensibiles

sibiles. ⁊ qꝛ vulgus nõ reputat esse rem nisi qꝺ potest sentiri ideo solas formas sensibiles vocat reales: cũuis multe forme insensibiles sint res verius ⁊ nobilius: ⁊ secundũ istam vulgarem estimationẽ nos solemus diuidere esse spirituale contra reale id est insensibile contra sensibile: ⁊ ita loquimur in proposito quando dicimus colorem habere esse reale in corpore colorato ⁊ terminato: ⁊ habere esse spirituale in medio vel in organo sensitiuo ⁊ ita suo modo de alijs sensibilibus. ¶ Et est notandũ ꝙ dicte species representatiue sensibiliũ que tamen sunt insensibiles aliquando per attributionẽ nominantur nominibus illorũ sensibiliũ que representant: ⁊ ita dicimus esse colorẽ realem: scilicet in pariete: ⁊ esse colorẽ spiritualẽ: scꝫ in aere: tñ nõ est ꝓpria locutio qñ illã speciẽ coloris vocam⁹ colorẽ: sicut nec esset ꝓpria locutio si lumẽ vocaremus lucẽ. ¶ Et debetis scire ꝙ talis differẽtia est inter colores reales ⁊ colores spũales: vt ita loquamur: qꝺ inter colores reales est contrarietas ⁊ incõpassibilitas: verbi gratia: albedo ⁊ nigredo sic cõtrariantur ꝙ impossibile est in eodẽ subiecto esse simul albedinẽ ⁊ nigredinẽ saltẽ intensas: sed colores spũales. i. species colorũ scꝫ representatiue colorũ nõ habent inter se huiusmodi cõtrarietatẽ: imo simul in eodem subiecto ⁊ scđm eandẽ partẽ eius quãtitatiuã stant intense species albedinis ⁊ nigredinis. ¶ Et de sensibilib⁹ debetis etiã considerare ꝙ multi inter huiusmodi esse reale ⁊ eẽ spirituale assignant alias differentias q̃ nõ omnino sunt vere. dicunt enim quedã ꝙ forma sensibilis realis nõ est tota in toto subiecto suo sꝫ aliqua pars in aliqua parte. Spiritualis autem est tota in toto subiecto suo. vnde propter hoc vbicunqꝫ in hac domo tu fueris tu videbis totã albedinẽ illius parietis: ꝙ nõ esset nisi ibi esset tota spẽs illius albedinis. Tamẽ hec differentia nõ est omnino vera: qꝛ species coloris in isto aere habet extensionẽ sicut color habet extensionẽ in pariete: ⁊ ideo in aliqua parte huius aeris est aliqua pars huius speciei: propter quod ꝑ obstaculũ põt impediri vel corrũpi species existens in aere iuxta te remanente specie in aere iuxta me: tamen differentia predicta habet quãdã veritatẽ ad istũ sensum qꝺ in qualibet parte quantitatiua medij in qua multiplicatur species obiecti sensibilis est species siue pars speciei sufficiens ad representandũ totũ obiectũ sensibile: ⁊ hoc est quia totũ obiectũ sensibile secundũ quãlibet partem eius agebat ad causandũ speciẽ in qualibet parte medij: ita ꝙ dextra pars coloris non solũ agit speciẽ suã in dextra parte aeris: sed in qualibet: ideo in qualibet parte aeris est spẽs representatiua totius coloris. ¶ Alij ponunt differentiã per instantaneã vel nõ instantaneam generationem forme sensibilis: secundum esse reale non habet instantaneam generationem: sed secundũ esse spirituale habet instantaneam generationẽ. ⁊ hec differentia non est vniuersaliter verã: quia licet concederetur de lumine ⁊ de coloribus: tamẽ nõ concederetur de sono nec forte de odoribus nec de speciebus qualitatum tangibilium. ¶ Alij ponunt aliã differentiã: scilicet qꝺ forma quãtũ ad esse reale nõ dependet in conseruari ab agente suo: ⁊ ideo agente corrupto adhuc manet color in pariete ⁊ lux in lucido: sed species spirituales dependẽt in conseruari ab agente suo: ita qꝺ remoto agente statim pereunt. Sed adhuc ista differentia non est vniuersaliter concedẽda quia cũuis hoc concederetur de lumine ⁊ luce: vel etiã de specie coloris ⁊ colorati: tamẽ nõ concederetur de sono: qꝛ postq̃ȝ deficit sonus realis in aere fracto adhuc multiplicatur ⁊ durat sonus spiritualis siue species soni: ⁊ etiam licet species coloris ⁊ lucis non habeant in aere permanẽtiam: ⁊ ita etiã nulla est ratio cogens ad concedẽdum quod species odoris ⁊ saporis statim desinant ad remotionẽ odoriferi vel sapidi: ⁊ ideo magna est dissimilitudo inter species coloris vel lucis et species aliorum sensibilium: quoniã species coloris ⁊ lucis non impediuntur a vento nec mouentur cum subiectis suis propter instantaneam earum generationẽ ⁊ earum dependẽtiam ab obiectis in conseruari: species autem aliorum sensibilium bene mouentur cum subiectis suis: ideo a ventis prohibetur earum multiplicatio. Et secundum ista dicta potestis videre quod rationes prius facte possunt solui ⁊ procedunt vijs suis.

Questio.XXIII.



Ueritur vigesimotertio vtrũ tactus sit vnus sensus an plures. arguit quod sit vnus ⁊ non plures: quia si esset plures sensus: vel hoc esset ex parte anime vel ex parte corporis: sed nõ potest dici quod ex parte anime: quia anima sensitiua est in eodem animali vna ⁊ non plures: nec potest dici quod sit plures ex parte corporis: qꝛ quocunqꝫ organo corporeo percipimus calidum ⁊ frigidum eodem percipimus humidum ⁊ siccum: ideo respectu omnium tangibiliũ est idem organũ tactus: ideo ex parte organi corporei nõ est ponẽdum quod tactus sit plures sensus. ¶ Itẽ si tactus esset plures sensus sequeret̃ quod essent plures sensus exteriores q̃ȝ quinqꝫ: sed consequens est contra Aristotelem in litera dicentẽ quod nõ sit alius sensus preter q̃nqꝫ ⁊c: ⁊ consequentia manifesta est: quia preter tactũ sunt alij quatuor sensus exteriores: ideo si tactus nõ esset tantum vnus: sed duo: vel tres: sensus essent nõ quinqꝫ tantum: sed sex vel septem. ¶ Itẽ ab omnibus ponitur visus esse vnus sensus: ergo etiã tactus ponendus est vnus sensus: consequẽtia ex hoc patet: qꝛ ita bene ipsius visus sicut ipsius tactus sunt diuersa organa ⁊ diuersa obiecta: dico diuersa organa: vt duo oculi: ⁊ diuersa obiecta vt lux ⁊ color: cum enim lux sit qualitas celestis ⁊ color qualitas materialis videtur ꝙ magis differant abinuicẽ q̃ȝ calidũ: frigidũ humidũ: ⁊ siccũ: iđ si ꝯsideremus ex parte obiectorũ nõ magis videtur esse tactus plures sensus q̃ȝ visus. ¶ Itẽ si tactus poneretur plures sensus hoc esset propterea qꝛ est perceptiuus pluriũ cõtrarietatũ: vt videtur velle Aristoteles: sed propter hoc non est illud dicẽdum: quia sicut dicit Aristoteles auditus qui est vnicus sensus est perceptiuus in voce plurium contrarietatum: ꝑcipit enim in ea graue ⁊ acutum: magnũ ⁊ paruũ: raucum ⁊ clarũ ⁊ etiam si propter contrarietates plures ponerentur sensus plures: tũc tactus nõ solũ esset duo sensus. imo esset quinqꝫ vel sex: qꝺ tamẽ nõ poneret Aristoteles: qꝛ tactus nõ solum percipit duas cõtrarietates calidũ frigidũ: humidũ ⁊ siccũ: imo multo plures: quia percipit graue ⁊ leue: asperum ⁊ lene: durum ⁊ molle. ¶ Itẽ sensus tactus nõ poneret̃ plures nisi ꝓpter pluralitatẽ obiectorũ: sꝫ ꝓpter hoc nõ debet poni plures: qꝛ cũuis visus sit vnus tamẽ ꝑcipit plura obiecta diuersa ⁊ specie ⁊ genere. vt album ⁊ nigrum: colorẽ ⁊ lucem: figuram ⁊ magnitudinem: ⁊ multa alia: igitur.

Oppositum videtur esse de intentione Aristotelis ⁊ commẽtatoris. Primo respondẽdum est de virtute sermonis ꝙ oĩs sensus tactus est vn⁹ sensus: sicut oĩs homo est vnus homo: ⁊ oĩs lapis est vnus lapis: imo omne ens est vnum: vt patet quarto metaphysice. ⁊ tamẽ hoc nõ obstante põt concedi ꝙ sensus tactus est plures: sicut vnus lapis est plures lapides: eo ꝙ totum est sue partes. Unde si capiam⁹ sensum tactus in equo expansum ꝑ totũ corpus equi vel per aliquã magnã partẽ eius: ille est quãtitatiue diuisibilis in duas medietates quarũ q̃libet potest dici sensus tact⁹: quia potest sentire tangibilia: ideo vnus sensus tactus potest cõcedi esse plures sensus tactus: sed hoc nõ intendebam⁹ querere: quia nec de hoc loquebatur Aristo. in litera: sed q̃stio est vtrum est vnus sensus quo possumus omnes qualitates tangibiles sentire: ita quod sit idẽ sensus quo sentimus calidum ⁊ frigidũ ⁊ quo sentimus humidũ ⁊ siccum. Et ad hoc respondet̃ communiter: qꝺ est vnus sensus materialiter: qꝛ in eodẽ subiecto ⁊ scđm eandẽ partẽ quãtitatiuã ipsius inuenitur sensus iudicans de calido ⁊ frigido ⁊ etiam sensus iudicans de humido ⁊ sicco: ideo illi sensus sunt materialiter id est subiectiue vnum sicut essent albedo ⁊ dulcedo: et hoc est ad istum sensum: quod ipsorũ est idẽ subiectum. ¶ Secũdo dicitur cõmuniter: quod nõ est idẽ sensus formaliter quo sentimus calidũ ⁊ frigidum / ⁊ quo sentimus humidum ⁊ siccũ: quia vnus sensus nõ debet esse plurium contrarietatum sꝫ solũ vnius nisi ita sit qꝺ in sentiẽdo vna contrarietas reducatur in aliã: sꝫ sensus tactus est pluriũ contrarietatũ quarum nulla reducitur in aliã: sentimus enim humidũ ⁊ siccum nõ ratione calidi ⁊ frigidi: ⁊ sentimus calidum ⁊ frigidum non ratione humidi ⁊ sicci: ⁊ vtranqꝫ harũ contrarietatum sentimus tactu. ¶ Sed adhuc magis determinãdo q̃stionẽ pos-

sumus ponere tales conclusiones. prima est: ꝙ si hoc nomē sensus ⁊ etiā hec nomina tactus visus supponant pro aīa vel p parte anime: tūc eodē sensu sentimus omnes species tangibilium. Nō enim est alia aīa in te qua sentis calidū ⁊ frigidū: ⁊ qua sentis humidū ⁊ siccū. ¶ Scōa cōclusio est: ꝙ si hoc nomē sensus vel tact⁹ supponat p substātia corporea subiecta aīe sensitiue vel etiā si supponat pro cōposito substantiali ex anima ⁊ corpore sibi subiecto adhuc est idem sensus quo tu sentis calidum ⁊ frigidum ⁊ quo tu sentis humidū ⁊ siccum quoniā in corpore animato secundū eandē partem quātitatiuā ipsius nō debemus ponere aliud ⁊ aliud subiectū substantiale ipsius anime: nec aliud ⁊ aliud compositū substantiale ex anima: ⁊ tamen secundū eandem partē quātitatiuā tu sentis calidum frigidū: humidum: ⁊ siccum. ¶ Ultima cōclusio ponitur: ꝙ si hoc nomen sensus vel tactus supponat p qualitatiua dispositione secundum quā siue ratione cuius organū est innatum suscipere species sensibilium ⁊ ipsas sensationes: tunc nō esset idem sensus quo sentiremus calidum ⁊ frigidum: ⁊ quo sentiremus humidum ⁊ siccum. Et eodem modo etiam diceremus qḋ non esset idē sensus quo sentim⁹ dicta sensibilia si hoc nomen sensus poneretur supponere p aggregato ex anima ⁊ corpore. ⁊ huiusmodi qualitatiua dispositiōe: ⁊ hoc est: quia sicut requiritur certa dispositio qualitatiua ad recipiendū species lucis ⁊ coloris: scilicet diaphaneitas: ⁊ requiritur alia ad receptionem specierum odoris: ⁊ alia ad species saporis: pp̄ter quod alia parte organica videmus: alia olfacimus: alia gustamus: alia audimus: ita etiam propter duas contrarietates circa tactum nō inuicem reducibiles debet cōcedi quod scḋm aliam dispositionē qualitatiuam recipimus speciem calidi vel frigidi ⁊ eorū sensationē ⁊ secundū aliam recipimus species humidi ⁊ sicci ⁊ eorū sensationes. ¶ Unde est imaginandū qḋ organū est cognoscitiuum calidi ⁊ frigidi vel etiam receptiuū suarū specierum ea ratione qḋ in eo est proportio media calidi ⁊ frigidi: ⁊ est cognoscitiuum humidi ⁊ sicci inquātū in eo est pportio media humidi ⁊ sicci: nec est eadē qualitas consistens in pportione media calidi ⁊ frigidi ⁊ cōsistens in pportione media humidi ⁊ sicci: q̄uis illa sint simul in eodem subiecto: sicut albedo ⁊ dulcedo sūt distincte qualitates existētes simul in eodem lacte.

Tunc ad rationes. Ad primam: conclusuz est quod ad sensum de quo querimus tactus non est plurificatus ratione anime: nec ratione corporis quod est substantia subiecta anime: nec ratione compositi ex ambobus: sꝫ est diuersificatus ratione qualitatiuarum dispositionū p quas organum est susceptiuum specierum sensibilium. ¶ Ad aliā: dicit commentator ꝙ Aristoteles in numerādo quinq̧ sensus posuit tactum tanq̄ vnum: q̄ consuetū est ponere ipsum vnum vel propter vnitatem substantialem organi sui: q̄uis sit plurificatus modo predicto. ¶ Ad aliam: conceditur qḋ vnus est visus quo sentimus omnia visibilia: ⁊ non sequitur quod ita sit de tactu: nec valet quod dicebatur: visus erat perceptiuus ita diuersorū sicut tactus: scilicet coloris ⁊ lucis. Respondetur: qḋ lux ⁊ color in mutando visum magis conueniunt q̄ calidū ⁊ humidū: eo ꝙ color in mō videndi reducitur ad lucem: non enim videtur sine lumine quod est species lucis: sed in modo sentiendi nec calidum reducit̄ ad humidū: imo sunt ibi contrarietates plures quarū neutra ī modo sentiendi reducitur ad alterā. ¶ Ad aliā: dico qḋ audit⁹ non est perceptiuus nisi vnius pr̄ime contrarietatis: scilicet acuti ⁊ grauis in voce: ⁊ si sit perceptiuus aliarum cōtrarietatum hoc est secundū reductionem ad istam: nō enim percipit magnitudinē vel paruitatem vocis: nisi prout hec cōiuncta sunt cum acuto ⁊ graui in voce: quando etiā dicitur ꝙ tactus percipit plures contrarietates q̄ duas scilicet graue ⁊ leue. durū ⁊ molle: dicendum est ꝙ ille qualitates percipiuntur per modū sensibiliū cōmunium scilicet ratione magnitudinis ⁊ situs partiū tam organi q̄ obiecti: ⁊ hoc nō facit ad diuersificationē sensuum: cum hoc sit omni sensui cōmune.

¶ Ad aliam: dico quod non quelibet multitudo obiectoruz facit ad diuersificationē sensuum: contraria namq̧ circa idē obiectum nata sunt fieri: ideo certe in eodem sensu nata sunt cognosci: si etiam sint plura quorum vnum per alterū cognoscit̄ vel quorum vnum in alterum reducitur in suo mō cognoscendi: non arguitur inde diuersitas sensuum nec etiam per ea que modo sensibilium communium cognoscuntur: quia reductio eorū est ad magnitudinē ⁊ situm in partibus organi: quod est omni sensui commune sicut dicebatur.

Questio. xxiiii.



Queritur vtrum sensibile positum supra sensum faciat sensationem: hoc est dictu. vtrum sensibile positum in organo sensitiuo vel immediate supra organuz sensitiuū sentiatur. Arguitur qḋ sic: quia agēs naturale quanto est ppinquius passo tanto magis potest agere: sed obiectum sensibile est agēs naturale ad ipsam sensationē: ⁊ sensus ad hoc est passiuus: igitur quanto obiectuz est magis ppinquū sensui tanto magis debet fieri sensatio. ¶ Itē lumen est sensibile a visu vt dicit Aristoteles: ⁊ tamen lumen diffundit se vsq̧ ad organum visus scilicet vsq̧ in oculum: ergo visibile positū super visum sentitur siue videtur. ¶ Item si gladio abscindatur neruus tu senties intense: ⁊ tamen erit ibi sensibile positum supra organum sensus: cū neruus dicat̄ esse organū tactus: ad quē tamen attingit gladius. ¶ Itē cū infirmitas siue egritudo sit per totū corpus expansa: ⁊ per carnē ⁊ per neruos: tamen sentimus dolorē infirmitatis: igitur sensibile positum supra sensum ⁊c. ¶ Itē sepe nullo sono exteriori facto intra aurem audimus sonū quasi cornu: ⁊ ille sonus est alicubi realiter: ⁊ non alibi quā in organo auditus: igitur. ¶ Item aliquando si oculus violenter comprimitur licet sit clausus: tamen videtur scintillare: ita quod ibi quedam claritas apparet: ⁊ illa nō est lux exterior: ideo oportet quod sit lux proprii organi: ⁊ sic sensibile positum in organo sensus sentitur: igitur.

Oppositum dicunt sepe Aristoteles ⁊ commentator. ¶ Prima conclusio breuiter ponenda est ꝙ nunq̄ sensibile sentitur nisi in organo sensus ponatur illud sensibile vel species eius: quia non sentitur sensibile per hoc quod aliquid exeat a sensu: quia absurdū esset quando videmus astra quod aliquid exeat a visu vsq̧ ad astra: ergo oportet sensationez fieri per hoc quod sensus recipit aliquid ab ipso sensibili: ⁊ illud vel est ipsummet sensibile: vel aliqua species representans ipsum: igitur nō sentimus nisi p receptionem sensibilis vel eius speciei in sensum siue in organum sensus. ¶ Alia conclusio: qḋ sensibile positū immediate supra sensū scꝫ in organo sensitiuo: nō facit sensationē: ⁊ hoc probatur p inductionē experimentalem. primo de visu: q̄ colorē pupille oculi tui tu nō vides: imo etiā nec colorē palpebre: ⁊ si tu credis videre lumen tu non vides: sed vides lucē cuius lumen est species representatiua. vnde simile ē sicut qū respicis ad speculū: apparet tibi ꝙ videas imaginē existentē in speculo qḋ est falsum: q̄ in speculo nō est talis imago: sꝫ tu vides teipsum: tū q̄ species faciei tue p refractionē a speculo multiplicatur ad oculū scḋm viā rectā a speculo: ideo visus iudicat illud qḋ videt esse in speculo: qḋ tamē nō est ita. modo cōsimile est de luce ⁊ lumine: cū enim lumen representans lucē solis multiplicatur ad oculū meū: nō per viā rectā: sed per reflexionem ab ipso pariete: apparet mihi quod illud lumen vel illa claritas quam video sit in pariete ⁊ non est ita: imo est in sole. Similiter potest induci de olfactu: quia si tu comedisti aliqua odorifera: ita quod fumalis euaporatio realiter attingat ad organum tui olfactus: tu non amplius senties illum odorem: ideo si comedisti allia non senties illa in te: et tamen si non comedisses ⁊ socius tuus comedisset tu intense sentires. Similiter inducitur de gustu: quia tu non sentis saporem lingue tue: Similiter inducitur de tactu: quia tu nō sentis qualitatem organi tui: si enim fueris in bona dispositione: q̄uis in corpore tuo per totum sit expansus caloꝛ ⁊ humiditas: tu hoc non sentis: et sicut alias dicebatur quando primo intras balneum tu sentis aquam valde calidam sed postq̄ fueris ibi pro tempore tu nihil aut modicum sentis illā caliditatem: quod non est nisi quia organum tactus est iam realiter calefactum: ⁊ non solum habet spiritualiter

speciem caliditatis: ⁊ ob hoc etiam dicunt chirurgici se sepe esse expertos ꝙ ossa ⁊ nerui non sentiunt: quia experti sunt si os aut neruus denudatū fuerit vel denudatus a carne non sentiet puncturā vel incisionē: ⁊ hoc est quia secundū veritatem nerui sunt sensitiui ⁊ sunt vera organa sensus tactus: sȝ indigent certo medio ad sentiendū: scilicet carne: ꝓpter hoc ꝙ sensibile positū immediate supra organū nō facit sensationem. Et sic credendū est de sono ⁊ de auditu: qḋ enim inuenitur cōmune omnibus alijs sensibus debet cōcedi de auditu: si non appareat rationabilis causa ad contrarium. ⁊ credo qḋ causa veritatis huius conclusionis est: qꝛ tali mō debent fieri sensationes ꝙ inde nō destruat̄ organū: modo sepe organū destrueret̄ si oporteret sensibile cōiungi organo scḋȝ esse reale: si enim valde intensa caliditas esset intra organuȝ tactus destructa esset ꝓportio qualitatū necessaria ad sensū tactus: ⁊ etiā cū organa non sint sine qualitatibus sensibilibus etiam realibus: est enim per totum corpus calor realis: ⁊ sapor realis per totā linguā: ideo si realis positio sensibilis super sensum faceret sensationē tunc semper sentiremus huiusmodi qualitates organorum nostrorū per qḋ impedirentur sensatiões aliorum exteriorum: idcirco natura ordinauit quod sic non fiant sensationes sed per receptionem spiritualem sensibilium.

Tunc respōdendū est ad rationes. Ad primā: concedo ꝙ agens naturale agit in sibi propinquū prius ꝙ̄ in sibi remotū: sed nō nisi formā quā est natū agere: illud propinquū recipere: modo nullum sensibile est innatū agere in sibi ꝓpinquū immediate nisi suā speciem ⁊ non suā sensationē: qꝛ nō est innatū agere sensationē nisi mediante specie spirituali. ¶ Ad aliā rationem dictū est prius qḋ lumē nō videtur: sȝ lux vel lucidū ꝑ lumē. ¶ Ad aliā de gladio incidēte neruū: dico: ꝙ̄ primū attigit neruū nō sentitur ab illa parte nerui quā attingit: tamē ab alia parte nerui remotiore inter quā ⁊ gladiū est caro media sentit̄ percussio siue lesio: et eodē modo dicendū est de infirmitate. vnde infirmitas possit esset ita alterans organa sensitiua ꝙ ipsa nō sentiret̄: ⁊ qḋ homo esset sine sensu ⁊ motu: sed quando ꝑ infirmitatē superabundāt in aliquibus partibus corporis qualitates tangibiles: tunc prope sunt nerui ad quos non pertingit realiter illa qualitas: sed spiritualiter per carnē mediā: ⁊ tunc sentimus illā infirmitatē ⁊ dolemus. ¶ Ad aliā de sono in auribus: credendū est ꝙ verū organū auditus bene est intra caput iuxta cerebrū ⁊ in aure ante illud organū sunt tortuositates aere exteriore replete: i quo aere pōt esse sonus realis: eo ꝙ ille aer vel ꝓpter nimiā siccitatē organi vel ꝓpter motum spirituū mouetur aliqualiter ⁊ sonat: sed ille sonus nō peruenit realiter ad verū organū: sed solū spiritualiter qꝛ aliter nō audiretur. ¶ Ad vltimā rationē respondetur in libro de sensu ⁊ sensato: qḋ oculus habet exterius leuitatē a qua lumen est innatū refrangi: vnde valde leue faciliter ⁊ bene potest refrangere paruū lumē: quando igitur oculus violenter cōprimitur: tunc vna parua pars eleuatur super aliā: ⁊ tunc lumē modicū ab illa parte eleuata potest refrangi suꝑ aliā partē ⁊ multiplicari suꝑ eā spiritualiter ⁊ tunc videt̄ lux quasi ꝑ modum scintillationis cuius lumen paruum refrangit̄ a parte eleuata: licet nō lux que est in oculo realiter.

Questio.xxv.



Queritur vtrum sunt tantum quinqꝫ sensus exteriores. Et arguit̄ ꝙ sint plures: quia tactus est duplex sensus vt videtur velle Aristoteles ⁊ sunt alij quatuor: ergo sunt sex. ¶ Item. Aristoteles distinguit de visu in capitulo de sensu cōmuni tanꝙ̄ ponens duplicē visum: si igit̄ est duplex: cum sunt alij quatuor sensus vt prius sequitur qḋ erunt sex. Et iste due rationes confirmantur: qꝛ vnus sensus non debet esse nisi vnius sensibilis proprij scḋm genus ⁊ vni9 cōtrarietatis vt accipit̄ scḋo huius: sed tam visus ꝙ̄ tactus sunt plurium contrariorū: scilicet tactus: calidi ⁊ frigidi: ⁊ cuȝ hoc humidi ⁊ sicci: visus etiā albi ⁊ nigri ⁊ cū hoc luminis ⁊ tenebrarū ⁊ sicut plurium cōtrarietatū sic etiā sunt plurium generū sensibiliū: diuerse enim contrarietates sunt diuersoruȝ generū: saltem propinquorū: ergo tam visus ꝙ̄ tactus est plures sensus. ¶ Itē. non sunt idē sensus mei ⁊ sensus tui: ⁊ tamen habeo quinqꝫ: ⁊ tu quinqꝫ: ergo sunt decem ⁊ nō solum quinqꝫ. ¶ Itē. sunt plures secundū numerū ꝙ̄ quinqꝫ ꝓpter pluralitatem animaliū ⁊ sunt etiā plures species ꝙ̄ quinqꝫ: probatio: qꝛ sensus idem est qḋ potentia sensitiua: ⁊ potētia sensitiua est idem qḋ anima: ideo tot sunt sensus secūduȝ speciem quot sunt anime sensitiue secundum speciem: sed sunt longe plures ꝙ̄ quinqꝫ: qm̄ aliarum specierū sunt aīa equi: anima bouis: aīa asini: ⁊ sic de alijs speciebꝰ animaliū. Postea secūdū genus nō sunt quinqꝫ sed vnū tantum: quoniā omniū sensuū est idem genus: scilicet ille terminus sensus: ergo nullo modo potest dici ꝙ sunt quinqꝫ sensus ⁊ non plures. ¶ Itē. queramus vnde distinguantur isti: si enim ex parte obiectorū distinguantur: tunc erunt multo plures ꝙ̄ quinqꝫ: obiecta enim sensibilia sunt multo plura secundum speciem ꝙ̄ quinqꝫ. ⁊ si distinguantur ex parte anime tunc in vno animali nō erit nisi vnus sensus: vt in me vel in te: quoniā in me est vnica anima sensitiua: ⁊ si distinguantur ex parte organorum corporeorum: tunc omnis sensus erit sensus tactus: quoniam omne mēbrum in nobis est organum tactus: qꝛ per singula mēbra percipimus qualitates tangibiles: ideo nullus sensus distingueretur a tactu: ⁊ sic nō essent quinqꝫ. ¶ Item constat qḋ in lingua ponimus vnū sensum proprium lingue: scilicet gustum: eo qḋ per linguā sentimus sapores quos per nullam aliā partem corporis sentimus: ergo simili ratiōe in mēbris genitalibus ponimus quendā alium sensum sic proprium: scilicet qꝛ per mēbra genitalia sentimus qualitates feminum quas per nulluī aliud mēbrū sentimus: qḋ ex hoc patet: quoniā sensu huiusmodi delectamur solū per illa mēbra: ideo preter quinqꝫ sensus quos Aristoteles ponit est ponēdus sextus illis mēbris proprius. Et ita etiā argueret̄ de stomacho: stomachus enim sentit famem ⁊ sentit sitim ⁊ alia mēbra non sentiūt: ergo in stomacho est sensus proprius preter illos quinqꝫ qui in alijs mēbris inueniūtur. ¶ Item. piscis habet sensum per quē prosequit̄ a longe alimentū nō visum: quia experimur quod huiusmodi alimētū determinate prosequitur: ⁊ inuenit: ⁊ ille sensus non est tactus neqꝫ gustus: qꝛ per illos non sentimus a longe: nec est visus: quia ponebamus illud alimentum nō videri a pisce quādo incipit ipsum prosequi ⁊ querere: nec est auditus: quia illud alimentuȝ est ibi sine sono: nec est olfactus: quia sicut auctoritate Aristotelis sensatio per olfactum requirit inspirationem prout in nobis experimur: ⁊ pisces communiter neqꝫ spirant neqꝫ respirant: ideo sensum olfactus non habent: sequitur ergo quod habent sensum sextū scilicet sensum alium ab istis quinqꝫ.

Oppositum determinat Aristoteles. Ista questio non querit nisi de sensibus exterioribus: qui non dicuntur exteriores ex eo quod sint situati in superficie corporis exteriori: quia visus non est in extremitate pupille vt dicit Aristoteles: in de sensu et sensato: et tactus etiam est intus in neruis: sed isti sensus dicuntur exteriores ex eo quod immutantur a sensibilibus exterioribus nullo alio sensu mediante. sensus autem interiores vocarentur: que si immutarentur a sensibilibus exterioribus tamen hoc est mediantibus alijs sensibus prius immutatis. ¶ Tunc dico breuiter quod sunt solum quinqꝫ sensus exteriores: ad istum sensum: quod sub hoc genere sensus exterior continentur quinqꝫ species precise supponentes pro omnibus sensibus exterioribꝰ: ⁊ preter illas sub illo genere non cōtinentur alie species que non coincidant cum illis vel cum aliqua earum in significādo: ⁊ ille quinqꝫ species sunt visus olfactus auditus tactus ⁊ gustus. i. hec nomina. ⁊ non est vis ad presens vtrum hoc nomen vel hec species tactus possit diuidi in duas species secundum duas contrarietates primorum tangibiliuȝ: quia si sic diuidatur resultabunt sex sensus secundum speciē: quādo autem dicimus solum esse quinqꝫ sensus nos accipimus hoc nomen tactus pro vnico membro. ¶ Tunc probat̄ dicta conclusio secundum Aristoteleȝ sic: predictos quinqꝫ sensus habemus ⁊ non plures: ⁊ nullus sensus nobis deficit: ergo quinqꝫ sunt et nō plures ꝙ̄ quinqꝫ: maior est manifesta: ⁊ minorem declarat Aristoteles: qꝛ si nobis deficeret aliquis sensus vel hoc esset ex parte obiectorum sensibiliū: vel ex parte mediorū: vel ex parte organorū: per sufficientem diuisionē: sȝ

nullo istorum modorũ potest dici. primo nõ ex parte obiectorum sensibiliũ: q2 nulla aĩalia videmus prosequi alimẽta sua nisi secundum qualitates quas sumus nati percipere: vt per colores: aut lumẽ: vel per sonos: vel per odores: vel per sapores: vel per qualitates tangibiles: ideo nulla sunt sensibilia que nos non sumus nati sentire: per consequens ratione sensibilium nihil deficit nobis. ¶ Contra hoc obiicitur: quia dicit Aristoteles qꝺ simpliciter calidũ vel simpliciter frigidũ non sentimus. Et sic etiam qꝺ nõ sentimus omnes odores sꝫ solum intensos quos cũ letitia vel tristitia sentimus: ideo non omnia sensibilia sumus nati sentire. ¶ Ad primã: diceretur quod omnes qualitates tangibiles possumus sentire: q2 forte non eque calidam habemus manũ sinistrã ⁊ dextrã: ideo quod non sentimus manu dextra propter similitudinem illud sentimus manu sinistra ⁊ econuerso: vel etiã eadem manu quod nunc nõ sentimus ꝓpter similitudinem bene sentiremus si manus nostra fuerit alterata. Ad aliã instãtiã que erat de odoribus dicendũ est ꝙ nos percipim⁹ bene omnes species odoris percipimus enim cõtrarios odores ⁊ medios sed verũ est ꝙ ꝓpter ineptitudinẽ organi olfactus in nobis nos nõ percipimus in aliqua specie odoris nisi odores intẽsos modo propter diuersitatẽ in eadẽ specie inter intensos ⁊ remissos nõ est ponẽdus alius sensus secundũ speciẽ: sed solum melior vel peior dispositio organi: ideo non potest dici qꝺ ratione sensibiliũ deficiunt nobis alique species sensuũ. Deinde etiã dico ꝙ nõ est nobis defectus ex parte mediorũ: q2 medium intraneum habemus in gustu ⁊ tactu: ⁊ mediũ extraneum: vt aerem aut aquã: in visu: auditu: ⁊ olfactu. Ultimo nõ potest dici quod nobis sit defectus ex parte organorum: q2 ex omni cõplexione conueniente animatis habemus organa: habemus enim organũ aque a dominio scilicet in visu: organum aeris a dominio in auditu: ignis autẽ si sit multe intensionis nõ potest nobis fieri organum neq2 aliis viuentibus: quia destrueret vitã: sed ignis. i. calor remissus ⁊ proportionatus qui potest viuentibus conuenire inuenit in nobis ⁊ in omnibus organis nostris. terra etiam si habeat organum propriũ a dominio non habet nisi organum tactus aut gustus. nerui enim qui sunt organa tactus sunt terrestres: a dominio ergo nullus sensus nobis deficit: nec ex parte sensibiliũ: nec ex parte mediorum: neq2 etiã ex parte organorum ⁊ sic propositum est conclusum.

Tunc ad rationes. Ad primam: dictum est quod omnes sensus tactus siue sint plures secundũ speciem siue non: enumeramus pro vno membro ponẽdo quinq2 sensus: ⁊ si enumeretur duplex tactus pro duobus mẽbris: tunc concedendi essent sex sensus exteriores. ¶ Ad aliam dico ꝙ Aristoteles per duplicem visum intendebat vnum sensum exteriorẽ ⁊ aliũ interiorem scilicet sensum cõmunem de quo postea dicemus. ¶ Ad aliã rationẽ dictũ fuit alias quando quesitũ fuit de vnitate tactus. ¶ Ad aliam: cõcedo ꝙ nostri sensus sint valde multi secundũ numerũ: sed sunt quinq2 secundũ speciem: ad sensum prius expositũ. ¶ Ad aliã: dico ꝙ licet hec nomina sensus ⁊ aĩa pro eodẽ supponant: tamen habent alias connotationes ⁊ sunt diuersorũ predicamẽtorum hoc nomen anima est forte nomen absolutũ: ⁊ hoc nomen sensus est nomen relatiuũ dictum ad actũ per modũ potentie: non enim aliud significat sensus q̃ potentia ad sentiendum ideo non oportet ꝙ species huius generis sensus sint species huius termini anima. ¶ Ad aliã. potest dici ꝙ sensuũ distinctio non est intrinsece ex obiectis: potest tamen argui ex obiectis sicut alias dicebatur: sed distinctio intrinseca sensuũ est ex diuersa dispositione qualitatiua organorum: nec propter hoc sequitur ꝙ omnis sensus sit tactus: quia licet in eodem mẽbro sit tactus cum visu vel gustu: tamen secundum aliam ⁊ aliam dispositionem qualitatiuam oculus videt ⁊ tangit: ⁊ secundum aliam ⁊ aliam lingua gustat ⁊ tangit. ¶ Ad aliã: respondetur ꝙ mẽbra genitalia ⁊ stomachus nõ sentiũt nisi per sensum tactus: tamen in eis est quedã ꝓportio qualitatum tangibilium que non est in aliis membris: ꝓpter quã proportionẽ aliqua tangibilia sunt eis delectabilia vel tristabilia que aliis membris nec sint delectabilia nec tristabilia. excessus enim caliditatis vel siccitatis grauat ⁊ cõtristat stomachũ: propter quod stomachus appetit cibum ⁊ potũ ad sui humectationem ⁊ refrigerationẽ. ⁊ sic membra genitalia in semine sibi proportionato delectantur ⁊ non alia membra quia non habent complexionem in tali proportione. ¶ Ad vltimam: respondet Aristoteles quod piscis habet olfactũ: quia per odores prosequitur alimentum: nec oportet qꝺ omnis olfactio sit per respirationem: sed hoc solũ oportet in animalibus habentibus organum olfactus coopertum: vt ꝑ respirationem discoperiatur: sicut etiã animalia habẽtia palpebras indigent retractione palpebrarũ ad videndũ: modo piscis sicut non habet oculos coopertos ita nec organũ olfactus: ⁊ sic ad videndum nõ indiget aliqua apertione oculorum nec indiget ad olfaciendũ respiratiõe.

Questio. XXVI.



Queritur vtrum preter sensus exteriores necesse sit ponere aliquem sensum communem. Arguitur quod non: q2 vel hoc esset propter sensibilia cõmunia: vel propter sensibilia propria: vel saltem propter sensibilia per accidens cum non sint plura sensibilia: sed hoc non est propter sensibilia propria: nec propter communia: quia illa sufficienter cognoscimus per sensus exteriores: nec propter sensibilia per accidẽs: quia illa etiã sũt cognoscibilia ꝑ sensus exteriores licet non per se: sed per hoc quod coniuncta sunt sensibilibus propriis sensuum exteriorũ igitur nulla est necessitas ponendi sensum alium preter exteriores. ¶ Item: nõ posset rationabiliter assignari organum talis sensus: *quia maxime* videtur quod esset in cerebro: sed in cerebro poni nõ põt: quia si poneretur talis sensus communis ille deberet esse copulatus ad singulos sensus exteriores: vt videtur velle Aristoteles: modo cerebrum nõ est copulatum ad pedes: in quibus tamen sensus tactus inuenitur. ¶ Itẽ: si esset talis sensus communis ille esset perceptiuus omnium sensibiliũ propriorum vt vult Aristoteles. sed hoc videtur falsum: quia sicut dicit Aristoteles omnis sensus vnus debet esse solũ vni⁹ contrarietatis ⁊ vnius generis sensibilis; ideo ille nõ esset vn⁹ sensus si esset perceptiuus omniũ huiusmodi sensibiliũ propriorũ. Et etiam alia cõplexio organi requiritur ad recipiẽdum species colorum ⁊ alia ad recipiendum species sonorũ vel saporum: ideo non potest esse aliquis vnus sensus receptiuus huiusmodi specierum: ⁊ sic non est ponendus talis vnus sensus communis.


Oppositũ determinat Aristoteles. Dico primo quod preter sensus exteriores necesse est ponere aliũ sensum interiorem quem vocamus communem: quia nõ immutatur a sensibilibus exterioribus nisi mediante alio sensu exteriori prius immutato. Et ista conclusio scilicet de necessitate ponendi talem sensum potest ꝓbari quatuor rationibus. ¶ Prima ratio est: q2 sensus exterior nõ est perceptiuus sui actus vt suppono ad presens: ⁊ tamen aliquãdo percipimus illos actus. Tu enim manifeste iudicas nõ solũ ꝙ hoc est album vel nigrum; vel quod hec vox est acuta vel grauis: sed etiam iudicas te hoc videre vel audire: ergo necesse est ponere sensum interiorẽ percipientem ⁊ iudicantẽ actus sensuum exteriorum. ¶ Secunda ratio est: quia sensus exterior nihil cognoscit vel iudicat in absentia sensibiles: q2 non est reseruatiuus specierum. Unde valde modico tempore et sine specie nihil cognosceret: vel iudicaret: sꝫ in absentia sensibilium nos iudicamus de ipsis sensibilibus tam priuatiue q̃ positiue: igitur preter sensus exteriores ponendus est alter sensus q̃ in absentia sensibiliũ cognoscat ⁊ iudicet de eis. Minor huius rationis declaratur: primo per iudicia priuatiua: quia de nocte in camera iudicamus esse tenebras cum tamen tunc visus exterior nihil percipiat: ⁊ sic etiam iudicamus esse silentium quando auditus exterior nullam habet sensationem per quã possit iudicare: ⁊ iste modus iudicãdi est per sensum interiorem qui habebat cognoscere actũ sensus exterioris: ideo etiam poterat cognoscere quod sensus exterior non sit in actu: ⁊ sic quando percipit visum exteriorem oculis apertis non moueri ad actum iudicat esse tenebras: ⁊ quando percipit auditum exteriorem auribus apertis non moueri ad actum iudicat esse silentium. Illa minor etiam principalis rationis declaratur: quia oculis clausis vel cum sint tenebre apprehendimus montes ⁊ vallẽs ⁊ astra: et

formamus

formamus in nobis diuersa fantasmata: ⁊ ibi non solum est reseruatio specierum sed etiam cognitio ⁊ actualis apprehēsio ipsorum sensibilium: cum tamen non sint sensibilia presentia: igitur. ¶ Tertia ratio est: q2 in somno clausis sensibus exterioribus apparent nobis sensibilia ac si essent in prospectu nostro: cum simpliciter hoc nō sit per sensus exteriores: eo ꝙ sunt clausi: sequitur ꝙ hoc est per alium sensum interiorem ⁊ sic habetur propositum. ¶ Quarta ratio est: quia de sensibilibus diuersorum sensuum exteriorum cōponimus ⁊ diuidimus ponendo inter ea conuenientiam ⁊ differētiam. iudicamus enim ꝙ hoc albū est dulce ⁊ si homo vocat canem et canis eum videat iudicabit ꝙ ille quem videt est vocans eum ⁊ ibit ad ipsum: modo hoc iudicium non potest fieri per aliquem sensum exteriorem nec per plures sensus exteriores si nō sit alius sensus communis: quia visus nihil cognoscit de vocatione sed solum auditus: ideo nō potest iudicare: ꝙ ille sit vocans. ⁊ ita etiam auditus non iudicat de proprio visibili nec ambo sensus simul componerent vel diuiderent ꝓpria sua sensibilia: q2 ponens conuenientiam vel differentiam inter aliqua oportet ꝙ cognoscat ambo illa. vnde sicut bene dicit Aristoteles si tu cognosceres album solum: ⁊ ego nigrum solum nec aliquis nostrum nec ambo possemus ponere conuenientiam vel differentiam inter album ⁊ nigrum: oportet enim ꝙ sit eadem virtus formans actum compositiuum vel diuisiuum: quē formare non potest si non apprehēdat vtrūqȝ extremorum. ¶ His ergo rationibus concluditur conclusio proposita a principio. ¶ Secundo potest addi ꝙ ille sensus communis est vnus sensus: scilȝ habens vnum organum ad quod organum terminantur ⁊ copulantur organa sensuum exteriorum: aliter non perciperet omnes actus sensuum exteriorum nec poneret differentiam vel conuenientiam inter obiecta eorum. Et vt magis appareat quomodo hoc sit verum debetis notare ꝙ ad sensum tria principaliter ⁊ intrinsece cōcurrunt. Primum est anima sensitiua que est principalis forma corporis ⁊ organi sensitiui: ⁊ rōne eius sensus communis bene est vnus cum illa sit vna in vno animali ⁊ eiusdem rationis per totum corpus: anima enim est simplex forma sic ꝙ non composita ex ptibus diuersarum rationū. Scdm quod requiritur etiā materia organi: ratiōe cuius etā sensus pōt dici vnus: quia materia in totali corpore animalis est vna indiuisa ⁊ non habens partes diuersarum rationum. Tertiuȝ quod requiritur est dispositio qualitatiua organi que in diuersis membris est diuersa ⁊ propter cuius solius diuersitatem dicuntur membra ⁊ organa diuersa. Unde propter huiusmodi diuersitatem dicuntur organa sensuum exteriorū diuersa ⁊ etiam sensus exterior est diuersus. Et imaginanduȝ est etiam ꝙ q̄ztum ad huiusmodi qualitatiuas dispositiones sensus cōmunis est vnus in se ⁊ diuersus a sensibus exterioribus. Debetis tamen notare ꝙ de ista vnitate dicit Aristo. ꝙ ille sensus communis est vnus ⁊ indiuisus ꝭm numerum ⁊ ꝭm locum: tamen est diuisus siue plurificatus ꝭm esse: hoc est dictu ꝙ ꝭm aliam ⁊ aliam rationem ipse est perceptiuus audibilium ⁊ visibilium ⁊ sic de sensibilibus aliorum sensuum: quia inquantum organum visus terminatur siue copulatur ad ipsum: ipse est perceptiuus visibilium. ⁊ sic de alijs sensibus ⁊ sensibilibus.

Tunc ad rationes. Ad primam dico ꝙ propter sensibilia tam cōmunia q̄ȝ propria ponitur sensus communis ad percipiendum ea in absentia ipsorum ⁊ ad comparandum ea vt dictum fuit. ¶ Ad aliam: respondēt aliqui qđ organum sensus commuis est in anteriori parte cerebri. Aristoteles tamen in paruis libris naturalibus ponit sensum cōmunem habere organum suum proprium in corde: modo omnia membra habent coniunctionem ad cor ⁊ ab eo recipiunt spiritus vitales. ⁊ signum magnum est ꝙ in corde vigeat sensus cōmunis: quia si aliquis atrociter tangeretur in pede siue in manu ⁊ si habeat apostema in pede vel in manu quod tangatur vt sit dolor acutus: omnes cōmuniter dicunt pūctu ram esse vsqȝ ad cor: ⁊ ꝙ sentitur dolor ipse versus situm cordis non versus situm cerebri. ¶ Ad vltimam: dicendum est ꝙ illa verba Aristotelis: vnus sensus est vnius contrarietatis: debent intelligi de sensibus exterioribus: ⁊ verum est: q2 in illis sensibus exterioribus non est complexio vna conueniens ad receptionem omnium specierum sensibiliū sed alia ⁊ alia ad receptionem aliarum ⁊ aliarum specierum. In sensibus tamē interioribus est complexio subtilior ⁊ nobilior que est sufficiēs ad receptiones omnium huiusmodi specierum.

Questio. XXVIII.



Queritur. vtrum i homine sint ponende quatuor virtutes sensitiue interiores: sensus communis: fantastica: cogitatiua: ⁊ memoratiua. Arguitur ꝙ nō sint tot ponēde primo per Aristotelē qui nunq̄ȝ videtur posuisse sensum communē nisi fantasiam ⁊ memoratiuam. Et confirmatur per anatomiam cerebri: omnes enim anathonomizantes dicunt in cerebro esse tres cellulas ⁊ non plures: ⁊ videtur ꝙ quilibet sensus interior debet habere vnam cellulam pro organo suo: imo videtur ꝙ virtutes sensitiue interiores sūt ponendē solum tres. ¶ Iterum. preter sensum communem videtur superfluere alia cognoscitiua: eo ꝙ sensus cōmunis est virtus superior et potest in omnes apprehensiones in quas possunt virtutes interiores ⁊ adhuc in plures. ⁊ ideo possumus dicere ꝙ per sensum communem apprehendimus quecunqȝ citra intellectum possumus comprehendere vltra sensus exteriores. Ideo frustra poneretur alia virtus cognoscitiua inter sensum cōmunem ⁊ interiorem. ¶ Et hoc confirmatur: q2 si vltra cōmunem sensum oporteret ponere aliā virtutem cognoscitiuam: hoc esset ad componendum ⁊ ad diuidendum inter diuersa sensibilia: aut ad iudicandum de actibus ipsorum sensuum aut ad eliciēdum intentionem nō sensatam ex sensata: sicut ouis ex colore ⁊ motu lupi elicit intentionem inimicitie: ⁊ fugit ab eo: sed propter nullum istorum oportet ponere nisi sensum communem: quod patet. Sensus communis potest componere ⁊ diuidere: cum ille secundum Aristotelem ponat differentias ⁊ conuenientias inter sensibilia diuersorum sensuum exteriorum. Similiter: ille est perceptiuus actuum sensuum exteriorum. vt videtur velle Aristoteles. et est etiam rationabile ꝙ ipse posset elicere intentiones non sensatas: ⁊ hoc a sensibus exterioribus: quia aliter non posset multum vltra sensus exteriores: quod est contra rationē virtutis superioris: eo ꝙ semper superior debet plus posse: igitur videtur esse superfluum ponere vlteriorem virtutem cognoscitiuam saltem citra intellectum. ¶ Item quicunqȝ ponunt dictas quatuor virtutes ipsi ponunt duas cognoscitiuas: scilicet sensum cōmunem ⁊ cogitatiuam: ⁊ duas reseruatiuas: scilicet fantasticam ⁊ memoratiuam: modo videtur superfluum ponere illas reseruatiuas preter cognoscitiuas: pro tanto quia non repugnat cognoscitiuis reseruare: vt patet primo de intellectu qui est cognoscitiuus: et tamen reseruantur in eo habitus intellectuales. Et idem etiam patet de sensibus exterioribus: qui licet sint cognoscitiui: tamē possunt aliquo tēpore reseruare species sensibilium: vt alias dicebatur de visu: ergo non sunt tot ponende. ¶ Iterū si ponatur aliqua reseruatiua ꝑter cognoscitiuas: videtur quod debeat vna sufficere: sicut enim idem sensus scȝ sensus communis percipit sensibilia exteriora ⁊ actus sensuum exteriorum ita eadem reseruatiua potest reseruare species illorum sensibilium: quod solet dici pertinere ad fantasiam: ⁊ intensiones actuum: quod solet dici pertinere ad memoratiuam: ideo non sunt ponende due reseruatiue sed vnica. ¶ Deinde arguitur ꝙ sunt plures: quia preter quatuor predictas solet poni estimatiua ⁊ etiam imaginatiua: ⁊ semper Arist. in libro de memoria ⁊ reminiscentia distinguit memoratiuam ⁊ reminiscitiuam: dicēs: ꝙ cōiter bene memoratiui sunt male reminiscitiui: ⁊ econuerso: ⁊ sic reminiscentia esset quinta virtus interior.

Oppositum determinat cōmentator: Auicenna: ⁊ Albertus magnus: ⁊ plures alij expositores in hoc libro ⁊ in paruis naturalibus. Ista questio est valde difficilis: ideo sufficit mihi aliqua ꝓbabilia recitare dicta ab alijs. Primo igitur cum visa fuerit necessitas ponendi sensum cōmunem seu aliquam virtutem cognoscitiuam tunc est vidēda necessitas ponendi fantasiam vel memoratiuam ⁊ etiam cogitatiuam distinctas a sensu communi. ¶ Et ad hoc dicēdum est quod preter sensum communem aut omnem virtutē cognoscitiuam oportet ponere aliam virtutem nō cognoscitiuam que sit reseruatiua specierum sensibiliuȝ. qđ ex hoc patet: quia desinentibus actibus cognoscendi: vt quādo bene

dormiuimus: adhuc oportet in nobis remanere species sensibilium: quia aliter nunq̃ possemus illa sensibilia apprehendere nisi reuerterentur coram nobis: quod apparet manif. ⁊ falsum: tā in somnis q̃ in vigilia: tu enim potes cogitare quā do vis de his que ante vidisti vel audisti: ⁊ tamē ille species non reseruantur in virtute cognoscitiua quia tunc per illam continue essemus in actu cognoscendi: ergo preter cognoscitiuas virtutes oportet ponere reseruatiuam non cognoscitiuā ⁊ talem dicunt autores esse fantasiam que alio nomine vocatur imaginatiua: quia reseruat imagines seu similitudines rerum sensibilium. ¶ Deinde oportet videre quare necesse sit ponere plures virtutes cognoscitiuas ita ꝙ non sufficiat sensus cōmunis. ⁊ de hoc dicunt Auicenna ⁊ cōmentator ⁊ etiā Albertus magnus: ꝙ sensus cōmunis solum cognoscit sensibilia exteriora ⁊ actus sensuum exteriorum: ideo oportet ponere aliam virtutem que eliciat alias intentiones non sensatas vt intentionem amicitie vel inimicitie conuenientie vel disconuenientie: ⁊ dicunt hoc pertinere ad cogitatiuam seu estimatiuam. Unde hec duo nomina ponūtur tanq̃ synonyma nisi ꝙ magis vtimur hoc nomine cogitatiua in hominibus: ⁊ magis hoc nomine estimatiua in brutis. Dicunt etiam vltra: ꝙ sensus cōmunis solum apprehendit per modum presentis ac si res sit in conspectu nostro. Estimatiua autem vel cogitatiua apprehendit per modum preteriti aut futuri iudicando ꝙ in tali loco erat cibus. sic enim bruta mouentur ad loca in quibus alias inuenerunt cibos ⁊ potus: ⁊ ita apprehendis te hec aut illa vidisse vel audiuisse. Quod autem hec pertineant ad duas virtutes diuersas persuadetur quia cōmuniter in somnijs apprehendimus res solum tanq̃ presentes ⁊ quasi in conspectu nostro existentes: ⁊ hoc pro tanto eē videtur ꝙ sensus cōmunis citius ⁊ facilius absoluitur a ligamento somni q̃ virtus cogitatiua: ideo tunc per sensum communem iudicamus ⁊ nihil adhuc per cogitatiuam: propter quod solum iudicamus per modum presentis tantum. Aliquando nō solum sensus cōmunis sed cum hoc etiam virtus cogitatiua absoluitur ab huiusmodi ligamento: ⁊ tūc aliquā do somniamus cum rememoratione preteritorum: imo tunc aliquando somniamus syllogisando circa vniuersalia quod pertinet ad intellectum: sez quia virtus cogitatiua que immediate deseruit intellectui absoluta est a ligamento. ¶ Postea videndum est quare sint ponende due reseruatiue: ad qd̄ ipsi dicunt ꝙ fantasia ponitur corrñdere sensui cōmuni: ⁊ memoratiua cogitatiue: ⁊ differunt in reseruādo: quia fantasia solum reseruat species seu imagines rerum sensibilium ⁊ per modum presentis quasi res essent in cōspectu nostro: ⁊ ideo per hunc modum sepius somniamus quia illa fantasia cito absoluitur a ligamento somni: sed memoratiua non solum reseruat illas species: sed etiam reseruat intentiones actuum cognoscendi ⁊ cum differentijs temporum. Unde per cogitatiuam tu potes iudicare non solum ꝙ hoc est album aut currens: ⁊ non solum ꝙ tu vidisti hoc vel audiuisti: sed ꝙ tali tēpore vidisti ⁊ alio tempore audiuisti: ⁊ hoc non fit solum per intellectum: quia bruta sic de preteritis distincte rememorā tur propter quod reuertuntur ad loca vbi alias fuerunt determinate. ¶ Et cōfirmatur ꝙ dicte virtutes reseruatiue sint abinuicem distincte ⁊ habeāt distincta organa: q2 experimur ꝙ lesi in anteriori parte cerebri amittunt imaginatiuam: lesi vero in parte posteriori amittunt memoratiuam remanente bona imaginatione: propter quam imaginationem non desinunt esse subtiles: licet desinant bene memorari. ¶ Et debetis scire ꝙ iste quattuor virtutes cōmuniter ab autoribus sic ordinantur. Cōmentator ⁊ Aristoteles ponunt sensum communem in corde ⁊ fantasiam in prima cellula seu in anteriori parte cerebri ⁊ cogitatiuam in medio ⁊ memoratiuam in posteriore parte cerebri. Auicenna autem ⁊ multi alij ponūt sensum communem ⁊ fantasiam in prima cellula cerebri sed sensum communem in anteriori parte illius cellule ⁊ fantasiam in posteriori parte eiusdem cellule. Sed qui tenent istam considerationem ipsi possent respondere ad rationes. ¶ Ad primam diceretur ꝙ Aristoteles aliquādo nomine fantasie vtitur pro virtute reseruatiua ⁊ aliquando pro virtute cognoscitiua scilz pro cogitatiua et sic reuertuntur ea que dicta sunt. ¶ Ad aliam de anatomia cerebri: potest dici ꝙ sensus communis non habet organum proprium in cerebro: sed in corde sed hoc in eadē cellula cum fantasia licet in alia parte eius. ¶ Ad aliam dicitur ꝙ nō superfluit virtus cogitatiua vltra sensum communem propter ea que dicta sunt in positione: licet enim sensus communis plus possit q̃ exteriores quia cognoscit actus eorum: tamen adhuc cogitatiua plus potest: q2 elicit intentiones non sensatas. ¶ Ad aliam: conceditur qd̄ sunt due cognoscitiue et due reseruatiue propter causam prius assignatam. Et quando tu dicis: ꝙ cognoscitiua potest reseruare vt intellectus ⁊ visus. Dico primo de ītellectu: quod non est inconueniens ꝙ reseruet speciem: sed visus non reseruat sine actuali cognitione: quia semper in cognoscēdo actu indiget ministerio sensus hec autem non possunt dici de virtutibus sensitiuis imo cognoscitiua nō indiget ad cognoscēdum habere speciem: quia si reseruaret ipām semper actu cognosceret. ¶ Ad aliam: potest dici ꝙ non sufficit vna reseruatiua propter causas que dicte fuerunt. ¶ Ad aliam que arguit ꝙ sint plures: concedendum est qd̄ est dare imaginatiuam: sed illa non differt a fantasia imo sunt nomina synonyma. Et similiter dicendum est de estimatiua et cogitatiua. ¶ Ad vltimam: dicendum est qd̄ reminiscitiua addit super memoratiuam: non quintam virtutem: sed congregationem virtutum: nam reminisci est per modū syllogistici discursus et virtus sic discurrens est cogitatiua: modo possibile est qd̄ sit bona memoratiua ⁊ tamen nō sit subtilis cogitatiua ideo neq3 erit bona reminiscentia. Et de hoc debet videri ad plenum in libro de memoria ⁊ reminiscentia. ¶ Alia opinio est fundata super hoc qd̄ illi sensus quos vocamus exteriores: licet habeant exterius organa sua propria ad recipiendū species sensibilium exteriorum tamen iudicium non fit secundū illas species: nisi interius in organo communi. Et istud potest multipliciter persuaderi: primo per illud quod apparet in freneticis: q2 per indispositionem siue lesionem illius organi communis: ipsi videntes festucam iudicant eam esse maximum serpentem: ⁊ audientes paruum sonum iudicant magnos tumultus. Et sic patet qd̄ non est iudicium in organis exterioribus in que species illorum sensibilium primo recipiūtur: quia non oportet istos freneticos esse tante indispositionis in oculis et auribus ⁊ manibus qd̄ deberent sequi iudicia sic rebus discrepantia si fieret iudicium in illis organis exterioribus. ¶ Alia persuasio est de dormiētibus: quia visi sunt aliquando aliqui habentes oculos apertos in quos recipi poterat species luminis ⁊ coloris: ⁊ tamen non videbant quia illud organum commune in quo fit iudicium erat clausum per somnum. Similiter etiam dormientes non audiunt licet non sit clausio aurium: nec olfaciunt: licet continue expirent ⁊ respirent: nec etiam tactu sentiūt quis palparetis eorum pedes aut manus: ⁊ tamen species sensibilium ad organa exteriora perueniunt ⁊ in ea recipi possunt: ⁊ nō potest dari causa quare tunc non sentiant nisi q2 interius clausum est organum commune in quo debet fieri iudicium et actus sentiendi. ¶ Tertia persuasio est: qd̄ fortiter attēdentes ad aliquod triste vel delectabile non percipiunt que ipsis dicūtur vel que species oculos eorum transeunt: q̄uis in organa exteriora recipiuntur species illorum: quia non sunt clausa nec occupata: ⁊ causa quare hec non percipiunt non videtur posse reddi: nisi quia per fortem attentionem ad illud triste vel delectabile occupatum est interius illud organum commune in quo debet fieri iudicium. Hoc igitur fundamēto dicitur qd̄ illud organum cōmune est anterior cellula vel anterior concauitas cerebri: ⁊ tunc compositum ex anima et illo organo dicitur sensus cōmunis ita qd̄ nullus ponitur sensus exterior cognoscitiuus iudicatiuus distinctus a sensu communi: imo sensus cōmunis dicitur aliquando visus: aliquando auditus: ⁊ sic de alijs sensibus: ⁊ dicitur aliquādo sensus communis: tamen secundum diuersas rationes: et hoc videtur dicere Aristoteles sensum communem quodāmodo esse visum vel auditum: ⁊ quodammodo alium a visu vel auditu ⁊ sic de alijs sensibus. Ille enim sensus communis dicitur visus inquantum iudicat ⁊ sentit colores mediante oculo: ⁊ dicitur auditus inquantum sentit et iudicat sonos mediante aure: ⁊ sic de alijs sensibus quos vocam⁹ exteriores siue particulares. Sed dicitur sensus communis inquātum ad ipm̄ omnia organa exteriora reducuntur. Ideo etiam dicit Aristoteles qd̄ ille sensus cōmunis quodāmodo est indiuisibilis ⁊ quodammodo diuisibilis: quodammodo vnus ⁊ quodammodo plures. Est enim vnus realiter ⁊ secūdum esse: est diuisus ⁊ plures vt secundum rationem est pluríficatus: ad illum sensum: quia secundum aliam rationem dicitur visus: et secundum

et secundum aliã dicitur auditus et sic de aliis. Nec obstat si Aristoteles videatur ponere primum sensitiuum in corde: quia non est intentio eius nisi ꝙ in corde est origo omnium sensuũ sensibilium per que exercetur actus sentiendi in dicto organo sensus communis ꝛ in organo estimatiue siue cogitatiue. Deinde preter istum sensum coummunem conceditur virtus superior ꝛ cognoscitiua que multis modis nominatur: scilicet aliquando cogitatiua: aliquando estimatiua: aliquãdo etiã fantastica etiam huiusmodi virtutis est elicere intentiones nõ sensatas ex speciebꝰ sensibilibus: ꝛ etiã cognoscere ꝛ iudicare actum sensus communis: scilicet iudicare quod nos videmus vel audimus. hoc enim non poterat iudicare sensus cõmunis: quoniam virtutes sensibiles eo quod sunt materiales ꝛ corporee non sunt innate reflecti super se vel suam operationem: modo videre vel audire erit operatio sensus communis: vt dicebatur: ideo sensus communis licet videndo ꝛ audiendo iudicet colores ꝛ sonos: tamen non iudicat se videre vel audire: sed illa virtus superior: ꝛ organum eius est media concauitas cerebri. ¶ Postea requiritur tertia virtus que est reseruatiua omnium reseruatione indigentium. ꝛ illa aliquãdo vocatur imaginatiua inquãtum reseruat imagines id est species rerum sensibilium ꝛ quandoque vocatur memoratiua inquantum reseruat intentiones sensationum cum differentiis temporum. ꝛ organum huiusmodi virtutis est posterior cellula siue posterior concauitas cerebri. Unde est ꝙ si homo lederetur in posteriori parte cerebri ipse amitteret memoriã. ¶ Et videtur rationabiliter ꝙ solum ponantur iste tres virtutes interiores cum nõ inueniantur in cerebro nisi ille tres cellule. ꝛ hec opinio videtur multum concordare Aristoteli qui nunquam visus est multiplicare huiusmodi virtutes extra predictas tres: nec apparet ꝙ posuerit fantasiam esse solum reseruatiuã: imo cognoscitiuam: quia ꝛ compositiuam ꝛ diuisiuam: imo videtur etiam velle Aristoteles ꝙ immediate deseruiat intellectui: propter quod dicit intelligentem quemcunque necesse est fantasmata speculari: ideo nõ aliud videtur intelligere per fantasiam quam cogitatiuam. ꝛ videtur mihi quod quia iste virtutes mouent se inuicem nos nomen vnius attribuimus alteri: vnde sepe actum cognoscendi vocamus memorari: scilicet quoniam cognoscimus preterita per species reseruatas in memoria: proprie igitur loquendo memorari non esset aliud nisi species in illa virtute memoratiua reseruari: et sic memoraremur licet non actu cognosceremus sed modo contrario dicitur memorari idem quod actu iudicare de preteritis per hoc quod virtus cognoscitiua mouetur a speciebꝰ reseruatis in memoria: ideo etiam sic virtus cognoscitiua dicitur aliquando memoratiua vel etiam reminiscitiua. ¶ Et si ista opinio teneretur responderetur ad persuasiones quas prima opinio habebat pro se. ꝛ cõtra istam vna persuasio erat ꝙ sepe in somnis apparent omnia tanquam si essent in prospectu sensus: ꝛ non per modum memorie: quod nõ videtur esse nisi propter duplicem reseruatiuam: scilicet vnam reseruantem solum species sine differentia temporis ꝛ aliam reseruantem intentiones sensationum cum differentiis temporum quarũ prima citius absoluitur quam secunda ideo sic solum tunc somniamus. Respondetur: hoc non accidit propter diuersas reseruatiuas: sed quia omnes ille virtutes interiores quãuis aliquo modo imperfecto sint abstracte a ligamento somnii: tamen adhuc aliquo modo remanent ligate. Et ideo non potest fieri ita perfecta representatio sicut in vigilia: sed solum illud apparet quod est innatũ fortius mouere: modo species sensibilium reseruate in illa virtute sunt fortiores in mouendo quam intentiones actuum ꝛ differentie temporum: ideo tunc solum apparent huiusmodi sensibilia sine modo rememorationis: ꝛ cum hoc etiam natura sensitiua est natura magis intensa ad presentia quam ad preteritionem ꝛ futuritionem: ideo sepius in vigilia attẽdimus ad presentia sine aspectu ad preterita. ¶ Similiter non valet aliud motiuũ quod erat de lesione concedo ꝙ per lesionem in posteriori parte capitis peioratur aliquando memoria ꝛ non peioratur imaginatiua: si per imaginatiuam intelligis virtutem cognoscitiuam: quia per bonitatem eius homo est subtilis ingenii: scilicet bene arguens ꝛ discursiuus: tamen si per imaginatiuam tu intelligas reseruatiuam illa peioratur cum memoratiua: quia non differt ab ea: Et ad idem vadit ꝙ non sunt iidem bene memoratiui ꝛ bene reminiscitiui: hoc enim non est propter diuersas reseruatiuas: sed quia actus reminiscendi requirit discursum syllogisticum qui nõ est in promptu nisi cum subtilitate: que quidem subtilitas scilicet ingenii est ex bona cognoscitiua: modo raro contingit ꝙ memoratiua et cogitatiua sint simul optime disposite eo quod cogitatiua ad suam bonitatem plus requirit de humiditate ꝛ de mollitie in qua possit abundare multitudo spirituum: ꝛ memoratiua ad bene retinendum requirit plus de duritie ꝛ siccitate. ꝛ ista amplius debent videri in libro de somno ꝛ vigilia.

¶ Sequuntur questiones super tertium librum de anima.



Circa Tertium de anima queritur primo vtrum intellectꝰ noster sit virtus passiua ab intelligibili. Arguitur quod non: quia omne quod patitur mouetur: cum actio ꝛ passio non sint sine motu: vt patet tertio physicorum: sed intellectus noster non mouetur: ergo nõ patitur: minor probatur: quia nullum indiuisibile mouetur: vt probatum est sexto physicorum sed intellectus noster conceditur esse indiuisibilis. ¶ Item sequeretur: quod potentia vegetatiua esset nobilior intellectu nostro: quod videtur absurdum et probatur consequẽtia: quia agere est nobilius quam pati: ideo virtus actiua est nobilior quam passiua: et tamen potentia vegetatiua est virtus actiua: ideo esset nobilior ipso intellectu si intellectus esset virtus passiua: Item: intelligere non est pati ergo intellectus non est virtus passiua consequẽtia probatur: primo per locum a coniugatis: et secundo probatur: quia virtus non ex alio dicitur actiua vel passiua nisi quia eius actus est agere vel pati: ideo si intelligere non est pati intellectus non est virtꝰ passiua: sed antecedẽs principale probatur scilicet quod intelligere non sit pati quia tunc intelligi esset agere: quod apparet falsum: quoniam multa intelliguntur a nobis que nihil possunt in nobis vt prima materia ꝛ homines qui sunt in forma. Confirmatur secundo illud antecedens: quia intellectio conceditur esse actio scilicet immanẽs igitur intelligere est agere. ꝛ per consequens intelligere nõ est pati. Tertio confirmatur illud antecedens: quia pati nõ debet significari per verbũ actiuum: eo quod modus significandi nõ debet repugnare significato: sed intelligere significat per verbum actiuum: ergo intelligere nõ est pati. ¶ Itẽ ad principale. forme est agere ꝛ materie est pati prout determinatum est in libro de generatione ꝛ in tertio physicorum: propter quod etiam commentator in de substantia orbis dicit: quod si materia esset simplex in actu ipsa non posset recipere accidens eo quod pati siue recipere est contrarium actui ꝛ etiam forme: modo intellectus noster est simplex siue simplex forma: igitur non patitur. ¶ Itẽ: dato quod intellectus noster esset passiuus tamen non esset passiuus ab intelligibili: probatur primo: quia agens ꝛ passum debet communicare in materia vt habetur primo de generatione: ꝛ intellectus non est immaterialis. Secundo: quia agens deberet esse contrarium passo in principio: ꝛ in fine simile: vt habetur primo de generatione: intellectus autem noster non est contrarius intelligibilibus cũ ipse sit substantia ꝛ substantie nihil est contrariũ.

Oppositum vult Aristoteles. Breuiter solet distingui de passione. vno modo enim passio dicitur pro qualitatibus de tertia specie qualitatis prout in predicamẽtis dicitur quod tertia species qualitatis est passio vel passibilis qualitas: ꝛ sic non loquimur hic de passione. Alio modo passio accipitur pro motu vel mutatione: ꝛ ita hoc nomen passio supponit pro huiusmodi motu vel mutatione ꝛ connotat ipsum recipi vel esse in aliquo subiecto: etiam hoc nomen actio supponeret pro huiusmodi motu vel mutatione connotando quod posset produci ab aliquo, vnde sic actio esset idem quod passio licet hec nomina habeant diuersas connotationes: ꝛ sic loquimur hic de passiõe. Et isto modo diceretur quod omnis virtus passiua que esset receptiua alicuius motus vel mutationis vel noue dispositionis diceretur pati ab illo a quo produceretur illa mutatio seu noua dispositio. ¶ Tunc statim ponenda est prima conclusio, quod intellectus est virtus passiua: quia est receptiuus alicuius mutationis seu noue dispositionis vel intellectionis: aliquando enim intelligimus cum ante non intelligeremus. ¶ Secunda cõclusio est quod intellectus noster est virtus passiua ab intelligibili: quia

omnis virtus passiua est passiua ab aliquo: eo ꝙ omne quod producitur ab aliquo producitur: igitur omnis virtus passiua: ⁊ per consequens intellectus est virtus passiua ab intelligibili: ⁊ patet consequētia per hoc ꝙ omne ens est intelligibile: ideo omne quod est passiuum ab aliquo est passiuum ab intelligibili. ¶ Sed vt magis videatur veritas ponenda est alia distinctio de agere ⁊ pati: nam vno modo dicitur proprie passio ⁊ vocatur passio corruptiua. Alio modo dicitur cōmuniter vel improprie ⁊ vocatur passio solum perfectiua. ¶ Passio autem vocatur corruptiua altero duorum modorum. Uno modo: qꝛ est cum abiectione contrarij sicut calefactio est necessario cum abiectione seu corruptione frigiditatis. ¶ Et tunc ponenda est conclusio: quod intellectus noster non est virtus passiua tali passione nisi forte per accidens: quia tamen intellectus recipit speciem intelligibilem vel actū intelligendi nō oportet quod in huiusmodi receptione aliqd in eo corrumpatur. Et dixi notanter nisi hoc sit per accidēs quia possibile est quod intellect⁹ noster aliqua opinione informatus per rationem ad contrarium recipit opinionem contrariam cum abiectione prioris: sed accidit quod in huiusmodi receptione fiat talis abiectio: sed si non prefuisset illa opinio contraria non minus intellectus recepisset illam nouam opinionē et tunc in huiusmodi receptione nihil fuisset abiectū. ¶ Alio modo passio vocatur corruptiua: ex eo quod ipsa vel ipsi similis est innata disponere suum subiectum ad corruptionē sicut calefactio in aqua disponeret ad corruptionē aque et frigefactio in igne disponeret ad corruptionē ignis. Ideo enim frigefactio et calefactio et alie mutationes secundum primas qualitates elementorum vocantur passiones corruptiue. ¶ Tunc est ponenda conclusio: ꝙ intellectus noster non est passiuus tali passione: quia intellectus noster nullam recipit dispositionē que innata sit disponere ipsum ad corruptionem cum ipse ponatur esse perpetuus. ¶ Et ex his sequitur alia conclusio: quod intellectus est virtus passiua passione que vocatur solum perfectiua. ¶ Adhuc est danda alia distinctio de actione ⁊ passiōe: nam si dicamus b. pati ab a: vel a agere in b hoc potest esse duobus modis. Uno modo: quia b immediate patitur ab a recipiendo ab eo aliquā dispositionem et quod a immediate agit in b producendo illam dispositionem in b. Alio modo a dicitur agere in b quia agit vel egit illud quod immediate agit in b. ꝗuis proprie loquendo non agit in b: verbi gratia: color agit in visum non immediate: sed quia agit vel egit speciem in medio que immediate agit in visum. Unde si per potentiā diuinam species reseruaretur in medio sine colore sicut modō est in eo: adhuc illa species ageret ī visum sicut nunc agit. Isto etiā modo pater dicit agere vel generare filium scilicet quia agit semen quod agit filium. Unde qñ generatur filius pater nihil agit: imo forte mortuus est: ⁊ tamen dicitur generans eo solo qꝛ egit illud quod postea agit ad generationem filij. ¶ Et iuxta hanc distinctionem ponēde sunt cōclusiones. Prima est: quod intellectus ꝑmo modo scilicet immediate nihil patitur ab intelligibilibus exterioribus: quoniam illa non agunt in intellectum nisi mediante actione eorum in virtutes sensitiuas seu organa sensitiua: sꝫ intellectus sic immediate patitur a specie vel actu existente in virtute cogitatiua. ¶ Alia conclusio. intellectus est virt⁹ passiua ab intelligibilibus exterioribus vltimo modo: quoniam res extra que sunt intelligibiles agunt licet ꝑ plura media illam speciem vel illū actum cogitatiue qui immediate agit in intellectū. ¶ His visis debetis notare quod licet sit probatum quod intellectus sit virtus passiua ab intelligibili exteriori: tamen nondum est probatū quod intelligere sit pati ab intelligibili exteriori. Aliqui enim ponunt quod intelligere est actus distinctus a specie intelligibili nō dependens actiue ab illa specie vel ab obiecto: sed solum ab intellectu agente: ⁊ quod illa species ad hoc solum deseruit quia disponit intellectum ad recipiendum intellectionem: ⁊ tunc intelligere nō esset pati ab intelligibili exteriori: sed esset pati ab intellectu agente: de hoc autem postea videbitur.

Et tunc respondendū est ad rationes. Ad primā: concedo quod indiuisibile non mouetur proprie nec patitur proprie: scꝫ passione corruptiua: tamen bene mutatꝛ ⁊ patitur passione solum perfectiua. ¶ Ad aliā: posset cōcedi ꝙ si intellectus esset solum passiuus tunc virtus vegetatiua esset nobilior intellectu: sed intellectus nō est solū passiuus imo cum hoc actiuus vt post dicetur: ideo ratio non concludit. ¶ Ad aliā: dico quod intelligere est pati siue hoc sit ab intelligibili exteriori siue ab intellectu agente vel ab aliquo alio. Et quādo probatur: ꝙ nō est ita: quia tunc intelligi eēt agere. potest dici quod non sequitur: ꝗuis etiā consequens sit verum: multa enim intelligūtur ꝑ abstractionem ⁊ per discursum a quibus intellectus nihil patitur. sed quādo dicitꝛ qꝺ intellectio est actio: potest concedi: sed hoc non obstat qn etiā intellectio sit passio cū idē sit actio ⁊ passio: ideo hoc nō obstat quin intelligere esset pati. Dicendū etiā: qꝺ nō est inconueniens quod pati significetur per verbum actiuum: qꝛ nomina ⁊ verba significant ad placitum ⁊ maxime in proposito: quia intelligere non solum est pati imo etiam est agere: intellectus enim in seipso agit intellectionem: vt postea dicetur: ideo intelligere ⁊ est agere ⁊ est pati. ¶ Ad aliā: dico ꝙ omnis forma habet aliquam actionem ⁊ sic est intelligēdū quod forme est agere: sed cum hoc forma potest habere aliquam passionem ⁊ recipere in se aliquam perfectionem secūdariā. ¶ Quando autē dicit commentator quod pati est cōtrarium actui: dicendum est qꝺ nō omne pati repugnat omni actui: sed bene verum est quod actui primo ⁊ puro qui est deus repugnat omne pati. ¶ Ad vltimā: dicēdū est qꝺ illud agens ⁊ illud passum debent communicare in materia que mutuo reagendo ⁊ repatiendo agunt inuicem ⁊ patiūtur ab inuicem passione corruptiua: de alijs autem non oportet ita. De hoc autē ꝙ agens debet esse nobilius dicetꝛ post. Sed de hoc quod dicebatur ꝙ agens debet esse contrarium passo in principio dicitur ꝙ hoc est verum de agentibus ⁊ passis mutuo reagentibus ⁊ repatientibus passionibus corruptiuis: sed de alijs non oportet ita esse.

Questio. II.



Consequenter queritur secundo. Utrum necesse est intellectum esse denudatum ab eo quod ipē intelligit. Arguitur quod nō: quia sicut sensus se habet ad sensibilia: ita intellectus ad intelligibilia: sed non oportet sensum esse denudatum a sensibilibus: igitur nec intellectum ab intelligibilibus, maiorem ponit Aristoteles in secundo huius ⁊ minor manifesta est: quia tactus non est denudatus a quatuor primis qualitatibus: quarum tamen ipse est sensitiuus: nec lingua denudata est a sapore: igitur. ¶ Item: nulla apparet necessitas quare oporteat intellectum esse denudatum ab intelligibili nisi ex eo qꝺ recipiens debet esse denudatum a natura recepti: sed hoc non arguit quod intellectus sit denudatus ab eo quod intelligit: quia non recipit ipsum: intellectus enim intelligēs lapidem non recipit ipsum: ergo non est necessitas quod intellectus sit denudatus ab eo quod intelligit. ¶ Item: intellectus potest intelligere quodlibet ens: ⁊ tamen non est a quolibet ente denudatus: igitur. ¶ Item: autor de causis ponit qꝺ intelligentia est plena formis: hoc autem non est nisi vt eas intelligat: ergo intellectus non debet esse denudatus ab his que intelligit: sed magis debet esse repletus. ¶ Item: deus primo ⁊ summe perfectissime intelligit seipsum: tamen non est a se denudatus: igitur non oportet intellectum esse denudatum ab eo quod intelligit.

Oppositum declarat Aristo. sub istis verbis: necesse itaqꝫ quoniam omnia intelligit immixtum esse sicut dicit Anaxagoras vt imperet. hoc autem est vt agnoscat: intus enim hoc apparens prohibebit extraneum ⁊ obstruet. Idem etiam declarat commentator sub istis verbis omne recipiens aliquid necesse est vt sit denudatum a natura recepti: vnde necesse est: vt sensus recipiēs ⁊ sentiens colorem careat colore. Cum ergo positum fuerit ꝙ intellectus intelligit omnes formas materiales: sequitur qꝺ ipse nō est aliqua huiusmodi formarum ideo intellectus nec est corpus nec forma nec formatus in corpore. hoc dicit commentator. ¶ Notandū est qꝺ duplex est intellectus. Unus est intelligens per suam substantiam: ⁊ non per intellectionem additam: scilicet intellectus diuinus: vt patet. xij. metaphysice: ⁊ talis intellectus primo ⁊ maxime intelligit se: ⁊ per intellectionem sui ipsius intelligit alia. Alius intellectus est qui non intelligit formaliter per

liter per suam substantiam: sed per intellectionem sibi additam et de nouo sibi acquisitam: et talis est itellectus hūanus.

Tunc pono aliquas conclusiones. Prima est: ꝙ intellectus diuinus nō est denudatus ab eo quod ipe primo et principaliter intelligit: quia non est denudatus a se ipso: cum tamen primo et principaliter et maxime intelligit seipsum. ¶ Secunda conclusio est ꝙ intellectus humanus non est denudatus ab omni eo quod ipse potest intelligere quia potest intelligere seipsum cum tamen non sit denudatus a seipso. ¶ Unde circa hoc notandum est ꝙ intellectus noster potest aliqua dupliciter intelligere. intelligit enī aliqua primo hoc est dictu sine discursu ex intellectione prima. Et aliter potest intelligere aliqua per discursum ex prioribus intellectionib⁹: et hoc secundo modo intelligit se: vt postea videbitur; ideo nō oportet ipsum esse denudatum ab omni eo quod ipe intelligit per discursum ex primis intellectionibus. ¶ Sed tertia conclusio ponitur ꝙ necesse est intellectū humanum anteꝙ̃ intelligat: esse denudatum ab omni eo qđ ipse est innatus intelligere primo: hoc est sine discursu ex prima intellectione. et hec cōclusio probatur: quia omne tale intelligit intellectus per receptionem ipsius vel sue speciei: modo si recipiat ipsum tunc oportebit ꝙ iam antea careret ipso non enim recipimus de nouo illud quod iam antea habem⁹ si autem non recipiat ipsum; sed speciem ipsius tunc etiam adhuc oportet ꝙ ante careret illo: verbi gratia: si itellectus de nouo recipiat speciem lapidis representatiuam oportet ꝙ antea careat illo lapide: quia si ante habuerat lapidem in se nulla posset dari ratio quare etiam nō habuerat eius speciem si innatus esset eam recipere: ideo si intellectus de nouo recipiat speciem lapidis oportet ꝙ antea careat tam lapide ꝙ̃ illa specie. ¶ Quarta cōclusio est: ꝙ intellectus humanus anteꝙ̃ intelligat debet esse denudatus non solū ab eo quod primo intelligit: sed etiam ab eius specie: quia si ante haberet eam non posset assignari ratio quare ante non intelligeret per illam. ¶ Et debetis scire ꝙ secundum commentatorem iste due conclusiones habent veritatem de omni virtute cognoscitiua per actum sibi additum: ita ꝙ omnis virtus cognoscitiua per actum sibi additum est denudata anteꝙ̃ cognoscat ab eo quod ipa cognoscit primo et directe: et etiam a specie illius. ¶ Adhuc secundum commentatorem ponenda esset quinta conclusio: scilicet ꝙ omnis virtus cognoscitiua per actum sibi additum est denudata nō solum ab eo qđ ipsa sic primo cognoscit: imo etiam ab omni eo quod est simile in specie et gradu et quod ipsa sic primo cognoscit. Unde propter hoc vt habetur secundo huius non sentit tactus nec similiter calidum: nec similiter frigidū. ¶ Tamen sexta conclusio ponenda est; ꝙ non oportet virtutem cognoscitiuam esse denudatam ab eo qđ est simile in genere vel in specie ei quod ipsa cognoscit: quia tactus existens calidus in aliquo gradu sentit bene magis calidum cum tamen magis calidū sit minus calido simile in genere et in specie caliditatis. Tamen debetis notare qđ quinta conclusio: ꝙ̃uis sic communiter ponatur: est mihi bene dubitabilis sed non de sensibus exterioribus tamen de interioribus: virtus nāꝙ̃ cogitatiua potest cognoscere directe omne quod sensu exteriore directe et per se sentimus: et tamen sensu exteriori possemus sentire obiectum calidum in eodem gradu caliditatis sicut est organum cogitatiue; verbi gratia: ponamus qđ sit obiectum extra vt lapis vel aqua in eodem gradu caliditatis cum organo cogitatiue: et ponamus qđ manus sit frigidior: tūc ipa percipiet caliditatem ipsius obiecti. Ideo consequenter cogitatiua poterit caliditatem percipere: non obstante qđ habeat similem in gradu: ideo videtur mihi quod illa quinta cōclusio ꝙ̃uis haberet veritatem de sensibus exterioribus tamen non habeat veritatem de virtute sensitiua interiori.

Tunc respondendum est ad rationes. De tactu enim et gustu et aliis dictum fuit qđ non sentimus simile in specie et gradu vt similiter calidum et similiter frigidū. ¶ Ad aliam conceditur qđ intellectus primo debet esse denudatus a primariis intelligibilibus: quia intelligit ea per receptiones suarum specierum: modo recipiens de nouo speciem alicuius debet esse denudatum et ab illa specie et ab illo a quo est illa species. ¶ Ad aliam: concessum est qđ intellectus noster non est ab omni intelligibili denudatus: sed ab eis que primo et directe intelligit. ¶ Ad aliam dicendum est qđ illa propositio autoris de causis: scꝫ intelligentia est plena formis: non est vera de proprietate sermonis: sed ad talem sensum: qđ ipsa est representatiua multarum formarum. Et ideo intelligendo seipsam per suam substantiam ipsa intelligit illas formas alias: sicut si diceremus deū esse plenū formis ideis: quia deus est representatiuus cunctorum. Deus enim per hoc qđ est causa cunctorum representat sibi omnia per suam simplicem substantiā. Et ad istum sensuꝫ dicimus ideam esse in deo hoc est ipsum esse ideam hominis vel asini. deus enim dicitur idea hominis inquantum sibi ipsi representat hominem: et sic de asino et equo et aliis. ¶ Ultima ratio que arguebat de deo concessa est.

Questio. III.



Queritur vtrum intellectus humanus est forma corporis hūani. Arguitur qđ sic quia illud est actus siue forma hominis per quod homo specifice distinguitur ab aliis; actus enim distinguit vt habetur septimo metaphysice: sed per intellectum differt homo ab aliis animalibus igitur. ¶ Item: differentia substantialis specifica non debꝫ sumi ab aliquo extrinseco: nec debꝫ sumi a materia: eo quod in materia conueniunt omnia corruptibilia: igitur debet sumi a forma rei. Sed differētia specifica hominis: scꝫ rationale: sumitur ab ipso intellectu cuius proprium est ratiocinari igitur intellectus humanus est forma ipsi⁹ hominis. ¶ Itē omnis substantia est materia vel forma vel compositum; vt habetur secūdo huius et quinto metaphysice sed intellect⁹ humanus non est materia neꝙ̃ compositum: et tamē ipse est substantia: ergo ipse est forma: et non est alterius forme quā hominis siue corporis humani: igitur. ¶ Item: Aristoteles dixit in secundo huius quod communissima diffinitio anime: scilicet conueniens omni anime: et per consequens intellectui humano est quod anima est actus corporis physici: modo idem est actus quod forma: igitur intellectus humanus est forma corporis physici et non alterius quam humani: igitur.

Oppositum arguitur autoritate Aristotelis secundo huius dicentis: quod nihil prohibet quandā partem anime: scilicet intellectiuam: separari: quia ipsa nullius corporis est actus: igitur intellectus non est actus siue forma corporis humani. ¶ Item: si intellectus esset forma hominis sequeretur quod homo esset perpetuus: cōsequēs est falsum: et consequentia probatur: quia intellect⁹ est perpetuus secundum Aristotelem dicentem quod ipse separatur ab aliis sicut perpetuum a corruptibili modo illud compositum est perpetuum cuius tam materia quā forma sunt perpetue eo quod compositum non est aliud quam sua forma et sua materia. Unde argueretur: huiusmodi hominis forma et materia sunt perpetue et ille homo est illa materia et illa forma: igitur ille homo est perpetuus. ¶ Item dicit Aristoteles in tertio huius quod oportet intellectuꝫ esse immixtum. Et commentator exponit ꝙ intellectus est sic immixtus quod nec est corpus nec forma in corpore: igitur nō est forma corporis humani.

De ista questione fuerunt tres opiniones famosiores. Una fuit Alexandri qđ intellectus humanus est forma materialis .s. educta de potentia materie: et extensa eius extensione sicut esset anima equi vel canis. ¶ Secūda opinio fuit commentatoris qđ intellectus humanus est perpetuus a parte ante et a parte post: et est omnium hominum vnicus intellectus non extensus nec inherens corpori humano: sed vnitus vnicuiꝙ̃ hominum per indistantiam: cum nō habeat magnitudinem: et per appropriationem secundū operationem: sicut diceremus intelligentiam vniri orbi quē mouet et cuilibet parti illius orbis. ¶ Tertia opinio siue sententia est veritatis nostre fidei: scꝫ qđ intellectus humanus est creatus: et sic non est perpetuus a parte ante; sed est perpetuus a parte post: et non eductus de potentia materie nec extensus tamen inheret corpori humano tanꝙ̃ forma eius: et est totus in toto corpore et totus in qualibet parte.

Ad presens tractabo duas conclusiones.

Prima est quod intellectus humanus est actus siue forma substantialis hominis siue corporis humani: ⁊ in hac concordant fides commentator ⁊ Alexander: probatur cõclusio primo auctoritate Aristotelis qui ponit illam diffinitionem anime. Anima est corporis actus ⁊c. esse cõmunissimam ⁊ conuenientem omni anime ⁊ per consequẽs intellectiue. ¶ Item: probatur auctoritate Aristotelis nono ethicorum vbi dicit ꝙ ad hominem pertineant corpus humanum ⁊ anima intellectiua: tamen homo magis est ipse intellectus q̃ȝ sit ipsum corpus humanum: et hoc non esset verum nisi intellectus esset pars substantialis hominis: quo concesso oportet concedere ꝙ sit forma eius. ¶ Item in opere intellectus ponit Aristoteles consistere summam felicitatem: quod non esset nisi intellectus esset de substantia hominis: quod non potest poni nisi ponamus ꝙ sit forma eius. ¶ Item: per hoc ꝙ itellectus intelligit homo dicitur intelligere ⁊ scire: quod non esset verum nisi intellectus esset aliquid ipsius hominis cum igitur non sit materia eius: nec accidens: sequitur ꝙ sit forma eius. ¶ Secunda conclusio est: ꝙ intellectus humanus nõ est forma materialis ita ꝙ sit eductus de potẽtia materie. ⁊ in hac conclusione conueniunt fides ⁊ commentator. istam ergo cõclusionem commẽtator nititur probare sic. Nulla forma perpetua est educta de potentia materie: sed intellectus humanus est perpetuus: cum dicat Aristoteles qđ intellectus separatur ab aliis potentiis anime sicut perpetuũ a corruptibili. ¶ Secundo arguit commentator sic: omnis forma educta de potentia materie determinat sibi naturaliter aliquã certam complexionem qualitatum sensibilium. intellectus autem nullam determinat sibi: ergo. maior reputatur per se nota: ⁊ minor probatur multipliciter. Primo quia omne determinans sibi certam complexionem qualitatũ sensibiliũ est passibile: etiam passione proprie dicta: scilicet corruptiua Aristoteles autem sic ponit intellectum impassibilem: igitur non determinat sibi talem complexionem. Secundo confirmatur ista minor: quia si intellectus determinaret sibi cõplexionem sensibilem sicut sensus: tũc deberet pati ab excellenti intelligibili sicut sensus patitur ab excellenti sensibili. sensus enim propter complexionem quam sibi determinat corrumpitur vel grauatur ab excellenti sensibili: ita qđ post non põt ita bene ꝑcipere sensibilia mõ intellectus nõ sic grauatur nec patitur: imo dicit Aristoteles: quanto magis excellens intelligibile intelligimus tanto magis possumus intelligere infima: igitur intellectus non determinat sibi complexionem sensibilem. Et confirmat Aristoteles tertio huius istud sub his verbis: qualis enim vtiq; fieret intellectus si determinaret sibi qualitates sensibiles: aut enim fieret calidus aut frigidus naturaliter: aut humidus aut siccus: nũc autem nullum horum potest dici: igitur. ¶ Tertio ad principale arguit sic. Si intellectus esset eductus de potentia materie sequitur qđ esset extensus extensione materie: cõsequẽs est falsum: consequentia conceditur tanq̃ȝ manifesta: sed falsitas consequentis probatur multipliciter. Primo: quia si esset extensus: ipse non reciperet nisi signate ⁊ indiuidualiter sicut sensus: ideo nihil apprehẽderet vniuersaliter: quod est falsum. Secundo confirmatur idem quia virtus corporea ⁊ extensa non est reflexiua super se ⁊ super suam operationem idõ non põt se ⁊ suam operationem apprehendere ⁊ cognoscere: sȝ intellectus cognoscit se ⁊ suam operationem: igitur nõ est corporeus ⁊ extensus. ¶ Item si intellectus esset extẽsus ipse non reciperet nisi extense ⁊ diuisibiliter: ideo nõ nisi modo extenso cognosceret ⁊ per consequens non posset apprehendere substantias separatas: quod est falsum. Iste rationes si non sunt simpliciter demõstratiue tñ sunt persuasiue.

Unde notandum est ꝙ dicta conclusio magis tenenda est fide q̃ȝ humana ratione. Puto enim qđ non sit demõstrabilis circunscripta fide nostra catholica: quod sic declaro: quia intellectus noster vel est a parte ante perpetuus: vel non. Si dicatur qđ non: tunc est creatus vel eductus de potentia materie. Si secundo modo: hoc est contra secundam conclusionem predictam. Si primo modo: hoc est iam supernaturale ⁊ est creditum: creatio enim est supernaturalis ⁊ credita: ⁊ non naturali demonstratione demõstrata. Si vero dicamus qđ intellectus humanus est a parte ante perpetuus: tunc vel est vnicus omnium hominum prout commentator ponit: ⁊ hoc non potest sustineri: vt postea videbitur. vel intellectus esset plurificatus secundum quantitatem hominum: ⁊ hoc esset fictum ⁊ non consonans rationi naturali: videlicet qđ perpetua essent multiplicata secundũ multiplicationem generabilium ⁊ corruptibilium infinitorũ: ⁊ ideo nisi esset fides nostra ego crederem Alexandro cuius opinio prius fuit demonstrata: nec rationes prius adducte conuincerẽt demonstratiue propositum. ¶ Ad primam diceret Alexander qđ intellectus non est perpetuus. Et si Aristoteles dixit ipsum esse perpetuum hoc intendebat de intellectu diuino: quia nunq̃ȝ de intellectu humano probauit qđ esset perpetuus. ¶ Ad secundam diceret Alexander qđ intellectus determinat sibi organum ⁊ certam complexionem qualitatum sensibilium: quia intellectus non est aliud quã virtus cogitatiua q̃ȝ alii ponũt virtutẽ organicã. Et diceret Alexander qđ illa virtus cogitatiua: ⁊ per consequens intellectus potest grauari per lõgum exercitium operis. vnde aliquando intense studentes dolent caput. ¶ Ad tertiam: diceret Alexander qđ intellectus est extensus: ⁊ hoc non obstãte potest intelligere vniuersaliter sicut appetitus sensitiuus in fame vel siti appetit vniuersaliter cibum vel potum: non determinate hunc vel illum. De reflexione diceret quod reflexio intellectus non est nisi discursus ab vno cognito in aliud modo virtus cogitatiua est discursiua: ideo potest se ⁊ suam operationem apprehendere. Diceret etiam Alexander qđ virtus extensa potest apprehendere indiuisibilia modo priuatiuo: sicut apprehendit tenebras vel silentium.

Ad rationes principales: dicendum est ꝙ prime due procedunt pro prima conclusione ⁊ secunde sunt exponende pro secunda conclusione. Intellectus enim nullius corporis est actus: ita qđ sit de potentia eius eductus: bene tamen est actus informans corpus.

Questio. IIII.



Queritur quarto. vtrum sit vnicus intellectus quo omnes homines intelligunt. Arguitur qđ sic: per rationes cõmentatoris. Prima fundatur super hoc quod intellectus est perpetuus: quia nullum perpetuum multiplicatur ad multiplicationem generabilium ⁊ corruptibilium: ergo intellectus cum sit perpetuus non multiplicatur ad multiplicationem hominum: ⁊ si non multiplicetur ad multiplicationem hominum: nulla erit ratio quare debeant poni plures intellectus humani. ¶ Et confirmatur: quia causa multiplicationis suppositorum in eadem specie non videtur esse nisi vt in illis perpetuetur species eo quod sub identitate numerali non posset perpetuari ita videtur intendere Aristoteles in secundo huius qđ virtus generatiua per quã multiplicantur supposita data est animatis vt perpetuentur secundum speciem: cum non possint perpetuari secundum identitatem numeralem propter corruptibilitatem: cum igitur cessante causa debeat cessare effectus videtur qđ in perpetuis non debeat poni multiplicatio suppositorum: ideo cum intellectus humanus sit perpetuus non sunt ponendi plures tales. ¶ Secunda ratio commentatoris fundatur super hoc quod intellectus est immaterialis ⁊ indiuisibilis ita quod non quantitatiue extensus: modo in suppositis eiusdem speciei non est multiplicatio nisi propter diuisionẽ quãtitatiuam materie vt vult Aristo. primo celi ⁊ septimo metaphysice: ergo non est multitudo itellectuum humanorum. ¶ Et cõfirmatur ista ratio: quia si omnibus hominibus sufficiat vnicus intellectus ad intelligendum ⁊ operandum secundum intellectum: constat quod non sunt ponẽdi plures sed vnicus sufficit: quod ille sit immaterialis ⁊ non quãtus sicut supponebatur: probo: quia sicut intelligentia propter eius separationem a multitudine est sufficienter presens: et immediata per indistantiam toti orbi ⁊ cuilibet parti eius: propter quod potest agere in totum orbem: ⁊ in quamlibet partem eius: ita intellectus humanus si sit immaterialis et sine magnitudine erit sufficienter presens cuilibet homini ⁊ immediatus per indistantiam quia a nullo homine poterit distare cum distantia sit per magnitudinẽ: igitur circa quẽlibet poterit operari: ⁊ sic illa sufficiat omnibus hominibus ad intelligendum. ¶ Tertio arguit commentator ex vniuersalitate ipsius intellectus quia si intellectus humani essent

numeraliter


numeraliter multiplicati ipsi essent indiuiduati sicut sensus ideo non possent vniuersaliter intelligere sicut neqꝫ sensus: quod tamen est falsum: igitur. ¶ Ultima ratio imponit̄ commentatori talis: si essent diuersi intellectus in diuersis hominibus sequitur ꝙ in infinitum posset abstrahi conceptus vniuersalis a singularibus: ita ꝙ in conceptibus vniuersalibus subordinatis procederetur in infinitum: modo consequens est falsum: igitur. falsitas consequentis manifesta est: quia si in hmōi conceptibus vniuersalibus procederetur in infinitum tunc non esset status in predicatis: quod est contra Aristo. primo posteriorum: sed consequentia principalis probat̄ supponendo ꝙ a quibuscunqꝫ singularibus pluribus eiusdem speciei potest abstrahi cōceptus communis: si ergo primo conceptus communis sorti ⁊ platoni esset formatus ī intellectu meo ⁊ in intellectu tuo cōstat ex quo isti intellectus sunt diuersi ꝙ illi conceptus essent in te ⁊ in me numeraliter ⁊ indiuidualiter multiplicati. Alius enim erit in te ⁊ alius in me ⁊ erūt eiusdem speciei: ideo sequitur ꝙ adhuc ego ⁊ tu poterimus ab eis abstrahere alium conceptum communē. ⁊ adhuc iste sicut prius erit in me ⁊ in te multiplicatus indiuidualiter: ideo procedetur vt prius: ⁊ sic in infinitum.

Oppositum arguitur: per rationes quas commentator ponit contra se. Prima est: quia sequeretur ꝙ ego essem per esse tui ⁊ tu per esse mei: consequens est falsuꝫ ergo ⁊ antecedens. falsitas consequentis manifesta est: quia si esset idem esse tui et esse mei: tunc quandocunqꝫ vnus nostrum esset vel fuisset alter etiam esset vel fuisset: quod est falsum: sed consequentia principalis probatur: quia forma substantialis dat esse rei: ita qꝺ substantia per se subsistens est actu id quod ipsa est per suam formam substantialem: ideo existente eadem forma substantiali erit idem esse actuale rei modo intellectus humanus est forma substātialis hominis: ideo si ille sit vnicus omnium hominum esset eorum vnicum esse actuale ⁊ substantiale quod volebamus probare. ¶ Secunda ratio est: q̄ si intellectus esset vnicus: tunc eiusdem obiecti esset vnica intellectio in me ⁊ in te: siue mea ⁊ tua: modo consequens est falsum: ergo ⁊ antecedens. falsitas consequentis apparet: q̄ tunc ego intelligerem per intellectionē tuam ⁊ tu per meam ⁊ sic ego intelligerem quicquid tu intelligeres: quod est falsum: sed conseqnētia videtur manifesta: quia non videtur causa rationabilis ꝙ intellectus multiplicetur nisi vel propter diuersitatem obiectorum vel propter diuersitatem intellectuum recipientium: ergo si nō ponatur hmōi diuersitas non debet poni multitudo intellectionum.

Ponenda est indubitanter ista conclusio contra cōmentatorem: ꝙ diuersorum hominum diuersi sunt intellectus quibus ipsi intelligunt: ⁊ ꝙ non eodem intellectu tu ⁊ ego intelligimus. Primo enim hoc est indubitanter ponendum. ⁊ secundo: q̄ ad hoc concordat ratio naturalis etiam si fides circūscriberetur. quod sic declaratur q̄ circūscripta fide adhuc ratio naturalis dictaret ꝙ intellectus humanus inhereret corpori humano: sed quicunqꝫ hoc ponūt: ponūt multiplicationem intellectuum secūdum multiplicationem hominum. ergo. ¶ Item: si esset idem itellectus omnium hominum sequeretur ꝙ ego intelligerem quecunqꝫ tu intelligeres ⁊ econuerso: ex quo enim ille intellectus qui intelligit intellectione sibi inherente est ita meus sicut tuus: non videtur aliqua ratio quare per illam intellectionem tu magis debeas intelligere quā ego: nisi ꝙ cōmentator ponit quandam suasionem demonstrando quare tu in illa intellectione intelligis ⁊ non ego. Dicens ꝙ ad hoc vt ego intelligam per illum intellectum: oportet ꝙ ille intellectus vniatur mihi: non per inherentiam: sed per receptionem intellectionis vel speciei intelligibilis a me vel a fantasmatibus meis. modo possibile est ꝙ ille intellectus recipiat a me ⁊ nō a te. Sed ista suasio nihil valet: quia si per intellectum a me separatum ego intelligerem: eo solo qꝺ intellectus recipit a me speciem intelligibilem: sequitur pari ratione qꝺ sensibile vt color aut sonus sentiretur per sensum meuꝫ: eo qꝺ sensus meus recipit ab illo sensibili speciem sensibilem: modo hoc est absurdū: ergo. ¶ Item sequitur qꝺ cōtraria essent simul in eodem subiecto indiuisibili: quod est falsum: ⁊ probatur consequentia: quia opiniones contradictoriorum sunt contrarie: vt habetur quarto metaphysice ⁊ in libro perihermenias: ⁊ tamen essent simul in eodē intellectu simplici: q̄ possibile est qꝺ ego opinor vnū contradictoriorū ⁊ tu reliquum. ¶ Itē sequitur qꝺ ille intellectus humanus esset simul bonus ⁊ malus: ⁊ felix ⁊ miser: q̄ simul hēret habitū boni puta prudentiā: ⁊ habitū malū scꝫ contrarium prudentie: ⁊ tū habitu bono prudētie redditur habēs bonū ⁊ silr̄ habitu malo malum. Similiter felicitas ⁊ etiam miseria ipsi opposita consistunt in actu vel intellectus vel voluntatis immanente in ipso intellectu vel in ipsa voluntate: vt habet̄ decimo ethicorum: ideo si sortes sit felix ⁊ plato miser: ⁊ sit eorum idem intellectus oportet qꝺ in illo intellectu sint simul felicitas ⁊ miseria: ideo ille simul erit ⁊ felix ⁊ miser. ¶ Tamen ego pono aliam conclusionem hypotheticam: qꝺ si fide circunscripta aliquis pure procederet naturali ratione illa naturalis ratio dictaret hanc propositionem esse concedendam: si intellectus humanus est perpetuus ipse nō est multiplicatus vel etiam si non est eductus de potentia materie ipse non est multiplicatus: ⁊ ideo commentator qui pure nitebatur procedere per rationes naturales sine alia fide credens intellectum esse perpetuum ⁊ immaterialem posuit non esse plures intellectus humanos. Alexander autem similiter procedēs pure per rationem naturalem sine alia fide videns qꝺ necesse est esse plures intellectus humanos conclusit illos esse generabiles ⁊ corruptibiles ⁊ eductos de potentia materie: sicut est anima canis vel bouis. ¶ Fides tamen non per rationem humanam ponit intellectus humanos non esse perpetuos a parte ante: sed creatos supernaturaliter ⁊ perpetuos a parte post: ⁊ multiplicatos secundum multiplicationem hominum.

Nunc est respondendum ad rationes commentatoris. Ad primā conceditur qꝺ intellectus est perpetuus a parte post: nō tamen a parte ante: modo talia perpetua bene multiplicantur ſm multiplicationem aliquorū generabilium ⁊ corruptibilium: hoc tamen non est per potentiam naturalem: sed per potentiam ⁊ actionem supernaturalem: q̄ per creationem que nō pertinet nisi ad potentiā supnaturalem. ¶ Ad confirmationē diceretur qꝺ illis que non sunt perpetua a parte post bene est data multiplicatio naturalr̄ ad perpetuandū ⁊ ſm speciem ea que non possunt ppetuari naturaliter sub idētitate numerali: tamen hoc non obstat: cum sine tali causa deus per suam voluntatem liberalr̄ posset multiplicare aliqua ppetua a parte post: nec opꝫ ad hoc aliam causam dare nisi deliberatam voluntatem. ¶ Ad aliam: similiter concedendū est qꝺ intellectus est indiuisibilis ⁊ īmaterialis non eductus de potētia materie: ⁊ concedēdū est qꝺ in talibus non est multiplicatio suppositorū in eadem specie per potentiā naturalem: sed bene potest esse p liberam voluntatem supernaturalem. ¶ Ad aliā confirmationē: dico qꝺ intellectus per voluntatē diuinam approximatus est huic ⁊ nō illi: q̄ inheret isti ⁊ nō illi: ⁊ est pars substātialis istius ⁊ nō illius: ideo sufficit ad hoc qꝺ iste intelligat ⁊ nō ille. ¶ Ad aliā: dicendum est qꝺ nec intellectus est vniuersalis ſm extensionē nec aliquis cōceptus: imo omne ens existit singulr̄ sicut iste lapis: ⁊ tū hoc non obstante intellectus pōt intelligere vniuersalr̄ per conceptum cōem: non in existēdo sꝫ in repñtādo plura indifferēter. ¶ Ad vltimā: diceretur qꝺ nullum est incōueniēs qꝺ procedatur in infinitum in actibus intelligēdi: sicut in mathematicis possimus procedere in infinitum in figuris ⁊ numeris: tamē verum est qꝺ in cōceptibus quidditatiuis quorū vnum predicaretur de reliquo quidditatiue nō procederetur in infinitum: imo est status ad pdicta: nec cōtra hoc pcedebat illa rō: q̄ p illū processum non ascendebatur vltra species specialissimas.

Questio. V.



Queritur quinto: vtrum intellectus hūanus sit perpetuus. Arguitur qꝺ nō: q̄ seqretur qꝺ homo esset ppetuus: sꝫ consequens apparet falsum: probatur cōsequentia: q̄ intellectus hūanus ponitur esse forma substantialis hominis: et cum in vno supposito non ponamus nisi vnā

formam substantialem sequitur quod hō nō est compositus substantialiter nisi ex intellectu ⁊ prima materia: et cum totum sit sue partes: sequitur quod homo est materia prima ⁊ intellectus. tunc arguitur sic. hec materia ⁊ hic intellectus sunt perpetui: ⁊ hic intellectus: ⁊ hec materia sunt homo: igitur homo est perpetuus: premisse apparent ex dictis cum intellectus ponatur perpetuus et consequentia manifesta est per syllogismum expositorium. ¶ Item: sequeretur ꝙ nunc essent infiniti intellectus humani: consequens videtur absurdum: probatur consequentia quia intellectus multiplicatur secundum multiplicationem hominum: sicut ante dictū fuit: ⁊ secundum Aristo. ponentem mundum esse eternum: ⁊ semper fuisse generationes hominum infiniti homines precesserunt: ideo infiniti fuerunt intellectus eorum: ⁊ per consequens adhuc sunt actu infiniti ex quo ponuntur perpetui. ¶ Item intellectus se habet ad corpus humanum sicut forma ad suam materiam sꝫ duodecimo metaphysice dicit Aristo. ꝙ nulla forma precedit suam materiam: igitur cum corpus humanum sit nouum ⁊ generabile oportet intellectum esse nouum ⁊ generabilem: ⁊ per consequens non perpetuū. ¶ Item sequitur qꝺ intellectus post mortem hominis esset ociosus tempore infinito: sed nihil tale est ponendum in natura secundum Aristotelem ⁊ cōmentatorem: ⁊ ꝯña probatur: q: sicut dicit Aristo. intellectus humanus nihil intelligit sine fantasmate ⁊ tamen in morte corrumpuntur fantasmata ⁊ omnes virtutes sensitiue: ideo post mortem non potest intellectus intelligere: ideo esset intellectus sine opere: quod est esse ociosum. ¶ Item dicit Aristoteles ꝙ intellectus passiuus est corruptibilis: modo intellectus humanus est intellectus passiuus eo ꝙ intelligere est pati vt vult Aristo. igitur.

Oppositum patet per Aristotelē dicentem ꝙ intellectus separatur ab aliis sicut perpetuum a corruptibili. Etiam in hoc tertio dicit ꝙ intellectus est impassibilis ⁊ immixtus: imo ꝙ est immortalis ⁊ perpetuus: modo nullū tale est generabile vel corruptibile. ¶ Item: si non esset perpetuus: sed ꝙ in morte corrumperetur: frustra quereret Aristo. quare non reminiscimur post mortem: ⁊ tamen hoc ipse querit: quare intentio eius est ꝙ sit perpetuus. ¶ Item sicut dictum fuit intellectus noster non est eductus de potentia materie nec extensus: ⁊ tale non est generabile vel corruptibile: ideo tale est perpetuum. ¶ Satis potest videri ex precedentibus quid sit dicendum ad istam questionem: tamen recapitulando ponam aliquas conclusiones tam hypotheticas ꝙ cathegoricas ⁊ primo ponam conclusiones que ponerentur si aliquis sine fide niteretur solum rationibus habentibus ortum ex sensibus: ⁊ postea ponam conclusiones fidei. ¶ Prime igitur harum conclusionum sunt quatuor. Prima esset ꝙ si intellectus humanus est perpetuus a parte post ipse est perpetuus a parte ante: ⁊ econuerso: quia declaratur primo celi naturalibus rationibus ꝙ omne perpetuum a parte ante est perpetuum a parte post ⁊ ecōuerso. ¶ Secunda conclusio: ꝙ si intellectus humanus esset separatus a materia vel non eductus de potentia materie vel nō extēsus: sed indiuisibilis vel etiam vnicus in omnibus hominibus ipse esset perpetuus a parte ante ⁊ a parte post quoniam ex ratione naturali non posset apparere quomodo tale generaretur aut corrumperetur. ¶ Tertia conclusio: si intellectus humanus esset inherens corpori humano vel multiplicatus ad multiplicationem hominum ipse non esset perpetuus nec a parte ante nec a parte post. ¶ Quarta conclusio cathegorica sequitur ꝙ intellectus humanus nō est perpetuus siue a parte ante siue a parte post: sed generabilis ⁊ corruptibilis: ⁊ in his conclusionibus consistit opinio Alexandri. ¶ Tunc debetis scire ꝙ omnes iste conclusiones reputande sunt false: quia contra fidem nostram catholicam: tamē earum falsitas vt puto demōstrari non potest ex rationibus naturalibus puris scilicet purum habentibus ortum ex sensibus ⁊ ex his que possumus experiri. ¶ Tunc ponende sunt cōclusiones secūdum fidem ⁊ veritatem ⁊ sunt quatuor. prima ꝙ intellectus humanus nō est perpetuus a parte ante ⁊ huic conclusioni bene consonaret ratio naturalis. ¶ Secunda conclusio: ꝙ intellectus humanus non est proprie loquendo genitus sed creatus: q: generatio proprie loquendo est per eductionem de potentia materie: ⁊ intellectus non est eductus de potentia materie: ⁊ ista conclusio nō potest conuinci per rationem pure naturalem eo ꝙ creatio nō est opus nature: sed opus supernaturale. ¶ Tertia conclusio est: ꝙ intellectus humanus est perpetuus a parte post: sꝫ non conuinceretur per rationem naturalem. ¶ Quarta conclusio: quod intellectus humanus bene est adnihilabilis: sꝫ non est proprie loquendo corruptibilis ⁊ ex his sequitur vltimate ꝙ intellectus hūanus licet sit perpetuus a parte post de facto: tamen non est de necessitate perpetuus: imo contingenter per voluntatem dei liberam.

His visis respondendum est ad rationes.

Ad primam: dico quod non sequitur si intellectus est perpetuus quod homo est perpetuus quia potest desinere esse homo per separationem partium eius abinuicem quāuis ille sint perpetue: nec ille syllogismus qui videbatur esse expositorius est bonus: quia non bene concludit: sed debet concludi quod homo est plures res perpetue.

¶ Ad aliam: dico quod nullo modo sequitur quod intellectus humani sunt infiniti: quia secūdum fidem negaremus eternitatem mundi a parte ante: ⁊ si sine fide procederemus per rationes naturales: id est pure habentes ortum ex sensibus: nos non poneremus intellectum perpetuū a parte post ideo nullo modo sequitur qꝺ intellectus sint infiniti. ¶ Ad aliam: conceditur quod intellectus humanus non precedit tempore corpus humanum: ideo concessimus eum non esse perpetuum a parte ante. ¶ Ad aliam dicendum est qꝺ sicut non per rationem naturalem sed per fidem ponimus intellectum manere post mortem: ita fide concedimus intellectum post mortem intelligere: non modo per quem ante intelligebat: scilicet per receptionem eius a fantasmatibus: sed alio modo quo deus voluntarie ⁊ supernaturaliter vult: ideo nō manet ociosus. ¶ Ad aliam: dicēdum est quod Aristoteles per intellectum passiuum intendebat virtutem sensitiuam interiorem: scilicet virtutem cogitatiuam quātum ad dispositiones corporales quas requirit ad exercitium sui operis sed intellectus qui est forma substātialis hominis nō est corporalis neqꝫ passiuꝰ passione corruptiua sicut ante dicebatur.

Questio. VI.

Queritur: vtrū intellectus possibilis sit pura potētia ita ꝙ nō sit aliquis actus sicut neqꝫ prima materia. Arguitur quod sic: per Aristotelem qui dicit quod ipse nullam habet naturam nisi naturam potentie. ¶ Item: dicit Aristoteles quod intellectus possibilis est in omnia posse fieri et hoc est esse purum passiuum sicut est prima materia: ideo tale est pura potentia sicut prima materia. ¶ Itē: omne simplex vel est actus vel potētia pura; sed intellectus possibilis est simplex ⁊ indiuisibilis vt communiter conceditur ⁊ tamen ipse non est actus purus quoniam actui puro repugnat pati ⁊ recipere vt vult commētator in de substantia orbis: igitur intellectus possibilis est pura potentia. ¶ Item omnis actus habet actiue aliquam operationem. Sicut enī potētie ē pati ita actus est agere: vt habetur ex tertio physicorum: sed intellectus possibilis non habet actiue aliquam operationem: quia tunc non indigeremus intellectu agente preter possibilem: quod est contra determinationem Aristotelis. ¶ Item commentator videtur ponere quod anima intellectiua humana sit composita substātialiter ex intellectu possibili ⁊ intellectu agente: ideo oportet quod intellectus possibilis sit pura potentia ⁊ non actus; quoniam aliter anima nostra intellectiua non esset aliquid vnum per se: eo qꝺ ex pluribus in actu non fit vnum per se vt habetur ex septimo metaphysice.

Oppositum arguitur: quia intellectus est anima humana: ⁊ omnis anima est actus corporis physici: vt patet per communem diffinitionem anime: ergo intellectus possibilis est actus ⁊ non pura potentia. ¶ Item: si intellectus possibilis esset pura potentia sequeretur quod nō differret a prima materia: modo ꝯña est falsum: vt oēs concedunt: ⁊ ꝓbatur ꝯña per hoc quod dr. vij. metaphy. qꝺ actus

distinguit

distinguit ⁊ non potentia: ita ꝙ res distincte distinguuntur: non per potentias: sed per actus. Est enim bene eadem potẽtia oppositorum si ergo tam intellectus possibilis quam prima materia sint pura potentia non habebimus vnde distinguantur abinuicem. ¶ Item: idem significat actus et perfectio: ideo omnis perfectio debet dici actus ⁊ non pura potentia: sed intellectus humanus est quedam perfectio: aliter non posset dici perfectior ꝙ ipa prima materia igitur. ¶ Itẽ: secundum dicta prius intellectus possibilis informat corpus humanum ⁊ omne informans alterũ dicitur eius actus: igit.

Uidetur mihi ꝙ ista questio non habet magnam difficultatem nisi ex multiplicitate horum nominum actus ⁊ potentia: ideo hec nomina distinguenda sunt. Et est sciendum vt habetur nono metaphysice ꝙ hec nomina actus ⁊ potentia dicuntur adinuicem correlatiue ideo quot modis dicitur vnum tot modis dicitur reliquum. Dicamus igitur ꝙ actus primo modo est rem esse: ⁊ potentia est rem non esse: cũ tñ nõ repugnẽt sibi esse istũ eũ modũ actus ⁊ potentie ponũt expsse Aristo. ⁊ cõmẽtator. ix. metaphy. ⁊ scdm istum primum modum dicẽdum est: ꝙ intellectus possibilis est actus imo etiam materia pma dicitur actus: quia ipsa est ⁊ isto modo antichristus non est actus nec in actu sed est pura potentia. Secundo modo actus dicitur quod inheret alteri tanꝗ̃ forma eius substantialis vel accidentalis: ⁊ potentia correspondens dicitur illud cui hec forma inheret: ⁊ compositum ex eis dicitur in actu. et secundum istum modum diceretur ꝙ materia prima est pura potentia: ⁊ nullo modo est actus: quia nulli inheret: imo ipsa est primum subiectum cui alia inherent. Etiam diceretur ꝙ isto modo substantia celi non diceretur actus nec in actu: quia nulli inheret: ⁊ sic non est forma alicuius nec etiam compositum ex forma ⁊ subiecto: imo est substantia simplex que tamen substantia dicitur isto secũdo modo potentia in ordine ad motum ⁊ alia accidentia celi quia subiicitur eis: ⁊ illa ipsi inherent. sed de intellectu possibili quantum ad istum modum actus ⁊ potentie diceremus secundum dicta prius qꝺ ipse respectu corporis humani est actus: quia inherens ei ⁊ informans ipsum: ⁊ est potentia in ordine ad species intelligibiles ⁊ actus intelligendi: quia potest talia recipere ⁊ possunt ipsi inherere: tamen commentator diceret intellectum possibilem isto modo non esse actum: quia ipsum non inherere corpori: corrumpi: ⁊ per consequẽs nulli inhereret. Tertio modo actus dicitur operatio ĩ respectu operantis vel potentis operari siue actiue siue passiue: ⁊ operans vel potens operari dicitur potẽtia in ordine ad operationem: scilicet potentia actiua: si sit operans actiue: ⁊ potentia passiua si sit operans passiue: sic enim deus est prima potentia scilicet actiua: ⁊ materia prima esset prima potentia passiua: ⁊ tunc posset dici quod intellectus possibilis non debet dici actus: quia non est operatio: sed mereretur dici potẽtia: quia est natus operari vel actiue vel passiue: nisi qꝺ isto modo tam intellectus possibilis quam pma materia vel quecunq̃ alia res a deo potest dici actus isto modo in ordine ad deum: ⁊ deus in ordine ad omnia alia posset dici potentia: qꝛ imaginandum est ꝙ omnis res alia a deo sit ipsius operatio quia dependet ab ipso in esse suo sicut lumen dependet a corpore lucido. Sicut enim remoto corpore lucido statim remoueretur lumen: ita remota vel circunscripta actione siue conseruatione dei super aliquam rem aliã statim illa res adnihilaretur. ⁊ isto modo dicimus deum omnipotentem: videlicet quia est potentia actiua: imo agens ⁊ cõseruans omnia alia. Sed iste tertius modus potentie subdiuiditur: quia in respectu alicuius operationis dicitur aliquando operans de facto: ⁊ dicitur aliquando non operans de facto sed potẽs operari: ⁊ tunc potentiam actiuam vel potentiã dicimus aliquãdo esse in actu secundo: scilicet quando de facto est operans: et aliquando dicimus illam non esse in actu secundo: sed in pura potentia in ordine ad actum secundum: scilicet quãdo non est de facto operans. Et forte quod isto modo intendit Aristoteles: videlicet: quod intellectus possibilis anteꝗ̃ intelligat siue recipiat species intelligibiles dicitur in pura potentia in ordine ad intellectiones: ⁊ sic nullam naturam habet nisi ꝙ possibilis est vocatus. tunc enim nõdum operatur de facto: scilicet intelligendo: sed solum potest operari. Adhuc quarto modo agens vel actiuum dicitur actus respectu patientis vel passiui: ⁊ patiens vel passiuum dicitur respectu eius potẽtia. ⁊ isto modo dicimus deum actum purum ⁊ nullam habere potentiam: quia est actiuus et nullo modo passiuus: et sic econuerso dicimus primam materiam esse puram potentiam: qui ꝛ passiua est et nullo modo actiua: isto modo intellectus possibilis in ordine ad corpus humanum dicitur ⁊ actus ⁊ potentia. Dicitur enim potẽtia: quia a corpore humano vel a virtutibus corporeis potest pati et recipere species intelligibiles. Dicitur etiam actus: quia potest agere in corpus nutriendo ipsuꝫ. quod patet: quia anima vegetatiua agit in corpus nutriendo ipsum ⁊ augmentando ipsum: modo nos posuimus ꝙ in homine idem est anima intellectiua ⁊ anima vegetatiua. Et dato ꝙ anima itellectiua esset distincta ab anima vegetatiua ⁊ sensitiua: tamen adhuc intellectiua posset mouere corpus per actum intelligendi et volendi: vt patꝫ ex tertio libro huius. Et sic ex istis habemus quibus modis intellectus possibilis debeat dici actus vel potentia.

Respondendum est ad rationes. Ad primã concederetur ꝙ intellectus possibilis potest dici pura potẽtia in respectu specierum intelligibilium ⁊ actuum intelligẽdi: accipiendo potentiam pro subiecto cui alterum inheret: ⁊ illa nullam naturam habet nisi ꝙ est possibilis vocatus: tamen non obstante hoc: esset actus respectu corporis cui inheret. Et eodem modo glossatur alia autoritas: intellectus eñ possibilis anteꝗ̃ intelligat dicitur in posse omnia fidei: id est in posse recipere omnes species intelligibiles ⁊ omnes actus humanos. ¶ Ad aliam: dicẽdum est ꝙ res simplex potest dici ⁊ actus ⁊ potẽtia diuerso modo: aut eodem modo respectu diuersorum. ¶ Ad aliam: concedo ꝙ accipiendo actum ⁊ potentiam: modo quarto omnis actus habet: actiue aliquam operationem: ⁊ dico etiam quod intellectus possibilis sic bene est actus: quia habet actiue aliquam operationem non tamen anteꝗ̃ intelligat: saltem ea ratione qua dicitur intellectus: sed sicut dictum est per actum intelligendi ⁊ volẽdi potest agere in corpus ⁊ mouere ipsum. ¶ Ad vltimam concedo quod opinio commẽtatoris non sit vera de intellectu possibili inquantum ponit ipsum nõ inherere corpori nec credo quod anima intellectiua sit substantialiter composita: imo credo quod sit substantia simplex. Quomodo autem distinguatur intellectus agens a possibili videbitur post.

Questio. VII.



Queritur: vtrum necesse est esse intellectum agentem ad hoc quod homo intelligat. Arguitur quod non: quia ad hoc quod homo sentiat non ponitur sensus agens scilicet preter sensibile ⁊ preter sensum passiuum qui est receptiuus specierum sensibilium: igitur similiter ad intelligendum non est ponendus intellectus agens preter intelligibile ⁊ intellectum possibilem qui est receptiuus specierum intelligibilium. ¶ Item: si poneretur intellectus agens ille esset nobilior intellectu possibili: vt dicit Aristoteles: et per consequens differens ab intellectu possibili: ideo sequitur quod anima esset substantialiter composita ex illis duabus substantiis: scilicet ex intellectu agenti ⁊ possibili: sed istud consequens videtur esse falsum quia anima nostra est forma corporis humani: ⁊ forma debet simplex esse vt dicit autor sex principiorum: et anima nostra si esset sic composita nõ esset aliquod per se vnum: quia esset composita ex pluribus in actu ⁊ sic homo non esset aliquod vnum per se: quod est inconueniens. ¶ Item: intellectus possibilis est innatus pati a fantasmatibus recipiẽdo ab eis species ĩtelligibiles: ⁊ fantasmata sunt innata agere in intellectum possibilem ⁊ sunt ei sufficiẽter approximata in nobis: modo positis actiuo ⁊ passiuo sufficienter adinuicem approximatis debet sequi actio absq̃ indigentia alterius: ideo videtur quod ad intellectionem formandam in nobis sufficiant fantasmata cum intellectu possibili: ideo non oportet vltra ponere intellectum agentem. ¶ Et confirmatur: frustra ponerentur plura si totum posset saluari per pauciora: sed per fantasmata cum intellectu possibili potest totum saluari: ergo frustra preter hec

poneretur intellectus agens. minor declaratur: quia fantasmata se habent ad intellectum possibilem sicut sensibilia cōueniēter approximata sensui faciūt sensationem: ideo ita poterimus dicere ꝙ fantasmata conuenienter approximata intellectui faciunt intellectionem: ideo per ea ⁊ intellectum possibilem totum potest saluari. ¶ Item certum est ꝙ ad intellectionem concurrūt actiue fantasmata: si ergo cum eis ponas aliud agens scilicet intellectum agentem: tūc ad intellectionem concurrerent per se illa duo agentia: ⁊ oporteret ꝙ sint naturaliter subordinata in agendo: ita ꝙ vnum illorum agat in reliquum: ergo oportebit vel ꝙ fantasmata agant in intellectum agentem: ⁊ sic ille non differt a possibili: vel intellectꝰ agens agat in fantasmata: ⁊ non posset dari modus per quē ageret in illa: igitur incōueniens est ponere huiusmodi duo agentia. ¶ Item: inquirendo de natura illius intellectus agētis diceremus ꝙ si ponatur intellectus agēs oportebit ꝙ ipse sit anima nostra vel pars anime nostre: quoniam si esset separatus a nobis ipse non subesset nostre voluntati: ideo non esset in potestate nostra considerare ⁊ cōponere ⁊ diuidere per intellectum quādo vellemus: cuius tamen oppositum experimur. Tunc ex quo ille intellectus agens esset anima nostra vel pars eius nos vltra quereremus vtrum ille esset cognoscens an non: ⁊ si diceretur ꝙ nihil cognosceret: hoc esset absurdum quia tunc non deberet vocari intellectus: tunc etiā non esset nobilior intellectu possibili: quia non cognoscens non est nobilius cognoscente: modo hoc est contra Aristotelem qui dicit ipsum esse nobiliorem. Si autem ponamus ꝙ ille intellectus agens sit cognoscens: hoc erit altero duorum modorum: scilicet: vel quia actu semper erit cognoscens per se ipsum; vel quia erit aliquando cognoscens ⁊ aliquādo nō: si ponatur primo modo: tunc sequitur ꝙ per illum sempꝫ actu cognosceremus: ex quo ille erit anima nostra: tamē experimur hoc esse falsum. Si vero dicatur ꝙ ille sit aliquando cognoscens ⁊ aliquando non: tunc oportet ꝙ fiat cognoscens ab obiecto: ⁊ tūc illud non erit aliud ꝗ̄ intellectus possibilis ideo preter intellectū possibilem non oportet ponere alium.

Oppositum determinat Aristoteles in tertio huius.

Et dicit ꝙ ille intellectus agens est inseparabilis ⁊ impassibilis ⁊ immixtus ⁊ substantia actu existens ⁊ honorabilior patiente. Pono breuiter aliquas cōclusiones ¶ Prima est ꝙ necesse est intellectum agentem esse aliam ab intellectu possibili humano: quia necesse est deum esse: ⁊ ille est intellectus agens: quia deus omnia alia a se agit ⁊ actiue conseruat: ⁊ non agit nisi per intellectum ⁊ voluntatem: vt habetur duodecimo metaphysice: ideo deus maxime proprie dicitur intellectus agens. ¶ Secunda conclusio: ad intellectionem formandam in intellectu nostro possibili necesse est actiue concurrere quendam intellectum agentem: ⁊ hoc probatur primo: quia necesse est deum actiue ad hoc cōcurrere: omnia enim agentia sunt ipsi deo essentialiter subordinata ⁊ in essendo ⁊ in agendo: ideo nulla est actio ad quam nō concurrat deus actiue: imo principalius ꝗ̄ alia agentia: propter quod dicit autor de causis ꝙ prima causa scilicet ipse deus plus est influens in effectum ꝗ̄ causa secunda. Et confirmatur dicta conclusio: si ad formandam intellectionem in nobis non concurreret actiue aliquis intellectus etiam preter nostrum intellectum possibilem: tunc sequeretur ꝙ esset dare aliquod factum absqꝫ faciente nobiliori eo: consequens est falsum: igitur. falsitas consequentis patet ex hoc quia effectus non habet principaliter nobilitatē nisi ab effectibus suis; ideo oportet efficiens esse nobilius: eo ꝙ nullum agens potest virtute propria sola dare plusꝗ̄ habeat: ideo sic non potest producere effectum nobiliorem se: sed consequentia principalis probatur: quia sicut habetis septimo metaphysice: nec forma fit per se: scilicꝫ solitarie: nec subiectum per se fit; sed illud quod fit: tanqꝫ factum totale est compositum ex forma et subiecto: ideo quando de nouo intelligimus: factum totale est compositum ex intellectu nostro possibili ⁊ intellectione. Modo nō potest assignari agens nobilius isto composito nisi cōcurrat actiue aliquis intellectus agens ⁊ sine dubio ille est intellectus diuinus. ¶ Tertia conclusio: ꝙ ad actꝰ intelligendi nostros formandos necesse est concurrere actiue aliquem intellectum etiam preter deum; quia intelligendo possumus componere ⁊ discurrere ⁊ diuidere; ⁊ ad hoc faciendum oportet dare agens determinans ad sic componendum aut diuidendum: ideo illud agens sic determinans non est fantasma: quia eodem existente fantasmate possumus cōponere ⁊ possumus diuidere: ideo fantasma non determinat nos ad alterum istorum. nec etiam illud agens determinans est intellectus diuinus: quoniam ille est vniuersaliter agens: cuius actio nō determinatur vel specificatur naturaliter in istis inferioribus: nisi per agentia diuersa particularia: ideo preter fantasmata ⁊ deum est aliud agens determinans: ⁊ illud nō potest poni nisi intellectus noster qui est anima nostra vel pars anime nostre: propter hoc enim est in nostra voluntate sic aut sic cōponere vel diuidere ¶ Ex dictis finaliter concluditur: ꝙ ad intellectiones nostras formandas concurrat duplex intellectus agens vnus sicut agens vniuersale scilicet deus et alter sicut agens particulare ⁊ determinans: ⁊ ille est intellectus humanus. ¶ Sed tunc queritur: quare hoc fiat: ⁊ vtrū ille intellectus agens sit realiter distinctus ab intellectu humano an non: ⁊ ego credo ꝙ non: imo ꝙ anima nostra intellectiua est simplex substantia: sed secundum aliam ⁊ aliam rationem dicitur intellectus possibilis ⁊ intellectus agens naꝫ secundum eius substātiam simpliciter sumptam dicitur possibilis: eo ꝙ per suam substantiam innatus est recipere species intelligibiles ⁊ omnes intellectiones: sed dicitur intellectus agens secundum ꝙ est aliquo actu primo informatus ꝑ quem potest actiue in actum vlteriorē. ¶ Unde debetis imaginari quod intellectus noster se habet pure passiue in recipiendo primitus species intelligibiles ab ipsis fantasmatibus: sed cum fuerit informatus illis speciebus tūc potest ipse per illas species transire in vlteriores actus scilicet intelligēdi: quemadmodum graue per actum primuꝫ grauitatis quē habuit a generante potest ex se transire actiue in actum secūdum scilicet in motū deorsum. etiam intellectus informatus primis actibus intelligendi potest vltra eos actiue componere ⁊ diuidere ⁊ consequenter vltra discurrere. Et sic patet ex dictis quomodo intellectus agens pertinens ad animam nostram est substantia actu ens ⁊ nobilior intellectu possibili: quia licet sit substantialiter idem intellectus agens ⁊ intellectus possibilis: tamen dicitur agens secundum quod actuatus est per species intelligibiles vel actus intelligendi priores aliis actibus posterioribus ⁊ ideo dicitur honorabilior quia res eadem vt actuata est aliquo actu perficiente ipsam dicitur nobilior ꝗ̄ esset ipsa non actuata.

His visis respondendum est: ad rationes.

Ad primam: potest dici ꝙ est ponendus sensus agēs sicut dictum fuit in secundo libro. ¶ Ad aliam: cōceditur ꝙ aliquis intellectus agens scilicet deus est nobilior simpliciter intellectu nostro: scilicet possibili: ⁊ diuersus ab illo: sed non est in anima intellectus agēs distinctus realiter ab intellectu possibili: tamen anima nostra eadem secūdum aliam ⁊ aliam rationem dicitur bene intellectus agens ⁊ intellectus possibilis sine compositione substantiali. ¶ Ad aliam: potest dici ꝙ fantasma cum intellectu possibili et vniuersali agente quod est deus bene sufficeret ad formandum species intelligibiles in intellectu: sed non sufficeret ad vlteriores actus producendos: imo ad eos agit ītellectus noster modo predicto. ¶ Ad aliam; concedo quod ad nostros actus intelligendi formandos concurrunt plura agētia: scilicet primum quod est deus quod agit ⁊ influit in omnia alia: deinde fantasma quod agit in intellectum possibilem; ⁊ consequenter intellectus possibilis vt iam informatus speciebus concurrit actiue ad actus vlteriores. ¶ Ultima ratio que inquirebat de natura ⁊ conditione intellectus agentis soluta est per positionem.

Questio. VIII.

Queritur. Utrum species intelligibiles differant ab actu intelligendi in intellectu humano ⁊ arguitur ꝙ non non differunt in intellectu diuino: ergo nō differunt in intellectu humano: tenet consequentia: quia apparet esse eadem ratio quantum ad hoc: et antecedens apparet quia deus omnia intelligit per suam essentiam que non est

distincta

distincta ab ipso. ¶ Et cõfirmatur: quia sicut essentia dei est representatiua omniũ rerum p se ipsaȝ nullo alio adueniẽte: ita species intelligibilis est representatiua omnium rerũ intelligibilium apud intellectũ humanum: ergo sicut nec essentie diuine oportet aliquid superaddere ad hoc q̄d fiat intellectio: ita nec intellectui humano et per consequens species intelligibilis non differt ab actu intelligendi. ¶ Secundo intellectio est representatio rei intellecte et species intelligibilis est representatio rei intelligibilis et similitudo ipsius: modo non apparet quare tot ponantur representationes si vnica possit sufficere. Nam frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora et vnica posset sufficere scilicet species intelligibilis que est similitudo rei intelligende: quia sufficit habere similitudinem rei ad hoc ꝙ fiat intellectio.

Oppositum arguitur. si non: tunc frustra poneretur intellectus agens: sed consequens est falsum: vt patet in precedenti questione: et consequentia apparet: q̄ quando species intelligibilis esset in ipso intellectu: si non esset necessarium superaddere aliquem actum: tunc statim esset intellectio quando talis species esset presentata intellectui: et sic non esset indigentia nec necessitas ponendi intellectum agentem. ¶ Opinio antiquorum fuit de ista questione non solum ꝙ species intelligibilis esset idẽ cũ actib⁹ intelligẽdi: imo act⁹ intelligẽdi sunt idẽ cũ ipsa aĩa ⁊ cũ hoc habitus ĩtellectuales: et probãt: frustra fit p plura q̄d bene potest fieri per pauciora: sed omnia possunt saluari ponendo solummodo animam: igitur frustra ponerẽtur actus ⁊ species. Minor probatur quia sicut baculus propter aliter ⁊ aliter se habere aliquando dicitur rectus: aliquando curuus: ⁊ non propter hoc ꝙ aliquid ipsi addatur vel auferatur: ita intellectus seipso nihil addendo ipsi per aliter ⁊ aliter se habere potest dici aliquando ignorans et aliquando sciens. Sed ista opinio reprobata est per articulum parisiensem et reputata tanꝙ heretica q̃ꜩtum est de anima humana siue eius sciẽtia. Et non solum dixerunt illud quod dictum est de ipso intellectu: imo negauerunt omne accidens mundi superadditũ substantie: et saluabant diuersitates que apparent nobis in substantijs per diuersimode se habere. ¶ Potest tamen ratio cõtra istos adduci: certum est ꝙ anima intellectiua seipsa non potest a se differre: ergo illi modi quibus anima dicitur se aliter ⁊ aliter habere non sunt ipsa anima: tenet consequentia: q̄ si esset anima sic non differret per illos a seipsa: si ergo sint diuersi sequitur aliqua ipsi anime inherere que non sunt ipsa anima: patet hoc: quia nisi inhererent ipsi anime aliquando ⁊ aliquando non: anima non diceretur se aliter ⁊ aliter habere mediantibus illis. ¶ Nec valet ratio quam adduxerunt de figuris: scilicet de baculo curuato ⁊ recto: q̄ duobus contingit modis aliter ⁊ aliter denominari. Uno modo propter aliquam rationem intrinsecam inherentem alicui rei: sicut aqua aliquando dicitur frigida prout frigiditatem inherentem ei ⁊ aliquando dicitur calida. Alio modo ille res aliter denominantur propter aliqua extrinseca: sicut propter motũ fortis aliquando dico illi dexter ⁊ aliquando sinister. Istis duobus modis positis contingit rem diuersimode se habere ⁊ non esset possibile rebus extrinsecis ⁊ intrinsecis quibuscũꝙ eodẽ modo se habentibus ꝙ res aliter ⁊ aliter denominaretur. ¶ Tunc igitur apparet ꝙ ratio eorum non fuit alicuius valoris quia licet baculus iam dicatur curuus hoc est q̄ partes cõcaue ipsius baculi sunt appropinquate: ⁊ medium per quod distabant ille partes est abbreuiatum: ⁊ partes circunferentiales sunt abinuicem elongate: ⁊ sic propter huiusmodi variationẽ licet ille baculus sit habens tales denominationes: est ibi vnus modus per quem possunt aliter ⁊ aliter denominari res: quia res extrinsece non eodem modo se habent nec etiam partes eius. Et est simile sicut de domo nã ligna ⁊ lapides dicuntur esse domus: ⁊ postea ipsis eisdem remanentibus non dicuntur domus: ⁊ ista varia denominatio prouenit propter hoc ꝙ ligna ⁊ lapides aliter ⁊ aliter se habent prius ⁊ posterius. Modo per istum modum saluãdi diuersitates denominationum non posset saluari quod intellectus nunc denominatur sciens ⁊ postea ignorans: nunc intelligens ⁊ postea nõ intelligens: q̄ propter res extrinsecas alr ⁊ aliter se habere nõ opꝫ ꝙ semper intellectus aliter ⁊ alr debeat denominari saltẽ istis denoĩationibus: q̄ si ille res sint presentes adhuc intelligit: ⁊ si sunt absentes adhuc ĩtelligit: imo si sint corrupte. Et sic apparet ꝙ ꝓpter res diuersimode se habere omni alio circunscripto intellectus non deberet dici intelligens ⁊ non intelligens: igitur necessarium est si intellectus debeat aliter ⁊ aliter denominari ꝙ hoc sit per aliquas res sibi inherentes si debeat dici intelligens ⁊ non intelligens. ¶ Tunc ponenda est vna conclusio responsalis ad quesitum: scilicet ꝙ species intelligibiles differũt ab actu vel actibus intelligendi: probatur: species sensibiles differũt ab actibus sentiendi: igitur species intelligibiles differunt ab actu intelligendi: consequentia tenet: quia apparet esse similitudo quo ad hoc ⁊ etiam eadem ratio. ⁊ antecedens apparet ex intẽtione Aristotelis in libro de sensu ⁊ sensato. Unde probat ibi quatuor rationibus ꝙ species sensibiles scꝫ visibiles que sunt in pupilla oculi non sunt ipsa visio.

Per hec. Ad rationes. Ad primam dicitur ꝙ non est idem de intellectu diuino ⁊ humano quia intellectus diuinus semper intelligit per suam essentiã: intellectus autem humanus aliquando intelligit ⁊ aliquãdo non apparet etiam ꝙ per suam essentiam non intelligit: quia si sic: semper posset intelligere: si ergo aliquando intelligit ⁊ aliquando nõ oportet ꝙ hoc sit ratione alicuius alterius: scꝫ per species quas aliquando discernit ⁊ aliquando non. ¶ Et ad cõfirmationem de essentia: dico ꝙ verum est: ⁊ quando tu dicis species intelligibilis est similitudo rei intelligibilis: cõcedit ergo frustra ⁊c. negatur cõña: imo opꝫ intellectiones superaddere: ⁊ actum intelligendi: q̄ multas habemus intellectiones que nõ sunt similitudines rerum intellectarũ: ⁊ sic licet species sit similitudo rei tñ non semper intellectio est similitudo rei intellecte vnde sortes hic sedens licꝫ multiplicet speciem suam vsꝗ ad organa tua ⁊ vlterius in ĩtellectu tuo que est similitudo ipsius ⁊ per quam tu iudicas ipsum esse sortẽ: tamen alia potest esse intellectio: scilicet iste non est sortes: vel iste sortes est vacca: ⁊ illa intellectio nõ est similitudo rei: ⁊ tõ apparet ꝙ vltra species intelligibiles requiritur actus intelligendi ad hoc vt fiat intellectio. etiam vt dictum est satis. nõ obstat ꝙ ille species sint similitudines rei: quia non oportet ꝙ semper intellectiones ⁊ actus intelligendi sint similitudines rerum intellectarum. ¶ Et eodem modo respõdetur ad aliam iuxta illa que dicta sunt: imo dicitur ꝙ non frustra ponuntur species intelligibiles ⁊ actus intelligendi: quia licet species intelligibiles sint similitudines rerum intelligendarum: tamen non semper intellectiones sunt similitudines.

Questio. IX.



Queritur. vtrum intellectus noster potest se intelligere. Arguitur ꝙ non: quia sensus non potest se sentire: ergo nec intellectus potest se intelligere antecedẽs patet ex libro de somno ⁊ vigilia: ⁊ ex secũdo huius ⁊ consequentia manifesta est q̄ sicut sensus ad sentire ita ĩtellectus ad intelligere. ¶ Item si intellectus intelligeret se sequeretur q̄d idem indiuisibile pateretur a seipso: ⁊ sic esset in actu ⁊ in potentia respectu suipsius: modo hec omnia negat Aristoteles in multis locis. In nono enim metaphysice negat quod idem agat in se: vt patet ibidem per diffinitionem potentiarũ actiuarum ⁊ passiuarum. In quarto etiam physicorum ⁊ in octauo negat ꝙ idem moueatur a se nisi secundum vnam partem moueat ⁊ secundum aliam moueatur: quod non potest dici de indiuisibili: sed consequẽtia principalis patet: quia intellectus aliquo modo patitur vel mouetur ab intelligibili: nec intellectus potest se intelligere nisi ageret intellectionem sui in seipsum quoniam sensus vel fantasia non possit eam agere: ideo ageret in se ⁊ pateretur a se. ¶ Item: intellectus non est fantasiabilis neꝗ sensibilis: sed quod non est fantasiabile nõ ẽ intelligibile: q̄ dicit Aristoteles tertio huius necesse est intelligentem q̃nꝗ fantasmata speculari. igitur. ¶ Item si posset intelligere se sequeretur quod semper intelligeret se modo consequens est falsum: igitur. falsitas consequẽtis est manifesta: quia quando perfecte dormimus non intelligim⁹ ⁊ consequentia probatur: quia intellectus semper est sibi presens: ⁊ nihil est quod possit ipsum magis presentare sibi: modo si intelligibile sit sufficienter presentatum intellectui:

rationabile est ꝙ intellectus ipsum intelligat: ideo semper intelligere se. ¶ Item: vel intelligeret se per suam substantiã ⁊ immediate: vel mediante alio: scʒ sua operatiõe: sed neutro modo est possibile: igitur. maior nota est ex sufficienti diuisione minor probatur: primo nõ potest dici ꝙ intelligat se p suã substantiam ⁊ immediate: q2 tunc semper intelligeret se: qđ est falsum. Nec potest dici ꝙ mediãte sua operatiõe: quia videtur ꝙ intellectus non possit suam operationem percipere: eo ꝙ sensus non põt percipere suã: vt videtur velle Aristo. ii. hui⁹ ⁊ est sile de intellectu ad itelligere ⁊ de sensu ad sentire.

Oppositum vult Arist. ⁊ apparet: q2 nobis

traditur scientia de intellectu quod non fieret nisi intelligeret se. ¶ Ponende sunt breuiter alique conclusiones. Prima intellectus potest intelligere se: et omnes istam concedunt. Alie conclusiones sunt de modo per quem intelligit se. ¶ Et sit secunda conclusio: intellectus nõ intelligit se per suã substantiam ⁊ immediate: imo per intellectionem sibi additam: quia si intelligeret se per suam substantiam modo quo dicimus deum ⁊ intelligentias intelligere se: sequeretur ꝙ semp intelligeret se: q2 propter hoc dicimus deum ⁊ intelligentias semper itelligere se sicut habetur. xii. metaphy. modo hoc est falsum: q2 si intellectus semper intelligeret se: hoc non lateret nos: cum sit forma existens in nobis: ⁊ pars principalior nrã. ¶ Tertia conclusio: intellectus non intelligit se anteꝙ̃ intelligat aliud a se: quia oportet ipsum intellectum moueri a fantasmatibus si debeat intelligere: ob hoc enim nihil intelligimus quando dormimus. modo nihil prius intelligitur quã illud quod per fantasma intellectui representatur: ⁊ hoc nõ est intellectus: quia sub fantasma non cadit. igitur intellect⁹ non prius intelligit se ꝙ̃ aliquid aliud: ⁊ istas conclusiones [illegible] tibus pono ad remouẽdũ quasdã falsas opiniões. ¶ Quarta cõclusio: quilibet homo valde faciliter intellectũ suum intelligit: q2 valde faciliter format conceptus cõmunes a quibus sumũtur hec nomina ens vnum substantia actiuũ passiuum corruptibile perpetuum: ⁊ istis nominibus omnia entia intelliguntur. Nec propterea oportet ꝙ valde faciliter aliquis intelligat intellectum suum propter aliam appellationem rationis. ¶ Ultima conclusio potest poni: ꝙ intellectus potest se cognoscere secundum conditionem vel rationem sibi propriam q2 aliter non possemus ipsi nomen ppriũ imponere nec ipsum describere: ⁊ iste modus intelligẽdi ipm est difficilior: ⁊ non potest haberi nisi per discursum ⁊ mediãte notitia sue operationis: verbi gratia: experimur in nobis quosdam actus: vt ꝙ cognoscimus res vniuersaliter ⁊ cognoscimus res separatas a materia: ⁊ tunc syllogisando inquirimus ꝙ tales actus non possunt esse corporis nec virtutis extense ad extensionem corporis; ideo concludimus virtutẽ in nobis qua sic apprehendimus esse non corpoream nec extensam: sed indiuisibilem ⁊ immaterialem: ⁊ sic de aliis cõditionibus per quas sic in nobis fit notitia propria intellectus.

Et per hoc possunt solui faciliter rationes.

Ad primam: potest concedi ꝙ sensus saltem ea ratione qua dicitur sensus non sentit se: sed in hoc non est simile de intellectu: q2 sentire est per organum corporeũ non nisi ministerialiter: scʒ inq̃tum sensus ministrat intellectui: modo dr̃ ꝙ virtus incorporea potest reflecti supra se ⁊ supra suam operationem [illegible] ¶ Ad aliam: conceditur ꝙ idem non agit in se nec patitur a se tali modo ꝙ omnino ⁊ precise sm idem agat ⁊ patiatur: tamen nullum est inconueniens idem agere ⁊ pati a se quando hoc non est omnino ⁊ precise sm idem: modo sic est de intellectu vt prius dicebatur. intellectus enim recipit ⁊ patitur sm suam naturam precise: sed nõ agit nisi sm ꝙ actuatus per speciem intelligibilem vel per aliquem alium actum: ita ꝙ illa species intelligibilis vel ille actus quo intellectus primitus est actuatus se hz cũ intellectu in ratione agendi actum modo intellectus sm se est in rõne patiendi: ⁊ non per illum actum: ideo non omnino et precise sm idem agit et patitur. ¶ Ad aliam: dicendum est ꝙ multa intelliguntur que non sunt sensibilia: ⁊ que non cadunt sub phantasiam: sed hoc est per discursum ex notitia eorum que sub sensum vel fantasiam cadunt et ob hoc dicitur qđ oportet intelligentem fantasmata speculari. Ad aliam: dico ꝙ licet intellectus semper sit sibi presens: tamen hoc non sufficit ad intelligendum se: ⁊ causa est: quia intellectus noster non est sufficientis actiuitatis seu actualitatis ad formandum actiue aliquem actum intelligẽdi: nisi ab alio actuetur: ideo non intelligit se nec aliud donec per fantasmata fuerit actuatus recipiẽdo species intelligibiles. Unde in hoc differt intellectus noster ab intellectu diuino ⁊ intelligẽtiarum: quia illi intellectus propter sui sublimitatem sunt sufficientis actualitatis ad actum intelligẽdi absq3 hoc ꝙ indigeant ab alio moueri ⁊ actuari: ideo intelligũt per suas substantias sine aliquo addito: quod non potest intellectus noster. ¶ Ad vltimum: dictum est ꝙ nõ intelligit se immediate sed mediante eius operatione quam in nobis experimur: ⁊ dictum est ꝙ in hoc non est simile de intellectu ⁊ sensu. Et sic deo gratias sit finis huius libri de anima.

¶ Sequuntur parua naturalia eiusdem magistri Ioannis Buridani.

¶ Joannis Buridani in librum Aristotelis de sensu et sensato.

Prefatio.



Otentie sensitiue ⁊ potentie vegetatiue ⁊ potentie sm locum motiue non exercent suas operationes sine organo corporeo ⁊ ideo huiusmodi operationes non sunt solũ ipsius anime sed sunt simul anime ⁊ corporis: propter hoc oportet esse de hmõi operationibus duplicẽ determinationem. Una enim est determinatio. de potentiis siue dictis operationibus ⁊ passionibus anime pro quanto se tenent ex parte anime: ⁊ illa traditur in libro de anima. Secũda est consideratio de potentiis ⁊ operationibus ⁊ passionibus prout se tenent ex parte corporis: scʒ quantũ ad dispositiones corporis quas requirunt: ⁊ ista determinatio pertinet ad paruos libros naturales: scʒ ad illos qui sunt de [illegible] ⁊ integritate scientie naturalis. Unde si sint alii parui libri illi sũt de bene esse vel dati sunt ad complementum aliquorum in aliis libris determinatorũ. Et isti parui libri q2 cõmuniter determinant de predictis sine descensu ad determinatas species animalium ⁊ plantarum ideo sm ordinem doctrine precedunt libros de animalibus ⁊ plantis que in speciali determinant de animalibus ⁊ plantis. vltra huiusmodi operatiões ⁊ passiones vel sunt communes corpori ⁊ potentie sensitiue: vel sunt cões potentie vegetatiue ⁊ corpori: vel sunt cõmunes corpori ⁊ potentie sm locum motiue. Potentia autem intellectiua nõ vtitur organo corporeo nisi eadem ratione qua indiget ministerio sensus. ⁊ sic sm tria predicta membra sunt tres partes pñcipales huius determinationis. ¶ Prima pars determinat de passionibus ⁊ operationibus cõmunibus corpori ⁊ aĩe sensitiue prout se tenet ex parte corporis: ⁊ ista pars traditur in libro de sensu ⁊ sensato in libro de memoria ⁊ reminiscentia et libro de somno ⁊ vigilia. Secunda pars considerat de operationibus ⁊ passionibus cõmunibus corpori ⁊ anime vegetatiue: prout se tenet ex pte corporis: ⁊ ista pars traditur ĩ libro de longitudine ⁊ breuitate vite: in libro de morte ⁊ vita: de iuuentute ⁊ senectute: de respiratione ⁊ expiratiõe. Tertia ps tractat de operationibus ⁊ passionibus cõmunibus corpori ⁊ anime sm locũ motiue: ⁊ illa pars traditur in libris de progressu animalium ⁊ causis motuum aĩalium: ⁊ sm ista dicta possumus circa dictos paruos libros vnam q̃stionẽ mouere.

Questio prima.




Uestio est ista. Utrum preter determinationem libri de aĩa et librorum de animalibus ⁊ plantis oportet esse aliã determinationẽ de opationibus ⁊ passionibus animatorum. Arguitur primo qđ nulla debet esse de eis determinatio scientifica: quia non est scientia nisi de impossibilibus aliter se habere vt apparet primo posteriorum: modo omnes huiusmodi passiones et operationes sunt possibiles aliter se habere: ergo de eis nulla debet esse scientia. ¶ Item de contingentibus

de contingentibus ad vtrumlibet non est aliqua scientia demonstratiua: sed iste passiones ⁊ operationes sunt cōtingentes ad vtrūlibet vt puta dormire vel vigilare somniare vel nō somniare ambulare vel sedere: ⁊ sic de alijs: igiť. ¶ Item istarū passionū ⁊ operationū anima est causa ⁊ principiū: sed ad eandem scientiam spectat de causis ⁊ causatis: de principijs ⁊ pricipiatis: ergo de ipsis pertinebit ad librū de anima ⁊ non ad aliam determinationem separatam.

¶ Itē subiecta hmōi operationum ⁊ passionum sunt animalia ⁊ plante: ⁊ ad eandem scientiam spectat de subiectis ⁊ de eorū passionibus: ergo de istis spectat ad libros de animalibus ⁊ plantis. ¶ Item: de passionibus Aristoteles determinat in libro rhetorice: ergo de illis non debet hic fieri aliqua determinatio. ¶ Item: specialiter arguitur quantū ad librū de sensu ⁊ sensato: quia idem est sensibile anteq̃ sentiatur et postea sensatuz quando sentitur: sed in libro de anima determinatum est de sensibus ⁊ sensibilibus: ergo ibi determinatum est de sensibus ⁊ sensatis: ⁊ sic videtur superfluere alius liber de sensu ⁊ sensato. ¶ Item bona est dubitatio: si sic perfecte determinatum est in libro de anima de sonis qui sentiūtur ab auditu ꝙ nō restabat de eis determinare in istis paruis libris quare etiam non ita perfecte determinatuz fuit de alijs sensibilibus in ipso libro de anima. ¶ Etiā est dubitatio. In libro de generatione sic est determinatum de caliditate frigiditate humiditate ⁊ siccitate: que sunt sensibilia tactus: qḋ nō oportebat de eis alios paruos libros facere quare ergo non sic etiam fuit determinatum de alijs qualitatib⁹ sensibilibus. Unde nō videtur ratio quare ad istos paruos scilicet ad librum de sensu ⁊ sensato debeat pertinere de sensibilibus secundum visum gustum ⁊ olfactum: ⁊ tamen non de sensibilibus secundum tactum vel auditum. ¶ Et iteruz liber metheororum determinat de qualitatibus secundis: et de passionibus ⁊ operationibus que consequuntur corpora prout alterata sunt secundū primas qualitates: modo de numero istarum qualitatū vel passionum sunt colores/sapores/ ⁊ odores: quare de istis fuit determinatū in libro metheoroꝝ. secundū ergo p̄dicta videť ꝙ determinare de talibus nō ptineat ad istos paruos libros.

Oppositum tamen arguitur per Aristotelem ⁊ expositores eius. Respondendum est breuiter quod de operationibus ⁊ passionibus conuenientibus tam animatis q̃ inanimatis pertinet ad libros precedētes librū de anima vt ad libros de celo/de generatione/metheororum ⁊ de mineralibus: sed de operationibus conuenientibus soluz animatis pertinet iam ad libros de animalibus ⁊ plantis: ⁊ ista cōsideratio de animalibus ⁊ plātis est tripartita. vna enim est de eis q̃tum ad ipsam animā ⁊ q̃tum ad potentias ⁊ operationes anime prout se tenent ex parte ipsius anime: ⁊ traditur in libro qui diciť de anima. Alia pars est de animalibus quātum ad cōmunes passiones ipsorum prout se tenent ex parte corporis absq̧ descensu ad determinatas species animaliuz ⁊ plantarū: ⁊ ista pars traditur in libris qui vocantur parui libri naturales. Sed tertia pars est de ipsis animalib⁹ ⁊ plātis in speciali: ⁊ ista traditur in libris qui solent vocari libri de animalibus ⁊ de plantis. non est ergo inconueniens qḋ de eisdem rebus determinetur in diuersis libris eiusdē totalis scientie secundum diuersas rationes caꝝ. vnde predicte tres partes determinant de animalibus: licet secundum diuersas rationes considerandi: ⁊ constituunt de ipsis animalibus vnam totalem ⁊ perfectam sciētiam. ¶ Sed specialiter dubitatur de sensibilibus sicut dubitabatur in arguendo ad questionem. ⁊ de istis dicendum est quod qualitates per se ⁊ proprie sensibiles possunt dupliciter cōsiderari. vno modo q̃tum ad modum sue generationis. Alio modo q̃tuz ad modum immutandi sensum. ⁊ si considerentur q̃tum ad modum immutandi sensum: hoc potest esse dupliciter. vno modo prout sensus se tenet ex parte anime: ⁊ sic pertinent ad librum de anima. Alio modo prout se tenent ex parte corporis: ⁊ sic pertinent ad istos paruos libros. sed si ille qualitates considerentur q̃tum ad modū sue generationis: tunc de quatuor primis qualitatibus pertinet ad librum de generatione: eo qḋ ille prime qualitates tangibiles sunt principia alterationū. generationū ⁊ corruptionū corporū naturaliū: sed de sono q̃tum ad modū sue generationis determinať in libro de aīa: vt pote pro tanto: q: modus generationis soni est multū similis modo sue multiplicationis per mediū ⁊ sensuz nisi sit per quēdam motū aeris. Sed de coloribus saporibus ⁊ odoribus videtur mihi ꝙ satis spectat ad librū meteororū: scilicet q̃tum ad modum sue generationis sicut prius arguebatur. sed forte Aristoteles mouebatur ad determinandum de illis in istis paruis libris propter opiniones quorundam antiquorū qui crediderunt ꝙ hmōi qualitates non haberēt esse fixum ⁊ determinatum in subiectis in quibus apparent: sed ſm apparentias nostras diuersificarentur: ita ꝙ aliquid non esset dulce nisi q: apparet dulce: nec album nisi q: appareret album: q: si esset ita tunc de illis vere ⁊ proprie non pertineret ad istos paruos libros. Secundū hoc oēs rōnes facte faciliter soluūtur. ¶ Ad primam. dico ꝙ ois scientia debet esse conclusionū impossibiliū aliter se habere ⁊ per premissas impossibiles aliter se habere: exponendo tamē impossibiles se aliter habere .i. sic existentes veras ꝙ non possunt fieri false: tamen bene possibile est qḋ res significate per terminos illarum conclusionū ⁊ premissarum sint possibiles aliter se habere ⁊ possint non esse. ⁊ eodē modo dicitur ad primam rationem. scientia enim non est conclusionum contingētium id est possibilium verificari ⁊ falsificari: sed est conclusionum necessariarū: ita tamen ꝙ possibile est qḋ res significatas per terminos illarum conclusionum contingat ⁊ esse ⁊ non esse: ⁊ sic de istis operationibus et passionibus. ¶ Tertia ratio bene concludit ꝙ de istis pertinet ad librum de anima prout se tenet ex parte anime. ¶ Quarta ratio etiam cōcludit quod de istis bene pertinet ad librum de animalibus ⁊ plantis ſm descensum ad certas species animalium ⁊ plantarum: hoc autem non obstante restat alia determinatio in cōmuni sine tali descensu prout se tenet ex parte corporis. ¶ Ad aliud: conceditur qḋ de passionibus anime prout possunt mouere iudices ad aliquam affectionem vnius partis vel alterius: ⁊ sic ad aliter ⁊ aliter iudicandum: pertinet bene ad librum rethorice: sed ad illum librum non pertinet de eis quātum ad modum sue generationis vel quantum ad modum descendendi ab anima vel immutandi ipsam animam: imo sic pertinet de eis ad scientias naturales. ¶ Alie dubitationes que mouebantur de sensibus terminate fuerunt in positione.

Questio .II.



Queritur vtrum omni animali sint necessarij tactus et gustus. Arguitur quod non: quia nullus sensus est necessarius: cum possit esse ⁊ possit non esse: ergo nullus sensus est alicui animali necessarius. ¶ Item. Arguitur per inductionez iste sensus nō est necessarius omni animali: puta sensus so?tus nec ille nec ille ⁊ sic de singulis: ergo nullus sensus est necessarius omni animali: ⁊ per consequens nec tactus nec gustus. ¶ Item si illi essent necessarij hoc esset ad fugiendum corruptiua sed propter hoc nō est dicendum quod omni animali sunt necessarij: quia quedam sunt animalia terre affixa: vt ostree ⁊ conche que nō possunt fugere: ideo frustra daretur eis sensus vel potestas ad fugiendū ⁊ natura nihil frustra facit: ideo nō dat eis illos sensus tanq̃ necessarios ad fugiendum corruptiua. ¶ Item. si tactus dicatur animali necessarius hoc est ne animal corrumpať propter hoc quod excellentie tangibilium non solum corrūpant sensum: imo totum animal: sed si hoc ita diceretur pari ratione oportet dicere quod ille esset necessarius plantis: quia nō solū animalia: sed etiā plante corrūpuntur per excellentias qualitatū tangibilium cum ergo tactus non sit necessarius plantis sequiť ꝙ nō est ratio quare debet dici necessari⁹ animali. ¶ Item. specialiter arguiť ꝙ gustus non sit necessari⁹ animali autoritate Aristotelis tertio de anima vbi de tactu dicit quod hoc solo sensu animal priuatum necesse est mori ergo hic solus est necessarius. Etiam secūdo de anima dicit: quod sicut vegetatiua separatur ab alijs potētijs ita tactus ab alijs sensibus: et si tactus potest in animali inueniri sine alijs sensibus sequitur quod nullus alius sensus est necessarius animali. ¶ Item si gustus esset animali necessarius hoc esset quia animal indiget nutrimēto cuius gustus est discretiuus sed si esset ita: diceretur pari ratione quod gustus esset necessarius plantis: quod est falsum: patet consequentia: q:

etiam plante indigent nutrimento. ¶ Item. embrio lõgo tẽpore viuit sine hoc quod guster nutrimentum: q2 non recipit nutrimẽtũ per os sed p vmbilicũ. Unde quia habet nutrimẽtum semp coniunctũ sibi cõueniens nõ indiget gustu discernente alimẽtum: Ita ergo videtur de animalibus affixis terre: habent enim nutrimentum coniunctum ⁊ per illuz modũ recipiunt nutrimentũ ex terra per quẽ modũ embrio recipit nutrimentũ ex matrice scilicet p alligationem eorũ ad terrã: sicut embrio alligat matrici: igitur illis animalib9 terre affixis non est necessarius gustus.

Oppositum dicit Aristoteles in isto libro

de sensu ⁊ sensato. Primo de ista questione ego remoueo logicã cauillationẽ: concedendum est enim quod nullus sensus est omni animali necessarius: sicut patet p inductionez. ¶ Sed dubitatio est vtrũ omni animali sint necessarij tact9 ⁊ gustus: ita quod isti termini tactus ⁊ gustus supponant cõfuse tantũ: ⁊ etiam distinguẽdum est de necessario sicut Aristoteles distinguit quarto metaphysice. ¶ Primo necessariũ dicit qd simpliciter impossibile est aliter se habere sicut deũ esse aut deus est ⁊ sic manifestũ est quod nullus sensus est necessarius ⁊ nullũ animal est necessariũ: quia potest nõ esse; et per cõsequens nullus sensus est alicui animali necessarius. ¶ Secundo modo aliquid dicitur necessarium alicui quia sine illo non posset esse vel viuere: sicut si diceremus qd anima est animali necessaria ⁊ equo est necessarium cor aut caput. ⁊ sic bene diceretur quod omni animali est sensus necessarius: capiendo sensum non pro actu sentiẽdi sed pro potentia sensitiua que est anima vel corpus vel compositum ex eis quia ad hoc quod animal viuat indiget quolibet illorum. ¶ Tertio modo magis communiter dicitur necessarium alicui sine quo ipsum non potest bene esse vel non potest vtilia sibi pcurare aut nociua euitare: sicut si diceremus quod necesse est vobis ire ad scholas: ⁊ isto modo verum est qd omni animali est sensus tactus necessarius. ¶ Sed de sensu gust9 maior est difficultas propter animalia terre affixa: ⁊ propter hoc quod in secundo ⁊ tertio de anima nõ dicit Aristoteles omni animali gustum esse necessariũ: sed solum tactum: ⁊ cõmentator distinguit bene vt credo quod gustus aliquando accipitur proprie pro sensu discretiuo saporis: ⁊ aliquando accipitur magis communiter pro sensu discretiuo ciborũ cõuenientiũ vel nõ cõuenientium; si accipitur proprie p sensu discretiuo saporum: tunc differt a tactu etiam proprie dicto: sed si capiatur communiter: tunc in aliquibus animalibus non differt a tactu. ¶ Unde circa hoc notandum est qd aliqua animalia habent sibi alimentum coniunctum sicut embrio in vtero: ⁊ quia istud alimentum est naturaliter conueniens: idcirco embrio tunc non indiget virtute actu discernẽte de alimento: sicut neq3 planta. ¶ Alia autem sunt animalia terre affixa: que etiam habent alimentũ coniunctum: sed tamen propter superuenientia indigent bene tactu discernẽte nimis calidum aut nimis frigidũ vel omnino lesiuum ad hoc quod aduenientе lesiuo claudant se: ⁊ aduenientе cõueniente aperiant se: nec indigent cognoscitiuo saporum: s3 solum tactu cognoscitiuo qualitatũ primarum alimẽti: q2 secũdum illas alimentum nutrit: vt post videbitur. ¶ Alia autẽ animalia perfectiora propter subtiliorem complexionem indigent alimẽto meliori ⁊ subtiliori ideo natura dedit illis vltra sensum tactus sensum discretiuũ saporum: ⁊ sic finaliter concludendum est quod omni animali necessarius est gust9 communiter dictus: scilicet pro sensu discretiuo alimenti cõuenientis vel disconueniẽtis: sed ille in quibusdã animalib9 nõ est nisi tactus discernens de primis qualitatibus: sed nõ omni animali est necessarius gustus proprie dictus: scilicet discernens sapores: quia sufficit affixis terre discretio in alimento qualitatũ primarum propter modicam perfectionem ipsorum: ⁊ propter similem causam nullus sensus inest plantis: quia multum recedunt a perfectione animalium: in tantum qd sufficienter nutriuntur ⁊ viuunt p alimentũ sibi coniunctum sine aliqua eius discretione.

Et per ista soluuntur omnes rationes.

¶ Ad primã: concessum est quod nullus sensus est simpliciter necessarius. ¶ Ad secundam etiam patet quid dicẽduz. ¶ Ad aliam. concedẽdum est quod animalibus sunt sensus necessarij propter fugere nociua ⁊ corruptiua. Et quando dicitur animalia terre affixa non possunt fugere. dico quod verum est: si accipias fugere pro currere: sed possunt fugere .i. euitare per clausionẽ ipsorum: sicut faciunt ostree ⁊ conche: ¶ Ad aliã: concedẽdum est quod alicui necessarius est tactus: quia excellẽtie tangibiliũ cito possunt corrũpere ipsum animal. etiã licet non essent magne excellentie ppter subtilẽ compositionem animaliũ: sed sic nõ est de plantis: quia sine fuga vel clausione possunt durare cum excellẽtijs tangibiliũ consuetis: scilicet estatis ⁊ hyemis quod non esset ita de animalibus. ¶ Ad aliã: iam dictũ est qd plante nõ indigent ita subtili ⁊ conuenienti alimento sicut animalia: ideo nõ indigent discretione: qua tamen indigent animalia. ¶ Ad aliã: dictum est qd embrio nõ indiget vti gustu: sed bene indiget habere potentiam gustatiuam vt ea vtatur post exitum ab vtero. Similiter concessuz est quod terre affixa nõ indigent gustu proprie dicto. ¶ Autoritates Aristotelis que videntur contrariari de gustu in libro de anima et in isto libro soluuntur per distinctionem de gustu proprie vel communiter accepto.

Questio. III.



Ueritur verũ ceci a natiuitate habentes auditum debeant esse sapientiores q̃3 surdi a natiuitate habentes visum. Et arguitur primo quod habentes visum q̃uis sint surdi debent esse sapientiores: quia habentes visum habent sensum certius iudicantem ⁊ plures rerum differentias nobis ostendentem: vt dicitur in procmio metaphysice tales autem debent esse magis cognoscentes ⁊ magis scientes. ¶ Et item in eodem procmio dicit Aristoteles quod sensum visus non solum propter necessitatem vite s3 etiã ppter se ⁊ etiam cognoscere pre ceteris sensibus magis diligimus: igitur habentes visum sine auditu debẽt esse magis cognoscentes ⁊ magis sciẽtes quã habentes auditum sine visu. ¶ Item. non possumus nobis procurare necessaria vite nisi per cognoscere et scire: ideo illi qui magis sciunt et possunt sibi procurare vite necessaria sunt magis scientes: sed constat quod habentes visum sine auditu possunt procurare vite necessaria ⁊ etiam sciunt: imo etiam aliqua animalia per visum sine auditu vt formice ⁊ apes valde discrete ⁊ prudẽter prouident sibi de vite necessarijs: nulla autem animalia vel etiam nulli homines carentes visu licet habeant auditũ sciunt vel possunt sibi prouidere de vite necessarijs: ergo habentes visum sunt magis scientes ⁊ magis prudẽtes. ¶ Itẽ per experientiam videm9 multos surdos qui possunt ⁊ sciũt esse boni fabri/latomi/boni sutores/⁊ sic de alijs ad que tamen nõ possunt pertingere ceci ergo surdi sunt magis sapiẽtes. ¶ Item primo posteriorum dicitur quod quibus deficit aliquis sensus eis deficit scientia de sensibilibus per ipsum sensum: sed valde multo plura sunt sensibilia per visum q̃3 p auditum: vt dicit Aristoteles: q2 propter hoc qd omnia corpora colore participant ergo carentibus visu deficit sciẽtia de pluribus q̃3 carentibus auditu ideo ceci sunt minus scientes.

Oppositum tamen dicit Aristoteles in principio istius libri.

¶ Solutio istius q̃stionis quasi apparet p experientias: multe sunt artes manuales quarum opus exerceri nõ potest sine visu: potest tamen exerceri sine auditu sicut sunt artes fabrorum: latomorum: sutorum: ars etiã militaris vel nauigatoria: ⁊ omnes artes tales non possunt addisci nisi operando vnde secundo ethicorũ dicitur qd fabricando fabri fiunt ⁊ citharisando citharisté. ⁊ sic breuiter quãtum ad tales artes habẽtes visuz sine auditu sunt meliores ⁊ sapiẽtiores q̃3 habẽtes auditum sine visu: imo nulla est hec cõparatio: q2 carẽtes visu nõ possunt illas artes addiscere. verum est etiam quod econuerso alique sunt artes que sine auditu addisci non possunt: sicut sunt ille quarum opus spectat ad auditum: sicut sunt artes ioculatorie: ⁊ q̃tum ad tales/ceci essent meliores ⁊ sapientiores q̃3 surdi. sed q̃tum ad scientias naturales oporteret distinguere q̃tum ad principia ⁊ q̃tum ad conclusiones. Plurima enim principia in sciẽtijs naturalibus capiuntur per sensum experiẽtiam ⁊ memoriam vt habetur scdo posteriorũ: ⁊ sine dubio q̃tum ad talia

principia

principia habētes visum sine auditu magis sufficiunt ⁊ magis sunt sciētes q̃ habētes auditū sine visu: q̄ visus ad plura sensibilia se extendit: ⁊ q̃uis talia principia possent p̄ auditū nobis proferri vocaliter tamē illa propter hoc non essent nobis certa: nō enim sunt nobis certa quecunq̧ ad, alijs audimus: quū possibile sit mentiri: sed q̃tuꝫ ad cōclusiones p̄ ratiocinationes scibiles: vt in logica: in grāmatica: ⁊ in scientijs speculatiuis ceci multo magis possent proficere q̃ surdi propter hoc: quia de talibus conclusionibus occultis que indigent manifestari per ratiocinationem valde modicū est q̄ aliquis potest ex se inuenire sine iuuamine alterius per doctrinā ⁊ valde multū est qđ pōt ab alijs recipere per doctrinā: doctrina autem fit per sermonē audibilem ⁊ nō sine sermone audibili: ⁊ sic surdi ad valde modicū possunt pertingere: ceci autē ad multū: ⁊ hoc intendebat Aristoteles vnde vidi bitonē quēdam scholarē qui erat a natiuitate cecus: ⁊ tamen valde bene ⁊ discrete disputabat de logicalibus ⁊ naturalibus: ⁊ scio q̄ ipse iuit ad curiam romanā: q̄ tunc ego erā ibi tempore Jo. pape: ⁊ propter suam pulchrā disputationē coram cardinalibus impetrauit vitam suā super vnā abbatiam. ¶ Sed tamē hic est vna dubitatio: q̄ nō solū per sermonem audibilem possumus doceri: imo etiā per picturam visibilem: ⁊ sicut voces audibiles possum⁹ imponere ad significādū omnia scibilia: ita etiā res visibiles vt scripturas possumus imponere ad significandū oīa scibilia. ¶ Respōdeo: primo dico q̄ scripture nō significant scibilia nisi mediantibus vocibus significatiuis. Unde primo perihermenias dicitur q̄ scripture sunt signa vocū. ⁊ hoc apparet manifeste: q̄ si aliquis ignorat significationē vocū ipse bene poterit legere psalteriū: sed omnino ignorabit qđ ille litere significant. ⁊ sic sine auditu nullus potest addiscere significatiōes scripturarū: sed sine visu potest addiscere significationes vocum. ⁊ si queratis causam quare imposuimus ad significādū voces immediate res vel conceptus anime ⁊ non imposuimus scripturas ad significandū res vel cōceptus anime nisi mediantibus vocibus. dico qđ causa fuit q̄ voces habemus in potestate nostra quādo volumus de die vel de nocte: scripturas autem nō sic habemus: ideo primitus imposuimus voces ad significandū omnia intelligibilia. ¶ Ultimo sciendum q̄ secundum Aristotelem questio soluitur in duobus verbis: sed nō ita explicite sicut nunc soluta fuit: q̃tuꝫ enim esset de per se visus magis valeret ad acquisitionem scientiarum: sꝫ quātum est de per accidens auditus magis valet modo pri⁹ dicto scꝫ inquantū prius accidit q̄ voces audibiles imponim⁹ ad significandū omnia: ⁊ nō res visibiles: nisi mediantibus vocibus sicut dictū fuit. Et oēs rationes facte debent solui reducendo eas ad cōclusiones que probate fuerunt in questione quia nihil vltra cōcludunt.

Questio. IIII.



Queritur vtruꝫ fulgor quo oculus apparet fulgere vel scintillare sit in oculo. Arguitur qđ sic: q̄ vbi apparet esse ibi est nisi des causaꝫ quare alibi debeat apparere sed cuilibet hanc passionem patienti apparet q̄ sit in oculo suo igitur. ¶ Item. aliquando palpebra clausa videtur: ergo ab extra non venit: ergo est intra. ¶ Item. in tenebris videmus oculum catti fulgere: ⁊ hoc non est ab exteriori lumine: ergo hoc est a lumine vel luce existente in oculo catti: ⁊ ita pari ratione debemus imaginari de nobis ⁊ de alijs.

Oppositum vult Aristoteles. Et arguitur ratione quia aliquādo aliquis videt illū fulgorem ⁊ sensibile positum supra sensum vel in sensu nō facit sensationeꝫ vt apparet secundo de anima: ergo ille fulgor nō est in organo visus scilicet in oculo. ¶ Notandum est q̄ dupliciter apparet fulgor in oculo. Uno modo quia apparet alicui oculus suus fulgere. Alio modo q̄ ipsi apparet oculus alterius fulgere: verbi gratia qđ tibi apparent oculi cattorum fulgere. ¶ Uidendum est igitur quomodo apparet tibi oculus alteri⁹ fulgere. Propter quod primo notandum est qđ leuia refrāgūt vnite lumen ⁊ species colorum: ideo specula fiunt leuia: ⁊ apparet de aqua si sit quieta quod tu videbis in ea faciem tuā q̄ leuis existens refrangit speciem tuā vniformiter: si autē sit mota: tunc valde disperse refrangit speciem intantū q̄ nō potest percipi aliqua figura eo qđ partes aque non sunt vniformiter iacentes nec per consequens vnite ⁊ ad eundē locum refrangentes speciem sed disperse ⁊ ad diuersa loca. ¶ Postea notandum est quod lumen si sit debile ⁊ refrangatur disperse ad oculum ipsum non est sufficiens representatiuū ad videndum: sed esset sufficiens si vnite refrangeretur propter leuitatem corporis refrangentis: q̄ virtus vnita est fortior se ipsa dispersa. ¶ Tertio sciendū est q̄ superficies oculi maxime in notato nigro est valde leuis: ideo si inspicias in oculū socij tui tu videbis faciem tuā sicut in speculo. ¶ Iuxta ista primo manifestū est qđ illa facies que apparet esse in speculo quando aspicis ad ipsum nō est in speculo: quia est facies tua. ¶ Secundo etiam apparet qđ species representans faciem tuā non est in speculo: sed in aere intermedio multiplicata de facie tua vsq̧ in speculum: ⁊ iterum multiplicata p̄ reflexionem ⁊ refractionem de speculo ad oculum tuū ⁊ vsq̧ in oculum: ⁊ tunc tu non vides illā speciem: sed faciem tuā p̄ istam speciem: sicut tu non vides speciem coloris multiplicatam in aere vel in oculo tuo: sed vides colorē existentē in pariete per illā specieꝫ: ⁊ ita est si tibi apparet facies tua in oculo socij tui: q̄ ille oculus est tanq̄ speculū refrangens ad te speciem faciei tue. sicut igitur illa species non profundat se ad interiora speculi sed ab eius superficie refrangitur ad te: ita est de facie tua vel de eius specie q̃tum ad oculum socij tui: si etiā nō refrangeretur ad te sed profundaretur in oculum socij tui tu nihil videres per illam. Postea dico quod ita est de fulgore apparente in oculo catti est enim lumen extrinsecum refractum de oculo catti ad te simul ⁊ vnite propter leuitatē. ¶ Postea dicēdū est de fulgore tibi apparēte in oculo tuo. dicēdū est etiā q̄ ille fulgor nō est ab intra in oculo: q̄ vel nunq̄ videres ipsum vel semp̄ videres ipsum: sed ab extra lumē licet valde modicū ⁊ dispositū: ita q̄ extra nō sit sufficiens videri: tamē supra nigredinē oculi refrangitur vnite propter leuitatē: ⁊ tunc fortificat vt sit sufficiēs videri sicut habem⁹ de speculis ardētibus q̄ lumē a sole dispsum in aere nō multū calefacit: tamē p̄ refractionē a speculo concauo ad eundē locū radij vniti cōburunt. sic ergo imaginādū est qđ p̄ refractionē ab illo nigro leui, lumē dispsum q̄ ante nō erat visibile propter vnitam refractionē efficitur visibile. Sed tunc nō restat dubitatio nisi quare illud lumē refractū nō videtur oculo quiescēte: ⁊ videtur oculo p̄cusso. Respondēdū est q̄ oculus rotundus existēs refrāgit totum ad extra ⁊ nihil in se ideo p̄ hoc nō pōt videre: sꝫ oculus p̄cussus incuruat ⁊ sic vna pars refrangit lumē in aliā partē. ⁊ econtra: ideo vna pars percipit lucē p̄ lumē ab alia parte refractū. ¶ Sꝫ adhuc dubitatio: ex quo illud lumē est ab exteriori vnde ergo venit palpebra clausa vel in tenebris vt de nocte vel in camera clausa? Respondet q̄ certe de die vel in lumine lumē aliquātulū valde bene transit. quando claudis oculos tuos de nocte in camera si apportet tibi ignis vel cādela tu p̄cipies, ⁊ p̄terea oīs color forte excepto nigro aliqđ lucis participat ⁊ sic palpebra aut colores parietū aliqđ paruū lumē efficiūt supra nigrū oculi qđ cōgregatū sufficit ad causandū visionē lucis exterioris: pro tanto q̄ minus lumen vel minus lucidū magis percipitur sicut in sequētibus magis videbitur. Per hoc breuiter sunt solute rationes. ¶ Ad primā: dicēdū est q̄ sepe apparet nobis res alicubi esse vbi nō est: scꝫ quādo apparet per radium refractū ⁊ etiam reflexū. ¶ Ad aliam: dictū est quomodo ab extra veniat lumen prius dispersum quod postea propter leuitatem refrangitur vnite. Et sic etiam ad aliam dictum est quod lux nō est in oculo catti: sed lumen refrangitur ab eo ⁊c.

Questio. V.



Queritur vtrum organuꝫ visus sit de aqua. Arguitur quod non: quia cuiuslibet sensus organum debet esse anima informatum: sed nec aer nec aqua nec aliquod aliorum elementorum est anima informatum: propter hoc quod anima est act⁹ corporis organici vt apparet secundo de

anima: sed elementa nõ sunt corpora organica sed simplicia homogenea: igitur. ¶ Item. cuiuslibet sensus organũ debet esse conueniens vite: aqua aute᷑ non est conueniens vite: q2 vita naturaliter consistit in calido ⁊ humido vt videbit᷑ post ⁊ aqua est naturaliter frigida. ¶ Item. aqua est nata cito rigere vel frigifieri ⁊ congelari: oculus autẽ nunq̃ apparuit rigere vt dicit Aristoteles ⁊ sumus experti q2 in ista frigiditate patimur frigus magnũ in naso ⁊ in pedibus ⁊ in manibus licet sint cooperta: ⁊ tamen non sentimus magnum frigus in oculis existentibus discoopertis: ergo oculi nõ sunt de aqua. ¶ Item. pupilla oculi que proprie est organũ visus apparet nigra: aqua autem non est nigra: imo potius alba est. vnde valde apparet alba quando congelatur vt fiat nix ⁊ etiam propter naturalem eius albedinem videmus quando volumus dealbare telas nouas quod sepe ⁊ sepius proiicimus aquã supra ad solem: ergo pupilla apparẽs nigra nõ est de aqua. ¶ Item. arguitur quod debeat esse de terra a dominio: quia lux est primũ obiectum visus ⁊ organum sensus debet esse denudatum a natura obiecti: vt bene possit percipere speciem eius vt habetur secundo de anima: modo inter quatuor elementa terra maxime denudata est a natura lucis: ergo illa esset conueniens organum visus. ¶ Deinde arguitur quod debeat esse de aere: quia visus certissime iudicat inter ceteros sensus: quod non esset nisi eius organuz sit optime receptiuum specierum lucis ⁊ colorum: modo aer est conuenientius receptiuum illarum specieruz q̃ aqua: quod apparet: quia melius ⁊ ad maiorem distantiam multiplicat᷑ lumen ⁊ species colorum per aerẽ q̃ per aquã: susceptiuũ enim proprium illarũ specierũ est diaphanũ: ⁊ aer multo magis est diaphanus q̃ aqua: ergo aer esset cõuenientissimũ organum visus. ¶ Ultimo arguitur q2 sit de igne per illam scintillationem que aliquãdo apparet in oculo violenter cõstricto: scintillatio nãq3 est ab igne.

Oppositum tamen dicit Aristoteles.

¶ Sciendũ est primo quod sicut dicit Aristoteles ignis nullius sensus est organuz: verum est communis omnibus organis. ¶ Sed anteq̃ hoc declaretur oportet scire quod nulluz simplex elementum esset conueniens organum alicuius sensus: propter hoc quod non est conueniens subiectum anime imo simplex aqua. non habet formam substantialem nisi aq̃: nec simplex aer nisi aeris ⁊c. ideo cuiuslibet sensus organum debet esse mixtum ex quatuor elementis: sed tamen in mixto bene plus dominatur vnum elementum q̃ alteruz: ⁊ questio debebat intelligi vtrum organum visus sit de aqua .i. vtrum in eo magis dominetur aqua q̃ alterum elementum eo modo quo in perfecte mixto dicimus elemẽtum dominari: quia omnino spectat ad presens vtrum substãtialiter dominetur vel qualiter. ¶ Tunc reuertor ad ignem ⁊ dico quod ignis sub parua quãtitate est valde intense actiuitatis: ⁊ iõ in nullo organo sensus potest ignis dominari quãtitatiue: q2 virtus eius nimis excederet virtutes aliorum elementorum: et ita propter nimium excessum corrumperet corpus ⁊ vitam: ⁊ ita intelligit Aristoteles quod nullũ organuz sensus est de igne a dominio: sed tamen omnibus organis sic ignis est communis: quia in quolibet organo sensus ignis dominatur qualitatiue: scilicet q̃tum ad calorem. sensus enim nihil possunt sentire nisi per spiritus missos a corde qui ad sui cõseruationem indigent calore sicut ⁊ ipsi sunt calidi. vnde est q̃ quãdo prohibetur via spirituum a corde ad exteriora mẽbra tũc sensus exteriores non possunt sentire ⁊ fit somnus vt postea dicetur: sic ergo qualitatiue quodlibet organum sensus est de igne a dominio. ¶ Postea de terra dicendũ ẽ q̃ ipsa nõ ẽ diaphana ⁊ ideo non potest intra se recipere species lucis ⁊ coloris que nõ sunt nate recipi nisi in diaphano: ⁊ q2 organũ visus debet esse receptiuũ specierũ lucis ⁊ coloris: ideo oportet q2 sit diaphanũ: ergo concludit᷑ q2 nõ debet esse de terra. ¶ Et tunc nõ restat videre nisi de aere ⁊ aqua. hec enim ambo sunt diaphana: s3 postea dicit Aristoteles q̃ melius est organũ visus esse de aqua q̃ de aere: quoniã aer propter eius nimiã subtilitatem non est bene seruabilis: ⁊ visus est valde necessarius animali: igitur expedit quod habeat organũ bene seruabile: aqua que est densior ⁊ spissior est magis bene seruabilis: ideo melius est quod organum visus sit de aqua q̃ de aere. ⁊ quia natura semper facit de possibilibus quod melius est: ideo simpliciter cõcluditur quod organum visus nõ est aeris sed aque a dominio. ¶ Et ista conclusio confirmat᷑ per manifestum signum: quia si eruatur oculus vel perforet᷑ pupilla statim apparebit liquor fluens extra: qui est aqua a dominio. ¶ Idem etiam probatur per aliud signum: scilicet per illum fulgorem apparentẽ quando oculus violenter cõprimitur: cum enim ille fulgor non sit ab igne vt dictũ est prius oportet quod sit ex reflexiõe luminis a corpore leui ⁊ sic oportet pupillam esse leuem valde: causa autẽ leuitatis est aqua. Unde secundo de generatione. leue reducitur ad humidum ⁊ asperum ad siccum: ⁊ sic illud est signum probabile q̃ pupilla sit aque a dominio. ¶ Item etiã hoc consonat loco ⁊ situi illius organi: organum enim visus situatum est circa cerebrum rationabiliter: quia cerebrum inter principalia mẽbra animalis est magis frigidum ⁊ humidum: ideo bene conseruat naturam aque que etiam est frigida ⁊ humida: ideo natura ibi bene situauit organum visus: vt bene conseruaretur. ¶ Similiter etiam ex hoc redditur ratio ad quid deseruit illud album oculi quod est circa pupillam: sicut albũ est pingue bene resistens cõgelationi: ⁊ quia aqua faciliter nata est rigere ⁊ congelari: ideo ad conseruationem pupille q̃ erat de aqua natura ingeniauit illam pinguedinem circũuoluẽtem pupillam ad resistẽdum nimie frigiditati ⁊ cõgelationi. Et Aristoteles dicit quod in aliquibus non habẽtibus sanguinẽ q2 nõ potest in eis generari talis pinguedo natura circumuoluit oculum pelle dura ad defensionẽ contra rigorẽ siue frigus. Et propter eandem causam scilicet propter conseruationẽ illius aque natura ingeniauit circa illam aquã multas tunicas.

Ad rationes. Ad primã. cõcessum est q2 nõ

est ibi pura aqua. ¶ Ad secundam. diceretur q̃ pura aqua nõ esset conueniens subiectuz: sed tamẽ mixtum q̃ est aqueum a dominio quãtitatiue vbi tamen dominatur ignis qualitatiue bñ est conueniens vite: q2 calidum ⁊ humidũ. ¶ Ad aliam: dictum est quod natura apposuit remedium ne illa aqua rigeret sicut dictum est. ¶ Ad aliam. dico quod aqua proprie loquendo non est colorata: nisi per gelu coaguletur imo est diaphana ⁊ sine colore vt possit bene recipere omnes species colorus. Et ideo secundum veritatem pupilla non est nigra sed apparet nigra sicut si vos essetis in magno lumine in vico ⁊ aspiceretis per fenestram in aliquã cameram aer medius existens apparebit tenebrosus ⁊ niger: quia non esset in tanto lumine sicut tu: ⁊ ideo isti pictores quando volunt depingere fenestram tanq̃ apertam ipsi depingunt de nigro: ita etiam quia illa aqua est in profundo ipsa apparet nigra sicut aer per fenestram. ¶ Ad aliam. dictum est quod bene terra caret luce: sed tamẽ non potest recipere speciem lucis scilicet lumẽ neq3 speciem coloris: propter carentiaz diaphaneitatis. ¶ Ad aliaz: cõceditur q2 aer bene reciperet species lucis ⁊ coloris: s3 tamẽ natura non fecit oculum de aere propter causaz prius dictã: scilicet: q2 est male seruabilis. ¶ Ad aliã de igne ⁊ fulgore dictum est prius.

Questio. VI.



ueritur vtrum organum auditus sit de aere: Arguitur quod non: q2 sensatio fit per assimilationem sensus ⁊ organi sui ad obiectum sensibile: mõ aer nõ potest assimilari corporibus sonoris: cum illa sint valde dura ⁊ solida: igitur organum auditus non debet esse de aere: maior huius rationis habetur ex secundo de anima. ¶ Itẽ. organum auditus est situatum valde prope cerebrum: ⁊ ista eẽt inconueniens situatio si esset de natura aeris: quia natura aeris est calida ⁊ humida: cerebrum autem est frigidũ: ideo male conseruaretur iuxta cerebruz: imo corrumperetur a frigiditate cerebri. ¶ Item. natura non fecit organuz visus de aere propter hoc quod aer erat male seruabilis: licet magis ⁊ melius aer esset receptiuus luminis ⁊ specierum colorum ergo per eandẽ rationẽ non debebat facere organum auditus vel etiam alterius sensus ex aere. ¶ Item. ex illa materia

debebat

debebat fieri organū auditus que est magis receptiua soni: ⁊ per quā sonus melius multiplicatur: sꝫ p corpora grossa ⁊ solida melius multiplicatur ꝙ per aerem: quod apparet experimento: si enim sit lignum longum ⁊ grossum: ⁊ aliquis in vno cono valde paruum proferat alter in altero cono seu fine audiet sonum illū: quē tamē sonum non audiet ille qui in aere nō distabit a proferente per spatium sex vel decem pedum: ⁊ sic videtur qꝺ melius esset organū auditus esse de tali grossa ⁊ solida materia.

Oppositum declarat Aristoteles. Prima conclusio ponitur sicut de visu: quod organum auditus non est aeris simplicis nec etiam alterius elemēti simplicis: quia tale non est anima informabile. ¶ Alia etiam cōclusio debet excipere: quia dicebatur quod ignis nulli organo conuenit vel oībus est cōis. ¶ Et ideo ponitur cōclusio principalis: quod organuꝫ auditus est de aere a dominio: quia vel de aere vel de terra vel aqua: sed primo apparet quod non sit de terra: qꝛ sonꝰ sicut generatur in motu veloci ita p motum velocem multiplicatur: ⁊ ideo illud non est bene receptiuū soni vel speciei ipsius soni quod nō de facile mouetur ⁊ frangitur velociter: cum igitur organum auditus debeat bene recipere species sonorum oportet quod sit de materia faciliter ⁊ velociter mobili ⁊ frangibili ⁊ talis non est terra ꝓpter eius grossitiem: imo etiam ⁊ aqua est nimis grossa ad hoc qꝺ ita velociter moueatur ⁊ frangatur sicut requiritur ad bonaꝫ receptionem soni vel specierum eius. ⁊ etiam quoddam signū est quod illud organum non debeat esse de aqua: quia aqua videtur inepta ad sonos: vnde soni iuxta aquas sunt hebetiores: imo etiam corpora si sint humectata aqua male sonāt: ⁊ propter hoc isti ioculatores quando tempus est humidum desiccant tympana ⁊ alia instrumenta sua ad ignem: igitur sequitur quod illud organum non debet esse de aqua nec de terra a dominio: sed de aere. ¶ Et ad hoc etiam probanduꝫ sunt signa. Primum est: quod aliquando sono exteriori audimus in aure sonum quasi cornu: ⁊ iste sonus generatur in aure cum sit sonus exterior qui audiatur: ⁊ tamē cum sonus debeat generari ex veloci motu aeris: quia alia corpora solidiora non satis velociter mouentur: presertim a paruo motiuo: oportet concedere quod in aure sit aer inclusus in quo generetur talis sonꝰ ex eo quod ille aer faciliter mouetur ad motum spirituum p aurem exeuntium. ¶ Sed circa hoc occurrit dubitatio: quia sensibile positum supra sensum non facit sensationē: vt habetur scꝺo de anima: ergo cum ille sonꝰ habeat suam realeꝫ generationē in illo aere qui ponitur esse organum auditus ille sonus non deberet audiri. ¶ Solutio. dicēdum est quod anteꝙ veniatur ad verum organum auditus quod est bene intra aurē a quadam pellicula inclusum vt defendatur est ibi multus aer verꝰ inter tortuositates aurium: ⁊ ille est qui motus facit sonuꝫ: cuius species peruenit ad organum: ⁊ sic auditur. ¶ Aliud signuꝫ est tortuositates concaue que apparent in auribus. ille enim replete sunt aere: qui non est de essentia animalis: sed ibi ponitur inter aerem extrinsecum ⁊ organum: ne nimius impetus aeris exterioris ledat vel corrumpat aerē organi: qui propter eius subtilitatem esset male seruabilis nisi tale remedium apponeretur: ⁊ ob hoc etiam sunt ille tortuositates ne p rectam viaꝫ impetus exterior ꝑueniat ad organum. Unde p istas tortuositates remouetur violentia impetus: ⁊ illas nō potuit natura facere in oculo. propter hoc quod lumina ⁊ species colorū indigent se multiplicare p lineam rectaꝫ. vnde nisi hoc esset natura forte fecisset organum visus de aere: ⁊ fecisset tortuositates ad reprimendum accessus ⁊ impetus sensibilium exteriorum.

Tunc ad rationes. Ad primam dicitur ꝙ corpora dura ⁊ solida bene sonant actiue: sed non bene recipitur in eis sonus subiectiue: imo in aere: ⁊ tunc illi aeri sonoro assimilatur organum auditus inquātum recipit speciem soni. ¶ Ad aliam. dicēdum est quod quāuis cerebrum dicatur frigidum in cōparatione ad cor ⁊ hepar ⁊ alia mēbra pricipalia animalis: qꝛ est minus calidū: tamē cerebrū simpliciter loquendo est calidum ⁊ calidius ꝙ sit aer sue ꝓprie nature demissus ⁊ ideo valde bene cerebrum potest esse illius aeris cōseruatiuum. ¶ Ad aliam. de hoc quod aer est male seruabilis dictum est quod natura posuit ⁊ potuit ponere remedium quod non potuisset in visu. ¶ Ad aliā dicitur quādo aer in aliquo corpore perforato vel poroso recipitur: ⁊ nō potest diffundere se per latera: tunc ad longiorem distantiam multiplicat sonū in longum. vnde si haberemus tubam ita longam sicut est ecclesia sancte marie ⁊ valde basse loqueremur in ore tube: alter in alio angulo valde bene audiret: modo ligna specialiter desiccata sunt multum porosa ⁊ sunt pori repleti corporibus aereis ⁊ illi pori protensi sunt secundum longitudinem: sic alimētum mouebatur de radicibus ad ramos ⁊ non ita protensi secundum latitudinē: ideo sonus in aere illorum pororum receptus non potens se lateraliter diffundere multiplicat se secundum longum ad magnam distantiam.

Questio. VII.



Queritur vtruꝫ organum olfactus sit de igne. Arguitur quod nō quia tunc non deberem ita frigescere in naso. ¶ Item. si esset de igne male esset situatū iuxta cerebrum: quia ibi male conseruaretur ignis propter frigiditatem ⁊ humiditatem cerebri. ¶ Item. odor qui est obiectum olfactus est calidus ⁊ siccus: vt vult Aristoteles: obiectum autem sensus debet esse denudatum a natura obiecti: vt possit melius omnes species eius recipere: ergo organum olfactus debet esse denudatum a caliditate ⁊ siccitate: ⁊ per consequens non debet esse de igne. ¶ Item. expresse dicit Aristoteles secundo de anima quod organū olfactus est aeris vel aque: igitur non ignis. ¶ Item. pisces in aqua residētes habent olfactū: ⁊ si ille olfactus esset de igne extingueretur ⁊ corrumperetur per aquā: igitur.

Oppositum videtur dicere Aristoteles in isto libro. ⁊ arguitur: quia organa diuersorum sensuuꝫ debēt esse diuersarū naturarū ⁊ complexionū: ergo cuꝫ visus sit ex aqua a dominio: ⁊ auditus ex aere: ⁊ tactus ⁊ gustus ex terra: sequitur ꝙ de nullo istorum debet esse olfactus: igitur relinquitur ꝙ sit de igne. Etiā si esset de aere tunc p aurē sentiremus odores: ⁊ si de aqua: p oculum. ¶ Ponēde sunt cōclusiones. Prima: organum olfactus non magis est de igne appropriate ꝙ organū tactus vel gustus: qꝛ sicut prius dicebatur ignis nulli sensui appropriatur licet quodāmodo sit omnibꝰ cōmunis. Rationes etiā q̄ in principio adducebantur satis inferunt istā conclusionem: si enim esset de igne ineptū situꝫ haberet iuxta cerebrum. ¶ Scꝺa conclusio: quod organū olfactus nō est ex terra a dominio: qm̄ satis subtilis est multiplicatio specierū odorum. Unde sicut dicit commētator secūdo de anima: species odorū propter earum subtilē ⁊ spiritualem multiplicationē in tantū multiplicant ad valde loca lōginqua qꝺ vultures a quingētis milliaribus p sensum odoris venerunt ad cadauera mortuoruꝫ in quodā bello: modo terra propter suam grossitiē inepta est ad talem subtilē ⁊ spiritualē multiplicationē: ⁊ ideo terra nō est apte disposita ad suscipiēdum species odorū: ergo organuꝫ olfactus nō debet esse de terra. ¶ Ex dictis concluditur ꝙ organū olfactus dꝫ esse de aere vel aqua a dominio: ⁊ expresse vult Aristoteles secūdo de anima. ¶ Sꝫ tunc dubitatur: de vtro istorū sit istud organū: vtrū de aqua an de aere. Et ad hoc respondet cōmētator: quod aliqua sunt animalia ⁊ plurima habitātia in aere: alia in aqua: modo habitantibus in aere organum olfactꝰ magis est de aere ꝙ de aqua: ⁊ habitantibus in aqua econuerso: ⁊ hoc est bene rationabile: qꝛ cum species obiecti multiplicētur p medium vsqꝫ in organum: ⁊ sic tam medium ꝙ organum debēt esse bene receptiua illius speciei: rationabile est quod sint satis similia in complexiōe: modo apud nos est multiplicatio odorum p aerē ⁊ apud pisces p aquam: igitur. Nec valet obiectio qua diceretur quod medium vidēdi apud nos est aer: organum est aqua: ergo non oportet quod organum ⁊ medium sint similis complexionis. ¶ Respōdeo quod licet aqua ⁊ aer non sint similis complexionis ꝙtum ad primas qualitates: tamē similitudinē habent ꝙtū ad illam qualitatē secundum quam recipiunt species colorꝭ: ⁊ vtrunqꝫ est diaphanum. ¶ Notandum est tamē quod orga

num olfactus nec est ita de aere sicut organum auditus:nec est ita de aqua sicut organũ visus:sed magis cõmixtũ est:tamen plus abundat aer in nobis q̃ in piscibus in illo organo ꝛ plus aqua in piscibus q̃ in nobis. ¶ Tunc vltra dicendũ de situ illius organi.ꝛ omnes dicunt ꝙ est situatũ iuxta cerebrum:duo enim sunt meatus protensi per nasum vsq; ad anteriorem partẽ cerebri ꝛ ibi est organum olfactus:ideo est ꝙ habentes nasum superius depressum non bene odorant:quia illi meatus nimis obstruuntur. ¶ Postea sciendum est quod quodammodo de isto organo est simile sicut de organo visus. Natura enim in animalibus perfectioribus ꝛ in aere viuentibus formauit oculos subtilis complexionis : ꝛ sic ad salutem eorũ fecit palpebram coopertẽtem oculum ne ab extra nimis patiatur:in aliis autem animalibus aquosis vel minus perfectis magis duros oculos : ideo non dedit illis palpebrã ad cooperiendum.ita de olfactu:in animalibus enim perfectioribus:scilicet habentibus sanguinem ꝛ respirantibus natura super organum olfactus ad eius salutem fecit clausuram ne nimis pateretur a malis ꝛ fortioribus:ꝛ per attractionem aeris inspirãdo illa clausura aperitur ꝛ tũc possunt species odorum multiplicari vsq; in organũ olfactus:sed postea q̃ spiramus vel spiritum detinemus illa clausura reclauditur:ꝛ ideo odoramus inspirantes:nõ expirantes:vel spiritum detinentes. In animalibus autẽ imperfectis ꝛ non respirantibus natura dimisit organũ olfactus sine tali clausura:ꝛ ideo pisces olfaciunt sine inspiratione vel expiratiõe. ¶ Sed tunc est questio quare illud organum iuxta cerebrum situatur:ꝛ aliqui volunt assignare causam quã Aristoteles videtur innuere:scilicet:quod odor est quodãmodo calidus ꝛ siccus:ꝛ organum debet esse nõ actu sed potentia tale quale est obiectum:ideo organum olfactus non debet esse calidũ nec siccum nisi in potentia:ergo debet esse frigidum ꝛ humidum:ꝛ tale est cerebrum:ideo optime iuxta cerebrum conseruatur:ideo rationabiliter ibi situatur.tamen videtur ꝙ ista non sit bona ꝛ sufficiens causa:quia frigidum inquantum frigidum non est bene receptiuũ odorum.vnde videmus ꝙ frigora hebetant vel extenuant odores:ꝛ quod per tẽpus calidum odores multiplicantur magis ꝛ sentiũtur magis. ¶ Itẽ. videtur quod organum illud non debet esse frigidum : quia propter frigiditatem cerebri peioratur illud organũ:hec enim est causa quare peiorem olfactum habemus q̃ canes ꝛ multa animalia:scilicet:quia habemus magnũ cerebrum ꝛ breuẽ vultum:ꝛ sic organũ olfactus in nobis ꝓpter propinquitatẽ ad cerebrũ ꝛ magnitudinẽ cerebri nimis infrigidat:ꝛ sic peioratur:ꝛ ideo credo q̃d organũ olfactus nec debet esse multum calidum nec multũ frigidum:q̃uis enim organum sensus debeat esse denudatum a natura obiecti : tamẽ nõ debet esse contrarium:quia vnum contrarium non bene recipit alterum contrarium vel speciem eius sine ipsius corruptione. ꝛ ideo alia causa assignatur ab Aristotele:scilicet:quod odores fiunt in sicco ꝛ calido ꝛ sic retinent quãdã vim desiccatiuam ꝛ calefactiuã:ꝛ ideo est quod boni odores ꝛ tẽperati:sicut postea dicetur:ꝓsunt ad sanitatẽ capitis contẽperantes aliqualiter sua siccitate ꝛ caliditate humiditatẽ ꝛ frigiditatem cerebri:ꝛ ob hoc natura maiorẽ adhuc habens solicitudinẽ de cerebro q̃ de bonitate illius organi situauit illud organum iuxta cerebrum.

Istis dictis respondendum est ad ratiões ꝛ ille que fiebant pro prima conclusione ꝯcedende sunt. Tũc ad rationes in oppositum.ad autoritatem Aristotelis:dico quod nunq̃ ipse dixit quod organum olfactus est ignis a dominio:sed conditionaliter dicit quod si quodlibet elemẽtũ debeat adaptari alicui illorum organorum ignis adaptaret organo olfactus:ꝛ statim determinat quod non est actu de igne a dominio:sed est in potentia:ꝛ hoc est actu esse alterũ. ¶ Ad aliam dico quod non est inconueniens quod idem elementum sit bene receptiuum specierum diuersorum sensibilium/secundum tamen diuersas eius dispositiões:vt aer ratione diaphaneitatis recipit bene species colorum ꝛ ratione sue subtilitatis:scilicet:quia est faciliter mobilis ꝛ terminabilis recipit bene species sonorum ita verisimile est quod secundum aliquã aliam eius dispositionem est bene receptiu⁹ specierum odorum. ¶ Sed tunc quero quare tunc per aures ꝛ per oculos non possumus olfacere cum ibi sit organum bene receptiuum specierum odoris scilicet aer vel aqua:ꝛ cum sit ibi anima sensitiua que est eiusdem rationis per totũ corpus. Respondetur quod pupilla est circumuoluta pellicula prohibentibus species odorum multiplicari ad intus ꝛ ita etiam natura illum aerem qui est organum auditus clausit vna tenui pellicula ne diffunderetur ꝛ ne aeri exteriori commisceretur ꝛ illa prohibet multiplicationẽ odorũ ad interiora ꝛ tamen etiam potest dici quod natura non ingeniauit illam dispositionem in oculo vel in aure secundum quam aer vel aqua bene recipiant species odorum:vel non intense posuit illam dispositionem ibi quã tamen intense posuit in organo olfactus:ideo ibi sentitur odor ꝛ nõ alibi:igitur.

Questio.VIII.



Queritur vtrum organum tactus ꝛ organum gustus sint terre a dominio. Et arguitur quod non:quia secundo de anima dicitur quod terra inepta est ad sensationem propter magnã sui grossitiẽ ꝛ propter hoc dicitur quod ossibus ꝛ capillis non sentimus:quia nimis terra sunt ꝛ ob hoc etiam plante nullum sensum habent:quia nimis sũt terre a dominio. ¶ Item sensu tactus determinatum est viuere animalium vt habetur tertio de anima:vita autẽ consistit in calido ꝛ humido sed hoc post determinabitur:ergo cũ terra sit frigida ꝛ sicca nõ est conueniens organum in aliquo viuente. ¶ Item tactus est sicut medietas.i.sicut proportio media qualitatum tangibilium:vt habetur secundo de anima:terra autem non est talis:imo naturaliter excedẽs in frigiditate ꝛ siccitate:igitur non est conueniens organum tactus:ꝛ propter hoc.s.quia tactus consistit in media proportione qualitatum tangibilium concludit Aristoteles tertio de anima quod tactus neq; est terra neq; aliorum elementorum nullius.hec sunt verba eius ꝛ superfluit negatio. ¶ Itẽ tactus fundatur in corde vt dicit hic Aristoteles ꝛ magis dicit post:cor autem est calidissimum quod est contrarium terre:ergo tactus non est terre a dominio. ¶ Item tactus ꝑ totum corpus animalis est expansus:ergo non est terre:consequentia patet:quia vita consistit in calido ꝛ humido vt post dicetur que sunt qualitates opposite qualitatibus naturalibus terre. ¶ Item.organum tactus est neruus per modum retis expansus ad minutos filos per totum corpus : neruus autem naturaliter est humidus ꝛ frigidus. Unde ꝓpter hoc nerui ex senectute desiccati non possunt bene in suam operationem sicut frigiditas ꝛ humiditas nõ sunt naturalis complexio terre:imo aque:igitur organum tactus est aque a dominio ꝛ non terre. ¶ Deinde arguitur de gustu quod nõ debeat esse eiusdem elementi a dominio siue eiusdem complexionis sicut tactus : quia sequeretur quod in quacunq; parte inueniretur tactus in illa inueniretur gustus quod est falsum:igitur si tactus est terre a dominio gustus nõ est terre a dominio.

Oppositum ponit Aristoteles in isto libro et secũdo de anima dicit quod terra nullius est vel in tactu maxime miscetur. ¶ Prima ponitur cõclusio sicut in aliis sensibus:quod organum tactus non est terre simplicis nec alterius elementi simplicis:quia nõ esset anima informabilis:et specialiter hoc apparet de tactu:quia organum tactus debet consistere in media proportione qualitatum tangibilium vt bene possit omnes earũ excellentias percipere ad posse euitare eas:quia excellẽtie tangibiliũ corrũpunt non solum sensum sed animal totum:modo nullũ elementorũ simplicium consistit naturaliter in media proportione qualitatũ tãgibiliũ:imo quodlibet illorũ determinat sibi duas ad aliquã abundantiam:igitur questio non est nisi vtrum in organo tactus magis dominetur terra q̃ aliquod aliud elemẽtum:et hoc est satis difficile propter multiplicitatem in modis dominandi. ¶ Et propter solutionem huius difficultatis notandum est q̃d dominiũ elementi in mixto aliquando dicitur absolute ꝛ aliq̃n dicitur respectiue solum:sicut q̃uis cerebrum simpliciter esset magis calidum q̃ frigidũ tamen propter respectum ad cor et hepar dicitur membrum valde frigidũ:quia multũ a caliditate eorũ distat.postea dominiũ elementi absolute dictum dicit dupliciter:vno modo quãtitatiue:alio modo

modo

modo qualitatiue. Et uerũ quantitatiuum dominiũ imaginatur dupliciter: vno modo si elementa per eorum actiones ꝛ passiones deberent talẽ complexionẽ constituere puta cõplexionẽ/b/illud diceretur dñari ꝑm quãtitatem de quo ad illã complexionẽ constituendã portio maioris quantitatis exigeretur. Alio modo illud elementũ in predicta constitutione complexionis b/diceretur dñari ꝑm quantitatẽ in quo plus esset de materia: ꝛ illo modo multũ differunt: qꝛ in portionibus terre ꝛ aeris equalis quãtitatis est multo plus de materia in terra q̃ȝ in aere in tãtũ ꝙ ex vno pugillo terre manente eadẽ portione materie fierent decẽ vel centum pugilli aeris. ¶ Pono igitur istam conclusionẽ: qꝺ primo istorũ modorũ terra dñatur ꝛ in organo tactus ꝛ cõsimiliter in oĩbus mẽbris consolidatis aĩalium: sed specialiter probo de tactu qꝛ tactus requirit proportionẽ mediã qualitatũ tangibiliũ vt habetur secũdo de aĩa: modo sicut qualitates ignis sunt acutissime: scilicet in agendo: ita qualitates terre sunt hebetissime: ideo ad mediũ temperamentũ qualitatũ oporteret multo plus esse de terra q̃ȝ de igne. ¶ Cõtra: quia oĩa elementa in mixto sunt sub eadẽ quãtitate nisi esset mixtio per iuxta positionem solum: quod Aristoteles improbat primo de gñatiõe. ¶ Itẽ experimentũ est ꝙ si lignuȝ cõburatur illud qꝺ est terreum conuertitur in cineres: modo cineres nõ sũt ad vicesimã partem quãtitatis illius ligni: igitur in ligno terra nõ abundat quãtitatiue. ¶ Ad primã responsum est: quia bene conceditur qꝺ in mixto perfecto elemẽta siue qualitates eorũ sunt sub eadẽ quãtitate sine differẽtia situs: sed elementa ex quibus fiebat mixtum anteq̃ȝ corrũperent̃ erãt extra inuicẽ sub proprijs quantitatibus: et sic de illis dictũ est. illud qꝺ nunc dictũ est quomodo fiat reuersio ad eandeȝ quantitatem in mixto debet videri primo de generatione.

¶ Ad aliud dicendum est ꝙ vnũquodq̃ȝ elementorũ potest conuerti in alterũ: ideo non mirũ si aliquod mixtũ possit secundum se totũ conuerti in vnum elementum: verbi gratia in ignẽ: et ideo si modicum de cineribus remanet: hoc est qꝛ aliud totum conuersum est in ignẽ: q̃ȝuis ante actioneȝ ꝛ cõbustionẽ non dominarent̃ cineres: tamen remanent: qꝛ aliq̃ partes in talibꝰ heterogeneis sunt adeo terrestres ꝙ non faciliter cõuertuntur in ignẽ ideo remanent cineres. ¶ Deinde ex ista conclusione sequitur ꝙ in tactu et in omnibus mẽbris aĩalium consolidatis dominat̃ terra quãtitatiue ꝑm: secũdũ modũ: qꝛ si portio terre erat maioris quãtitatis seq̃tur quod in ea valde plus erat de materia cum dictum sit ꝙ in vna quarta terre esset plus de materia q̃ȝ in centum quartis vel in vno dolio aque aut aeris propter nimiam densitatem. ¶ Nunc est dicendũ de dominio quãtitatiue. Primo de dominio absoluto: secũdo de respectiuo. Dominiũ aũt qualitatiuum potest esse dupliciter. Uno modo q̃ȝtum ad qualitates que sunt principia motuũ localium sicut sunt grauitates et leuitates et illo modo dicendum est ꝙ in organo tactꝰ et cõmuniter quasi in omnibus membris viuentium dominatur terra. qꝺ apparet: qꝛ mixta mouentur secundũ virtutem elementi dominantis vt habetur primo celi: modo viuẽtia si sint sursum mouentur deorsum ad locuȝ: imo adhuc in aqua descendunt in fundũ et sic apparet quod terra in eis dominatur. ¶ Statim obijcit̃: qꝛ pisces non descendunt in fundũ: imo si moriantur ascendunt ad superiorẽ parteȝ aq̃. similiter ligna supernatant in aqua: ꝛ sic de auibꝰ ꝛ de multis bestijs: igitur q̃ȝtum ad grauitatẽ ꝛ leuitatẽ nõ dominatur in talibus terra: sed potiꝰ aqua vel aer. ¶ Respondẽdũ est quod pisces ne per grauitatem eorum descendant: habẽt in ventre organum : scilicet quandam vesicam aere repletã et propter illam ascendunt ad superficiem aque si moriantur vnde si diuidãtur per frusta et auferatur illa vesica vel perforetur vt exeat aer: frusta apparebunt descendere ad fundum. Similiter de arboribus est dicendum quod habẽt multos poros corpore subtili repletos: quod facit illas arbores ascendere in aqua: cuius signuȝ est: quod si valde minute puluerisentur et puluis ponatur in aqua quando ille puluis erit bene imbutus aqua apparebit descendere ad fundum. de auibus non est mirum si supernatant: quia hoc est propter plumas habentes tuellos aere plenos: et vniuersaliter si animalia natãt in aqua hoc est propter multos poros et canales in pectoralibus et in intestinis impletos corporibus subtilibus et spiritibus calidis. Unde etiam appa-ret quod huiusmodi animalia descisa per frusta descẽdũt in aquam. ¶ Aliud est dominium qualitatiuum quãtuȝ ad qualitates que sunt principia alterationuȝ: cuiusmodi sunt frigidum humidum et siccum. Et tunc dicenduȝ est quod in organo tactus et communiter in membris viuentium dominatur calidum super frigidum: et humidum super siccuȝ: qꝛ sicut post dicetur: vita consistit in calido et humido et similiter iuuentus. senectus autem est per desiccationem aut infrigidationem: et tandem mors est ex defectu caloris et humiditatis. ¶ Dico ergo quod q̃ȝtum ad caliditatem dominatur ignis: quia calor in iuuenture debet esse satis acutꝰ vt possit generare spiritus vitales et sensibiles: calor aũt aeriꝰ non est acutus sed valde hebes: ideo ille non sufficit. q̃ȝtum autem ad humiditateȝ verisimile est quod aer magis dominetur quam aqua: quoniam humiditas aquea est nimis extinctiua ignis vel caloris: humiditas autem aerea est magis pinguis et nutritiua ignis et caloris: et sic videtur qꝺ humiditas aerea ibi vigeat: scilicet: nõ pura: sed commixta aquose humiditati. ¶ Postea dicendum est de dominio respectiuo. vocatur autem dominium respectiuum prout comparantur diuersa membra vel diuersa organa viuentiũ ad inuicem sicut nos diceremus frigiditatem dominari in cerebro super caliditatem: dicimus enim cerebum esse frigidũ et humidum: quod nõ est veruȝ simpliciter et absolute: imo ipsum est multo magis calidum q̃ȝ frigidum: sed ita dicimꝰ qꝛ ipsum est minus calidũ q̃ȝ sunt alia membra principalia: puta cor et hepar et sic in respectu illorum vocatur frigidũ: scilicet quia minus calidũ. Et sic breuiter dicendum est qꝺ secundũ cõparationẽ organi tactus ad organa aliorum sensuum organũ tactus est terre a dominio: hoc est quod organum tactus est magis terrestre q̃ȝ sint organa aliorũ sensuũ. Et hoc faciliter declaratur: primo: qꝛ organũ tactus: vt communiter dicitur est neruus qui per modum retis est expansus per totũ corpus. tales auteȝ nerui sunt magis terrestres et cõpacti q̃ȝ sint organa visus auditus vel olfactus q̃ sunt de natura aque aeris et hoc est rationabile qꝛ colores sont et odores multiplicant species magis subtiliter ꝛ magis spiritualiter: et ideo etiã ad longiorem distantiã q̃ȝ sapores vel qualitates tangibiles: et receptiuum illarum specierum debet esse subtilius: receptiua autem specierum saporuȝ ꝛ qualitatum tangibilium cuiusmodi debent esse organa tactus ꝛ gustus debent esse grossiora et sic magis terrestria: et ita obiecta gustus et tactus ponuntur immediate vel quasi super organa tactus et gustus: scilicet tangendo corporaliter: et ideo cito possent ledere vel corrũpere illa organa nisi essent satis compacta et consolidata et grossa ad resistendũ: propter quod oporteret organa tactus et gustus fieri de materia magis grossa et magis terrestri q̃ȝ organa aliorum sensuum. Et iterum: sensus tactus est maxime animali necessarius: ideo natura solicita fuit ad faciendum organũ tactus tale quod bene potuit nociuis resistere: et hoc non potuit facere nisi faceret ipsum de materia satis grossa et satis terrestri. Et propter idem etiam siue propter easdem rationes organũ gustus est terre a dominio in respectu organoꝝ visus auditus et olfactus. ¶ Sed tu queres vtrum eiusdem complexionis sint organum tactus et gustus? Respondetur qꝺ bene idem membrum est organum tactus et organum gustꝰ: imo cum omnibus organis aliorum sensuum est organũ tactus expansum: tamẽ non secundũ easdem qualitates: imo secundum diuersas illud membrum est organum tactus et organum gustus. aliter enim vbicunq̃ȝ esset organum tactꝰ ibi esset organum gustus quod est falsum. Imaginandum est igitur quod in lingua sunt alique qualitates quãuis nõ manifeste nobis neq̃ȝ nominate secundum quas lingua est susceptiua specierum saporum: que quidem qualitates non inueniuntur in alijs membris vt in manibus vel in pedibꝰ. Et Aristoteles inde concludit vnum correlarium: scilicet: quod organum tactus fundatum est a corde idest habet originem a corde: cum igitur organum tactus sit terrestre: et terra sit naturaliter frigida et sicca: et per consequens inepta ad sentiendum nisi ab aliquo acquireret sibi caliditatem: ideo rationabile fuit quod organuȝ tactus haberet originem a corde calidissimo existente: vt inde contraheret caliditatem sufficientem ad sentiendum. De hoc alibi specialius inquiretur post.

Et secundum predicta soluuntur omnes rationes. Ille enim que arguebant quod terra non dominaretur in organo tactus valde bene cōcludebant de dominio qualitatiuo absoluto quātum ad quatuor primas qualitates. Quod autem dicebat Aristoteles terram dominari in tactu et gustu debet intelligi de dominio respectiuo prius declarato.

Questio .IX.



Queritur vtrum nigredo sit pura priuatio albedinis. Arguitur quod sic: per Aristotelem dicentem quemadmodum in corpore terminato hoc quidem lumen hoc vero tenebre ita in corporibus terminatis album et nigrū: modo tenebre sunt pura priuatio luminis: ergo similiter nigrum albi. ¶ Item arguitur etiam ratione quia vbicunq̄ plus est de vmbra ceteris partibus ibi apparet nigrius: et vbi est defectus totalis luminis ibi videtur totaliter nigrū: cum ergo vmbra sit priuatio et similiter tenebre videtur q̄d etiā nigredo sit priuatio. ¶ Item ex priuatione causarum albedinis debet priuatio albedinis resultare: sed nigredo prouenit ex priuatione et carentia causarum albedinis: quia dicit commentator quod albū prouenit ex admixtione ignis clari cum multa diaphaneitate: et nigrum prouenit ex defectu claritatis et diaphaneitatis: ideo videt̄ q̄ nigrum nō sit nisi priuatio albi.

Oppositū arguitur: quia nullus color est priuatio: eo quod non sentiretur per se: et nigrum seu nigredo sentitur: igitur non est priuatio: sed est color. ¶ Item differentia propria nigri est congregatiuum visus vt cōmuniter dicitur: et ista videtur esse differentia positiua igitur nigredo est qualitas positiua. ¶ Itē secūdū Aristo. ex mixtione albi ꝛ nigri causantur diuerse species coloris: ꝛ hoc non esset si nigredo esset pura priuatio: pura enim priuatio nulli miscet̄: et etiam nos videm⁹ q̄ ex tenebris et lumine nō fiūt alique species visibiliū a lumine: igit̄ etiā ita esset de nigro et albo si nigrum esset pura priuatio.

Notandum est breuiter quod priuatio nō est res distincta a subiecto priuato. Unde solet dici q̄ priuatio forme non est nisi ipsa materia priuata: et de hoc reduco vos ad primum physicorum: et ideo nomen priuatiuū non supponit nisi pro subiecto quod natum est suscipere formam appellando siue connotando quod in tali subiecto nō sit talis forma: et sic sensus questionis est vtrum hoc nomē nigredo supponat pro subiecto receptiuo albedinis et nō p̄ qualitate addita illi subiecto: vel vtrum supponat pro qualitate addita ipsi etiam hoc nomen albedo. ¶ Breuiter respondeo quod nigredo est qualitas addita subiecto quod est nigrum sicut albedo est qualitas addita subiecto quod est album: et sic hoc nomen nigredo non est nomen priuatiuū: sed nomen positiuum. hoc probatur: quia priuatio non resistit receptioni habitus: sicut tenebre non resistunt receptioni luminis in subiecto apto nato adueniēte lucido: sed nigredo maxime resistit receptioni albedinis: quod apparet: q̄r pāni nigri non possunt ampli⁹ fieri albi: imo magis albi possunt fieri nigri: etiam aqua pura non est colorata: et sic est priuata albedine: et tamen non est nigra: imo sicut cito fit alba ex permixtione albi vt lactis: ita cito fieret nigra ex permixtione alteri⁹ nigri vt encausti et ideo ita videtur nigredo qualitas positiua sicut albedo. ¶ Et hoc iterum probatur p̄ simile: q̄r secundum Aristotelem nigrum se habet ad album sicut amarum ad dulce: ꝛ sicut frigidum ad calidū: sed amaritudo nō est priuatio dulcedinis: imo est qualitas positiua amarum enim nō ita grauaret gustum. Similiter caliditas non est pura priuatio frigiditatis: imo est vera qualitas positiua: aliter non ita grauaret tactum nec ita intense ageret sicut apparet agere. Sed tamen dicendum est quod ad istū sensum impropriū nigrum dicitur priuatio albi: quia est qualitas minus perfecta: et sic etiam amarum est priuatio dulcis: et frigidum calidi. Uel etiā dicitur quod in comparatione ad lucem nigrum dicitur priuatio albi: quia inter ceteros colores ceteris paribus album maxime participat de luce: nigrum autem minime: et sic etiā in comparatione ad humidum nutrimentale amarum dicitur priuatio dulcis: quia dulce est maxime nutritiuum et amarum minime: et isto modo intendebat Aristoteles.

Per hec respōdetur ad eius autoritates. quādo autē dicit̄ de tenebris q̄ apparent nigre dico q̄d hoc est q̄r lux apparet alba: et tamē secūdū veritatē et proprie loquendo neq̄ lux est albedo neq̄ tenebre sunt nigredo. Et sic solute sunt rationes nisi autoritas commētatoris que in vltima ratione allegabatur: et credo quod illa autoritas non sit concedenda: quia non solū ex igne prouenit albedo: imo aliquando ex intensa frigiditate vt apparet de niue: nec requiritur diaphaneitas ad albedinē: quia multa corpora minime diaphaneitatis vt lapides apparent valde alba.

Questio .X.



Queritur vtrum subiectū colorum est perspicuum an opacum. Arguitur quod perspicuum sit subiectum colorum: per Aristotelem qui diffiniendo colorē dicit quod color est extremitas perspicui: et per hoc videtur innuere q̄d perspicuum sit eius subiectum. ¶ Itē dicit Aristoteles quod eadē est natura que ab exterius colorat̄ ꝛ que a coloribus extrinsecis recipit species eorum: ideo etiā concludit Aristoteles q̄d perspicuū est receptiuū coloris: ꝛ sic est eius subiectū. ¶ Item dicit cōmentator q̄ color est cōstitutus ex natura diaphani et natura lucidi: sed non apparet quod cōstituatur ex natura diaphani nisi subiectiue igitur: et ideo dicit Albertus quod materiale in colore est perspicuum: formale autē in colore est lux vel lumen.

Oppositum tamen arguitur: quia nullum pure diaphanū est coloratū: imo corpora bñ opaca et pfecte terminata sunt illa q̄ optime ꝛ intēse sunt colorata: ergo diaphanū non est subiectū colorū: imo poti⁹ opacū. Et ita receptiuū speciei coloris d̄z esse denudatum a natura coloris vt apparet scd̄o de aīa: modo diaphanū secūdū q̄ diaphanum est receptiuū specierū coloris ꝛ luminis q̄d est species visus: igit̄ diaphanū debet esse denudatū et a luce et a colore propter q̄d ipm̄ nō est subiectū coloris. ¶ Ista q̄stio ꝛ alie de coloribus sunt nimis difficiles: q̄r valde difficile est scire q̄ res est diaphaneitas ꝛ q̄ res est opacitas ꝛ adhuc est difficilius scire modos ꝛ cās p̄prias quantitatis coloris. videam⁹ p̄mo de diaphaneitate. Et est sciendū q̄ ista noīa diaphanū ꝛ pspicuū reputantur synonyma ꝛ o͠es pspectiui cōiter corp⁹ trāsparēs vocāt perspicuū seu diaphanū: ꝛ vocat̄ corpus transparens per q̄d possim⁹ videre corpora remota: ita q̄ a corporibus remotis possunt multiplicari lumen ꝛ species coloris per ipsa ad visum: sicut esset aer: aqua: vitrum: sphere celestes: ꝛc. et talia corpora solent in isto loco vocari interminata: non quia sint infinita: sed quia non terminant visū: imo per ipsa videmus vltra. corpora autem non trāsparentia vocantur in isto loco corpora terminata: non propter eorū simplicitatem: sed quia sic terminant visum: quia per illa nō videmus vltra. Sed opacum vocatur corpus terminatum circūscripta luce et ita q̄ ipsum non est transparēs sicut lignū: ferrum: lapis: et sic de multis aliis. Uerum est etiam q̄d per lucem ipsum corpus redditur terminatum. si enim corp⁹ sit perfecte lucidum non videmus vltra ipsum: imo corp⁹ perfecte lucidum terminat visum: et hoc possumus videre per exhalationes existentes in regione aeris: que anteq̄ inflammentur non terminant visum: imo per ipsas videmus astra quando vero inflammantur: sicut de stellis cadentibus: de stellis comatis: et coruscationibus apparet q̄ per lucem terminant visum et ita fumus eleuatus a lignis non terminat perfecte visum anteq̄ inflāmetur: imo per ipsum videmus caminū nisi sit nimis spissus: sed statim q̄n inflammatur terminat visum propter lucē. ¶ Dicit̄ ergo que res sit diaphaneitas: et sunt de hoc diuerse opiniōes. Una est q̄ diaphaneitas nihil aliud est q̄ substantia corporea siue ipm̄ corporeū: ita q̄ oē corp⁹ esset transparens si careret luce et si careret illa qualitate que vocatur opacitas per quā corpus efficitur terminatum: tamen hoc nomen diaphaneitas supponens pro substantia corporea siue pro ipsa corporeitate connotat

notat carentiam terminationis: scilicet carentiam lucis et opacitatis per quas corpus redditur terminatum. Secundum istam opinionem diaphaneitas siue diaphanum esset nomen priuatiuum et ob hoc etiā diaphanum dicitur interminatum nomine priuatiuo. Et secundum istam opinionem clare esset respondendū ad questionem. sicut enim priuatio siue materia priuata aliqua forma non est subiectum illius forme: qꝛ repugnat quod simul sit priuata illa forma et subiectata ita dic͛retur quod diaphanum non est subiectum colorum neqꝫ lucis: quia inquātum aliquid habet de luce siue de colore intantū est terminatū: ꝛ inquātum habet de transparentia intātum non est perfecte lucidum vel perfecte coloratū. cum igitur diaphanum sit priuatū terminatione lux autem et color sunt terminationes corporum vel requirunt terminationem: ideo non est simul diaphanum cum luce vel colore: saltem cum luce perfecta vel colore perfecto: tamē sicut nos diceremus quod illud quod ante erat priuatio alicuius forme: scilicet materia: postea fit subiectum illius forme: ita posset dici ꝙ illud quod causat diaphanum ante receptionem lucis vel colorum potest fieri subiectuꝫ lucis aut coloris: vel illud etiam quod est subiectum lucis vel colorꝫ esset diaphanum remotis luce ꝛ colore siue terminatione remota quas requirunt lux et color. Iste est primus mod⁹ dicendi. ¶ Alij ponunt ꝙ diaphaneitas est quedam qualitas positiua addita subiecto corporeo et ipsi corporeitati secundum quam corpus redditur transparens: lux autem et opacitas sunt qualitates contrarie secundum quas corpora redduntur terminata et non amplius transparentia: et sic posset dici quod diaphanum non est subiectum colorum: cum diaphaneitas opponitur colori vel terminationi quaꝫ color requirit: cum posset concedi quod diaphanum est receptiuum lucis et colorum sicut nigrum est receptiuum albedinis et album nigredinis: nomina enim concreta supponunt pro subiectis que sunt receptiua qualitatum contrariarum successiue. ¶ Et si tu queras vtra istarum opinionum sit vera. dico quod ego nescio: sed persuasio posset esse pro prima opinione: quia frustra ponimus plura si omnia possimus saluare per pauciora: et quia satis esset difficile cognoscere: vnde prouenirent talis qualitas et quomodo communiter in celo in elementis et in multis alijs. ¶ Tunc venio ad opacitatem: et est sciendum quod aliquando locum tenebrosum vocamus opacū: et sic opacitas non esset aliud ꝗ̄ tenebre: ita ꝙ ista nomina opacum et opacitas essent nomina priuatiua sicut tenebrosum et tenebre: et quia etiam tenebrosuꝫ apparet nigrum: ideo aliquando colorem nigrū vocamus colorem opacum: sed ista non esset propria acceptio: nec de ista curamus in proposito. ¶ Alio modo vocatur opacum corpus terminatum absqꝫ luce vel etiam quod esset terminatum circunscripta luce secundum quam corp⁹ redditur terminatum et non transparens. ¶ Tunc de illa opacitate est iterum duplex opinio. Una ponit quod opacitas est subiectum proprium colorum: hoc est dictu: ꝙ opacitas est qualitas disponens subiectum ad receptionem colorum: quoniam color nunqꝫ est perfectus et intensus in corpore transparente. Unde non esset intensus in vitro vel in vino ꝛ hoc non esset nisi ratione qua vitrum vel vinum participat aliquid de terminatione: scilicet de illa qualitate terminante. vnde nunqꝫ vinum vel vitrum coloratum esset ita transparens sicut esset vinum vel vitruꝫ incoloratū. ¶ Alij ponunt quod opacitas non est alia qualitas ꝗ̄ color. Unde sicut corpus quod ante erat diaphanum terminatur luce sibi adueniente ita terminaretur colore. Et ponitur exemplum de quodam experimento: quia sunt duo modi puluerum quorum neuter per se coloraret aquam: imo si proijceretur vnus in vnā aquam et alius in aliam: iste aque remanerent clare et diaphane: quia non colorabuntur: sed si iste aque ponerentur simul statim colorabuntur et fient valde nigre: et propter hoc non essent transparentes: et sic videtur quod illa opacitas non sit nisi color. Que autem istarum opinionum sit vera dico sicut prius: persuasio eniꝫ est pro secunda. quia frustra ponerentur tot si omnia possunt saluari per pauciora.

Ad rationes potest dici quod ille erāt autoritates et autoritates non demonstrant et sine dubio maximi autores locuti sunt de ista materia obscure: scilꝫ Aristoteles: auerrois: albertus: thomas ꝛc. et non possum corripere eos: postea tamen aliqua dicentur de autoritatibus eorum.

Questio. XI.


Queritur vtruꝫ lux vel lumen sit de essentia coloris. Arguitur qꝺ sic: quia dicit Aristoteles quod omnia corpora colore participant: et hoc non esset verum nisi lux vel lumen esset color: quia aer et corpora celestia non habent aliuꝫ colorem ꝗ̄ lucem vel lumen. ¶ Itē. etiā dicit Aristoteles quod lumen est color perspicui secundum actum et ita lumen est idem quod color: modo quod est idē alteri est essentia vel de essentia eius. ¶ Item quasi omnes ponunt lumen aliquo modo esse principium coloris: et non apparet quod sit principium sicut efficiens vel sicut finis ergo illud principium est materia vel forma et sic est de eius essentia.

Oppositum arguitur: quia diaphanuꝫ inquātum illuminatū recipit species coloris: igitur lumen nō est de essentia coloris: antecedens apparet per Aristotelem secundo de anima qui dicit quod color est motus diaphani secundum actum: et quod hec est natura coloris: modo diaphanum non dicitur secundum actum nisi vt est illuminatum vt apparet ibidem: et ita sequitur illud antecedens ꝙ diaphanum vt illuminatū recipit species coloris. Sed principalis consequentia ex eo patet: quia recipiens ea ratione qua receptiuum debet esse denudatum a natura cuius speciem recipit: et ideo receptiuum speciei coloris deberet esse denudatum a lumine si lumen esset de essentia coloris: ideo non deberet recipere speciem coloris secundum quod illuminatum: imo magis secundum quod carens lumine. Et antecedens huius argumenti confirmatur per commentatorem in secundum de anima et per Aristotelem sicut prima facie videtur: qui videntur determinare quod lumen non requiritur ad visionē coloris propter colores esse visibiles: cū sint per se visibiles: sed ꝓpter medium diaphanū vt possit moueri a colorib⁹ in recipiēdo species eoꝝ. ¶ Itē si lumē esset de essentia coloris sequitur quod posset videri in obscuro: scilicet sine lumine extrinseco: ꝛ hoc apparet falsum: consequentia probatur: quia per lumen sibi intrinsecum posset mouere diaphanum medium vsqꝫ ad visuꝫ. ¶ Ista q̄stio est difficilis: qꝛ non determinata ab antiquis doctoribus nisi sub verbis obscuris et valde confuse. Sunt igit͛ de ista questione opiniones plures que habent ortū a dictis antiquoꝝ authorū. ¶ Quidā dicunt ꝙ color cōposit⁹ est ex opacitate et luce ꝛ ꝙ vbi pl⁹ est de opacitate ꝗ̄ de luce illud est nigri⁹ sed vbi est plus de luce ꝛ min⁹ de opacitate illud est albius vnde etiam lux pura apparet alba: et dicunt ipsi quod illa lux intrās cōpositionē coloris extinguitur ꝑ opacitateꝫ sibi cōmixtam: ita ꝙ non possit ꝑ se lucere nec radium vel speciē multiplicare ꝑ mediū diaphanū nisi cum adiutorio lucis extrinsece. ¶ Sed ista opinio non videt͛ vera: qꝛ argentum est multo magis opacū et terminatū ꝗ̄ cornu nigrū bouis. Unū si cornu attenuet͛ apparebit diaphanum et transparens vt inde fiant lucerne: et tamen argentū valde est albi⁹ ꝗ̄ cornu et cornu est nigri⁹: ꝛ similiter isti lapides parietis sunt valde opaci et terminati: et tamē sunt albi et non nigri. ¶ Itē. rubedo carbonis vel ferri igniti multuꝫ habet de luce ꝛ iste paries nihil quasi habet de luce ꝛ tn̄ iste paries est albior ꝗ̄ sit ferrū ignitū vel carbo ignitus ergo non oportet ꝙ ꝓpter plus de luce sit albi⁹ ꝛ ꝓpter plus de opacitate sit nigrius. ¶ Item. non videntur bene dicere ꝙ ꝓpter opacitatem lux cōmixta debeat extingui: qꝛ in carbone ignito vel ferro ignito stat magna lux cū multa opacitate nec extinguit͛ illa lux per opacitatē: sed per infrigidationem vel humectationē q̄ corrumpit ignem. ¶ Alio modo dicit commētator: et Albertus in hoc videtur insequi euꝫ quod color constitutus est ex diaphaneitate et luce vel lumine ꝛ vbi pl⁹ est de diaphaneitate et luce clara illud est albius: sed vbi est minus de diaphaneitate et minus de luce: et quod etiam illa lux est obscura illud est nigrius: ideo dicit commentator bene dixit Aristoteles quod nigrum est sicut priuatio albi. Sed sine dubio ista verba debent mitti ad ephesios quia valde

opacum et non transparens: vel saltē non sensibiliter trāsparens: et per consequens non multū diaphanū inuenitur valde album: vt argentū ⁊ iste paries. et etiā sicut prius dicebat: aliqua bene sunt alba q̄ carēt et luce et diaphaneitate vnde sine lumine exteriori non videntur et aliqua habētia magnā lucem ⁊ multam diaphaneitatem non apparent ita alba sed forte rubra sicut ille lapis qui vocatur carbūculꝰ: et forte nō apparet ꝙ iste lapis dictus habeat plus multum de transparentia et diaphaneitate q̄ȝ lapis marmoreus qui est valde niger. et ideo ista dicta non videntur mihi multū concordare sensatis. ¶ Adhuc propter quādam opinionē remouendā pono conclusionē: ꝙ diaphanetas non est idē quod raritas nec opacitas est idem qꝺ densitas: q2 statim patet quod aliqua corpora satis densa sunt bene diaphana vt vitrum et cristallum. alia autem satis rara sunt opaca et terminata: sicut lac et encaustum propter eorū coloratiōes. ¶ Postea etiam dicendum est qꝺ lumen multū differt a colore ⁊ a luce: lux enim et color terminant corpora in quibus inueniuntur: et reddūt ea non transparentia et si aliqꝺ trāsparens inuenit coloratū vel lucidū sicut vinū rubium hoc est quia non est intense bene coloratū vel bene intense lucidum: imo q̄tum habet de colore vel de luciditate tantum habet de terminatione: ⁊ ideo nō ita bene videmus ꝑ vinū rubium sicut per vinū quod vocamus albū: quod tamen secundū rei veritatē non est albū: imo incoloratū vel valde remisse coloratū: q̄tūis forte vinū rubium sit ita rarū ⁊ subtile et clarū sicut illud vinum album: lumē autem non terminat corpus in quo est: sed relinquit ipsum transparens. ¶ Itē. color ⁊ lux sic habent fixionē in suis subiectis ꝙ ad motum eorū mouentur. Lumen autem sic est naturaliter in subiecto suo qꝺ non mouetur ad motū eius et cōtinue depēdet a corpore lucido a quo fit et omnino lumen non est nisi species lucis representatiua ipsius lucis: ⁊ se habet ad lucem sicut species coloris ad colorem. Unde non est imaginandum ꝙ lumē videatur sicut nec species coloris videtur: q2m sensibile positum supra sensum non facit sensationem: secundo de anima: et tamē lumē et species coloris multiplicant se vsq; intus in organū visus: ideo non videntur: sed per eas vidētur lux et color. Unde credendū est ꝙ modo ante ortū solis lucem subiectiue existentē in sole videmus: licet per speciē eius multipliciter refractā et diuisam anteq̄ȝ veniat ad organum visus: ⁊ propter hoc non percipimus figuram solis nec figurā lucis in sole: vt aliquādo per vitrum difforme videmus enim vltra colorē non in ꝓpria figura sed expansa et diuisa per diuersas fractiones speciei coloris per vitrum. ¶ Et tunc videtur mihi dicendū qꝺ lumen non est de essentia coloris: q2 color est visibilis non autē lumē. et color affixꝰ est subiecto suo et non dependens in esse ab aliquo lucido: lumen autē non sic est affixum sed esse suum est in continua dependentia ab extrinseco lucido. ⁊ breuiter lumen non est nisi species representatiua qualitatis visibilis cuiusmodi non est color. ¶ Et si aliqs dicat nonne video lumen cadēs super istū parietē ⁊ reflexū a pariete ad me. dico ꝙ non: imo simile est sicut si videas colorē tuum vel faciē tuā per reflexionem a speculo: apparet tibi ꝙ ille color et illa figura quā tu vides sit in speculo: q2 species venit ad oculū tuum a speculo per lineā rectā: et tamē secundū rei veritatē color et figura quos tu vides nō sunt in speculo: sed sunt in facie tua: ita similiter est ꝙ radiꝰ qui est species lucis refrangitur ab illo pariete ad oculum meū per lineā rectam: ideo apparet mihi ꝙ claritas quam video sit in illo pariete et non est ita: imo est lux solis cuiꝰ species est refracta a pariete ad oculum meum sicut color faciei tue refrangitur a speculo iterum ad oculū. Forte etiam videret mihi dicendum quod lux multū differt a colore. Lux enī est qualitas visibilis que per se nata est mouere diaphanū et per ipsum multiplicare speciem suam scilicet lumen. Color autem est qualitas visibilis sed non per se solū est quia sine luce vel lumine non potest mouere diaphanū nec per ipsum multiplicare speciē suam: potest tamen cum lumine vel luce. Et ideo credo quod lux nō est de essentia coloris nec econuerso: imo sunt qualitates visibiles formaliter distincte. ¶ Sciendum est tamen quod in pluribus corporibus naturalibus sunt simul cōgregati lux et color sicut in carbone ignito: et ob hoc etiam aliqua sunt visibilia que de die videntur sub colore suo: ⁊ non sub luce sua propter hoc quod maius lumen obfuscat minus lumē: propter quod etiam non videmus astra de die: et tamen huiusmodi visibilia videntur de nocte non sub colore sed sub ipsa luce: nec credo quod sint eedem qualitates que in talibꝰ visibilibus videntur de die et de nocte: licet sint simul in eodē subiecto. Unde etiam credo quod in carbone ignito non est alius color q̄ȝ nigredo: sed lux coniuncta nigredini simul cōfuse videtur cum illa nigredine et sic apparet color rubeus: et tamen nulla est ibi rubedo: sicut est etiam de sole viso per fumos eleuatos a terra qui apparet rubeus: ⁊ tamen nō est ibi rubedo: imo fumi secundum se sunt nigri. ¶ Unde etiā nota ꝙ lux pura si pure videatur apparet alba: licet secundum rei veritatem non sit ibi color: ⁊ ideo quando radij lucis veniunt ad oculū confuse cū radijs coloris nigri vel rubei vel viridis apparet quod videtur medius inter album ⁊ colorem qui videtur: ideo enim sol et carbo apparent rubei. ¶ Item propter autoritates nota quod hoc nomē color capitur multipliciter: primo valde communiter pro qualitate proprie visibili vel etiam eius specie: et sic lumen et species coloris videntur esse colores: ⁊ ita dicit Aristoteles ꝙ lumē est color diaphani secundum actum: et quod etiam omnia corpora colore participant. ¶ Secundo modo color accipitur proprie et sic est qualitas visibilis distincta ⁊ a luce et a lumine: qui tamen sine lumine non potest mouere visū: nec credo quod isto modo lux vel lumen sint de essentia coloris licet vt dixi sit sepe lux coniuncta cum colore in eodem subiecto: et credo quod talis color nō est aliud q̄ȝ opacitas siue sit albedo siue nigredo vel rubedo. ¶ Tertio modo color dicitur congregatio ex eis que improprie vidētur simul apud visionem coloris proprie dicti: et sic color nec est lux neq; color proprie dictus: sed est ambo illa: vel simul existētia in eodem subiecto: vt in carbone ignito: vel separata abinuicem loco et subiecto: vt quando sol ⁊ fumi simul videntur ꝓpter radios lucis transeuntis per fumos: tunc enim que simul videntur sunt lux et nigredo: et propter confusionem apparet rubedo: et ita etiam si video parietem ego simul video confuse colorem parietis et lucem ⁊ ideo apparet mihi quod sit albior quam est: imo quanto plus de radio solis venit ad me cum specie coloris tanto apparet color albior: et isto modo capiendo colorem potest concedi quod lux est de essentia coloris: sicut diceremus quod tu es de essentia populi id est lux est aliquid eorum que vocantur color. Et sic videtur quod autoritates debeant intelligi dicentes quod lux est de essentia coloris.

Questio. XII.



Queritur vtrum ista sit bona diffinitio coloris: scilicet: color est extremitas perspicui in corpore terminato. Arguitur quod nō: quia perspicuum est corpus scilicet transparens: et extremitas corporis est superficies: sed color non est superficies licet sit subiectiue in superficie: igitur color non est extremitas perspicui. ¶ Item cū extremitas corporis sit corpus et non res distincta a corpore sequitur pari ratione quod extremitas perspicui sit perspicuum et nō res distincta a perspicuo: sed color est res distincta a perspicuo: cum perspicuum est receptiuum coloris vel speciei: igitur color non est extremitas perspicui. ¶ Item illud quod est expansum per totum profundū ipsius corporis non debet vocari extremitas corporis: sed color est expansus per totum profundum corporis: carbo enim non solum extra est niger: imo etiam interius in fundo: quod apparet si frangatur: ergo color non debet diffinitiue vocari extremitas perspicui vel corporis. ¶ Item diffinitio ista videtur implicare contradictionem: quia extremitas perspicui est in ipso perspicuo: sed extremitas corporis est in corpore cuius est extremitas: et ideo si color sit extremitas perspicui esset in perspicuo et non in terminato: et sic repugnat dicere quod sit extremitas perspicui ⁊ in corpore terminato. ¶ Item. diffinitio conueniret aliquibus alijs sicut odori vel sapori qui inueniuntur coniuncti in eodē subiecto cū colore et est fcis dare extremitates sicut et in colore et sicut illa extremitas saporis vel odoris ita bene esset ex

tr[illegible]

tremitas perspicui in corpore terminato sicut esset color et sic diffinitio conueniret alijs a diffinito.

Oppositum videtur velle Aristoteles. Videtur mihi q̄ oēs expositores Aristotelis intenderunt q̄ Aristoteles posuisset istam orationē de qua querimus tanq̄ diffinitionē coloris:et tamē non apparet mihi q̄ ista sit bona diffinitio vel bona descriptio coloris. Unde credentes ꝙ ista sit diffinitio coloris inciderunt vt mihi videtur in multos errores:primo quidem ad saluandum istam diffinitionem ipsi posuerunt quod corpus terminatum ⁊ opacum nō sit actu coloratum nisi in exteriore superficie et non in ꝓfundo ipsius corporis:licet in profundo ipsius corporis sit bene coloratum in potentia:⁊ ibi efficitur actu coloratum quādo corpus diuiditur. propter hoc enim dicit Aristoteles quod color est extremitas perspicui:⁊ hoc videtur Aristoteles intendere in multis locis:et ipse videre velle quod color non insit corpori secundum se primo:sed inest primo supficiei et inest corpori secūdū supficiem:et omnia ista apparent mihi falsa:si lapis albus diuideretur statiꝫ apparebit albedo in suis partibus diuisis:⁊ si lapis niger puta marmor diuideretur apparebit nigredo in suis partibus:et hoc non potest esse ꝓpter solā potētialitatē:q: corpus viride est in potētia albū ⁊ in potentia nigrū:et tamen si diuidat̄ non apparebit in partib⁹ albedo vel nigredo:sed media qualitas sicut ante apparebat:imo oportet dicere quod isti lapides interius habeāt diuersas qualitates propter quas vnus diuisus apparet albus et alter diuisus apparet niger:⁊ non potest dici ꝙ ille qualitates diuerse sint nisi albedo ⁊ nigredo:⁊ sic opꝫ ꝯcedere ꝙ corpa colorata sint nō solū exteri⁹ imo etiā interi⁹ actu colorata. ¶ Item. per experientiā si vinum rubrū ponitur in cipho apparebit magis rubrū si ponat̄ multū de vino quā si ponatur parum:⁊ hoc nō est nisi q: plus videt̄ de rubedine:⁊ cū nō plus videret̄ si solū videret̄ rubedo in supficie exteriore:ergo plus videt̄ q: videtur in superficie exteriorer interius:⁊ sic corpora sunt actu interius colorata. ¶ Et ideo cōcludo istam primā conclusionē:ꝙ corpus coloratum habet actu colorē non solū exterius in superficie:imo etiā in profundo. ¶ Et ex hoc cōcluditur secūdo ꝙ non bene diffinit̄ color dicēdo ꝙ color est extremitas ꝑspicui siue alteri⁹.

¶ Sed iterū credo ꝙ sic opinantes:scilicet ꝙ ista sit diffinitio coloris ceciderunt in alterū errorē:videlicet: q̄ ꝑspicuū secūdum eius extremitatē sit subiectū coloris:hoc eīm videt̄ falsum:q: color est subiectiue in corpore terminato et nō trāsparente:ergo nō est subiectiue in perspicuo:cū perspicuum sit idē q̄ trāsparens. etiā illi videntur decipi ꝓpter vnam rationē Aristotelis q̄ erat talis:eadē est natura que ab exterius colorat̄ ⁊ que ab interius:sed natura q̄ ab exteri⁹ colorat̄ est natura ꝑspicui:vt aer vel aqua q̄ sic dicunt̄ ab exteri⁹ colorari:q: a corporibus extrinsecis coloratis recipiūt species coloris. Et tūc cōcludit̄ ergo natura ꝑspicui est que ab interius colorat̄:ideo cōcludūt illi ꝙ perspicuū est subiectū coloris. et sine dubio maior istius rationis non apparet necessaria:q: in alijs manifeste apparet ꝙ non est necessariū ꝙ sit eadē natura receptiua rei et sue speciei. receptiuū eīm saporis est mixtū vt vult Aristoteles et similiter receptiuum odoris:⁊ tamen simplex elementum vt aer vel aqua recipit bene speciem odoris:et certum est ꝙ intellectus human⁹ recipit bene speciē lapidis ⁊ nō lapidē:⁊ ideo etiam videt̄ mihi ꝙ nullo modo sit idem vel similis natura que recipit colorē et que recipit speciem coloris. ¶ Ideo posset vltimate dici q̄ Aristoteles non posuit istam orationē tanq̄ diffinitionem vel descriptionem coloris:sicut bene probant rationes ante oppositū. Sed istam orationē posuit ad innuēduꝫ quomodo color in corpore bene terminato videtur et q̄d ad eius visionē exigit̄:certū eīm est ꝙ non videtur color qui est in ꝓfundo talis corporis bene terminati:sed solū ille qui est in supficie exteriori:et oportet ꝙ ille color sit coniunctus extremitati perspicui per quod perspicuuꝫ multiplicat speciē suam vsq̄ ad visum:et hoc voluit dicere cū dixit color est extremitas perspicui in corpore terminato. i. color ī corpore terminato videtur qui est coniunct⁹ extremitati ꝑspicui:⁊ non apparet mihi quod propositio habeat plus de veritate.

¶ Sed tu queres que est ergo vera diffinitio coloris. Dico quod eius diffinitio dabitur proportionabiliter sicut diffinitio saporis:et de hoc videbitur quando queretur de diffinitione saporis. Rationes autem concludunt.

Questio.XIII.



Queritur vtruꝫ colores medij generantur ex mixtione extremorum. Et arguitur primo quod non:q: mixtio proprie nō est nisi corporuꝫ vt accipitur ex libro de generatione:et colores non sunt corpora:quia esset penetratio corporum:cum recipiantur in corporibus:ergo nō est mixtio ipsorum. ¶ Item mixtio non est nisi actiuorum ⁊ passiuorū adinuicem primo de generatione:colores autē nō sunt actiui et passiui adinuicem:q: q̄ plurimo tempore albedo est prima nigredini in pariete:et tamē albedo non diminueret nigredinē nec econuerso:nisi forte hoc sit per actiones primarum qualitatum eis cōiunctarū:ergo qualitates tales non sunt adinuicē miscibiles:⁊ per consequens nō generat̄ medium per mixtionem extremorum. ¶ Itē. vel esset mixtio per iuxta positionem extremorū:⁊ tunc non esset simpliciter medius color:vel esset per actionē ⁊ passionē extremorum adinuicē:quod non est possibile:q: colores sunt qualitates secūde que nō sunt adinuicē actiue ⁊ passiue:sed solum alterabiles ꝑ actiones ⁊ passiones primarū quas ille secunde cōsequunt̄. ¶ Itē. misce album cum nigro vt lac cum encausto et sic de alijs albis et nigris:si non ꝯcurrerit aliud nunq̄ ꝓpter quācūq̄ ꝓportionem albi ad nigrū in mixtura fiet rubrū aut viride:sed solū pallidū aut fuscū vel huiusmodi:et sic non apparet quomō rubrū viride vel croceū possit fieri ex mixtione albi et nigri. ¶ Item. in plantis et floribus fiunt croceum. viride et rubium absq̄ hoc quod vnq̄ appareat in eis nigredo:igitur illi colores non fiunt ex mixtione albi et nigri.

Oppositum tamen dicunt Aristo. et commentator et alij expositores. et etiam in quarto physicorum dicitur quod hoc est de ratione medij scilicet q̄ resultet ex mixtione vel aliqua participatione extremorum:et etiam pictores multos colores miscent adinuicē ad habēdū mediū istorum. et item misce bene album et nigrum resultabit fuscum vel pallidū vel alt⁹ medius color. ¶ Et item nō posset dari ratio quare rubium esset magis medium inter album et nigrum q̄ nigruꝫ inter albū et rubrū:probatur:q: mediū nō est nisi per negationē extremoꝝ vel participationē extremorū:si concedas ꝙ ꝑ participationē:esset tūc rubium ex nigro et albo cōmixtis et habet̄ ꝓpositum. Si cōcedis q̄ per negationem extremorū tūc haberetur nostra cōsequētia:q: sicut rubrū nec est album nec nigrū ita nigrū neq̄ est album neq̄ rubrū ⁊ sic nigrū esset mediū per negationem albi ⁊ rubri. Sicut tu diceres rubrū esse medium albi et nigri:q: nec album nec nigrum. ¶ Ista questio et alie oēs de colore sunt mihi difficiles et ignote:tamen aliquo modo intrando istaꝫ materiā oportet dicere ꝙ vno modo dicit̄ medius color simpliciter. Alio modo dicitur medius color nō simpliciter sed solū secundū apparentiā:primo dicendū est de medijs coloribus secūdū apparētiā:⁊ postea de coloribus simpliciter medijs. ¶ Quantum ad primū dicendū est quod dupliciter apparent colores medij cū tamē secundū rei veritateꝫ nō sint medij. Uno modo per concursum lucis cū colore vel ꝑ defectum lucis aut luminis a colore. dico per cōcursum lucis:q: lux ꝑmixta nigro fecit apparere q̄ totum sit rubrū:sicut in carbone ignito:nō eīm ibi color est nisi niger:ideo luce extincta statim carbo apparebit totus niger. Similiter de sole viso ꝑ fumos nigros in mane:totū apparet rubrū:⁊ tamē non est rubrū:imo in sole non est nisi lux ⁊ in fumis intermedijs nō est nisi nigredo per quam tamen pertrāsit species lucis. ¶ Alio modo etiā apparet medi⁹ color vbi nō sit per iuxta positionē colorū extremorum adinuicem ad valde minutas partes ita vt nulla illarū possit sentiri distincte ab alia:⁊ sic q: nō apparet album distincte a nigro nec nigrum distincte ab albo ꝓpter nimiā paruitatem totale congregatum apparet mediū coloris. ¶ Et iterum etiā per suppositionē colorū extremorū ad inuicem totale cōgregatū apparet medium:⁊ ista arte vtuntur pictores:⁊ nos possum⁹ manifeste experiri:quia viride est mediū inter blauū ⁊ croceū siue lasurium intantum ꝙ si habeatis vnū vitrū blauū ⁊ alterū croceū:⁊

ipsis inuicem superponatis ita quod per ambo simul aspi-
ciatis corpora vltra existentia: illa apparebunt vobis viri-
dia: licet sint alba: et ita etiam pictores ex croceo et lasurio
simul cōmixtis ꝛ tritis faciunt colorem viridē: ꝛ sicut tincto-
res pannoꝝ de pāno blauio faciunt viridē tingendo in co-
lorē croceū: ꝛ tamē in omnib⁹ istis suppositionib⁹ vel iuxta
positionibus nō est color medius: sed solū sunt colores extre-
mi positi vnus sup alterū vel iuxta posita adinuicem scḋm
minutas partes. ¶ Nunc ergo dicendū est de colore simpli-
citer medio et pono primo istā cōclusionē: ꝙ nunꝗ fiet ex al-
bo et nigro color medius sine actione qualitatū primarum:
q̄r albedo ꝛ nigredo nō sunt qualitates actiue et passiue ad
inuicē sicut nec grauitas ꝛ leuitas ꝛ alie qualitates secūde.
si eñ nigredo esset corruptiua albedinis simul approxima-
te sicut caliditas et frigiditas sine dubio litere tue intra bre-
ue corrūperent quaternionē tuā vel ecōuerso: ꝛ apparet qḋ
aurū vel ferrū vel plūbū erit longissimo tpe in aere qui est
multum leuis: et tamē non corrūperetur grauitas auri plū-
bi vel ferri: neqꝫ etiā corrūperetur leuitas aliorū. Et sic bre-
uiter de omnibus qualitatibus secundarijs: ille enī q̄uis
sint cōtrarie nec corrūpunt se inuicē nec agunt nec patiūtur
ad inuicē sed generant vel corrūpūtur cōsequēter ad actio-
nes qualitatū primarū. hoc ergo supposito quod albedo nō
agit in nigredinē nec econuerso impossibile est cum sint in
corporibus diuersis qḋ misceant proprie ita ꝙ fiat color me-
dius nisi q̄r corpora in quib⁹ sunt penetrarēt se: sed possunt
iuxta poni ad inuicē per partes minutas sicut faciunt pul-
uerisantes valde: sed possibile est quod qualitates prime
corporū iuxta positorū ad inuicē: agant ad inuicē ꝛ reducāt
totū ad quoddā tēperamētū mediū ꝓut debet videri in pri-
mo de generatione: et tunc in vtrisqꝫ adinuicem commixtis
corrūpūtur colores extremi et generatur medius cōsequēs
illud temperamētū medium. ¶ Nota quod magna est diffe-
rentia q̄ntum ad mixtionem inter calidū ꝛ frigidum ex vna
parte: ꝛ albū ꝛ nigrū ex alia parte: q̄r satis faciliter apparet
quomodo caliditas ꝛ frigiditas approximate ad inuicē in
diuersis corporibus miscentur: constituendo vtrobiqꝫ me-
diā qualitatē scilicet tepiditatē: hoc eñ est: q̄r calidū agit in
frigidū corrūpēdo aliquos gradus frigiditatis ꝛ generan-
do aliquos grad⁹ caliditatis: ꝛ econuerso cōsimiliter frigi-
dū agit in calidū corrūpēdo aliquos gradus caliditatis et
generādo aliquos frigiditatis: ꝛ tunc ambo illa corpora re-
ducunt ad cōsimile tpamētū: ꝛ est in ābob⁹ p totū mixtura
caliditatis cū frigiditate absqꝫ hoc ꝙ oporteat illa corpa vel
diuidi vł penetrare se: sed de albedine ꝛ nigredie nō pōt ita
dici si sint in diuersis corporib⁹ adinuicē approximatis: eo
quod albedo ꝛ nigredo nō sunt qualitates adinuicē actiue
vel passiue: nec sui inuicem corruptiue: ideo sicut pri⁹ diceba-
tur nunꝗ ex eis ꝓueniret medi⁹ color: nec vnꝗ sine actione
primarū qualitatū miscerent simul albedo ꝛ nigredo nisi se-
cundū apparētiā solū: scꝫ p iuxta positionē partiū paruarū
albarū ꝛ paruarū nigrarū nisi fieret penetratio corporū: qḋ
est impossibile: ideo ex hoc sequit qḋ dicim⁹ colores medios
generari ex mixtione extremoꝝ: hoc debet intelligi q̄r gene-
rant ex cōcursu vel mixtione causarū a quib⁹ innate essent
ꝓuenire albedo: et nigredo: verbi gratia: ponam⁹ ꝙ: a: sit ge-
neratiuum albedinis ꝛ: b: nigredinis et tunc simul concur-
rant: a: ꝛ: b: ad agendū circa idē subiectū nec ꝓueniret albe-
do nec nigredo sed color medi⁹: vel etiā si: a: ꝛ b non rema-
neant in suis ꝓprijs formis ꝛ virtutib⁹: sed commisceantur
ad aliqḋ mediū sicut dicebat ꝙ calidū ꝛ frigidū possunt cō-
misceri: tūc etiā illud mixtū nec ꝓducet albedinē seorsum a
nigredine nec nigredinē seorsum ab albedine: sed producet
colorē mediū: sic ergo ꝛ non aliter colores medij causant ex
extremis vel ab extremis: scꝫ: q̄r a causis extremorū cōcurrē-
tib⁹ vel ꝯmixtis. ¶ Sed tñ adhuc est ibi magna difficultas
scilicet: que sint cause ille generatiue colorum extremorum:
et etiam quomodo ab illis causis possint prouenire rubedo
et croceitas: quoniā ex causis albedinis et nigredinis con-
currentibus vel mixtis non apparet prouenire alius color
medius secundum veritatem q̄ꝫ proueniret secundū appa-
rentiam si albū ꝛ nigrū commiscerentur per iuxta positionē
ad minutissimas partes: modo secundum quācunqꝫ propor-
tionem placet vobis commisceatis picturā albam cum pi-
ctura nigra vel lac cum encausto nunꝗ venietis ad rubeū
vel ad viride vel croceum: sed solum venietis ad pallidum
vel ad fuscum vel forte blauium. ¶ Sed breuiter respōden-
dum est ad ista: quod sicut sapores ꝛ odores ita etiam colo-
res sunt qualitates prouenientes ex actione quatuor prima-
rum qualitatum adinuicem. et verum est quod aliqui dicūt
quod ex dominio elementi si sit terrestre prouenit nigredo:
et ex dominio aque siue aeris ꝓuenit albedo: et ex dominio
ignis rubedo: sed istud non potest saluari primo: quia non
apparet aliqua ratio quare rubedo esset magis color medi⁹
q̄ꝫ albedo. Et iterū videmus quod per fortē actionē ignis
consumētem totum humidum fit albedo vt apparet de cal-
ce et cineribus: et apparet etiam quod multi lapides in qui-
bus valde abūdat aqua sunt bene albi: et ideo oportet cōsi-
derare ꝙ sicut calor generat in hūido saporē ꝛ ī sicco odorē:
ita etiā calor gñaret aliū colorē ī humido ꝛ aliū in sicco. Uñ
calor intēsus agens in humido permixto cū sicco terestri ni-
grefacit: sed postea agēs in sicco p totalē cōsumptionē humi-
di albefacit: ꝛ ideo vos videtis qḋ ossa ꝛ ligna et lapides vt
plastrū quando ponūtur ad ignē primitus nigrescunt: q̄r ad-
huc est ibi humiditas: sed quādo est tota humiditas cōsum-
pta ꝛ euaporata albefiunt. frigidum aūt alio modo conuerso
coloraret: q̄r agendo in humidū albefacit ꝓpter quod nix est
alba ꝛ ros etiā cadēs super herbas albefit si congeletur. Pro-
pter hoc etiā dicitur ꝙ lac est albū ꝛ sperma est albū: cū tamē
generentur ex sanguine rubro: sanguis eñ per calorē cordis
vel hepatis colorabatur versus nigredinē: scꝫ ad rubedinē:
sed postea ꝓpter frigiditatē in māmillis ꝛ membris genitali-
bus reuertebatur in albedinē. non intendo qḋ ibi sit frigidi-
tas simpliciter sed respectiue ad cor ꝛ hepar: ꝛ propter hoc ēt
dicitur cerebrū esse album ꝛ cutis ꝛ carnes extinctoꝝ: cor au-
tem ꝛ hepar ꝛ alia mēbra interiora sunt magis nigra: scilicet
rubra propter abundantiā caloris: verū est etiā ꝙ ad diuersi-
ficationē coloꝝ valde facit complexio corporis in quo calidū
ꝛ frigidū agunt: propter qḋ diuerse plante emittunt flores et
fructus valde diuersoꝝ colorum. Postea propter illud qḋ du-
bitabatur de rubedine vel croceitate credo esse dicendum ꝙ
per alia media proceditur per actionē caloris de albo ad ni-
grum ꝛ per alia per actionē frigoris. Unde apparet manife-
ste ꝙ per actionē caloris itur per croceum vel rubeum: ꝛ per
actionē frigoris non iretur per illa media: sed solū per palli-
dū ꝛ fuscū. de viridi non est dubiū quin ꝓueniat ex croceo et
blauio cōmixtis vel ex causis ipsoꝝ: hoc enim experimur per
cōmixtionem picture. ꝛ ego credo ꝙ non est qui possit in spe-
ciali reddere causas diuersitatis coloꝝ siue in plumis auiū
vel in floribus herbaꝝ: ꝛ ideo sufficiat quod dictū est: ꝛ oīno
considerandū ꝙ valde apparēt colores diuersificari: licet re-
aliter non diuersificētur: ex permixtione lucis vel ex transitu
luminis: vel etiā ex maiori vel minori diaphaneitate: propter
hoc eñ oēs modi colorū apparēt in flāma ignis ꝛ in nubib⁹:
sed iā dictū fuit prius ꝙ lux nō est color proprie dictus. ꝛ con-
tra ista dicta non erant rationes que prius fiebant.

Questio. XIIII.


Queritur vtrum humidum sit
subiectum saporis. Arguitur quod non:
quia cineres sunt valde amari et tamen
non humidi: imo ab eis exhalatur totū
potabile idest humidum sicut dicit Ari-
sto. ¶ Item aliqua sapida sunt quorum
sapor acquiritur per decoctionem ꝛ desic-
cationem aut etiam per angustationem sicut apparet de sa-
le: quia quanto magis decoquitur aut desiccatur tanto est
magis acutum: hoc autem non esset ita si sapor requireret p
subiecto humidum. ¶ Item. si proprium subiectum saporis
esset humidum sequeretur quod magis humidum esset ma-
gis sapidum: sed hoc est falsum; quod apparet primo; quia
aqua que est maxime humida non est sapida; hoc est dictu:
non habet saporem nisi sit mixta cum aliquo terrestri ꝛc.
¶ Similiter fructus in principio sunt humidiores q̄ꝫ post
maturationem: ꝛ tamen sunt minoris saporis: ergo non vi-
detur quod sapor debeat habere humidū pro subiecto suo
proprio. ¶ Item. vel illud esset humidum aqueum: vel hu-
midum aereum: sed neutrum est dicendū: probatio: primo
de aqua dicit Aristo. quod ipsa non habet saporem propter
hoc quod ipsa est omnium liquorum subtilissima et non in-
grossabilis et cum omne habens saporem debet esse aliqua-
liter corpulentum et grossum: ergo humidum aqueum non
est subiectum

est subiectū saporū. neqꝫ humidū aereum: cum aer sit adhuc multo subtilior ꝙ aqua. ¶ Item si humidū esset subiectum saporum vel esset humidū simplex vel esset mixtum ex humido et sicco: sed non humidū simplex: qr tale est humidum elementare qḋ non habet saporē: elemēta eñ simplicia nō habent saporem. Et si tu dicas quod subiectuꝫ saporum sit mixtuꝫ ex humido ꝛ sicco: tūc nō debet magis dici quod humidum sit eius subiectum ꝙ siccum: imo neutrum debet dici: sed debet dici quod subiectū eius ꝓpriū sit compositū siue mixtum ex humido ꝛ sicco. ¶ Item illud nō debet poni subiectum saporuꝫ qḋ est actiuum eius: scilicet saporis: in alio: sed humidum est actiuū saporuꝫ in sicco: igitur. Minor probatur per cōmētatorē dicētem quod siccum non habet saporem nisi in potētia: et fit sapor in actu ꝑ humiduꝫ adueniēs et sic videtur ꝙ humidum adueniēs facit siccum habere saporem in actu cum ante nō haberet saporem nisi in potētia: igitur siccum est subiectum saporum et non humidum.

Oppositū determinat Aristoteles. ¶ Notandum est ꝙ illud qḋ habet saporem in actu positū super linguā debet per se mouere linguaꝫ ad actum gustandi. Et tunc ponunꝫ cōclusiones secundū Aristotelē ꝛ cōmētatorē. ¶ Prima cōclusio est: ꝙ nullū siccū sine humido habet saporem in actu: qr si poneretur super linguam siccam non sentiretur: verbi gratia gingiber aut sal super linguam positum non sentireꝫ nisi liquefieret super linguā vel nisi humefieret per saluā. Unde etiā ad hoc natura ordinauit saliuā vt per masticationē siccorū gustaretur sapor eorum qui sine humectatione nō sentireꝫ: ergo siccū sine humido non habet saporem in actu. ¶ Secūda cōclusio ponitur: ꝙ humidum sine sicco vel etiā nisi passum fuerit a sicco vel ei cōmixtū non habet saporem in actu: hoc eñ apparet de aqua ꝙ nisi ceperit saporē ex terra ꝑ quam transiuit non habet saporē. Unde si vocem⁹ eā dulcē non erit verum ꝓprie loquēdo: sed solū ꝑ hoc volumus significare qḋ ipsa nō est salsa vel amara. Unde manifestū est ꝙ ipā est receptiua vere dulcedinis a melle vel alio dulci sibi cōmixto: ꝛ hoc etiā probat Aristoteles sic: qr omne habēs saporē debet esse de genere nutrimentorum: genus autē nutrimētale non cōtinet aquā vel aereꝫ nisi scḋm aliquā cōmixtionē: qr nutrimētū debet esse grossum vel ingrossabile vt inde possint membra constitui: aqua autē nō est grossa nec ingrossabilis. Unde si ad igneꝫ ponatur tota euaporabiꝫ sine ingrossatione ꝛ minus adhuc aer: cū adhuc aer sit subtilior. qḋ autē habens saporē debet esse de genere nutrimentorū ꝓbaꝫ: qr natura non ingeniauit saporeꝫ in rebus ꝛ gustū in animalibus nisi ad discretionē nutrimentorū cōuenientiū vel discōuenientiū: ideo rationabiliter non fit sapor nisi in hijs ꝙ sunt in genere nutrimentorū. ¶ Tertia conclusio poniꝫ: qḋ omne habēs saporē actu est mixtū cum aliquo humido ꝛ sicco: quod ꝓbaꝫ: ex quo enim nec humidū sine sicco nec siccū sine humido habet actu saporem: oportet ꝙ habēs actu saporē sit compositū siue mixtū ex humido et sicco: et non sufficeret siccū igneū sine sicco terrestri: qr illud siccum igneū adhuc esset subtilius ꝙ aqua vel aer nisi esset siccū terrestre admixtū: ꝛ tamē dictū est ꝙ habens saporem debet esse corpulentū et grossum: ergo exigiꝫ ibi siccū terrestre: ꝛ apparet ibi per experientiam quod aqua ꝛ ignis non sufficiunt ad saporem: quia aqua posita super ignem nunꝙ propter hoc fieret sapida nisi recipiat saporem ex vase. ¶ Quarta conclusio ponitur: quod multa sicca habēt saporem in potentia propinqua quia experimur de pipere et de multis alijs quod si masticentur cum saliua statim sentitur ab eis determinatus sapor. quod non esset nisi haberent saporē aut in actu aut in potētia ꝓpinqua. Unde quecūꝫ nō habēt saporem in potentia propinqua: illa propter quācūꝫ masticationē non mouerent ad gustādum saporē. ¶ Quinta conclusio ponitur: quod etiam humidū vt aqua pura habet saporem in potentia propinqua: quia statim si coleꝫ per cineres inueniretur habere saporē: et sicut dicit aristoteles per qualēcūꝫ terrā pertransit talem saporē ab illa terra cōtrahit: propter hoc enim multi fontes sunt diuersorū saporū: modo nisi aqua haberet saporem in potētia propinqua ipa non fieret sic actu sapida statim. ¶ Sed notandum ex nono metaphysice quod duplex est potētia: scilicet actiua ꝛ passiua: actiua enim est ꝓducens formam vel dispositionem aliquam in alio: et passiua est recipiens formam vel dispositionem ab aliquo: alio modo ergo oportet imaginari cuꝫ neqꝫ siccū habeat actu saporē sine humido neqꝫ humidū sine sicco et cū statim cōmiscentur inueniuntur habere saporem in actu et mouere linguā ad actū gustandi: ideo oportet dicere qḋ ille sapor proueniat altero duorum modorū: scilicet qḋ siccū agat saporē in illo humido: vel qḋ econuerso humiduꝫ agat saporeꝫ in sicco. ꝛ ad determinādū quod illorū debeat dici verum: ponitur sexta conclusio: quod siccum agit saporem in humido: non humidū in sicco: qr de ratione actiui est determinare passum ad certam formam vel dispositionē: et de ratione passiui est quod sit indifferens ad qualēcūqꝫ saporē recipiendum: ꝓpter qḋ bene dicit Aristoteles quod aqua per qualēcūꝫ ꝑtrāsit terram talem saporem habet: et propter hoc etiā in lingua ingeniauit natura saliuam humidam vt esset indifferens ad quoscūꝫ sapores: sed siccū qḋ miscetur cū humido determinat ad certū saporem. Unde alterum saporē sentiemus ex gingibere masticato: et alium ex sale vel ex pane: ergo siccū est actiuum saporū in humido: et humidū receptiuum. ¶ Et ex hoc infertur vltima conclusio videlicet: ꝙ propriū subiectū saporū est humidū inquantuꝫ quod si mixtū ex humido ꝛ sicco ponatur subiectū saporum: tamen hoc est ratiōe humidi. ¶ Tunc ex dictis debēt exponi cōclusiones prius posite: scilicet: qḋ siccū habet saporē in potētia ꝓpinqua: nō passiua. sed actiua: ꝛ humidū etiaꝫ habet saporem in potentia propinqua: non actiua sed passiua. ¶ Sciendum est quod duplex est actiuum saporum. primū actiuū est calidū: a quo siccū terrestre decoquitur: vel digeritur: vel etiā exuritur. et ab isto agente siccū terrestre habet virtutem actiuā propinquā saporū: et sic secundū actiuum saporū ꝛ propinquū est illud siccū terrestre sic passum a calido qḋ statim potest in humido ipsi coniuncto facere saporē in actu. ¶ Ulterius notanduꝫ est qḋ sicut inuenitur duplex calor: vnus scilicet actualis qui ad tactum percipitur: ꝛ alter virtualis qui non percipitur ad tactum: et ille virtualis est innatus facere actualem in passo conuenienter sibi aꝫ propinquato: verbi gratia: calcem aliquando sentim⁹ ad tactū frigidā: scilicet frigiditate actuali: ꝛ tamen est valde calida caliditate virtuali: intantū quod si proijciaꝫ in aquā statim aqua fiet calida: ita etiam si piper et gingiber comedantur actu frigida sentiuntur: tamen statim per suam caliditatem virtualem calefaciunt os ꝛ ventrem: ꝛ ita in proposito oportet imaginari saporē actualē qui positus sup linguā statim mouet linguā ad actum gustandi sine adiutorio alicui⁹ alterius: ꝛ oportet quod hoc sit humidum: et de tali sapore dictum est quod est in humido tanꝙ in subiecto: vt in saliua vel in alio liquore. Alius est sapor virtualis: qui est innatus facere saporem actualem in humido: et ille sapor virtualis est in sicco terrestri subiectiue passo ab igne vt dicebatur. i. a calido: sicut in gingibere: vt si de tali sapore loqueremur tunc multa sicca haberent actu multos diuersos sapores vt sal gingiber panis: igitur ꝛc. Et secundum predicta omnes rationes possunt exponi secūdum vias suas: multe enim arguunt de isto sapore virtuali.

Questio.XV.



Ueritur vtrū dulcedo ꝛ amaritudo sint sapores extremi. Arguitur ꝙ non: imo quod dulce sit sapor medius: qr attendendo ad calidum et frigidum que sunt actiua saporis salsus et acutus: imo etiam ꝛ amarus vt in cineribus sunt maioris caliditatis siue a maiori caliditate: stipticus autem et ponticus sunt maioris frigiditatis: dulce autem magis tenet mediū. Similiter attendendo ad humidū ꝛ siccum salsus et amarus sunt maioris siccitatis: stipticus autem et ponticus sunt maioris humiditatis: ꝛ dulce tenet medium. vnde apparet quod fructus existentes in principio frigidi ꝛ humidi sunt pontici: et per maturationē mediam fiunt dulces: et postea per putrefactioneꝫ aut adustionem fierent amari: igitur dulce est in medio. ¶ Item dicit Aristoteles quod solo dulci animalia nutriuntur: nutrimentum autem conueniens non debet esse nimis lapsuꝫ ad aliquam qualitatem sed in media proportione vt sit conueniens vite que requirit proportionem mediam et non excessum nimium ad aliquaꝫ qualitatem: igitur. ¶ Itē crudum


et adustum contrariantur extreme: competenter autē digestū est in medio: modo constat quod cruda sunt stiptica vel pontica: vt apparet de fructibus ante maturationē: adusta autē sunt amara: ⁊ bene digesta sunt dulcia: ergo dulce est in medio. ¶ Itē attribuunt dulce calido temperato ⁊ humido bene ꝓportionato: ⁊ alios sapores attribuunt calido excessiuo vel defectuoso vel humido excessiuo vel defectuoso: modo bene temperatum est mediū excessus ⁊ defectus: ergo dulce est medium. ¶ Itē ex extremis debent fieri media vt vult Aristoteles: sed ex dulci ⁊ amaro nō fit stipticū vel ponticum in fructibus quia prius sunt fructus pōtici vel stiptici q̄ȝ sint dulces vel amari.

Oppositum apparet de intētione Aristotelis:

⁊ omnes vulgares rationem de hoc ignorantes quasi a natura concedunt dulce et amarū tanq̄ȝ contraria: modo contraria in suis generibus sunt extrema aliorū. ¶ Sciēdū est breuiter quod medici cōmuniter et alij attendentes ad qualitates primas ex quarum actionibus et passionibus diuersis ad inuicē proueniunt diuersi sapores: diuersi odores: diuersi colores et sic de alijs secundis qualitatibus dicunt quod dulce tenet gradū medium: amarum autem et salsum tenent vnū extremum: stipticū autem et ponticum tenent alterum extremum ⁊ hoc totum est rationabiliter dictū: quia dulce fit a calido temperato et ab humido bene ei ꝓportionato et a sicco bene digesto sine adustione: amarum autem est aut ex excessu calidi adurentis siccū aut ex defectu digestionis aut ex improportione aut putrefactione et huiusmodi. stipticum autem et ponticum prouenit ex pauca actione caloris: ⁊ ideo dulce tenet mediū gradum: ⁊ etiam inde prouenit ꝙ omnia dulci nutriuntur que nutriuntur: et sic procedebant quasi omnes rationes que prius fiebant. Dicendū est tamen quod attendendo intrinsece ad genus saporis et eius differentias specificas dulce se habet extreme ⁊ cōtrarie ad amarum et hoc non potest probari melius q̄ȝ per sensum: q2 omnes sensus hoc iudicant sine ratione tanq̄ȝ ducti a natura. vnusquisq̄ȝ enim sensus proprius optime habet iudicare de differentijs suorū sensibilium propriorum: et in ꝓposito debemus imaginari vnam similitudinem: virtus eīn moralis vt liberalitas q̄ntum ad substantiam actus est frequentius in medio extremorū vitiorū puta ꝓdigalitatis et auaritie: tamen quantum ad rationem bonitatis ⁊ malitie virtus vniuersaliter tenet vnum extremum contra vitiū. ita etiam in proposito dulcedo quantum ad qualitates primas ex quibus ipsa prouenit: tenet valde bene mediū inter amarum ⁊ salsum ex vna parte: ⁊ ponticum et stipticum ex alia: sed quantum ad discretionem nutrimenti boni vel mali dulce tenet contrarium cōtra amarum: quia maxime nutritiuū est dulce et maxime repugnans nutritioni est amarū: et alij sapores in hoc sunt medij: q2 nec sunt maxime nutritiui nec maxime repugnantes nutritioni: et ideo q2 natura ordinauit gustum ⁊ sapores ad discernendum bene nutritiua ⁊ impeditiua nutritionis et medio modo se habentia: ideo rationabile est quod gustus recipiat amarū ⁊ dulce tanq̄ȝ extrema et contraria et alios sapores tanq̄ȝ medios istorum.

¶ Et tunc solum restat dicere de illa vltima ratione q̄ q̄rebat: quomodo alij sapores ex dulci ⁊ amaro generantur. Ad quam dicendū esse videtur qꝺ non oportet ꝙ generentur ex dulci et amaro sicut nec colores medij ex albo et nigro: sed causentur ex causis dulcis ⁊ amari concurrentibus ⁊ cōmixtis vel aliquo medio modo se habentibꝰ inter illos modos per quos generarent amarum ⁊ dulce. Et alie rationes ꝓcedunt vijs suis.

Questio. XVI.



Consequenter queritur: vtrū diffinitio saporis sit bona in qua dicitur sapor est passio humidi facta a sicco gustus secūdū potentiā alteratiua in actū. Arguitur primo qꝺ non contra illā clausulā sapor est passio: q2 sapor nō est de p̄dicamēto passiōis: imo qualitatis: ergo non debet diffiniri per hoc genus passio. ¶ Deinde contra illam clausulam humidi: q2 multi sapores fiunt per euaporationē vel cōsumptionē humidi: in sale in cineribꝰ. ¶ Deinde arguitur contra illā particulā facta a sicco: q2 secūdo de generatione ⁊ quarto metheororū dicitur quod siccum ⁊ humidū sunt qualitates passiue: calidū vero ⁊ frigidum qualitates actiue: ideo non debet dici quod aliqua passio fiat ab humido vel a sicco: sed magis quod fiat a calido vel a frigido. ¶ Confirmatur: q2 per actionē caloris videmꝰ sapores valde diuersificari: siue in humidis: siue in siccis: scilicet per decoctionem vel digestionem vel adustionem: ergo debet dici quod sapor fiat a calido potiꝰ q̄ȝ a sicco. ¶ Deinde arguit contra illam clausulam gustus secundum potentiam alteratiua in actum: quia per illud non debet diffiniri sapor qꝺ si non esset adhuc sapor esset: cum diffinitio et diffinitum debeant conuerti: sed si nullus esset gustus non propter hoc desinerent sapores esse: sicut si nullus esset visus non propter hoc desinerent colores esse: ergo per gustum non debet sapor diffiniri.

Oppositum est de intentione Aristotelis:

et non apparet quod aliquis inuenerit meliorem diffinitionem: ideo ista debet approbari. ¶ Sciēdum quod triplices sunt diffinitiones: quedā sunt simpliciter q̄dditatiue q̄ solū ostendunt quid res est non ostendendo cuius sit vel ex quo vel a quo: et iste non sunt nisi terminorū substātialiū date ꝑ gn̄a ⁊ differētias specificas ꝓut dꝫ videri septīo metaphysice. Alie sunt diffinitiōes date per aliquas ꝓprias passiōes vel operationes ipsius diffiniti vel rei pro qua terminꝰ diffinitus supponit: ⁊ iste nō vocantur proprie loquendo diffinitiones. Alie sunt diffinitiones causales que sunt optime ad ostendendum de omnibus per se passionibus ⁊ accidētibus propter quid sunt: ⁊ iste diffinitiones ostendunt non solū q̄d res est: sed cuiꝰ est ⁊ ex quo est ⁊ quid ⁊c. Et breuiter talis est ista diffinitio saporis. verum enim est ꝙ sapor est quedā forma accidentalis: ⁊ ideo nō habet causam formalem proprie dictam: sed quia predicata quidditatiua proprie loquēdo solent vocari forme eorum de quibus predicantur: ideo in ista diffinitiōe loco forme accipitur predicatum quidditatiuum scilicet genus saporis: cum dicitur quod sapor est passio. Unde nō capitur hic passio ꝓut est vnum predicamentum: sed ꝓut est tertia species qualitatis: que vocatur passio vel passibilis qualitas: sapores enim ⁊ colores ⁊ odores sunt de illa specie: ideo bene ⁊ q̄dditatiue dicit ꝙ sapor est passio. Postea q2 forma accidentalis nō habet aliam causam materialē q̄ȝ subiectum cui inheret: ⁊ subiectū propriū saporis est humidum: vt dicebatur prius: ideo ad exprimendū causam materialem saporis dicitur ꝙ sapor est passio humidi. Deinde q2 dicebatur quod proprium actiuum saporis ⁊ immediatū est siccum terrestre priꝰ passum a calido: ideo ad exprimēdum causam agentē immediatā dicebatur facta a sicco. Postea de causa finali vos habetis secūdo de anima ꝙ alia a nobis in isto mundo inferiori sunt finaliter propter nos: et hoc est quia homines inter alia sunt nobiliores: ⁊ in septimo politice dicit ꝙ semꝑ deterius est gratia melioris: natura ergo ordinauit sapores propter nos ⁊ propter animalia: ⁊ nō alia de causa: nisi vt per gustum saporum possemꝰ discernere alimenta conuenientia: et sic causa finalis saporis est mouere gustum ad actum ideo ad istā causam finalē exprimendam dicebat gustus secundū potentiā alteratiua in actū: quia sapor habet potētiā reducendi gustū qui non est in actu scꝺo ad actū secūdū: scilicet gustandi et sic finaliter possumus dicere quod ista diffinitio est valde bona diffinitio causalis saporis: q2 exprimit oēs causas proprias saporis et non conuenit alteri q̄ȝ sapori et maxime erit bona ⁊ sufficiens si modicum suppleatur vt magis appareant omnes esse proprie ipsius saporis. ¶ Est enim duplex siccum: scilicet terrestre ⁊ igneum. Siccū autē igneū non sufficit ad generationem saporis in humido scilicet in aqua quia sicut dicebatur prius saporosum debet esse corpulentū ⁊ grossum aqua autem et ignis sunt nimis subtilia: ideo requiritur siccum terrestre: sed adhuc siccū terrestre nō sufficeret nisi prius esset passū a calido. Unde si simplex terra nō passa a calido misceatur cum aqua non reddet eam saporosam: et ideo debet diffinitio sic suppleri: sapor est passio humidi facta a sicco terrestri passo a calido gustus secundum potentiam alteratiua in actum: et ista supplementa notauit satis Aristoteles in litera.

¶ Notandū est quod proportionabiliter

possent

possent dari diffinitiões lucis et coloris. Lux enim est passio corporis terminativi visus secundū potentiā alterativa per se in actum. et color est passio corporis terminativi visus secundum potentiam alterativa in actum cum adiutorio lucis. In hoc enim differunt lux et color: quia licet utrunque possit movere dyaphanū et visum: tamen lux potest per se et nō color: sed solum cum adiutorio lucis. verum est quod non potest bene signari activus proprius coloris aut lucis sicut poterat signari activū proprium saporis: quoniā aliqui luces scilicet corporum celestium non sunt facte sed eterne secundum Aristotelem. De coloribus autem apparet quod valde diversimode fiunt scilicet tam in humido quam in sicco: aliqui a calido aut a frigido.

Tunc ad rationes. Ad primam dictum fuit quod hoc nomen passio non capitur prout est unū predicamentum. Ad secundam dicitur quod ibi diffinitur sapor actualis qui semper est in humido: et tu arguebas de sapore virtuali qui bene est in sicco et generatur in eo per calorem: aliquando consumētē vel adurētē humidum. Ad aliam dicitur quod humidum et siccū sunt qualitates active adinuicem: non solum passive: sed vocate fuerunt passive: quia sunt debilioris actiōis quam calidū et frigidū. De hoc quo arguebatur quod sapor sit ab humido: illud concessum est ex quo dicebatur in supplementis. Ad aliam: dicendum est quod nunquam natura fecisset sapores si non fuisset gustus: vel si nō potuisset esse gustus: quia gratia illius fecit eos. Unde bene verū est in multis quod non sequitur si non sint finis ad quem talia ordinantur quod propter hoc illa non sint sed bene sequitur si non posset esse talis finis ad quem illa ordinātur quod illa nunquam fuissent ad illum finem ordinata.

Questio. XVII.



Queritur circa causam de odoribus et primo queritur utrum odor sit in humido ut in subiecto proprio an in sicco. Arguitur primo quod sit in humido tanquam in subiecto proprio authoritatibus Aristotelis: quarum prima est: quod odores fiunt in aere et in aqua secundum quod aliqua lavabilia sunt euchime siccitatis. Alia autoritas est: erit utique que in humido euchimi natura odor et odorabile tale. Autoritas alia est quod in metallis quā valde exurit humidū inodorabiles scorie sunt omniū. i. quedā reliquie ex illis metallis remanentes si fuerunt aduste perfecte non sunt amplius odorabiles nisi forte iterum cum humido commisceātur: et hoc est signum quod odor requirit humidū tanquam subiectum. Alia autoritas est: quod odor vel odorabile est nutritivorū passio quedam et nutritivum debet esse humidum ut in membris possit convenienter figurari: unde siccum nō nutriret donec conversum esset in sanguinem humidū existentem. Item communiter idem est sapidum et odoriferum: et proportionabiliter adinuicē se habent sapores et odores: et hoc nō videretur rōnabile nisi in eodē subiecto fierent: et ab eodem activo: sed sapores fiunt in humido subiective: ergo et odores. Item per experientiam: quia multa videmus magis odorifera pluvia cadente super ea: ut communiter flores: et ideo in estate flores magis odorant in mane et in vespere quam in medio diei: quia mane et vespere sunt magis humida et hoc est signum quod in humido sit odor. Item pisces odorant in aqua: et tamen aqua est humida sine sicco.

Oppositū arguitur similiter per autoritates Aristotelis. Una est: Quod facit in humido siccū hoc facit in alio genere entium humidū id est sicut in humido siccum facit saporem ita humidum in alio genere id est in sicco facit odorem. Alia autoritas est secundo de anima sicut sapor est humidi ita odor est sicci. et hoc expresse ponit cōmentator hic et in secundo de anima. Dicendum est sicut dictum fuit prius de saporibus. primo: quod purum humidū ut aqua vel aer non est odoriferum nisi aliud commisceatur: et hoc communiter experimur in bono aere et bona aqua. Alia conclusio est: quod etiam purum siccum nō est odoriferum quia nec terra nec ignis invenitur quid odoriferū nisi sit aliud immixtum. Et sic sit tertia conclusio: quod omne odoriferum est mixtum: ita quod requirit siccum et humidum: et non solum siccum igneum: quia ignis aquam exhalans nec faceret aquam odoriferam nec fieret odorifer nisi ratione sicci terrestris: et hoc totum est rationabile: quia sicut sapor: ita odor factus est a natura ad discretionem nutrimentorum: ideo nō debet inveniri nisi in genere nutrimētorum in quo genere non sunt corpora simplicia: sed aliqualiter mixta Unde sicut dicit Aristoteles rustici ponunt in terris suis fimum ad miscendum ut inde plante magis nutriantur: et ideo concedendum est sicut de saporibus quod odores requirunt humidum et siccum commixta. Sed tūc ad propositum quia oportet esse differentiam inter odores et sapores provenientem ex diversitate vel activorum vel passivorum et non apparet diversitas ex parte calidi et frigidi: quia tam odores quam sapores est calidum effectivum: frigidum autem non: immo sicut dicit Aristoteles frigus sapores hebetat et odores exterminat. et hoc experimur: ergo oportet dicere quod diversitas odorum ad saporem proveniat principaliter ex parte humidi et sicci: et quia utrūque requiritur tam ad odorem quam ad saporem: ideo non potest poni diversitas nisi tali modo: quod sicut siccum facit in humido saporem ita humidum in sicco odorem una cum actione caloris utrobique. et hoc est rationabile: quia nutrimentū nec debet esse pure humidum nec pure siccum: sed mixtum: et cū odor et sapor facti sint a natura ad discernendum nutrimentum: ergo qualiter sapor valet ad discernendum humidum taliter odor valet ad discernendum siccū et econverso: ideo qualitercūque sapor est unius: scilicet humidi vel sicci ita proportionabiliter odor debet esse alterius.

Ad rationes: conceditur quod in aere vel in aqua fiunt bene species odorum vel etiam veri odores per commixtionem sive exhalando sive vaporando cum aere vel cum aqua: sicut lavatum aqua commiscetur ei: et hoc dicebat prima authoritas. Ad alteram cōceditur quod in humido natura euchimi est odor. per euchimum intendit mixtum in humido et sicco: et illud lavatum in aqua reddit aquam odoriferam. Tertia autoritas bene arguit quod si totaliter sit abstractum humidum vel consumptum non remanebit odor. Quarta autoritas bene arguit quod odor requirit humidum et siccum: cum nutrimētum debeat esse mixtum. Ad aliam rationem conceditur quod saporiferum et odoriferum valde conveniunt et communiter simul inveniuntur: sed quia differunt formaliter oportet assignare causam differentie: que non potest convenienter assignari nisi quia hoc ratione humidi et illud ratione sicci. Ad illam de floribus quare magis odorant in mane vel vespere quam in medio die: et quare magis odorant si modica humiditas cadat quam si sit magna siccitas: sicut experimur de violis de maiorana de rosis odoriferis: dantur multe responsiōes. Una est: quod in tempore calido sicco et sereno fumalis evaporatio a talibus exiens vel etiam odoris multiplicatio valde faciliter dispergitur ad loca longinqua: et sic non habet ita intensum effectum de prope: quando autem per frigus moderatū in vespere revertitur talis multiplicatio a longe tunc est magis intensa prope: et sic illud intensius sentitur. Alius etiam modus dicendi est quod cum modica pluvia vel modicus humor cadit super talia que iam ante passa fuerunt a calido: tunc per calidum impressum evaporatur illa adveniens humiditas que iam secum ducit aliquam fumalem evaporationem cum qua est odor. Ad ultimam rationem de piscibus: dictum est iam quod species odorum multiplicantur bene per aquam et per aerem: licet odor sit in sicco: et etiam siccum in quo est odor potest misceri aque per modum lavationis.

Questio. XVIII.



Queritur: utrū odores conferunt ad sanitatem capitis contemperando frigiditatem cerebri. Arguitur quod non: quia sicut sapor est passio humidi facta a sicco terrestri: ita ecōverso odor est passio sicci terrestris facta ab humido: sed tam humidum quam siccū terrestre sunt naturaliter frigida: ergo odores magis debent habere vim frigefactivam quam vim calefactivam: ergo non contēperant fri-

giditatem cerebri: sed magis augent. ¶ Hoc confirmatur: quia multa bene odorifera refrigerãt: sicut apparet de rosis. Item si odores calefaciendo contemperarent frigiditatem cerebri hoc esset ratione fumalis euaporationis cum qua multiplicatur que est calida ⁊ sicca sed hoc non potest conuenienter dici: quia in tali fumali euaporatione est odor realiter ⁊ non solum intentionaliter: hec autem non vadit ad cerebrum nec ad organum olfactus: quia non sentiretur: eo ꝙ sensibile realiter positum supra sensum non facit sensationem vt dicitur secundo de anima. ¶ Item: si odores sic proficerent capiti sequeretur ꝙ magis fortes ⁊ magis intẽsi odores magis pficerẽt: modo consequens est falsum: quia experimur ꝙ fortes grauant caput ⁊ generant aliquando reumata. ¶ Item: omnes experimur ꝙ fetidi odores nocent: ⁊ tamen ita bene debent habere vim calefactiuam sicut alij odores ideo ita bene deberent contemperare frigiditatem cerebri: ⁊ per consequens pdesse sicut alij si alij prodessent cõtemperando. ¶ Itẽ si odores sic prodessent capiti: vel essent illi odores qui consequuntur sapores vel alij: sed non illi qui consequuntur sapores: quia tunc delectarent non solum esurientes: sed etiam repletos: quod est falsum nec etiã alij odores vt flores: quia tunc etiã pdessent alijs animalibus sicut nobis cum sic delectarent alia animalia sicut nos: quod tamen est falsum.

Oppositũ tamen tenet Aristoteles. Breuiter dicendum est ꝙ odores suaues ⁊ non nimis fortes: vt rosarum ⁊ violarum ⁊ multorum aromatum prosunt cerebro ⁊ conferunt ad eius sanitatem hoc est expertum: ⁊ propter hoc medici ministrant diuitibus tales odores ⁊ conficiunt poma artificialia ex speciebus aromaticis ad tenendum in manu ⁊ odorandum propter confortationem cerebri. Et hoc potest probari ratione: quia tales odores multum delectant homines: ⁊ tamen non sic delectarent nisi conuenirent nobis ⁊ pdessent ad aliquid: ⁊ non apparet ad quid aliud possint proficere nisi ad confortationem cerebri: quia non proficiunt ratione cibi: cum nullus velit talia comedere: ergo sequitur ꝙ prosunt nobis ad cerebrum. Verum est ꝙ multi dicunt istam rationem non esse demonstratiuam sed solum persuasiuam: quia modo videmus ꝙ pulchre picture delectant homines ⁊ soni melodiosi: ⁊ tamẽ hoc non ponitur esse ex eo ꝙ proficiũt cerebro ⁊ ꝙ contemperant eius frigiditatẽ nec etiam quia valeant ad comestionem: ideo ita potest dici de illis odoribus. ¶ Sed opinandum est ꝙ ista ratio fuerat satis bona in proposito: ideo ꝙ nõ est credendum ꝙ natura instituisset nobis aliquas delectationes a tota specie nisi propter aliquaꝫ perfectionem: ⁊ ideo cum de illis odoribus non appareat alter profectus iste concedendus est. ¶ Sed bene esset dubitatio quare tales soni ⁊ tales picture delectant nos ⁊ de sonis potest dici ꝙ multum nobis proficiunt ad conferenduꝫ cũ alijs vt per inuicem possimus acquirere necessaria vite ⁊ etiã addiscere ab inuicem: ideo non est mirum si tales delectãt nos. Et iterum voces sunt opera nostra et quilibet naturaliter diligit opus suum ⁊ in eo delectat. Unde etiam aues ob hoc in suis cantibus delectantur: ⁊ corui ⁊ cornices in suis grossis clamoribus delectãtur potius ꝙ in cantu philomene scilicet quia quodlibet naturaliter delectatur in eo quod suuꝫ est et quod ab ipso est. Si autem in sonis instrumentoruꝫ delectamur hoc est propter eorum assimilationem ad voces nostras aut in tonis aut in mensura. ¶ Et item primo rhetorice habetur ꝙ valde delectamur in rebus admirabilib⁹ ideo in vocibus melodiosis ⁊ bene mẽsuratis ⁊ in sonis instrumẽtorum et in vocibus aliquarũ paruarum auium delectamur ⁊ propter idem delectamur in picturis. ¶ Admiratio autem tendit ad scientiam vt apparet in proemio metaphysice ideo natura igenuauit ꝙ huiusmodi admirabilia essent nobis delectabilia propter profectum ad scientiam ⁊ ob hoc etiaꝫ animalia bruta non delectantur in talibus picturis vel etiaꝫ in talibus melodijs nisi sint voces eorum vel suis vocibus habeant similes. ¶ Modo ergo de odoribus cuꝫ illi odores rosarum vel violarum non multum faciant ad scientiam nõ apparet ꝙ natura fecisset in eis tantam delectationem nisi prodessent ad aliquid aliud: ⁊ tunc reuertitur propositũ. ¶ Ad hoc dicta conclusio principalis potest persuaderi: illud ponendum est in naturalibus cui consonant omnia apparẽtia sed ea predicte conclusioni consonant: primo quidẽ organũ olfactus situatum est valde prope cerebrum ⁊ magis in nobis ꝙ in ceteris animalibus: quia habemus breuiorem vultum ⁊ talis situs non proficit ad bene odorandum immo propter hoc peius odoramus ꝙ multa animalia. Etiam quia organum olfactus minus hebetatur a frigore cerebri propter multam propinquitatem ad cerebrum ⁊ propter hoc cerebrũ habemus valde frigidum ⁊ humiduꝫ propter eius magnitudinem. Dico frigidum ⁊ humidum in comparatione ad alia membra: ergo iste odor illius organi esset valde discõueniẽs nisi essent ad bonum ipsius cerebri: ⁊ natura nihil mali facit ergo oportet concedere ꝙ sic situatum est illud organum vt odores proficerent cerebro. Secundo etiam natura ingeniauit ꝙ odoratio fieret per respirationem vt fortius ad cerebrũ attraherentur odores qui sentiuntur suaues. Tertio etiam natura ob hoc ordinauit delectationem in talibus vt dictuꝫ est. Quarto etiam ex parte odorum: quia odores suaues fiũt ex sicco ⁊ humido contemperatis ⁊ digestis a calido etiã cõtemperato: ideo ex hoc retinent vim calefactiuam ⁊ desiccatiuam temperate ⁊ hoc prodest cerebro ad contemperanduꝫ eius frigiditatem ⁊ humiditatem. Ultimo etiam apparet ꝙ tales odores appropriate delectant homines ⁊ non alia animalia quia inter cetera animalia homo habet maius cerebrum in comparatione ad corpus suum: ideo propter magnitudinem abundat multum in frigiditate ⁊ humiditate: ideo cerebrum in nobis magis indiget tali temperamento ꝙ in alijs: ideo nõ curauit natura cõstituere delectationẽ in alijs animalibus circa tales odores. Sed tũc est dubitatio de modo per quẽ illi odores conferunt cerebro. Et Auicẽna ponit talem modum ꝙ odores multiplicantur ad cerebrum cum quadam exhalatione calida ⁊ sicca temperate ⁊ sic prosunt ratione huiusmodi exhalationis. Et pro isto modo posito ab Auicẽna sunt multa apparentia ad confirmandum ꝙ odores sic multiplicentur cum aliqua exhalatione corporis odoriferi. Primum enim signum est hoc: odoris multiplicatio impeditur a ventis: non sic autem de multiplicatione coloris vel luminis. Secundum signum est ꝙ odorifera multum odorem emittentia rubescunt per tempus sicut poma vel pira. Tertium signum ꝙ corpora compacta paruum emittunt odorem quia non potest exhalatio exire. Quartum signum: frigus hebetat vel exterminat odores quia prohibet exhalationem. Quintum signum: multa sunt que non emittunt odorem nisi posita ad ignem fumentur. Aliud etiam signũ est ꝙ odores per aerem multiplicantur temporaliter ⁊ non in instanti sicut faciunt colores ⁊ lumen. Et huic etiam consonat dictum Aristotelis dicentis ꝙ odores psunt capiti ascendentibus odoribus ad cerebrum propter leuitatem caloris modo species odoris non esset leuis nisi hoc esset ratiõe exhalationis in qua est. ¶ Sed Auerroys contra Auicennam ponit odores multiplicari ad organum olfactus spiritualiter scilicet: non cum tali exhalatione corporea: quia sensibile positũ supra sensum realiter non facit sensationem: ⁊ si organum recipit spiritualiter ita verisimile est ꝙ medium. Et item olfact⁹ esset sicut quidam tactus: quia corpus odoriferum moueret ad tãgendum ipsum. Item in aqua non manet fumalis euaporatio ideo pisces non odorarent quod falsum est. Iteꝫ vultures vt dicit perceperunt corpora mortuorum a quingentis miliaribus: ⁊ ad tantam distantiam non poterat esse corporalis exhalationis multiplicatio: ⁊ si illa corpora mortua fuissent totaliter resoluta. Dicit ergo Auerroys ꝙ non solũ odores immo etiam species odorum contrahunt vires actiuas a suis generãtibus vt lumina solis ⁊ astrorũ: ideo species odoris venientes ad cerebrum habent vim calefactiuam ⁊ desiccatiuam ⁊ sic confortant cerebrum. ¶ Uidetur ꝙ iste due opiniones debent concordari: quia ad aliquam distantiam inuenitur sepe odor multiplicari cum exhalatione vel fumo: ⁊ etiam concedendum est ꝙ vltra bene multiplicatur spiritualiter ad aliquam distantiam: ⁊ si aliquando veniat fumus: vel exhalatio vsque ad organum olfactus illud non prohibet quin sentiatur odor quia exterius est fortior odor ꝙ intra organum: modo parua qualitas in organo non prohibet sensationem qualitatum intensiorum sicut tactus non est omnino denudatus a caliditate vel frigiditate: ⁊ tamen sentit caliditatem exteriorem vel frigiditatem magis excedenteꝫ. Alius etiam modus ponitur qui bene stat cum predictis modis scilicet ꝙ omnia sensibilia sensibus proportionata delectant sicut improportionata contristant: modo tertio ethicorum dicitur ⁊ quilibet experitur ꝙ tristitia putrefaciat ⁊ corrumpit

naturam

naturam ergo per locum a contrariis delectatio confortat naturam. et ideo propter delectationem in talibus odoribus suauibus cerebrum quod est iuxta organum olfactus confortatur.

Per hoc possunt solui rationes. Ad primam dicendum est quod licet odor sit subiectiue in sicco terrestri tamen oportet illud siccum esse passum a calido quo odor contrahit vim calefactiuam. ¶ Ad aliam dicendũ est quod si aliqua odorifera sint frigefactiua hoc non est ratione odoris sed ratione aliarum qualitatum vt puta tangibilium. ¶ Ad aliam dictum est quod aliquando odor multiplicatur cum fumo et aliquando spiritualiter ⁊ vtrobiq̧ potest prodesse. ¶ Ad aliã dicitur quod odores nimis intensi non proficiunt: quia sicut potest esse infirmitas ex defectu ita potest ex excessu. ¶ Ad aliam dicendum est quod odores fetidi non proficiunt quia non fiunt a calore bene ꝓportionato ipsi cerebro ideo natura ordinauit abhominationẽ eorum. ¶ Ad vltimam dictum fuit quare tales odores non delectant talia animalia: scilicet quia non indigent eorum adiutorio.

Questio.XIX.



Queritur: vtrum passiones sensibiles sunt in infinitum diuisibiles. Arguitur ꝙ non: quia propter paruitatem nõ possent amplius manere: sed resoluerentur in corpus continens eo quod non haberent resistentiam sufficientem ad permanendum: et sic non amplius possent diuidi. ⁊ exemplificat Aristoteles dicens: velut minimus sapor mari infusus. statim enim ille sapor corrumperetur.
¶ Item ex dicta autoritate arguitur sic: illud non est in infinitum diuisibile in quo est dabile minimum: sed in passionibus sensibilibus est dare minimum quia dicit Aristoteles hic. velut minimus sapor mari infusus ⁊c. ¶ Item sequeretur quod nulla magnitudo esset insensibilis propter paruitatem: consequens est falsum: igitur et antecedens. falsitas consequentis apparet per Aristotelem dicentem quod quedam magnitudines et passiones latent propter paruitatem et hoc etiam apparet ratione sumpta ex experimento. sepe enim iuuenis habens acutum visum percipit aliquod corpus paruum quod antiquus habens debilem visum non potest percipere: hoc est expertum. Postea addit et est expertum ꝙ quanto tale corpus paruum magis diminueretur tanto difficilius videretur si videretur. sumamus ergo proportionem secundum quam oculus iuuenis erat fortior siue acutior ꝙ̃ oculus senis: ⁊ sit in duplo: tunc si illud visibile diuideret: oculus iuuenis se habebit ad medietatem sicut oculus senis se habebit ad totum: quoniam quanto oculus iuuenis erat fortior tanto illa medietas est difficilius visibilis ꝙ̃ esset totum: ergo cum oculus senis non videret totum oculus iuuenis non videret medietatem. et sic patet quod aliquando magnitudines sunt insensibiles propter paruitatem. ⁊ hoc etiam quilibet potest experiri: quia extrahatur carobeus de manu apparebit ambulare super vnguẽ et sic habet pedes et dentes: et tamen non est aliquis qui illos pedes vel illos dentes possit numerare: imo nec percipere propter paruitatem. Sed consequentia principalis argu. ex hoc patet: quia omnis magnitudo habens qualitatem sensibilem est sensibilis: ⁊ tamen quelibet magnitudo quantũcunq̧ parua haberet quantitatem sensibilem si qualitates sensibiles diuiderentur in infinitum sicut et magnitudines. Item sequeretur quod visus esset in infinitum fortificabilis: consequens est falsum vt de se notum est: probatur consequentia: quia quanto aliquod corpus paruum magis minoratur tanto requiratur fortior visus ad videndum: ergo si in infinitũ potest minorari qualitas sensibilis: oportet quod fortificetur in infinitum visus vel non poterit illam videre: et sic nõ erit visibilis.

¶ Oppositum tamen dicit Aristoteles: quia magnitudo subiecta passioni sensibilis est in infinitum diuisibilis vt habetur tertio et sexto physicorum: et tamen secundum diuisionem illius magnitudinis diuideretur illa passio sensibilis vt caliditas vel frigiditas: aliter enim esset hic dare corpora parua per talem diuisionem que nec essent calida nec frigida nec humida nec sicca: et hoc est absurdum dicere. ¶ Aristoteles soluens istam questionem distinguit duplicem diuisionem. Una est diuisio generis in species et alia est diuisio totius integralis in suas partes integrales. Si ergo queratur de prima diuisione hoc non est nisi querere vtrum sub aliquo genere qualitatum sensibilium sunt infinite species: verbi gratia: vtrum sunt infinite species colorum infinite species saporum. Et ad hoc respondet Aristo. quod non sunt infinite species colorum vel saporum et sic de aliis qualitatibus sensibilibus: quia in vnoquoq̧ istorũ generum est dare species extremas: scilicet contrarias. vt in colore album et nigrum: in sapore dulce et amarum: ⁊ sic de aliis: modo inter duo extrema finita non sunt media infinita. ¶ Sed contra istam rationem obiicitur: quia linea finita habet bene duo extrema vt duo puncta: et tamen inter illa duo extrema sunt infinite partes linee cuius oppositum dictum est. Respondeo quod non est inconueniens infinita quantitatiue inter duo extrema que habent adinuicem cõtinuationem esse: sed sic non est possibile de infinitis secundum speciem distinctis. hoc enim non est possibile nisi propter continuationem eo quod de ratione continui est quod sit in infinitum diuisibile. ¶ Sed adhuc contra predictam conclusionem est dubitatio: quia colores medii sunt plures et diuersi secundum speciem vt viride rubium et croceũ ⁊c. et cũ sint constituti ex extremis non apparet quod ipsa sint diuersa specie nisi propter diuersas proportiones extremorum colorum adinuicem in constitutione mediorum: modo infinite possunt esse tales proportiones diuerse secundũ speciem: vt duplum triplum quadruplum et sic in infinitum: ergo in infinitum possunt diuersificari species colorum mediorum. ¶ Propter istam dubitationem ponatur primo difficultas: vtrum inter calidum et frigidum sit alia species: et si sic vtrum sit vna an plures. Et possumus respondere q̃d inter calidum et frigidum est species media: vel per negationem extremorum: quia nec pure calidum nec pure frigidum: vel per participationem extremorum quia mixtum ex aliquibus gradibus caliditatis et aliquibus gradibus frigiditatis et illud vocetur tepidum: ita quod illi tres termini calidum: frigidum: tepidum: sunt tres species qualitatis. vtrum autem sint plures species inter calidum ⁊ frigidum: credo dicendum quod non nisi ponerentur esse infinite: quia si inter calidum et frigidum esset alia species que vocaretur b propter hoc quod de calido transitur continue ad tepidũ per medium quod vocaretur b: ita pari ratiõe esset alia species media inter calidum et b que vocaretur c: et iterum inter calidum ⁊ c que vocaretur d ⁊ sic in infinitum: et quia Aristoteles negat istam infinitatem specierum credo quod inter calidum et frigidum ponenda sit vna sola species saltem quantum ad terminos absolutos: sed non esset mihi inconueniẽs infinitas species comparatiuas seu infinitos terminos comparatiuos distinctos ponere: vt in duplo calidius in triplo calidius: et sic in infinitum. Si enim fiat motus de calidissimo ad frigidissimum illud in infinitum fiat minus calidum et secundum infinitas diuersas proportiones que nominibus specie diuersis nominarentur ¶ Sed tunc iterum reuerteretur difficultas. vtrum sit ita de coloribus et de saporibus: videlicet: vtrum inter album et nigrum sit vna sola species an sint plures: et si plures vtrum infinite. ¶ Respondetur quod sunt plures et diuerse species colorum preter illas species album et nigrum: verbi gratia: rubium croceum viride et forte etiam pallidum et fuscum: sed tamẽ nõ sunt infinite. Sed tunc queritur quare ita diuersimode dicimus de calido et frigido ex vna parte et de albo ⁊ de nigro ex alia parte. Respondendum est quod calidum et frigidũ per actionem et passionem eorum adinuicem et per solã mixtionem graduum caliditatis cum gradibus frigiditatis constituunt omnia sua media propter quod illa media omnia sub vna specie ponuntur: sed album et nigrum non sic constituunt sua media. quia non agunt adinuicem: imo illa media ex pluribus aliis agentibus et specie diuersis et ex diuersis modis actionum: scilicet qualitatum primarum adinuicem proueniunt colores medii et sapores medii et odores medii: imo etiam et extremi a qua diuersitate ag...

et modorum agendi illi colores fiunt diuersarum rationum et multarum specierum. Unde etiam propter hoc est quod si de calidissimo fiat frigidissimum oportet transire per omnia media siue per omnes proportiones medias: sed ex albissimo posset fieri nigerrimum q̃uis nunq̃ transiretur per rubrum: croceum: vel viride. ¶ Nunc restat dicendū de diuisione earum per modum totius integralis in suas partes integrales & potest imaginari triplex modus diuisionis totius integralis in suas partes integrales. ¶ Primus modus valde communiter dictus & significat idem totum diuidi in suas partes quod ipsum habere partes integrantes ipsū: sic enim dicitur celum vel sol vel luna diuidi in suas partes integrales absq̃ hoc quod partes alique separentur ab inuicem nisi solum secundum rationem: quia hec intelligitur alia ab illa: nec differt a parte rei sic esse diuisibile vel sic esse diuisum: quia quascunq̃ partes sol habet diuersas abinuicem eas potest habere & quascūq̃ potest habere eas habet. et ideo Aristoteles diceret quod non potest alio modo diuidi q̃ sit diuisus. ¶ Secūdus modus diuisionis est per realem separationem partis a parte cum permanentia partiū ita quod amplius ex illis partibus non est aliquod vnum. ¶ Tertius modus diuisionis est per corruptionem vnius partis alia remanente: et sic secundum Aristotelem diuideretur compositum substantiale in materiam et formā: quia corrumpitur forma manente materia. Tunc pono conclusiones. ¶ Prima conclusio est: quod passio sensibilis vt caliditas vel frigiditas est in infinitas partes diuisibilis vel diuisa tam quātū ad partes graduales circūscribendo diuisionem subiecti q̃ in partes quantitatiuas extra inuicem existentes secundum extensionem subiecti circumscribendo diuisionem secundum gradus. & hoc non oportet hic probare: quia vtrūq̃ satis est notum ex alijs locis. ¶ Secūda cōclusio est: passio sensibilis non est in infinitum diuisibilis secūdo modo scilicet quantum ad separationem realem et remanentiam partium: quia in eodem subiecto non potest separari gradus a gradu nisi per corruptionem: nec apponi gradus gradui nisi p generationē: nisi hoc sit per potentiam supernaturalem et miraculose de quo non intendit hic Aristoteles. Similiter de diuisione secundū extensionem subiecti posset deueniri ad ita modicam partem carnis vel aque q antequ posset esse diuisa ab agente naturali ipsa esset corrupta & resoluta in corpus cōtinens: ideo per agens naturale non posset in infinitum procedi secundū talem diuisionem: concedo tamen quod posset secundum potentiam supernaturalem et miraculose. Et ad istum sensum possunt exponi multe autoritates in quibus ponitur minimum in corporibus naturalibus vel in qualitatibus naturalibus: vel etiā in quibus negatur illorum corporum vel passionum in infinitum diuisibilitas. ¶ Tertia conclusio: quod passio sensibilis est in infinitum diuisibilis gradualiter quia si de calidissimo fiat frigidissimum continue in infinitum secundum diuisionem gradualē partes auferentur vna post aliā per earum continuam & successiuā corruptionem. ¶ Sed tunc restat dubitatio: vtrum quelibet est sensibilis an aliqua est insensibilis propter paruitatem. ¶ Responsio secūdū Aristotelem est per plures conclusiones. Prima conclusio est: quod quelibet pars solis vel lune etiā minor q̃ granū milij saltem in superficie versus non sentitur et videtur a nobis: quia tota superficies videtur ergo quelibet pars videtur et de hoc videatis processum Aristotelis in litera. ¶ Secūda conclusio: quod nulla pars possibilis per se seorsum remanere esset inuisibilis propter paruitatē licet seorsum existeret de facto in tantum quod ego possem videre formicam nigrā iuxta solem licet non sit continuata vel etiam contiguata soli aut alteri nigro: quia ego pono casum quod deus ante solem faciat et conseruet formicas nigras in tanta latitudine quanta est sol & que sunt valde propinque adinuicem siue cum contactu: illa obscurabunt mihi solem et facient apparere nigrum vel medij coloris. hoc non esset nisi viderētur cum tamen quelibet seorsum ab alia: et sole consistat et sicut dicit Aristoteles quod si tota superficies videtur quelibet pars videtur: ita si tota illa cōgregatio videtur quelibet formica videtur: et ita esset per casum naturalem si grana nigra super albam aream valde prope adinuicem: a quantacūq̃ distantia videretur illa area ab illa distantia viderentur illa grana: quia per eorū visionem iudicaretur area nigra. ¶ Ultima conclusio est secundū Aristotelem: quod nō quelibet videtur distincte ad istum sensum quod quis possit ab illa hanc distinguere. imo nec sic perciperet formicam in celo nec granum milij a longe: et hoc quilibet experitur. non enim posset a longe distinguēdo numerare quot essent formice vel grana milij. & ad istum etiam sensum exponeretur autoritas que ponit magnitudines vel passiones insensibiles propter paruitatem. ¶ Rationes factas in principio questionis exponatis secundum exigentiam dictarum conclusionum.

Questio .XX.



Queritur: vtrum visibile puta color aut lux mouens de nouo visum moueat prius tempore medium q̃ visum. Arguitur quod non: per Aristotelem dicentem: quod quātū ad hoc est alia ratio de lumine et de alijs sensibilibus etiam aliorum sensuum: videlicet quod magis prope existens corpori sonanti: vel corpori odorifero: prius sentit q̃ longe existens: et nō est sic de visu Et hoc apparet manifeste de experimēto: quia prius videtur coruscatio q̃ audiatur tonitruū: licet fiant ambo simul. Et consideretis lotrices in sequana si sitis aliquātulum longe vos prius videbitis secundū ictum q̃ audiatis primum: et hoc est signum manifestum quod sonus multiplicat speciem suam successiue et temporaliter: visibile autem instanter. ¶ Item hoc arguitur autoritate Aristotelis septimo et decimo ethicorum: vbi dicit quod nec visio nec illuminatio debet fieri in tēpore imo tota simul in instanti: et sic etiam dicit de delectatione: ideo concludit ibi quod nec delectatio nec visio est motus: quia motus: debet esse in tempore. ¶ Itē: potest argui communiter quantū ad omnem sensum etiā quod vna species sensibilis non multiplicetur temporaliter: quia sequeretur quod sensatio esset preteriti et non presentis: modo consequens est contra Aristotelem in libro de memoria: consequentia probatur: quia sensus non sentit donec species perueniat ad ipsum: et si perueniat per tempus: possibile est qd prius sensibile est corruptum et sic sentiretur quod amplius non esset.

Oppositum arguitur: quia sicut est de sonis et de odoribus ita rationabile videtur esse de alijs sensibilibus: sed experimur q soni & odores multiplicantur p medium tēporaliter: imo prius audiūt vel olfaciunt q̃ sunt ppinquiores q̃ qui sunt remotiores: igitur ita debemus imaginari de visibilibus: q̃uis tēpus sit multo breuius: & forte imperceptibile ppter paruitatē. ¶ Itē: in medio resistente fit multiplicatio p tēpus successiue: sed mediū resistit lumini: vel speciei coloris: aliter eq̃ intense multiplicaretur lumē ad longā distātiā sicut ad breuem: ideo ad infinitā qd apparet falsum: & etiā apparet q mediū grossius minus recipit de lumine & ad minorem distantiā q̃ mediū subtilius: qd non esset ita nisi propter grossitiē esset resistentia: ideo omne corpus resistit lumini nisi sit subtilissimū: qd est impossibile nisi esset vacuum. ¶ Credo esse respondendum: qd prius tpe visibile agit speciē in medio q̃ in visu si moueat visū de nouo: qr si de nouo mouet visum hoc est qr vel sibi de nouo species psentatur vel qr de nouo palpebra oculi aperitur: vel qr de nouo alterū obstaculū remouetur: vt forte qr fenestra aperitur modo ponamus q luciduū sit ita remotū q nō multiplicet speciē suā vsq̃ ad visum sed ppe ad aliquā distantiā: verbi gratia ad distātiā decē pedū: cōstat q anteq̃ moueat visum oporteat ipsū appropinquari p spatiū decē pedū: & erit appropinquatio per motū localē & tēporalē qr aliter non potest fieri naturaliter ideo prius appropinquabit secundum quinq pedes visum qr ad visum: & sic in infinitū secundū infinitā diuisionē continui ergo in infinitū secundū diuisionē prius immutabit mediū q̃ visum: ita idē declarabitur si de nouo fiat visio p apertionē fenestre vel palpebre vel per alterius obstaculi remotionē: posito q luciduū quantū est ex se sit extra sufficienter presentatū: qr quanto plus aperitur fenestra tanto lumē intensius & ad longiorē distantiā multiplicatur: & quāto minus aperitur tāto remissius & ad minorē distantiā lumen multiplicatur. Sed est dare in infinitū paruam apertionem fenestre anteq̃ maiorem propter continuitatē apertionis & in infinitum

nitum diuisibilitatē cōtinui: ergo in infinitū secundum diuisionem prius multiplicat lumē ad breuius spatiū ꝗ̃ ad longius: & ꝓ prius ad medietatem medij ꝗ̃ ad visum. ¶ Alia cōclusio ponitur quā vt credo intēdebat Aristoteles: ꝙ si per potentiam diuinam esset lucidū instanter p̄sentatū oculo aperto & satis de ꝓpe tunc nō prius tempore moueret mediū ꝗ̃ visum imo in instanti multiplicaretur lumen ad omnē distantiam ad quā posset multiplicari remanente lucido vniformi & medio etiam vniformi: & hoc est difficile demonstrare: quia diceret aduersarius ꝙ non est ita sed apparet nobis esse ita ꝓpter breuitatem tēporis qꝺ nō possumus distincte percipere ꝓpter breuitatem. sed Aristoteles arguit contra illos sic dicentes q2 licet cōcedamus ꝙ in breui spatio posset latere tempus propter breuitatem tamē mirabile esset si lateret de oriente vsq3 ad occidentem vel vsq3 ad nos. S3 aduersarius responderet valde faciliter: qꝺ existens in parte orientali prius videret solem oriri ꝗ̃ nos: & hoc est verum & expertum: sed hoc est propter tumorem siue rotunditatē terre: sed ponamus ꝙ terra sit plana de isto loco vsq3 ad solē & oriatur sol super terram & sit vnus prope solem ad duas leucas queritur: vtrum ille prius videret corpus solis ꝗ̃ nos: & aduersarius diceret ꝙ sic & quod esset bene eleuatus anteq̃3 radiꝰ veniret ad nos: & sic appareret nobis sol in ortu qñ iam esset bene eleuatꝰ: & hoc sciret aliqs si posset instanter moueri de isto loco ad illum locum. ¶ Alij arguunt ad intentionem Aristotelis q2 lumen non multiplicatur per motū localem sicut motus localis: nec habet cōtrarium resistens propter quod debeat esse successio: ideo nō est successio tp̄alis in eiꝰ multiplicatione. ¶ Sed statim aduersarius obijceret quare ergo nō est ita de odore: & aliqui dicunt q2 odor multiplicatur temporaliter cum fumali euaporatione ideo per motū localem & tēporalem: ꝙ non est ita de lumine. ¶ Sed certe adhuc ista ratio nō satisfacit quia commentator arguit sicut alias dicebatur qꝺ licet odor ad aliquā distantiā & aliquando multiplicetur cum fumali euaporatione: tamē ad multā distantiā vltra multiplicatur spiritualiter & si odorabile sit in aqua & fumet fumus propter caliditatem & leuitatē mouebitur supra directe exeundo ab aqua: & nō multiplicabit se in aqua lateraliter: & tamen pisces a longa laterali distantia sentiūt odorem: ergo videt̃ quod erat ibi multiplicatio spiritualis: quare ergo non fit in instanti sicut de lumine tu dicis. Et quare ista multiplicatio impeditur a vento vel a cursu aque hoc videtur mihi difficile nisi dicatur qꝺ non solū odores imo etiā species odorum habent aliquā fixionem in subiecto suo propter quā mouent̃ aliqualiter ad motum subiectorū ꝑ ventū vel aliter: nec est mirum: quia nō repugnat speciei spirituali habere fixionem in subiecto suo: species enim sensibiles & intelligibiles & habitus intellectuales habent fixionem & permanentiā in fantasia & in intellectu obiectis remotis. Lumē autem & species colorū non sic habent fixionē qꝺ experimur q2 vento flante & medio moto nō propter hoc apparet nobis diminui visio obiecti vel radius luminis in pariete. non apparent mihi alie demonstrationes inquiratis eas ab alijs.

¶ Restat soluere vnam rationem q̄ arguebat cōmuniter de omni sensu: sc3 quod si species multiplicaretur temporaliter sensatio esset preteriti & non p̄sentis: ego concedo: & sic credo esse de sono: vnde verus sonus realis erat in corporibus ad inuicem percussis: vel in aere intermedio & fracto: & dico intermedio inter illa corpora ad inuicē percussa: & species eius spiritualis multiplicatur longe per aliū aerē: & ille sonus realis est qui audit̃ per suam speciem: sicut color ille est qui videtur ꝑ suā speciem: & tamē anteq̃3 longe perueniat species soni cessauit sonus realis & sic auditur ꝙ trāsiuit & nō est. sꝫ differt sensatio a memoria q2 memoria est ad longū tēpus p̄teritū & ꝑ iudicium p̄teritionis. Sensatio autē nō est ꝑ modū preteritionis nec preteriti: nisi pro quanto tēpore durat multiplicatio speciei. ¶ Restat etiā alia ratio soluenda ad aliam partem vbi dicebatur ꝙ medium resistit lumini: dicitur ꝙ nō: s3 hoc solum prouenit ex eo quod agēs est determinatum & magis potest prope ꝗ̃ longe. nec potest in infinitum. etiam medium est magis dispositum vnum quā alterum: quia magis est diaphanum: ideo plus recipit de lumine vnum qua3 alterum: licet nullum sit resistens.

Questio. XXI.



Queritur circa vltimum capitulum. Utrum aliquis potest sentire plura simul distincte & perfecte. & ad arguendū qꝺ non: premittuntur due suppositiones. Prima est ꝙ maior motus in anima depellit vel offuscat minorem siue in eodem sensu: ꝓpter quod astra nō videmꝰ de die propter fortem lucem solis: & in tumultu multorum simul loquentiū non possumus de aliquo distinguere quid loquat̃: & similiter in diuersis sensibus si est quis multum attētus ad melodiam vel ad aliqua verba nō percipit aliquādo distincte q̄ ante oculos transeunt. ¶ Alia suppositio: ꝙ vnoquoq3 simplici existente melius iudicaremus ꝗ̃ si esset alteri commixtum: vnde quando lumē solis transit in mane per fumos a terra eleuatos nō iudicamus bene de eius luce seu claritate: sed apparet nobis ruber. ¶ Ex huiusmodi igitur suppositionibus arguitur primo: quia eodem sensu nō possumus plura sentire perfecte: quia vel illa essent sensibilia eiusdem speciei & eiusdem rationis: vt album & album: vel essent contraria: vt album & nigrum: modo si essent ꝯ̃ria tunc essent miscibilia & eoꝝ spēs miscibiles simul in eodē subiecto: sicut per istū totū aerē multiplicantur species simul albi & species nigri: & etiā species soni acuti & soni grauis. ex quo sequitur ꝑ secundā suppositionē ꝙ neutrū potest perfecte sentiri. sive ro sint eiusdem speciei tunc in passo scilicet in sensu faciunt vnicū effectum. verbi gratia si a duobus vel tribus ignibus hec aqua fiat calida tamē erit vna & eadē caliditas qua totalis aqua erit calida: ergo similiter si hoc album & illud album agunt simul in visum fiet ab eis vna sensatio. s3 vna sensatione nō distinguimus hoc ab illo: ergo illa nō sentiemus distincte nec per consequens perfecte. ¶ Et iterū dicebat̃ ꝙ magis offuscat minus propter quod astra nō vidētur de die licet vtrūq3 sit lucidū scilicet tam sol ꝗ̃ astrum: & sic vbi vnū est maius & alterū minus illud quod est minus non perfecte sentitur: & si sint equalia verisimile est ꝙ vtrūq3 remittit de reliquo & sic neutrū eque perfecte sentitur. ¶ Et ita etiā arguitur de diuersis sensibus quia apparet ꝙ se inuice3 impediunt: q2 multū attenti per visum non ita bene discernimus audibilia & econuerso. ¶ Arguitur etiam de sensu cōmuni quia ipse non potest duo simul sentire & vtrunq3 perfecte: s3 quia potest vnum pari ratione posset tria & centum: & tercentum: quod apparet falsum: & patet cōsequētia: q2 isto modo argumentatur Aristoteles quarto physicorum de penetratione dimensionum: scilicet quod si duo corpora possent esse simul in eodem loco secundum penetrationem pari ratione tria possent: & centum: & tercentum: & sic posset totus mūdus esse in grano milij.

Oppositum arguitur: quia intellectus simul intelligit plura aliter non posset componere & diuidere: & non sequitur propter hoc quod aliquod eorum minus ꝑfecte intelligat: q2 dicit Aristoteles tertio de anima ꝙ si intellectus intellexerit magnū intelligibile non propter hoc minus intelligit infima imo melius: & simile videtur esse de sensu quia rationes que arguebant de sensu ita videntur arguere de intellectu q2 nō solum intellectus cōponit: sed & diuidit et iudicat cōuenientiā vel differentiā inter diuersa intelligibilia: ita etiā sensus facit inter diuersa sensibilia. ¶ Itē: albedo & dulcedo cōpatiunt̃ se ꝑfecte in re extra: ergo rōnabile est ꝙ species earū cōpatiant̃ in sensu ꝑfecte: & ita simul ambe sentiunt̃. ¶ Itē: magnitudo nō īpedit visionē coloris nec color visionē magnitudinis: imo vtrūq3 alteꝝ iuuat: q2 nec magnitudo posset sentiri sine luce vł colore: nec color aut lux sine magnitudine: ergo hec ābo pñt simul ꝑfecte videri: imo ꝑfectius ꝗ̃ aliquod illorum seorsum. ¶ Ista questio est aliquantulum difficilis quia non solet multum tractari: & quia Aristoteles non determinat de ea nisi illud quod est quasi per se manifestum: scilicet quod plura sentimus simul tam pluribus sensibus quam vno sensu siue exteriori siue communi: experimur enim quod plura sentimus simul: & diuersis sensibus: & eodem sensu: tam contraria: quā similia. Sed est dubitatio vtrum simul quodlibet eorū eque perfecte sentimus sicut possemus sentire vnum eorum. Ponuntur conclusiones. ¶ Prima conclusio non contingit sentire vnum


solum ita qđ non sentiant plura: quia omne qđ sentit habet partes. ⁊ ipsum est ille partes: q̄r suppono ꝙ totū est sue partes: ergo ille partes sentiuntur que tamen sunt plures: ergo quandocunq̄ aliquid sentitur plura sentiuntur. ¶ Secūda conclusio est ꝙ plura eque perfecte sentiuntur sicut aliquod vnum sentitur: probatur eodē modo sicut prius: quia illud vnum est plura: ideo quodcunq̄ predicatum verificatur de isto termino vnum personaliter sumpto vt in proposito verificatur de isto termino plura ergo si vnum perfecte sentitur plura etiam perfecte sentiuntur. Et iste due conclusiōes ponuntur quia partes coniunctim sunt suum totum: licet neutra diuisim sit suum totum. ¶ Sed tunc queritur de diuisim ⁊ ponuntur conclusiones. ¶ Sit ergo tertia conclusio quod nō est possibile quodlibet illorum sensibilium que simul sentiuntur sentiri ita perfecte sicut aliqđ vnum sentitur. probo: quia secundū dicta prius: eius qđ sentitur secundū se totum quelibet pars sentitur ⁊ tamē sunt alique partes que ꝓpter paruitatem non possunt sentiri perfecte modo quo supra determinatum fuit: ⁊ totum quod est vnum sentitur distincte. verbi gratia literam b scriptam in illo pariete video distincte: ⁊ per visum iudico eam distinctam a circumiacentibus: modo illud qđ distincte cognosco ceteris paribus melius et perfectius cognosco q̄ȝ illud quod non possum distincte cognoscere. ¶ Quarta conclusio est: quod possibile est sentiendo simul totum ⁊ partē eius: perfectius sentire illā partem q̄ȝ illud totum: ⁊ hoc apparet per experientiam. possibile est enim qđ totum quod sentitur est valde magnum ⁊ latū: ideo non possunt extremitates eius manifeste se representare visui: vnde debiliter videntur ⁊ vna pars media bene ⁊ manifeste representat se visui: ideo illam perfectius videmus ⁊ distinctius q̄ȝ illud magnum totale. ¶ Quinta cōclusio est: qđ non est possibile sentire plura simul ⁊ qđlibet eorum ita perfecte sicut posset sentiri vnum: probatur sic: quia possibile est aliquod vnum esse optime proportionatum sensui: ⁊ secundū intensionem vel remissionem: ⁊ secundum magnitudinē vel paruitatem. ⁊ secundum situm vel distantiam ⁊ propinquitatem: et tunc si sentiens bene aduertat ad illud perfectissime sentietur: scilicet: quantum perfecte ille sensus pōt ipsum sentire: sic autem non est possibile qđ aliquorum plurium simul sensorum quodlibet se habeat in optima proportiōe ad sensum: ideo non est possibile qđ illorum quodlibet ita perfecte sentiatur. Et itē ad perfectionem requiritur attentio diligens: ideo si valde attendimus ad voces vel melodias nō bene sentiemus q̄ ante visum occurrerent quātumcunq̄ visui sint bene proportionabilia: sed nō est possibile ita perfecte attendere simul ad vtrunq̄ aliquorum plurium sicut ad vnum: siue eodem sensu siue diuersis: sicut cōmuniter experimur: ergo. ¶ Sed contra istam conclusionē est vna obiectio quia opposita iuxta se posita magis apparent: ita ꝙ magis apparet album si sit iuxta nigrum ⁊ econuerso vt dictum est tertio metheororum: estq̄ in perspectiua: ergo videtur ꝙ tam album ꝙ nigrum pfectius sentimus simul iuxta se posita q̄ȝ album solum vel nigrum. ¶ Solutio potest dici ꝙ si hoc apparet magis album ⁊ illud magis nigrum non sequitur qđ aliquod illorū perfectius sentiatur: quia forte hoc apparet plus albū q̄ȝ sit ⁊ illud plus nigrum q̄ȝ sit: ⁊ hoc esset decipi: ⁊ non perfecte sentire. vel forte diceretur ꝙ sic perfecti⁹ sentiuntur sensatione communi ⁊ distinctius eorum q̄ȝ aliquod illorum posset sentiri sensatiōe sibi propria: ⁊ hoc pertinet ad cōclusionem sequentem. ¶ Sit ergo vltima conclusio: ꝙ pfectius sentimus plura sensatione cōmuni ipsorū q̄ȝ aliquod vnū sensatione propria ipsius. probatur. quia sensatione perfectiori perfectius sentimus: sed sensatio plurium compositiua scȝ iudicans differentiam vel conuenientiam inter hoc et illud est perfectior ⁊ finalior q̄ȝ sensatio simplex huius vel illius: ideo tali sensatione sic compositiua perfectius sentimus licet plura: q̄ȝ nos sentiremus aliquod vnum simplici sensatione illius.

Et contra ista fuerunt rationes pauce illarum que a principio adducte fuerūt. vna eīn dicebat ꝙ si intellectus intellexerit maximū intelligibile nō min⁹ intelligit īfima. dico ꝙ verū est sed vnū post alterū. sȝ nō pōt ad vtrūq̄ illorū simul ita pfecte attēdere sicut pōt ad vnū illorū. ¶ Alia ratio erat ꝙ albedo ⁊ dulcedo possunt simul eē pfecte ī eodē subiecto extra: ergo similiter species possunt simul esse ī sensibus. concedatur. tamen anima nō pōt ita pfecte attendere ad vtrāq̄ simul sicut posset ad vnam. ¶ Alia ratio fuit: qđ magnitudo non impedit visionem coloris nec color magnitudinis cum neutrum possit sentiri sine reliquo: concedo totum: sed tamen apparet quod attendens multum ad mensuram: scilicet quāta sit superficies alba: non bene poterit attendere simul ad gradum intensiōis albedinis licet percipiat albedinem: ⁊ ita etiam attendens multum ad gradum intensionis albedinis non simul attendet quanta sit superficies.

Explicite sunt questiōes subtilissime Magistri Joannis Buridani in librum Aristotelis de sensu ⁊ sensato.

¶ Sequuntur questiones eiusdem magistri Joannis Buridani De memoria et reminiscentia.

Questio. I.



Circa librū de memoria ⁊ reminiscētia queritur primo: vtrū memoria sit solū p̄teritorum an etiā presentiū. Arguitur qđ ipsa sit presentiū: q̄r obiectū cuius est aliqua potētia cognoscitiua debet mouere illā potētiam ad actū: sed mouens nō mouet nec agit nisi sit presens: igitur.

¶ Itē: illius tanq̄ȝ obiecti est memoria quod ducit ad actū memorandi: sed illud est p̄sens quia est species: vel intentio reseruata in fantasia: seu in virtute memoratiua: ⁊ quod est reseruatū est presens. ¶ Itē: de omni eo quod tu alias cognouisti tu habes memoriam si nō sis oblitus: sed tu alias nouisti deū: ⁊ solē: ⁊ forte nō es oblitus ergo tu habes memoriā de deo ⁊ de sole qui tñ sunt p̄sentes: ergo ⁊c. ¶ Itē vel memoria est speciei reseruate: ⁊ illa est presens: vel est rei cuius est illa species: ⁊ forte illa etiam est presens: vt celum vel terra: igitur.

Oppositum dicit Aristo. dicit enim quod futurū non contingit memorari: sed est opinabile vel sperabile: nec etiā presentis est memoria imo sensus: sȝ facti ē memoria: vnde post tpā memoria ois. hec sunt verba Aristotelis. ¶ Notandum est ꝙ ꝓprie loquendo nullus dicit ꝙ ipse videt sortē: vel ꝙ ipse audit platonem: vel ꝙ ipse scit triangulū habere tres angulos: sed ipse dicit se memorari ꝙ ipse vidit vel audiuit platonem: vel quod alias considerauit de triangulo. ⁊ hoc est supponendū. Et ex ista suppositione concluditur quod ad actum memorandi requiritur actus cognoscēdi preteritus de quo nos dicimus habere memoriam: vt qđ vidi vel audiui: ita quod non sufficit actus presens vel futurus nisi etiam fuerit actus preteritus. ¶ Secundo etiā concluditur quod actus memorandi non solum cadit obiectiue super rem alias cognitam imo etiam super actum cognoscēdi illam rem ⁊ etiam super tēpus preteritum in quo fuit ille actus. ¶ Tertio concluditur ꝙ in virtute memoratiua reseruatiua que potest vocari memoria: siue in organo illius virtutis oportet esse certa reseruata. Primo quidem representatiuum rei alias cognite: et hoc solet vocari species sensibilis vel intelligibilis. Secundo representatiuum actus cognoscendi quo illam rem alias cognouimus: ⁊ hoc solet vocari intentio. Tertio representatiuum temporis in quo illam rem cognouimus. ¶ Quarto concluditur quod ad actum memorandi sex concurrunt: scilicet tria representata: puta res alias cognita: actus quo ipsa cognoscebatur: tēpus in

tēpus in quo illa res cognoscebatur: ⁊ alia tria representatiua scilicet species rei alias cognite: intētio actus cognoscendi: ⁊ intentio vel species temporis. ¶ Tunc istis suppositis questio soluitur secundū formam eius. Et erit prima conclusio q̄ȝ si memoria dicatur esse representatiuorum: ipsa est presentium. quoniā illa representatiua sunt principaliter in fantasia: vel in virtute memoratiua aliter nō ducerēt ad aliquē actū cognoscendi. ¶ Sed de representatis ponit̄ scd̄a ꝯclusio scȝ q̄ȝ vnū representatū: scȝ res alias cognita forte est preterita ⁊ corrupta: forte est p̄sens: ⁊ forte nunꝙ fuit: sȝ adhuc est futura: verbi gratia forte nunc sum memor ꝙ heri cogitaui vel locutus fui de antichristo: ⁊ de hoc habeo memoriam scilicet ꝙ heri de eo cogitaui: ⁊ sic memoriam habeo de antichristo tanꝙ de illa re quam memoror alias cognouisse: ita memoror alias vidisse solem vel lunam qui tamen sunt p̄sentes. ¶ Tertia conclusio: quod si memoria est aliorū duorum representatorū: scilicet actus cognoscendi ⁊ tēporis tūc opȝ ꝙ sit preteriti: ⁊ nō p̄sentis neqȝ futuri: q2 proprie loquendo nec memoror ꝙ video nec memoror ꝙ videbo te: sȝ memoror ꝙ vidi te scȝ in p̄terito tēpore: ⁊ secundū actū vidēdi p̄teritū. ¶ Sed vltra ad magis explicādū istā materiā notandū est ꝙ memoria aliquādo accipitur pro aliqua virtute anime: et aliquando pro actu illius virtutis: vnde sic etiam istis duobus modis accipiūtur sepe ⁊ sensus ⁊ intellectus: si ergo memoria capiatur pro actu virtutis aīe: ille est duplex. Un⁹ est species vel intētio reseruata in aliqua virtute anime secundum quā pro parte possumus duci ad cognoscēdū ⁊ iudicādum ꝙ talē rem alias vidimus vel cognouimus: ⁊ isto actu nihil cognoscimus formaliter: imo istum actū habem⁹ et dormiendo ⁊ nihil considerando. Alius est actus quo per tales species vel intētiones reseruatas iudicamus nos talia vidisse aut cognouisse: ⁊ ille est actus cognoscitiuus quo formaliter cognoscimus ⁊ iudicamus: actus prior scȝ species vel intentio reseruata solet vocari actus primus anime: ⁊ act⁹ ille cognoscitiuus solet vocari actus secundus memoratiu⁹. Unde propter actum primū dicimus aliquē illum qui dormit vel considerat memorari de tali opere ⁊ nō oblitum esse: ⁊ aliquē dicimus ipsum nō actu memorari q2 nihil actu cognoscit. Et secundū hoc etiā oportet ponere duplicē potentiā aīe memoratiuā. Una est in qua subiectiue sunt ille species vel intētiones reseruate ⁊ illa non est cognoscitiua sed solum reseruatiua. Alia est in qua est subiectiue actus secundus memorādi qui est cognoscitiuus: etiam illa virtus est cognoscitiua: ⁊ est sicut dicit Aristoteles primum sensitiuum. i. sensus communis: cui ille species reseruate representātur. ⁊ de istis magis dicetur post.

¶ Rationes que fiebant soluuntur ex dictis: conceditur enim ꝙ mouens ad actū secundū memorandi est p̄ns: q2 est species vel intētio reseruata in fantasia vel in memoria: ⁊ p̄ hoc soluunt̄: prima ratio: ⁊ secūda. Alie due rationes ꝓcedunt de illo reseruato: de quo dictū fuit ꝙ possibile est ꝙ est presens: ⁊ possibile est ꝙ sit futurū: vel preteritum. Et sic patet questio.

Questio .II.



Queritur vtrum memoria est habitus an passio primi sensitiui. Arguit̄ q̄ȝ nō: q2 memoria est quedam virtus anime scilicet virtus memoratiua: sed habitus ⁊ passiones distinguuntur cōtra virtutes: ergo memoria non est habitus neqȝ passio. ¶ Itē virtus memoratiua i. qua est actus memorādi est distincta loco ⁊ subiecto a p̄ mo sensitiuo ergo memoria nō est in p̄ mo sensitiuo: nec p̄ ꝯsequens est passio sensitiui primi: antecedens probatur q2 solet cōmuniter dici ꝙ virtus memoratiua habet organū suum in posteriori parte cerebri: primū autē sensitiuū scilicet sensus communis habet organū suū in anteriori parte cerebri vt aliqui dicunt vel in corde vt videtur velle Aristoteles. ¶ Itē si memoria esset habitus vel passio sequeretur ꝙ continue essem⁹ i. actu memorandi q̄ȝ est falsum ⁊ patet consequētia q2 primū sensitiuū est virt⁹ cognoscitiua: ⁊ ideo si esset in eo species reseruata q̄ dicit̄ habitus memorādi illud primū sensitiuū ꝯtinue iudicaret s̄m illā speciē: ⁊ hoc esset actu memorari. ¶ Itē memoramur multa q̄ sub sensum nō cadūt: vt memoror q̄ȝ demonstratū fuit mihi triāgulū habere tres angulos: ⁊c. ⁊ hoc vniuersaliter q̄ȝ sub sensum nō cadit. memoror etiam plura intellexisse de deo: ⁊ ista sub sensum nō cadunt: talis memoria nō est habitus neqȝ passio primi sensitiui. ¶ Item: solent poni virtutes interiores ordinate ad sentiēdū: scȝ sensus cōmunis: ⁊ fantasia: ꝯsiter cogitatiua ⁊ memoria. ⁊ sicut se habet fantasia ad sensum cōem ita memoria ad cogitatiuā seu extimatiuā idcirco sicut species reseruate in fantasia mouent sensum cōmunem: ita species reseruate in memoria mouent cogitatiuā: ⁊ ideo memoria nō dȝ dici habitus vel passio vel etiā actus sensus cōmunis: imo potius cogitatiue seu estimatiue.

Oppositum declarat Aristoteles. De ista q̄stione est sciendū ꝙ plurimi philosophi: scȝ Auicēna ⁊ alij ꝯsiter post ipsum distinxerunt quatuor virtutes p̄tinētes ad sentiendū: (dico de virtutibus interioribus) ⁊ posuerūt quatuor distincta organa earū. Primo posuerunt sensuȝ cōmunē p̄ticipantē sensibilia oīm sensuū exteriorū. ⁊ actus sentiendi eorū: ⁊ potentē cōparare ista: ⁊ nihil vltra: ⁊ hec est virtus cognoscitiua. Secūda virtus est fantasia seu imaginatiua: reseruans species sensibiles ⁊ intētiōes sibi impressas a sensu cōmuni actu sentiente: ⁊ postea cū ille species vel intentiōes reseruate iterato p̄sentant̄ sensui cōi sensus cōmunis sentit ⁊ iudicat de sensibilibus in absentia eorū: vt in somnijs aut in camera clausa tunc iudicas de celo de terra: ⁊ de alijs. Tertia virtus est cogitatiua siue existimatiua: nā secundū cōmentatorē illa vocatur in brutis estimatiua ⁊ in hominibus appropriate solet vocari cogitatiua: ⁊ ista virtus est cognoscitiua: ⁊ habet potestatem vltra sensum cōmunem iudicare de differentijs temporum quoniam sensus cōmunis non iudicat nisi per modū p̄sentis sicut neqȝ sensus exterior: cogitatiua autem iudicat ⁊ per modū presentis: ⁊ per modum preteriti. Postea autē sequitur virtus memoratiua q̄ reseruat cogitationes sibi impressas a virtute cogitatiua: ⁊ sic fantasia ⁊ virtus memoratiua nō sunt virtutes cognoscitiue: sed solū reseruatiue specierū intentionum ⁊ tamen videtur mihi ꝙ Aristoteles nō posuit tot virtutes interiores sed solū duas scȝ sensum cōem: quē semper vocauit primū ⁊ p̄cipale sensitiuū: ⁊ credidit illū habere omnē potētiā quā alij attribuūt virtuti memoratiue ꝑut virtus memoratiua ponit̄ reseruatiua: ⁊ nō appet mihi ꝙ aliq̄ rōnes cogant ad ponēdū plures tales virtutes ⁊ ideo ponēde sunt solū iste due. ¶ Notandū est vltra ꝙ hoc nomē memoria solet capi multipliciter. Uno mō p̄ virtute aliqua anime vel corporis simul. Alio modo p̄ habitu distincto ab huiusmodi virtute ⁊ etiam distincto ab actu cognoscitiuo memoratiuo. ⁊ tertio modo capit̄ p̄ actu cognoscitiuo memoratiuo quo actu iudicam⁹ nos alias hoc vidisse vel audiuisse. si ergo capitur memoria p̄ illo actu cognoscitiuo memoratiuo sic memoria est passio sensus cōis: scȝ primi sensitiui: ita ꝙ est accidēs illi sensui cōi inherēs: cū nō ponamus aliā virtutē sensitiuā ⁊ cognoscitiuā interiorē nisi sensum cōem. si vero memoria capit̄ p̄ habitu scȝ distincto a p̄dicto actu ⁊ a virtute anime ille habit⁹ nihil aliud est q̄ȝ species ⁊ intētiones reseruate in fantasia: ⁊ iō sic memoria est passio fantasie subiectiue q2 inheret fātasie cū adhuc quodāmodo pōt dici habit⁹ respectu sensus cōis nō subiectiue sȝ obiectiue: q2 illa species vel intētio reseruata pōt iterato obijci ⁊ representari sensui communi: ⁊ sic mouere ipsum ad iterato sentiendū ⁊ iudicandū de sensibilibus alias sensatis in absentia ipsorū: ⁊ sic debēt intelligi verba ari. scilicet ꝙ memoria est habitus vel passio primi sensitiui. i. sensus cōis. Si vero memoria capitur pro virtute anime: vel capit̄ p̄ illa virtute q̄ subijcitur intentionibus reseruatis ⁊ sic est idē quod fantasia: vel capitur pro illa virtute que subijcitur actui cognoscitiuo memoratiuo ⁊ sic idē q̄ȝ sensus cōis. ¶ Omnes rationes sunt solute preter illā que arguit ꝙ memoramur de sensibilibus q̄ sub sensum nō cadūt sȝ de hoc fiet questio specialis. Et sic patet questio.

Questio .III.



Queritur vtrum memoria pertinet ad partem anime sensitiuam an ad partē anime intellectiuam. Arguitur quod pertineat ad partem intellectiuam: quia nos bene memoramur de nostris apprehensionib⁹ vniuersalib⁹: ⁊

tamē apprehēsiones vniuersales ptinent ad ptem intellectiuam nō ad partē sensitiuā: prout cōiter cōceditur. igit. ⁊ pz sic maior qꝛ tu bene memoraris te aliqñ considerasse ⁊ demōstrasse ꝙ oīs triangulus habet tres angulos equales duobꝰ rectis. ¶ Itē simili modo arguit sic nos bene haberemꝰ memoriā de cōsideratiōe nostra circa deū ⁊ intelligētias. ⁊ tamē huiusmodi cōsideratio nō pertinet ad partē sensitiuā: sz ad intellectiuā: igit. ¶ Itē dicte rōnes sub eadē sensitiua pñt sic formari: omne iudiciū nostrū de actibus nostris p̄teritis p modū preteritiōis est actus memoratiuus: sed p intellectū iudicamus de actibus nostris p̄teritis: ⁊ p modū p̄teritiōis igit. maior est nota de se: minor etiā pz: qꝛ possum vere iudicare ꝙ alias studui de deo ⁊ de intelligentijs: ꝙ alias demōstrauimus multas demonstrationes de vniuersalibus vt qꝺ omnis triangulus ⁊c. tamē he cōsideratiōes fiūt p intellectū nō p sensū. ¶ Itē: illud cōfirmat sic vehemēter: pᵒ rhetorice vita seniū vt in pluribus regit memoria: ⁊ tñ senes nō p partē sensualē sz p ptē intellectualem regi debent; qꝛ aliter nō esset vita eoꝝ nisi bestialis: vt pz pᵒ ethicoꝝ: igitur memoria pertinet ad ptē intellectualē. ¶ Itē: seneca in libello de quatuor virtutibus cardinalibus determinat tres esse partes prudentie scilicet memorari p̄terita: prouidere futura: et ordinare presentia: ⁊ tamē prudētia pertinet ad intellectū: qꝛ est habitus intellectualis: vt patet. vj. ethi. ergo memoria ptinet ad intellectum.

Oppositum videtur velle Aristo. in hoc libro. dicit enim ꝙ memoria est p̄sentatio primi sensitiui ⁊ si sit intellectiui hoc est per accidēs. Pono igit aliquas cōclusiones. ¶ Prima est: qꝺ nō solū in parte sensuali: sed etiā in pte intellectuali reseruantur species vel intentiōes vel habitus aliqui vel qualitercunqꝫ vis talia noīare per que possumus cōsiderare ea q̄ alias considerauimus: ⁊ iudicare de nostris considerationibus intellectualibus p̄teritis. Ista conclusio patet: qꝛ aliter qñ dormires tu nihil plꝰ scires de intellectualibus ꝙ̄ qñ venisti: qꝺ esset incōueniēs: ⁊ videt ista cōclusio manifesta esse p experiētias: nos enim manifeste iudicamus de nostris cōsideratiōibus intellectualibus p̄teritis ⁊ p modum p̄teritiōis sicut prius declaratū est in arguēdo ad questionē. ¶ Scđa cōclusio ponit: ꝙ nō solū in parte sensuali sz etiā in parte intellectuali ponēda est virtus memoratiua: cōclusio patet ex p̄cedente ⁊ p rōnes q̄ in principio questionis fiebant: quoniā illa est virtus memoratiua q̄ sic est reseruatiua intentiōis actuum p̄teritoꝝ ꝙ p hmōi reseruatiōē possimus vere ⁊ euidēter iudicare de actibꝰ p̄teritis: ⁊ p modum preteritionis: mō intellectus est hmōi vt dictū est: igit intellectus vere pōt dici virtus memoratiua. ¶ Tertia conclusio ponit: qꝺ etiā in pte sensuali ⁊ nō solū in pte intellectuali est ponēda virtus memoratiua: probo qꝛ bruta intellectū nō habent: ⁊ tñ in multis brutis memoria inuenitur p quā illa bruta sciunt ire ad pascua vbi alias fuerunt: ⁊ reuerti ad domicilium: ergo ad partē sensualē pertinet virtus memoratiua. ¶ Sed tunc oritur dubitatio quare Arist. magis posuit memoriā pertinere ad ptē sensitiuā: ꝙ̄ ad ptē intellectiuā. Et ad solutionē hmōi dubitationis Pono alias duas cōclusiones. ¶ Prima est: qꝺ in parte intellectuali nō differt virtus memoratiua scꝫ reseruatiua a v̄tute cognoscitiua: qꝛ si differret aut hoc esset ex pte aīe: aut ex pte corporis: sz neutro mō est igit: maior pz a sufficiēti diuisiōe, minor pbat: primo ꝙ nō ex parte aīe: qꝛ anima intellectiua est vna ⁊ simplex ⁊ indiuisibilis vt suppono. Secundo pbo ꝙ nec ex parte corporis: qꝛ intellectus inquātū dicitur intellectus nō vtitur in suo opere organo corporeo: prout dꝫ videri in tertio de anima. ¶ Alia conclusio ponitur: ꝙ in parte sensuali virtus memoratiua scꝫ reseruatiua est distincta a virtute cognoscitiua. Et ad hoc probandum notandum est: ꝙ lꝫ poneremus in hoīe eandē esse animā sensitiuā ⁊ animā intellectiuā: tñ oporteret dicere qꝺ illa anima scđm aliam rationem dicitur sensitiua: ⁊ secundū aliā ratiōnē: dicitur intellectiua. dicit enim sensitiua inquātum in opere suo vtit certo organo corporeo. Et dicit intellectiua in quātū in opere suo nō vtitur certo organo corporeo: tūc quāuis ex parte anime non differrēt memoratiua ⁊ cognoscitiua in parte sensuali tamē differētia est ex parte organorꝫ corporalium: alia enim complexio corporalis etiam requirit ad bene ⁊ subtiliter apprehēdēdum: qꝛ humida: ⁊ alia requiritur ad bene ⁊ fortiter retinendū aut cōseruandū: quia sicca: ideo in parte in sensuali debet esse aliud organum reseruatiuū ⁊ aliud organū cognoscitiuū. Et hoc iterū confirmat qꝛ si reseruatio specierum ⁊ intentionum in parte sensuali fieret in organo cognoscitiuo: sequitur qꝺ semper durante ista reseruatione esset actualis cognitio: qꝺ est falsum. ¶ Sz tūc iterū oritur maior dubitatio: quare simpliciter nō semp intelligimus continue cū in virtute cognoscitiua fiat cōtinue reseruatio apud intellectum. Ad hoc est respondendū: ꝙ habitus intellectualis reseruati apud intellectū nō sūt sufficiētis actiuitatis ad mouēdū intellectū ad actū cōsiderandi: ideo oportet superuenire motum intellectus a fantasmatibꝰ ⁊ etiā oportet superuenire cū hoc actū voluntatis preseientē considerare de hoc vel de illo: tamē omnia apud intellectuꝫ existentia non sufficiunt ad considerandum in actu nisi intellectus actu moueatur a fantasmatibus: ideo bene dicit Aristo. tertio de anima: ⁊ in primo libro: quod anima non intelligit sine fantasmatibus. sed reseruata in parte sensuali sufficiunt ad mouendum sensum ad actum sentiendi: ideo non semper indigemus obiecto exteriori: imo sine eo p imaginationem possumus nobis formare varias apprehensiones: et ideo cuꝫ huiusmodi reseruationes sint sufficientes sequitur si ille esset in organo cognoscitiuo quod semper esset actualis cognitio quod non sequebatur de intellectu. ¶ Tunc ergo dicendum est ad illud quod dubitatur de aristo. qꝺ Aristoteles in primo libro loquebatur de illa memoria que est p virtutem reseruatiuam distincta a virtute cognoscitiua: verum enim est quod illa pertinet ad partem sensualeꝫ: ⁊ nō ad partem intellectualeꝫ: nisi forte per accidens ⁊ ministerialiter. ¶ Ad rationes dicēdum est quod omnes manifeste procedunt vijs suis.

Questio. IIII.




Queritur vtrum iuuenes ⁊ senes sunt male memoratiui. Arguitur primo quod iuuenes sunt bene memoratiui: quia dicit Albertus quod occupatio virtutis memoratiue a pluribus speciebus vel intentionibus est causa male memorādi: propter hoc quod non est ita facile plura retinere sicut pauca: ⁊ quia vna impressio ī virtute memoratiua confundit aliā ⁊ perturbat ⁊ ob hoc vetule meliꝰ memorantur de multis truffis quā clerici: ⁊ magis occupati: ergo per oppositum: non occupatio est causa bene memorandi: sed iuuenes minus habent virtutem occupatam quā alij ergo etiam debent esse melius memoratiui. ¶ Item. iuuenes siue parui sunt multum admiratiui: vt habetur primo rhetorice: quia enim pauca viderunt ideo omnia tāꝙ̄ noua videntur eis miranda: modo admiratio est causa bene memorandi attendimus enim valde fortiter ad ea que nobis videntur miranda: ⁊ per fortem attentionem firmatur in memoria impressio: ergo iuuenes ⁊ parui debent bene memorari. ¶ Deinde arguit: qꝺ senes sint bene memoratiui: primo per Aristotelem primo rhetorice dicentem quod vita senum regitur memorijs. et non esset ita nisi essent bene memoratiui. ¶ Item dicit Aristoteles in hoc libro quod meditationes multe saluant memoriam: ita quod seruiūt ad bene memorandum: modo senes de eisdem rebus vel consimilibus habuerūt plures meditatiōes ꝙ̄ alij: igit ipsi debēt esse melius memoratiui. ¶ Item: dicit Aristoteles ꝙ memorabiles sunt illi q̄ sunt tardi ad recipiendum; tales autē sunt senes propter siccitatem et duritiem: igitur. ¶ Itē iuuentus ⁊ senium opponuntur et male memorari et bene memorari opponuntur: et iuuenes sunt male memoratiui vt dicit Aristoteles: ideo senes sunt bene memoratiui: et tenet consequētia per illam regulam secundi topicorum si oppositum in opposito et propositum in proposito.

Oppositum dicit Aristo. dicit enim quod grandi et multum senes sunt immemores: cuius causam assignat qꝛ grandi idest parui plus opportuno sunt humidiores ideo fluit impressio ⁊ nō pōt bene manere. Senes autē sunt opportune duriores; ideo non potest eis in organo memorie fieri impressio. ¶ Notādū est breuiter: ꝙ bonitas vel malitia memorandi puenire pōt aliqñ ex motu siue fluxu organi: aliqñ ex cōplexione organi ⁊ aliqñ ex pte apphēsiōis vel apprehensionum

phensionū. ¶ Dico primo ex motu organi si in corpore facta sit aliqua impressio: et partes illi⁹ corporis fluant inter se vel refluant: ille fluxus remouebit vel turbabit impressionem: ideo motus vel fluxus organi memorie facit ad nō bene memorari. Motus autē vel fluxus in organo memorie prouenit aliquā propter passionem accidentem: et aliquando propter etatem dico propter passionem accidentem vt in ebrijs vel in infirmis: aut etiam in iratis vel in timentibus. Ideo tales de eis que tunc superueniunt non memorantur: sed dico propter etatem: quia in paruis est valde multus fluxus per totum corpus ꝓpter augmētū: et in senibus etiā ꝓpter decrementū: ideo iam manifestū est ꝙ ꝓpter fluxū organi pueri et senes redduntur male memoratiui: illi autem qui medie etatis sunt: magis sunt sedati: ideo possunt magis memorari. Deinde ex parte cōplexionis sciendum est: quod complexio nimis sicca et dura nō potest faciliter recipere impressiones: quarum tamen receptio est necessaria ad memorandum. Complexio nimis humida quāuis faciliter recipiat impressionem tamen non potest eam bene retinere propter fluxum. Unde si in aqua facias impressiones ꝑ baculū vel virgam statim a baculo illo remouetur impressio: modo senes sunt plus debito duri et sicci et parui pl⁹ debito humidi: ideo sequitur ꝙ vtrique sunt male memoratiui quantum est ex complexione organi: Deinde ex parte apprehensionis vel apprehensionum sciendum est: quod impressiōes fortiter firmantur in memoratiua duobus modis. Uno modo propter fortem attentionem: si quis enim valde fortiter attēdat ad illud quod videt: vel audit: ipse magis memorabitur eius. Alio modo firmatur impressio ex multa meditatiōe circa idē: vnde est quod lectio audita et nō sepe repetita trāsit et non ꝓdest: modo quantum est ex forti attentione parui bene de aliquibus memorantur circa que valde attendunt ꝓpter admirationem: sicut prius dicebatur arguendo: sed ꝓpter multiplicatam meditationem senes bene memorantur de antiquis: qui valde frequenter circa talia meditati fuerunt. ¶ Et ideo notādum: ꝙ valde senes multū bene memorantur de antiquis operibus qui pluries considerauerunt circa ea vel similia: sed de his que de nouo ipsis emergunt nō possunt memorari: quia nō pōt eis fieri impressio propter duritiem.

Ad rationes. Ad primam: cōcedo quod ceteris partibus minus occupati melius memorantur: ideo parui melius memorarentur quam alij nisi alia obstarēt que dicta fuerunt. ¶ Ad secundā rationē respondendum est quod parui propter admirationem valde bene memorantur de aliquibus et vsque ad finem vite: sed de alijs de quibus admirationē multam non habuerunt non bene memorantur. ¶ Ad aliam respondendum est quod parui et senes qui nō habent sensus optie dispositos: habent memoriam adhuc nimis humidam: ideo non optime dispositam ad recipiendum. ¶ Ad aliam dicendum est: quod senes bene memorantur de antiquis: vel ad eorum similitudinem vel dissimilitudinem ordinant presentia et preuident futura: et sic intendit Aristoteles ꝙ vita eorū regitur memorijs: et non intendit quod bene memorentur eorum que de nouo ipsis occurrerunt. ¶ Ad aliam respondendum est: quod tardi ad recipiendum bene memorantur si possit eis fieri impressio: tamen si non possit non bene memorantur: modo nimis senibus non potest fieri impressio in virtute memoratiua sicut dicebatur. ¶ Ad vltimam respondēdum est: quod illa regula si oppositum in opposito et propositum in proposito: non tenet in contrarijs nisi vtrobique sit contrarietas extremi ad extremum. modo in proposito bene est cōtrarietas extremi ad extremum notata inter pueritiam et senium sed non inter bene memorari et male memorari in ordine ad complexionem: quia memorari est secundum complexionem mediam scilicet neque nimis siccam neque nimis humidam: vnde argumentum simile est huic argumento: prodigus et auarus opponuntur: bonus et malus opponuntur: et ꝓdigus est malus: ergo auarus est bonus: argumentū enim nō valet: quia ꝓdigus et auarus opponuntur extreme: et bonus malo opponitur sicut medium extremo: quia in medio consistit virtus: vt habetur secundo ethicorum.

Questio .v.



Consequenter queritur: vtrum ad reminiscentiam requiritur obliuio et ad memoriam non requiritur. Arguitur primo quod ad reminiscendum non requiritur obliuio: quia sequeretur quod reminisci esset idem quod iterum addiscere: sed consequens est falsum vt dicit Aristoteles: et consequentia nota est: quia si totaliter oblitus es alicuius rei tu nihil plus scis de illa quam sciebas ante addiscere: ideo tu non poteris venire ad scientiam illius rei nisi eā addiscas sicut eam prius didicisti: et hoc est iterum addiscere. ¶ Item si ad reminiscendum requireretur obliuio: sequeretur quod reminiscentia et resumptio memorie esset rememoratio eius quod oblitum erat: sed consequens negat Aristoteles: ergo. ¶ Item: tu nō es oblitus ea quorū species sunt seruate in memoria: sed species reminiscendorū sunt reseruate in memoria: ergo tu non es illa oblitus: maior est nota de se: et minor ꝓbatur: quia si in memoria tua nō essent reseruate species illorū reminiscēdorū: tunc nunquam tu posses venire ad notitiā illorū nisi ipsa de nouo tibi representarentur: quod tamen est falsum: quia ad reminiscendū non oportet illa preterita tibi de nouo presentari. ¶ Arguitur deinde quod ad memorandum requiritur obliuio per commentatorē qui dicit quod memoratio est reseruatio abscisa: et hoc videtur esse obliuio: et dicit etiam expresse cōmentator ꝙ memoratio est reminiscētia ei⁹ quod erat oblitum.

Oppositum videtur determinare Aristoteles. ¶ Unde breuiter notandū est: ꝙ memoria non capitur hic pro virtute memoratiua: nec pro specie vel intentiōe reseruata: sed pro argumento illo quo aliquis iudicat de actib⁹ preteritis per modum preteritionis: vt se hoc vidisse vel fecisse. Et similiter reminiscentia accipitur pro tali actu iudicatiuo: et ideo memoria et reminiscentia prout hic de eis loquimur conueniunt in hoc: quod vtraque est actus quo aliquis iudicat de preterito per modum preteritionis: vt se hoc vidisse vel fecisse: tamen differunt quia ad memorandū requiritur ꝙ homo habeat speciem vel habitū per quē possit prompte sine aliqua cogitatione meditari: quod ita vidit: vel audiuit: et hoc patet per quid nominis per omnem modum loquendi si inquiramus a te vtrū memoriam habes de tali facto statim dices quod sic si prompte scias meditari quomodo fuit: sed si non scias respondere quomodo fecit: dices quod tu nō bene memoraris: sed forte cum hoc diceres te credere quod per cogitationē illud tibi reduceretur ad memoriam. Sed ad reminiscentiam requiritur quod homo quando primo cogitat de re non habeat sufficientem habitum vel speciem ꝑ quā possit prompte iudicare quod ita fuit: et quod postea per cogitationē et discursum ex memoratis reuertatur sibi notitia de illo: et huiusmodi reuersio notitie de illo de quo non memorabatur vocatur reminiscentia: Et ideo sicut vult Aristoteles ad reminiscentiam requiruntur tres actus scilicet memoria aliquorum: et ꝓcessus ratiocinatiuus ex illis memoratis ad inueniendum aliquid non memoratum: et inuentio illius prius nō memorati vocatur reminiscentia: et processus ille vocatur discursus: vel ꝓcessus ad reminiscēdum: et illa memorata ex quibus sic proceditur sunt tanquam principia per que reminiscimur. Et debetis scire quod ex hoc concludit Aristoteles differentiam inter memoriam et reminiscentiam: quia memoria bene conuenit brutis reminiscentia vero brutis non conuenit propter hoc quod brutis nō conuenit ille processus ratiocinatiuus. ¶ Postea de obliuione. Notandum est quod duplex est obliuio: vna totalis: alia partialis. Obliuio totalis dicitur totalis corruptio speciei seu intentionis prius in memoria existentis ita quod homo se habet ad rem quam prius cognouit ac si nunquam pri⁹ cognouisset eam. Sed obliuio partialis est remissio vel turbatio huiusmodi speciei vel intentionis per talem modum quod ipsa non sit sufficiens ad prompte iudicandum quod ita fuit imo quod ad hoc indigeamus aliqua premeditatione. ¶ Istis notatis finaliter ponende sunt conclusiones. ¶ Prima conclusio est: ad memoriam requiritur obliuio aliqua: sed nec partialis nec totalis: vt patet: quia illorum diceris memorari: de quibus sine aliqua meditatione tu scis meditari: modo de tali nulla facta est obliuio: vt patet per

quid nominis. ¶ Secunda ꝯclusio est: q̄ꝺ ad reminiscendū non requiritur totalis obliuio quoniā de totaliter oblito nō est possibile reminisci: q̄ꝺ patet: quia ad reminiscendum requiritur iudicare quod ita vidimus vel audiuimus vel fecim⁹ ⁊ sic de alijs actibus: hoc autem non possumus iudicare nisi per speciem vel intentionem reseruatam: ⁊ ita non stat cum totali obliuione sicut dicebatur. ¶ Tertia conclusio ponit q̄ꝺ ad reminiscenduꝫ requiritur partialis obliuio ante actū reminiscendi: ⁊ hoc patet ex modo loquēdi: q̄ sicut dicebat oportet ꝙ quando primo in reminiscēdo iudicamus non simus prompti iudicare ꝙ ita sit sed fiamus prompti ꝑ meditationem ⁊ processum ex alijs memoratis: ⁊ hoc erat partialis obliuio vt dicebatur.

Ad rationes. Ad primam dico ꝙ reminiscentia nō est idem q̄ꝺ iterum addiscere q̄ iterum addiscere esset vel posset esse alicuius totaliter obliti ⁊ eius nō esset reminiscentia: imo vniuersaliter iterū addiscere est ac si nūq̄ꝫ illud sciuissemus; ita quod ad illud addiscere nihil operat hoc q̄ꝺ prius sciuimus illā rem: sed ad reminiscēdum operatur: quia requiritur q̄ꝺ nō sit totaliter oblitum. ¶ Ad aliam dicendū est: ꝙ reminiscentia est resumptio memorie: nec hoc intendit Aristoteles negare: sed vult dicere ꝙ ista nomina reminiscentia ⁊ resumptio memorie non sunt adinuicem conuertibilia: q̄ pōt esse memoria totaliter obliti ꝑ iteꝝ addiscere: ⁊ hoc non esset reminiscentia: imo ad reminiscendū requiritur ꝙ sit resumptio memorie non totaliter sed partialiter obliti per ꝓcessum ex memoratis ad inueniendum illud partialiter oblitū. ¶ Tertia ratio bene probat ꝙ reminiscentia nō est totaliter obliti. ¶ Sꝫ ad autoritatē ꝯsr̄ter dicendū est quod ipsa vtebatur hoc nomine memoratio: nō ꝓ memoria: sed pro reminiscentia: ⁊ illa autoritas sufficit pro nobis: et sic est finis. Deo gratias.

Explicite sunt questiōes de memoria ⁊ reminiscentia lecte Parisij a reuerendo magistro Joā. Buridano finite anno domini. MCCCVI.

Sequuntur questiones de Somno ⁊ Vigilia edite ab eodem.

Questio. I.



Circa libruꝫ de somno ⁊ vigilia Aristo. querit primo vtrū somn⁹ sit priuatio vigilie. Arguit ꝙ nō: q̄ illud est positiuum ⁊ nō priuatiuū q̄ꝺ ꝓuenit a causis positiue agētibus sed somnus est hm̄ōi: q̄ sōnus ꝓuenit a calore cordis digerentis ⁊ euaporātis cibū. modo illa est causa positiua ⁊ positiue agens igitur. ¶ Itē: dicit Aristo. q̄ꝺ sōnus est conuētus ⁊ reciprocatio caloris ad locum cordis: ⁊ anime: ⁊ hoc totū est positiuū: igit. ¶ Item: si somnus esset priuatio vigilie: sequeret ꝙ semꝑ esset a dormiente vel vigilante: sed consequens est falsum: falsitas cōsequentis est nota: quia existētes in extasi ipsi nec vigilant nec dormiunt. dicit enim aristoteles ꝙ ipsi non dormiunt: quoniā talis impotentia sentiendi nō est somnus vt dicit: similiter ipsi non vigilant quoniā vigilantia est dispositio secūdū quā animalia possunt in operationes sensuū: ⁊ extasis nō est talis dispositio: ⁊ sic patet falsitas cōsequētis. Sed ꝑ hoc cōsequētia probatur q̄ꝺ habitus ⁊ priuatio circa subiectū suū propriū sunt opposita immediata: ita ꝙ necesse est alterū illorū inesse illi substātie: ideo si somnus ⁊ vigilia priuatiue opponerentur necesse esset omne animal dormire aut vigilare. ¶ Itē: in predicamentis dicitur q̄ꝺ a priuatiōe non contingit reuerti in habitū: vt de cecitate ad visum: sed de somno cōtingit reuerti in vigiliā; ergo somnus nō est priuatio vigilie. ¶ Itē: illud est positiuū a quo prouenit effectus positiui: sed a somno ꝓueniunt effectus positiui. s. q̄ solis animalibus est regeneratio spirituum: vt voluit Aristoteles ⁊ commētator. ¶ Itē in nulla scientia determinatur principaliter de priuatiōe: sꝫ secundum albertum determinatur in isto libro principaliter de somno scilicet principalius q̄ꝫ de vigilia: sꝫ propter hoc vt dicit: q̄ vigilia nō habet alias operationes q̄ꝫ sensus; nec ꝓuenit ab alijs causis q̄ꝫ actus sentiendi: ideo nō opꝫ de vigilia determinare nisi ꝙ alicubi determinatum est de sensu: ergo somnus non est priuatio.

Oppositum dicit Aristo. dicit enim quod somnus ⁊ vigilia opponunt: ⁊ ꝙ somnus vigilie q̄dā priuatio est: dicit etiā Arist. ꝙ somn⁹ ē impotētia sentiēdi: vigilia aūt est potentia sentiendi: modo impotētia est priuatio potētie: igit. ¶ Dicit etiā ꝙ somn⁹ est tāq̄ꝫ requies: ⁊ modo quies est priuatio motus: igit. ¶ Notādū est ꝙ somnus pure naturalis sic fit: ꝙ ꝓpter calorē ꝓuenientē originaliter a corde licet expansum ad hepar ⁊ ad stomachū ⁊ ad alia membra decoquitur ⁊ digerit nutrimētū: ⁊ in hm̄ōi digestiōe resoluūtur ab ipso nutrimento vapores ⁊ fumi: q̄ ꝓpter caliditatē ⁊ subtilitatē ascendunt ad caput. ⁊ ibi ꝓpter frigiditatem cerebri infrigidant ⁊ ingrossantur: ideo reuertunt versus cor ⁊ hepar: ⁊ reuertendo obstruunt venas ⁊ meatus ꝑ q̄s calor ⁊ species innati sunt a corde diffundi ad exteriora: ⁊ ita repercutiuntur calor ⁊ species ad locū cordis: ⁊ cū ad cor ⁊ ad membra digestiua sit magnus cōuentus calorū ⁊ spūūꝫ: iō fit fortis digestio ⁊ multiplicatio spūum: ⁊ q̄ tūc ꝑ meatus obstructos nō possunt a corde mitti species sensuū ad organa exteriora: ideo nō possunt illa organa exercere opa sibi debita scilicet opus sentiēdi. ¶ His igit p̄missis q̄ noīa sunt significatiua ad placitū debetis scire ꝙ aliq̄n Aristoteles diuersimode vtitur hoc nomine somnus. vno modo quo hoc nomē somnus supponit pro sensibus exteriorib⁹ ea ratione qua nō sūt potentes sentire: ꝓpter carentiā spūūꝫ sensibiliū percussorū ad locū cordis: ⁊ nō potentiū diffundi ad illa organa ꝓpter dictā cām: ⁊ sine dubio pōt concedi ꝙ hoc nomē somnus est nomē priuatiuū priuatiue oppositum huic nomini vigilia: sicut illa nomina priuatiua opponunt: impotentia sentiēdi: ⁊ potentia sentiendi. Alio modo vtimur hoc nomine somnus put supponit ꝓ conuentu calorum ad locū cordis ⁊ mēbroꝝ digestiuorū: ꝓpter cōfortationē nature ⁊ regenerationē spirituū: ⁊ manifestū est ꝙ hoc mō hoc nomē esset nomē vere positiuū ⁊ nō priuatiuū. ⁊ sic somnus est dispositio positiua: ad quā tamē dispositionē sequit bene impotētia sentiēdi in organis exterioribus sensibilibus: sicut ꝑ motū positiuum solis sequuntur in nocte tenebre suꝑ terram. Et sic apparet quomodo omnes rationes soluuntur.

Ad rōnes ad primā dico quod per causas positiuas alicuius effectus positiui pōt bene cōsequi priuatio alteri⁹ dispositiōis: sicut dictū fuit ꝙ ad motū solis sequit in nocte carētia luminis suꝑ terrā ita cōcedo ꝙ ex actiōe calorū: ⁊ cordis: ⁊ vaporū: ex q̄b⁹ circa cor sequit effectus positiuus: sequit bñ alibi scꝫ in organis exteriorib⁹ īpotētia sentiēdi: q̄ pōt dici priuatio. ¶ Ad secūdā rōnē: cōcedit ꝙ somnus ꝓ illo cōuētu caloꝝ nō dꝫ poni priuatio. ¶ Ad tertiā: dico ꝙ habit⁹ ⁊ priuatio sūt opposita imediata circa subiectū acceptū vt est in ꝓpinqua dispositiōe ad illū hītū: vel ad illā priuationē: ⁊ aliter nō est verū. Catulus ante nonū diē nō est ī dispositiōe ꝓpinqua naturaliter ad videndū: iō tunc nec dī cecus nec vidēs. mō in ꝓposito hō tali extasi detētus nō est in dispōe ꝓpinqua ad opa somni vel vigilie: iō pōt cōcedi ꝙ tunc nec ꝓprie dormit: nec ꝓprie vigilat: sꝫ oē aīal sanū et in tpe ī quo iā est īnatū vti sensib⁹ vel dormit vel vigilat. ¶ Ad aliā dī ꝙ aliqua est priuatio priuās actū solū: ⁊ ab ista cōuenit regredi in habitum: ⁊ sic est de somno ⁊ vigilia. Alia ē priuatio priuās simul actū ⁊ potētiā: sicut cecitas q̄ nō solū dicit carentiā actus videndi: imo potentie ad videndū ⁊ a tali nō cōtingit regredi in habitū. ¶ Due vltime ratiōes procedunt de somno accepto ꝓ illo conuentu calorum.

Questio. II.



Queritur vtrum somnus ⁊ vigilia sunt passiones cōuenientes omnibus ⁊ solis animalibus. Et arguitur primo quod nō omni animali conueniant somnus ⁊ vigilia: q̄ somnus et vigilia

vigilia sunt passiones cordis vt vult Aristo. modo non oia aialia habent cor. ¶ Item: somnus ꝛ vigilia sunt passiones sensus cois: vt vult Aristo. sed non omne aial habet sensum coem igitur. probo minoꝛē: qꝛ quedā aialia habēt solum vnū sensum scꝫ tactum. vt vult Aristo. modo vbi est vnicus nō est sensus cois: ideo quedā aialia nō habent sensum coem. qꝺ etiā ex hoc ptꝫ qꝛ sensus cois radicatur in corde vt vult Aristo. ꝛ multa aialia non habent cor. vt dicebatur: igiꝉ. ¶ Iteꝫ somnus fit per vaporē ingrossatum a cerebro: modo multa sunt aialia que non hñt cerebrū neqꝫ caput ideo illis non potest cōuenire somnus. ¶ Deinde arguitur qꝺ plātis debeat conuenire somnus ꝛ sic nō solum aialibus: qꝛ sicut dicit Aristo. operando cōtinue accidit fatigatio: iō plantis sicut aialibus potest conuenire fatigatio: sed in fatigabilibus natura ordinauit requiem ad salutem ipsorum: ꝛ illoꝝ quies est somnus: ergo in plantis natura debuit ordinare somnum. ¶ Item: somnus describitur ab Aristo. ꝙ somnus est cōuentus caloꝝ ꝛ naturalis reciprocatio: modo hoc potest cōuenire plantis: nā ꝓpter frigus circunstans caloꝛ in plantis reuertitur ad interioꝛa: ideo propter defectum caloris extrinseci folia cadunt in hyeme ab arboꝛibus igiꝉ plantis inest sōn⁹.

Oppositū determinat Aristo. Ponēde sūt breuiter conclusiones quas ponit Arist. prima est ꝙ necesse est oi aiali inesse qñqꝫ vigiliā: sed tñ istā conclusionē limitat Aristo. ꝙ ipsa non dꝫ intelligi de necessitate simpꝉr sed de necessitate conditionata. dico eñ ꝙ non debet intelligi de necessitate simpꝉr: qꝛ credo ꝙ multa fuerūt aialia que nunqꝫ vigilauerūt vel dormiuerūt. Imaginandū est enim ꝙ aial a ꝑncipio sue formationis nō statim habet organa sensuū sufficiēter disposita ad sentiendū: ideo nō conuenit illi tunc vigilia qm̄ vigilare est vti sensibus exterioꝛibus in sentiendo actu: vel saltē vigilare est ipm̄ aial esse in dispositione in qua vtiꝉ sensibus exterioꝛibus vel vteretur si obiectum esset presens: ideo que non sunt in dispositione ad vtendū non vigilāt nec dicere opꝫ ꝙ dormiant: qꝛ somnus consistit in ligamento naturali sensuū exterioꝝ cum iam fuerūt innata sentire: ideo si illa aialia fuerūt cordata anteqꝫ haberent organa disposita ad sentiendū: illa nunqꝫ vigilauerūt: nunqꝫ etiā dormiuerūt ꝛ ideo non est verum simpꝉr loqn̄do ꝙ sit necesse omne aial aliqñ vigilare: sed dixi ꝙ hoc erat necessitate conditionata scꝫ si animal debeat viuere tēpoꝛe debito sue speciei ꝛ exercere opationes debitas illi speciei. ¶ Tūc igiꝉ ponitur ista cōclusio: ꝙ necesse est omne aial hr̄e sensum: ꝛ sensus est potentia naturalis ad sentiēdū: igitur necesse est omne aial aliqñ sentire: ꝛ tenet ꝯña qꝛ potentie naturales nō sunt frustra modo sentire ꝑm sensus exterioꝛes est vigilare igitur. ¶ Secundam conclusionē ponit Arist. ꝙ necesse est omne aial aliqñ dormire: intelligendo vt prius de necessitate conditionata. ꝛ ꝓbatur conclusio: qꝛ experimur ꝙ in multo vsu sensuū exterioꝛum accidit fatigatio modo in quibus accidit fatigatio natura ad salutē debuit ordinare requiem: ideo omni aiali dꝫ aliqñ cōuenire requies ipsoꝝ sensuum a sensatione: ꝛ illa si sit nālis est somnus. igitur. ¶ Sed hic accidit magna dubitatio: quare virtus nutritiua nō fatigatur in opando nec indiget requie: vt virtus sensitiua. Ad hoc rñdendum est vt credo ꝙ opus virtutis vegetatiue est ad continuationē vite ꝛ durationis ipsius aialis: iō ꝓpter opus illius virtutis nō fatigatur nec debilitatur aial sed foꝛtificaꝉ: ꝛ saluatur. sed in ope sensuū exterioꝝ natura indiget mittere spūs ad organa exterioꝛa ad exercendū opa sua: ꝛ illi spūs iam in organis exterioꝛibus existētes cito pp̄ subtilitatē exhalāt ideo si nimis continuaretur sensatio exterioꝛ spūs per quos vita exerceꝉ nimis diminuerētur: ꝛ ita debilitaretur aial: ꝛ tandē corrūpereꝉ: ꝛ illa est fatigatio aialis in opere sensus scꝫ diminutio spūum per exhalationē eoꝝ ab organis exterioꝛibus sensitiuis: ideo natura indiguit requie illoꝝ spūum donec intrinsecus regenerati essent spūs: ꝛ illa apparet necessitas somni: ꝛ apparet quare in alijs ptibus nō accidit fatigatio. ¶ Tertia conclusio ponitur ꝙ nulli alteri ab aiali conuenit vigilia vel somnus: ꝛ hoc pꝫ primo de vigilia: qꝛ sicut dictū fuit: vigilare cōsistit in vtendo sensibus exterioꝛibus vel in essendo in dispōne apta ad vtendū: ideo tm̄ conuenit vigilia qbus cōuenit sensus: ꝛ solis aialibus cōuenit: igiꝉ: ꝛ hoc idē pꝫ de somno: qꝛ circa idē fiūt somnus ꝛ vigilia: sicut circa idē fiunt habitus ꝛ priuatio: ꝛ ideo debetis scire ꝙ si deo ꝛ intelligentijs que sensu carent attribuatur vigilia vt patet in .xij. metaphysice: hoc nō est ꝓprie sed metaphorice: sic eñ semper dñr vigilare qꝛ semper sunt in actu siue in opere: nō tñ sentiendo: sꝫ intelligēdo. Et debetis notare ꝓpter istam questionē ꝛ oēs alias in hac materia qꝺ in isto ꝓposito ego non curo de logicis cauillationibus: verū eñ est qꝺ de virtute sermonis hec esset falsa somnus vel vigilia pōt conuenire omni animali: qꝛ nec iste nec ille pōt conuenire oi animali: ꝛ sic de singulis: sed hec esset vera: oi aiali pōt inesse somnus aut vigilia. Similiter etiā illa de necessario in sensu composito esset falsa: scꝫ necesse est omne aial aliqñ vigilare: sed illa in sensu diuiso esset vera: de necessitate conditionata vt dixi scilꝫ oē aial necesse est qñqꝫ vigilare. In istis questionibus intelligatis verba ad sensus conuenientes siue exprimantur siue non.

Ad rationes respondendum est. Ad primā potest concedi qꝺ nō omne aial habet cor: tñ si nō habet cor habet aliqd proportionabile cordi: ꝛ sic etiā si non habet caput nec cerebrū: tamen hꝫ aliquid ꝓportionabile capiti vel cerebro mō nō ois somnus est passio cordis: sed cordis vel ꝓportionabilis cordi. ꝛ ita de cerebro qꝫtum ad rationem q̄ arguebat de cerebro. ¶ Utrū aūt omne aial habeat sensum cōmunem potest sustineri qꝺ sic: vel proportionabile sensui cōmuni. Unde si solū habeat tactū tamen intra habet vnde est eius origo: ꝛ hoc est ꝓportionabile sensui cōi ꝛ hoc sufficit ad somnū vel vigiliam. ¶ Ad rōnem que arguebat de plantis: dicendū est qꝺ non conuenit eis fatigatio qꝛ neqꝫ sensus: ꝛ si conueniat eis cōuentus caloꝛū intrinsecus tñ hoc non sufficit ad somnū: sed exigitur qꝺ per talē conuentum ꝓueniat ligamentū sensuum exterioꝛum: quod nō hꝫ locum in plātis.

Questio.III.



Queritur: vtrum principiū sensitiuum siue sensus cois est in corde an in cerebro tanqꝫ in organo. Arguitur qꝺ sit in cerebro auctoritate platonis galeni Auicenne: ꝛ plurimoꝝ alioꝝ qui dicunt ipm̄ esse in anterioꝛi parte cerebri. ¶ Et ideꝫ ꝓbabatur per signū qꝛ lesa posterioꝛi parte cerebri leditur memoꝛia: ꝛ lesa anterioꝛi leditur imaginatiua: ꝛ tota sensitiua: sicut contingit in freneticis: qꝺ nō esset nisi in illa parte anterioꝛi esset principiuꝫ sensitiuum. ¶ Itē somnus ꝛ vigilia que sunt passiones primi sensitiui sunt passiones cerebri ꝛ nō cordis. qꝺ ex hoc pꝫ: qꝛ localia ꝛ remedia ad producendū somnū vel vigiliā ponūtur ad caput: ideo videtur qꝺ sensus cōis sit principaliter in capite: imo etiaꝫ pp̄ frenesim ꝛ alias infirmitates impedientes virtutem sensitiuam fit maxime obseruatio capitis ꝛ ponitur maxime remedium ad caput tanqꝫ virtute sensitiua maxime existente in capite. ¶ Item sensus communis immediate mouetur a sensibus exterioꝛibus: ꝛ virtutes reseruatiue immediate moueñꝉ a sensu cōi recipiendo ab eo species ꝛ intentiones quas reseruant: ꝛ iterum postea sensus cōmunis immediate mouetur ab illis speciebus reseruatis: in absentia sensibiliū: modo mouens ꝛ motū debēt esse simul prout determinatum est primo physicorum: ꝛ tamen cōstat qꝺ plures sensus exterioꝛes ꝛ virtutes reseruatiue (vt fantasia vel memoꝛia) ponūtur in capite. ergo cum eis in capite debꝫ poni sensus cōmunis. ¶ Item: alie virtutes interioꝛes pertinentes ad sensationē ponūtur in capite siue in cerebro vt fantasia: memoꝛatiua: cogitatiua estimatiua: ꝛ nō videtur rō quare ille magis ponēde sint in cerebro qꝫ sensus cōmunis. ¶ Item: in corde est excellentia caliditatis: sensus aūt cōmunis nō debet poni vbi viget excellentia sensibiliū: eo qꝺ excellentia sensibilium corrumpit sensum. Et qꝛ sensus debent esse denudati a natura sensibilium vel sensibilibus: vel saltē ab eoꝝ excellentijs vt determinatum est scꝺo de aia ergo sensus cōis non est ponēdus in corde. ¶ Item quatuoꝛ solent poni mēbra principalia .s. coꝛ: hepar: cerebrū ꝛ testiculi: ꝛ nō essent membra principalia nisi quodlibet illoꝝ esset alterius operationis radix ꝛ principium: modo non potest poni qꝺ quodlibet istoꝝum sit radix ꝛ principium alicuius operationis nisi ponēdo qꝺ coꝛ est principium vite ꝛ operationum vitalium. hepar vero principium nutritionis. caput principium sensus: ꝛ testiculi sunt principium generationis: ꝛ ob hoc dicit plato qꝺ virt⁹ vitalis erat in corde ꝛ naturalis: id est nutritiua in hepare:

⁊ sensitiua in cerebro: ergo sensus cõis non est in corde: sed in cerebro ponẽdus est. ¶ Item sensus cõis fit impotens in somno: ⁊ ob hoc omnes exteriores fiunt impotẽtes. vnde dicit Aristoteles: ꝙ cum principale patitur: rationabile est omnia alia pati: sed non econuerso: modo constat qd in somno cor non fit impotẽs: quoniã impotentia puenit ex frigiditate ⁊ in somno non est frigiditas circa cor: imo conuentus calorꝫ vt dicit Aristo. ergo non in corde est sensus communis.

Oppositum declarat Aristo. hic ⁊ magis in tertio de partibus aĩalium: ⁊ Auerroys in pncipio sui colliget. ¶ Dico breuiter cum Aristo. ꝙ sensus cõis est in corde tanꝗ̃ in eius organo primo ⁊ primitiuo: qd probatur per experientias ⁊ rõnes. Una experientia est: si aliquis ex pũctura vel percussione: valde acute ledatur: ita ꝙ forte ppter dolorem preiacentem ratione apostematis vel aliter fiat dolor valde acutus ipse sentit dolorẽ ad cor: vel versus cor: nõ versus cerebrum: vnde vulgares tanꝗ̃ ab experientia clamant se esse punctos ad cor: nunꝗ̃ ad cerebrum siue sit punctura in manibus vel pedibus vel alibi. Alia experientia: ꝙ ex repentino sensu terribilis homo timet ⁊ fit statim cõmotio cordis: ⁊ spirituum versus cor: ⁊ nõ fit commotio cerebri: quod non esset: nisi sensatio perueniret ⁊ terminaretur ad cor: ⁊ sic etiam fit in ira ⁊ de alijs passionibus anime. ¶ Hoc confirmatur tali ratione: vbi est appetitus sensitiuus ibi est ipse sensus sed appetitus sensitiuus videtur maxime esse in corde tanquam in primo ⁊ principali organo: quoniam illic debet poni appetitus sensitiuus vbi in appetendo apparet primo fieri commotio corporis ⁊ sequitur sensum: sed hoc est in corde ⁊ circa cor: vt apparet de ira ⁊ timore: ⁊ de alijs passiõibus appetitus sensitiui. Alia experientia est de formatione embrionis: primum enim apparens formatũ est cor: siue ampulla quedam ex qua fit cor: ⁊ consequenter circa ipsum fiũt ⁊ formantur alia membra: ante apparentem formationem illorum membrorum cor videtur viuere: quia nutritur ⁊ augetur ⁊ videtur sentire: quia si pungitur consequenter mouetur: ideo videtur ꝙ in corde radicatur ⁊ vita: ⁊ sensus ⁊ motus. ¶ Item entomꝫ absciso capite mouentur ⁊ sentiunt ppter sensum remanentem. ¶ Item commentator in secundo sui colliget arguit sic cum calor ⁊ spiritus expanduntur ad exteriora tunc possunt sensus pertinere in suas operationes: et cum reuertuntur calor ⁊ spiritus non possunt in illas operationes: ergo virtus sensitiua primo ponenda est vnde veniũt calor ⁊ spiritus ⁊ ad quam reuertũtur: scilicet in somno hoc est cor: igitur. ¶ Item actus sensus est ex calore ⁊ spiritibus ligamentum vero sensus est ex frigore ⁊ spirituum defectu: cerebrum autem est frigidum ⁊ sine spiritibus nisi habeat a corde: ergo cerebrum nõ est conueniens organum primi sensus. ¶ Item Aristo. in secundo de partibus animalium arguit sic. sicut est in magno mundo ita debet esse in paruo mũdo id est in animali: sed in magno mundo est vnicum primũ ⁊ principale principiũ quod est causa ⁊ principiũ mundanorũ: ergo ita debet esse in paruo mundo scilicet in animali: et hoc est rationabile: quia congregatio inordinata est: nisi vno primo principio regatur: ⁊ ideo inter omnia membra alicuius oportet ponere vnum primũ ⁊ principale principium: et oportet illud esse cor vel cerebrum vt omnes concedunt: sed non potest dici ꝙ cerebrum: imo potius oportet dicere ꝙ cor quia cor est principium vite: ⁊ primo viuit ⁊ vltimo moritur tanꝗ̃ dans alijs esse ⁊ vitam: ⁊ non recipiens hec ab alio: et tale est principale aliorum. modo vltra in membro principalissimo debet fundari virtus nobilissima: illa autem in animalibus est virtus sensitiua: igitur illa debet poni in corde. Et hoc confirmat Aristoteles quia actus sentiendi exercet per calorẽ ⁊ spiritus. horum autem fons ⁊ origo est cor: ideo cor est ponendum principium sensus: ⁊ sensationis. ¶ Item in hoc libro ⁊ in tertio de partibus animalium tangit Arist. talem rationem: animalia mouentur per sensum ⁊ appetitũ: et ideo idem est principium motus et sensus in animali: sed in corde est primũ principium motus quod apparet: q: motus incipit a spiritibus et cor est fons et origo spirituum: et q: etiam ab appetibili fit prima commotio corporalis in corde et circa cor: ergo in corde tanꝗ̃ in primo principio debet collocari primus sensus et primus appetitus sensitiuus a quibus prouenit motus in animali. ¶ Sed cõtra istam opinionem est vna difficilis dubitatio: q: manifestum est ꝙ in somno omnes sensus exteriores ligati sunt: ita qd nõ possunt in actum sentiendi: non solum superius versus caput: sed nec inferius versus pedes: hoc autem non esset rationabile si in corde esset primum sensitiuum: quia in corde non deficiunt calor et spiritus in somno imo abundant cum somnus sit cõuentus calorum circa cor: similiter inferius versus pedes nõ deficiunt calor et spiritus in somno: quia ad illam partem non mittuntur vapores a corde imo sursum ad caput: ppter quod dicit Aristoteles qd in somno infrigidãtur superiora sed interiora et inferiora circa pedes fiunt calida: ergo si sensus communis esset in corde: nulla esset causa quare in pedibus sensus tactus ligaretur: licet in partibus superioribus ligaretur propter defectum calorum et spirituum. sed si ponatur sensus communis in cerebro sine quo sensu communi non possunt perfici sensationes (sm aliquos) exteriores tunc rationabile est qd in somno omnes sensus exteriores vndiqꝫ fiant impotentes: propter hoc qd sensus communis fit impotens ex defectu calorum et spirituum in organo eius: quod est in cerebro. ¶ Ista dubitatio est bene difficilis et diuersi diuersimode responderent ad eam. quidam dicunt qd in somno non solum sensus exteriores: sed etiam sensus communis est ligatus: imo ratione ligamenti sensus communis ligantur omnes alij sensus: ideo bene dicebat Aristoteles: quod ipso passo rationabile est omnia alia pati: tamen ille sensus communis nõ est ligatus propter organi sui frigiditatem sicut ligantur organa in capite: sed est ligatus et propter turbationẽ spirituum ab euaporatione grossa et multa. ¶ Tamen cõtra istam solutionem obijcitur: q: quando fiunt somnia in somno sensus cõmunis non est ligatus: cum tunc per ipm fiat in nobis actualis cognitio et actuale iudiciũ: iõ reuertitur dubitatio quare tũc non possumus sentire p pedes ex quo versus eos non deficiunt calor et spiritus: quod sensus communis non est ligatus. ¶ Alij dant aliam solutionẽ scꝫ qd vapores in somno reuertentes a cerebro versus cor expandunt se et multiplicantur vndiqꝫ circa cor ad partes exteriores corporis: eo qd impellũtur a calore cordis propter cõtrarietatem. sunt enim iam refrigidati a cerebro: et sic vndiqꝫ obstruunt vias per quas calor et spiritus nati sunt diffundi ad membra exteriora: et sic ex nulla parte possunt spiritus sensibiles moueri ad partes exteriores sufficientes ad sentiendum donec digesti sint illi vapores. Uerum est tamẽ qd vie sunt ample de corde ad cerebrum: ideo per calorẽ cordis citius absoluitur ligamentum organorum in cerebro existentium: sicut sunt organa fantasie: vel memorie: que sunt organa reseruatiua specierum: ꝗ̃ obstruatur ligamentum organorum exteriorum sensitiuorũ: ideo species reseruate possent se presentare sensui cõmuni: et sic fiunt sompnia anteꝗ̃ possimus sentire per organa exteriora. ¶ Tamen adhuc cõtra istum modum dicendi videtur esse illud quod dicit Aristoteles qd in somno inferiora: scilicet circa pedes fiunt calida: modo hoc non esset rationabile si per vapores infrigidatos essent obstructe vie calorum et spirituum ad pedes sicut ad alia membra: nec calor ad membra defertur nisi cum spiritibus: ideo si in somno veniat calor ad pedes a corde. videtur etiam qd spiritus tunc possent diffundi ad pedes: et ita reuertitur prior dubitatio. ¶ Et ideo alij satis probabiliter respondendum dicunt: qd omnia organa sensitiua exteriora congregationem suam primam habẽt in capite et ab eis omnes species sensibilium vndiqꝫ cõgregantur ad caput: et de capite multiplicantur finaliter ad locum cordis: vbi perficitur sensatio et iudicium de omnibus sensibilibus. et dicunt isti qd per istam viam debent concordari opiniones Arist. et commentatoris cum opinionibus aliorum omniũ. In capite: scꝫ in anteriori parte cerebri est organum commune ad quod congregantur omnia organa sensitiua exteriora: et p quod species multiplicantur ad cor: sed in corde et in capite completur sensatio et iudiciuꝫ de omnibus sensibilibus. Dicunt ergo isti qd quicunꝗ̃ sensum communem vocant illud organum commune ad quod organa sensitiua exteriora primitus coniunguntur: et in quo species omnium sensibilium congregantur: primo illi habent ponere sensum communem in capite scꝫ in anteriori parte cerebri: si tamen credant qd ibi perficiatur sensatio et iudicium male credunt. ¶ Quicũꝗ̃ vero sensum communem vocant in quo perficiuntur sensationes et iudicia: ipsi debent dicere qd organum sensus cõmunis est cor vel in corde: et isti dicunt sicut precedentes qd

a corde

a corde ad cerebrum sunt vie notabiles: que propter calorem cordis absoluuntur a ligamento somni quã vie a cerebro ad organa exteriora: ideo per species reseruatas in capite fiunt prius somnia q̃ fiat expergefactio: ⁊ si ista via credatur: oẽs rationes hincinde sunt concordes: ⁊ procedunt vias suis.

Ad rationes. Ad primam potest dici quod plato: galenus ⁊ alij dixerunt organum sensus cõis esse in capite: nõ qꝛ ibi compleatur sensatio ⁊ iudicium: sed qꝛ est ibi organuz ad quod terminãtur oĩa organa exteriora: ⁊ per qḋ species sensibilium multiplicantur ad locum iudicij. ¶ Ad secundam rationem. conceditur ꝙ lesa anteriore parte cerebri impeditur cogitatiua sensitiua a sensatione qꝛ turbãtur species per illum locum transeuntes. ¶ Ad tertiam: dicitur ꝙ in somno multa concurrunt ⁊ aliqua circa cerebrum ⁊ aliqua circa cor sicut ante dictum fuit: ⁊ dicetur post: ideo possunt ⁊ debent localia remedia propter somnum ⁊ vigiliam poni ad caput ⁊ non ad cor: qꝛ cor non ita patitur infirmitatem sicut caput. ¶ Ad quartam rationem: dicendum ꝙ organum congregationis immediatius mouetur ab exterioribus q̃ organum iudicij quod est in corde: tamen vie sunt a corde ad illud organum congregationis ⁊ ad organa reseruatiua que sũt in cerebro: per quas vias hoc potest moueri ab illo ⁊ econuerso. ¶ Ad aliam rationem: concedendũ est ꝙ organa reseruatiua vt fantasia: memoria bene sunt in cerebro: quia frigidum non prohibet reseruationem: sed in cerebro nullum est organum in quo perficiatur sensatio ⁊ iudicium: qꝛ hec complentur per calorem ⁊ spiritus qui non sunt sufficientes in capite sed in corde. ¶ Ad aliam dicendum est: qḋ licet in corde sit actiuior caliditas q̃ alibi tamen non est ibi caliditas excedens conuenientiã nature: ⁊ potest concedi ꝙ talis complexio requiritur ad recipiendũ speciem sensibiliũ que non requiritur ad iudicandum nec ad multiplicandum species illas ad virtutem interiorem. vnde oculus si esset de complexione cerebri vel cordis non posset primitus recipere species colorum: ideo non est inconueniens ꝙ cor sit talis cõplexionis apte ad iudicandũ que non esset conueniens organis exterioribus ad recipiendum species sensibilium. ¶ Ad aliam dicendum ꝙ vnicum debet poni simpliciter membrũ principale ⁊ illud ẽ cor: tamẽ secundum sensibilem apparentiam quatuor ponuntur membra principalia: qꝛ prima facie fm spiritualem apparentiam cerebrum videtur esse principium sensus eo ꝙ maxime ex eius lesione impeditur sensatio: sed tamen magis impeditur ex lesione cordis si cor esset ita innatum ledi ⁊ infirmitatem recipere. In hepate etiam apparet secundum spiritualem apparentiam esse principiũ nutritionis: propter hoc ꝙ ab hepate apparent spiritualiter bene ramificari ad omnia membra corporis. in testiculis ẽt videtur esse principium generationis qꝛ licet semen nutriatur a corde: tamen in membris vocatis genitalibus semen recipit spiritualem digestionem ⁊ dispositionem ad generandum: ⁊ qꝛ medici in sua consideratione de membris non trãscendunt sensum: ideo remedia localia ponunt ad alia membra que sunt principia operationum ⁊ non ad primum principium: ideo dixerunt illa quatuor membra esse membra pricipalia. ¶ Ad vltimam dicendum est ꝙ sensus cõmunis in somno non fit impotens sentire nisi ex eo ꝙ non possunt sibi species presentari: ideo quando expedite sunt vie ad locum reseruationis: a corde fiunt somnia: ⁊ quando expedite sunt cum hoc vie ab organis exterioribus ad organum congregationis quod est in cerebro: tunc fit expergefactio. Et sic fit finis istius questionis.

Questio.IIII.



Queritur vtrũ somnus sit primo passio sensus communis an sensuum exteriorum. Arguitur ꝙ non sit passio sensus cõmunis nisi forte per accidens: quia somnus est impotentia sentiendi: modo sensus cõmunis in somno non est impotens sentire nisi forte per accidens ⁊ omnino contingenter: ergo. maior patet per Aristotelem: minor manifesta est: qꝛ omnino contingens est ꝙ in somno somniamus vel non somniamus: ⁊ tamen quando somniamus sensus communis est in actu sentiendi ideo nõ est impotens sentire: ergo contingens est ꝙ sic in somno sit impotens sentire: sed per se necessarium est ꝙ sensus exteriores in somno sint impotentes sentire: ergo somnus debet dici per se passio sensuum exteriorum ⁊ non sensus cõmunis nisi per accidens. ¶ Item. cõmentator dicit ꝙ principium motus in vigilia est in corde ⁊ finis ad cerebrum: sed principium motus in somno est a cerebro ⁊ finis ad cor: ergo somnus prius est passio cerebri q̃ cordis: ⁊ tamen in cerebro non ponebatur sensus cõmunis: etiam somnus non est passio sensus cõmunis primo. ¶ Item. ad prouocandum somnum ⁊ vigiliam remedia localia ponuntur ad cerebrũ siue ad caput quod non esset nisi somnus ⁊ vigilia essent passiones cerebri: igitur non sensus cõmunis cum ille non sit in cerebro. ¶ Item. somnus in potentia sentiendi prouenit ex frigidatione vt vult cõmentator ⁊ Aristo. etiam hoc videtur innuere: infrigidatio autem nõ est passio sensus communis: sed exterioris: igitur. ¶ Itẽ. Arguitur quod somnus sit passio potentie nutritiue: quia dicit Aristoteles: ꝙ somnus fit ex euaporatione nutrimẽti modo nutrimentum ⁊ euaporatio nutrimenti pertinent ad virtutem nutritiuam: igitur.

Oppositum docet Aristote. plures conclusiones possent poni. ¶ Prima conclusio est ꝙ somnus nõ est passio per se ⁊ primo nutritiue: qꝛ tũc conueniret plantis sicut ⁊ animalibus: eo ꝙ potentia nutritiua conuenit plantis ⁊ item somnus est quodammodo impotentia: ⁊ virtus nutritiua in somno non fit impotens: igitur. ¶ Secunda conclusio: ꝙ somnus non est per se ⁊ primo passio intellectiue: qꝛ sequeretur ꝙ non conueniret brutis: cum bruta non habeant intellectum. Et iterum somnus est passio quedam corporea: intellectus autem ea ratione qua dicitur intellectus nõ dicitur virtus corporea: quia in opere intellectuali nõ vtitur organo corporeo igitur. ¶ Tertia conclusio est: qḋ somnus nõ est passio per se ⁊ primo potentie secũdum locum motiue: qꝛ non cõueniret omnibus animalibus: eo qḋ multa animalia non habent potentiam secundum locum motiuam: nisi forte loquendo large de motu vt se extendit ad constrictionem et dilatationem: ⁊ etiam somnus est quoddam ligamẽtum potentie cuius est passio: modo si virtus motiua ligetur in somno tamen hoc non est nisi propter ligamẽtum sensuum: imo aliquando in somno non ligatur virtus motiua: imo dormiẽdo visi sunt aliqui ambulare hincinde: igitur. ¶ Quarta cõclusio est: qḋ somnus non est passio per se ⁊ primo potentie appetitiue quia si in somno potẽtia appetitiua fiat impotẽs hoc non esset nisi propter defectum cõgregationis: imo somnus per prius est passio cognoscitiue q̃ appetitiue. Et item: sepe in somno potentia appetitiua est potẽs sicut in vigilia: vnde in somno appetimus aliquando cibum vel potum: ⁊ videt nobis qḋ comedamus ⁊ bibamus: igit. ¶ Quinta oclo ponitur quod somnus non est passio per se ⁊ primo alicuius sensus exterioris: ⁊ hoc inductiue patet de visu: auditu: olfactu: quoniam multa animalia dormiunt que nõ habẽt illos sensus: ⁊ si homo esset surdus ⁊ cecus non minus posset dormire. Sed illa conclusio ponitur generaliter de omni sensu exteriori: quia nullus sensuum exteriorum dependet in opere suo ex operatione sensus exterioris: possumus enim videre: vel audire: nihil tangendo vel gustando: ⁊ possumus tangere vel gustare: nihil videndo vel audiendo: ⁊ ideo si somnus esset per se ⁊ primo ligamentũ alicuius exterioris sensus sequeretur qḋ nõ oporteret alios sensus exteriores ligari in somno cum in opere suo non dependeant ex illo: sed consequens est falsuz: igitur ¶ Sexta conclusio potest inferri: qḋ inter potentias anime rationalis somnus est primo passio sensus cõmunis: ita qḋ nulli potentie anime somnus est per prius passio quã sensus cõmunis: ⁊ hoc infertur ex sufficiente diuisione ex conclusionibus superioribus. ¶ Et item in somno sunt simul omnes sensus exteriores impotentes: hoc autem non videtur esse nisi propter impotentiam alicuius potẽtie a qua illi sensus dependent in opere suo: ⁊ hoc est sensus communis: ideo somnus per prius debet dici passio sensus communis q̃ passio sensuũ exteriorum. Et ita videtur quod hec questio sit soluta: tamen ad maiorem eius euidentiam oportet intelligere quid in hac questione vocamus passionem: ⁊ que res est somnus. ¶ Sciendum est ergo qḋ aliquando subiectum ⁊ passionem vocamus terminos de se inuicem predicabiles scilicet qḋ si duo termini supponant pro eodem vel pro eisdem ⁊ vnus addat aliquas connotationes

super significationē: tūc ille terminus qui super alterum addit huiusmodi connotationes vocatur passio illius alterius: ⁊ ille alter vocatur subiectum illius passionis. Aliquando autem passio vocatur accidens inherens alicui: ⁊ illud cui inheret dicitur subiectum. Primo igitur illorum modorum ille terminus risibile diceretur passio huius termini homo: ⁊ secundo modo apparet albedo esse passio parietis. ¶ Postea de somno sciendum est: ꝙ hoc nomen somnus accipitur positiue ⁊ supponit pro calore et spiritibus conuenientibus intrinsecus ⁊ separatis ab organis exterioribus: ⁊ econuerso ille terminus vigilia supponit pro calore et spiritibus diffusis ad organa exteriora: ⁊ sic eadem res scilicet calor ⁊ spiritus essent aliquando somnus ⁊ aliquando vigilia: ⁊ esset tūc dicenduz ꝙ isti termini somnus ⁊ vigilia essent per se passiões horum terminorum calor ⁊ spiritus in animalibus: quia supponerent pro eisdem rebus ⁊ tamen isti termini somnus ⁊ vigilia addunt vlteriores connotationes scilicet diffusionem ad exteriora organa: vel conuentum seu congregationem ad locum cordis. Alio modo ille terminus somnus accipitur priuatiue: ⁊ tunc significat idem sicut impotentia sentiendi modo potentia sentiendi siue impotentia sentiendi supponunt pro ipsomet sensu: licet connotent vltra: ideo illi termini potentia sentiendi siue impotentia sentiendi ⁊ per consequens isti termini somnus et vigilia sunt passiones huius termini sensus. sed quia ille terminus sensus supponit pro sensu cōmuni ⁊ sensibus exterioribus. ¶ Ideo dubitatio est in proposito: vtrum isti termini somnus ⁊ vigilia sint per prius passiones huius termini sensus contracti ad sensum cōmunem: an ipsius contracti ad sensus exteriores: ⁊ ego credo ꝙ intētio Aristotelis est ꝙ sint per prius passiones huius termini sensus vt est contractus ad sensum cōmunem: ꝙ̄ vt est contractus ad sensus exteriores: quoniam sensus communis est ille qui primo ⁊ principaliter ⁊ proprie est potens sentire in vigilia ⁊ impotens sentire in somno: imo sensus exteriores proprie nec sentiunt nec iudicant: sed recipiunt species sensibilium: ⁊ sensus cōmunis ē ille qui sentit ⁊ iudicat per species illas ad ipsum delatas: cuius signuz est: quia quāuis oculus nō sit clausus: tamen propter impedimentum intrinsecuz ꝓpter quod species non possunt conuenienter ferri ad sensum communem iudicium peruertitur ⁊ turbatur: sicut apparet de freneticis. etiam cum sensus cōmunis fuerit occupatus aliquibus profundis cogitationibus homo non percipit ea que sibi dicuntur: vel que sub oculis eius transibunt: ⁊ ideo sensus exteriores non fiunt impotentes sentire: nisi per hoc q͛ sensus cōmunis fit impotens sentire per eos: ideo primo et principaliter potentia vel impotentia sentiendi debet attribui sensui cōmuni. ¶ Ultimo debetis diligenter notare illud quod notat Aristo. in litera: videlicet ꝙ in somno sensus cōmunis semper est impotens sentire: sed non semper est impotens fantasiari nam sensatio vocatur apprehensio sensibilium per sensus exteriores: licet illa apprehensio fiat in sensu communi: ⁊ hoc non est possibile in somno: quia per organa exteriora non possunt species sensibiles deferri ad sensuz cōmunem: sed fantasiatio vocatur apprehensio sensibilium per species reseruatas in fantasia: ⁊ illa apprehensio est etiā in sensu communi: ideo dicit bene Aristoteles ꝙ est idem sensitiuum ⁊ fantasticum: sed secundum aliam rationem dicitur sensitiuum ⁊ fantasticuz: hec fantasiatio est possibilis in somno: ⁊ est ipsum somnium.

Ad rationes. Ad primam: concedo ꝙ somnus idem est quod impotentia sentiendi: ⁊ dico ꝙ sensus cōmunis semper in somno est impotens sentire: licet sit potens fantasiare; ⁊ per hoc ꝙ est impotens sentire dicimus consequenter sensus exteriores esse impotentes. ¶ Ad autoritatē commētatoris: dico ꝙ ipse loquebatur de somno ⁊ vigilia ꝓut illi termini supponunt pro calore ⁊ spiritibus: ⁊ non prout supponunt pro impotentia sentiendi. ¶ Ad aliam conceditur quod cerebrum facit ad causandum somnum: ideo ad ipsum ponuntur medicine: tamen cerebro non est attribuenda primo ⁊ principaliter potentia sentiendi: sed forte potentia ministrandi sicut etiam reseruandi: ideo non est ipsi attribuenda primo vigilia nec per consequēs somnus. ¶ Ad tertiam conceditur quod infrigidatio organorum exteriorum operatur ad hoc q͛ sensus communis sit impotens sentire: sed non ex hoc sequitur q͛ ei debeat attribui potentia sentiendi vel potentia priuatiue opposita. ¶ Ad aliam quādo arguebatur de nutritiua: cōceditur bene q͛ potentia nutritiua operatur ad somnum sed non propter hoc sequitur q͛ ille terminus somnus supponat pro illa potentia nutritiua: sicut non sequitur q͛ generatio asini supponat pro sole licet sol operetur ad generationem asini.

Questio. V.


ueritur vtrū omnis somnus causatur ex euaporatione nutrimenti. Arguitur q͛ non: quia quedam animalia dormiūt per totam hyemem vt glires: ⁊ quedam vigilant vt ranei vt docet cōmentator secundo de aīa: ⁊ non dormiunt per totam estatem: ⁊ tamen in estate fit maior euaporatio nutrimenti in huiusmodi animalibꝰ quā in hyeme: quia in estate sumunt multū nutrimentum: ⁊ in hyeme non sumūt: ergo si somnus causaretur ex euaporatione nutrimēti illa aīalia magis deberent dormire in estate ꝙ̄ in hyeme: quod tamen apparet falsum. ¶ Item. somnus prouenit ex quadam infrigidatione organorum sensitiuorum: sed vapor ascendens ex nutrimento non infrigidat cum sit calidus et per calorem eleuatus: igitur somnus non fit ex huiusmodi euaporatione nutrimēti. ¶ Item Aristoteles dicit quod labor est causa somni: ⁊ tamen labor non facit ad euaporandū nutrimentum: sed potius ad non euaporandum: quia labor corporalis diffundit calorem ad membra exteriora: ex quibus prouenit sudor: ⁊ per consequens calor efficitur intrinsecus minor: ideo minus potest cibum digerere ⁊ euaporare: igitur si somnus fieret ex euaporatione nutrimenti labor magis deberet impedire somnum ꝙ̄ prouocare: quod est contra Aristotelem. ¶ Item egritudines alique causant somnum vt dicit Aristoteles: ⁊ tamen in egritudine non est multa euaporatio nutrimenti: quia sumitur paucum de nutrimento: igitur talis somnus non est ex euaporatione nutrimenti. ¶ Item. in prima etate: id est in infantia fit multus somnus vt dicit Aristoteles: ⁊ tamen minor est euaporatio nutrimenti ꝙ̄ in iuuētute: primo quia euaporatio nutrimenti est a calido: ⁊ calidum est fortius in iuuentute ꝙ̄ in infantia: q͛ patet. quia iuuentus potest digerere fortiores cibos ꝙ̄ infantia: igitur si somnus fieret ex euaporatione nutrimēti iuuenes plus deberēt dormire ꝙ̄ infantes: quod est falsum: vt notat Aristo. ¶ Item sicut dicit Aristoteles: magnitudo capitis non facit euaporationem nutrimenti sed potius propter frigiditatem prohibet euaporationem: igitur non ex euaporatione fit somnus. ¶ Item. strictura venarū est causa multi somni: vt dicit Aristoteles: ⁊ tamen illa non est causa multi vaporis: quoniam per paruas venas ⁊ paruos meatus non potest multus vapor eleuari. igitur. ¶ Item. melancolici sunt parui somni vt vult Aristoteles: ⁊ tamen in eis est multa euaporatio nutrimenti: quia sunt edaces: vt dicit Aristoteles ⁊ sumentes multum cibum: igitur. ¶ Item. sequeretur q͛ non posset fieri expergefactio durante huiusmodi euaporatione nutrimenti: quia durante causa durat effectus: sed consequens est falsū: quoniam omni hora tu possis expergefacere socium dormiētem: igitur somnus non fit ex euaporatione nutrimenti.

Oppositum determinat Aristoteles. Notandum est per Aristotelem quod non quecunq͛ impotentia sentiendi est somnus: cum enim somnus sit passio naturalis conueniens ipsis naturalibus: ⁊ ordinata naturaliter ad salutem eorum: ideo somnus proprie dictus non debet prouenire ex defectu nature: imo ex ordinatione ⁊ prouidentia nature: ⁊ ideo impotentia sentiendi que est per aliquas egritudines ⁊ per extases non debet dici somnus. ¶ Secundo sciendum est: quod somnus proprie dictus fit per ventum et reuersionem calorum intrinsecus ad confortationem nature sicut ante visum est. ¶ Et istis notatis respondēdum est ad questionem quod somnus proprie dictus fit ex euaporatione nutrimenti: quod probatur: quia non videtur esse aliqua alia causa salutaris scilicet que non sit ex defectu vel lesione nature: per quam causam repercutitur calor naturalis ad membra: nisi euaporatio nutrimēti refrigerata a cerebro: tamen causa effectiua somni debet esse salutaris ⁊ conueniēs nature sicut dicebatur: ergo ex huiusmodi euaporatione nutrimenti debet fieri somnus proprie dictus. Et istam conclusionem

sionem confirmat Aristoteles per multa signa in textu que non reputo modo: modus autem quo fiat somnus talis est: ꝙ assumpto cibo per calorem a corde originaliter provenientem cibus decoquitur ⁊ digeritur: in qua decoctione oportet fieri illius cibi quandam evaporationem: que propter subtilitatem ⁊ caliditatem ascendit naturaliter ad caput: ⁊ propter frigiditatem cerebri cum venerit ad caput infrigidatur ⁊ ingrossatur: ⁊ ita propter infrigidationem ⁊ ingrossationẽ revertitur naturaliter deorsum: ⁊ obviãs calori cordis diffũdit se ad partes exteriores corporis: ⁊ repellit calorem cordis ⁊ spiritus ad locũ cordis ⁊ hepatis: ⁊ hoc fit finaliter vt maior calor vigeat in locis digestivis ad complendum digestionem nutrimenti: modo in tali reversione caloris intrinseci contingit ꝙ organa sensitiva exteriora careant calore ⁊ spiritibus sufficientibus ad sentiendum: ideo non possunt tunc in suam operationem: nec sensus cõmunis potest sentire per illa organa exteriora: hoc est somnus: ⁊ ad illum somnũ facit multum ꝙ vene ⁊ meatus per huiusmodi vapores ingrossatos sunt obstructi quodãmodo: ita quod spiritus sensibiles non libere possunt exire ad membra exteriora. hoc ergo modo fit somnus qui est naturalis sine defectu nature. ¶ Sciẽdum est tamen ꝙ aliquando posset aliter fieri quidam somnus debilis: vt si homo careret cibo per duos dies adhuc secunda die indigeret aliqua dormitione: q̃uis tunc digesta esset evaporatio nutrimenti ⁊ hoc esset sicut dicitur quia propter diffusionem caloris ⁊ spirituum ad exteriora: ⁊ exhalationem ⁊ consumptionem ipsorum: ⁊ paucã regenerationem aliorum: propter defectum materie: scilicet cibi: cor ⁊ membra interiora essent depauperata spiritibus ideo naturaliter ad confortationem eorum sine repercussione a talibus vaporibus revocaret calorem et spiritus ad locum cordis ab organis extrinsecis: ⁊ ita modico tempore posset fieri debilis somnus. sed vos videtis quod iste esset quodammodo ex defectu nature.

Ad rationes. Ad primam: videtur mihi ꝙ glires: ⁊ ille rane. ⁊ plura animalia que manent in hyeme sine motu ⁊ sensu non proprie dormiunt quia non est conventus caloris ⁊ spirituum ad cor: imo est defectus caloris extrinsecus ⁊ intrinsecus: ita ꝙ nullus est ibi calor sufficiens ad exercenda opera vite: nisi forte valde debiliter: q̃uis non sit ita calor extinctus ꝙ sequatur mors: ⁊ ideo bene credo ꝙ illa impotentia sentiendi non proveniat ex evaporatione nutrimẽti: sed ex diminutiõe caloris extrinseci ⁊ intrinseci: illa tamẽ animalia talem habent naturam: ꝙ parvus calor naturalis remanens in eis per calorem estatis supervenientem fortificatur: ⁊ fit iterum sufficiens ad opera vite exercenda. ¶ Ad aliam rationem dico ꝙ vapores ascendentes non infrigidãt caput a principio sed magis calefaciũt: tamen frigiditas naturalis cerebri illos vapores ingrossat ⁊ infrigidat: ⁊ illi ingrossati obstruunt meatus: per quos calor cordis est innatus diffundi ad organa exteriora: ⁊ ita ꝓpter carentiam caloris a corde remanẽt organa exteriora frigidiora q̃ si posset calor cordis diffundi ad ea. nõ tñ debetis imaginari ꝙ vnq̃ sint sine calore naturali: imo semper interius ⁊ exterius remanet calor sufficiens ad vitam ⁊ nutritionem: sed non remanent spiritus sensibiles sufficientes ad operationes nec vie aperte ad multiplicationem specierum sensibilium ad locum sensus cõmunis. ¶ Ad aliam dicendum est ꝙ calor corporalis per motum accumulat calorem: non solũ extrinsecus imo ẽt intrinsecus: cuius signum est ꝙ homo indiget maiori et frequentiori inspiratione ad refrigerandum cor ⁊ pulmonem: ⁊ ideo per laborem potest fieri maior evaporatio nutrimenti: ⁊ quandoq; si sint humores viscosi superflui: calor ita per laborem intenditur ꝙ potest eos liquefacere ⁊ evaporare: qđ ante non poterat calor naturalis: ⁊ tunc ex huiusmodi evaporatione potest causari somnus sicut si esset evaporatio nutrimenti. ¶ Ad aliam de infirmitatibus. Dicẽdum est sicut de precedenti ratione: alique enim egritudines sunt excessu caloris qui habet humores viscosos superfluos evaporare: q̃uis tunc non sumatur multum nutrimenti: ⁊ potest inde causari somnus. ¶ Ad aliam que arguebat de infantibus ⁊ iunioribus: dicendum est ꝙ diverse sunt opiniones: vtrum calor sit maior in iuvene q̃ in infante vel in parvo: sed talis concordia est in hoc: ꝙ in parvis vel in infantibus plus abũdant evaporationes nutrimẽti q̃ in viris: vel in iuvenibus quod provenit tam ratione humiditatis q̃ ratione caliditatis: humiditas enim in parvis est valde multa ⁊ facilr evaporabilis: ⁊ non est tanta in iuvenibus vel in viris: nec ita fluens: nec ita evaporabilis: calor etiam in parvis sive sit minor sive maior: tamen hebetatus: est sufficiens ad evaporandum: sed non est ita sufficiens sicut in iuvenibus ad vapores consumendum ⁊ digerendum: sicut videtis in hyeme ꝙ plures sunt vapores in aere elevati q̃ in estate: quia calor in hyeme sufficit ad hebetandum vapores: ⁊ non potest eos cõsumere. ¶ Ad aliam ꝙ magnitudo capitis non facit ad elevandum vapores: sed facit ad multam susceptionem vaporũ elevatorum: ⁊ ad infrigidationem ⁊ ingrossationem ipsorum ⁊ ita facit ad multum somnum. ¶ Ad aliam de strictura venarum: dicendum est ꝙ vapores quando elevantur per calorem sunt subtiliati: ⁊ sic potentes ascendere per strictas venas ⁊ strictos meatus: quando autẽm a capite ingrossantur tunc non possunt libere per illas venas reverti: idõ obstruũt eas ⁊ fit multus somnus. De melancolicis dictum fuit super literam ꝙ q̃uis sumunt multum cibũ: tamen fit pauca evaporatio: tam propter siccitatem complexionis: q̃ propter frigiditatem. ¶ Ultima ratio petebat de expergefactione: de qua dicetur in alia questione.

Questio.VI.



Queritur vtrum animalia debeant expergefieri facta digestione nutrimenti. Arguitur ꝙ non: quia dormitio fit ad confortandum calorem debilitatum: ⁊ ideo tunc debet fieri dormitio ⁊ nõ expergefactio: quando calor naturalis est debilior: sed facta digestione calor naturalis videtur esse debilior: probatio: quia diu egit in nutrimentum: et agentia naturalia in agendo repatiuntur: vt habetur primo de generatione: ergo calor naturalis diu repassus est: et per consequens magis debilitatus: igitur. ¶ Item. facta digestione et discreto sanguine remissius mittitur ad caput: vt dicit Aristoteles: sed quanto sanguis est magis tenuis tanto magis potest a cerebro infrigidari et ingrossari: et huiusmodi infrigidatio et ingrossatio est causa dormitionis: ergo tunc animal magis debet dormire et nõ expergefieri. ¶ Itẽ sequitur ꝙ melãcolici et senes diutius dormirent et tardius expergefierent q̃ alij: modo consequens est falsum: vt dicit Aristoteles: et expertum est: sed probatur consequẽtia quia propter frigiditatem tardius facta est digestio in melancolicis et in senibus: q̃ in alijs: igitur tardius fieret expergefactio. ¶ Item. videtur qđ sit omnino accidentale et contingens ꝙ fiat tunc expergefactio magis q̃ alio tempore: quia experimur. ꝙ multipliciter sepe fiunt experfactiones anteq̃ sit facta digestio: et etiam dormitiones aliquando fiunt post q̃ iam facta est digestio: et hoc manifeste apparet de ieiunantibus in quadragesima: ꝙ aliqui post prandium vadũt dormire: et expergefiunt hora completorij. Alij nõ vadũt dormire vsq; ad noctem: et dormiunt totam noctem: et non potest dici ꝙ amborum istorum expergefactiones fiant precise quãdo facta est digestio: quia fiunt valde distantibus tẽporibus.

Oppositum determinat Aristoteles: dicẽs expergefactionem valentem cum digestio facta fuerit et obtinuerit que impacta est caliditas ĩ angusto multa: quia tũc fiunt discreti sanguis corpulentus atq; purissimus et mittitur tenuissimus ad caput: et grossus ad partes inferiores: et sic cum illis sanguinibus revertuntur calor et spiritus ad exteriora: et hoc est expergefactio. ¶ Notandũ est breviter qđ sicut fiunt quedam dormitiones secundum convenientẽ exigentiam nature sine aliquo accidente disconvenientente. et fiũt etiam quedam dormitiones per quedam accidentia naturaliter disconvenientia vt per egritudines aut nimias potationes. Ita etiam duplices sunt expergefactiones. quedam enim fiunt secundum convenientissimam nature exigentiã. Alie fiunt per quedam accidentia. que preter exigẽtiam nature contingunt modo Aristoteles in hoc libro locutus est de expergefactione pure naturali: et ideo sequendo Aristotelem possumus ponere duas conclusiones. ¶ Prima cõclusio est: ꝙ cum dormitio et expgefactio fiunt secundum convenientissimam exigentiam nature: tunc expergiscũtur animalia facta digestione nutrimenti: scilicet cibo converso in san-

guinem nutritiuum: siue illa conuersio fiat in hepate siue in corde: quia de hoc non est ad presens discutiendum: ⁊ causa huius conclusionis est: quia tunc debet fieri expergefactio quando calor ⁊ spiritus expanduntur siue diffunduntur ab interioribus ad exteriora organa: hoc apparet ex predeterminatis: sed hoc est tunc: scilicet quando facta est dicta digestio igitur: declaro minorem q facta tali digestione tunc est calor fortissimus: ⁊ tunc sunt valde multiplicati spiritus. Debemus imaginari sicut de igne ⁊ lignis: cum enim ligna primitus apponuntur in ignem: debilitatur ignis: sed cum ignis alterauerit ⁊ calefecerit ligna ⁊ exeuaporauerit humiditatem superfluam tunc incenduntur ligna et augmentatur ignis: ita in animali quando primo suscipitur nutrimentum diminuitur calor in corpore animalis propter contrarietatem nutrimenti ad ipsum: sed cum calor iam egerit in nutrimentum: vel in tantum ipsum alterauerit ⁊ obtinuerit super ipsum: tunc ex illo nutrimento augetur calor: ⁊ generantur spiritus: ideo manifestum est q facta digestione tali: calor est fortissimus: ⁊ spiritus valde multiplicati: ideo tunc natura potens debet eos diffundere ad actiones animali debitas exercendas. Et hoc iterum confirmatur: q sanguine iam formato ⁊ appropriato ad nutriendum rationabile est quod ille mittatur ad singula membra: ⁊ non potest mitti sine calore ⁊ spiritibus: ideo oportet q tunc calor ⁊ spiritus diffundantur ad exteriora: ideo sic fit expergefactio. ¶ Alia conclusio est: q accidentales vel minus naturales expergefactiones fiunt multis temporibus ⁊ modis ⁊ ad hoc declarandum nos possumus ponere de hoc aliquos casus principaliter. ¶ Primus casus est: quia expergefactio presupponit dormitionem: ⁊ ideo qui citius vadit ad dormiendum citius debet expergefieri ⁊ qui tardius tardius. ¶ Secundus casus: est enim consuetudo quasi altera natura .i. quedam natura vt Aristoteles dicit in multis locis: ideo quicunque consueuerunt parum dormire: cito expergefiunt: ⁊ qui consueuerunt multum dormire non possunt expergefieri: ⁊ de hac consuetudine dicit commentator: q siquis consueuerit declinari per huiusmodi somnum plus quam oportet hebetabitur anima: ⁊ instrumenta sensitiua: si autem consueuerit declinare plus ad vigiliam quam oportet: corrumperetur virtus ⁊ instrumenta naturalia. ¶ Tertius casus propter diligentem attentionem ad aliquod opus. experimur enim q multi valde bene dormiunt longum mane: quando non precogitarunt se aliquid facturos: si autem precogitent se esse acturos aliquid magnum ⁊ desideratum: cito expergefiunt aut non possunt dormire: causa est: q per illam fortem precogitationem fit fortissima impressio speciei in fantasia ideo illa in somno potest citissime mouere sensum communem: quo motus appetitus fortissime ⁊ singulariter ad illud opus desideratum surgit: et ob hoc natura per venas ⁊ meatus corporis mittit spiritus ad membra exteriora prosecutiua illius operis: ⁊ fit expergefactio. ¶ Unde debetis intelligere q in somno non sunt vie ita obstructe quin propter causam fortem possint species sensibilium multiplicari per organa exteriora ad sensum communem: ⁊ quin etiam propter causam fortem natura possit mittere spiritus interius inclusos ad membra exteriora. ¶ Quartus casus est: ex amplitudine venarum vel paruitate capitis: sicut enim contrarie dispositiones causabant somnum: ita he dispositiones debent causare expergefactionem citiorem. ¶ Quintus casus est propter complexionem naturalem: vel propter etatem sic enim melancolici ⁊ senes citius expergefiunt: q propter frigiditatem ⁊ siccitatem non est tanta eleuatio vaporum. ¶ Sextus casus est: propter egritudines: sicut enim virtutes morales constituuntur in medio extremarum malitiarum: ita sanitas corporis constituitur in medio extremarum egritudinum: quandoque enim est egritudo ex excessu calidi: ⁊ quandoque ex defectu calidi: ⁊ sunt egritudines contrarie: ⁊ sic potest dici de alijs qualitatibus complexionalibus igitur sequitur q alique egritudines generabant somnos immoderatos: nam contrarie egritudines generarent vigiliam immoderatam ⁊ expergefactionem citiorem debito. ¶ Septimus casus est ex qualitate vel quantitate ciborum ⁊ aliorum nutrimentorum assumptorum: constat q multa comesta vel potata faciunt somnos valde superfluos: ⁊ maxime si in nimia quantitate: ⁊ ita quedam alia impedirent somnos: ⁊ prouocarent expergefactionem ⁊ vigiliam. ¶ Octauus casus est somnia terribilia: que quandoque ita fortiter faciunt hominem timere q natura non potest sustinere quin mittat spiritus ad extra ad fugiendum vel euadendum vel huiusmodi. ¶ Ultimus casus: excellentia sensibilia exteriora. si enim sensibile exterius fuerit valde excellens: vt sonus aut calor: aut frigus: tunc propter fortitudinem potest multiplicare speciem suam ad sensum communem: ⁊ natura ad confortandum organa passa mittit spiritus ad illa: ⁊ sic valde sepe fiunt nobis expergefactiones ab exteriori. Istis visis facile est soluere rationes.

Ad rationes. Ad primam dicitur q agens naturale licet repatiatur in principio: tamen quando potest obtinere super passum ⁊ ipsum conuertere ad se tunc fortificatur: ⁊ non amplius ab illo repatitur: sicut videmus de igne et lignis: et sic est in proposito vt dictum fuit. ¶ Ad aliam dicendum est q ille sanguis reuersus est plenus spiritibus calidis: bene etiam propter subtilitatem illorum spirituum redditur ille sanguis tenuis: ideo non est faciliter infrigidabilis nec infrigidatur: quia continue mittuntur alij spiritus a corde. ¶ Ad aliam: dicendum est: q senes ⁊ melancolici tardius expergefierent propter hoc q tardius possunt digerere si cetera essent paria: sed cetera sunt nimis disparia: cum enim illi sint frigidi ⁊ sicci non possunt multum euaporare nutrimentum. ¶ Ultima ratio arguebat de expergefactionibus ex causis accidentalibus: ita qd arguebat pro secunda conclusione.

Questio. VII.


Queritur vtrum diffinitio somnij sit bona: in qua dicit Aristoteles: qd somnium est fantasma in somno. Arguitur primo qd somnium non sit fantasma: quia fantasma est in fantasia tanquam in subiecto: sed in sensu communi est somnium: cum ipsum sit quedam actualis cognitio: igitur somnium non est fantasma. ⁊ si respondeatur qd ibi sumitur fantasma non pro specie reseruata in fantasia sed pro apparitione fantastica: scilicet que fit a fantasmatibus reseruatis. ¶ Contra: q tunc sequeretur qd vere intelligentie que fiunt in somno essent somnia: quod tamen negat Aristoteles: probatur consequentia: quia ille vere intelligentie sunt a fantasmatibus reseruatis: eo qd intellectum quemcunque necesse est fantasmata speculari vt habetur tertio de anima. ¶ Item fantasmata non sunt nisi sensibilium ⁊ que ante sensata sunt sed sepe somniamus de his que non sunt sensibilia immo solum intelligibilia: ⁊ somniamus sepe de his que nunquam sensimus vt de bellis romanis: de montibus. ⁊ sic de alijs: igitur hec somnia non sunt fantasmata nec a fantasmatibus reseruatis. ¶ Item. ex humoribus in corpore abundantibus proueniunt quandoque nobis somnia: vt dicit Aristoteles: ⁊ illa non sunt fantasmata nec a fantasmatibus reseruatis: ⁊ sic dicta diffinitio somnij non potest esse bona.

Oppositum determinat Aristoteles. ¶ Notandum est qd hoc nomen fantasma aliquando sumitur pro specie reseruata in fantasia: ⁊ ita somnium non est fantasma q somnium est quedam apparitio rerum: ⁊ actualis cognitio: ⁊ illa species reseruata non est apparitio: immo est recta fantasia sine aliqua apparitione sicut quando fit apparitio. Aliquando autem hoc nomen fantasma accipitur pro apparitione seu actuali cognitione que fit nobis per speciem reseruatam in fantasia: ⁊ fantasma sic acceptum magis proprie ⁊ magis explicite debet vocari apparitio fantastica: ⁊ sic accipitur fantasma in dicta diffinitione: ideo explicita diffinitio somnij debet poni q somnium est apparitio fantastica in somno: ⁊ ob hoc Aristoteles explicauit hanc diffinitionem: dicens qd somnium est apparitio que fit in dormitione ex motu simul actiuorum .i. fantasmatum ⁊ reseruatorum. ¶ Item. Notandum est qd hoc nomen somnium est nomen connotatiuum: ⁊ supponit pro quadam apparitione seu actuali cognitione: ⁊ connotat somnum: sicut simitas supponit pro depressione ⁊ connotat nasum: ideo sicut nulla concauitas est simitas nisi q sit in naso: ita nulla apparitio est somnium nisi q fit in somno. q ergo diffinitio debet explicare totum conceptum diffiniti: ideo oportebit exprimere qd somnium est apparitio ⁊ qd est in somno. ¶ Deinde sciendum est: qd non omnis apparitio

paritio in somno vocatur proprie somniū: vnde possemus distinguere quatuor modos apparitionū. ¶ Prīa apparitio est: per sensus exteriores presentialiter motos exterioribus sensibilibus: ⁊ ista apparitio vocatur sensatio: siue fiat iudicium in sensibus exterioribus siue in sensu cōi: ⁊ talis apparitio fit cōiter in vigilia: ⁊ aliquādo fit in somno imperfecto quasi cōmixto vigilie: cum enim homo subdormit quodāmodo audit loquentes: ⁊ apprehendit ea que dicūtur: sed nūq̄ talis apparitio debet vocari somniū: imo debet vocari sensatio. ¶ Alia est apparitio per intellectū: que fit nobis non solum in vigilia sed etiā sepe in somno: vt declarat Aristo. sepe enim in somno syllogisamus de vniuersalibus: ⁊ de insensibilibus: qđ non potest esse nisi per intellectū: sepe etiam iudicamus in somno somniū qđ nobis apparet esse falsum et esse somniū: quod nō potest esse nisi per virtutem superiorē somniantem: ⁊ illa est intellectus. Unde perfectis in philosophia ⁊ in ratiocinādo fiunt sepe tales vere intelligentie in somno: ⁊ dicit Aristo. ꝙ huiusmodi vere intelligentie seu apparentie intellectuales non sunt somnia proprie loquendo. Alia est apparitio: que fit sensui cōi per species reseruatas in fantasia presentatas ipsi sensui cōi: ⁊ hmōi apparitio fit nobis sepe in vigilia: vt qñ aliquis imaginatur castra in aruernia: qñ extrinsecus nihil sentiat: ⁊ sicut parui qñ sunt soli in tenebris imaginantur terribilia: ⁊ timent: ⁊ clamant: ⁊ hmōi apparitiones fiunt etiā aliquādo in somno: ⁊ cum fiūt in vigilia non dicūtur somnia: q2 deficit connotatū per hoc nomen somniū: sed quādo fiunt in somno tunc dūr somnia. ¶ Adhuc Aristo. notat quartum modum apparitionis: scꝫ memoratiuum ꝓpter que debetis scire ꝙ multi (vt ante dicebatur) ponūt duas virtutes reseruatiuas distinctas ⁊ distinctoꝝ organoꝝ: scꝫ fantasiam: ⁊ memoriam: fantasia enim reseruat species sensibiles sine certa differētia tpis sed memoria reseruat species ⁊ intentionē sensibiliū cum certa differētia tpis: ideo per fantasiā res apparēt nobis ac si sint ꝑsentes: sꝫ per memoriā apparet nobis ꝙ tūc vidimus tales res vel audiuimus: ⁊ cetera: modo apparitio memoratiua nō dī ꝓprie somniū: q̄uis aliquādo fiat in somno: sed solū apparitio fantastica: de qua iudicamus ac si res essent presentes. Uerū est ꝙ alij dicunt quod fantasia ⁊ memoria sunt idem realiter: ⁊ eiusdem organi: sed tñ eadem res dī fantasia ⁊ memoria ꝑm diuersas rationes: dī enī fantasia ꝑm ꝙ representat sine differentia tpis preteriti: ⁊ facit apparere ꝙ res sit presens. Sed dicitur memoria ꝑm ꝙ representat cū differentia tpis preteriti: in quo res visa fuit vel audita: modo apparitio que fit per primū modum representationis vocatur fantastica: ⁊ est proprie somniū si fiat in somno. sꝫ apparitio per ꝑm modū representationis vocatur apparitio memoratiua: ⁊ non dī proprie somniū: q̄uis fiat in somno: somnia enī non sunt vere apparitiones imo false: q2 apparet presens qđ non est presens: ⁊ apparet ꝙ videamus vel audiamus id qđ nō videmus nec audiuimus. Sed alie sunt apparitiones: scilꝫ per sensus exteriores: ⁊ per intellectū: ⁊ per motum memoratiuū que q̄uis fiant in somno tñ sunt vere apparentie ⁊ non fallaces: ⁊ ob hoc proprie loquendo non vocantur somnia. ¶ His visis dicitur ꝙ illa diffinitio est valde bona: scꝫ somniū est apparitio fantastica in somno: ⁊ ponitur ibi apparitio tanq̄ genus: ⁊ ponitur fantastica ad differentiam aliaꝝ trium apparitionū: scꝫ sensualis: intellectualis: ⁊ memoratiue: ⁊ ponitur ibi in somno: ad differentiā apparitionum fantasticarum que sepe fiunt in vigilia.

Ad rationes. Ad primam: cōceditur quod somniū non est fantasma: nisi capiendo fantasma pro apparitione fantastica: ⁊ potest dici ꝙ apparitiones intellectuales non merētur dici fantastice: quia non solum secundum experientiam fantasiarū fiūt: sed altiori virtute corrigūtur apparitiones fantastice. ¶ Ad aliā: potest dici ꝙ nihil somniamus proprie nisi de sensibilibus: licet cum somnijs concurrant intelligentie sensibilium. Sed tu dices secūdo: somnio montes aureos quos nunq̄ sensi ⁊ qui non sunt sensibiles: q2 nō sunt. Dico ꝙ apꝑhensio mōtis aurei nō est simplex sed composita. vnde sensi montem. ⁊ sensi aurum: ⁊ auri species reseruate sunt in memoria: ⁊ cum representātur sensui communi ille potest componere aut diuidere: ⁊ sic potest formare apparitiones montium aureorum ⁊ huiusmodi: ⁊ hec adhuc sunt somnia. ¶ Ad aliam dicendum est ꝙ passiones corporis vel anime bene augmentant ⁊ excitant apparitiones somniales: tamen hoc non est sine speciebus reseruatis in fantasia.

Questio.VII.



Queritur vtrū semper in somno debeāt fieri somnia: an nunq̄: an quādoq̄ sic ⁊ quandoq̄ non. Arguitur quod nunq̄ debeant fieri: q2 fantasia eque vel magis propinqua est cerebro sicut sensus exteriores ⁊ tamen in somno propter frigiditatem cerebri ligati sunt sensus exteriores: ergo eque vel magis ligata debet esse fantasia: modo si fantasia sit ligata non possunt fieri somnia: eo ꝙ somniū est apparitio fantasiata: ergo nunq̄ in somno debent fieri somnia. ¶ Item. si omnia fierent: hoc esset per species reseruatas in fantasia: tunc arguitur sic: vel ille species sufficiunt ad somniandum sine obiecto extrinseco vel non sufficiunt sine illo: si sufficiunt sine obiecto extrinseco: tunc semꝑ debent fieri somnia: ⁊ si non sufficiunt sine obiecto extrinseco: tunc nunq̄ debent fieri: q2 in somno non fit apparitio per obiectum extrinsecum: ergo vel semper debent fieri in somno vel nunq̄. ¶ Item. vel quelibet species existens in fantasia sufficit ad somniandum vel nulla: vel aliqua sufficit: ⁊ aliqua non: cum ceteris que existunt tempore somnij: si quelibꝫ sufficiat: tūc simul de omnibus que vidimus vel audiuimus quorum nobis remanserit memoria deberemus somniare si nulla sufficiat: tunc de nullo deberemus somniare: si aliqua sufficiat ⁊ aliqua nō: videlicet q2 fortior sufficit: debilior non sufficit: tunc continue deberemus somniare de illo cuius species est fortior: ⁊ de nullo alio: modo istud consequens apparet falsum: q2 continue valde diuersificantur nobis somnia ⁊ modo apparet nobis vnum: ⁊ statim aliud. ¶ Item. in vigilia non apparent nobis talia fantasmata: ergo nec debent apparere in somno: consequentia ex hoc probatur: quia via fantasie ad sensum cōmunem est magis expedita in vigilia: q̄ in somno: ideo magis potest suas species representare.

Oppositum tamen borum omnium experimur. ¶ Circa istam questionē sunt quatuor difficultates declarande. Prima est: quare species in fantasia reseruate faciunt magis apparitionem in somno q̄ in vigilia. Secunda difficultas est: quare ille species in somno faciunt aliquādo apparitionem: ⁊ aliquando non. Tertia difficultas est: quare alique specierum in fantasia reseruatarum faciunt suam apparitionem: ⁊ alie non: vel alique citius q̄ alie. ¶ Quarta est: quare species que sunt fortiores non faciunt continuā apparitionem. ¶ Ad primam difficultatem respondetur. ꝙ species in fantasia sūt debiles: ⁊ motus ab exterioribus sensibus qui fiunt in vigilia sunt fortiores: modo motus fortiores ⁊ in apprehensionibus ⁊ in tristitijs vel delectationibus ⁊ vniuersaliter in alijs passionibus: alique offuscant motus minores: ⁊ faciunt eos latere. Unde aliqui clamant se valde lesos in manu vel in pede qui si bene verberarentur nō sentirent amplius illam lesionem: ideo etiam sicut Aristoteles dicit parui in tenebris mouentur a fantasmatibus: ⁊ timent in luce autem quia lux fortius mouet: non apparent eis illa fantasmata hec est ergo causa quare apparitiones fiunt nobis magis in somno q̄ in vigilia: scilicet q2 in vigilia mouemur a sensibilibus exterioribus: fortioribus motibus: quam sint motus fantasmatum. Ideo tunc latent nos motus fantasmatum. Uel etiam dicendum est: quod quādo receptiuū est occupatū: nō ita bene recipitur nec ita bene apparet impressio: sicut si receptiuū esset purū: modo sensus cōis in somno est purus: ⁊ nō occupatus per sensus exteriores. in vigilia autē est occupatus magis per sensus exteriores: ideo nō ita bene nec ita apparenter potest recipere debiles impressiones fantasmatū. ¶ Ad scđam difficultatē que q̄rebat: quare in somno fiunt aliquādo apparitiones ⁊ aliquando non: respondetur: ꝙ aliquando via fantasie ad sensum cōem obstructa est vaporib⁹ ingrossatis: tō fantasia nō pōt suas spēs representare sensui cōi: ideo tunc non fit apparitio. aliquan

do etiam quãuis non sint ibi vapores ingrossati: tamen propter multum calorem sanguinis: est in illa via multus mot⁹: ⁊ multa turbatio spirituum: ideo species ibi sic confunduntur ꝙ nullam possunt facere apparitionem. ⁊ est simile sicut aqua quieta potest refrãgere speciem tuam: mota autem nõ potest: propter cõfusionem radiorum visualium: ideo etiam tunc non fit apparitio: nisi forte species est nimis fortis propter magnam attẽtionem quam circa obiectum habuimus: ⁊ tunc predictis non obstantibus illa potest mouere sensum communẽ: sic enim aliquando aliqui cogitantes de negocio aliquo somniãt: ⁊ non possunt fortiter dormire: licet ex cibis ⁊ potibus abundent fumi: ⁊ vapores: cum autem digesti fuerint illi vapores ⁊ motus spirituum fuerit reductus ad regulam: tunc fiunt somnia. ⁊ ita habetis causam: quare aliquando fiunt ⁊ aliquando non. Et ex hoc infertur correlarium ꝙ communiter magis somniamus in principio ⁊ fine somni: ꝙ̃ in medio: q: in principio nondum vapores sunt in sua potestate: sed incipiunt: nec etiam in fine: sed desinũt: ⁊ in medio maxime abundant. ¶ Ad tertiam dubitationem respõdendum est: ꝙ in fantasia est vna impressio fortior ꝙ̃ alia: vel propter frequentem meditationem: vel propter fortem attentionem: aut quia adiuta est ex delectatione vel tristitia: vel alia passiõe anime: vel aliqua etiam corporis complexione: ⁊ tũc illa mouet sensum cõmunem: etiam aliquando quando alie nondum possunt mouere. ¶ Ad quartam difficultatem que querebat quare fortior species non semper continue mouet sensum communem in tempore somnij. dicendum est: vt dicit Aristoteles: ꝙ species a fantasia ad sensum communem multiplicantur cum spiritibus: ⁊ illi spiritus continue moti variant inter se situs suos ad sensũ communem: ⁊ sic modo aliqui faciunt suam apparitionem: modo desinunt: ⁊ alij superueniunt. est etiam alia causa: q: natura sensus est appetere discurrere ⁊ noua videre: ideo dimittit aliquãdo que sũt fortia ⁊ attendit ea que sunt debilia: ⁊ ita cõtinue in somnio fit velox mutatio de vno in alterum. Per hec respondetur.

Ad rationes. Ad primam dicendum est ꝙ organum fantasie maiores habet meatus ad sensum cõmunem ꝙ̃ organa exteriora: ⁊ ideo per calorem cordis via fantasie ad sensum cõmunem citius absoluitur: ꝙ̃ a sensibus exterioribus ad sensum communẽ: ⁊ tardius etiam ligatur: ideo fiunt somnia: licet exteriores sensus sint ligati. ¶ Ad aliam. dicẽdum est ꝙ species in fantasia sufficiunt ad somniandum quando via ad sensum cõmunem absoluta est: ⁊ nõ sufficiũt quando est impedita per vapores ingrossatos: aut nimios motus spirituum. ¶ Ad aliam dictum est: ꝙ alique plus sufficiunt ꝙ̃ alie: q: fortiores. tamen dictum est quare fit permutatio de vna in aliam: non obstante quod vna sit fortior alia. ¶ Ad vltimam dictum est in solutione prime difficultatis.

Questio. VIII.



ueritur vtrum sit conueniẽs per somnia diuinare de futuris: seu pronosticare. ⁊ videtur quod non: q: non apparet ratio quare ⁊ quomodo hoc sit possibile nisi somnia sint a deo nobis immissa: ita qꝺ modo prophetico pronosticem⁹ sed non sic sunt nobis immissa a deo: vt dicit Aristoteles: cum fiant tam in brutis ꝙ̃ in fatuis: sicut prudentibus: igitur. ¶ Item. plurima somnia fiunt de ijs que transcendunt actus nostros ⁊ scientiam nostram ⁊ potentiã nostram: vt de imperijs alemanorum: vel rome: aut de papa ⁊ actibus cardinalium: ⁊ sic de alijs: ⁊ non apparet ratio vel modus per quem somnia nostra sint talibus connexa vt possint esse cause vel signa eorum. ¶ Item. somnia fiunt nobis ex fantasmatibus reseruatis que non sunt nisi preteritorum actuum: ⁊ ita non videntur habere habitudines nisi ad act⁹ preteritos: igitur non apparet quomodo per ea possit quis pronosticare de futuris. ¶ Item. per signa deceptoria non est pronosticandum: sed somnia sunt deceptoria: quia Aristoteles dicit ⁊ probat ꝙ faciliter decipimur circa somnia: de quo Cato ait. Somnia ne cures quia fallunt somnia plures ergo non est pronosticandum per somnia.

Oppositum vult Aristoteles: ⁊ voluerunt multi sapientes: ⁊ est commune ⁊ vulgare dictum modo cõmune dictum est dictum tanꝙ̃ ab experientia: ideo non est sine veritate: vnde septimo ethicorum dicitur: famam quam omnes famant non omnino perdi: ⁊ sicut dicit Aristoteles: medici gratiosi ⁊ in sua scientia solennes bene attẽdunt ad somnia: quod non facerent nisi essent significatiua ⁊ pronosticatiua. ¶ Ad solutionem questionis: declaranda est breuiter origo somniorum: de qua dicendum est: quod somnia habent originem a speciebus reseruatis in fantasia eorum que ante sensata fuerunt. tamen huiusmodi species vel intentiones reseruate: aliquando fortificantur vel excitantur: ⁊ fiunt apparitiones ex multis causis. vna causa est: propter passiones: quoniam sicut dicit Aristoteles: si in via a fantasia ad sensũ communem defluat modicũ de colera species calidorum fortificabuntur ⁊ facient apparere ignes aut fulgura vel fortissimos estus: ⁊ consimiliter: si vigeat aliqua humiditas aquosa: faciet apparere aquas aut pluuias: aut in quibus homines se credẽt natare vel submergi: ⁊ sic de alijs qualitatibus contra cor vel organũ fantasie: aut in locis medijs dominantibus. ¶ Alia causa excitationis seu fortificationis specierum reseruatarum: ⁊ per consequens apparitionum est ex parte passionum anime. Si quis enim fuerit iracundus aut ad iram commotus: vel ad odium: aut amorem vel concupiscentiam: cito ⁊ frequenter somniabit de eis et de connexis huiusmodi passionibus. ¶ Alia causa promotionis et excitationis somniorum est a celo: seu a continente propinquo: quoniam omnis natura in istis inferioribus (excepta libera voluntate) regitur a corporibus celestibus: vnde primo meteororum: necesse est hunc mundum inferiorem esse contiguum lationibus superioribus in motibus corporum celestium vt tota virtus eius gubernetur inde. Et ita si constellatio sit ad caliditatem: ad rancores: vel pacem: ⁊ sic de alijs qualitatibus in istis inferioribus receptis: commouebuntur species in fantasia reseruate habentes ad predicta conuenientiam ad mouendum sensum cõmunem ad ea. somniando de illis ad que celum inclinat: vel de similibus eis. ¶ Ex dictis igitur apparet somnia principali diuisione esse quadruplicia. Quedam habentia ortum solummodo a prius sensatis: ⁊ in fantasia reseruatis: absq; aliqua prouocatione per tres causas prius dictas: ⁊ de huiusmodi somnijs dicendum est: ꝙ non faciunt ad pronosticandum de futuris quia solum habent habitudinem ad sensationes preteritas verbi gratia: sicut hodie vidisti magnum bellum: ⁊ ob hoc in somnijs apparent tibi tumultus et bella: hoc non significabit aliquid futurum: sed solum quod tu hec vidisti. ¶ Secũdo modo sunt somnia habẽtia originem vel fortitudinem ex complexione corporali: ⁊ per ista habent medici iudicare quis humor superabundet aut incipiat superabundare: aut quis humor defluat per corpus magis ꝙ̃ oporteat: ⁊ per hoc possunt iudicare de futuris: sanitate: vel egritudinibus. Si enim aliquis frequenter somniet ignes aut fulgura: aut vehemẽtes estus: aut consimilia: pronosticandum erit quod in eo abundat colera: aut ꝙ inordinate mouet: ⁊ ꝙ ille forte febricitabit nisi obseruet: vel reducat. Et si febricitans calore somniauerit se esse in aquis: signum erit defectus febris: et qꝺ cito sanabitur. Et sic similiter de alijs qualitatibus. ¶ Tertius modus somniorum est prout fortificatio vel prouocatio prouenit ex passionibus anime: et per ista somnia potest significatiue iudicari ad quos actus homo fuerit inclinatus: vtrum ad bella an ad pacem: vtrum ad amorem: an odium: vtrum ad carnales concupiscentias: an alias: et ita poterit conuenienter iudicari significatiue ꝙ talis talia opera operabitur: qꝺ talis reget cũ bellis: vel cum pace: ⁊ sic de alijs. ¶ Quartus modus somniorum est habens exitum ⁊ prouocationẽ a corpore celesti: et per ista possemus pronosticare non solũ de actibus futuris somniatis: sed etiã de ijs que nostrã potentiã transcẽdunt. Si enim somniemus aquas multas et hoc nõ proueniat ex cõplexione corporis: poterimus iudicare ꝙ erunt cito pluuie: igitur humiditates. Celũ enim prius potest influere virtutes suas alteratiuas aeris et corporis nostri ꝙ̃ possint peruenire effectus principales: igitur cũ sensus in dormitiõe est purus: potest cito recipere impressiones corporũ celestiũ: et aliqñ plus videre pluuias: aut siccitates: aut guerras: aut seditiões ꝙ̃ de facto eueniãt: et ita de alijs dispositionibus: quas hec inferiora sunt innata recipere a

celo

celo. ¶ Tamen debetis notare sicut innuit Aristo. ꝙ difficillimum est recte iudicare de somniis: quando significatiua sunt futurorum. est enim vna difficultas: quia non apparent nobis futura in propria forma sȝ vel in suo simili: vel in suo accidente: vel in aliquo sibi propinquo. ¶ Secunda difficultas est: quia difficile est scire ex qua predictarum causarum sit somnium: vtrum solum ex p̃us sensatis: an propter dispositionem corporis: aut anime: an propter celũ. ¶ Tertia difficultas est valde magna: q̄r in somniando isti quatuor modi somniorum habent adinuicem multam ⁊ citissimam permutationem: modo enim hoc apparet forte ex celo: statim aliq̄d ex specie reseruata: ⁊ consequenter aliud ex passione corporis: ⁊ corde: et ideo dicit Aristoteles q̄d optimus interpres somniorum: debet esse bene consideratiuus similitudinum ⁊ differentiarum: vt possit separare ea que sunt ab vna causa ab his que sunt ex alia: ⁊ vt non statim iudicet sicut apparet: sed simile aut ꝯsequens. ¶ Per ista apparet ꝙ rationes procedunt viis suis: q̄r non q̄rebant nisi quare ⁊ quomodo somnia possunt esse significatiua futurorum.

Questio .VIII.



Queritur vtrũ dormiẽtes possunt exercere opera vigilantium. Arguitur ꝙ non: quia sequeretur ꝙ dormientes essent vigilantes: consequens est manifeste falsum. consequentia probatur: q̄r illa propositio possibile est dormientes exercere opera vigilantium est de possibili in sensu composito: ⁊ valet istam: hec est possibilis dormientes exercent opera vigilantium: ideo reducatur ad esse et nihil debet sequi impossibile: ⁊ sic ista erit vera dormientes exercent opera vigilantium: ⁊ cum non exerceant nisi opera sua: sequitur ꝙ sunt vigilantes. ¶ Item. opera vigilantium sunt circa exteriora sensibilia: ⁊ dormientes circa illa non exercẽt aliquas operationes: cum non moueantur ab illis: nec illa percipiunt: igitur. Uel ista ratio fiat sic: vigilantes operationes suas exercent mediantibus sensibus: hoc autem non faciunt dormientes: q̄r eorum sensus sunt clausi: igitur. ¶ Itẽ Aristoteles dicit ꝙ in somno caput grauatur: ita ꝙ propter grauedinem capitis oportet animal cadere vel iacere: igitur ipse non potest facere opera vigilantium: que sunt surgere: et ambulare.

Oppositum tamen dicit Aristoteles: et est experium de multis: ⁊ scio q̄d vidi ancillam que surrexit et iuit ad ignem: ⁊ incendit stramina ita ꝙ fere fuit combusta: igitur. ¶ Breuiter certum est ⁊ in multis expertum: ꝙ multi dormiendo surrexerunt de lectis suis: induerunt se: aperuerunt ostia: ambulauerunt per vicos dormiẽdo: ⁊ cum expergefierent mirabantur vbi essent. Et sicut bene dicit Aristo. tales non memorabantur eorum que sic fecerant: memorabãtur tamen bene somniorum suorum quãtum ad multa: sicut etiam bene memoraris somnii tui post expergefactionẽ. Et in istis factis que per experientiam manifesta sunt: sunt duo mirabilia satis difficilia. ¶ Primum est. cum tales nihil extra videant: nihil etiam tactu sentiant: nihil auditu audiãt: ⁊ sic de aliis sensibus: quomodo est possibile ꝙ sic ad loca determinata vadant: ⁊ ostia aperiant: quia non possunt scire vtrum aperuerunt an non: vtrum vsq̄ ad ostium ambulauerunt an non: imo per somnium ita apparuit eis: siue fuerũt siue non: siue aperuerunt: siue non: quod apparet tibi satis: q̄r somniando tu potes credere ire ⁊ reuerti: ⁊ quodcunq̄ tale fecisse: sicut si tu fecisses. ¶ Aliud mirabile est quod illi homines ⁊ etiam alii memorantur somniorum suorum: ⁊ tñ tales non memorãtur actuũ suorum exteriorum que sic in somno fecerunt: sicut dicit Aristo. ⁊ scitum est per experientiã. ¶ Propter primũ istorum declarandum supponũtur aliqua. Primũ est ꝙ licet sensus exteriores multũ valeant ad dirigendum nos in nostris operationibus exterioribus: tamen possibile est nos dirigi visu eorum ambulare per cameram aut per vicũ per imaginationem: aut per sensum cõmunem: ⁊ per memoriam: ⁊ sit per cõsuetudinem. vnde sic sepe homines nihil videntes ambulant per cameram: ⁊ pratum: ⁊ reuertũtur ad lectum: dico non vigilando: hoc enim credo quemlibet posse experiri. ¶ Secundo suppono: ꝙ in somno cum somniis propter dictis concurrunt sepe rememorationes vere de preteritis: ⁊ vere intelligentie sicut Aristoteles ponit in isto libro ⁊ determinat. ¶ Tertio etiam suppono: sicut ĩ multis expertum est: ꝙ in eis in somno sunt ita fortes ⁊ intense imaginationes ꝙ ipsi loquũtur ⁊ mouent brachia vel tibias: vel aliquando totum corpus: hoc visum est de pluribus ex quibus verisimiliter potest inferri ꝙ in aliq̄bus possunt esse in somno imaginationes ita vehementer fortes: ꝙ ipsi de toto corpore surgunt ⁊ ambulant: ⁊ per rememorationem ⁊ intelligẽtiam concurrentes: ⁊ per consuetudinem eundi ad certa loca ipsi vadũt determinate per cameras: per domos: ⁊ vltra forte per vicos. ¶ Ad secundum dubitabile: respondit Aristo. in suis problematibus: ⁊ credo ꝙ responsio debet esse talis vel propinqua: q̄r exteriora circa que isti agũt nullas species sensibiles imprimunt in sensibus exterioribus qui sunt clausi: nec per consequens in sensu cõmuni vel in fantasia: ⁊ tamen non potest esse rememoratio nisi per species imp̄ssas in fantasia: ideo isti nihil possunt rememorari de his que sic extra fecerunt in somno: sed valde bene memorãtur de somniis: q̄r species reseruate in fantasia mouent sensum communem ad actum cognoscendi: ex quo actu iterum reuertitur ad fantasiam intentio representans illum actum: per quã intentionem memoramur in vigilia ꝙ talia ⁊ talia nobis apparebant: sed ibi est vnum mihi dubium quod certe ab vno socio sciui ⁊ audiui: ⁊ iurabat q̄d ipse erat in vna camera cum vno socio: ⁊ ille solebat ita surgere dormiendo: et ire vel ad baculum vel ad gladium: ⁊ ita determinate accipere ac si vigilaret: ⁊ sub illo socius videns ꝙ euaginauerat gladiũ aperuit cameram ⁊ fugit: ⁊ statim ille dormiens fugit post eum. ⁊ cecidit per gradus ⁊ certe tunc est difficile facere talia determinate nisi aliqualiter extra videret: ⁊ nisi ad tactum exteriorẽ perciperet illud quod tenebat. Et ideo probabiliter potest dici sicut dicit Aristo. de subdormiẽtibus: qui nõ perfecte dormiunt ꝙ lente ⁊ debiliter audiunt vel sentiunt exteriora: ita q̄d aliquando respondent ad interrogata: sic etiaȝ potest imaginari q̄d talibus non sunt omnino perfecte sensus exteriores clausi: ideo per illos possunt se aliqualiter dirigere ad talia facienda: vna cum rememorationibus: ⁊ intelligentiis concurrentibus. ¶ Sed tũc queritur quare igitur isti non rememorantur illorum operum exteriorum. Solutio potest dici: q̄d impressiones facte a sensibus interioribus ad sensus exteriores sunt ita debiles tunc quod nõ possunt facere in fantasia impressiones sufficiẽtes ad postea iterum mouendum notabiliter sensum cõmunem: ideo non fit talium rememoratio. Secundum dicta soluatis rationes sicut placet vobis. Et sic finis istius libri ⁊c.

¶ Expliciunt questiones de somno ⁊ vigilia lecte Parrhisii a M. Joãne Burida.

¶ Sequuntur questiones eiusdem de longitudine ⁊ breuitate vite.



Circa librum de longitudine ⁊ breuitate vite q̄ritur. Utrũ sciẽtia possit corrumpi. Arguitur quod non. quia omnis generatio vel corruptio vel est motus vel nõ fit sine motu: vt vult ꝯmẽtator: q̄nto ⁊ sexto physic. sed ad scientiam nõ est motus: vt habetur septimo physi. igitur scientia nõ potest generari vel corrũpi. ¶ Item si scientia corrumperetur sequeretur q̄d intellectus trãsiret de sciẽtia ad ignorantiam: sed intellectus non potest transmutari: quod patet sexto physicorum vbi probatur q̄d omne quod transmutatur est diuisibile intellectus autem non est diuisibilis: igitur nõ transmutatur. Similiter: omne q̄d trãsmutatur patitur ⁊ tñ dr̃ tertio de aĩa q̄d intellectus est impassibilis ⁊ immixtus: ergo intellectus nõ potest transmutari: igit̃ scientia nõ potest in eo corrumpi. ¶ Item. septimo metaphysice dicit Aristoteles quod nec forma fit nec materia fit: sed totũ compositum est illud q̄d fit: modo scientia est forma et

non ipsum compositū: igitur scientia nō fit siue nō gñatur: sʒ quod nō est generabile nō est corruptibile (vt habetur pri. celi) igitur sciētia non est incorruptibilis. ¶ Item. non videt esse nisi triplex modus corruptionis. Unus modus est a contrario. alius est ad corruptionē subiecti sui. ⁊ tertius ad corruptionem agentis ⁊ conseruantis: siue ad eius remotionem sicut lumen in aere corrumperetur ad remotionem lucidi: sʒ nullo illorum modorum scientia est corruptibilis: non enim est corruptibilis ad corruptionē sui subiecti: qꝛ suum subiectum est intellectus qui est perpetuus. Nec corrumpitur ad remotionem cōseruantis: qꝛ in esse suo non indiget alio cōseruante q̄ʒ subiecto suo: q̄uis enim cesset actualis sensatio vel intellectio: tamen manet habitus intellectualis: ideo nō dependet ab illis in conseruari: q̄uis indiget illis in fieri: nec scientia videtur corrumpi a contrario: puta ab errore vel deceptione: qꝛ scientia est per demonstrationē euidentem. Error vero est per rationem falsam ⁊ inuidentem: modo videtur q̄d ratio euidens non posset superari ab inuidente: igit scientia non videtur posse corrumpi per argumentum erroneum: igitur nullo modo est corruptibilis.

Oppositum tamen tenet Aristo. ⁊ probatur ꝙ omne generabile est corruptibile vt habetur primo celi: modo scientia potest generari in nobis: ⁊ de facto generatur ⁊ acquiritur ī nobis de nouo: igitur similiter ipsa est corruptibilis. Propter istam questionem ⁊ propter sequētia cō[illegible] est quibus modis aliquid sit corruptibile. ¶ Et [illegible]ndum: ꝙ aliqua sunt composita ex multis in actu: vt domus vel exercitus: ⁊ talia non sunt aliquid per se vnum ⁊ proprie: sed sunt multa quorum q̄libet est per se vnū: sicut homo vel asinus: albedo vel nigredo: illud autem quod est compositum ex pluribus in actu: ⁊ quod nō est per se ⁊ ppriissime vnum: dicitur tamen vnum sm quid vel improprie: scʒ vnitate ordinis: vel proportionis: sicut exercitus dicitur vnus propter ordinem multorum ad vnum principem: ⁊ domus etiaʒ dicitur vna propter talem ordinem talium partium ad inuicem: modo corruptio talium potest esse absqʒ hoc ꝙ illa corrumpantur: vnde exercitus si dicamus ꝙ non sit aliud q̄ʒ homines equi ⁊ talia que cōponunt exercitum: corrumperetur per solum motū localem illarum partium: vt si quilibet iret ad domum suam: ⁊ domus etiam q̄uis diceremus ꝙ ipsa nihil aliud est q̄ʒ lapides ligna ⁊ lateres: ⁊ huiusmodi alie partes tamen corrumperetur per motum localem illarum partium vel per alium ordinem: vt si lapides qui sunt in fundamento ponerētur supra tectum: verum est tamen si velimus propriissime loqui diceremus ꝙ exercitus dicto modo nō corrumperetur: ⁊ ꝙ domus dicto modo non corrumperetur: sed corrumperetur exercitus ⁊ corrumperetur domus: qꝛ exercitus est isti hoīes ⁊ isti equi: mō isti hoīes ⁊ isti eq̄ nō corrumpuntur: nō exercitus nō corrūpit. ¶ Itē: q̄d corrūpit desinit esse: modo exercitus nō desinit esse qꝛ exercitus est isti homines ⁊ isti equi qui non desinūt esse tamen isti homines ⁊ isti equi desinūt esse exercitus. ¶ Similiter hec ligna ⁊ lapides desinunt esse domus: licet non desinunt esse: ⁊ corrumpitur domus vel exercitus: licet domus vel exercitus non corrumpatur. ¶ Tunc venio ad illud quod est per se vnum de quo dicit Aristo. ꝙ illud vno modo dicitur corrumpi simpliciter: hoc est sine additione predicati adiacētis. Alio modo dicit corrumpi sm quid. i. cum additione predicati adiacentis: qꝛ sicut aliquid desinit esse ita corrumpitur: constat autem q̄d equus aliquando desinit esse si moriatur: ideo simplr equus corrumpitur. Aliquando autem equus desinit esse albus aut currēs: ideo equus corrūpitur albus: sicut diceremus de eq̄ currente: equus enim fit currens aut fit magnus: licet tunc equus non fiat: modo de ista corruptione sm quid nihil intēdimus: sed de corruptione simpliciter sm quā est verū dicere ꝙ illud desinit esse. ⁊ videt mihi ꝙ bene sunt quatuor modi quibus aliquid simpliciter corrūpitur. Uno modo a suo contrario: vt caliditas a frigiditate: tamen nō ppter hoc credo ꝙ omne hñs ꝯ̄uum sit innatū corrūpi a suo contrario qm multa sunt ꝯ̄ria que nō sunt innata agere ⁊ pati ad inuicem verbi grā qualitates ꝯ̄rie: albedo nō agit per se in nigredinē qꝛ si lapis niger ⁊ lapis albus essent ad inuicē approximati centū annis: nō ppter hoc lapis niger dealbaret: nec albus denigraretur: nisi concurreret actio primarū qualitatū. Secundus modus corruptionis: est corruptio forme ad corruptionē sui subiecti: qꝛ accidens nō posset manere sine substātia: verū est tñ ꝙ naturaliter corrūpi nō potest eius subiectū primū: qꝛ hoc est ipsa materia sed corrūpitur subiectum appropriatū. ¶ Tertio modo aliq̄d corrūpitur p corruptionē vel remotionē conseruantis: cū indigeat agente non solū in fieri: sed in cōseruari: lumen sic corrūpit ad corruptionē vel remotionē lucidi: ⁊ ita solet dici ꝙ actus intelligēdi corrūpitur ad corruptionē seu cessationē actus sentiendi vel fantasiandi: tñ non ppter hoc corrūpitur habitus intellectualis: q̄uis in fieri dependeat ab actu sentiendi: tñ non indiget eo in conseruari. ¶ Adhuc est quartus modus corruptionis: prout aliq̄d cōsecutiue corrūpitur ad corruptionē dispōnis sibi naturalis ⁊ cōuenientis: vl' per aduentū dispōnis discōuenientis: sicut substātie q̄bus nihil est ꝯ̄riū corrūpūtur per remotionē sua[illegible] naturali[illegible] vel per aduentu oppositoꝝ: sic aqua per caliditatē sibi aduenientē corrūperet. Et istis modis habitis manifestū est de sciētia sm fidem nostram: ꝙ non corrūpit ad corruptionē sui subiecti: eo ꝙ intellectus ponit esse ppetuus: nec videt corrūpi ad remotionem conseruātis: qꝛ nō indiget in cōseruari actu sentiēdi vel intelligēdi: nec alio aliquo q̄d remoueat vel possit remoueri. Et certe de isto est magna dubitatio: quō ⁊ vtrū corrūpat p obliuionē: vnde de habitu reseruato ꝟtute sensitiua corporea datur bene modus quō corrūpat p obliuionem: cū enim spēs rei sit impsa in organo corporeo: illud organū corporeū mutatur cōtinue: ⁊ alterat: ⁊ ipsi aduenīūt noue partes per nutritionē: ⁊ defluūt alie partes p exhalationē ⁊ euaporationē: ideo nō est mirū si defluit impssio: ⁊ sic corrūpit impssio: sed cū intellectus in intelligēdo nō vtatur organo corporeo ideo si iste habitus potest remanere per vnum diem in intellectu absqʒ aliqua cōsideratione vel sensatione: videt ꝙ per nouē dies: ⁊ sic p centū ⁊ p mille: qꝛ ab illis exterioribꝰ nō dependebat in cōseruari: ex quo sine illis poterat aliquo tēpore permanere: nec ex parte intellectus prouenit ꝙ ille habitus desinat: qꝛ ille habitus est pfectio intellectus. ⁊ q̄libet ens naturale inclinat naturaliter ad suā perfectionem: nec est ex parte habitus q̄d desinat esse: quia omne ens diligit se permanere: vt vult cōmentator primo physicorum: ⁊ ideo valde difficile est videre quomodo scientia potest corrūpi per obliuionē: ⁊ opʒ vt videt mihi dicere altero duorum modorum. ¶ Unus modꝰ est ꝙ sicut actꝰ intelligēdi dependet ex actu fantasiandi siue sentiēdi nō solum in esse sed in ꝯseruari: ita habitus intellectualis depēdet ex habitu reseruato in fantasia vel in memoria: nō solū in esse: sed in cōseruari: habitus aūt fantasie vel memorie qꝛ est in organo corporeo vel mutabili corrūpitur p obliuionē modo prius dicto ideo ꝯ̄r sciētia in intellectu corrūpitur p remotionē cōseruantis. ¶ Alius modus ꝙ sciētia semp manet in itellectu sed p obliuionē cōtingit ꝙ nō possimꝰ exire in actū cōsiderādi: qꝛ actus cōsiderandi indiget non solū habitu intellectuali: sed etiā habitu fantasiandi. Unde intelligendo q̄cunqʒ necesse est fantasmata speculari: ⁊ obliuio facta est in fantasia: ideo nō possumꝰ in actū considerandi. Alexāder aūt qui posuit intellectū humanū esse formā materialē vel corporā nō habuit istā difficultatem. ¶ Ultimo videndū est quomodo corrūpatur sciētia a cōtrario scilicet per errorē vel deceptionē: de quo debemus imaginari: q̄d sepe demonstrationes q̄uis vere sint et necessarie: tamen non sunt ita perfecte euidentie quin ppter quasdam apparentias sophisticas possimus formidare: aut de consequentia syllogistica: aut forte de ipsismet premissis: qꝛ sine dubio si demonstratio esset omnino pfecte euidentie: nunq̄ʒ ratio ad oppositum assentiremus imo licet nō possemus eam dissoluere: tamen iudicaremus eam esse deceptoriam: dico ergo casu quo demonstratio nō est omnino perfecte euidentie ꝙ possibile est ꝙ multe fortes apparētie ad oppositum superueniant adhesionē que erat nobis per demonstrationem: ⁊ sic fit nobis adhesio contraria: ⁊ corrumpitur prima adhesio: que vel erat scientia vel de necessitate requisita ad scientiam.

Ad rationes. Ad primā conceditur ꝙ ois generatio vel est motus vel exigit motū precedentē q[ui] vel est in subiecto suo: aut in subiecto alieno: sicut lumen nō fieret hic in aere nisi pcederet motus p quē lucidū psentat: ⁊ sic pcedūt in nobis motꝰ ⁊ nutritiōes ⁊ augmētatiōes: ⁊ pcedūt etiā motꝰ in obiectis exterioribꝰ p quos obiecta fiūt nobis psentia: ⁊ hoc

tia: et hoc sufficit. ¶ Ad aliam conceditur q indiuisibile nõ mouetur per se: et proprie: tamen bene mutatur tendendo ad aliquas alias mutationes. ¶ Ad aliam conceditur qđ forma non sit solitarie: scilicet sine materia: nec etiam materia sit solitarie sine forma: sed compositum sit solitarie: ita q nihil sit quod non sit ipsum vel pars eius: ita intelligitur illa autoritas in septimo metaphy. cum forma bene sit in suo subiecto. ¶ De vltima ratione dictum fuit in positione.

Questio.II.



Queritur vtrum ignis in concauo orbis lune possit corrumpi: et similiter terra in cētro terre. Arguitur de igne q non. Quia nihil corrumpitur nisi a suo contrario: sed ignis non habet contrariũ et hoc signatum illi loco scilicet approximatum cõcauo orbis lune: ergo ignis ibi existens non potest corrumpi. ¶ Item. vel corrumperetur a celo: vel a seipso: vel ab alio elemento: per sufficientem diuisionem: sed nullo modo potest dici: primo non a celo: qr ipm est locus naturalis ignis: modo locus est conseruatiuus locati quarto physicorum. Etiam celum valde velociter mouetur circa ignem: et de natura motus est calefacere maxime si sit motus velox: vt patet primo metheororum: ideo. Similiter ignis nõ corrũpitur a se: quia nullum homogeneum est corruptiuũ sui ipsius: q̄uis heterogeneum possit seipsuz corrumpere: eo quod habet partes diuersarum complexionum quarum vna potest agere in aliam: modo ignis est homogeneus: ideo non potest se corrũpere: et hoc expresse dicit commentator secundo physicorum: scilicet quod nullum corpus simplex cuiusmodi sunt elementa habet in seipso principiũ actiuum sue corruptionis: postea ille ignis non potest corrũpi ab alio elemento: quia nullum aliud elementum attingit ad illum locum: igitur ille ignis nullo modo potest corrumpi. ¶ Similiter arguitur de terra in centro qr illa nõ habet contrarium sibi approximatum: nec patet modus per quem posset ipsi approximari cõtrariũ: et tamen nõ potest corrũpi nisi corrumpatur a contrario: igitur.

Oppositum videtur velle Aristote. in isto libro. et probatur quia omne habens materiam est corruptibile: modo ignis et terra quecunq̄ sit habet materiam: igitur est corruptibilis: maior probatur: qr materia de sua natura est in potentia ad omnes formas naturales: ideo potest fieri subiectum illis: aut illa potentia esset frustra: et sic materia ignis potest esse subiectum forme terre vel aque: quod non posset esse sine corruptione ignis: igitur omnis ignis est corruptibilis: et vltra cõcludem⁹ q omnis ignis corrumperet: qr dictũ est primo celi: q de necessitate omne corruptibile corrumpetur. ¶ Ad istã questionē respondetur communiter secundũ opinionē Aristo. ponentis mundũ eternũ qđ omnis ignis est corruptibilis et aliquando corrumpetur: et similiter omnis terra: et hoc probatur: qr habēt materiam et contrariũ que quidē materia est naturaliter in potentia ad alias formas et potentia naturalis nõ potest frustrari toto eterno. ¶ Sed solũ est difficultas de modo p quē ille ignis vel illa terra corrũpũtur. Ego credo quod ignis non corrũpatur in illo loco qr q̄uis alique cõstellationis essent innate ad frigefactionē: et humefactionē: tamē velox motus celi est tante potētie ad calefaciendum q ille cõstellationes nõ haberent potestatem contra illum motum ad faciendũ ibi tantam frigiditatem vel humiditatem quod ignis corrumperetur. Et iterũ: anteq̄ ignis ille corrũperetur et conuerteretur in aerē vel in aquã vel in terram oporteret qđ multuz cõdēsaret: qđ tamē est falsum: qr ponit cõiter q ignis ĩ sphera sua est tanto rarior aere quãto aer est rarior aqua: modo statim q ille ignis cõdensaretur et augmētaretur oporteret ipsum descendere ab illo loco supremo anteq̄ corrũperetur ideo nunq̄ in illo loco corrũperet. igitur ponēdũ est q ignis ille existens potest corrumpi alibi: qr potest descendere donec tangat spheram aeris: et sic tandē ab aere sibi cõiuncto potest alterari et corrũpi: et in aerem cõuerti: modus autē per quē illis ignis descēderet dandus est a celo vt credo: qm̃ aliqua constellatio innata frigefacere et humefacere potest habere aspectũ suũ presentialē ad aliquã partem ignis ibi existentem: et sic quamuis non statim corrumpat illum ignem tamen diminuet de eius caliditate et de eius siccitate: et per consequens etiam diminuet de eius subtilitate et leuitate: ideo illa pars ignis quodãmodo aggregata descendet naturaliter ab illo loco: et alter ignis nõ aggregatus mouebitur ad replendum locum modo sicut positum est: qr illa pars aliquantulum descenderet. ita poterit consequenter poni quod descenderet vsq̄ ad aerem vel vna vice continua vel pluribus interruptis. ¶ Iste videtur mihi modus magis apparens. ¶ Tunc de terra similiter videtur mihi: quod terra non corrumpitur in centro: sed tamen illa que est in centro bene corrumpetur aliquando alibi: quia aliquando veniet ad exteriorē superficiem terre: et ibi cõiūgetur suis cõtrarijs a quibus est nata corrumpi. Modus autem p quē illa terra circa centrũ veniet aliquãdo supius põt dari naturaliter talis: supposito q vna magna pars terre forte plusq̄ medietas est cooperta magno mari: et alia est discooperta ad salutem animaliũ et plãtarũ: et sic fuit ab eterno scđm Aristo. mõ illa pars q̄ est discooperta alleuiat et subtiliat p aerē sibi cõiunctũ: et p calorē solis libere attingentē eã ps aũt q̄ ē sub mari nõ sic alleuiat sed remanet grauior: ex quo sequit q terra est ecentrica: scilicet q centrũ magnitudinis terre nõ est cũ centro mundi: verũ est tamen q mediũ grauitatis terre est ĩ medio mundi: sed medium grauitatis terre nõ est medium sue magnitudinis: ppter hoc q vna medietas terre est grauior alia sicut dicebatur. Tunc sequitur vltra aliud: nos videm⁹ q fluuij ex superficie terre discooperte et ex mõtibus fluũt cõtinue in mare: ideo est q a sole nunq̄ mare est consumptũ: et isti fluuij portant secum multũ de terra q̄ descēdit ad fundũ maris: itõ ĩ fundo maris augmētat: in superficie discooperta diminuit terra: iđ opz qđ tota terra simul moueat ad hoc q semp mediũ grauitatis sit in medio mundi: et non põt aliter saluari vt mihi videtur si mundus ponatur perpetuus: vt ipsum posuit Aristoteles: quia montes et ipsa tota terra iam fluxissent in profundũ maris: qr cõtinue descēdit de mõtib⁹ et vallibus multo plus q̄ portet de vallibus ad montes: et cõtinue aliqđ de ista terra discooperta fluit in mare ideo cum omne finitũ tandē cõsumat: p ablationē finiti multoties factam iã altitudo montiũ et altitudo istius terre habitabilis deberet esse consumpta et mota in mare: sed nõ potest: qr q̄tũ mouetur de terra ad fundum maris tantum tota terra iterũ eleuat: vt semp mediũ grauitatis sit in medio mũdi. ¶ Per hoc solute sunt rationes que non querebant nisi modũ per quem ille ignis/et illa terra possint approximari suis cõtrarijs.

Questio.III.



Queritur tertio vtrum calidũ et humidum sint causa longitudinis vite. Arguitur qđ nõ. qr sequeret q illa viuentia essent longiora que sunt calidiora et humidiora: sed consequens inuenitur falsuz in multis: qm̃ multa animalia breuis vite inueniuntur calidiora et humidiora plantis que sunt longe vite: et sepe etiã aliqui sanguinei citius senescunt et moriuntur: et aliq̃ melãcolici diutius viuunt: q̄uis sanguinei sint calidiores et humidiores. ¶ Itē. multas herbas que sunt breuis vite videmus velociter cito crescere: ex quo sequitur qđ in eis abundat caliditas et humiditas: qm̃ augmētatio est per abundãtiã caliditatis et hũiditatis ideo calidum et humidũ nõ sunt cause vite longioris: cũ in eis abũdent que sunt breuis vite. ¶ Itē. que sunt cause putrefactionis non sunt cause longitudinis vite: imo sunt cause corruptionis et mortis: cũ putrefactio sit vltima corruptio mixtorum. vt patet quarto metaphysices: sed calidũ et humiduz sunt cause et principia putrefactionis: vt habet in dicto quarto: igitur et c. ¶ Item. frigidum et siccum sunt cause impassibilitatis et longe durationis: ideo lapides et metalla valde diu durant et sunt valde difficilis corruptionis: igitur per oppositum calidum et humidum sunt cause passibilitatis et facilis corruptionis: ideo sunt cause breuioris vite et non longitudinis. ¶ Item humidum est fluxibile: qr faciliter dissolubile et valde retentiuũ caloris: qr cõgelabile: modo iste cõditiones faciũt ad breuē vitã et ad breuē durationē: igitur humidũ nõ est causa lõge vite sed breuis. ¶ Item. calidũ est segregatiuũ heterogeneorũ: vt apparet quarto metheororũ: et se

cundo de generatione: corpora autē viuentia sunt heterogenea: igitur calidum est segregatiuum ⁊ dissolutiuum corporum viuentium. Similiter calidum est consumptiuū humiditatis modo hec oīa faciūt ad corruptionem ⁊ mortē: ideo calidū est causa mortis: ⁊ per consequēs non est cā lōgevite.

Oppositum determinat Aristoteles. Ponendum est breuiter cum Aristo. q̄ calidum ⁊ humidum vel etiā caliditates ⁊ humiditates sunt cause lōgioris vite: qḋ sic potest probari: qualitates quas abundare videmus in viuentibus ⁊ maxime in iuuentute: ⁊ quarū cōtrarie percipiūtur magis in mortuis ⁊ in senectute sunt cause vite ⁊ iuuentutis: ⁊ per ꝯn̄s etiam longevite; ⁊ due cōtrarie que sunt cause senectutis ⁊ mortis sunt etiā cause breuis vite: modo constat q̄ caliditas ⁊ hūiditas inueniūtur in viuis abundare: mortua vero inueniūtur frigida ⁊ magis sicca. Similiter ētiā in vita: constat q̄ caliditas ⁊ humiditas abundāt in iuuentute magis q̄ꝫ in senectute in qua viuentia magis infrigidātur ⁊ desiccātur ergo sequitur conclusio proposita. Uerum est tamen sicut dicit Aristoteles quod non omne calidū ⁊ nō omne humidū sunt cause lōgioris vite: sed requirūtur certe cōditiones eoꝝ: de quibus postea magis videbitur. ¶ Sed ad presens potestis dubitare in quo genere cause calidum ⁊ humidum sint cause longe vite. ⁊ si ad hoc debeatis respondere potestis facere differentiā inter calidū ⁊ caliditatem: ⁊ inter humidū ⁊ humiditatem: nā ista nomina calidū ⁊ humidum nō supponunt pro caliditate ⁊ humiditate: sed ꝓ subiectis eoꝝ: modo subiectum caliditatis ⁊ humiditatis in viuēte est ipsum corpus: qḋ est subiectum anime ⁊ vite: ⁊ sic pōt dici quod calidū ⁊ humidū sunt causa longe vite in genere cause materialis: siue subiectiue: quoniā ipm corpus qḋ dicitur calidum ⁊ humidū est materia siue subiectum aīe ⁊ vite. Uerū est q̄ aliud inuenitur calidū ⁊ humidum scilicet fluēs ⁊ non consolidatum: neq̄ꝫ conuersum in corpus humanum: ⁊ ita sunt spūs: ⁊ sanguis: ⁊ hmōi calidum ⁊ humidum non sunt actu cause aīe subiectiue aut vite: tn̄ sanguis potest dici causa materialis ⁊ subiectiua aīe ⁊ vite in potētia: q̄ȝ pōt cōuerti in corpus viuens: spūs autem sunt cause agētes ad cōseruationē caliditatis ipsius corporis subiecti anime: ⁊ etiā ad restaurationē eius qḋ de illo corpore cōsumitur: ⁊ sic apparet de calido ⁊ humido. Sed si queratur de caliditate ⁊ humiditate: potest dici q̄ caliditas ⁊ humiditas in corpore viuente sunt cause anime ⁊ vite in genere cause materialis: siue subiectiue: nō tamen in genere cause principalis: sed in genere cause dispositiue: q̄ȝ calidum ⁊ humidum disponunt materiā ad recipiendum animā ⁊ ad subiiciendum. ¶ Sed forte obiicies: q̄ȝ aīa est causa caliditatis ⁊ hūiditatis in corpore viuente: igitur caliditas ⁊ humiditas nō sūt cause ipsius anime ⁊ ipsius vite. ¶ Respondetur q̄ consequentia nihil valet: q̄ȝ cause sunt sibi inuicem cause vt habetur secūdo physico. Unde secundo de anima determinat Aristo. q̄ aīa est causa corporis viuentis ⁊ suarum naturalium dispositionum in genere cause finalis ⁊ efficientis ⁊ formalis ⁊ tamen econuerso corpus cum suis naturalibus dispositionibus est causa anime ⁊ vite in genere cause materialis ⁊ subiectiue; sed de caliditate ⁊ humiditate fluentibus que inueniūtur in sanguine ⁊ in spiritibus: dicendū est q̄ ille sunt cause conseruatiue caliditatis ⁊ humiditatis ipsius corporis viuentis: ⁊ restauratiue eaꝝ. ¶ Et istis vijs potestis breuiter soluere rationes reducendo ad sequentes questiones: omnes enim iste rationes bene arguunt q̄ non omne calidum ⁊ nō omne humidum sunt cause longe vite: ⁊ ideo oportet in sequentibus specificare quale calidum ⁊ humidū: ⁊ quomodo se habentia ad inuicem sunt cause longe vite ⁊c.

Questio. IIII.



Q Ueritur quarto: vtrum humidum qḋ est causa longitudinis vite sit humidū aereum an aquosum. Arguitur primo q̄ sit humidum aquosum ⁊ non humidum aereum: q̄ȝ illud qḋ difficilius est consumptibile a calido est causa longitudinis vite: sed humidum aquosum est hmōi: igitur maior manifesta est: q̄ȝ mors naturalis prouenit ex consumptione humidi a calido vt vult Aristo. ideo citius prouenit mors si humidum sit facilius consumptibile: sed minor nota est q̄ȝ humidum aquosum est difficilius inflāmabile ideo difficilius consumptibile a calido. Unde propterea ligna viridia quia abundat in eis aquositas cum difficultate inflammantur ⁊ consumuntur ab igne. ¶ Item, humidum ad hoc q̄ sit causa longe vite debet esse spissum: ⁊ bene seruabile: sed in libro de sensu dicit Aristoteles q̄ aqueum est seruabilius aereo: ⁊ magis spissum: ⁊ q̄ ob hoc natura fecit oculum de aqua: non de aere scilicet vt magis posset conseruari: igitur humidū aqueum est magis causa longe vite quam aereum. ¶ Item, ad hoc q̄ corpus viuens sit longe vite oportet q̄ sit bene terminatum vt possit resistere extrinsecis corruptiuis: sed in secundo de generatione dicit Aristo. q̄ simplicium corporum solum bene terminabile est aqua: ⁊ ob hoc dicit eam esse necessariam ad omnem perfecti mixti constitutionem. ¶ Item, ex eisdem sumus et nutrimur sed nos nō nutrimur ex aere nec ex humidis valde subtilibus: sꝫ ex humidis grossioribus: cuiusmodi sunt humida aquea: igitur et cōstitutio nostra: et per consequēs salus vite magis debet esse ex hūido aquoso q̄ꝫ ex humido aereo. ¶ Item, ad hoc q̄ corpora sint fortis durationis oportet q̄ sint coagulata non fluxibilia nec faciliter diuisibilia: sꝫ in quarto metheororum dicitur q̄ omnia coagulata sunt a dominio terre vel aque: sunt enī terre si a calido coagulantur: et sunt aque si a frigido coagulantur: igitur corpora nostra cū ad bene durandum debeāt esse coagulata et firma oportet quod sint a dominio terre vel aque: ideo non aeris.

Oppositum videtur determinare Aristo. dicit enim qḋ humidū quod est causa longe vite oportet esse pingue: quia pingue non est faciliter putrefactibile: eo qḋ pingue est aereū et aer est putrefactibilis minus q̄ꝫ aqua: et sic vult Aristo. qḋ illud humidum debet esse aereum. ¶ Itē dicit Aristo. qḋ nō solum oportet humidum esse multum ad hoc qḋ sit causa lōge vite: imo oportet ipsum esse calidū: modo humidum aqueum est naturaliter frigidum: et humiduꝫ aereum est naturaliter calidum: ideo debet esse humidum aereum. ¶ Item, illud humidum non debet esse faciliter cōgelabile vt vult Aristoteles: sed humidum aqueum est faciliter congelabile: igitur. ¶ Item dicit Aristoteles qḋ cōmuniter masculi sunt longioris vite femellis: et tamē in femellis est plus de humiditate: sꝫ illa est magis aquosa: ideo humidum aquosum nō est causa longe vite. ¶ Item dicit Aristo. qḋ aliqua aquatica sunt breuioris vite q̄ꝫ campestria: nō q̄ȝ sunt humida: sed q̄ȝ aquosa: ergo humidū qḋ est causa longe vite debet esse aereum: et non aquosum. ¶ Ista questio habet difficultatē q̄ȝ in diuersis locis videtur Aristo. diuersimode ponere: et sunt rationes ad vtrāq̄ꝫ partem difficiles. ¶ Dicendū est tamen statim qḋ humidū qḋ est causa longe vite nec est pure aereū nec pure aquosum: sed est complexionale et mixtū: omnia enim corpora viuentia in hoc inferiori mundo sunt naturaliter corpora mixta et complexionata. ¶ Sed dubitatio est vtrū i hūido isto complexionali qḋ est causa vite et lōge vite debeat magis dominari aqua an aer: et videtur mihi dicendum qḋ oportet humidū primitus eē aqueum a dn̄io magis q̄ꝫ aereum: hoc enim est manifestum de humido nutrimentali: in plantis enim apparet humor fluens et nutritiuus esse aqueus: ideo ligna nō possunt igniri donec euaporatum sit illud humidum nutrimentale: et similiter in nobis: sed sanguis et humores fluentes videntur esse aquea dn̄io magis q̄ꝫ aeris: quod apparet etiam ꝓpter grossitiem et q̄ȝ non sunt faciliter inflāmabiles sicut est oleū et videtur determinare Aristo. in secundo de generatione q̄ȝ oportet corpora animalium vel plātarum esse bene terminata: et nullum simplicium est ita bene determinabile sicut aqua: ideo terrestreitatem abundantem in corporibus viuētium oportet terminari per aquositatem. Sed postea videt mihi dicendum qḋ per actionem caloris digestiui ab illo humido nutrimentali auferuntur quedam proprietates aque et inducuntur alie proprietates aeris: non tamen auferūtur omnes proprietates aque: sed relinquūtur ille que valēt ad constitutionem et consolidationem membrorum: non enim corrumpunt grossities siue spissitudo: imo magis confirmatur per commixtionem humidi aquosi cum sicco terrestri. Similiter non aufertur ab humido aquoso continuatio: partes enim terre non cōtinuantur adinuicem bene nisi per humidum aquosum: sola enim aqua est bene continuatiua: ta-

men p secūdā digestionē a calido aufertur ab humido nutrimentali prius aquosa illa virtualis frigiditas p quā aqua ē extinctiua ignis: ⁊ valde sibi incōpassibilis. Similiter p illā digestionē illud humidū nutrimētale pinguescit: ⁊ sic trahit quodāmodo ad cōditiones aeris ⁊ efficit cōueniens nutrimentū igni siue calori. Sic ergo finaliter mihi videt ꝙ illud humidū qđ in cōstitutione viuētis est causa longe vite: nec est simpliciter aquosum: nec est simpliciter aereū: sed est cōplexionale retinēs aliquas ꝓprietates aque ⁊ aliquas etiā proprietates aeris. Debet enim habere ꝓprietates aque qđ sit grossum ⁊ bene cōtinuatiuū: sed debet habere ꝓprietates aeris qđ ablata sit virtualis frigiditas extinctiua ignis: et inducta sit virtualis caliditas que est proprietas aeris ⁊ similiter quod illud humidū factum sit pingue vt sit cōueniēs nutrimentum calori: ⁊ hoc ego dico non de humido adhuc fluente: sed conuerso in substantiam corporis viuentis.

¶ Et videtur mihi quod hoc concludunt rationes facte, et sic patet questio ⁊c.

Questio. V.



Queritur consequenter vtrum calidū qđ est causa longe vite sit calidum igneū: an calidū aereū. Arguitur primo ꝙ sit calidū aereū: q2 sicut humidū qđ ē causa longe vite debet esse calidū: ita calidū debet esse humidū: sꝫ calidum igneū est calidū siccū ⁊ non humidū igitur. ¶ Itē. locus debet esse similis locato vt sit cōseruatiuus locati: sꝫ cōstat ꝙ calidissima animaliū viuunt ⁊ habitant in aere: igit calidū in ipsis debet esse aereū. ¶ Itē. ignis habet maxime contrarietatē ad aquā. ⁊ cito ab aqua extinguitur: igit si calidū in viuentibus deberet esse igneū pisces nō possent durare: imo cito corrūperentur: qđ est falsum: igit. ¶ Itē: calidū igneū est calidū excellēs ⁊ acutū: ideo sensu cito ⁊ bene percipitur: sed in plātis ⁊ in vermibus nō percipim⁹ calidū tactu imo potius frigidū: igit illud calidum in eis nō est igneum. ¶ Itē. organū tactus ponit tēperatū: ergo qđ est multo frigidius organo tactus nō habet in se calidū igneū a dn̄io: sꝫ plante inueniunt frigidiores organo tactus: igitur in eis nō dominatur calidum igneum.

Oppositum arguitur: quia calidū aereum est principiū putrefactiōis ⁊ nō calidū igneū: q2 vt ibi dicit: ignis est imputrefactibilis: ergo calidū aereū est principiū putrefactionis ⁊ corruptiōis: modo tale nō debet esse causa longe vite: igit illud calidū nō est aereū. ¶ Itē. digestio fit p quēdā modū coctionis: sed calidū aereū nō est decoctiuum imo calidū igneū: igitur. ¶ Itē. calidū aereū est debile ⁊ cito passiuū: calor autē digestionis: nō debet esse debilis; imo fortis ⁊ multū actiuus q2 apparet ꝙ dominet sup nutrimentum: igitur ille calor non debet esse aereus. ¶ Itē. vita in nobis exigit maiorē calorē ꝙ̄ sit calor aeris: q̄m calor in nobis refrigerat ab aere: sed nō inuenit elemētū magis calidū quā sit aer/nisi ignis: igitur ille calor in nobis est igneus. ¶ Itē. tertio de anima reprehēdit Arist. antiquos: q2 dicebāt ignē esse causam principale actiuā nutritiōis q2 hoc nō est verū imo anima principaliter operat: tamē cōcedit Arist. ꝙ ignis cooperatur: ⁊ p illū ignē nō intendit nisi calorē naturalē: iō ille calor est igneus. ¶ Dicendū est breuiter de calido sicut dicebat de humido: q2 illud calidū qđ est causa lōge vite nec est simpliciter igneū nec simpliciter aereū: sꝫ est calidū cōplexionale: tamē autoritates aliqñ vident vocare ipsum aereū; ⁊ aliqñ igneū: ꝙ est ꝓpter aliquas ꝓprietates similes ꝓprietatibus ignis; ⁊ aliquas alias similes ꝓprietatib⁹ aeris: habet enim ꝓprietates aeris: q2 debet esse humidū: ⁊ debet esse pingue: ⁊ nō adustiuū: nec multū cōsumptiuū humiditatis; sed etiā debet habere quasdā ꝓprietates ignis; q2 debet esse forte dominatiuū: opꝫ enim ꝙ super nutritiuū dominetur: et debet esse decoctiuū nutrimēti: ⁊ imputrefactibile. sed iterū illud calidū habet alias ꝓprietates que neqꝫ sunt ignis; nec sunt aeris: nec ipsi proueniunt ab aliquo elemento: vt esse figuratiuū in cōstitutiōe effectus; esse digestiuū nutrimēti: et conseruatiuū ipsius: in diuersas cōplexiones mēbrorū: imo in diuersis speciebus viuētiū: habent calores diuersas proprietates: ⁊ virtutes. Calor enim in homine cōuertit nutrimentū in carnē humanā: ⁊ in porco vel in cane calor conuerteret idē nutrimentū in carnē porcinā: vel caninā: ⁊ hoc non habent isti calores ab igne: vel ab aere: sed ab ipsis animab⁹. Unde vniuersaliter debetis notare: qđ nō solum qualitates elementorū q̄ vocant qualitates prime actiue operationum quas videmus in corporibus naturalibus: imo etiam forme substantiales ipsorū naturaliū: ⁊ virtutes illorum influxe a lo in istis inferioribus: et huiusmodi actiones ⁊ virtutes q̄ nō sunt per qualitates primas elemētoꝝ sunt ille quas medici vocant a tota specie. Uerum est tamē qđ qualitates elementorum in huiusmodi operationibus sunt aliqñ disponētes aut coadiuuantes: ⁊ etiā aliqñ impedientes si sint extranee ⁊ disconuenientes. ¶ Et p hoc vident soluī rationes q̄ ex vtraqꝫ parte fiebant. Aliqui enim bene concludunt quod iste calor non est simpliciter igneus aut aereus sed solum cōcludunt quod illi calori conueniunt quedam proprietates similes proprietatibus ignis: et quedam alie similes proprietatibus aeris.

Questio. VI.



Queritur vtrum habitantes in regionibus calidis sint longioris vite ꝙ̄ habitātes in frigidis. Et arguitur ꝙ nō q2 caliditas regionis est ipsis viuētibus extrinseca ⁊ extranea: ⁊ ideo est magis cōsumptiua ꝙ̄ nutritiua: ergo in regione calida humidum naturale citius consumit sed per eius consumptionem prouenit mors vt vult Aristo. ergo in regione calida debent citius mori animalia. ¶ Itē. caliditas continentis est causa putrefactionis: ideo in locis calidis magis ⁊ citius contingere debet putrefactio et corruptio. ¶ Itē. sicut in frigidis temporibus ⁊ in locis frigidis calor naturalis est potētior ⁊ magis potest digerere: ⁊ sic magis restaurare humidū: modo hoc facit ad durationem vite: ergo in locis frigidis magis debet durare vita. ¶ Itē. in locis frigidis sunt homines calidiores calore naturali: iō sunt animosiores vt vult Aristo. sunt etiam humidiores humiditate naturali; ideo ibi inueniuntur maiores: sed calidū ⁊ humidum cū vtrūqꝫ abundauerit sunt cause longe vite: ergo in regionibus frigidis debent esse longioris vite: et hoc idem propter dictas rationes videtur determinare auicenna primo canonis.

Oppositum tamen videtur tenere Aristo. in isto libro ⁊ etiam in libro de problematibus. Et arguit ratione: quia ex defectu caloris sequitur mors: ⁊ ex consummatione caloris vita: sed in locis calidis potest magis consummari calor naturalis: quia simile est conseruatiuum sibi similis: ergo in locis calidis potest magis conseruari vita. ¶ Itē arguitur per experientiam de multis generibus animalium exanguium que in regionibus calidis inueniunt magna et longe vite: in regionibus frigidis nō inueniunt: vel inueniūtur parua ⁊ breuis vite. ¶ Ista questio reputat difficilis: q2 Aristote. ⁊ alij doctores vident de ea esse cōtrarij: tamē communiter dicit ꝙ in regione tēperata vel etiā in regione calida ⁊ humida nō tñ ad nimiū excessum sint hoīes longissime vite: q2 nec p regionē consumet humidū: nec p regionē extinguetur calidū: ideo p talē regionē nō prouocaret mors: cum oīs mors sit vel p extinctionē calidi a suo cōtrario: vel p cōsumptionem humidi a calido: que vocatur marcedo: ⁊ forte hanc cōclusionē intendebat Aristo. sed si fiat cōparatio regionis calide excellēter ⁊ sicce ad regiones frigidas scilicet septētrionales: tunc etiā possunt poni due cōclusiones communiter concesse: prenotādo ꝙ duplex est mors. Una p consumptionē humidi naturalis a calido que vocat marcedo. Alia p corruptionē caloris a suo cōtrario scilicet a frigido. q̄ vocat extinctio secūdū Aristo. ¶ Tunc est vna cōclusio: qđ in regionibus calidis ⁊ siccis hoīes sunt longioris vite p oppositū mortis que vocat extinctio: q2 ibi minus viget cā extinctionis: igit minus accidit mors q̄ dicit extinctio ⁊ tardi⁹: sꝫ in regiōe calida ⁊ sicca min⁹ viget cā extinctiōis: cū cā extinctiua sit frigiditas: vel aquosa humiditas: ergo in regiōe ca

lida et sicca minus et tardius cõtingit mors p extinctionẽ: ideo ibi est lõgior vita p oppositũ talis mortis. ¶ Alia conclusio est: qd̃ in regionib9 frigidis scʒ septẽtrionalibus est lõgior vita per oppositũ mortis que dicitur marcedo siue marcor: et pbat̃ ppotionabiliter cũ precedẽte: qꝛ in regione frigida minus viget causa marcedinis et ibi minus viget calor consumptiuus: et sic videtur questio esse soluta. Tamen adhuc vltra potest cõsiderari sicut videt̃ notare Aristo. qd̃ quedam sunt animalia q̃ de se sunt pauci caloris et debilis: ideo indigent adiutorio caloris extrĩseci sicut sunt multa genera exanguiũ et de illis est manifestũ. Dicendũ est cũ Aristo. qd̃ inueniũtur maiora et longioris vite in regionibus calidis q̃ꝫ in regionibus frigidis: cõiter eñ calor in eis est nimis debilis: ideo nõ bene põt extendere humidũ nec põt frigori regionis resistere: ideo huiusmodi animalia vel nõ inueniunt̃ in septẽtrione vel ibi inueniunt̃ parua et debilia et breuis vite: sicut est de lacertis et multis talibus. ¶ Ulterius per simile descendendo ad hoĩes põt dici ꝙ aliqui hoĩes sunt rare cõplexiõis et debilis cõpositionis. Alij vero sunt fortioris cõplexionis et forti9 coagulate: illi aũt qui sunt rare et debilis cõplexionis sunt faciliter penetrabiles a frigido: ideo p extinctionẽ caloris cito moriunt̃ in regionibus frigidis et diutius durarẽt in calidis sed illi q̃ sunt fortioris cõstitutionis et magis consolidate possunt resistere frigido regionis vt nõ penetret nec extinguat calorẽ innatũ: et tũc in illis est calor naturalis valde fortis et multum potens digerere: ex quo contingit ꝙ tales homines sunt in regionibus frigidis magni et annnosi et valde longe vite: quia non viget in illa regione calor cõsumptiuus: ideo nõ potest cito contingere marcedo nec etiã contingit eis extinctio: qꝛ calor naturalis est multus: et fortis compositio corporis resistit frigido circunstanti: et de istis forte intendebat auicenna et alij. ¶ Et secundum hoc rationes hinc inde possent solui quelibet enim argueret ad aliquam dictarum conclusionum.

Questio. VII.



Queritur que complexio sit lõgioris vite. Arguitur primo ꝙ sit sanguinea: qꝛ nobilior complexio debet esse longioris vite: modo sanguinea cõplexio est alijs nobilior: ergo illa est longioris vite: consequentia videt̃ manifesta: qꝛ longitudo vite est vna conditio perfectionalis: ideo debet conuenire complexioni nobiliori et perfectiori. Sʒ minor declaratur p hoc ꝙ cõiter nobiliores ppietates attribuunt̃ sanguinee q̃ꝫ alijs. et qꝛ sanguis est humor nobilior q̃ꝫ flegma vel colera vel melãcolica et magis ptinẽs ad vitã et magis retinens de principijs vite: scilicet de calido et humido: igitur. ¶ Item. illa cõplexio est longioris vite in qua magis abundant principia longe vite: sed hoc est in sanguinea: eo qd̃ illa est calida et humida: et dictũ est prius qd̃ calidũ et humidum sunt causa longe vite. ¶ Itẽ duplex est mors vna per extinctionẽ caloris a cõtrario: et alia p consumptionẽ humiditatis a calido: sed ab vtraqꝫ istarũ distat maxime cõplexio sanguinea: quia ppter lapsum ad humiditatẽ humidũ non cito consumitur: igitur.

Sed oppositum huius arguitur: quia complexio sanguinea est maxime similis aeri: est eñ calida et humida sicut aer: modo aer est valde passibilis et alterabilis: ergo ita similiter erit de cõplexione sanguinea. ¶ Itẽ. calidũ et humidũ q̃ abundant in sanguineo sunt principia putrefactionis et p cõsequẽs corruptionis: ideo cõplexio sanguinea videt̃ facile corruptibilis. ¶ Deinde arguit̃ ꝙ cõplexio colerica sit longioris vite: qꝛ cõplexio nobilior dʒ esse lõgioris vite vt dicebat̃: sed cõplexio colerica est alijs nobilior. Probat̃ primo: qꝛ assimilat̃ igni: est enim calida et sicca et ignis est elemẽtũ nobilissimũ. ¶ Scd̃o etiã: qꝛ cor est nobilissimũ mẽbrorum: et tñ ipsum in ordine ad alia mẽbra est colericũ: est eñ in respectu aliorũ mẽbrorꝫ calidũ et siccũ: ideo colerica cõplexio videtur nobilissima et p ɔ̃ns lõgioris vite. ¶ Itẽ. qꝛ dictũ est ꝙ cõplexio colerica maxĩe assimilat̃ igni sequit̃ ꝙ ipsa est minime putrefactibilis: ideo videt̃ longioris vite. ¶ Itẽ. cũ cor in respectu aliorũ mẽbrorũ sit colericũ videt̃ statim ꝙ colerica cõplexio sit longioris vite alijs: qꝛ cor est longioris vite alijs mẽbris: primo enim viuit et vltimo morit̃. ¶ Sed oppositũ hui9 arguit̃: qꝛ cõplexio colerica est calida et sicca: ideo in ea est paucũ hũidũ et multũ calidũ: mõ paucũ hũidũ a multo calido cito consumitur: et ita cito sequitur mors que vocatur marcedo. ¶ Deinde arguit̃ qd̃ cõplexio flegmatica sit longioris vite: qꝛ inest multũ de humido et parum de calido modo multum humidũ a pauco calido tardissime consumitur: ideo tardissime prouenit mors naturalis que vocatur marcedo. ¶ Sed oppositũ arguitur: qꝛ nõ solũ humidum est causa longe vite: imo etiã calidũ: et illud calidũ qd̃ est causa longe vite debet esse multũ sicut dicit Aristo. et firmũ qd̃ nõ est ita in flegmaticis: ideo illi nõ debent esse longe vite. ¶ Itẽ femelle in cõparatione ad masculos sunt communiter flegmatice: sunt enim cõmuniter magis frigide et magis humide: et tamẽ cõmuniter femelle sũt breuioris vite masculis ergo flegmatica cõplexio est breuis vite. Et ita ẽt pisces q̃ sũt breuioris vite q̃ꝫ cãpestria pñt dici flegmatici in cõparatiõe ad cãpestria: ideo flegmatica cõplexio esse videt̃ breuis vite. ¶ Deinde arguit̃ qd̃ cõplexio melãcolica sit longioris vite: qꝛ est frigida et sicca: talia autem inueniuntur magis compacta et sic magis resistiti ua corruptiuis, vnde quedam frigida et sicca vt lapides inueniuntur longissime durationis ergo propter talia videtur quod melancolia sit longioris durationis. ¶ Et cõfirmatur quia arbores que sunt longissime durationis inter viuentia sunt in respectu animalium melancolice complexionis: sunt enim magis frigide et sicce quã animalia: ergo talis cõplexio debet esse longe vite.

Oppositum videtur: quia melancolica cõplexio deficit in vtroqꝫ principiorũ vite: scilicet in calido et humido ergo debet esse breuissime vite. ¶ In ista questione qꝛ argumenta tangebant de nobilitate cõplexionis videbitur nunc que cõplexio sit nobilior et que debeat esse lõgioris vite. ¶ Ad euidentiam igitur dicendorũ notandũ ꝙ quatuor solent distingui cõplexiones: scilicet sanguinea que est calida et humida: colerica que est calida et sicca: flegmatica que est frigida et humida: melancolica que est frigida et sicca. Et ista distinctio nõ debet intelligi ꝙ in aliqua cõplexione sit caliditas sine aliquo gradu frigiditatis: vel hũiditas sine aliquo gradu siccitatis aut ecõuerso: imo debet intelligi distinctio secundũ lapsum a tẽperamento imaginato. Et medici distinguũt duplex temperamentum nominãdo vnũ tẽperamẽtum ad pondus et aliud tẽperamentũ ad iustitiã. De tẽperamento ad pondus nõ est multũ ad propositũ: sed de tẽperamento ad iustitiã: illud enim tẽperamẽtũ ad iustitiã consistit in proportione qualitatũ et humorũ cõuenientissima ad exercẽdum operatiões debitas ipsi viuẽti: modo certum est ꝙ pl9 est de calore et humiditate requisitũ in hoĩe ad cõuenientissime exercendũ operatiões humanas q̃ꝫ requirat̃ in plãta ad cõuenientissime exercendũ operationes plãte. et ita cõplexio tẽperata in hoĩe est multo calidior et humidior q̃ꝫ cõplexio tẽperata in planta: ita similiter in hoĩe cor requirit valde maiorem caliditatem q̃ꝫ cerebrũ ad cõparatiões sibi debitas cõuenientissime exercendas: ideo cõplexio tẽperata cordis esset valde calidior et siccior q̃ꝫ complexio tẽperata cerebri: etiã in eodẽ homine: modo ergo imaginata cõplexiõe alicuius mẽbri vel alicuius indiuidui illa vocaret̃ cõplexio sanguinea q̃ in caliditate et humiditate excederet illud tẽperamentum: et ita diceretur melancolica q̃ illud in frigiditate et siccitate excederet: et simili modo de alijs. ¶ Hoc cõsiderato prima cõclusio statim ponit̃: ꝙ cõplexio tẽperata si sit eã dare est complexio nobilissima: qꝛ non attendit̃ nobilitas cõplexionis ex multitudine ignis aut terre aut alterius elementi: sʒ ex ordine ad finẽ ad quẽ ordinat̃. nihil eñ dicit̃ pfectũ nisi put attingit finẽ gratia cuius est aut qꝛ est finis aliorũ. Prope ꝙ dicit cõmẽtator scd̃o physicorꝫ ꝙ nihil est bonũ neqꝫ pfectũ nisi propter causas finales: modo cõstat ꝙ operationes in ipsis viuentibus sunt fines virtutũ seu potẽtiarũ et per consequẽs organorũ illis virtutibus et operationibus deputatorũ hoc totũ patet expresse primo ethicorũ et etiã nono metaphysice igitur illa cõplexio est nobilissima in vnoquoqꝫ viuente vel in vnoquoqꝫ mẽbro seu organo q̃ est cõuenientissima ad exercendum

cendū operationnes debitas illi indiuiduo vel mēbro vel or
gano: ⁊ hec est cōplexio tēperata ad iustitiā: hoc supponim⁹
per qd nominis: igiť ⁊ cetera. ¶ Secūda cōclusio est: q̄d cō
plexionū lapsarā si elemētaliter sint lapse complexio sangui
nea est nobilior: q2 principia vite ⁊ operationū vitaliū sunt
calidū ⁊ humidū: ⁊ melius est in principiis vite excedere tē
peramentū cōuenientissimū ꝗ̄ deficere ab eis: modo sangui
nea est que excedit in calido ⁊ humido: deinde post sangui
neam credendū est ꝙ colerica sit nobilior: q2 calor est quali
tas nobilior in viuētibus ꝗ̄ humiditas q2 calor diciť actiu⁹
⁊ humiditas magis passiua: ⁊ est nobilius agere ꝗ̄ pati: mo
do in qualitate nobiliori pertinēte ad vitā melius est abun
dare ꝗ̄ deficere: modo colerica abundat in calore: flegmati
ca vero ⁊ melācolica deficiunt in calore: ideo colerica est no
bilior. Consequēter sequiť flegmatica: q2 melācolica est oim
indignissima: cū deficiat in vtroqꝫ principiorꝫ vitaliū. scilicet
in calido ⁊ humido. ¶ Ultia cōclusio est: q̄d possibile est esse
aliquā sanguineā nobiliorem: q2 ois lapsus a tēperamēto tē
dit ad malū ⁊ ad disconuenientiam: modo possibile est ꝙ in
aliquo sanguineo est valde magnus lapsus: ⁊ in aliquo me
lancolico est valde paruus lapsus: ita ꝙ ille melancolic⁹ val
de appropinquaret ad tēperamentū: ⁊ tunc sine dubio melā
colicus esset valde perfectior ⁊ nobilior ꝗ̄ ille sanguine⁹. Si
militer possibile est ꝙ in aliquo sanguineo sit aliquorum mē
brorū inepta proportio adinuicē: ⁊ in aliquo melācolico sint
mēbra adinuicē melius proportionata: ex proportiōe mēbro
rum adinuicē ꝓueniunt debite operationes ⁊ dispositiones
⁊ ex improportione ꝓueniunt indebite ⁊ discōuenīētes. Ad
huc possibile est q̄d a natiuitate sit defectus in aliquo mem
bro vel in aliquo organo in cōplexione sanguinea: ꝓpter q̄d
cōtingant postea egritudines ⁊ nocumēta: ⁊ ita illa comple
xio erit ignobilis. ¶ Nunc restat dicere de longitudine vite
vel breuitate vite earū: ⁊ iudicio meo est difficile demonstra
re: ⁊ ideo sufficiet mihi ad presens disputatiue ꝓcedere. Pri
mo igiť dicitur satis cōmuniter q̄d cōplexio perfectior et no
bilior est naturaliter longioris vite: q2 longitudo durationis
est cōditio nobilior ꝗ̄ breuitas durationis: ideo rationabile
est ꝙ ꝑfectiori cōplexioni attribuať: ⁊ ita sequiť ꝙ complexio
tēperata esset longissime vite. Et inter lapsas illa esset lōgior
que esset ꝓpinquior tēperate: q2 etiā illa esset nobilior ⁊ per
fectior inter eas: deinde īter lapsas equali gradu sanguinea
esset longioris vite: et post colerica: ⁊ post flegmatica: ⁊ melā
colica est breuioris: q2 sic ordinate fuerunt secundum nobi
litatem ⁊ perfectionem. ¶ Sed statim videť mihi ꝙ hec con
clusio nō sit demonstrata. Unde videmus q̄d quādo frumē
ta habuerit tēpus aptissimū sibi tunc sunt perfectissime com
plexionis in sua specie: ⁊ ob hoc fructū optimū ferūt: ⁊ ita est
de aliis plantis herbarū ⁊ tunc sunt cōplexionis temperate.
Si vero estas fuerit frigida ⁊ humida tunc fiunt male cōple
xionis ⁊ non bene fructificant: ideo sunt complexionis lapse
ad humiditatem ⁊ frigiditatem: ⁊ tamen in tempore sibi op
portuno sunt breuioris vite. sic enim citius fructus est matu
rus ⁊ exsiccantur herbe: ideo manifestū est ꝙ ad bonitatem
cōplexionis non cōsequitur esse longioris vite. ¶ Item, com
plexio viri est complexio multo nobilior ⁊ perfectior ⁊ magis
redacta ad temperamentū ꝗ̄ complexio parui; ideo vir ma
gis potest in operatiōes sibi debitas: ⁊ tamen cōplexio viri
nō est tante durationis siue nō est ita durabilis sicut cōple
xio parui: nec oportet ꝙ perfectius sit secundū omnē disposi
tionē perfectius: q2 homo ē simpliciter ꝑfectior aliis anima
libus et plantis: ⁊ tamē nō est ꝑfectior eis secundū omnē di
spositionē: imo aliqua animalia melius odorant ꝗ̄ homo: et
aliqua acutius vident: ⁊ aliqua sunt fortiora ⁊ maiora: imo ⁊
multe plante ⁊ multa animalia possunt esse longioris vite ꝗ̄
homo: sed homo est cōplexionis nobilioris: ideo nō oportet
dicere ꝙ ꝑfectio simpliciter cōplexionis debeat attendi pe
nes diuturnitatē; sed attendiť penes bonas oꝑationes ipsi
anime cōuenientes. ¶ Aliqui autē propter dictū Aristo. po
nunt ꝙ complexio flegmatica est naturaliter longioris vite:
ꝗ̄uis nō sit melior nec meliorū operationū: q2 dicit Arist. q̄d
pingues sunt longioris vite: pinguedo aūt est frigida ⁊ humi
da: ideo tales sunt flegmatici. Et hoc illi ꝯfirmant ꝑ rationē
que pri⁹ fiebat: scilicet: q2 multū humidū a pauco calido tar
dius cōsumitur: ergo tardi⁹ sequitur marcedo que est mors
naturalis; ⁊ pro simili addunt illud q̄d dictum fuit de frumē
to ⁊ herbis: qm̄ estate frigida ⁊ humida ille herbe sūt flegma
tice q2 lapse nimis ad frigiditatē ⁊ humiditatē: ⁊ tamen sunt
diuturnioris vite. ¶ Credo tamē ꝙ iste rationes nō sunt de
monstratiue: primo illi nō loquunť de pinguedine ad inten
tionem Aristotelis: quoniā dupliciter accipitur pinguedo.
Uno modo pro humore albo ⁊ quasi superfluo ⁊ tamē coagu
lato: ⁊ illi qui illo modo sunt pingues sunt ⁊ inepti ad bonas
operationes ⁊ nō sunt cōmuniter multū longe vite: ⁊ de hac
pinguedine nō intendebat Aristo. sed intēdebat de pingue
dine carnosa: ita ꝙ illos vocabat pingues qui sunt multe car
nositatis ⁊ bene digeste ⁊ solide. tales enim non sunt flegma
tici nec sunt in operatiōibus graues: imo fortes robusti ⁊ ha
biles. Et similiter illud q̄d dicebatur de frumentis non de
monstrat quo ad complexiones animalium diu viuentiū fru
menta enim ⁊ tales herbe annuatim pullulant: ⁊ augmentā
tur: ⁊ emittunt fructum: ⁊ post exsiccantur non solum per in
natum calorem: sed per calorē solis: ⁊ est eis naturale ꝙ post
fructum ꝑfecte exsiccentur: ⁊ ideo hec omnia melius ⁊ citius
fiunt tēpore calido ꝗ̄ frigido: sic autem non conuenit dicere
de istis que viuunt per multos annos ⁊ que sunt innata fru
ctificare absqꝫ eorum desiccatione. Alia etiam ratio nō vide
tur demonstratiua que dicebat ꝙ multū humidum a pauco
calido tardius consumitur: quoniam si sic complexionati nō
moriantur marcedine tamē communiter ⁊ cito extinctiōe: cū
enim calidum sit paucum ⁊ humidū multum oportet humi
dum esse male digestum crudum ⁊ aquaticum et a tali humi
do cito superatur debilis calor ⁊ extinguitur. Et adhuc dici
potest quod isti possunt cito mori marcedine: quia in eis hu
midum digestum et bene nutritiuum caloris est paucū: licet
sit ibi multum humidum aquaticum: ideo illud humidum
nutritiuum caloris ⁊ conseruatiuum cum sit paucum cito cō
sumitur: ⁊ sic calor marcescit. ¶ Alii ponunt probabilius vt
mihi videtur: scilicet q̄d inter complexiōes equaliter lapsas
sanguinea est longioris vite ceteris paribus propter abūdā
tiam amborum principiorum longe vite: scilicet caliditatis ⁊
humiditatis: ⁊ hec est complexio iuuentutis siue prime eta
tis. Complexio vero opposita scilicet frigida ⁊ sicca est ma
gis complexio senectutis: Et isti consequenter ponunt ꝓpter
rationes proportionabiles ꝙ inter cōplexiones equaliter la
psas melancolica debet esse breuioris vite. De colerica autē
⁊ flegmatica forte posset concedi quod flegmatica esset lon
gioris vite licet colerica esset nobilior et perfectior: ⁊ hoc per
suadebant rationes prius facte. ¶ Alia conclusio videť mi
hi ponenda: quod de quolibet genere quatuor complexionū
lapsarum sunt alique breuis vite ⁊ alique longe vite. Dico
quod alique sunt breuis vite: quia in quolibet illorum ge
nerum potest esse lapsus nimius: scilicet nimis recedens a
temperamento: ⁊ ille nō esset nature rei cōueniens: ideo esset
egritudinalis ⁊ cito trahens ad mortem similiter in quoli
bet illorum generum potest contingere peccatum in aliquo
membro vel organo ex quo peccato potest cito sequi egritu
do aut mors: sed etiam in quolibet dictorum generum sunt
alique cōplexiōes longe vite: q2 in quolibet illorꝫ generū pōt
esse modicus lapsus ⁊ q̄d cōplexio est multū propinqua tem
peramento ⁊ talis complexio siue sit melācolica siue flegma
tica est multū bona ⁊ multum perfecta: ⁊ ideo potest esse lon
ge vite. ¶ Hec ergo ita possunt dici ⁊ potest his respōdere ad
rationes que fiebant quādo arguebatur quod cōplexio san
guinea est multum passibilis: quia est similis aeri. Respōdeť
ꝙ licet in aliquibus proprietatibus habeat similitudinē ad
aerem: tamen non in omnibus: aer enim est passibilis q2 ra
rus et faciliter diuisibilis: ⁊ nō oportet quod complexio san
guinea assimiletur in hoc aeri. ¶ Ad aliam quando dicebať
quod calidum ⁊ humidum sunt pricipia corruptionis. dici
tur quod hoc est verum de calido ⁊ humido extrinsecis: sed
calidum naturale ⁊ humidum naturale sunt cause vite ⁊ du
rationis.

Ad rationes que arguebant quod colerica

sit longioris vite: conceditur bene quod illa sit minus putre
factibilis ⁊ tamen cito in ea fit marcedo propter calidū acu
tum ⁊ paucum humidum: sed quando arguebatur quod illa
complexio sit nobilissima eo quod ignis est elementum nobi
lissimum. Respondetur quod complexiones in viuentib⁹ nō
sumunt nobilitatem ⁊ perfectionem ex nobilitate elemento
rum vel elementi dominantis: sed ex proportione ⁊ cōuenīē
tia earum ad exercendas operationes suas speciei natura

les sibi cõuenientes. De hoc autẽ qđ dicebatur: cor est nobilissimũ mẽbrium: concedo secundũ Aristo. ⁊ tu dixisti ipsum esse colericũ. Dico ꝙ vocatur colericũ: nõ simpliciter: sed respectiue ad alia mẽbra: q: est eis magis calidũ ⁊ siccũ: tamen simpliciter loquendo inuenitur ita tẽperatũ ad hepar vel cerebrũ qđ inuenitur cor valde bene dispositum ad operationes sibi debitas: ⁊ hoc esset tẽperatum ad iustitiã: ⁊ illud cẽt cor nobilissimũ in genere cordium. ¶ Alia ratio fuit arguẽs qđ cõplexio colerica debeat esse breuissime vite: imo breuioris ꝗ̃ melancolica: q: est in ea paucũ humidũ ⁊ multum calidum: modo paucũ humidũ citius cõsumetur a multo calido ꝗ̃ a pauco calido. Respondetur qđ ibi est alia recõpensatio nem in colerico humidum est fortiter digestũ ⁊ est a calore fortiter permixtum sicco terrestri ⁊ sic valde firmiter ideo nõ ita faciliter potest cõsumi ⁊ euaporari lz a multo calido: sicut euaporaretur ⁊ consumeretur humidũ minus digestũ ⁊ minus firmum. ¶ Ad rationes que arguebant ꝙ flegmatica sit longioris vite responsum est in positione. Ad rationes de melancolica cõplexione qñ dicebat̃ ꝙ illa cõplexio est fortis coagulationis q: frigidũ est coagulare humidũ. dico ꝙ coagulatio conueniens vite debet esse a calido ⁊ nõ a frigido: et quando dicebat̃ ꝙ plante sunt longioris vite ꝗ̃ animalia: dico ꝙ hoc est verũ de aliquibus ⁊ falsum de aliis: ⁊ de hoc specialiter dicetur post.

Incipiunt questiones eiusdem magistri Joannis Buridani. De iuuentute ⁊ Senectute.

Questio I.



Queritur. Vtrũ ista propositio sit vera animal secũduz quod aĩal impossibile est nõ viuere. Et arguit̃ ꝙ ipsa est falsa: quia ad illam reduplicatiuã sequitur ista sine reduplicatione animal impossibile est nõ viuere: deinde sequitur ista animal necesse est viuere per equipollẽtias modo ista vltima est falsa: q: eius cõtradictoria est vera: scilicet ista omne animal potest non viuere: quod patet ꝑ inductionẽ. ¶ Itẽ: illud predicatũ viuere cõuenit aliis ab animalibus: q: cõuenit plantis: igitur nõ conuenit animali ꝯm ipsum: ⁊ patet cõsequẽtia q: ꝓpositio secundũ ipsum debet esse de primo: ideo ꝑdicatũ debet conuerti cũ subiecto: igitur hec est falsa: animal secundũ ꝙ animal viuit: ergo similiter ista est falsa animal secundũ ꝙ animal necesse est viuere: ⁊ sic vt prius sequit̃ ꝑ equipollentias ꝙ illa de qua querebat̃ est falsa. ¶ Itẽ: animal secundũ sensum est animal vt vult Aristote. in isto libro: sed nõ viuit secundũ ꝙ sensitiuũ: imo secũdum ꝙ vegetatiuum: iste enim sunt diuerse potentie anime: igitur non secundum idem viuit ⁊ est animal ideo ꝓpositio erat falsa. ¶ Itẽ: descendamus ad sensum quem intendebat Aristoteles: ⁊ arguamus contra eũ. Aristo. enim intendebat qđ eadẽ est particula corporis secundũ quã animal est aĩal ⁊ secundũ quã animal viuit. Sed cõtra hoc arguit̃: q: scđm nullã partẽ ipsius animalis animal est animal: quoniam sequit̃ ꝙ illa pars esset animal: sicut si homo est crispus ꝯm capillos oportet ꝙ capilli sint crispi ⁊ si est simus secundum nasum oportet ꝙ nasus sit simus: mõ nulla pars animalis est animal neqꝫ cor est animal neqꝫ cerebrũ: ideo secundũ nullã partẽ animal est animal. ¶ Itẽ: animal viuit ⁊ secundũ carnem ⁊ secundũ ossa: q: scđm ista animal augetur ⁊ nutritur: sed animal nõ sentit scđm ossa vt vult Aristoteles: nec etiã secũdum carnẽ: q: caro nõ est organũ tactus imo mediũ: vt patet scđo de anima ergo secundũ aliquã partẽ viuit secundũ quã nõ sentit: ⁊ ꝑ ꝯñs secundũ quã nõ est animal: cũ animal dicatur animal ꝑ sensum vt dicit hic Aristoteles. ¶ Vltimo arguitur: quia dicit hic Aristo. quod particula secundũ quam est animal siue secundum quam sentit ⁊ particula secunduz quam viuit est altera in esse quia non est idem esse animal et viuere: ergo simpliciter loquendo debet dici altera et non eadem.

Oppositum arguitur autoritate Aristotelis in principio huius libri de vita ⁊ morte siue iuuentute et senectute. ¶ Primo videndũ est de propositione Aristotelis ꝗ̃tum est de necessitate sermonis. Secundo videbitur de eius intentione. ¶ Et est notandũ ꝙ iste equipollent animal impossibile est nõ viuere: ⁊ animal necesse est viuere: vt patet in libro perihermenias: ideo si vtrobiqꝫ addatur reduplicatio adhuc equipollebunt. ¶ Secundo etiam notandũ est ꝙ ad veritatem reduplicatiue requiritur qđ ablata reduplicatione propositio sit vera: si enim hec est vera homo inquantum homo est risibilis oportet ꝙ hec sit vera homo est risibilis. ¶ Tunc ego pono ꝯclusiones scđm logicã. Prima est: ꝙ hec est falsa omne animal necesse est viuere quia potest mori ⁊ potest non esse: ⁊ per consequens non viuere. ¶ Secunda conclusio: sequitur ꝙ hec est falsa animal secundũ quod animal necesse est viuere: q: ad istam sequitur precedens. ¶ Tertia conclusio est: qđ hec est falsa: animal secundũ qđ animal impossibile est non viuere quoniam hec equipollet precedenti. ¶ Deinde quia aliqui dicunt qđ Aristoteles intelligebat ꝓpositionem suam non in sensu diuiso vt apparuit quia falsa esset: sed in sensu composito. Ideo pono conclusiones de propositionibus compositis ⁊ hec est prima conclusio: qđ hec est falsa necesse est animal secundum quod animal viuere: quoniã ista de inesse est falsa animal secundum quod animal viuit: cum viuere aliis insit ab animali scꝫ plãtis: ergo ipsa nõ est necessaria. ¶ Secunda cõclusio est: qđ hec est vera impossibile est animal secundũ ꝙ animal viuere: quia ista de inesse est impossibilis: scꝫ animal secundũ ꝙ animal viuit. ¶ Tertia conclusio est: qđ hec est vera necesse est animal nõ viuere secũdũ ꝙ animal: quoniã ista negatiua de inesse est necessaria scꝫ animal nõ viuit scđm ꝙ animal. ¶ Vltima conclusio est: qđ hec est vera impossibile est animal secundũ ꝙ animal nõ viuere: quoniam ista de inesse est impossibilis animal secundum quod animal non viuit: quoniam illud predicatuz non viuere non verificatur de animali sine reduplicatiõe: ergo nec cum reduplicatione. Vnde magna est differentia inter istas duas propositiones. animal non viuit secundum ꝙ animal: ⁊ animal secundũ qđ animal nõ viuit: quia in prima propositione negatio precedit reduplicationem: ideo sensus est ꝙ viuere nõ cõpetit animali secundum ꝙ ipsum: ⁊ hoc est verum. Sed in ista propositione animal secundũ ꝙ animal nõ viuit negatio non cadit super reduplicationem: ideo sensus est ꝙ hoc predicatũ non viuere cõpetit animali secundũ ꝙ animal: ⁊ hoc est falsum ⁊ impossibile. ¶ Deinde veniẽdo ad intentionem Aristotelis supponamus ad presens cũ Aristo. qđ in animalibus habentibus cor ipsuz cor inter partes corporis est primũ principium vite: ⁊ tunc videtur velle Aristoteles ꝙ ipsum cor sit primũ principiũ essendi animal: eo ꝙ est primũ principiũ sensus: ita qđ Aristoteles intendit ꝙ eadem est particula secundũ quã animal est animal ⁊ secundũ quã animal viuit. Queritur ergo vtrũ hoc sit verum. Et ad hoc respondeo ꝙ ibi secundũ quod nõ debet sumi reduplicatiue: q: de hoc dictũ fuit satis in aliis conclusiõibus: ideo vel sumit̃ causatiue vel sumitur determinatiue seu specificatiue dico causatiue: quia quinto metaphysice dicit Aristoteles: ꝙ totiens dicit̃ secundum ꝙ quotiens dicit̃ causa. Vnde secundum animam tu viuis in genere cause formalis: ⁊ secundum corpus tu viuis in genere cause materialis ⁊ potest dici ꝙ secundũ solem: deũ: vel celũ: tu viuis in genere cause efficiẽtis sed dico determinatiue: sicut homo dicitur crispus secundũ capillos aut simus secundũ nasum vel ethiops albus secundũ dentes: quia non totus est albus: sed dẽtes albi. ¶ Tũc pono conclusionẽ: qđ capiendo illã dictionẽ specificatiue ꝓpositio illa est falsa scilicet animal secundum eandẽ partem est animal ⁊ viuit: quoniam animal secundũ nullã eius partem est animal cũ nulla pars animalis sit animal ¶ Septima conclusio est: quod sumendo secundũ ꝙ causatiue propositio est vera: q: eadẽ pars vt cor aut cerebrum aut hepar est causa animalis vt hoĩs aut bouis ⁊ in viuendo ⁊ in essendo animal: ⁊ in essendo simpliciter in tantũ ꝙ illa ablata oporteret

teret animal mori: ⁊ ita ꝓpositio Aristo. erat vera. Tamē vltra hoc intendebat Aristoteles ꝙ ex parte corporis est eadē pars q̄ inter ceteras partes est prima causa ⁊ in viuendo ⁊ in sentiendo: ⁊ per consequens in essendo animal: qđ an sit verum an nō videbitur in sequentibus.

Tunc ad rationes. Ad primam due prime bene probant qđ hec est falsa de virtute sermonis animal secundum ꝙ animal impossibile est nō viuere. ¶ Ad aliā etiā concedo ꝙ animal est animal secundū ꝙ sensitiuum: ⁊ ꝙ animal non viuit secundū ꝙ sensitiuū q2 non debet idē predicatum reduplicari respectu horum predicatorum viuere ⁊ esse animal: cum vnum sit superius ad reliquū: ⁊ hoc contradicit intentioni Aristo. ¶ Quarta ratio bene probat quod nulla est pars animalis secundū quā ipsum sit animal capiēdo secundū quod determinatiue: sed capiendo causatiue est bene eadem pars secundū quā viuit ⁊ secundum quā est animal. ¶ Ad aliā potest dici qđ animal non sentit secundū carnem capiendo secundum ꝙ specificatiue q2 caro non sentit: sz neruus saltem loquendo de sensu tactus: sed animal bene sentit secundū carnem capiendo secundū ꝙ causatiue: quoniā caro est causa in sentiendo. Unde neruus si esset a carne denudatus nō sentiret. ¶ Ad vltimā vult dicere Aristoteles: qđ q̄uis sit eadē pars q̄ est principium sensitiuū ⁊ principiū vegetatiuum: tamen est alterum secundum ratione3 quia secūdum rationem est aliud viuere ⁊ sentire siue esse animal: id est secundum aliam rationem cor vocatur primum principium vite: ⁊ secundum aliam vocatur primum principium sensitiuum.

Questio .II.



Queritur vtrum cor sit primu3 principium sanguinis ⁊ venarum. Et arguitur quod nō: autoritate galeni ⁊ communiter omnium aliorū medicorū dicentium quod vene originantur ab hepate ⁊ etiam Auerroys in suo colliget. ⁊ communiter omnes anatomizantes incipiūt anatomiam suā de venis ab hepate tanq̄ ibi sit origo earum. ¶ Item vnūquodq3 est fortius in suo principio q̄ lōge a principio: sed vene sunt fortiores ⁊ grossiores in hepate q̄ in corde: igitur hepar magis debet poni principium venarū quā cor. ¶ Itē: illud est primū principiū sanguinis in quo primo generat̄ sanguis: sz in hepate primo generatur sanguis ꝑut aristoteles cōcedere videt̄ in de somno ⁊ vigilia dicens: deforis autē alimento ingrediēte in susceptiua loca fit euaporatio ad venas ibi vero ꝑmutatū vertitur in sanguinē ⁊ vadit ad principiū: id est ad cor: ideo oportet dicere ꝙ eius prima generatio sit in hepate: igitur. ¶ Item: membrū calidissimū debet esse principiū sanguinis eo ꝙ sanguis nutritiuus debet esse plenus calore ⁊ spiritibus: sed membrū calidissimu3 vt aliqui dicunt est hepar: ꝙ ex hoc ꝓbant: q2 hō est calidior in parte dextra q̄ in sinistra. Unde ꝓpter hoc habet partē dextrā fortiorē q̄ sinistrā ⁊ aptiorē ad motū: modo nō videt̄ esse propter maiorē grauitatē hepatis q̄ cordis: q2 sc3 hepar aliquanto magis ponit̄ ad partē dexterā q̄ ad sinistrā: si ergo cor esset calidius ps sinistra deberet esse calidior ⁊ fortior q̄ dextra: quod est falsum. ¶ Itē: cū agens debeat sibi assimilare passium: illud debet poni primū principiū actiuum sanguinis quod est magis simile sanguini: modo hepar est magis simile sanguini q̄ cor: q2 est calidū ⁊ humidū ⁊ est mollis siue tenere substantie: cor autē nō sic: igitur. ¶ Itē: oēs ponunt a stomacho recipi in hepate humorē vocatū syrū ⁊ ibi scilicet in hepate ex illo cibo generari quatuor humores quorū vnus est sanguis ideo hepar est principiū generatiuum sanguinis. ¶ Itē: illud est primū principiū venarū a quo vene ramificātur ad omnia membra. sed hoc est ab hepate vt dicunt anatomizantes: igitur.

Oppositum vult Aristoteles in isto libro ⁊ etiā in de somno ⁊ vigilia ⁊ magis in tertio de partib⁹ animaliū. Tunc dico cū Aristo. qđ sanguis ⁊ vene habent primū principiū suū in corde siue ꝙ cor est primū principiū sanguinis ⁊ venarū ⁊ hoc inter partes corporis siue inter membra corporis. ⁊ probatur q2 sicut Aristoteles arguit in tertio de partibus animalium totius corporis ⁊ omniū organorum ipsius debet esse originale principium idē ista maior per hoc probatur: quia aliter non esset perfectus ordo in compositione animalis ex mēbris: oportet enim ad perfectum ordinem vnum esse principiu3 totius ordinationis: mala enim est pluralitas pri̇cipatuū vt habetur duodecimo metaphysice. Tūc ponatis istam minorem: qđ cor est primū principiū vite: ⁊ spirituum vitalium ⁊ pulsus: ⁊ per consequens venarum pulsatilium ⁊ sensus: vt dictum est in libro de somno: ergo cor etiā debet poni principium ⁊ originale principium ⁊ sanguinis ⁊ venarum ⁊ aliorum. ¶ Itē: propter alias rationes debetis notare ꝙ rationabile est idem esse principiū primum sanguinis ⁊ venarum: quia vene sunt vasa ad deferendum sanguinem a sua origine ad singula membra: ideo alique rationes probabant ꝙ cor sit primū principium venarum: ad quas cōsequitur ꝙ sit etiā primū principium sanguinis: ⁊ consequenter qđ etiā sit principium venarū. Probo igitur qđ cor sit principium venarum per anatomiā: quia vene pertranseunt per hepar: sed nō pertranseunt per cor: modo vene non debent pertransire locū sue originis: sed ibi primitus radicari: ⁊ videtur ꝙ cor est origo venarum ⁊ ergo est mediū per qđ pertranseunt a corde ad omnia alia membra. ¶ Item: sicut nerui in sua origine non sunt fortes nec etiam ossa: sed in reuertendo augmentantur ⁊ fortificantur: ita rationabile est esse de venis: sed in hepate vene iam sunt grosse ⁊ fortes: igitur ab hepate non habent originem. ¶ Item: cum vene sint compacte ⁊ fortis substantie non est rationabile qđ originentur ab hepate eo quod hepar est nimis mollis ⁊ tenere substātie ideo rationabilius est quod a corde procedant quod est solidioris substantie. ¶ Item quod cor sit principium ⁊ sanguinis ⁊ venarum ⁊ aliorum probatur per formationem embrionis: quia primo inter omnia membra formatur cor ⁊ inuenitur plenum sanguine vnde nutritur. ¶ Deinde ex virtute cordis formati formantur circa ipsum alia membra: ideo cu3 cor formetur primo videtur quod primo viuat ⁊ qđ sit principium vite ⁊ formationis aliorum membrorum ⁊ quod primo nutriatur: ⁊ ita erit primum principium nutritiuum. ¶ Ite3 sanguis inuenitur in corde sine venis tanq̄ in primo fonte: vene autem sunt vasa ad deferendū sanguine3: ideo vbicūq3 sanguis inuenitur in venis: ibi est in via ⁊ non in sua origine sed in hepate ⁊ in aliis membris inuenitur in venis: ergo in solo corde originantur. ¶ Item: cum sanguis nutritiuus debeat esse plenus calore ⁊ spiritibus: rationabile est quod originetur a membro calidissimo: sed cor est membrum calidissimum vt omnes concedunt: ergo sanguis a corde habet originem. Sunt autem ibi alique difficultates que nō possunt tractari ad presens. ¶ Dico quod hic ⁊ in libro de animalibus ostenditur quod opinioni sue consonant omnia apparentia. cor enim est spissum ad melius seruandum principium caliditatis: ⁊ inuenitur concauum ad recipiendum massam sanguinis ⁊ inuenitur plenum sanguine tanq̄ fons ⁊ origo ipsius: ⁊ situatur in medio corporis sicut rex et princeps in medio regni: ⁊ hoc est rationabile: q2 sic potest magis influere ⁊ vitam ⁊ nutrimentum ad omnes partes corporis q̄ si situaretur in aliqua extremitate. ⁊ primum principium debet esse vnum: ⁊ medium est vnum inter diuersa extrema ideo rationabiliter ponitur in medio. Natura etia3 maxime debet esse solicita de mēbro primo ⁊ principalissimo: ideo debuit ipsum ponere vbi melius posset conseruari: ⁊ hoc est in medio: quia sic maxime est remotum ab extrinsecis corruptiuis: ⁊ ꝑpter magnam solicitudinem quam natura habuit de corde armauit ipsum ante ⁊ retro ⁊ ad latera fortibus ossib⁹. Illud etiā quod videmus sc3 hominē cōiter esse fortiorē in dextro q̄ in sinistro prouenit ab ipso a quo tota dispositio corporis ordinatur. cor nāq3 habet acumen suū declinans modicū ad sinistrā: ⁊ ideo motus cordis exsufflat magis spiritus ad dextrā ideo magis viget in dextra calor ⁊ spiritus quā in sinistra. ¶ Tamen circa istā opinionē restant dubitationes: scilicet quomodo sanguis mouetur de hepate ad cor: ⁊ qualis est substantia sanguinis antequā sit in corde: ⁊ quo modo reuertitur de corde ad hepar ⁊ ad alia membra ⁊ per quam viam ⁊ vtrū totus sanguis quo membra nutriuntur veniat a corde an non. Et de istis omnibus videtur ponere Aristo. quod a corde incipiunt vene ⁊ protenduntur ad omnia alia mēbra: quod est valde rationabile: quia si cor primo generatur ex se

mine: ⁊ virtute ipsius circum generantur alia mēbra: rationabile est quod ab ipso incipiant omnes colligationes membrorū adinuicem ⁊ ad ipsum cor. Dicit etiā Aristo. ꝙ ab ipso corde ꝓcedūt ad hepar due vene notabiles vna maior ⁊ alia minor ⁊ subtilior. Sed tunc sunt in generali due opiniones ad quid ille vene deseruiunt: ⁊ vtraqꝫ ponit se tenere sententiam Aristo. ¶ Prima opinio ponit ꝙ in ore: in stomacho et in hepate fiunt quedā digestiones nutrimēti: non tamen cōpletiue: sed preparantes cibuꝫ ad hoc quod possit fieri debite nutrimentum: scilicet in ore per masticationem: in stomacho per discretionē subtilis nutrimenti a grosso inepto: ⁊ mittitur subtile ad hepar: grossum ad feces. Deinde in hepate illud subtile conuertitur in sanguinem imperfectū qui nondum est nutritiuus: ⁊ ille totus preter superfluitates aliquas mittitur ad cor ꝑ magnam venam ⁊ ibi perficitur digestio secundū quam sanguis efficitur conueniēs nutrimentum omnium membrorū: quo facto ille sanguis vel maior pars eius per venā subtiliorem reuertitur ad hepar: ⁊ illa vena ibi ramificatur ad omnia membra exteriora: ⁊ ita ille sanguis nutritiuus diffunditur ad nutriendum totum corpus: ⁊ si fiat vlterior digestio in membris: tamen hoc est per calorē ⁊ spiritus missos a corde cū sanguine ad singula mēbra: ideo cor sic est primū principiū nutritionis ⁊ vite sed hepar ⁊ stomachus sunt quedā instrumenta preparatiua plene digestiōis faciēde in corde. ¶ Alia opinio ponit quod omnis digestio nutrimenti siue in stomacho siue in hepate vel in membris fit a naturali calore: calor autem per totum corpus prouenit effectiue ⁊ originatur a corde: ideo sic conceditur cum Aristotele: qꝺ cor est primū ⁊ principale principium nutritiuum et generatiuum sanguinis ⁊ aliorū sed tamen ponit hec opinio quod sanguis nutritiuus membrorū non generatur in corde nec digeritur sed in hepate vltimata digestione accepta illa que fit in membris: ⁊ ab illo hepate quedam portio sanguinis mittitur ad cor per illam venam magnam: ⁊ ex vna parte illius portionis generantur a corde spiritus sensitiui ⁊ vitales qui per aliam venam per totuꝫ corpus mittunt̄: ꝑ quos spiritus saluatur vita in omnibus mēbris ⁊ exercentur omnes operationes vite per totum corpus ideo cor est principale principium omnium operationum vitalium. Alius autē sanguis absqꝫ hoc quod vadat ad cor mittitur ab hepate ad mēbra ex quo omnia mēbra nutriuntur non tamen nisi per actionem caloris: ⁊ spirituum immissorum a corde: ⁊ ita cor adhuc est principale principium nutritiuum: non quia in eo generetur nutrimentū: sed quia per calorem ⁊ spiritus ab eo procedentes generatur nutrimentum in hepate ⁊ mittit̄ ad membra ⁊ conuertitur in ea. Et hec videtur esse communis opinio medicorum que forte non contradicit cōclusionibus Aristotelis neqꝫ verbis ei⁹: licet aliqui eā ipsi ꝯtradicere credant: ergo secundū vtrācunqꝫ harū opinionū vos potestis faciliter rationes hincinde adductas soluere.

Ad ratiōes. Ad primam dicitur quod anatomizantes si incipiant anatomiam de venis ab hepate: hoc est non quia ab hepate incipiant: sed quia ab eo incipiuntur ramificari ad singula mēbra tamen de corde veniunt ad hepar. ¶ Ad aliam: dicitur ꝙ neqꝫ vene neqꝫ nerui neqꝫ ossa sunt in sua origine fortissima: imo ꝑ continuū processum fortificant̄: ⁊ hoc est rationabile: quia licet a corde incipiat motus animalis: tamen cor non trahit immediate mēbra exteriora: sed trahit qꝺ est sibi ꝓpinquū. Deinde illud ꝓpinquū cū corde trahunt illud qꝺ est remotū: ⁊ sic consequenter vsqꝫ ad mēbra exteriora: ibi iam est tractus fortissimus: q2 a multis trahentibus subordinatis ⁊ sic cum ibi sit tractus fortior oportet ꝙ sint instrumenta fortiora. ¶ Ad aliā quando dicebatur qꝺ in hepate generatur sanguis: secūda opinio concedit simpliciter ꝙ hoc est verū: sed tamen hoc est a calore ⁊ spiritibus missis a corde: sed prima opinio ponit qꝺ in hepate non est perfecta generatio sanguinis sed digestio disponens ad eius generationeꝫ que simpliciter fit in corde. ¶ Ad aliā negandum est simpliciter quod hepar sit calidissimum mēbrum nec ex parte hepatis est quod pars dextra est fortior sinistra: imo est ex parte cordis. Nec est verum ꝓprie loquendo quod cor sit in parte sinistra: imo est in medio: tamen corpus eius declinat modicuꝫ ad sinistrā: vt dicebatur: ⁊ ob hoc eius apertura magis sufflat versus dextram: ⁊ inde venit fortitudo dextre. ¶ Ad aliam potest dici quod q̄uis hepar sit magis simile sanguini in mollitie vel teneritate: tamen non habet ex se sufficientem caliditatem ad perfectā generationem sanguinis. ¶ Ad aliam quādo dicitur quod ex cyro generantur in hepate quatuor humores: hoc concederet vltima opinio ⁊ etiam prima opinio ꝙ ibi generantur quodāmodo imperfecte: sed perficiuntur in corde. ¶ Ad vltimā dicetur quod non statim oportet venas ramificari in suo principio: sicut in arbore non statim fit ramificatio: imo stipes ꝓcedit ramificationem. Rationes autem Aristotelis sunt manifeste cū prima opinione: sed etiam possunt concordari cum secunda quoniā secunda bene concedit ꝙ a corde incipiunt vene: ⁊ quod cor primo generatur: ⁊ quod est principiū nutritiuū inquantum vbiqꝫ per totum corpus fit digestio ⁊ nutritio ꝑ calorem ⁊ spiritus originatos a corde. ¶ Quod autem dicitur quod in prima formatione embriōis corde generato ante generationem aliorum membrorum iam inuenitur plenuꝫ sanguine. Dicitur quod verum est: non tamen quod ille sanguis generetur in corde: sed generatus est a muliere: et est materia ex qua virtute seminis generatur cor et alia membra: ideo ista experientia non esset contra secundam opinionem.

Questio .III.



Queritur. Vtrū vita potest stare sine caliditate aliqua naturali: scilicet in plāta vel in animali vel in aliqua eius p̄te. Arguitur qꝺ sic: quia sensus exteriores non decipiuntur circa sensibilia propria modo caliditas ⁊ frigiditas sunt sensibilia propria tactus: ergo circa eas non decipitur tactus ⁊ hoc totū videtur determinare Aristo. secundo de anima modo constat ꝙ in plantis in hyeme percipimus ad tactum frigiditatē ⁊ nullā caliditateꝫ. Similiter si tangas pisces aut vermes senties eos frigidos ⁊ non calidos: ⁊ tamē in eis ⁊ in plātis est vita: ⁊ sic vita stat sine caliditate in actu frigidis. ¶ Item: omnes dicunt cerebrū esse naturaliter frigidum: ⁊ tamen in cerebro est vita ⁊ anima: igit̄. ¶ Itē: ossa ⁊ nerui sūt terrea dūis: modo terre ⁊ terrea sunt naturaliter frigida: non calida: igitur ossa ⁊ nerui q̄uis habeant vitam non habent naturalem caliditatem: imo naturalem frigiditatem. ¶ Itē: calidū nō corrumpitur a calido: imo a frigido sibi contrario: ⁊ tamen homines corrūpuntur ab aīalib⁹ venenosis: ergo cū hoīes sint calidi illa aīalia venenosa nō sunt calida: sꝫ frigida. ¶ Itē: somn⁹ causat̄ ex quadā infrigidatiōe vt vult Arist. in libro de somno ⁊ tn̄ in somno stat vita ꝑ totū corpus aīalis: igit̄ vita stat cū frigiditate: imo cū frigiditate naturali cū somnus sit naturalis.

Oppositum videtur tenere Aristot. in hoc libro. Dicit enī ꝙ oēs particule ⁊ totū corp⁹ animaliū habet quādā caliditatē naturalē. Deinde postea dicit ꝙ omne viuens habet animā: que non existit sine naturali caliditate. Et arguitur ratiōe: ꝙ animalia moriuntur per infrigidationem. ergo vita in calido consistebat.

¶ Ad questionem respondenduꝫ est quod bene differt hr̄e caliditatē ⁊ esse calidū vel hr̄e albedinē ⁊ eē albū: nā ethiops hꝫ albedinē cū habeat dētes q̄ sunt albi: et tn̄ ethiops nō est albus: imo si tepidū siue tepiditas sit cōposita ex aliqbus gradib⁹ caliditatis ⁊ aliquibus frigiditatis qꝺ nūc suppono esse verū: tūc oē tepidū simul tēpore hꝫ caliditatē ⁊ frigiditatē: ⁊ tamē nō simul tēpore est calidū ⁊ frigidum simpliciter loquēdo: quia nō simpliciter est calidū qꝺ nō habet plus de caliditate q̄ꝫ de frigiditate: nec debet dici frigidū simpliciter loquēdo nisi plus hꝫ de frigiditate q̄ꝫ de caliditate: ⁊ iō cōtingit ꝙ aliqd simpliciter loquēdo calidū habet frigiditatem secundum aliquem gradum: ⁊ econtra aliquid frigidum habet caliditatem. Si enim aliqd esset frigidissimum statim quando remitteretur illa frigiditas ac-

quireretur

quireretur quedam caliditas: et tamen adhuc illud nõ esset calidum: sed bene frigidum: quoniam ab excedente simpliciter est denominatio. ¶ Tunc ponitur prima conclusio: ꝙ omne hic viuens habet caliditatem et in toto corpore et in qualibet eius parte viuente. Ista conclusio probatur ab aliquibus sic: omne mixtum habet caliditatem et omne viuẽs est mixtum: igitur ꝛc. maior nota est: quia omne mixtum saltem perfectum est mixtum ex quatuor elementis: vt patet in libro de generatione et in libro metheororum: ideo in omni mixto sunt ignis et aer aut formaliter aut saltem virtualiter: et non existunt sine naturali caliditate: cum propria et naturalis virtus ignis sit caliditas: igitur. ¶ Item omne viuẽs ab excessiuo frigido corrumperetur ergo indigebat aliqua naturali caliditate. ¶ Item: ad tactum est experiẽtia quod nullum viuum siue sit planta siue piscis vel vermis est ita intense frigidum sicut esset glacies vel sicut sunt lapides in hyeme: ergo quodlibet tale habet aliquem gradum caliditatis: cum remissio frigiditatis non sit nisi per aduentum alicuius gradus caliditatis: modo omnis gradus caliditatis est caliditatis est caliditas: et omne tale habet aliquam caliditatem: igitur. ¶ Item solet sic argui: omne viuens indiget nutritione: ergo indiget cibi digestione: et omnis digestio est a calido sicut indigestio est a frigido vt habet quarto metheororum: ergo omne viuens habet caliditatem. Tamen debetis scire quod ista ratio nõ concluderet quod semper viuens dum viuit habeat caliditatẽ: quia forte nõ oportet quod semper dum viuit exerceat actum digestionis ꝛ nutritionis: tamen ratio bene concludit quod omne viuẽs indiget naturali caliditate ad exercendum operationes vitales. ¶ Item: de herbis ꝛ plantis magis videtur quod possint stare sine caliditate ꝗ de animalibus et tamen nõ stant sine caliditate: quod apparet: quia per frigus nimis intensum exsiccantur. etiam in tempore niuium videmus niuem super plantas herbarum citius liquefieri ꝗ super terrã nõ herbosam: hoc autẽ non est nisi propter naturalem caliditatem conseruatam in illis herbis ꝗdiu viuunt: ꝗuis sit frigus intensum in hyeme. ¶ Secunda conclusio potest poni: quod omne viuens indiget caliditate naturali que nõ solum fit ab extrinseco nec admixtione elementorum: sed ab anima. et causa est: quia sicut dicit commentator duodecimo metaphysice calor igneus siue elementaris qui consequitur mixtionem elementorum est adurens et corrumpens non viuificans neque figurans. calor autem vitalis est figurans et viuificans et organizans: ergo iste non est elemẽtaris sed ab anima. Unde calor elementaris non magis faceret pedes deorsum ꝗ sursum: nec faceret folia magis in hac parte arboris ꝗ in alia: et sic de radicibus et corticibus et alijs. ¶ Tertia conclusio ponitur ab Aristo. quod in omni viuente calor naturalis est fortissimus in corde vel in proportionabili cordi: quia a corde deriuatur calor ad alia membra: vnde ꝛ ob hoc cor primo viuit ꝛ vltimo moritur. Possibile est tamen esse aliquando maiorem calorem accidentalem et ab extrinseco in aliquo exteriori: vt si animal calefiat ad ignem. ¶ Sed tunc restat dubitatio: vtrum omne viuens debeat esse calidum. Ad quod respondetur quod aliquid dicitur calidum aut frigidum dupliciter. Uno modo simpliciter: alio modo loquendo respectiue. Simpliciter loquendo nihil deberet dici calidũ nisi plus haberet de gradibus caliditatis quã de gradibus frigiditatis. ¶ Et isto modo posset poni conclusio: ꝙ forte plante nõ sunt calide imo frigide ꝛ vermes etiã sunt frigidi et communiter pisces: imo forte homo est frigidus. Unde si de calidissimo fieret cõtinue alteratio scilicet vsque ad frigidissimum: forte quod medium in hoc motu esset calidius ꝗ sint plante vel pisces imo ꝗ sint homines: hoc tamen non bene scitur. ¶ Sed circa istam conclusionem dubitatur si planta simpliciter loquendo sit frigida et non calida quare dicim⁹ ꝙ vita ꝯsistit in calido ꝛ mors in frigido? ¶ Ad hoc rñdet ꝙ frigiditas i viuẽtib⁹ est ex ꝑte materie. s. ex parte terre vel aque q̃ in mixtione perfecta dñatur: sed caliditas naturalis ꝛ vitalis se tenet ex parte anime ꝛ ꝓducentium animã: ideo non a frigiditate: sed a caliditate sunt actiue actiones anime q̃ vocant operatiões vitales. ¶ Tũc breuiter de calido respectiue dicto dicendũ est ꝙ oẽ corp⁹ viuẽs dicit calidũ in respectu sub ipsi⁹ mortui nisi ab extrinseco sit calor extraneus in mortuo: ꝛ causa huius est: quia illud dicitur calidum respectiue ad alterum quod plus habet de caliditate: modo corpus viuens plus habet de caliditate ꝗ ipsum mortuum: quia quando moritur desinit habere calorem qui erat ex parte anime. Dicetur etiam ꝙ plante sunt frigide respectu animalium et animalia calida respectu calidarũ plantarũ. Deinde in aialib⁹ exãguia dicunt frigida respectu sanguinẽ habentiũ: ꝛ sanguinẽ habẽtia dicunt calida respectu illorum. Postea communiter pisces sunt frigidi respectu gressibilium ꝛ gressibilia calida respectu illorũ. Deinde in eadem specie melancolici ꝛ flegmatici dicuntur frigidi respectu sanguineorũ ꝛ colericorũ ꝛ vltimo in eodẽ supposito cerebrũ dicitur frigidum respectu cordis ꝛ cor calidũ. Unde non debetis putare ꝙ cerebrum hominis sit valde frigidum licet dicamus respectiue ꝙ est membrum frigidissimum: imo credo quod cerebrum hominis est calidius ꝗ sint corda multorum piscium vel ꝗ sit proportionabile cordi in [illegible] vermibus ꝛ multis animalibus.

His visis respõdetur ad rationes. Ad primam concedo ꝙ tactus bene iudicat sic iudicãdo pisces frigidos vel plantas frigidas. sed tactus non habet iudicare de gradu punctuali nec vtrum sit totalis defectus graduũ caliditatis aut frigiditatis. ¶ Ad aliam que est de cerebro et ad aliã que est de spiritibus ꝛ neruis conceditur ꝙ illa sunt frigidiora ꝗ cor ꝛ hepar aut caro: sed non sunt sine naturali caliditate. ¶ De animalibus venenosis potest dici ꝙ sunt frigidiora hominib⁹: sed nõ sequit ꝙ sint sine naturali caliditate. Similiter dicendum est de somno ꝙ somn⁹ fit ex quadam infrigidatione: non tamẽ tali infrigidatione que oẽm auferat caliditatem naturalẽ: ideo hec omnia non arguunt contra predicta ꝛc.

Questio. IIII.

Queritur: vtrum calidum naturale potest corrumpi a seipso. Arguitur ꝙ non: qꝛ quodlibet ens diligit se permanere vt dicit commentator primo physicorum: igitur nullum debet corrumpere se. ¶ Item: sicut nihil generat ita nihil corrũpit seipsum: corrũpens enim debet obtinere super illud ꝙ corrũpit: ideo debet manere post illi⁹ corruptionẽ: sed idẽ non manet post suipsius corruptionem: ergo idem non corrumpitur a se. ¶ Item sicut generatio nõ est creatio ex nihilo ita corruptio nõ est adnihilatio: ideo dicitur primo de generatione quod semper corruptio vnius est generatio alterius: igitur si calidũ corrũpat se oportet ꝙ ex se generet aliquid aliud: quod nõ potest esse nisi frigidũ sibi contrariũ: modo hoc videtur impossibile: quia calidum non habet naturam infrigidandi: sed potius calefaciendi ideo non generabit frigidum. Sed forte respondebitur ad istas rationes sicut Aristoteles videt dicere: quod calidum non corrumpit seipsum per se ꝛ immediate sed consumẽdo humidũ ꝙ est nutrimẽtũ ipsi⁹ calidi vel ꝙ est subiectũ ipsius calidi. Unde ad huiusmodi humidi ꝯsumptionẽ et corruptionẽ sequit corruptio calidi ꝓꝑ defectũ nutrimẽti vel subiecti ipsi⁹. ¶ Cõtra ergo sic dicetes ꝓbat ꝙ humidũ nõ corrumpit a calido: primo: qꝛ nõ est ipsi contrariũ et corruptio est a cõtrario. Scdo: qꝛ humidũ ꝛ calidũ se cõpatiunt naturaliter vt in aere qui est calid⁹ ꝛ humid⁹: ideo vnũ nõ est naturaliter corruptiuũ alteri⁹. ¶ Et ꝯfirmat: qꝛ si calidum ageret in humidũ cõsumẽdo ipsum: vel ageret in humidũ i quo vel cũ quo est subiectiue: vel ageret in aliud humidũ existẽs extra ipm: ptz ex sufficiẽti diuisione: sed nõ põt dici ꝙ agat in humidũ cũ quo est subiectiue: qꝛ si sic sequit ꝙ aer destrueret seipm naturaliter: eo ꝙ est calid⁹ ꝛ humid⁹: ideo calidũ ipsius cõsumeret ei⁹ humidũ. Si dicat secũdo modo: scz: ꝙ calidũ cõsumit humidũ: scz propinquũ ꝛ nõ humidũ in quo est: tunc nulla erit ratio quare propter consumptionẽ illius humidi extranei debeat illud calidũ corrũpi: ex quo remanet ipsi propriũ humidũ: igitur non apparet modus ꝑ quem calidũ naturale posset corrũpi a se.

Oppositum tamen determinat Aristoteles dicens ꝙ ipsius ignis videm⁹ duas corruptiones. Unã que est a seipso vocata marcedo. Aliã que est a cõtrario vocata extinctio. Dicit etiam dando modum per quem hoc fiat ꝙ calor amplior factus consumit alimentum et manifeste

apparet qd ignis in candela consumit humiditatem cere: et in lignis consumit humiditatem lignorum et tunc extinguitur sive deficit ignis: ideo ita potest fieri de calore naturali in viventib9. ¶ Sciendū est q ibi multe sunt dubitationes. ¶ Prima dubitatio est: vtrū idem potest corrumpere se. Secunda: vtrum eorum que simul subiective existunt vnū potest corrumpere alterū. Tertia est: vtrum caliditas corrumpit humiditatem an solum facit eam evaporare. Quarta dubitatio est: vtrum caliditas faciat evaporare illam humiditatem que est subiective cū ipsa an aliam sibi propinquam. Quinta dubitatio est: quomodo et a quo corrumpitur ignis candele. ¶ Ad primā istarū dubitationum videtur mihi respondendum esse q nulla res corrumpit seipsam nisi hoc sit ratione diversarum partium: ita q vna corrumpat aliaz: qr omne ens intendit suam salutem et nullam habet contrarietatem a seipso nisi hoc sit ratione partium quarum vna forte est alteri contraria: sicut in nobis membra sunt diversarum complexionum: vnum calidius alteruz frigidius: et ita potest vnum agere ad corrumpendum vel diminuendū cōplexionem alterius. ¶ Ad secundam dubitationem potest dici qd plurium in eodem subiecto existentium sive pluriuz simul existentium subiective vnum bene corrumpit alterū: verbi gratia si aqua sit calefacta: tunc simul subiective sunt aqua et ipsa caliditas: et tamen aqua est innata corrumpere illam caliditatem: quia est innata refrigerare se: quod apparet: qr si auferatur calefaciens et sibi relinquatur ipsa frigefiet vltra frigiditatem continentis: quod non esset nisi per suam naturam refrigeraret se. Similiter anima intellectiva habens in se opinionem erroneā potest syllogisando et discurrendo sibi veram acquirere scientiam et corrumpere illā opinionem falsam: q̄uis anima et illa opinio et totus ille discursus sint simul subiective. ¶ Sed tu dubitabis quomodo illud est possibile: cum corruptio debeat esse a cōtrario et cōtraria nūq̄ simul sint subiective. ¶ Solutio: quedaz est contrarietas formalis: vt inter album et nigrū vel inter calidum et frigidum: et hec non stant simul subiective. Alia est contrarietas virtualis: verbi gratia: lumen a sole procedens non est formaliter calidum: quia non posset stare cum frigiditate medie regionis aeris vel cum frigiditate aeris in hyeme: tamen illud lumen virtualiter est calidum cū habeat potestatem calefaciendi: et ideo lumen est contrarium frigiditati non contrarietate formali: sed solum virtuali: modo diceretur quod forma substantialis aque non est contraria caliditati cōtrarietate formali: sed solū virtuali ideo potest stare simul cum ea et cum hoc potest eam corrumpere. ¶ Ad tertiam dubitationē: credo q caliditas ratione qua caliditas nunq̄ corrumpit humiditatē: quia non habet sibi contrarietatem: sed bene disponit eam ad faciliorem corruptionem: vel etiam applicat eam ad sua corruptiva: et hoc p talem modum: quia caliditas habet naturaliter subtiliare et alleviare subiectum in quo est: vel etiam subiectum in qd agit: modo humidum subtiliatum facilius corrumpitur adveniente sibi contrario: scilicet sicco et sic caliditas disponit humiditatem ad faciliorem corruptionem. Deinde etiam caliditas alleviando et subtiliando subiectum suum facit ipsum movere sursum cum suis accidentibus: et ita ipsa caliditas facit seipsam et humiditatem ascendere: et forte iste ascensus est in locum frigidum a quo corrumpitur illa caliditas: et ita caliditas per accidens corrumperet se quia moveret se ad locum corruptivum ipsius: et similiter ille ascensus potest fieri in locum siccuz a quo corrumperetur illa humiditas propter contrarietatem: et sic caliditas disponit ad corruptionem humiditatis: sed non corrumpit eam per se: imo siccitas. Unde debetis imaginari quod sicut ignis corrumpit humiditatem et frigiditatem aque: tamen humiditatem nunq̄ corrumpit nisi per suam siccitatem: et frigiditatem nisi per suam caliditatem. ¶ Ad quartam dubitationē credo quod caliditas potest subtiliare et evaporare tam humiditatem sibi coniunctam subiective q̄ humiditatem propinquam. Caliditas enim est tanq̄ primus actus in respectu subtilitatis et levitatis. Unde res existēs in primo actu est innata se movere ad actum secundum et ideo si humidū calefiat possibile est quod ante est calefactum q̄ rarefactū: tamen per illam caliditatem si maneat continue rarefacit se vsq̄ ad gradum raritatis debitum tali caliditati: et ita calidum rarefaciendo et alleviando movet se cum suis accidētibus: et per conse[...]ens cum humiditate sibi coniūcta ad locum [...] et hoc vocatur evaporatio. ¶ Ad vltimam p[...]nunc [...] ideo quod ignis candele si ascēdēdo sursum non inveniret contrarium non corrūperetur imo salvaretur q̄uis recederet a candela: et esset per se: et q̄uis ppter subtilitatem non appareret nobis: sed quia ascendit in aerē habentem sibi contrarietatez ideo ab illo aere corrumpitur et convertitur in aerem. Nec debetis credere quod sit idem ignis in principio illuminationis candele et in medio consumptionis candele et in fine: imo continue ignis primo factus evolat a candela et ascendit in aerem et alter ignis generatur ex cera que cum fuerit calefacta et subtiliata est innata igniri sive converti in ignem virtute ignis prioris ipsam convertentis: et sic tandem tota materia cere evolat in aerē et non restat ex qua novus ignis possit generari: ideo sic cessat ibi esse ignis. et ideo manifestum est q in huiusmodi consumptione candele ignis non corrūpit se: sed bene corrumpit ceram generando ex ea ignem et ignis genitus naturaliter ascendit et sic evolat a nobis. sed adhuc ascendēs non corrumpit se: imo continens in quod ascendit corrumpit ipsum si habeat contrarietatem ad ipsum et obtineat super ipsum et per istum etiam modum calor naturalis marcescit in viventibus sicut declarabitur in alia questione.

His visis respondetur ad rationes. Tres enim prime rationes bene probant quod calor non corrumpit se nisi loquendo improprie: scilicet quia movet ad locuz corruptionis vbi non a se sed ab alio corrumpitur: sed quando arguitur de consumptione humidi concedendum est qd caliditas ea ratione qua est caliditas nec corrumpit nec cōsumit humiditatem sed solum facit eam evolare vel ascēdere: et sic non amplius apparet ibi quod ante erat: et cum hoc bene verum est q siccitas cum caliditate existens vt in igne corrumpit bene humiditatem et non plus probant rationes que facte sunt etc.

Questio. V.



Queritur vtrum calor naturalis in viventibus debeat corrumpi propter consumptionem humidi. Arguitur quod non: quia non repugnat calori existere sine humido: imo summus calor posset esse sine humido vt in igne: ergo non oportet calorem corrumpi propter defectum vel consumptionem humidi. ¶ Itē non apparet quare vel quomodo humidum debeat consumi in viventibus nisi hoc sit a calore: sed calor illud humidum non habet cōsumere: quia non est ipsi contrarium: imo est ipsi conveniēs et nullum eius debet corrumpere ea que sunt sibi convenientia: et quia etiā in aere est naturaliter calor et humiditas: et tamen ille calor non consumit illā humiditatē: ergo nec debet eam corrūpere in viventibus neq̄ consumere. ¶ Itē Albertus ponit q siccum est lima caloris idest acuit calorē: cuius signum est qr desiccativa acuunt in nobis et augent calorē: igitur non per humidum salvatur calor: imo per cōtrarium scilicet p siccū magis salvat et augetur. ¶ Item: nō videtur q in nobis possit consumi humidum: qr cōtinue p nutrimentū restaurat: imo in infantib9 et in parvis plus de humido restauratur per nutrimentum q̄ cōsumatur: ideo augmentantur infantes et parvi: modo si hoc est possibile in infantibus et parvis: videt q hoc semp erit magis possibile: qr augmentato illo humido augmētatur etiā calor naturalis et tota virtus vitalis: ideo iuvenes et viri magis possunt in omnes operationes vitales q̄ parvi vel infantes: et sic magis possunt sibi restaurare humidū per nutrimentum: ideo videtur qd nunq̄ debeat deficere.

Oppositum determinat Arist. sic enim fit mors que vocatur marcedo: vt dicit Aristoteles et apparet de igne et de cādela: qr consumpta humiditate cere exspirat ignis cādele: et consumpta humiditate naturali lignorum: scilicet facta incineratione: exspirat et deficit ignis. ¶ Notādum est quod ex precedente questione satis videtur quod humiditas vel etiam siccitas nec corrūpit per se a caliditate: nec corrumpitur per se a frigiditate: quia non habet ad

eas contrarietatem. Et similiter econuerso: caliditas vel frigiditas non corrumpitur per se a siccitate: ⁊ econtra: ⁊ caliditas a frigiditate ⁊ econtra: tamen habitū fuit ꝙ caliditas per accidēs operatur ad corruptionē humiditatis: vel etiā fortius: quia subtiliat materiam ⁊ alleuiat: ⁊ sic facit illaȝ materiam cum humiditate et ipsa caliditate moueri sursuȝ: et contingit aliquando qđ moueatur ad locum siccuȝ a quo corrumpitur humiditas: vel ad locum frigidum a quo corrumpitur ipsa caliditas. Istis tamen habitis et suppositis adhuc restant alie dubitationes. ¶ Prima dubitatio est: qđ intelligimus per humidum consumi in viuentibus. ¶ Secunda dubitatio est: quomodo ipsum humidum consumit: et a quo. ¶ Tertia est: quare humido consumpto non manet calor: cum possit manere etiam intensissimus sine humiditate. ¶ Quarta dubitatio est: quare calor in viuente consumit humidum: cū in aere non consumat ipsum. ¶ Quinta dubitatio est cum alimentum sumatur ad restaurationē humidi consumpti: quare non potest animal perpetuari. Sed hec dubitatio indiget speciali perscrutatione: ideo dimitto eam pro nunc. Soluende ergo sunt priores dubitationes.

¶ Ad primam dicendum est ꝙ multum refert humidum et humiditas sicut refert calidū ⁊ caliditas: humidum enī est substantia subiecta humiditati: ⁊ ideo possibile est ꝙ humidum corrumpat humiditate manēte: vt si ex aere fiat aqua humidum enim quod est aer corrumpitur: et illud humidū quod est aqua generatur: et tamen saluatur humiditas eadem numero: vt suppono ex secundo de generatione: ⁊ econuerso humiditas potest corrūpi ita ꝙ humidum non corrūpatur: vt si lapis sit humidus ⁊ ad ignem desiccetur: humiditas corrumpit et tamen humidum non corrumpitur: qm̄ humidū non est nisi ille lapis qui nō corrumpitur. Hoc viso potest dici quod humidum consumi dici potest dupliciter: scilicet proprie et improprie: humidum consumi proprie est ipsum continue corrumpi partem post partem: et sic in consumptione candele humidum consumitur: quia humidum quod est cera corrumpitur. Sed humidum consumi improprie est ipsum separari ab aliquo in quo erat q̄uis non corrumperetur: et ita diceretur vinum in dolio consumi si consequenter auferretur: quarta post quartam: ⁊ frumēta consumi: ⁊ sic de alijs: ⁊ sicut dico de humido ita potest ītelligi de humiditate. Humiditatē consumi proprie est ipsam ꝯtinue corrumpi. Et ipsam consumi improprie est ipsaȝ separari ab eo in quo erat. Verum est tamē qđ humiditas non potest separari ab ipso humido sine eius corruptiōe. ¶ Ad secundā dubitationem considerandū est qđ duplex est humidū: vnū est aqueum et illud non est nutritiuum caloris: sed potiꝰ extinctiuum. Aliud est aereum ⁊ pingue: ⁊ hoc cum fuerit subtiliatum est bene ignibile et per consequens nutritiuuȝ seu augmentatiuum ipsius ignis vel caloris: ⁊ de hoc habetis exemplum de lignis q̄ cum sint viridia non possunt igniri propter humiditatem aqueam abundantem in ipsis: quando autem ab illa humiditate aquea sunt desiccata tūc remanet solum humiditas aerea ⁊ pinguis que cum sit subtiliata vertitur in fumum bene inflammabilem: modo igitur in proposito nos loquimur de illo humido pingui: scilicet nutritiuo ignis: siue caloris. ¶ Tunc ergo qñ queritur vtrum in viuentibus illud humidum consumitur potest esse q̄stio: vtrum illud humidum corrumpitur an solum separat. Ad quod ego respondeo ꝙ illud humidum pro parte corrumpitur et conuertit in spiritus naturaliter calidos ⁊ siccos participantes naturam ignis a dominio: sicut etiam humidum lignorum corrumpitur et conuertitur in ignem. Dico etiam quod illud humidum consumitur idest separatur ab ipō viuente: quia spiritus ex eo generati exhalant. Sed tunc querebatur a quo illud humidum corrumpitur vel separatur: ⁊ potest dici ꝙ a calido ⁊ sicco corrumpitur: nam spiritus existentes calidi et sicci conuertunt sibi illud humidū pingue: sicut flamma existens iam calida ⁊ sicca corrumpit ceram: ⁊ conuertit eam sibi: ⁊ sic illud humidum quod corrumpitur: corrumpitur a spiritibus preexistentibus: et conuertitur in alios spiritꝰ: sicut cera cādele corrumpitur a flamma existēte et conuertitur in aliam flammam ⁊ prior flamma euolat et ita consequenter donec totum humidum est consumptuȝ. Si autem tu queras quomodo et a quo hec separantur a corpore. Dico quod hoc est a leuitate mouēte illos spiritus sursum: ⁊ exhalante: sicut dicetur de flamma candele. ¶ Ad tertiam dubitationem: dicendum est quod per humidi consumptionem ⁊ corruptionem non corrumpitur calor: imo intenditur q̄tum est de per se: quoniam si ex humido generentur spiritus illi spiritus sunt calidiores q̄ esset illud humidum nisi ab alio refrigerentur sicut flamma est calidior quā cera ex qua generabatur: et iterum si illi spiritus exhalent ⁊ ascendant adhuc ex hoc nō corrumpitur calor per se: sed forte corrumpitur quia illi spiritus exhalantes mouentur ad locum frigidum: a quo calor corrumpitur: tamen verum est quod apud separationem illorum spirituum calor recedit a corpore: qr existit in illis spiritibus: et ita corpus desinit habere calorem: cum non fuerit humidum ex quo regeneretur aliud calidum: et ita vos habetis moduȝ quare humido cōsumpto non manet calor in corpore: licet per humidi consumptionem non corrumpatur: sed generetur: et est simile sicut de igne in lignis: humiditas enim lignoruȝ non consumitur nisi quia ex lignis generatur ignis: ⁊ maior caliditas: ⁊ illō generatum cōtinue euolat donec tota humiditas est cōsumpta et tunc qr ex cineribus non potest alius ignis generari: illi cineres remanent sine igne ¶ Ad quartam et vltimam: quantum ad presens dico quod in aere calor non facit ascēdere et euolare humiditatē aeris: quia est in loco naturali: et tamen aer inclusus in aqua ascenderet et euolaret ab ea: modo in corpore viuente quādo calor subtiliauit materiam et alleuiauit iam non est in loco sibi naturali: sed petit locū sursum propter leuitatem: et ita exhalando in spiritibus dimittit illud corpus: ideo patet quomodo humidum a corpore viuente extrahitur per calorem: q̄uis ab aere non extrahatur. De residuis dicetur in sequentibus.

¶ Ad rationes concedendum est quod calor est innatꝰ stare sine humiditate in materia maxime subtiliata: sed in materia cere non esset innatus stare naturaliter nisi esset ei coniuncta humiditas pinguis ex qua continue generaretur: modo corpora viuentia non sunt materie subtilissime vt est ignis: sed materie terrestres a dominio: ideo expirata humiditate nutritiua ignis exspirat ab illa materia ignis ⁊ calor. ¶ Ad secundam dictuȝ est quomodo calor cōsumit humiditatem in viuente ⁊ separat eam: licet nō ī aere. ¶ Ad autoritatem Alberti: concedendum est quod ex aliquali desiccatione intenditur in nobis calor et fortius consumit ipsum humidum: tamen cum humidū esset cōsumptū calor ille in spiritibus exspiraret et remaneret totum sine calore: non quia eorū calor corrumperetur nisi per accidens: sicut ante dicebatur: quoniam siccum nō corrumpit calorē: imo potius accendit. ¶ Vltima ratio tangebat quintaȝ dubitationem que dimissa fuit.

Questio. VI.



Queritur: vtrum per consumptionem alimēti possit vita perpetuari in aliquo viuente. Arguitur quod sic: quia sicut de igne videmus quod in infinitum duraret si semper apponerētur combustibilia: ita pari ratione videtur quod viuēs in infinitum deberet durare si apponeret conueniens nutrimentum. ¶ Item: calidum in viuente potest excedere humidum et ita consumere ipsum: ergo posset dari medium scilicet proportio equalitatis: vbi enim est dare maius et minus ibi potest dari mediū: hac autem proportione equalitatis data nec calidū poterit ꝯsumere humidū qr nō supdominabit: nec humidū poterit extinguere calidū qr etiā nō dominabit: ergo semp durabūt ⁊ nō deficiet vita. ¶ Itē: suppono ꝙ in statu virili q̄ est status pfectꝰ corporis humani ⁊ oīm instrumētoꝝ ⁊ virtutū aīe: oēs ꝟtutes corporis et aīe melius et perfectius possunt in suas operatiōes q̄ in statu infantie vel pueritie: qui adhuc est statꝰ imperfectus corporis: sed in infantia vel pueritia calidū naturale pōt restaurare humidū cōsumptū: ⁊ plus ꝑpter qđ poterit se ⁊ totum corpus augere: ergo in statu virili poterit homo magis facere: et sic nunq̄ erit diminutio corporis et virtutum corporalium: imo semper augmentatio: et si ita esset nunquam veniret mors. ¶ Item: suppono quod nullo toto tempore ignis candele: vel corpꝰ equi: vel capre manet: totaliter idē

in numero: imo alique partes defluunt: et alique aduenīūt: vt patet primo de generatione: ita permanentia ignis candele vel corporis equi aut capre fit per successionem partis post partem continue: modo isto modo posset planta perpetuo durare: si enim scinditur truncus tunc iterum radices emittunt truncos et ramos: ergo viuens potest perpetuari: sicut potest per annum durare: scilicet non totaliter idē: sed per successiuum aduentum nouarum partium: partibus defluentibus vel ablatis. ❡ Itē: sicut partes aeris alicubi corrumpuntur et alique alibi generantur ⁊ ita perpetuo durat aer: ita pari ratione videtur possibile quod licet aliq̄ partes viuentis defluant per exhalationem vel euaporationē a calido: ⁊ alique partes generantur ⁊ aduenīūt ex nutrimento: q̄ animal potest sic perpetuo durare.

Oppositū videtur velle Aristoteles in isto libro: ⁊ in omnibus per experientiam videmus naturaliter venire senectutem: et tandem mortem: ideo cōmuniter dicitur quod nihil est certius morte q̄uis nihil incertius hora mortis. ❡ Item Aristoteles in primo celi determinat quod omne corruptibile de necessitate corrumpetur: ideo nullum potest durare perpetuo sed omne viuens in istis superioribus est corruptibile: cum habeat materiam ⁊ contrariū: ergo nullum potest perpetuari. ❡ Aliqui propter rationes tactas dixerunt quod animal posset perpetuari per nutrimentum si semper haberet nutrimentum conuenientissimum: et de illo nutrimento nunq̄ acciperet plus vel minus opportuno: et quod etiam semper esset in illo loco temperatissimo et in nullo opere excederet opportuno: vel deficeret ab opportuno: tamen quia hoc non est possibile propter varietatē temporum et ciborum: ideo propter excessus et defectus in q̄titate vel qualitate nutrimenti vel aliorum concurrentiū cum vita necesse est tandem corpora animalium pati et deteriorari: et sic tandem sequi mortē. Credo tamē quod hec opinio non sit vera: imo si omnia predicta concurrerent: tamen adhuc de necessitate sequeretur senectus et mors: ideo videndum est vnde proueniat necessitas mortis. ❡ Est igit̄ notandum q̄ aliq̄ sunt mortes violente vt si homo gladio vel aliter interficiatur: vel si per nimium et ineptum vel cibum vel potum calor naturalis extinguatur et iste mortes sunt accidentales: non ex necessitate nature: ideo de illis nō est nunc loquendum: sed de morte que contingeret in homine optime complexionato ⁊ optimi regiminis prout esset naturaliter possibile. De necessitate igitur talis mortis aliqui dicunt duplex esse humidum in homine vel in animali: scilicet humidū radicale: ⁊ humidū nutrimentale: et dicunt humidum radicale esse quod contrahitur a parentibus in ipsius animalis generatione ⁊ dicunt humidum nutrimentale esse quod ex nutrimento animalis acquiritur. Dicūt etiā q̄ calidum naturale ⁊ vitale non est natū saluari nisi in humido ⁊ p̄ humidū radicale: ideo cū illud humidū radicale fuerit totū vel quasi totum consumptū sequitur necessario expiratio calidi naturalis: et mors: q̄uis in membris remaneat multum humidū nutrimentale. Deinde dicunt quod calidum continue agit in humidum consumendo ipsum: et ideo cito esset consumptū humidū radicale nisi adueniret humidū nutrimētale in quo et per quod occupatur actio calidi naturalis: sed tamen humidū nutrimentale non sic occupat actionem calidi quin ipsum calidū cum euaporatiōe vel exhalatione humidi nutrimentalis exhalet etiam aliq̄d de humido radicali ⁊ consumat: ⁊ sic tandem de necessitate sequitur mors propter defectum humidi radicalis. ❡ Alij aūt dicūt modo p̄pinquo p̄dictis: scilicet q̄ humidū nutrimētale cōmiscet se humido radicali: eo q̄ quelibet pars nutrimēti nutrit vt habetur primo de generatione: ⁊ ita humidum radicale reddit̄ impurum: ⁊ sic continue prouenit tanta ipsi᷒ impuritas q̄ nō pōt in eo saluari calor naturalis et vitalis: ⁊ ita de necessitate sequit̄ mors. ❡ Mihi tamē videt̄ q̄ hec opinio non sit sufficiens q̄ humidū radicale secūdū istos est illud solū q̄ cōtractū est a natiuitate ⁊ a parentib᷒ ⁊ illud est ita paucū q̄ nō videtur sufficere ad saluandū tm̄ calorē q̄t᷒ est in vno magno corpore: imo absurdum esset dicere q̄ aīa ⁊ vita sint solum in illo humido paruo q̄ erat in formatione embrionis: imo aīa ⁊ vita informant totum magnum corpus. ❡ Item ex sanguine matris puer formatur ⁊ in vtero nutritur: ideo ille sanguis ex quo formatur et nutritur non est purior neq̄ melior neq̄ per consequens vitalior q̄ sanguis ex quo mater nutritur: ideo videtur absurdū q̄ vita viri vel mulieris saluet̄ solū in humido: et per humidum q̄ habuit a generatione: cū illud humidū q̄ habet ex nutrimēto sit ita purum et vitale: imo eiusdem rationis: q̄m humidū q̄ habem᷒ a generatiōe fuit de humido siue de sanguine matris. ❡ Alij dicunt vt mihi videt̄ p̄babilius distinguentes duplex humidū. Vnū fluens q̄ est sanguis: vel humores. Et aliud consolidatū ex quo iam cōstituta sunt membra: ⁊ caro: ⁊ ossa: ⁊ nerui. In humido aūt cōsolidato est aīa subiectiue ⁊ vita: et non in humido adhuc fluente: q̄uis ad salutē vite exigatur humidū fluens: vt dicetur post. Deinde dicitur quod in vtrūq̄ humidum agit continue calor naturalis. Et primo scilicet ad presens videbit̄ de humido consolidato: de quo dicēdū est q̄ cōtinue aliq̄d de eo absoluit̄: et tamē ad eius restaurationē indigemus humido fluēte scilicet sanguine qui tādē in mēbra ꝯuertit̄ ⁊ cōsolidat̄: mō oportet imaginari q̄ in resolutiōe hūidi cōsolidati euaporat̄ illud q̄ est subtili᷒ et remanet illud q̄ est magis terrestre ⁊ grossū: ideo cōtinue mēbra durescūt ⁊ fiūt magis terrestria ⁊ sicca: et p̄ ꝯñs mīn᷒ idonea saluare calorē naturalē: ⁊ in hmōi durificatione et terrestreitate mēbrorū cōsistit senect᷒ ⁊ de necessitate tādē mors sequit̄. Hec est igit̄ cā ex parte hūidi consolidati quare in aīali nō pōt vita p̄petuari p̄ nutrimētum. Deinde dicēdū est adhuc de humido fluente. De quo sciendum est q̄ hūidū cōsolidatū nō sufficit ad saluādū ⁊ retinendū tm̄ calorē q̄t᷒ requirit̄ ad vitā ⁊ op̄atiōes vitales aīaliū sed reqritur humidū subtile quod sit innatū quasi igniri. i. cōuerti i sp̄s q̄ sunt calidi ⁊ lucet p̄ modū ignis vnde illi sp̄s se hñt i aīali sicut flāma i cādela: sicut eīn extincta flāma expirat tot᷒ calor in candela: sic extinctis vel exhalatis spiritib᷒ expiraret tot᷒ calor vitalis ⁊ ab hūido fluēte: ⁊ ab hūido ꝯsolidato ⁊ sicut cōtinue in cādela flāma gñata ascēdit ⁊ exhalat: tū añq̄ exhalata sit habet p̄tātē generandi ex hūido sibi cōiūcto aliam flāmā sequētē ipsam: ⁊ sic cōtinuat̄ flāma ⁊ ignis. Ita etiā sp̄s gñati cōtinue diffundunt̄ p̄ corp᷒ ⁊ exhalāt: cū antea hñt p̄tātē generādi alios sp̄s cōsequētes ex humido subtili sibi cōiūcto: ⁊ sic cōtinuant̄ sp̄s ⁊ calor vitalis p̄ totū corp᷒. Et ex istis manifestū est q̄ humidum fluēs ad duo principaliter deseruit: scilicet ad restaurationē hūidi consolidati ⁊ p̄ cōsequens mēbrorū: ⁊ ad generationē spirituū ex eo. Oportet ergo cōsiderare q̄ propter ineptitudinē ⁊ duritiē predictam mēbrorum ille sanguis siue ille humor fluens nō pōt bene digeri: ideo remanet quodammodo crudus: et aquatic᷒: ⁊ nō bene disposit᷒ ad generationē spirituū: ideo tandē p̄pter ei᷒ dispositionē necesse est deficere sp̄ūs: et per consequēs calorē ⁊ vitā: hec est ergo causa necessitatis mortis ex parte hūidi fluētis: q̄ habet ortū vt asperū ex ineptitudine humidi cōsolidati: scilicet ex ineptudine: ⁊ duritie mēbrorū: ⁊ Aristoteles i isto libro loquitur de illa duritie ⁊ terrestreitate mēbrorū. In primo autē de generatione capitulo de augmentatione videtur loqui de ineptitudine humidi fluentis: quod tandem fit aquaticum: ⁊ sic indigestū. ❡ Itē specialiter ex parte pulmonis ostēdit hic Aristoteles necessitatem mortis: quia pulmo per certum tempus efficitur nimis terrestris ⁊ durus: eo quod continue subtilius ab ipsis membris resoluitur et terrestrius remanet: sicut dictū fuit ideo ille pulmo non bene et prompte mouetur ad refrigerādum calorem cordis et sic ille calor non refrigeratus consumit cito in senectute illud paucum humidū quod circa cor erat innatum conuerti in spiritus: ⁊ tunc sequitur mors que vocatur marcedo. Similiter posset ostēdi specialiter ex parte cordis: quia cor ex senectute factum dicitur terrestre ⁊ durum: et per consequens ineptum ad prompte moueri: nō potest exsufflare spiritus generatos ad membra exteriora. Ideo illi remanentes circa cor consumunt cito illam paucā humiditatem que ibi existens est innata conuerti in spiritus: et ita totum exhalat: et sequitur marcedo. Et non credatis propter predicta scilicet propter predictum defectum refrigerationis vel exsufflationis quod in corde calor sit fortior in senectute quam in iuuentute: sed est forte respectu pauci humidi tunc ibi existentis: ita quod potest ipsum cito consumere.

Ex istis dictis possunt solui rationes que in principio questionis fiebant. Ad primam dicēdum est q̄ q̄uis

q̃uis aliquibus modis sit simile de igne in lignis ⁊ de calore in nobis: tamen aliquibus etiaȝ modis est dissimile: q: in lignis non indiget ignis ad sui continuationem certa figura et dispositione membrorum nec certo motu eorum: sed in nobis calor naturalis ad sui generationem ⁊ cõtinuationeȝ indiget mẽbris determinate figure: ⁊ determinatorũ motuũ quib⁹ cessantibus nõ põt op⁹ caloris exercere ⁊ illi mot⁹ deficiũt propter defectũ durificationũ mẽbrorũ ideo quãtumcunq̃ sibi apponatur tamen non potest calor continuari in nobis sicut ignis continuaretur per appositionem lignorũ. ¶ Ad aliam dicendum est quod si calor obtineat super humidum vt possit ipm̃ digerere ⁊ sibi conuertere: tunc manifestum est q̃ consumeret ipsum totũ nisi restauraretur nutrimento: et q̃uis restauraretur: tamen fit durificatio predictorum mẽbrorum: ad quam tandem est necesse sequi mortem si autem calidum nõ sic obtineat q̃ possit humidum sibi conuertere: tunc ille non est sufficiens ad vitam: et ideo nõ valebat illud argumẽtũ de proportione equalitatis: quoniã ad vitam exigit calor potens digerere humidum et conuertere in spiritus ⁊c. ¶ Ad aliam, concederem q̃ in statu virili calor est potentior ⁊ melioris dispositionis q̃ȝ in statu infantie vel pueritie: et similiter omnia mẽbra ⁊ omnes vires anime et corporis: tamen non propter hoc sequit̃ q̃ ille calor possit augmentare corpus sicut poterat in pueritia: quia humidũ consolidatum iam est factum durius et minus bene extensibile: nec ista est peior dispositio: quia talis duricies que est in statu virili est conuenientissima ad operationes anime exercendas: ad quas non erat sic conueniens humiditas puerilis. sed tandem per certum tempus fit modo prius dicto amplior durities que iam redditur ineptior ad operationes anime: et tandem totaliter inepta. ¶ Ad aliam concedo quod corpus non durat totaliter idem per totum tempus: imo nec totaliter idem hodie et cras: sed idem per successionem partium consequenter aduenientium et recedentium: cum dictum fuit q̃ hoc non potest semper fieri ꝓpter ineptitudinẽ et duritiem membrorum: quod autem dicebatur de plantis: potest dici quod idem truncus nõ sufficeret ad perpetuandũ ramos superiores: q: senescerent ideo maxime arbores tãdem exsiccantur: tamen per replantationeȝ ramorum possunt perpetuari: q: ex trunco antiquo producitur ramus iuuenis habẽs nodos: ⁊ cum hoc abscinditur et ponitur in terra vita est in nodo potens sibi producere radices ⁊ ita fit iterum planta perfecta ⁊ tota iuuenis: et ita radices in nodis habẽt potestatem ad ꝓducendum nouos ramos sic autem non est de animalibus: quoniaȝ animalia requirũt et magis diuerse perfectioẽ et magis distinctam organisationem membrorum: ideo vnum non habet virtutem sufficientem ad ꝓducendum sibi alterum membrum: sed ꝓpter maiorem perfectionem animal indiget generatione totius simul. ¶ Ad aliam rationem: dicitur q̃ nõ est simile de partib⁹ aeris et de partibus animalis: q: partes aeris sunt eiusdem rationis licet aliqui hic corrũpantur: ⁊ alie generẽtur: sic autem non est de mẽbris animaliũ: imo ob hm̃õi gñationẽ ⁊ corruptionẽ partium alia mẽbra animalis continue durescunt: ⁊ fiunt magis terrestria sicut ante dictum fuit.

Questio.VII.



Queritur: vtrum ignis in suffocatorio .i. in vase bñ circũquaq̃ obstructo debeat cito corrũpi. Arguit̃ q̃ nõ: q: per illud vas prohibet̃ actio contrarij in ipȝ: ergo cũ corruptio sit a cõtrario: ignis per suffocatoriũ dȝ saluari: nõ corrũpi. ¶ Itẽ de nocte mulieres cooperiunt ignem ad custodiendũ ⁊ saluandũ ergo coopertimẽtum cuiusmodi est suffocatoriũ non debet extinguere ignẽ: sed saluare. ¶ Itẽ: si ponat̃ aqua calida in balneo ⁊ optime cooperiat̃ balneuȝ ⁊ obstruat̃: aqua illic remanet diuti⁹ calida et calor ꝑ coopimentũ optime obstructũ cuiusmodi est suffocatorium nõ dȝ corrũpi: nec ꝑ ꝯñs ignis. ¶ Itẽ: sequeret̃ q̃ ignis in sphera sua deberet cito corrũpi quod est falsum: ⁊ patet ꝯña: q: optime circũquaq̃ est coopertus ⁊ obstructus a celo.

Oppositũ vult Aristo. ⁊ apparet manifeste per experientiam. si enim obstruas bene furnum in quo ligna ardent ligna cito extinguuntur: ⁊ in faciendo escam de pannis lineis: cum illi pãni sunt igniti si bene recludantur in vase extinguunt̃: ⁊ hoc etiaȝ modo operantur artifices carbonum: cum enim fecerunt magnum cumulum lignoruȝ circũuoluũt illum terra vt non possit fumus exire: ⁊ cum imponunt ignem faciunt in illa terra quedam foramina per que fumus exit: ⁊ cũ vident fumũ subtiliari obstruunt illa foramina et faciunt alibi foramina et tunc ignis vbi prius erat extinguitur: et vadit ad locũ illorũ foraminum nouorũ: ⁊ cũ vndiq̃ sic factum est ipsi vndiq̃ obstruunt omnia foramina et tũc totus ignis extinguitur. ¶ Aristoteles videtur soluere istam questionem in litera: et ad solutionem declarandã: dicitur communiter quod calor non contrariatur humiditati: neq̃ siccitati: ideo cum vtraq̃ potest stare calor: ergo põt stare et in sicco et in humido: sed in vtroq̃ istorũ dupliciter: scilicet vel in subtili vel in grosso. Si igitur sit calor in sicco subtili: tunc illud est ignis vel igneũ a dominio: ⁊ si sit in humido subtili tũc est aer vel aereuȝ a dominio sed si sit in humido vel in sicco grosso: scilicet aqueo: vel terrestri: tunc est quasi in aliena materia et non potest ibi naturaliter cõseruari nisi ab alto. Unde humida vel sicca grossa si sint calefacta remoto calefaciente reuertũtur ad se naturaliter ad frigiditatẽ: sic autem nõ faciũt ignis ⁊ aer in propria materia. Tũc diceretur q̃ si ignis in propria ⁊ subtili materia esset in vase optime obstructo inclusus ille ignis propter hoc nõ cito corrũperetur: nisi vas esset frigidum et igni contrariuȝ: imo ille ignis magis saluaretur q̃ȝ si esset hic in aere expansus: et ideo de tali igne non loquitur hic Aristoteles. ¶ Deinde notandum: quod si ignis sit coniunctus cuȝ grossa materia: ille innatus est exspirare ab ea et ideo nõ potest in materia grossa diu conseruari nisi continuo ex illa materia generaretur: sicut apparet de flamma candele vel lignoruȝ: sic enim flamma candele continuatur quod continue flamma generata exhalat ⁊ recedit: tamẽ anteq̃ȝ recesserit subtiliat aliam materiam sequentem per suum calorem: et ex ea generat aliam flammam: et ita sic consequenter aliam: et sic deinceps donec consumpta est materia. Modo ergo ad propositum si ignis lignorum ignitorum includatur in suffocatorio id est in vase optime obstructo: tunc non potens exhalare reuertitur in se: et valde intenditur calor in tantũq̃ est calor sic intensus: q̃ citissime potest incendere et consumere materiam iam subtiliatam et innataȝ incendi: ita quod illa materia subtiliata aut consumpta est: per consequens materia posset subtiliari et aptari ad incendendum: ideo tũc nõ potest amplius ignis generari ex lignis: et ita oportet deficere ignem. Ista videretur esse intentio Aristotelis: que licet sit vera quãtuȝ ad multa: tamen circa eam est fortissima dubitatio: quia ante factionem suffocatorij est iam ignis generat⁹ in lignis: et adhuc sicut tu dicis cito consumitur materia subtiliata: ⁊ non consumitur nisi quia ex ea generatur ignis: modo iste ignis sic genitus non potest exspirare nec exire propter suffocatorium. Est ergo dubitatio a quo ille corrumpitur: cum ibi non sit contrarium: scilicet frigidum corrumpens: suppono enim quod suffocatorium sit bene calidum. Et dubitatur quare ille ignis sic intra suffocatorium inclusus non adhuc agit in ligna subtiliando materiam et igniendo. ¶ Propter istã dubitationẽ et ꝓpter determinationem Aristo. concedendum est primo cuȝ Aristo. q̃ ignis in seipsum reuersus et congregatus fortificatur et intenditur ⁊ virtus vnita est fortior seipsa dispersa. Unde sic exhalationes calide quando per antiparistasim congregantur inflammantur per intensionem caloris et fiunt coruscatiões et ita etiam frigidum intenderetur. Et ita fiunt grandines vt debet videri in libro metheororum. et propter istam causam sufflamus ignem ad augmentandum et vigorandum: quia flamma ⁊ ignis exiens a lignis reuertitur in ipa ligna per sufflationem ⁊ fortificatur calor: vnde si exsufflatio esset talis quod exsufflaret flammam a lignis vel a candela ipsa sufflatio non incenderet sed extingueret. Deinde concedendũ est cũ Aristotele q̃ flãma vel ignis ĩ materia grossa deficeret si esset ꝯsumpta materia nata igniri; vel etiã si materia subtiliata ignirer̃: ⁊ euolaret anteq̃ȝ alia materia posset subtiliari: ⁊ hoc videtis experimẽtaliter q̃ flãma ĩ cãdela durat vsq̃ ad ꝯsũptionẽ cãdele: eo q̃ mã cãdele ẽ facilit̃ subtiliabiliȝ iõ añq̃ȝ flãma gñita sit exhalata ẽ alia mã subtiliatã

sed ignitatis extremum baculi et inflammetis: et extrahatis baculum ab igne remanebit flamma per aliquod modicum tempus: sed non post consumptionem baculi: qꝛ flāma genita prius est exhalata et materia subtiliata prius est inflāmata et exhalata ꝙ̄ vlterior materia possit subtiliari: ⁊ adaptari ad incendium: ⁊ ideo dicta aristotelis: de suffocatione carbonum habēt suaꝫ veritatē qꝛ flamme prius exhalat per intensionem caloris ꝙ̄ alia materia subtilietur. Sed tu queris quomodo exhalat cum suffocatorium detineat eam et a quo corrumpitur illa flamma genita ⁊ calor eiꝰ? Dico quod multus aer intra suffocatorium continetur: cum quo flāma genita expirando a lignis miscetur a quo corrumpitur: vt non sit tanti caloris ꝙ possint ligna igniri: sic videntur ista posse sustineri. Sed adhuc ista nō est perfecta solutio qꝛ pono ꝙ suffocatoriū sit ita paruū precise ꝙ solum contineat carbones ignitos: ⁊ flammā sine alio aere et sit suffocatoriū bene calidum: ita ꝙ ex sua frigiditate non corrumperet flāmā: quero ergo vnde et a quo extinguetur ignis iam genitus: et videt mihi quod ad hoc proficiat solutio Aristotelis. Ideo dicunt multi ꝓbabiliter: quod ignis exigit raritatem ideo si generetur et non possit dilatari acquiretur ipsi violenta compressio: ⁊ materialis: ⁊ sic propter materialem dispositionem ille ignis corrumpitur in talem substātiam que innata est esse sub maiori densitate. vnde videt experimentaliter ꝙ ignis siue in straminibus siue in aliis cito corrūpitur si fortiter et violenter comprimatur.

Ad rationes. Ad primam quando dicitur ꝙ suffocatorium prohibet actionē: concedo ideo non ab illo contrario corrumpitur; sed ꝓpter consumptionem materie subtiliate vel violentam cōpressionē igni cōtrariam ⁊ innaturalem. ¶ Ad aliā respondet Aristo. ꝙ cineres sunt rari et habentes poros per quos ignis coopertus potest euentari: ideo ignis nō suffocatur sed cōseruat a cineribus ne ab exteriori cōtrario corrūpatur. ¶ Ad aliā de balneo dico qꝺ non est simile sicut de igne cooperto: quia in aqua calida non est ignis qui nutrit taliter i materia aque sed in lignis ignitis: si debeat manere indiget nutriri ex materia lignorū: qꝺ non potest fieri posito suffocatorio propter ea que dicta sunt.
¶ Ad vltimā: dico ꝙ ignis in sphera sua et in propria et naturali materia nec exhalat nec exit ab illo loco ⁊ recedit a lignis: ideo non est simile in proposito de illo igne et de igne lignorum vel candele.

Questio. VIII.



Queritur: vtrum omne viuens ad salutem vite indigeat refrigerio caloris naturalis. Arguitur quod nō qꝛ multa animalia in hyeme nō possunt i suas operationes ꝓpter frigꝰ: imo apparēt mortua: vt aliqui vermes ⁊ aliq̄ rane: ⁊ tūc nō indigent refrigerio etiā qꝛ hoīes i hyeme induūt contra frigus ⁊ vadūt ad ignē ꝓpter calefieri: ergo nō indiget refrigerio. ¶ Itē extinctiōe caloris a frigido cōtrario moriunt multa aīalia: ergo illa nō indigēt refrigerio: sed potiꝰ indigēt calefactiōe. ¶ Itē: si aīalia indigerēt refrigerio hoc esset ad saluādū calorē naturalem: sed calor nō est innatꝰ saluari ꝑ refrigeriū: imo ꝑ refrigeriū destruit vel diminuit: ergo aīalia nō indigēt refrigerio. ¶ Itē: aer ⁊ ignis ad salutē sui caloris ⁊ sue substātie non indigent refrigerio: ergo pari rōne neqꝫ viuentia. ¶ Item ex debilitate et defectu caloris moriunt senes: ergo ipsi nō indigēt diminutione caloris nec per cōsequēs refrigerio. ¶ Itē in lib. de lōgitudine et breuitate vite: dicit ꝙ vita cōsistit in calido et humido: mors aūt per oppositū cōsistit in refrigeratione et desiccatione: ergo ad salutē vite non indigemus refrigerio neqꝫ desiccatione.

Oppositū determinat Aristo. in isto libro. Ad videndū causam ꝓpter quā viuentia indigent refrigeratiōe sunt aliqua repetēda q̄ prius tacta fuerant: et aliqua apponenda. ¶ Primo eñ notādū est: ꝙ oīs vita i corporibꝰ materialibꝰ ⁊ passibilibꝰ ⁊ oīs opatio vitalis ꝯseruat ⁊ exercet ꝑ calorē: hoc est dictū priꝰ: ⁊ ptꝫ experientia ꝑ multa viuentia: tā aīalia: ꝙ̄ plātas: q̄ cū sint pauci caloris moriunt hyeme ꝓpter defectū caloris: vel cessant a suis opatiōibꝰ. ¶ Secundo notandū est: ꝙ calor in grossa ⁊ terrestri materia non est ibi tāꝙ̄ in ꝓpria materia: ⁊ iō nō pōt ibi naturaliter ꝯseruari nisi ab alio. Aquatica eñ ⁊ terrestria si sint calefacta: ⁊ sibi relinquant remoto calefaciēte reuertunt ꝑ se ad frigiditatē. ¶ Postea etiā notādū: ꝙ corpora viuētiū oīa sunt grosse substātie: iō ſm p̄dicta nō sunt ex se retētiua caloris sꝫ indigēt alio calido ꝑ qꝺ i eis cōseruet calor: nō solū calido extrinseco ⁊ accidētali: sꝫ intrinseco ꝓueniēte naturaliter ab aīa: ⁊ ab actiōe aīe: calor eñ vitalis nō est extrinsecꝰ: sed ab aīa ꝓueniēs: lꝫ sepe idigeat auxilio extrinseci calidi: et illud calidū in viuentibꝰ non est aliud ꝙ̄ ipsi spūs qui in viuente sunt sicut flāma in cādela: vt priꝰ dicebat. Postea opꝫ considerare ꝙ i corpore viuentis nō possent tales spūs subtiles ⁊ leues manere naturaliter sine corū exhalatione: calidū enīꝫ subtile naturaliter ascendit a grosso: cuiusmodi est corpꝰ viuēs: iō necesse ē cōcludere ꝙ ad cōtinuationē spūum in corpore viuente necesse est ꝙ ꝯtinue gñentur illi spūs: et ꝑ ꝯñs ꝙ cōtinue iueniāt materiā ex q̄ sint innata gñari: alioqn per exhalationē spūum maneret corpꝰ sine spiritibꝰ: ⁊ ꝑ ꝯñs tādē sine calore: ⁊ vita. Deīn fuit dictꝰ modꝰ ꝑ quē est cōtinua gñatio spūum sicut de flāma in cādela: q̄ anteꝙ̄ euolet gñat aliā: ⁊ illa aliā vsqꝫ ad cōsumptionem humidi iflāmabilis. ¶ Vltimo cōsiderādū est ꝙ flāma cū incipiat obtinere sup materiā bñ inflāmabilē ipsa continue auget: si non deficiat illa materia: aut si nō ꝓhibeat ꝑ refrigeriū: sicut eñ ex parua scītilla valde cito fit magnꝰ ignis: ⁊ cōstat ꝙ si flāma sic permittat augeri ipsa cito valde cōsumit ignibilē materiā quā inuenit: et tūc expirat. Tūc ex istis oībꝰ cōcludēdū est finaliter ꝓpositū: videlꝫ: ꝙ oē viuēs ad lōgā salutē vite indiget refrigerio caloris naturalis: qꝛ aliter spūs q̄ se hñt ꝑ modum flāme (vt dicebat) sic multiplicarēt se in materia innata conuerti i spūs: ꝙ cito esset [illegible] ⁊ tūc deficeret spūs ⁊ ꝑ ꝯñs corpꝰ viuēs quod est grosse substātie ⁊ terrestris reuerteret ad frigiditatē: et ita fieret sine calore: ⁊ vita. ¶ Istis sic declaratis secūdū Aristotelem soluende sunt rationes.

Ad rationes. Ad primam breuiter dicēdū est ꝙ viuētia nō cōtinue indigēt refrigeratiōe: imo possent nimis refrigerari: sed tūc indigēt refrigerio qñ calor excrescit: ⁊ ꝙ̄uis in hyeme idigeamꝰ calefactiōe exteriori ⁊ in mēbris exterioribꝰ: tñ in fonte caloris scꝫ in corde ⁊ iuxta cor indigemꝰ refrigerio qꝛ aliter calor ⁊ spūs nimis excrescerent: et cōsumerēt totū hūidū generatiuū spūum: etiā tūc indigemus respiratiōe. ¶ Ad aliā rōnē: dr ꝙ aīalia que a frigido moriunt nō idigēt refrigerio saltē in mēbris nimis ifrigidatis. ¶ Ad tertiā: dicēdū est ꝙ calor nō saluat ꝑ se a refrigerio: imo corrūpit vel diminuit: sꝫ saluat eiꝰ materia: que cito eēt cōsumpta nisi esset refrigeratio: q̄ tñ si eēt cōsūpta expiraret totꝰ calor. ¶ Ad quartā rationē q̄ arguebat de aere et de igne: dictū est ꝙ calor in aere ⁊ in igne est in propria materia et naturali: et cum sit in loco proprio non appetit exhalare neqꝫ euolare: ideo non est simile sicut de spiritibus qui in corpore viuente grosso appetunt exhalari ab eo. ¶ Ad aliā: dicēdū est ꝙ ꝙ̄uis in senibus sit calor debilis ⁊ paucꝰ: tamē ibi etiā est humidū ex q̄ debēt gñari spiritus: idqꝫ cito esset consumptū nisi esset aliqua refrigeratio illius caloris: tādē tamē deficiūt ⁊ humidū et calor ⁊ sic deficit vita. ¶ Ad vltimam cōcedit ꝙ vita consistit in calido et humido: ideo oportet saluare illud humidum quod cōsumeretur cito nisi esset refrigeriū: sed tamen nō tale refrigeriū: ꝙ calor oīno opprimatur quia sequeretur mors.

Questio. IX.



Queritur: vtrum omnia et sola animalia habentia pulmonem respirant. Arguit primo ꝙ nō oīa habētia pulmonē respirant: qꝛ habitantia in aqua debent refrigerari per aquam et nō per aerem: ideo non debent respirare: ⁊ multa habitantia in aqua inueniuntur habere pulmonem: vt ballene et delphini: ⁊ rane: ergo hec non respirant licet habeant pulmonem. Et confirmatur quod delphini refrigerantur per aquā: qꝛ habēt quādam canalē ante cerebrū per quā manifeste emittūt aquā assumptā: ergo videtur ꝙ illā

aquam

aquam assumpserũt ad refrigerandũ: sicut respirantia assumunt aerẽ: hoc autẽ posito scʒ ꝙ refrigerãtur ꝑ aquã: debet cõcedi ꝙ nõ respirant: qm̃ respiratio est aeris nõ aque attractio. ¶ Confirmaᷓ etiã de ranis q̃uis habeant pulmonẽ tñ non respirãt: q2 si indigerent respiratiõe nõ possent sine suffocatione ita diu manere in aqua sicut apparent manere. ¶ Deinde arguitur q̃ non sola habentia pulmonem respirant: imo quedam alia: primo quidẽ pisces in mari habẽtes brãchias audiuntur cantare: ⁊ tamen cãtatio ⁊ vociferatio non est nisi per aerẽ inspiratũ: igitur illa animalia respirãt: scilicet que vocanᷓ syrenes: ⁊ tamẽ illa aĩalia non habẽt pulmonẽ q2 inueniunᷓ habere brãchias: ⁊ nullũ habẽs brãchias inueniᷓ habere pulmonẽ. ¶ Itẽ: apes nõ habẽt pulmonem et tamẽ respirant: q2 audiunᷓ vociferare ⁊ cãtare: ⁊ specialiter q̃dã magne q̃ inter alias minores inueniunᷓ: modo non sic vociferarẽt nisi ꝑ aerẽ. Et confirmaᷓ ꝙ apes respirãt: q2 sunt calidioris nature q̃ plante aut vermes ideo indigent maiori refrigerio: ⁊ ita videtur ꝙ nõ sufficienter refrigerarẽtur a cõtinẽte vel ab alimẽto: sicut refrigeranᷓ plãte: imo indigẽt alio modo refrigerari qui nõ videᷓ esse nisi ꝑ respirationem. ¶ Itẽ pisces extractos ab aqua videmus aperire ora et reclaudere: q̃ nõ facerent nisi ad respirandũ: ⁊ tamẽ illi non habent pulmonem.

Oppositum determinat Aristo. ¶ Notandum est ꝙ respiratio est cõis inspirationi et expirationi: et omne aĩal respirãs vicissim expirat: ⁊ ĩspirat successiue. Et est inspiratio attractio aeris. aer eñ sepe vocaᷓ spiritus: ꝓpter eiꝰ subtilitatẽ. Expiratio aeris inspirati expulsio. Tñ non q̃cunqȝ attractio aeris diciᷓ ꝓprie inspiratio: imo attractio aeris ad refrigeriũ caloris existentis in corde ⁊ circa cor: ꝓpter q̃ sequiᷓ ꝙ inspiratio dʒ fieri ad locũ cordi ꝓpinquũ et cõnexũ: ⁊ ideo si aer intraret in os tuũ: ⁊ postea exiret per apertionẽ ⁊ clausionẽ oris: ita ꝙ nõ transcẽderet guttur: nõ esset ibi proprie respiratio: q2 nõ esset ad refrigeriuʒ cordis: et quo ad locũ cordis vel cordi ꝓpiquũ nõ ꝑuenit. ¶ Istis cõsideratis pono primã cõclusionem: quod omne animal respirans habet arteriam ⁊ pulmoneʒ: habet enim arteriã: q2 sine illa nõ intraret aer ad locũ cordi ꝓpinquũ. est enim arteria meatus descendens ab ore ad pulmonẽ: q̃ iam est propinquus cordi: et ipsi connexus: postea etiaʒ sine pulmone nõ posset aer attrahi ad illũ locũ per illaʒ arteriã: q2 ad hoc quod aer attrahatur oportet quod ibi sit organum aperiẽs latera sua ad recipiendũ aerẽ: ⁊ postea reclaudẽs ad expellẽdũ ꝑ modũ follis ⁊ organũ huiusmodi vocaᷓ pulmo: igiᷓ omne respirãs necesse est habere arteriã ⁊ pulmonẽ. ¶ Secunda cõclusio: oẽ habẽs pulmonẽ respirat: q2 aliter haberet ipsum frustra: cum non ad aliud ordinetur pulmo. et iterum: omne habens pulmonem inuenitur habere arteriam que etiam esset frustra nisi per illam fieret respiratio: natura autem nihil facit frustra: ergo omne habens pulmonem respirat. Tunc ad rationes respondendum est secundum Aristotelem.

Ad rationes. Ad primam dicẽdũ est quod q̃dã sunt aĩalia q̃ aliqñ habitãt in aq̃ ⁊ aliqñ ĩ aere ⁊ illa respirãt q2 aliter nõ possent hr̃e suũ refrigeriũ ĩ aere qñ manẽt in aere. Deiñ aliq̃ sunt aĩalia q̃ ꝯtinue habitãt in aq̃ q̃ sunt magna ⁊ multi caloris circa cor: ⁊ q̃ nõ hñt brãchias q2 aq̃ in brãchijs nõ sufficeret ad refrigerãdũ cor: ꝓpter nimiã remotionẽ a corde: ⁊ ideo natura dedit illis pulmonẽ ⁊ arteriam ad respirãdũ vt refrigerenᷓ ꝑ aerẽ attractũ iuxta cor et huiusmodi animalia natãt cõmuniter in superficie maris nisi ꝓfundẽt se ad capiẽdum predã: ⁊ sepe extollũt capita extra aquã: ⁊ hoc faciũt ad respirãdũ: imo sepe dormiũt capite extra aquã. ¶ Ad cõfirmationẽ de delphinis respõdet Arist. ꝙ illi delphini habẽt talẽ canaleʒ non ordinatã ad refrigeriũ caloris: cuiꝰ signũ est ꝙ illa canalis terminaᷓ in ore non descendens in profundũ versus cor: imo illa canalis ordinatur solũ ad emittẽdũ aquã receptã cũ cibo: ne cũ cibo descẽdat in ventrẽ: q2 noceret nutritioni. Unde debetis considerare ꝙ illa animalia capiunt nutrimentũ suũ in aqua: ideo cum nutrimẽto recipiũt in ore aquã multã: ⁊ tũc claudẽtes os ⁊ ad retẽtionẽ ꝓde emittunt aquã receptã ꝑ illã canalẽ: vt non descendat cum cibo ad stomachum: et Aristoteles etiã dicit: q̃ cancri et quedam animalia exanguia habent huiusmodi canales: ꝙ non est ad refrigeriũ: q2 sunt pauci caloris: cuʒ sint exanguia: ideo indigent pauco refrigerio: ideo non indigent cibũ incorporare neqȝ aerem neqȝ aquã ad refrigeriũ. ideo illa canalis nõ ẽ nisi ad finẽ predictũ. ¶ Ad illud q̃ dicebatur de ranis respõdet Aristoteles: ꝙ ille sunt pauci sanguinis ⁊ pauci caloris: ideo pauco indigent refrigerio: ⁊ cum hoc habent pulmonem cõcauum siue spõgiosum: ideo possunt simul multum aerem recipere qui sufficit ad refrigerium pro longo tempore: ideo sic diu possunt in aqua manere tamen tandem suffocarenᷓ si detinerentur. ¶ Ad aliã: de syrenibus dicitur ꝙ ille talem sonum faciunt non per aerem inspiratum sed per motũ branchiarũ in aere. ⁊ alij dicunt: ꝙ ille syrenes respirãt ⁊ nõ habent brãchias. ¶ Ad aliã: de apibus diciᷓ ꝙ non respirant sed faciũt sonũ ꝑ alas volando: q̃ quidem ale sunt subtiles ⁊ valde velociter agitate in aere: ⁊ hoc apparebit tibi de musca si teneas eam per alã: quia quãdo mouebit aliã alã sonabit: ⁊ quando non mouebit eaʒ nõ sonabit. Deinde specialiter apes magne inueniunᷓ cantare sine volatu tñ illa nõ est vox ꝑ aerem inspiratũ: imo sicut dicit Ari. est sonus ex motu pellicule succinctorij agitate velociter ad aerem: sicut vos videtis de cãpana que post ictũ sonat quia velociter tremit ⁊ sic tremendo facit multas ꝑcussiones ad aerem: per quas apparet esse sonus continuꝰ: ⁊ ita cõtinue tremit ⁊ agitatur illa pellicula: vnde app̃et sonꝰ cõtinuus quasi cantatio. ¶ Ad hoc aũt q̃ dicebatur q̃ apes indigent alio modo refrigerij q̃ plante vel vermes: diceᷓ de hoc in alia questiõe. ¶ Ad vltimã qñ dicebaᷓ ꝙ pisces extracti ab aqua aperiunt ora ⁊ reclaudunt: dico ꝙ hoc nõ est ad respirandũ: sʒ ad sumẽdũ aquã. q2 si esset ibi trãsiens ꝑ brãchias refrigeraret eos: ⁊ q2 nõ inueniunt eã suffocanᷓ et moriunᷓ cito. Sʒ tu q̃res: q̃re nõ pñt refrigerari ꝑ aerẽ scʒ si aer trãseat ꝑ brãchias: dicẽdũ est ꝙ aer nõ est ita refrigeratiuus sicut aqua ideo nõ est sufficiens ad refrigerandũ ꝑ branchias: sicut esset aqua q2 nimis distat a corde: sed refrigerat nõs q2 attrahitur prope cor ꝑ inspirationẽ: q̃ nõ possunt facere pisces non respirantes.

Questio. X.

Queritur vtruʒ plante ⁊ animalia exanguia habeãt sufficiens refrigeriũ caloris vitalis a cõtinente: ⁊ a nutrimẽto. Arguiᷓ primo ꝙ cõtinẽs nõ faciat ad refrigeriũ: q2 calidũ nõ refrigerat: ⁊ tñ ꝯtinẽs est calidũ: q2 multa ꝓdictorũ cõtinenᷓ ab aere q̃ est calidus. ¶ Itẽ: si plãte refrigerantur a ꝯtinẽte ⁊ nutrimẽto: sequiᷓ ꝙ cõtinue refrigerarenᷓ ⁊ ita tãdẽ fierent valde frigide ⁊ extinguereᷓ calor naturalis q̃ eẽt incõueniẽs. ꝓbaᷓ ꝯña: q2 plãte cõtinue sunt cõiuncte nutrimẽto ⁊ cõtinẽti: ideo cõtinue ab eis refrigerarenᷓ. ¶ Itẽ: arguiᷓ ꝙ nutrimẽtũ nõ faciat ad refrigeriũ: q2 ꝑ ipsuʒ nutrimẽtũ calidũ cõseruaᷓ ⁊ augeᷓ: ⁊ ꝑ illud ꝑ q̃ calidũ augeᷓ nõ refrigeraᷓ: igiᷓ. ¶ Itẽ: licʒ cõtinẽs ⁊ nutrimẽtũ sufficiãt ad refrigeriũ plãtarũ: tñ nõ videnᷓ sufficere ad refrigeriũ aĩaliuʒ exanguiũ, specialiter entomoꝝ vt apũ: q2 apes sũt magni caloris: q̃ apparet: q2 in habitaculo ipsorũ sentiᷓ magnꝰ calor etiã in hyeme: modo sicut dicit Arist. q̃ sunt maioris caloris indigent ampliori refrigerio: ⁊ ideo illud q̃ est necessarium ad refrigeriũ in plãtis nõ debet sufficere ad refrigeriũ apũ ⁊ aliorum animalium de illo genere.

Oppositum vult Aristo. in isto li. Prĩa cõclusio potest poni: q̃ plante ⁊ animalia refrigerantur a continente multoties: ⁊ hoc non est dubium in hyeme: imo plante ⁊ multa exãguia refrigerantur in hyeme plus opportuno ab ipso continente: scilicet in tantum quod extinguiᷓ calor sic quod nihil aut parum possunt exercere opera vitalia: imo etiam in nobis continens in hyeme plus refrigerat exteriꝰ q̃ oporteat: ideo vadimus ad ignem: ⁊ multa animalia morantur in cauernis suis: imo etiam vlterius in estate calidissima experimur quod continens refrigerat nos exteriꝰ: quoniam si sumus nudi extra solem non ita erimus calidi sicut si essemus induti quod non est nisi quia tunc continens refrigerat. hoc etiam aliter experimur: quia in estate calidissima aliqui ad refrigerandum euentant vel faciunt euentare facies suas modo dubitatur quare ⁊ per quemmodũ hinc

cuētatio refrigerat: cū motꝰ sit innatus calefacere vt habet primo metheorō ⁊ secūdo celi: ⁊ ad hoc pōt responderi qꝺ tunc in estate licet aer sit calidꝰ tñ est minꝰ calidus ꝙ̄ sint corpora nostra: ideo sumꝰ innati refrigerari ꝑ ipm: nō solū interius sed exterius: aer aūt q̄ est nobis cōiūctꝰ calefit a nobis et tunc nō pōt nos ita refrigerare: modo per cuētationē ille aer nobis cōiunctus ⁊ calefactus remouetur a nobis: et aduenit alter recens q̄ est frigidior: ideo sic refrigeramur. ⁊ ita pꝫ qꝺ continens refrigerat nos etiā in estate. ¶ Secunda conclusio ponit ꝙ in estate sepe cōtinens nō sufficiens refrigerat plātas et multa aīalia exanguia quod patet: qꝛ aliqñ in nimio estu alique plāte exsiccant ⁊ peūt: ⁊ aliq̄ de die patiunt ⁊ de nocte reuirescūt: vñ etiā aliq̄ terrā irrigāt aq̄ humectante et refrigerante. similiter videmꝰ ꝙ testudines ꝓpter nimiū calorē retrahūt se in suas testas nisi cōtinēs humectet ⁊ refrigeret rore vel pluuia: ⁊ tādē moriunt marcedine et ita manifestū est ꝙ continēs qñ est nimius estꝰ non bñ sufficit ad refrigeriū multorū. ¶ Tertia cōclusio est: qꝺ nutrimētū refrigerat qñ cōsumit: ⁊ causa est: qꝛ ipsum est actu frigidū maxime in plātis q̄ ex terra sumunt nutrimētū. et si nos sumamus nutrimētū calidū tñ hoc cōmuniter facimus arte nō natura: tñ bene verū est ꝙ qñ calor obtinuit sup nutrimentū tunc augetur ⁊ ipe etiā indiget iterū aliorū refrigerio scꝫ vel cōtinēte vel aliquo nouo nutrimento. ¶ Quarta cōclusio est: ꝙ nutrimētū ⁊ cōtinens sufficiūt plantis et aīalibus exāguibꝰ ad refrigerandū nisi estus supabūdet: qꝺ apparet: qꝛ nō inueniunt mori vel corrumpi nisi vel frigore nimio: vel estu nimio vel ex defectu nutrimenti: nisi violenter interficiant vel ꝑ senectutē moriant: nec apparent instrumēta ꝑ que sint nate refrigerari. ¶ Sed nunc vltimo dicēdum est de animalibꝰ exanguibꝰ vtrum ⁊ quomodo p̄dicta sufficiant. ¶ Circa qꝺ notādum est qꝺ etiā habea qui sint multi caloris quodāmō nō refrigerant nisi a nutrimento: vel a cōtinente. Sed tñ de illo continente attrahūt sibi ⁊ incorporāt aliā portionē per respirationē q̄ tunc refrigerat calorem cordis et pulmonis: ⁊ tūc nō est cōtinens hominis sed cōtētū: licet ante esset pars cōtinentis: plante autē et exanguia animalia nō corrūpunt sibi aliquā portionē continentis: ⁊ ideo semper refrigerans vel est nutrimentum vel est cōtinens: tñ in animalibꝰ exanguibꝰ specialiter in entomis est modꝰ refrigerij specialis vltra modū plantarum: scilicet qꝛ entoma vt apes habēt quādā diuisionē .i. partis medie a ꝑte posteriori vnde entomū grece idem est latine qꝺ insectū: ⁊ tunc in hmōi diuisione pars media in qua viget fons caloris clauditur quadā pellicula tenui ad quā aer attingens pōt refrigerare illum calorem ⁊ adhuc ad refrigerādū hmōi entoma mouet illā pelliculā agitando eā velociter ad aerē: ⁊ inde refrigerātur. Et si dubitet quomodo ꝑ huiusmodi agitatiōem possint refrigerari: cū motus sit natus calefacere Respondebat sicut prius dicebat de cuentilatione: aer enim si esset quiescens iuxta illam pelliculam calefieret ab ipso animali: ⁊ ita nō amplꝰ refrigeraret modo per illū motū repellitur ille aer et aduenit nouus: et ob hoc sic mouent vermes aut etiam multa animalia ad refrigerandū intrant terram vel dilatant se in aqua: et sic vos videtis ꝙ viuentia scḋm ꝙ sunt diuersorū graduū caloris habēt diuersos modos refrigerij ⁊ plante qꝛ sunt minimi caloris nullū modū specialē habēt sed solummodo a nutrimento et continente refrigerantur absq; motibus predictis.

Istis visis respondendum est. Ad ratiōes Ad primā licet aer sit calidus naturaliter in cōparatiōe ad terrā: et ad aquā: tamē non est calidus in comparatione ad viuentia: nisi superexcedat estus imo est minꝰ calidus ipsis viuentibus: ideo potest ea refrigerare. ¶ Ad aliā pōt dici: ꝙ forte plante non continue refrigerant a cōtinente sole absente. Alij dicunt quod plante non proprie refrigerantur a nutrimento vel a continente sed detinentur a nutrimento vel a continente ne a calore naturali supercalefiant: et hoc improprie vocatur refrigerium: ⁊ sufficit ad salutem vite. ¶ Ad rationem de nutritione dictū fuit ꝙ nutrimentum qñ primo sumitur refrigerat: sed quando perfecte obtinetur a calore tunc nō refrigerat: imo calor in eo generatur et augetur ita quod totum consumeretur nisi ab alio calor reprimeret. ¶ Ad vltimam rationem: concessum est quod nutrimentū et continens non sufficiunt sepe ad refrigeria animalium sicut sufficiunt ad refrigeria plantarum: imo exigitur renouatio continentis per aliquos motus: sicut dictum fuit: qui sunt maioris caloris indigent alio refrigerio vel alio modo refrigerandi: tamen hoc est totum a nutrimento vel cōtinēte in plantis et in exanguibus animalibus.

Questio .XI.



Queritur: vtrum viuentia naturaliter calidiora debeāt habitare ⁊ nutriri in locis calidioribus: ⁊ frigidiora in locis frigidioribꝰ. Arguit ꝙ non qꝛ medici ponunt pro regula ꝙ simile appositum simili facit ipsum furere ⁊ contrarium reducit ipsum ad statū ⁊ temperamētum: ⁊ ideo nos videmus ꝙ febricitātibꝰ nō ministrant calida: sed potius frigida: ⁊ in estate etiam vtimur cibis ⁊ potibus frigidioribus ꝙ̄ in hyeme: ⁊ ita patet ꝙ calidis non cōueniūt calida: sed potꝰ frigida. ¶ Itē exāguia sunt frigidiora sanguinem habētibꝰ: et tamē mul[ta] exanguia habitāt naturaliter in aere calido: vt apes et musce: ⁊ papiliones: ⁊ huiusmodi: ⁊ econuerso multa habentia sanguinē vt pisces habitant in aqua existente frigida. ¶ Itē: Arist. in lib. politi. dicit ꝙ homines septentrionales sunt communiter animosiores australibus: et australes communiter sunt prudētiores: sed animositas est ex multo calore: ideo ꝑ ptērit males sunt calidiores cum tamen habitatio eorum sit frigidior. ⁊ istud confirmatur autoritate Empedoclis: dicentis quod pisces ad temperandum excessum sue caliditatis fugerunt ad habitandum in aqua que naturaliter est frigida.

Oppositum arguitur autoritate aristotelis qui reprehendit Empedoclem de eo quod nunc dicebat volens quod naturalis complexio saluatur per simile: ideo quale est vnumquodq; naturaliter in tali loco est eius naturalis habitatio. Unde pisces sunt frigidiores campestribus vt equis: ⁊ bobꝰ: ⁊ talibꝰ. declarat Arist. per hoc signū: qꝺ campestria sunt multo pluris sanguinis ¶ De ista questione videtur mihi difficile dare regulas vniuersales ⁊ veras. Ad quod declarandum potestis ponere aliquas cōclusiones. ¶ Prima est quod multa habitantia in aqua sunt multis habitantibus in aere naturaliter calidiora: ꝙ̄uis tñ aer sit naturaliter calidior aqua: et cōclusio probatur: quia multi pisces qui naturaliter habitant in aqua sunt naturaliter calidiores ꝙ̄ musce et papiliones et pulices: tamen naturaliter habitant in aere et in locis calidis. Quod autem illi pisces sunt calidiores predictis probatur: per hoc quod habent sanguinem ⁊ indigent plus ad refrigerium vt branchis: ⁊ sunt magne q̄titatis: que omnia attestātur sup magnam caliditatem: imo etiam sunt longe vite: predicta autē in aere habitantia sunt exanguia: et habent sufficiens refrigerium a continente sine proprio instrumentis: et sunt parue quantitatis et breuis vite: ⁊ hec omnia attestātur super frigiditatem ¶ Secunda conclusio est: quod econtra multa habitantia in aere sunt multis habitantibus in aqua calidiora: quoniam homines et equi ⁊ plurima quadrupedia sunt piscibus et alijs animalibus calidiora: cum tamen habitent in aere: signum autem quod homines et huiusmodi quadrupedia sint alijs calidiora est: quia sunt valde multi sanguinis: et habent organa propria ad faciendum refrigerium per respirationem: et sunt magne quātitatis et animalificant in seipsis quasi habentes calorem sufficientem pro nutritione sui: et alia ab huiusmodi conditionibus deficiūt aut a pluribus earum: cum tamen he conditiones attestentur super calidum. ¶ Tertia conclusio etiam potest poni: ꝙ non est verum vniuersaliter quod calidiora animalia nutriantur naturaliter calidis nutrimentis: quia apes ⁊ musce et pulices nutriuntur naturaliter calidiori nutrimento ꝙ̄ pisces aut oues aut boues: qꝛ nutriuntur melle aut sanguine: oues autem et boues nutriuntur ab herbis: et tamen oues et boues sunt nature multum calide. Tamen attendēdum est quod si dicta questione velimus dare aliquas regulas: notādum erit quod vita et operationes vitales exercentur per calorem naturalem. Unde vnicuiq; virtuti talis calor dicitur naturalissimus secundum quem potest maxime bene exercere opera debita sue speciei. ¶ Deinde notādum est: quod quedam habent ex se calorem sufficientē simpliciter

pliciter naturalem et conuenientem. Alia autem nō habent ex se calorē sufficientem nisi ille sit fortificatus ꝛ excitatus a calore extrinseco: sicut musce et pulices: et omnia huiusmodi exanguia. que non bene possunt viuere nisi in locis calidis. Tunc possent poni cōclusiones. ¶ Prima est: ꝙ quedam secundū complexionem propriam et naturalem nō habent calorem sufficientem ad exercendum opera sua vitalia nisi ille calor fortificetur ꝛ excitetur a calore exteriori: talia non habent naturalem habitationē in locis ꝛ temporibus sue complexioni cōsimilibus imo ꝙuis sint frigida indigēt habitatione calida et nutrimento calido: et hoc est quia natura eorū ita est imperfecta quod non est sibi ipsi sufficiēs. ¶ Secunda conclusio est: quod quecunq̄ habent ex se caliditatem sufficientem sibi et suis operationibus: illa habent optimam habitationem in locis sue complexioni similibus: scilicet calida in calidis: ꝛ frigida in frigidis: et causa est: quia naturaliter simile simili conseruatur et fortificatur.

¶ Tertia conclusio est: ꝙ quecunq̄ predictorum fuerunt lapsa ad aliquam dispositionem sibi disconuenientem illa indigent locis et temporibus ꝛ nutrimētis contrariis illi dispositioni: et causa est: quia non oportet illam dispositionem saluare nec augere: imo ad statum reducere cum sit disconueniens: ideo data est illa regula: quod contraria cōtrariis curātur et quod etiam simile additū simili facit ipsum furere: hoc est auget infirmitatem: ꝛ disconuenientiam. ¶ Et verum est quod tunc est bona dubitatio: vtrum naturaliter colerico expediat regio calida magis ꝙ̄ humida: ꝛ frigida: et de hoc est magna dubitatio propter hoc quod sepe colerici existentes calidiores in membris exterioribꝰ habent cor minus calidū ꝙ̄ illi qui sunt in membris exterioribꝰ frigidiores: nā septētrionales ꝙuis exterius sint frigidiores ꝙ̄ australes: tamen ꝓpter quādā antiparistasim habēt corda calidiora: ideo sunt animosiores ꝛ audaciores: vt dicit Arist. et econuerso australes habent exteriora calidiora et corda minus calida. secundū hoc diceret quod qui sunt naturaliter exterius calidiores illi habent conuenientē habitationē in locis calidis: ꝛ ibi maxime bene conseruātur in sua complexione naturali: et qui exteriora naturaliter habent frigidiora habitant melius in regionibus frigidis. Et secūdum hec dicta rationes satis procedunt. ꝛc.

Questio.XII.



Queritur: vtrum in estate magis indigemꝰ respiratione: et spissius respiramus ꝙ̄ in hyeme. Arguitur primo quod non: qꝛ respiratio nō fit ad refrigerandū exteriora: qꝛ sepe nimio frigent acta sunt: et tamē respiramus: ideo respiratio fit solū ad refrigerādū interiora: ergo tūc indigemꝰ magis respiratione quādo interiora sunt calidiora: sed in hyeme iteriora sunt calidiora: qꝛ ꝑ antiparistasim calor a frigore circūstāte repercutit ꝛ vnit ad interiora. Vñ regula dat in medicina ꝙ ventres hyeme et vere sunt calidissimi natura ergo in hyeme debemus magis respirare: et spissius ꝙ̄ in estate. ¶ Itē argumēto antiquorū: aer cum sit naturaliter calidꝰ nō respirat ad refrigerādū: qꝛ calidū nō refrigerat: sed potius respirat ad nutriendū et saluandum calorē: ideo tunc magis debemus respirare qñ calor magis patit et diminuit ergo ad ipm confortandum ꝛ saluandum magis indigemus respirare in hyeme.

Oppositum tamen determinat Aristot. et

oēs hoc experiunt si attēdāt. ¶ Circa istā q̄stionē due sunt difficultates principaliores q̄ in rationibꝰ factis tangūtur. ¶ Una estꝰ. vtrū in nobis calor cordis debeat magis refrigerari ꝑ aerē an per aquā. ¶ Alia est de hoc quod consequenter allegat. vtrū ventres ꝛ mēbra interiora sint calidiora in hyeme ꝙ̄ in estate. ¶ De prima dubitatione dicetur ad presens: et de secūda fiet questio seorsum. ¶ Ad primam dubitationē solet respōderi: ꝙ forte aer in sua naturalissima dispositiōe est calidior ꝙ̄ requirat ad refrigerādum cor: tamē in regione inferiori scilicet iuxta spheras terre et aque: aer a naturali frigiditate terre et aque refrigeratur: et etiā propter commixtionē vaporū aqueorum cum ipso: et ita iste aer efficitur frigidior vel multo minus calidus ꝙ̄ sit cor: ꝛ ideo potest refrigerare calorem cordis. Uerum est etiam ꝙ alia est regio aeris in qua generantur nubes et pluuie et niues que adhuc est frigidior vt in pluribus ꝙ̄ sit ista regio inferior: et causa illius frigiditatis debet inquiri in primo metheo. et illa regio ꝙuis vocetur media nō est proprie media sed tanq̄ inferior: quia sphera tota plus habet de latitudine in quadruplo supra ꝙ̄ infra: et ideo ibi supra dicitur ꝙ aer est in sua naturali dispositione anteq̄ coniungatur ad spheram ignis: quia iuxta ignem est nimis excessiue calidꝰ: sicut hic infra est nimis frigidus propter terram et aquam. Sic ergo cōcederet quod ille aer in sua naturali dispositione non valeret ad refrigerandum propter nimiam caliditatem: sed aer hic inferius valet. ¶ Sed adhuc circa hoc est dubitatio: quia videtur quod aqua esset conuenientior ad refrigerandum nos et alia que sunt multi sanguinis ꝙ̄ aer quia Aristo. nobis dat istam regulā quod magis existētia calida amplióri indigent refrigeratione: modo amplior est refrigeratio per aquam ꝙ̄ per aerē: cum aqua sit frigidior: ergo calidiora cuiusmodi nos sumus ꝛ multa gressibilia deberent refrigerari per aquam. ¶ Ad hoc responderent aliqui: quod ꝙuis aqua sit frigidior et per consequēs: innata secundum se amplius refrigerare: tamen propter nostrā habitationem que est in aere natura ingenerauit quod ꝑ aerē refrigeremur. Tamen ista solutio non est sufficiens: quia pisces multi sanguinis et multi caloris habent habitationem communē in aqua: vt ballene et delphini: ꝛ multi alij: tamē non habent refrigerium cordis per aquam sed per aerem: tāq̄ refrigeratio per aerem sit amplior et potentior ꝙ̄ refrigeratio per aquam: et tanq̄ aqua non sufficiat ad refrigerandum tantum calorem. Et ideo credo quod ad refrigerādum corda calida: refrigerium per aerem est amplius ꝛ potentius ꝙ̄ refrigerium per aquam: nō quia aer sit frigidior: sed quia magis ipsi conuenit trahi ad interiora et contingi cordi vel membris sibi propinque connexis: modo possibile est quod minus frigiduz magis refrigerat de propinquo ꝙ̄ frigidius faceret de remoto. Dico ergo quod aer qꝛ est subtilis et faciliter mobilis potest faciliter attrahi sepe ad cor et repelli: et sic sepe renouari quod non posset aqua ꝓpter sui grossitiem et cum hoc aer potest immediate expandi super sanguinē pulmonis: ꝛ sic ipm cito refrigerare: ꝛ non ob hoc miscet sanguini sicut nec aer cōiūctꝰ aq̄ miscet aq̄: sed aqua si attraheret ad sanguinē misceret se sanguini: ꝛ non posset expelli sine sanguine: imo ꝓpter eius grauitatē pulmo non esset satis fortis ad eā repellēdā. Deinde circa hoc debetis exponere regulā Arist. ꝙ calidiora indigēt āpliori refrigeratiōe: nos eñi indigemꝰ āpliori refrigerio ꝙ̄ pisces: nō sic ꝙ debeamꝰ fieri frigidiores: nec a frigidiori agēte debeamꝰ refrigerari: sed sic qꝛ refrigerās dz fieri magis ꝓpinquū cordi et dz sepiꝰ renouari vt nō superbulliat calor multꝰ cordis nri ꝛ hoc cōuenit fieri ꝑ aerē sicut dictū est. ¶ Sed adhuc circa dicta ꝛ quodāmō circa dubitationē aliā de qua q̄retur post: oritur dubitatio (pono ad p̄sens siue sit verū siue falsum ꝙ ventres cor pulmo ꝛ hepar sunt calidiora ī hyeme ꝙ̄ in estate) vtrū hoc nō obstāte idigeamꝰ in estate maiori respiratione. ¶ Ad quod ego dico ꝙ sic: ꝛ tota causa est: qꝛ aer ī estate est valde calidior ꝙ̄ ī hyeme: ꝛ ī hyeme est valde frigidior: ꝛ iō in estate multꝰ aer parū refrigerat: iō ꝙuis calor cordis sit maior in hyeme: tñ ꝑ paucū aerē refrigerat: ideo ergo ī estate indigemꝰ frequētiori respiratiōe. Sed si aer esset eiusdez gradꝰ caliditatis tūc magis indigeremꝰ respiratiōe qñ calor cordis esset maior: vel etiam pulmonis.

Secundū hoc responsum est ad rationes.

¶ Ad primaz dictū est ꝙ licet calor esset maior in hyeme in membris interioribus: tamē sufficeret minor respiratio: propter maiorē aeris frigiditatē. De secūda rōne dictum est: ꝙ aer hic inferiꝰ est satis frigidꝰ ad refrigerandum. ꝛc.

Questio.XIII.



Queritur vtrū membra principaliora interiora: vt cor pulmo hepar: et stomachus: sint in estate calidiora quam in hyeme: an contra. Et non curo ad presens vtrum dicta membra debeant vocari principalia an non: sed tamen de ipsis fit hic questio. Arguitur quod sunt cali

diora in estate: primo quia respiratione indigemus ad refrigeriũ illorũ mẽbrorũ: ideo tunc illa sunt calidiora: quando indigem⁹ respiratione: sed hoc est in estate vt dicit Aristote. ¶ Secũdo arguit quia in estate calor exterior calori interiori apponit: et in hyeme frig⁹: modo calor magis augetur ad appositionẽ caloris q̃ȝ ad appositionẽ frigoris: igitur. ¶ Tertio arguitur quia in hyeme multa animalia cessant a suis operationib⁹: nõ solum mẽbrorũ exteriorum sed etiam interiorum: et manent in cauernis suis tanq̃ȝ mortua propter defectũ caloris interius et exterius: et in estate resurgunt: ergo manifestũ est q frigus hyemis reddit aialia frigidiora: et exteri⁹ et interi⁹: et calor estatis confortat et auget calorem tam interi⁹ q̃ȝ exterius. ¶ Quarto arguitur per hoc qđ aues et multa animalia nõ habẽt in hyeme calorem interiorẽ sufficientem ad animalificandũ: ideo nõ animalificant: donec calore estatis fortificat in eis calor: et glires per hyemẽ non recipiunt nutrimentum: et in estate possunt multũ nutrimentum digerere: quod nõ esset nisi calor naturalis interior esset multo fortior in estate. ¶ Item, fortitudo caloris est causa vigilie: scȝ quãdo est ita fortis q põt se ad exteriora expãdere et remanere sufficiẽs circa interiora: debilitas aũt caloris que non est sufficiens ad exteriora et interiora est causa somni: ideo tunc est calor naturalis debilior quando fiunt somni lõgiores et fortiores: sed hoc est in hyeme: igitur. ¶ Sexto arguit quia in estate ad reprimẽdũ calorẽ: nõ soluȝ in mẽbris exterioribus: sed etiã in p̄dictis mẽbris interiorib⁹: nos in regimine sanitatis vtimur cibis et potib⁹ frigidiorib⁹: et in hyeme vtimur calidioribus: ergo dicta mẽbra sunt in estate calidiora. ¶ Itẽ septimo arguit quia in estate generat in nobis plus de colera calida et sicca: et in hyeme pl⁹ generat de flegmate frigido et humido: et huiusmodi generatio est per actionẽ illorum mẽbrorũ interiorũ quorũ est in nobis generare humores ex nutrimẽto: ergo illa mẽbra sunt in estate calidiora: et sicciora: et in hyeme sunt magis frigida et humida. ¶ Itẽ. in hyeme contingũt communiter egritudines frigide: et in estate egritudines calide et colerice: nõ solũ in membris exteriorib⁹: imo egritudines vniuersales: modo hoc non esset nisi in estate calor et colera magis supabũdarẽt et interi⁹ et exterius. ¶ Itẽ. in estate magis resoluunt corpora et fiũt magis macra q̃ȝ in hyeme: non solũ in mẽbris exterioribus sed in interiorib⁹: et tamen talis maior resolutio non potest esse nisi propter ampliorẽ calorẽ. ¶ Itẽ. pulsus est a corde et a calore cordis: ideo quãdo est maior caliditas circa cor tunc debet esse pulsus velocior: et quãdo est minor caliditas debent esse rariores et tardiores: ergo videtur quod illa membra sunt in estate calidiora.

Oppositum tamen arguitur per aphorismum hypocratis in quo dicit q ventres hyeme et vere sunt calidissimi natura. ¶ Secundo arguit quia simile debet dici de regionib⁹ et de tẽporib⁹: sed in regionib⁹ frigidis vt in septẽtrionalib⁹ corda sunt calidiora: ideo sicut dicit Arist. in politicis: homines septentrionales sunt alijs animosiores: ergo siliter in tẽporib⁹ frigidis debent esse corda calidiora. ¶ Tertio arguitur in hyeme sumũtur et digerunt cibi et potus plures et grossiores et difficiliores ad digerẽdũ: qđ non põt esse nisi quia in hyeme viget magis digestio: et non magis viget nisi quoniã calor naturalis est fortior. ¶ Item. in hyeme corpora et oĩa mẽbra magis pinguescunt q̃ȝ in estate: qđ nõ videt esse nisi quia tũc est amplior nutritio et digestio: et per consequens calor naturalis est fortior. ¶ Item, virtus vnita fortior est seipsa dispersa: sed calor naturalis et spiritus vniuntur in membris interioribus in hyeme repulsi p antiparistasim a frigido circũstãte: ergo in hyeme calor naturalis est fortior circa membra interiora. ¶ Itẽ. in spiritibus et humorib⁹ stat calor naturalis: sed in hyeme spiritus manẽt interi⁹ cõgregati et minus diffundunt exteri⁹ repulsi a frigido cõtrario: et min⁹ exhalant ꝑpter clausionẽ pororum: in estate aũt applaudẽtes suo simili cito diffundũt se ad exteriora: et cito exhalãt: ergo in estate minus remanẽt spũs circa interiora: et per cõsequens minor est ibi calor naturalis. ¶ Ultimo arguit quia in ꝓfundis terre adiuuat et fortificatur calor in hyeme ꝑpter frig⁹ circũstãs: igitur similiter hoc dȝ fieri in animali. ¶ Ista q̃stio est valde difficilis: et apud medicos: et apud naturales. ¶ Sed notãdũ est q aliqua p antiparistasim calefiũt interius a frigido exteriori circũstante vt apparet de ꝓfundis terre: sed tũc oportet q illud frigus sit solũ circũdãs: ita q nõ penetrans alteratiuuȝ: modo ergo cõsiderandũ est q q̃dã sunt animalia parua et pauci caloris: quorũ corpora frigiditas hyemis penetrat: ita qđ in aliquibus calor ita debilitatur qđ iacent hyeme quasi mortua: nõ mota: neqȝ cibũ sumẽtia: et de huiusmodi aĩalib⁹ nõ querit q̃stio: quia indubitãter calor in illis est in hyeme debilis: et interius et exterius: et in estate est multo fortior. alia autem sunt multa animalia que etiaȝ predicto modo a frigore hyemis extinguerentur et morerent nisi in cauernis absconderent se: vel in habitaculis suis congregarent: sicut apes: et multa alia: imo etiã nos homines sustinere non possem⁹ frigora hyemis sine igne aut sine vestib⁹ et habitaculis: imo a frigore penetraremur. Unde verisimile est q in talib⁹ calor naturalis nõ solũ exteri⁹ sed et interi⁹ debilitatur in hyeme: et in nobis notabiliter debilitaret vel corrũperetur nisi remedia apponeremus. Sed modo q̃stio facta intelligatur de nobis sic habẽtib⁹: sicut bono regimine consueuim⁹ nos habere. ¶ Et tũc ad q̃stionẽ multi distinguũt in nobis multiplicitatẽ caloris. vnũ calorẽ naturalem et innatũ: alium calorem aduenticiũ et extraneũ. Sed tũc est maxima difficultas quomodo illi calores distiguunt. ¶ Ideo nũc restat videre quomodo illi calores debeãt distingui. de quo sciendũ est: qđ aliq̃ dicũt calorẽ naturalẽ et calorẽ innaturalẽ nõ distingui scđm speciẽ: neqȝ secundũ subiectũ: sed secundũ gradũ intensiorẽ vel remissiorẽ: tunc enĩ calor in aliquo corpore vel in aliquo mẽbro vocat naturalis: quãdo est in gradu cõuenientẽ ad operationes illi⁹ corporis vel mẽbri exercẽdas. Uocatur autem innaturalis si sit intensior aut remissior: et ideo dicunt isti: alterius gradus esse calorem naturalem in cãpestrib⁹ et in piscibus: qui enĩ esset naturalis cãpestribus ille esset innaturalis et excessiuus piscibus: et ita etiã ille gradus q̃ esset cordi naturalis esset cerebro ĩnaturalis in eodẽ animali: et ideo multũ refert querere vtrũ in hyeme sit calor intẽsior in nobis: et querere vtrũ sit naturalior. et scđm istaȝ distinctionẽ responderet ad q̃stionẽ ꝓpositã in duabus cõclusionib⁹. ¶ Prima cõclusio esset qđ in estate calor est fortior et intensior nõ solũ exteri⁹ sed interi⁹: et nõ solũ in aĩalibus debilibus sed etiã in nobis: et hoc insolubiliter probant multe rationes pri⁹ facte. ¶ Secũda cõclusio esset quod in hyeme est calor in nobis naturalior circa membra interiora q̃ȝ in estate: quia in estate ꝑpter calorẽ cõtinẽtis calor interior intendit vltra gradũ naturalẽ: et sic quodãmodo fit innaturalis q̃ntũ maneat infra latitudinẽ sanitatis: in hyeme aũt calor interior nõ extẽdit vltra gradũ naturalẽ: magis enĩ a frigiditate cõtinẽtis diminueret: sed tamẽ nõ diminuit a frigore cõtinẽtis: quia illud frig⁹ nõ est penetrãs ad interiora ꝑpter remedia q̃ cõtra frig⁹ apponimus: vt propter habitacula et vestes et ignes: q̃b⁹ in bono regimine vtimur in hyeme. ¶ Et debetis scire quod istaȝ expositionẽ membrorũ distinctionis non reprobo: quia noĩa significãt ad placitũ. Sed tñ sequit ad istã expositionẽ q in aĩalib⁹ superflue lapsis ad frigiditatem ꝑpter tp̄s vel egritudinẽ null⁹ maneret calor naturalis: quia null⁹ esset calor in gradu cõuenientẽ: et in superflue calefactis null⁹ etiã esset calor naturalis: nisi diceret qđ calor naturalis eẽt p̄s caloris innaturalis. Et tamẽ cõiter dicũt naturales q tãdiu durat vita q̃ȝdiu stat in corpore aliq̃s calor naturalis: ideo vr̃ q naturales cõiter vtuntur illis noĩb⁹ aliter q̃ iacebat p̄dicta opinio. ¶ Illi aũt ꝓbabiliter vocãt calorẽ naturalẽ in generatiõe viuẽtiũ qđ ꝓuenit ab ipsis naturalib⁹ generantib⁹: et post cõpletã generationem: vt modo in te vel in me ipsi vocãt calorẽ naturaleȝ qui ꝓuenit in spiritibus et in membris ab anima mediantibus suis organis in q̃b⁹ p̄ris radicat vt corde: pulmone: hepate: et proportionabilib⁹ his. Calorẽ autẽ vocãt accidẽtalem et aduẽticiũ q̃ ꝓuenit ab extrinseco vt a tp̄e: vel loco: vel qualitate cibi aut pot⁹: et ita vocãdo dictos calores questio mota soluitur. ¶ Et est prima conclusio qđ in hyeme plus est de calore naturali in nobis circa interiora q̃ȝ in estate quia calor generat⁹ ab aĩa et corde qui vocat naturalis nimis diffunditur ad interiora ꝑpter cõtrariũ repellẽs: et ita magis reflectit et cõgregat circa mẽbra interiora: vt circa cor: pulmonẽ: et hepar: et huiusmodi: ille etiã calor naturalis min⁹ exhalat in hyeme: quia pori sunt magis clausi in hyeme. in estate vero calor ille naturalis cito et faciliter diffunditur ad exteriora applaudens suo simili: scȝ calori exteriori: et cito atqȝ multum

tum exhalat̄ ꝓpter apertionē pororum. ¶ Alia cōclusio est. ꝙ in estate plus est in nobis de calore accidētali: scꝫ aduenientea a tēpore: ⁊ ob hoc magis eueniunt egritudines calide: ob hoc etiā magis indigemus vti frigidis ⁊ potibus ⁊ cibis. ¶ Tertia cōclusio est ꝙ nō solū circa exteriora sed etiā circa membra interiora est simpliciter loquendo plus de calore in estate ꝙ̄ in hyeme: cōputando calorē naturalē ⁊ calorē aduētitiū: ⁊ ob hoc pulsus sunt velociores in estate; velocitat̄ eñ pulsus nō solū ꝓpter calorē naturalē: sed etiā propter calorē aduētitiū: vnde est ꝙ fit valde velox in febribus. ¶ Sꝫ oꝛit̄ dubitatio. vtrū illi calores cōgregent̄ simul in eodē subiecto ⁊ vtrū sunt inter se eiusdem speciei. ¶ Ad primū breuiter respondeo: qꝺ possunt cōgregari in eodē subiecto; idem enim mēbrū siue sit cor siue hepar aut manus aut pes pōt calefieri simul: ⁊ a calore vitali qui ē ab anima: ⁊ a calore accidētali qui est a cōtinente. ¶ Sed alia dubitatio est difficilior videlicet. vtrum illi calores sint eiusdē speciei. Tamen ad istā dubitationē respondeo ad presens sub disiunctione: cuius disiunctionis vna pars est: ꝙ illi calores sunt diuersarū specierum ⁊ diuersarū naturarum. calor enim naturalis q̄ ab anima ⁊ corde prouenit in spiritibus ⁊ a spiritibus in mēbris generat sibi simile: scꝫ generat fetum: ⁊ format: ⁊ figurat. postea etiā calor ꝓueniens ab anima fetus generati nunc digerit cibum ⁊ conuertit in substantiā viuētis: resoluit etiā supflua: ⁊ eijcit: cōseruat vtilia: ⁊ ordinat. vnde efficit ⁊ conseruat in vnoquoqꝫ mēbro proportionē humorū debitā illi mēbro. Calor vero aduētitius ⁊ extraneus solū calefacit ⁊ resoluit tam vtilia ꝙ̄ superflua: ⁊ desiccat ⁊ nō figurat mēbra; neqꝫ ordinat humores nisi pro quāto sibi admixtus est vel cōiunctus calor naturalis: ita ꝙ omnino ⁊ penitus calor ille extraneus parum aut nihil operat̄ ad digestionē: vel nutritionē: vl̄ etiā ad alia opera vitalia: nisi per modū remouentis prohibens. Dico tali modo qꝛ frigiditas circūstās debilitaret vel īpediret calorem naturalem: ⁊ de facto debilitat ⁊ corrūpit in multum paruis animalibus: sicut ante dictū fuit: ⁊ ita frigiditas aufertur ⁊ repellit̄ ꝑ illū calorē extraneū superuenientē: tūc anima nō impedita pōt ꝑ sua organa agere calorē naturalē sibi debitū: ⁊ ꝑ illū potest exercere sua opera: imo credendū est vlterius ꝙ in hoīe ⁊ in equo sit calor naturalis alterius ⁊ alterius speciei: ideo aliter figurat mēbra ⁊ ꝓportionat humores: ⁊ prouenit ab agente alterius speciei: qꝛ iste ab aīa hoīs: ⁊ ille ab anima equi: iō etiā ab hoc calore exercent̄ operationes valde diuerse. Et de ista disiunctione videatis cōmētatorem in septimo metaphysice ⁊ in duodecimo: vbi loquit̄ de generatis ex putrefactione: assimilādo calores celestes seminalibus ab aīa ꝓuenientibus. ¶ Scōa pars disiunctiue est ꝙ si aliqs nō concedat diuersas species caloris scōm formā q̄ est calor: tamē oportet cōcedere iuxta illū modū quē ponit cōmētator in secundo celi ⁊ mundi de virtutibus corporū celestiū: ⁊ de lumine: ꝙ̄uis enim poneremus omne lumē omni lumini esse eiusdē speciei: tñ stelle sunt valde diuersarū operationū: ⁊ sūt aliq̄ desiccatiue: aliq̄ calide: aliq̄ frigide: aliq̄ beniuole: alique maliuole: scōm ꝙ astrologi determinant: iō si earum lumina sint eiusdem speciei: oportet ꝙ cū illis luminibꝰ alie virtutes diuersarum specierū influant̄: ꝑ quas agāt tales diuersitates operationū: ⁊ nō est credēdū vt dicit qꝺ huiusmodi virtutes cū refractiōe luminū refrangant̄: ⁊ cū remotione luminū remoueant̄: ita ergo in proposito si sit oīs calor cū calore eiusdem speciei: tñ aīa in spiritibus ⁊ in mēbris influit cū calore aīe virtutes formatiuas ⁊ nutritiuas: ꝑ quas exercentur huiusmodi diuerse operationes ⁊ ille virtutes: spiritibus ⁊ calore spirituum diffundunt̄ ꝑ corpus: ⁊ cū eaꝝ exhalatione exhalantur: ⁊ cum dilatatione vel reuersione dilatantur ⁊ reuertuntur.

Et secūdum ista dicta facile est soluere rationes: quia prime manifeste procedunt ad probandū ꝙ in estate est in interioribꝰ nostris plus de calore aduētitio: imo etiā simpliciter plus de calore: tamē nō probant ꝙ ibi sit plꝰ de calore naturali: imo rationes que fiebant ad oppositum probant sufficienter: quod in hyeme in interioribus nostris: plus est de calore naturali quā in estate dum tamen obseruemus nos a penetratione frigoris: ideo fiunt fortiores digestiones.

Questio.XIIII.



Queritur vtrum descriptio generationis quā ponit hic Aristo. sit bona in qua dicitur: generatio est prima participatio anime nutritiue i calido. Arguit̄ ꝙ nō sit bōa diffinitio generatiōis: qꝛ nō cōuenit omni generationi vt gñationi lapidū vel metallorū: vel aeris aut aque: et tamē bona diffinitio debet cōuenire oī cōtento sub diffinito ⁊ ista ratio cōcludit veritatē: qꝛ Arist. nō intendit hic simpliciter diffinire istū terminū generatio: imo istū totalem terminum generatio viuētis. Sed tūc etiā arguit̄ qꝺ nō bene describatur generatio viuētis: qꝛ nutritio ⁊ augmētatio viuentis est cū aliqua generatiōe vite: nutrimētū enim mutat̄ substantialiter ⁊ mutatio substātialis est gñatio vnius ⁊ corruptio alterius: ⁊ tñ huiusmodi nutritiōi nō cōuenit hec descriptio: qꝛ si modo nutriaris nō ꝓpter hoc primo participes vitam: ⁊ sic ista descriptio nō cōuenit omni gñationi viuētis: ergo nō est bōa descriptio gñatiōis viuētis. ¶ Itē. qñ aīal primo participat vitā tūc iā viuit: ideo genitū est: ⁊ ꝑ cōsequēs tūc nō generat̄: qꝛ qꝺ generat̄ nōdū genitū est: iuxta dictum Aristo. prio perihermenias: qꝺ fit nō est: ergo generatio viuētis nō est prima participatio anime. ¶ Itē. querit̄ q̄ res est prima participatio anime vel etiā que res ē participatio aīe qꝛ vel est ipsa aīa: vel est corpus subiectū: vel est cōpositū ex corpore ⁊ aīa: vel est aliquod accidens: si participatio aīe sit anima tūc est idē dicere prima participatio aīe ⁊ prima aīa: modo nihil est dicere prima aīa: qꝛ oportet assignare que eēt scōa: ⁊ tertia: ⁊ eodē modo dicā si participatio aīe sit corpus vel ipsum cōpositū: qꝛ in ꝓposito nihil esset dicere primū corpus aut primū cōpositū: qꝛ oporteret assignare secūdū corpꝰ ⁊ secūdū cōpositū. Si vero participatio aīe dicat̄ esse aliqꝺ accidens: tūc nō est verum ꝙ gñatio viuētis sit participatio aīe: qm̄ motus vel mutatio debēt esse de genere: siue de essentia termini ad quē: vt vult cōmētator tertio physicorū: ideo generatio substantie nō est accidēs. ¶ Itē. ꝑ hoc ꝙ dico primū: vel designat̄ primū instās indiuisibile in quo res est: vel primū tēpus: sed nō primū instans indiuisibile: qꝛ suppono qꝺ nō sit dare talia indiuisibilia in tpe: nec designat̄ primū tēpus: qꝛ nō est dare primā partē in tpe vel in aliquo ꝯtinuo ꝓpter diuisionē in infinitū: vt apparet. vi. physi. ergo videt̄ qꝺ hec descriptio nō valeat.

Oppositum vult Aristo. qui ponit eā. Suppono sicut dixi ꝙ ibi nō describit̄ iste terminus generatio simpliciter sumptꝰ: sed cū ista additiōe viuētis. Et tūc videt̄ mihi ꝙ circa istā q̄stionē sunt plures dubitatiōes. ¶ Pria dubitatio pōt esse. vtrū gñatio viuētis sit tꝑalis an instātanea. ¶ Scōa dubitatio est. ꝓ qua re supponit iste terminus generatio viuētis: siue istātanea siue sit tꝑalis: ⁊ q̄d etiā cōnotat. Et ita etiā pōt dubitari de isto termino pria participatio aīe. ¶ Alia dubitatio pōt esse. vtrū in oī nutritiōe: scꝫ qñ cōuertit̄ nutrimētū ī substātiā nutriti sit gñatio viuētis. ¶ Quarta dubitatio posset eē d̄ potētia dei absoluta: qꝛ deꝰ posset facere animā in frigido: vtrū tūc eēt gñatio viuētis: ⁊ manifestū est ꝙ sic: qꝛ omne corpꝰ aīatū viuit: ⁊ tñ illi generatiōi nō conueniret ista descriptio: qꝛ nō esset participatio aīe in calido. ¶ Sꝫ statim ad istā dubitationē rñdet̄ ꝙ Aristo. nō intēdit hic diffinire gñationē viuētis nisi secundum modū cōis cursus nature: ita ꝙ sit gñatio viuētis naturalis nō miraculosa: de qua tu arguis. ¶ Vltima dubitatio posset eē quō describeret̄ mors q̄ opponit̄ gñationi viuētis. Et statim etiam rñdeo ad hoc: ꝙ describit̄ ꝓportionabiliter gñationi: scꝫ qꝺ mors est vltia participatio aīe nutritiue in calido. Restat ergo respōdere ad tres priores dubitationes. ¶ Ad primam credo quod hec indefinita est vera: generatio viuentis est instātanea: qꝛ vera est ꝓ gñatiōe hoīs: aīa eñ humana est indiuisibilis: ideo nō pōt diuisibiliter generari: modo scōm gñationē aīe humane dicit̄ hō generari. Sed de aīa equi vel asini: ⁊ de gñatione equi vel asini: pōt dici ꝙ gñatio equi vl̄ asini nō est diuisibilis ⁊ tēporalis rōne graduū forme scꝺꝫ quā est generatio: qꝛ suppono qꝺ nulla anima sit forma gradualis: videlicet que possit inesse eidē subiecto ⁊ scōm eandem partem illius subiecti scōm maius ⁊ minus siue modo remissius: modo intensius: tñ certum est ꝙ aīa equi vel asini est diuisibilis quātitatiue scōm diuisionem quātitatiuā sui subiec

cti: qꝛ est extensa extensione materie sibi subiecte. Et ideo videtur esse dicendū ꝙ generatio equi vel asini est tēporalis: qꝛ intentio Aristo. videt̄ esse: qꝺ nō generat̄ asinus totus simul: imo primo generat̄ cor: cōsequēter autē ⁊ successiue alia mēbra. ¶ Sed tunc iterū oriunt̄ alie dubitatiōes: qꝛ cor asini genitū est ante generationē alioꝝ mēbroꝝ: ita ꝙ cor ptici pat vitā: vtrū illud genitū participās vitā est asinus: ⁊ videt̄ ꝙ sic: qꝛ habet animā ⁊ nō est dicere cuius sit speciei nisi aīa asinina: ⁊ aīa asinina dat esse asinū: sicut albedo dat esse albū. Sꝫ ex alia parte videt̄ ꝙ nō sit asini: qꝛ nō est dare asinū sine capite ⁊ pedib᷒. ¶ Alia dubitatio est: qꝛ nō aliter videt̄ generari homo tpaliter ⁊ diuisibiliter ꝙ̄ asin᷒: qꝛ sicut de asino dicebat̄: ita dicendū est de hoīe: qꝛ cor primo format̄: ⁊ cōsequēter alia mēbra. ¶ Ad primā istarū dubitationū pōt cōcedi: ꝙ si cor sit formatū: ⁊ viuens ante formationē alioꝝ mēbroꝝ: tunc poterit cōcedi ꝙ cor simpliciter loquendo nō est aīal: nec est asinus: sed scḋꝫ qd cōditionaliter ꝙ illud cor est aīal imperfectū: est asinus impfect᷒: ⁊ poterit cōcedi de eadē specie cū animali pfecto: vel cū asino pfecto. ¶ Sed tūc ad istā dubitationē que erat de hoīe: videt̄ mihi ꝙ erit cōcedēdū ꝙ si cor sit genitū ⁊ aīatū ante generationē alioꝝ mēbrorū: tūc illud cor diceret̄ pfecte homo ꝙ̄tū est ex parte aīe: sed nō diceret̄ perfecte homo ꝙ̄tuꝫ est ex pte corpis: ⁊ ideo forte qꝛ ab aīa est principalis denoīatio: posset cōcedi absolute ꝙ hoc est homo: ꝙ̄uis nō sit homo pfect᷒: ꝓpter defectū mēbrorū: ⁊ sic posset cōcedi ꝙ ex parte corpis gñatio hoīs est tpalis: sed nō est tpalis ex pte aīe nisi scḋm qd: qꝛ postꝙ̄ gñata est aīa in corde: nō est verū dicere ꝙ aliqd de aīa generet̄: vl̄ ꝙ aliqd de ea fiat: sꝫ secūdū qd. i. cū quadā additiōe est verū dicere ꝙ fiat: qꝛ ipsa fit ī capite: ipsa fit ī pede successiue; sicut aliqs fit albus. ⁊ tñ nō fit: aliqs fit pater: ⁊ tñ nō fit: ita aliqs fit alicubi vbi ante nō erat. ita videt̄ loqui Aristo. de fieri simpliciter ⁊ de fieri scḋm qd: igit̄ sit dictū de ista prīa dubitatione. ¶ Tūc venio ad secūdā dubitationē: ꝓ qua re supponit iste terminus generatio viuētis: ⁊ videt̄ mihi scḋm Arist. ꝙ supponit pro ipsa aīa: credo enim ꝙ motus nō supponit pro mobili: sed ꝓ forma ꝙ̄ ipsi mobili acquirit̄: ideo dicit Aristo. qꝺ motus est actus ipsius mobilis: ⁊ cōmētator ponit ꝙ motus est acquisitio: siue generatio partis post partē illius pfectiōis ad quā tendit motus: ⁊ ꝙ motus est de essentia termini ad quē: nō differens ab eo nisi scḋm maius ⁊ minus: modo sicut motus est actus mobilis: ita generatio secūdū Aristo. est actus generabilis secūdū ꝙ generabile: capiendo generabile ꝓ subiecto: tamē qꝛ noīa significant ad placitum: si aliqs poneret ꝙ iste termin᷒ generatio supponit ꝓ subiecto vel pro cōposito nō posset demonstrari cōtra ipsum; qꝛ etiaꝫ sepe inuenimus in phīa ꝙ ipsa formā generat̄ in materia: et ꝙ materia est ingenerabilis: ⁊ postea inuenimus a cōmētatore in primo physicoꝝ: ꝙ materia prima est ꝙ̄ in rei veritate gñat̄: ⁊ postea in septimo metaphysice inuenim᷒ ꝙ nec materia nec forma generat̄: sed totū cōpositū. sed cōstat ꝙ isti sūt sermones dicti secundū equiuocationē huius termini generari: ⁊ ita esset in ꝓposito si vnus dicit ꝙ iste term[illegible]ꝰ generatio supponit ꝓ forma: alius ꝙ pro subiecto: ⁊ tertius ꝙ ꝓ cōposito: isti loquunt̄ scḋm equocationē huius termini gñatio: modo igit̄ nos loqmur ac si supponat ꝓ forma. ¶ Et tūc erit primo videndū de generatiōe instātanea. ⁊ postea de generatione tpali. ¶ Nunc est videndū tam de gñatione tpali ꝙ̄ instātanea: posito ꝙ hoc nomē gñatio supponat ꝓ forma. vtrū generatio debeat dici participatio forme in materia: siue in suo subiecto. ¶ De quo notādū est ꝙ hoc nomē participatio si sumat̄ ꝓprie cōponit̄ ex parte: ⁊ capio; vnde participare est quasi partē rei habere: vel habere rem mō partiali aut diminuto. ex quo iā sequit̄ ꝙ generatio hominis nō pōt dici participatio: saltē ex parte forme: qꝛ impossibile est partem forme esse in subiecto cū forma humana nō sit partibilis supposito tamē ꝙ in hoīe sit vna sola forma substātialis que est anima intellectiua: sed si ponerent̄ in hoīe aīe nutritiua ⁊ sensitiua distincte ab anima intellectiua tunc in ꝓposito eēt dicendū de anima nutritiua in hoīe sicut diceret̄ de aīa nutritiua in asino: ⁊ ideo si descriptio Aristo. debeat conuenire generatiōi hoīs: necesse est dicere altero duorū modoꝝ. Uno modo ꝙ ex parte corpis solū intelligat̄ esse participatio: pꝛ participatio dicit̄ a parte: videlꝫ isto mō: qꝛ in gñatiōe, hoīs anima existēs vna ⁊ eadē ⁊ indiuisibilis fit primo ī vna parte corporis scꝫ in corde: ⁊ cōsequēter fit in aliis partibus: sꝫ m

ꝙ alia mēbra posterius formant̄: ⁊ sic gñatio hoīs est participatio anime humane in calido: in corpore exigēte calorē: scꝫ ita ꝙ ipsa successiue fit in partibus illius corporis. ¶ Postea de generatione formarū diuisibiliū. potest dici ꝙ gñatio asini est participatio anime in corpore calido: tā ex parte aīe: ꝙ̄ ex parte corporis: qꝛ est successiua acqsitio partium anime in partibus corporis donec corpus totū ⁊ mēbra sint figurata figura debitali speciei. ¶ Sed tu queres. quare dicit̄ prima participatio: Ad hoc pōt responderi ꝙ nō solū in formatiōe corporis ⁊ membroꝝ acquirūtur partes anime ⁊ partes corporis successiue: imo etiā post formationē membroꝝ in nutritione ⁊ augmentatione: qꝛ nutrimentū cōuertit̄ in substātiā nutriti: ⁊ ideo in nutritione asini oportet ꝙ in materia nutriti generetur anima asini: nō tota sed aliqua pars: quoniam partes forme que preexistebant nō trāseunt in illā nouā materiā: eo qꝺ forme educte de potentia materie nō transeunt de vna materia in aliā: tamē in nutritiōe hoīs aīa ꝙ̄ ꝓexistebat: existens eadē indiuisibiliter: fit de nouo in materia nutriti: qꝛ ante nō erat in illa preexistente: nec propter hoc desinit esse in materia preexistente: qꝛ tenemus scḋm fidē ꝙ ipsa est tota in toto corpore humano: ⁊ tota in qualibet parte corporis humani: modo ergo ad differentiā illius participationis seu partibilis acquisitionis que est in nutritiōe vel augmentatione post completā formationē mēbroꝝ dicimus qꝺ generatio est prima participatio anime in corpore: nō est accipiēdū primū ꝓ vno instāti īdiuisibili: imo ꝓ illo totali tpe in quo format̄ corp᷒ viuētis: vsqꝫ ad cōpletā formationē mēbrorū: sic enim vtitur Aristo. nomine generatiōis in ipsis viuentibus: illud enim tempus est primū in ordine ad tempus sequens nutritionis ⁊ augmentationis: modo hoc nomē generatio nō sumitur ꝓ nutritione vel augmentatione: sed solum pro formatione mēbrorū: ⁊ successiua generatione anime in illis membris apud eorū formationē. Uerū est tñ ꝙ multi dicunt alio modo ponentes generationes animaliū instātaneas: tali modo qꝺ est dare aliquod totum tempus īmediate sequens in quo nihil adhuc erat de anima huius asini: et erit aliud tempus īmediate sequens: in quo tota erit anima istius asini; vel secundū se totū: vel secundū aliquā partem eius: tunc in instanti medio illorū tēporū erat generatio asini: ⁊ tam in toto tempore sequēte illud: erat asinus generat᷒ nec debebat ampli᷒ dici gñatio asini: sed asini gñati augmētatio vel nutritio: ⁊ sic Aristo. cū dicebat prima participatio per hoc nomē intendebat instās qꝺ est primum tpis in quo asinus habet esse. tamen ego credo quod ista opinio fundatur super falsam radicem: qꝛ imaginat̄ qꝺ sit dare inter duo tempora inuicem cōtinua instans indiuisibile qꝺ sit aliqua res vel mēsura: in quo sola existit gñatio: ⁊ ego credo ꝙ non sint talia indiuisibilia in cōtinuis: scilicet neqꝫ puncta: neqꝫ instantia: in lineis: ⁊ in temporibus: et de hoc debet fieri inquisitio in libro physicorum. ¶ Sed tunc est forte dubitatio quando est creatio anime: quia non est in tempore diuisibili: cum ipsa sit indiuisibilis: nec in instanti indiuisibili: quia nullum est tale: ergo nunꝙ̄ anima creatur. ¶ Respondeo ꝙ animam creari nihil aliud est ꝙ̄ animā primo esse: ita ꝙ non erat ante: ⁊ hoc est in aliquo tempore tñ hoc nō est in aliquo toto tpe: verbi gratia ponamus ꝓ casum ꝙ anima habet esse scilicet ista tota die ⁊ nō erat ante: tunc certum est ꝙ aīa habet primo esse in ista die: qꝛ non fuit ante; sed non habet primo esse in tota die: quia dies diuidit̄ in duas medietates cōstat quod anima non fuit primo in secūda medietate: qꝛ fuit ante: scꝫ in prīa medietate: sed in prima medietate fuit prīo: quia non ante fuit; non tamen fuit primo in illa tota medietate: propter diuisionem illius medietatis sicut arguebatur de die: ⁊ sic in infinitum procedendo; ⁊ ideo anima prīo fuit in aliquo tpe: imo in infinitis tēporibus aīa primo fuit: ⁊ tamen in nullo toto fuit primo: ideo etiam in tempore imo in infinitis temporibus aīa creabat̄: sed tñ in nullo toto tēpore creabat̄: et hoc debemus vocare creationem instantaneam: scilicet prout hoc nomē instās est nomen priuatiuum: cuius negatio priuatiua nō est simpliciter negatio temporis diuisibilis: sed est negatio tpis discreti per hoc nomen totum: ita quod illud dicit̄ fieri in instāti qꝺ fit bene in tempore diuisibili: sꝫ nō fit in aliquo tpe toto. de hoc dicetur amplius alibi: verū est quod de forma indiuisibili ⁊ de generatione indiuisibili possetis exponere hoc nomen participatio improprie pro existentia: ita quod talis generatio esset prima existentia anime

tia anime in corpore. sic igitur patet quomodo illa descriptio Aristo. sit bona: ⁊ quomodo debeat intelligi. Et tūc possunt solui rationes ex dictis.

Ad rationes. Ad primā concedendū est ꝙ

hec descriptio nō cōuenit oī generatiōi viuentis. ¶ Ad aliā cōcedit̃ ꝙ in nutritiōe est aliqua generatio: sȝ nō vocat̃ simpliciter nisi q̄ est apud formationē corporis ⁊ mēbroꝝ: lȝ posset vocari gñatio secūdū qd: q: gñatio solū secundū aliquas partes insensibiles: ⁊ q: etiā ꝑ hoc nō mutat̃ respōsio ad questionē querentē simpl'r quid est hoc: qđ tū debet fieri in generatione simpl'r: vt debet videri primo de generatione. ¶ Ad aliā. concedo de generatiōe tēporali ꝙ nō est idē generatio ⁊ generatū esse: nisi partialiter: generatio eñ se habet sicut ps ⁊ generatū sicut totū: ⁊ ideo q̄diu est gñatio asini adhuc nō est asinus totus. i. asinus pfectus: q̄uis sit asinus partialis siue imperfectus. ¶ Ad aliā. q̄ q̄rit q̄ res est participatio anime. dico ꝙ nō est res distincta ab anima: tū noīa aliud cōnotant: q: lȝ hoc nomē participatio aīe supponat ꝓ aīa: tū connotat partialem eius existētiā: ita ꝙ nō totalē: ideo refert prima participatio: ⁊ prima aīa. ¶ Ad aliā q̄ querebat de instanti dictū est satis in positiōe: ⁊ ptinet etiā magis ad aliū locum. ⁊ sic patet questio soluta.

Questio. XV.



Queritur vtrum descriptiones iuuentutis ⁊ senectutis quas dat Aristote. sint bone: in quibus dicitur: iuuentus est augmētū prime refrigeratiue particule. Et senectus decremētū siue diminutio prime refrigeratiue partiale. Et arguit̃ qđ iste nō sunt bone descriptiones primo q: nō cōueniunt omni iuuentuti vel senectuti. q: sunt plante iuuenes ⁊ senes: ⁊ oē aīal in principio vite est iuuenile: ⁊ tū in plātis ⁊ in multis animalibus nō inuenit̃ prima pars refrigeratiua: q̄m multa sicut dicit Aristo. habent sufficiens refrigeriū a cōtinēte: vel a nutrimēto: ideo nec habēt pulmonem nec brāchias: nec aliqđ tale organū: qđ possit dici prīa pars refrigeratiua: ergo iuuentuti plātarū ⁊ huiusmodi animaliū nō cōuenit hec descriptio: ergo nō est bona. ¶ Itē. nō solū illa prima pars refrigeratiua est iuuenis: imo etiā oculus facies: manus: ⁊ ipsum totū corpus: ⁊ tū iuuētuti oculi: vel faciei: vel manus: nō cōuenit ista descriptio: ideo nō conuenit omni iuuētuti: ⁊ sic non est bona. ¶ Itē. passio naturalis q̄n diffinit̃ ꝑ subiectū: debet diffiniri per subiectū totale ⁊ adequatū: vel saltē ꝑ subiectū suū partiale primū: scȝ a quo illa passio in aliis ptib⁹ ꝓfluit ⁊ ordinat̃ sȝ neutro mō fit in ꝓposito: q̄m subiectū totale ⁊ adeq̄tū iuuētutis ⁊ senectutis nō ē illa prima pars refrigeratiua: imo est ipsum animal totale subiectū: ⁊ partiale primū iuuētutis: nō illa pars refrigeratiua scȝ pulmo: vel branchie: imo est ipsum cor: ergo non bene diffinitur ꝑ illā partē. ¶ Itē. q̄nqȝ accidit illā particulā ⁊ totum corpus diminui stāte iuuētute: scȝ si hō ꝑ egritudinē fiat notāter macrior: igitur nō bene describit̃ iuuētus ꝑ augmētationē. ¶ Itē. hec descriptio cōuenit aliis a iuuētute: ergo nō est bona diffinitio iuuentutis: cōsequentia est de se nota: antecedens probatur: q: cōuenit infantie ⁊ pueritie: q̄ tū solent distingui contra iuuentutem.

Oppositum videtur velle Aristoteles.

¶ Notandū est ꝙ vulgares improprie vtunt̃ noībus iuuētutis ⁊ senectutis: ponēdo qđ iuuētus sit pauco tpe vixisse: ⁊ senectus sit multo tpe vixisse: q: hō iuuenis viginti annoꝝ minore tpe vixit q̄ȝ aliq̄s canis: vel aliq̄s catus q̄ȝtūcunqȝ senex imo si ab annis deberent describi iuuētus ⁊ senectus: tū iuuentus vel etiā senectus magis deberēt describi ab annis futuris q̄ȝ ab annis p̄teritis: ita ꝙ ille diceret̃ iunior q̄ naturaliter innatus esset pluribus annis viuere: sed hoc totum est improprie: ⁊ ideo dicendū est de iuuētute ⁊ senectute proprie sumptis: ex diuersitate virtutū ⁊ operationū viuētiū. ¶ Et circa hoc sunt aliqua notāda. primo ꝙ iuuētus ⁊ senect⁹ nō se tenēt ex pte anime: q: scđm Aristo. si senex haberet oculū iuuenis videret vtiqȝ vt iuuenis: vnde si in hoīe cētū annoꝝ esset dispositio corporalis q̄lis est in hoīe decem annoꝝ: aīa esset potens augmētare corpus: ⁊ oēs opatiōes sic exercere sicut exercet in hoīe decē annoꝝ: ⁊ ex hoc sequit̃ qđ iuuentus ⁊ senectus sunt dispositiones seu habitudines ipsius corporis: ita qđ se tenent ex parte corporis. ¶ Sed vltra notandū qđ iuuētus ⁊ senectus nō se tenēt ex parte corporis simpliciter: sed in ordine ad operatiōes: ⁊ ideo res inaīata non dicit̃ iuuenis vel senex: sed sola aīata sic proprie dicitur. ¶ Postea notādū est. ꝙ iuuētus ⁊ senectus nō dicunt̃ in ordine ad operationes potentie sensitiue: vel potentie intellectiue: q: plante sunt iuuenes aut senes: cū tamē non habeant illas potentias: ⁊ aliquādo etiā aliqui senes sunt potentiores intellect⁹ vel sensus aliquibus iunioribus: ideo sequit̃ ꝙ iuuētus ⁊ senectus sunt dispositiōes seu habitudines ipsius corporis in ordine ad operatiōes nutritiue seu vegetatiue potētie: ⁊ ille operatiōes sunt augmētatio ⁊ diminutio: que ꝓueniunt ab ipsa aīa scđm dispositiōes corporis in caliditate ⁊ frigiditate humiditate ⁊ siccitate: cū enim est multa humiditas cū caliditate sibi proportionata aīa nutritiua potest corpus extēdere ⁊ augmentare: ⁊ q̄n deficit vel diminuit̃ hmōi humiditas vel caliditas aīa nō potest corpus augmētare nec in statu tenere: imo sequitur diminutio corporis. ¶ Secundū hoc potes describere iuuentutē sic: iuuentus est habitudo corporis naturalis viuētis scđm quā virtus nutritiua est innata augmentare illud corpus: Et senectus est habitudo corporis viuentis scđȝ quā virtus nutritiua est innata diminuere illud corpus. Media autem habitudo inter istas duas habitudines vocatur ab Aristo. status. ¶ His visis dicendum est ad questionē: ꝙ illa oratio de qua querebat̃ nō erat bona descriptio iuuentutis sicut bene probant ratiōes que in principio questionis fiebant: nec Aristo. dedit illam diffinitionem: sed solum intendebat assignare quādam proprietatem: siue quēdam effectum iuuentutis circa partem refrigeratiuā: scilicet circa pulmonem vel circa branchias: de quibus multum ante determinauerat.

Ad rationes. Prima secunda ⁊ tertia: be

ne probant quod ille nō sint bone diffinitiones iuuētutis et senectutis. Sed quarta ratio ⁊ vltima non solū videntur arguere cōtra illas descriptiōes: imo etiā cōtra illas quas dedimus in questione. ¶ Ideo ad quartam. dicendū est qđ nō intelligimus de augmētatiōe que ē ꝑ pinguedinē: nec de diminutione que est per marcentiam ex infirmitate vel ex defectu nutrimenti: sed de illis que fiunt cū sanitate ⁊ cū nutrimēto cōueniente. ¶ Ad vltimā. dicendū est ꝙ iuuētus cōmuniter accepta se extendit ad infantiā pueritiā ⁊ iuuētutē proprijssime dictā: ⁊ sic cōmuniter hic loquimur de iuuentute: et si vultis scire vnde distinguuntur ille septē etates: debetis dicere ꝙ specialiter habent suā distinctionē in specie humana. Est enim infantia ante vsum rationis: veniente vsu rationis incipit pueritia: que durat vsqȝ ad tēpus coitus: siue ad tēpus aptū ad coitū: ⁊ tunc incipit iuuentus ꝓprijssime sumpta: que durat ꝑ totū tēpus augmētationis: ⁊ tunc incipit virilitas: siue status durans donec incipit diminutio corporis ⁊ tūc incipit quinta que est diminutio virtutis durās q̄diu est aptitudo ad coitum ⁊ post incipit senium durans quādiu durat vsus ratiōis. Et vltimo fit homo decrepitus non habens amplius vsum rationis: ꝓpter defectū virtutū nō potētium intellectui ministrare. Et sic est finis deo gratias.

¶ Explicite sunt questiones in lib. de iuuentute ⁊ senectute siue de morte ⁊ vita lecte Parrhisiis a reuerendo. M. Joan. Buridano. Impresse autem Lugduni a Joanne Moylin: alias de Chambray. Impensis Jacobi Giunti. Supputatione Romana.